Est. 47
No. 120

R. 9
1/14

tiones erat odiosum. Inter Romanos, vt patet de rege Tarqui
nio superbo: inter Hebręos, vt patet quando dominus per Sa
muelem explicauit conditiones duras, quas habituri erant re
ges quos Iudæi petebãt, vt patet in. 1. li. Reg. sed hic rex totus
est noster: nam participat de conditionibus omnium creatu-
rarum intellectualium: creauit Deus Adam & Euam in statu
innocentiæ, de quo statu Christus accepit innocentiam: quia
sine peccato conceptus est: de statu peccatorum accepit pœ-
Sap. 7 nas, dimissis illorum culpis. Nam primam vocem emisit plo-
rans: de statu beatorum gratiam & gloriam assumpsit & sic
omnibus omnia factus est, vt omnibus subueniret. Sequitur,
Esa. 30. venit, quia ecce nomen domini venit de longinquo, & sicut ra
dius solis penetrauit vitream. i. virginẽ, venit etiam sicut ima-
go in speculum, intrauit sicut aqua dulcis maris intrat in vas
ceræ. Dicitur vltra in autoritate, tibi, sicut lux ad illuminan-
dum mundum venit sicut precium nostræ redemptionis: si-
cut socius nostri itineris: tanquam vexillum quod in pugna
huius vitæ sequamur: tanquam signum dirigens sagittas nos-
tras. s. amores & intentiones. Sequitur in autoritate. Mansue-
tus, venit. n. vt confundat & destruat mundi honores, & exal
tet virtutem humilitatis, pugnauit. n. contra principes mundi
& tenebrarum harum, armis humilitatis. Hoc est singulare ge
nus victoriæ vincere fragilibus armis. Non fuisset præclara vi
ctoria, vincere armis infinitæ potentiæ, quia nullus ausus fui-
sset contra Christum pugnare, quia si dominum glorię cogno
1. Cor. 2. uissent (dicit beatus Paulus) nunquam crucifixissent. Venit
etiam sedens, sessio hæc significat incarnationem. sedens ha-
bet magis coniuncta caput & pedes, sic in incarnatione verbi
Esa. 6. appropinquauerũt caput. i. deitas, & pedes. i. humanitas no-
stra in vnitate personæ. De hac sessione, Esa. vidi dominum se
dentem. i. humiliatum: super solium excelsum & eleuatum. i.
virginem, fuit virgo solium excelsum eleuatum super omnes
Angelos, natura angelica excelsior est virgine in naturalibus:
[illegible]d virgo in gratuitis est magis eleuata: quoniam multiplici
[illegible]ratia & varietate virtutum est ornata. Contingit q vnus tor
[illegible]uis aureus superet alium in auri preciositate, sed superatur
[illegible] alio in cælaturis & artificio miro: sic angeli in naturali di-
gnitate

ygualaste mi casta a la tuya en hazer te hombre. nunc cõten
tus cum hoc solo, licèt sciam quod redempturus sis me tua
passione, sed nolo eam videre vt nõ videam tan gran lastima
& [illegible]tum opprobrium & desacato quod fiet personæ diuinæ.
N[illegible]nc ergo dimitte seruum tuum domine in pace, vnde ad
istud propositum exponitur illud Iob. velociores transierunt Iob. 9.
dies mei cursore, & facti sunt sicut naues poma portantes, &
sicut aquila volans ad escam. Prophetæ fuerũt quasi cursores
portantes bonum nuntium incarnationis, fuerũt quasi naues
sentientes odorem & cooperientes fructeta incarnationis pa-
leis figurarum: & sicut aquila volans in altum ad recreationẽ
suam, descendit ad escam in terram ad laborem ad quęrendũ
victum sibi & filiis suis, sic sancti Prophetæ aliquando vola-
bant in altum contemplationis contemplantes Christum se- Esa. 11.
cundum diuinitatem sicut ille qui dicebat. Requiescet super
eum spiritus domini, vocabitur deus fortis admirabilis. Ali-
quando descendebant ad considerationem humanitatis se- Esa. 19.
cundum quam cibabit nos & saluabit nos. Ipse autem attritus
est propter scelera nostra cuius liuore sanati sumus. Esa

Quartus excitator est bonus prædicator, vt Paulus in epi-
stola. dicit enim Iob, quis dedit gallo intelligentiam? compara
tur bonus prędicator gallo quia sicut, gallus cantat & excita[illegible]
prima hora a la mañana & in aurora multiplicat voces su[illegible]
sic prædicator increpare debet senes, iuuenes, viros & vici[illegible]
rum redarguere: annuntiare debet quomodo nostra d[illegible]
ria nunquam ponimus in effectu: sicut contingit in i[illegible]
sancti Hieronymi quæ videtur semper agere pœniten[illegible]
percutere pectus lapide & nunquam ponit in effect[illegible] per
deria nostra nunquam ponimus in effectu sed in i[illegible]lama-
transit homo. Bona desideria potius voco citatio[illegible] vicibus
mientos dei, vnde contingit nobis sicut citato t[illegible] prego[illegible]
ad iudicium & non venienti, & vocato aggra[illegible]rium, [illegible]
nes, sententia in contumacia. Ideo bonum [illegible] mea[illegible]
gnum dei bonum est, iuxta illud concupi[illegible]e & Danie[illegible] Aug. li.
derare iustificationes tuas in omni te[illegible] est. Hęc deri[illegible] confes-
magno dono dictum est [illegible] Pat[illegible] sionũ.
Augusti. dicebat. O[illegible] ecta
& quasi expergi[illegible]

ratio est vt satisfaceret iustitię diuinæ quę homines puniebat
& vindictam de illis capiebat:eos æterna pœna puniẽdo. Cui
iustitiæ nullus satisfacere poterat,nisi solus Christus: creatura
autem satisfacere non poterat quia finiti ad infinitum nulla
8. Phy. & principio de cœlo. est proportio. Deus autẽ factus homo perfectè satisfecit: quia
Christus in quantum homo satisfecit sibi in quantum Deus.
hæ rationes notantur in noĩe Bethaniæ. ¶ Secundò interro-
gamus per quæ loca transit. Respondet euangelium,quòd ve-
nit Bethphage,ad montem oliuarum, Bethphage dicitur do-
mus buccæ,& in hoc põt notari quarta causa seu ratio ꝓpter
quã Deus factus est homo.s.vt adimplerenẗ ꝓphetię prophe
tarũ:nã oĩa promissa prophetis & sanctis patribus,in testamẽ
to veteri:compleuit Deus in nouo. Vnde in hoc euangelio di
B citur. Hoc totum factum est,vt adimplerentur scripturæ. Sed
hæc non est causa propria motiua,mouendi Deũ ad incarnã
dum,sed potiùs est effectus incarnationis,facto autem deo ho
mine,& completis cæteris articulis quos de Christo credimus
euenit vt scripturæ implerentur: Et hydrię.i.scripturæ,imple-
Ioann. 2 tæ aqua.i.sensu literali:mutatæ sunt in vinum.i.in intelligẽtiã
mysticam sacrorum mysteriorum,ad Christum pertinentiũ.
C Secũdus locus,in quẽ venit: est mons oliuarũ: in quo fi-
guraẗ virgo Maria.ipsa.n. potest dici mons oliuarum:in qua
& de qua orta est oliua speciosa in campis.scilicet Christus.de
Hiere. 11. qua Hieremias. Vocauit dominus oliuã vberem & speciosam
pulchram fructiferam,nomen tuum. Oliua vocatur Christus
quia olim Romani in signũ pacis,offerebãt oliuam. Sic Chri-
stus tãquã pacem afferens, inter deũ & hominẽ,dicitur oliua.
Dicitur etiã oliua,quia pacẽ faciẽs his qui ꝓpe & his ꝗ longe.
Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum. Oliua in conuiuiis
est vltimus fructus: Et Christus est vltim⁹ fructus expectatus
Ad Ephe. 2 in conuiuio ecclesiæ.frustra expectatur alius messias. Dicitur
etiam oliua, quia oliua condita non est digito tangenda:alias
faciliter corrumpitur conditura. Quamobrem, Christum digi
to.i.experiẽtia siue ratione naturali,cognoscere nõ debemus.
Ioan. 20 Sic Christus dixit Magdalenæ. Noli me tangere.i.non consi-
Ioan. 20 deres me vt hominem:fide.n. & nõ cognitione naturali attin
gendus sum,quia beati,qui non viderunt & credederunt.
Tertio quæritur, ad quid venit? Respondet Euange-
lium,

Mariæ. Item quasi aurora,id est,quasi roris hora:quia sicut
in aurora descendit ros de cœlo fœcundans terram secreto
modo.sic in Maria tempore incarnationis verbi dei. Figura Exo. 16.
de manna descendente in castris in aurora ad modum roris
non eleuati è terra sed de cœlo descendente virtute secreta:fi-
gura etiam de vellere Gedeonis quod imbibit inserorem to- Iudi. 6.
tius areæ,id est Maria quæ plena fuit gratia àqua petamus di
cẽtes Aue Maria. ¶ In processu sermonis exponitur epistola
de aduentu domini. Dicit ergo Nox pręcessit,id est,tempus
& status culpæ,quia sicut ambulans in nocte,ambulat in me-
tu & non habet securitatem sui operis,sic in statu culpæ,mor
talis,omnia quę operatur peccator,operatur propter metum
inferni. ratio est:quia peccans in vno,factus est omniũ reus: Iaco. 2.
nec habet securitatem operum suorum:quia non merentur
vitam æternam:quia sine gratia iuxta illud Saluatoris:venit
nox culpæ in qua nemo poterit operari,scilicet meritorie. Et Ioan. 9.
iuxta illud Petri, pręceptor per totam noctem laborantes ni- Lucę. 5.
hil cepimus,id est,operantes in statu peccati nihil meritoriũ
æternæ vitæ operari possumus: sequitur,sic vt in die honeste
ambulemus,sicut labor de die est melior & fructuosior,sic bo
num opus in gratia tunc melius videtur quod fit,quia etiam
culpas veniales quas anima in statu culpæ non videbat in sta
tu gratiæ videt,sicut ad radios Solis atomi qui ante non vide-
bantur videntur,& sicut in die meliorem conuersationẽ quis
habet quam in nocte:& melioribus vestibus induitur quam
in nocte. Sic in die gratiæ melioribus virtutibus ornatur ho-
mo,quoniam vestes figurant virtutes:vt patet in Adam quã- Gen. 3.
do dixit. Abscondi me eo,quòd nudus essem. Cui dixit deus,
& quis indicauit tibi quod nudus esses nisi quia comedisti de
ligno de quo præcepi tibi ne comederes? Et hæc est vestis quę
deficiebat illi cui dictum est:quomodo huc intrasti non ha-
bens vestem nuptialem,id est,virtutes , maximè fidem,spem
& charitatẽ? Sequitur sic in die honeste ambulem⁹: sicut qui
ambulat in nocte cõmuniter deuiat à via in die nõ:sed ambu
lat via recta:sic nos euntes ad deũ in statu culpę erramus à via
in statu gratiæ recta ambulamus via:& ne erremus à via venit
ad nos Christus & docuit nos vias suas,ideo Esa. Ambulemus
in semitis eius. Vt melius doceret nos vias suas docuit verbo Esa. 1.
& exem

expecta me modicum:& illud modicum ibat in longum &
illud paululum nesciebat habere modum.
Quintus excitator sunt passeres qui surgunt antequã nos
dicentes,sicut in die honeste ambulemus. sicut surgens mane
procurat non nudus nec fœdus ambulare,sed lotus,vestitus
& mundus,sic nos post aduentum Christi ambulemus hone-
ste in diebus salutis & gratię,sicut surgens mane surgit à lecto
quietis suę expuit,calciatur,vestitur,cingitur,laborat optimo
labore,cibum accipit seu ientaculum:sic peccator qui vult
emendare vitam suam surgit à quiete peccati tollens lectum
in quo iacebat:calciat pedes sanctis desideriis vestit virtuti-
bus:accingit fortitudine lumbos suos:expuit peccata per con
fessionem:laborat in gratia accipit eucharistiam sicut ienta-
culum:attẽdit ad passeres.i.sanctos qui mane surrexerũt ante
in via virtutum, quomodo ostẽdunt viam cœli tam tritam,ô
cursada,sicut via sancti Iacobi,ponentes signa mortis suæ ne
erremus in via. Petrus posuit crucem Paulus ensem. Andreas
aspas:stephanus lapides. Sebastianus sagittas. Sancti ludibria
& verbera experti,vincula & carceres lapidati sunt. Qui præ-
He- cesserunt nos cum signo fidei quasi confusi excitemur acci-
u. piendo hoc pro honore diuino,quia martyres,cõfessores,vir-
gines præcesserunt nos ostendentes viam,sed nos facimus si-
cut qui vult dormire de proposito facit claudere lucem sic ob
stinati qui dixerunt deo, Recede à nobis viam scientiarum
Iob. ...arum nolumus:sed nos dicamus,illumina oculos meos ne
Psal. 12 ...uam obdormiam in morte,sed potius videam tuam glo-
...ad quam,&c.
...mo quartus de eadem dominica super eodem Thema.
...entes quia hora est iam nos à somno surgere.
Cant. VSq... tempora... ram benedictam in qua deus natus est,non fuit
...na in canti... uenienς surgendi,& hæc hora fuit Maria de
Apo. 12. ... quasi aurea... æ est ista quæ progreditur quasi aurora,id
Christus deus no... decorauit sol iustitiæ & eam deaurauit
ra... quasi auium...:quia sicut in aurora aues gaudẽt,
cantant & lętantur,sic iusti Sancti & angeli gaudent in ortu
Mariæ.

lium.quòd misit duos discipulos suos : vt iret in Castellum & D
adduceret asinam & pullum. Hi discipuli erant Petrus & Phe
lippus,per hoc figuratur fides & notitia scripturarum. In Pe
tro,fides qui dicitur cognoscens,in Philippo notitia scriptu-
rarum:qui interpretatur os lampadis. Nato domino, statim
lux circunfulsit pastores. Nam antequam esset homo, posue- Lucæ.
rat tenebras latibulũ suum,sed statim nato domino:fuit nox Psal. 17.
quasi illuminatio in delitiis, vt dicit psalmus & statim totus Psa. 138.
mundus illuminatus est,et lux vera luxit in tenebris.i.in figu
ris Prophetarum. Nam sicut inter lagenas absconditæ sunt
lucernæ : quibus visis tota ciuitas corruit, vt dicitur iudi- E
cum.7.c.sic lucernæ.i.sapientia diuina,potentia,& cæteræ di Iudi. 7.
uinæ perfectiones in nostra humanitate quasi in laterna sunt
absconditæ, quibus apparentibus in miraculis à Christo fa-
ctis:totus mundus corruit à sua perfidia & idololatria & cre-
didit Euangelio.
Quarto interrogamus in quo venit, Respondetur. Asina
& pullus Christo fuerũt adducti. liberam culpa creauit Deus F
animam, imò ornatam iustitia originali:corpus verò liberũ à
pœna,sed per peccatum fuit ligata anima peccato,& corpus
obnoxium pœnis innumeris. Hos pręcepit Christus adduci
quia totum nostrum assumpsit.i.animam & corpus:animam
tamen liberam à culpa accepit : quia dimissis peccatis nostris
& imperfectionibus, assumpsit nostras pœnas & labores. Per
duos discipulos possunt intelligi,litera & spiritus,quibus nũ-
ciauit suum benedictum aduẽtum. Multæ autoritates ad lite
ram sonant deum futurum hominem:quæ aliter nullam con
tinent veritatem:nec consonantiam,vt est illa. Ecce virgo con
cipiet & pariet filiũ & vocabitur nomen eius Emanuel. Aliæ
spiritualiter & misticè intellectę Christum figurãt: vt somnus
Adę:archa Noë:scala Iacob:venditio Ioseph.& innumera alia
in sacra scriptura contenta.
Quinto solet interrogari, quomodo veniunt:an veniunt G
vt pauperes,an vt magni domini: De modo quo Christus ve-
nit dicit euangeliũ. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus,& sedẽs.
In qua autoritate sunt multa notatu digna. Primo habes do-
miniũ eternũ:qa alii reges sunt tẽporales:magnificus,dans li-
beraliter seipsum:mansuetus:quia nomen regis inter oẽs na-
tiones

IACOBINI
DE S. GEORGIO
CLARISS.MI IVR. VTR.
MONARCHAE,
ET LVMINIS, AC INTERPRETIS
PROFVNDISSIMI.

Vberrima, ac subtilissima in priorem, & posteriorem partem Codicis Commentaria.

BONONIAE,

Apud Societatem Typographiæ Bononiensis.
MDLXXV.
Curiæ Episc. & S. Inquisit. concessu.

TABVLA OMNIVM LEGVM, ET PARAGRAPHORVM, quæ in priorem, & posteriorem Codicis partem ab Auctore pertractantur.

¶ *Rubr. De sacrosanctis ecclesijs.*
Auth. qui rem. Pag. 4
¶ *Rubr. De edendo.* 17.
L. Edita actio. 19
Auth. Si quis in aliquo. 29
¶ *Rubr. De pactis.* 34.
L. Conditionis. 34
L. Post venditionem. 36
L. Seruus creditoris. 37
L. Postquam liti. 38
L. Creditori. 39
L. Pacta quæ contra. 40
L. Debitori tuo. 41
L. Si Pascenda. 42
L. Cum postea quæ. 43
L. Legem quam. 43
L. Ex conuentione. 44
L. Pacta nouissima. 45
L. In bonæ fidei. 47
L. Si pacto quo. 50
L. Pactum quod. 52
L. Cum proponas. 53
L. Pactum quod bona. 53
L. Si creditores. 54
L. Licèt inter. 55
L. Traditionibus. 56
L. Cum proponas. 57
L. Pactum curatoris. 58
L. Filius paciscendo 58
L. Si Actionem. 59
L. Debitorum. 60
L. Petens ex stipulatione. 60
L. Si Certis. 68
L. Si quis in conscribendo. 71
L. De quæstione. 73
¶ *Rubr. De transactionibus.* 77.
L. Neque pactio 77
L. Cum te proponas. 81
L. Age cum. 81
L. Actione. 81
L. Cum te transegisse. 82
L. Cum mota. 82
L. Transactionis. 83
L. De alimentis. 83
L. Si super possessione. 83
L. Fratris tui. 84
L. De fideicommisso. 84
L. Præses prouinciæ. 85
L. Interpositas. 85
L. Si diuersa. 86
L. Vt responsum. 86
L. Causas vel. 87
L. Cum proponas ab ea. 87
L. Transigere. 88
L. Sub prætextu. 88
L. Non minorem. 89
L. Cum ea quæ. 89
L. Si maior. 90
L. Hæc intentio. 90
L. Si quidem. 90
L. Si maiores. 90
L. Transactione matris. 90
L. Sanum mente. 91
L. Siue apud. 91
L. Sub prætextu. 91
L. Transactione. 92
L. Si de certa. 92
L. Si causa cognita. 92
L. Si pro fundo. 93
L. Cum donationis. 94
L. Transactionem. 94
L. Si maior. 95
L. Promissis. 95
L. Vbi pactum. 96
L. Si quis maior. 98
L. Si ex falsis. 103
L. Iubemus. 105
¶ *Rubr. De errore calculi.*
L. Errorem calculi. 105
¶ *Rubr. De procuratoribus.* 107
L. Cautio. 107
L. Cum rem pecuniariam. 108
L. Eum qui res. 109
L. Quia te. 109
L. Actionem ei. 110
L. Reum criminis. 111
L. Militem. 111
L. Quod quis. 112
L. Si procurator. 113
L. Neque tutores. 115
L. Exigendi. 116
L. Ita demum super. 119
L. Non eo minus. 120
L. Litem te redemisse. 121
L. Procuratorem. 121
L. Inuitus procurationem. 122
L. Alienam. 123
L. Si pretium quidem. 124
L. Nihil arbitramur. 125
L. Maritus. 126
L. Procuratoribus. 127
L. Nulla dubitatio. 127
L. Licèt in principio. 128
L. Quicunque. 131
L. In pecuniarijs. 132
¶ *Rubr. Ne liceat potentioribus.*
L. Diuinè. 134
¶ *Rubr. De integ. restit. mino.* 140
L. Illud respiciendum. 140
L. Eo tempore quo. 140
L. Si curatorem. 140
L. Si minorem. 142
L. Minoribus de integ. restit. 143
L. De tutela Auunculi. 143
L. Minoribus in his. 144
L. Non videtur. 144
¶ *Rubr. De filiofamilias minore.*
L. Filiusfamilias. 145
L. Si frater. 146
¶ *Rubr. de fideiussoribus minorum.*
L. Postquam integrum. 147
¶ *Rubr. Si tutor vel cur. interue.* 148
L. Iam puberis. 148
¶ *Rubr. Si in communi eademq;.*
L. Nec si maior. 149
¶ *Rubr. Si aduersus rem iudicatã.* 150
L. Minus ex. 150
L. Cum pater. 152
L. Aduersus. 152
L. Cum è minores. 153
L. Rem pupilli. 154
¶ *Rubr. Si aduersus venditionẽ.* 155
L. Si minor. 155
L. Integrum. 155
L. Sacramenta. 155
¶ *Rubr. Aduersus vendi. pigno.* 161
L. Etiam aduersus. 161
¶ *Rubr. Aduersus donationem.* 162
L. Si quæ res. 162
L. Si in te, ac fratrem. 162
¶ *Rubr. Si aduersus libertatem.* 163
L. Post decretum. 163
L. Et si minor. 164
¶ *Rubr. aduersus transactionem.* 164
L. Cum in integrum. 164
L. Si ex persona. 165
¶ *Rubr. Si aduersus solutionem.* 165
L. Exemplo cæterorum. 165
L. Indebito. 166
¶ *Rubr. Aduersus dotẽ restitutio.* 167
L. Quoniam. 167
¶ *Rubr. Aduersus delictum.* 168
L. In criminibus.
¶ *Rubr. Aduersus vsucapionem.* 169
L. Contra eos. 169
¶ *Rubr. Aduersus fiscum.* 169
L. Si probus. 169
L. Si aduersus. 170
L. Edicto quidem. 170
¶ *Rubr. Aduersus creditorem.* 171
L. Cum ipse. 171
¶ *Rubr. Si minor ab hæreditate.* 171
L. Si vos paterne. 171
L. Si omnes. 171
L. Si cum aui. 173
¶ *Rubr. Si vt omissa hæreditate.* 173
L. Minores viginti. 173
¶ *Rubr. Ex quibus causis.* 174
L. Minoribus. 174
L. In minorum. 174
L. Si tutor tuus. 175
L. Sancimus. 177
¶ *Rubr. Qui è aduersus quos in.* 181
L. In consilio quidem. 181
L. Cum apud veteres. 183
¶ *Rubr. De temporibus in integ.* 183
L. Superuacuam. 183
¶ *Rubr. Si minor se maiorem di.* 186
L. Si cum minor. 186
L. Si is qui. 187
L. Cum circa probandum. 187
¶ *Rubr. De iudicijs.* 188.
L. In Iudicio. 189
L. Licèt iudice. 192
L. Quoties quæstio. 193
L. Si cum tibi. 194
L. A iudice iudex. 195
Auth. ad hæc si. 196
L. Seruus in. 197
L. Cum debitoris. 198
L. Placuit in. 199
L. Iudices oportet. 199
Auth. Iubemus in. 200
L. Nulli prorsus. 201
L. Properandum. 202
§. Et si quidem. 205
§. Si autem reus. 208
§. Sine autem alter. 211
§. Si autem vtraque. 214
§. Illo proculdubio. 215
L. Si vero causæ. 216
L. Rem non. 217
Auth. Hodie iurant. 218
L. Sancimus. 219
Auth. Post iusiurandum. 220
L. Apertissimi. 221

Auth. Si vero. 225
L.Certi iuris. 226
L.Cum specialis. 226
Rubr. De seruis fugitiuis. 229
L.Seruum. 229
L.Requirendi. 230
L.Si fugitiui. 231
Auth. Sed de nouo. 232
L.Quicunque. 232
L.Mancipia. 234
L.Cum seruum. 234
L.Si qui publicorum. 235
Rubr. de furt. & seruo corrupt. 135
L.Si ex pecunia. 235
L.In ciuilem rem. 237
L.Si nondum. 237
L.Aduersus. 237
L.Ciuile est. 238
L.Alienum. 238
L.Si is cui te. 238
L.Etiam furti actione. 239
L.Subtracto. 239
L.Si abducta. 240
L.De his quæ. 241
L.Ancillæ subtractæ. 241
L.Post decessionem. 242
L.Eos qui à seruo. 242
L.Furti actione. 243
L.Si seruum. 243
L.Quis etiam. 243
L.In eum qui ex. 244
Auth.Nauigia. 244
L.Si quis seruo. 244
L.Apud antiquuos. 245
L.Manifestissimi. 246
.§.Sed quærebatur. 246
.§.Sed cum in secundam. 247
L.Falsus procurator. 247
Rubr. De operis libertorum. 250
L.Liberti liberte. 250
Rubr. Qui admitti ad bonorũ. 251
L.Bonorum possesio, duplex lectura. 251. & 253
L.Infantis nomine. 253
L.Emancipata. 254
L.Quandiu per facti. 254
L.Iuris ignorantiam. 255
L.Bonorum quidem. 255
L.Quicunque. 256
L.Vt verborum. 257
Rubr. Quando non potentiũ. 258
L.Quoties. 258
Rub.V ndeliberi.
L.Qui se patris. 259
Rubr. De hæredibus instituend. 265
L.Qui deportantur. 266
L.Pater tuus 266
L.Cum proponas. 266
L.Pater tuus. 267
L.Non ideo. 267
L.Si compensandi. 267
L.Collegium. 267
L.Extraneum. 268
L.Neque per se. 268
L.Quoties. 268
L.Cum in liberis. 268
Rubr. De institutionibus, & substitutionib. & restitutionib. sub condi. factis. 270
L.Cum auum maternum. 270
L.Conditioni. 271
L.Si mater. 272
L.Si pater. 272
L.Reprehendenda. 273
L.Generaliter. 274
.§.Cum autem. 274
L.Si quis hæredem. 275
L.Si testamentum. 276
L.Cum quædam. 276
Rub. De impub. & alijs substitution. 277
L.Cum hæredes. 277
L.Hæreditatem. 277
L.Hæres instituta. 278
L.Quamuis placuerit. 278
L.Post aditam. 279
L.Testamento. 279
L.Precibus. 279
L. Humanitatis. 283
L.Cum quædam. 284
L.Si quis duobus. 288
Rubr. De libe. præter. vel exhæreda. 289
L.Cum post omnes. 289
L.Si auus tuus. 290
L.Si quis filium. 291
L.Maximum. 291
Auth. Non licèt. 293
L.Ex causa.
Rubr. De posthumis hæredib. 301
L.Si post testamentum. 301
L.Vxoris aborsu. 301
L.Quod certatum. 301
L.Quidam cum. 302
Rubr. De iure delib. & de hæredita. 302
L.Si à patre. 302
L.Si fratris. 303
L.Filio famili. 304
L.Potuit pupillus. 304
L.Si auia tua. 305
L.Quoniam. 305
L.Licèt incontinenti. 305
L.Si curatoris. 306
L.Si te bonis. 306
L.Renitente. 307
L.Puberem. 307
L.Suum hæredem 307
L.Si sorori. 308
L.Nec emere. 309
L.Cretionum. 309
L.Si infanti. 309
L.Cum antiquioribus. 311
L.Quidam. 314
L.Cum aliquis. 315
L.Scimus. 317
.§.Et si præfatam. 319
.§.In computatione. 320
.§.Licentia danda. 323
.§.Donec tamen. 324
.§.Si vero postquam. 324
.§.Et hæc quidem. 325
.§.Sinautem hoc. 326
.§.Notissimum. 326
Rubr. De repudianda hæred. 327
L.Si paterna. 327
L.Si paterna. 328
L.Suus hæres. 329
L.Sicut maior. 330
L.Pupillorum. 330
L.Si quis suus. 331
Rubr. Quemadmodum testamen. 333
L.Vt Testamentum quod. 333
L.Testamenti. 333
L.Eius quod ad. 335
L.Codicillos. 336
Rubr. De edicto diui Adriani. 336
L.Cum inter. 336
L.Quamuis. 337
L.Edicto diui. 338
Rub. Si qs aliquẽ testari phib. vel coeg. 346
L.Ciuili disceptationi. 346
Rubr. De his, quib. vt indignis auferuntur hæreditates, & ad sen. Silla. 347.
L.Hæredes quos. 347
L.Polla quidem. 349
L.Si ea quæstio. 350
L.Hæreditas. 350
L. Non oportet. 351
L.Minoribus. 352
L.Si ideo vltro. 353
L.Alia causa. 353
L.Cum fratrem. 354
L.Sororem fratris. 354
L.Cum Syllanianum. 356
L.Talis de antiquo. 356
Rubr. De codicillis. 357.
L.Rupto quidem. 357
L.Hæreditatem. 358
L.Cum proponatis. 359
L.Non idcirco. 360
L.Nec codicillos. 360
L.Siue in initio. 360
L.Idem codicilli. 360
L.Si quis agere. 361
Rubr. De legatis. 363
L.Quamuis hæres. 364
L.Qui post testamentum. 365
L.Seruis testamento. 366
L.Non est dubium. 366
L.Si legata relicta. 367
L.Si fortidianum. 367
L.Ab administratione. 368
L.Si in fraudem. 368
L.Cum alienam. 368
L.Filia legatorum. 369
L.Cum responso. 370
L.Proprias suas. 370
L.Monumenta. 371
L.Si vniuersæ. 371
L.Creditor si à. 371
L.Datum legatum. 371
L.Ex legato. 372
L.Non tantùm. 372
L.Vnor patrui. 372
L.In legatis. 372
L.In annalibus. 373
L.Cum quæstio. 373
.§.Sed & aliam. 374
L.Cum quidam. 374
L.Si legatarius. 375
L.Illud, quod delegatis. 375
Rubr. De indicta viduitate tollen. 376
Auth. cui relictum. 376
Rubr. De caducis tollendis. 377
L.Et nomen. 377
.§.Et cum triplici. 379
.§.In primo itaque. 380
.§.Pro secundo. 382
.§.In nouissimo. 384

FINIS.

IACOBINI DE SANCTO GEORGIO CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE, ET LVMINIS, AC INTERPRETIS PROFVNDISSIMI

Vberrima commentaria in priorem partem Codicis.

Euidentialia.

SVMMAE.

1 *Contractus locationis quid sit.*
2 *Dominium, neque poſſeſsio transfertur in conductorem per contractum locationis.*
Et hoc uerum, quamuis locatio fieret per mille annos, nu. 3.
4 *Contractus emphyteoticus quis dicatur.*
5 *Emphyteota ceſſans ſoluere canonem per biennium cadit à iure ſuo, & infra nu. 1. & 20.*
6 *Contractus cenſualis quis dicatur.*
7 *Cenſuarius ceſſans etiam per mille annos à ſolutione canonis non cadit à iure ſuo.*
8 *Verba debent impropriari ſecundùm naturam contractus.*

AD euidentiam materię huius Au
thenticæ præmitto, quòd eſt ma
gna differentia inter contractũ
locationis, & cõtractum emphy
teoticum, & contractum cẽſua-
1 lẽ † ¶ Contractus locationis eſt
ille, qui fit ad modicum tẽpus,
puta ad minus tempus decen-
a nio:ᵃ aliquando. n. fit ad duos an
2 nos; aliquando ad quattuor, aliquando ad nouem. † Et
per iſtum contractum non transfertur dominium; neq;
b poſſeſsio in conductorem,ᵇ ideo dicimus, quòd condu
ctor non poſsidet ſibi, ſed domino, & non dr̃ poſsidere,
ſed detinere. l. 1. inf. communia de uſucapio. Et aduerti
3 te † quia etiam ſi ad mille annos fieret locatio,ᶜ non tamẽ
c transferretur dominium in conductorem. Ita uult gl. re-
putata ſingularis in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2.
ſed illa gl. damnatur ibi per Dynum, & multos alios Do
cto. & Bal. allegat illam gl. in c. 1. in uerbo Abbatiſſa, in
4 titu. qui feudum dare poſſunt. ¶ † Contractus emphyteo
d ticusᵈ eſt, quando ego trãsfero utile dominium alicuius
prædii in alium, & mihi retineo directum dominium, &
5 canonem annuum. † Vnde ſi ipſe emphyteota ceſſet per
triennium ſoluere canonem, cadit à iure ſuo, & utile do
minium conſolidatur cum directo. l. 2. inf. de iure emph.
e ¶ Si uerò ſit emphyteota eccleſiæ,ᵉ ſufficit, quòd ceſſet ꝑ
biennium. tex. eſt in iſta Authen. & in c. potuit, extra de
6 locato. ¶ Contractus † cenſualis dicitur, quando ego ali
cui concedo & directum, & utile dominium, & quicqd
iuris habeo in certo prædio, retenta mihi aliqua annua
7 penſione. Ita declarat Bar. in l. 1. in prin. ff. de public. † &
ideo ſi cenſuarius etiam per mille annos ceſſaret in ſo-
lutione canonis: tamen non caderet à iure ſuo, gl. ſingu-
laris communiter approbata in c. conſtitutus, ext. de re
ligioſis domibus. ¶ Aduertite tamen diligenter ad ver
ba conceptionis: quia ſi ego transferam in alium & dire
ctum, & utile dominium, & quicquid iuris habeo in ali-
quo prædio meo ſub certa annua penſione, licèt uerba
inſtrumenti dicant, quòd ego conceſsi in emphyteoſim:
tamen non erit emphyteoſis, ſed contractus cenſualis:
8 † quia uerba debent impropriari ſecundùm naturam cõ-
tractus. l. inſulam. ff. de præſcr. uerbis. & l. ſi uno, in prĩ.
ff. loc. Item ſi in inſtrumento dicatur, ꝙ ego conceſsi ta-
lem rem ad cenſum, ſi tamen reſeruaui directum domi-
nium mihi, non erit contractus cenſualis, ſed emphyteo
ticus. Iſta ſunt uerba elegantia Io. de Imo. in c. ad audiẽ
tiam, extra de reb. eccl. non alie.

ADDITIONES.

a ¶ Minus tempus decennio. Adde tu, quòd conductor ad decennium, & ultra habet ius in re, ideſt utile dominiũ, ſecundùm Bar. in l. qui fundum, in prin. ff. loc. per l. 1. ff. ſi ager uec. uel emph. petatur. Bal. in l. ſi filio. §. fin. uerſ. ex hoc apparet. ff. ſo. ma. Bar. in l. uectigalia. §. 1. & in 2. q. de publ. Idem in l. iuriſperitos, in prin. de exc. tut. in lect. Nico. de Ne. Ale. conſ. 98. 4. par.

b ¶ In conductorem. Adde tu, quòd cõductor dicitur poſſidere, ut l. ſerui emptor. ff. de peri. & comm. rei uend. & l. ſi pignus, de pig. act. & maximè ſi eſt perpetuus. l. congruit, & ibi Bar. & l. prædia, inf. de loc. præd. ci. li. 11. Alexan. in l. 2. §. ſi ego, de no. ope. nun.

c ¶ Fieret locatio. An autem contractus locationis ualeat inter patrem, & filium. Vide ſingulariter Bar. in l. frater à fratre. ff. de cond. ind.

d ¶ Contractus emphyteoticus. Adde, quòd contractus emphyteoticus eſt de iure ciuili. gl. in §. ex hoc, in uerſ. pone, Inſt. de iure nat. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & in l. 1. inf. de iu. emph. & qualiter probetur. Vide per Alex. conſ. 98. in 4. uol. & intelligitur in perpetuũ. Bald. in c. 1. de feu. alien. & an ſit innominatus contractus, Bar. in l. 2. in fi. ff. ſi cer. pe. & in l. ſi ſeruus. §. locauit. ff. de fur. Bal. in Rub. inf. de rerum perm. Bar. in l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pac. Bar. in l. 1. j. de iure emph. & in l. unica, ff. de cond. ex l. Iaſon May. in allega. l. 1. inf. de iure emphy. Bal. in l. 2. inf. quando liceat ab emph. diſce.

e ¶ Emphyteota eccleſiæ. Adde hic Bar. & Sal. in l. 2. infr. de iure emph. Ang. in Auth. de non alie. §. ſi uerò, Bar. in l. 1. ff. ſi ager uectiga. Ioann. de Imol. in cap. fina. de reſcriptis.

In Authen. Qui rem.

SVMMAE.

1 *Emphyteoticam rem faciens deteriorem potest expelli.*

3 *Emphyteota nõ debet incidere arbores fructiferas in re emphyteoticæ.*

4 *Vasalli deteriorantes feudum, uel male tractantes homines, et subditos possunt priuari feudo.*

5 *Dominus castri malè tractãs subditos suos, potest moneri per Superiorem, quòd eos tractet debito modo, aliàs potest ei auferre castrum.*

6 *Vsufructuarius si deterioret rem notabiliter, an possit expelli.*

7 *Superficiarius quis dicatur, & de contractu superficiarii.*

8 *Superficiarius dicitur habere utile dominium. Non tamen potest id uendere, nisi domino directo requisito, nu. 9.*

9 *Emphyteota non potest uendere rem emphyteoticam, nisi domino directo requisito.*

10 *Emphyteota an possit renunciare emphyteosi inuito domino.*

11 *Possessor renuncians possessioni, quæ tenetur ad collectas, an teneatur soluere collectas, quæ postea imponuntur in loco. Et quid de præteritis, nu. 12.*

13 *Conductor cessans à solutione canonis, quando possit expelli.*

14 *Emphyteota non soluens canonem, quòd cadat à iure suo, quomodo intelligatur.*

15 *Contractus emphyteoticus an requirat scripturam pro sui substantia.*

16 *Emphyteota si uult soluere pensionem pro decem, uel uigintiannis, an dominus teneatur recipere, tenet quòd non, & nu. 17.*

Et quid si emphyteota offert se paratum recognoscere ipsum recipientem in directum dominum, & de hoc facere instrumentum recognitionis. nu. 18.

19 *Dominus cui debetur uinum, uel bladum non tenetur illud recipere ante tempus. Idem in omni re, quæ potest tempore deteriorari.*

11 *Emphyteosis si propter canonem non solutum reuertitur ad dominum, à quo concessa fuit, si in area domus ædificatur, an cadat etiam in commissum, & ibi quid in feudatario.*

22 *Emphyteota qui ob guerram non potuit laborare fundum, an teneatur ad pensionem, & nu. 29. & 31.*

23 *Emphyteota liberatur à pensione, quando res emphyteotica est perempta à toto.*

24 *Argumentum de re ad tempus est ualidum.*

25 *Emphyteotæ nulla fit remissio pensionis propter sterilitatem.*

26 *Emphyteota tenetur soluere totam pensionem maxima parte rei perempta.*

27 *Tempus magnum quod dicatur, ad hoc ut tempore guerræ fiat remissio.*

28 *Remissio non fit pro modico.*

30 *Periculum casus fortuiti spectat ad emphyteotam.*

31 *Emphyteota tempore guerræ si capiat rem in emphyteosim, an teneatur ad pensionem, & nu. 32.*

33 *Alienata dicitur res, quando pignoratur pro tanto, quantùm ualet.*

34 *Emphyteota lapso in commissum, si Prælatus recipit canonem sine protestatione, an præiudicet sibi, & ecclesiæ suæ, ut non possit postea expellere emphyteotam.*

35 *Prælatus unius ecclesiæ tantam potestatem habet, quantã Prælatus cum capitulo in ecclesia collegiata.*

Et talis potest rem ecclesiæ suæ uendere cum auctoritate sui Episcopi, nu. 36.

37 *Emphyteota an cadat ipso iure à iure suo propter non solutionem canonis.*

38 *Prælatus solus licet non possit præiudicare ecclesiæ in iam quæsitis, potest tamen in acquirendis.*

39 *Administrator reipublicæ si accipit minores usuras, ubi maiores recipere debebat, præiudicat reipublicæ.*

40 *Prælatus ecclesiæ negligendo potest præiudicare ecclesiæ.*

41 *Prælatus recipiendo pensionem, an præiudicet sibi in iure expellendi, & nu. 42.*

43 *Dominus recipiens pensiones pro tempore præterito non sibi præiudicat in iure expellendi emphyteotam, & numero 44. & 45.*

46 *Lex colonus. ff. loc. quomodo intelligatur.*

47 *Emphyteota si expellatur ratione cessationis in solutione canonica, perdit meliorationes, quas fecit in re emphyteotica.*

48 *Emphyteota, quòd cõsentiat protestationi factæ per dominum, an sit necesse, & an sufficiat, quòd taceat, nu. 49.*

50 *Protestatio an noceat illi, contra quem fit, si ille tacet.*

51 *Episcopus si dicat feudatario: ego renouo tibi inuestituram talis rei, reseruato iure ecclesiæ meæ, & illa res erat deuoluta ad ecclesiam ob inuestituram non petitam infra tempora debita, deinde ipse Episcopus illam rem infeudauit alteri, an ualeat talis infeudatio.*

52 *Emphyteota si soluit partem canonis, & non totam, an per lapsum bienniÿ, uel trienniÿ, quo non soluit integram, cadat in totum à iure suo, et possit in totum expelli, an pro parte.*

53 *Pœna si adiecta fuerit obligationi quãtitatis, ea soluta in parte, an committatur.*

54 *Delictum commissum circa unam partem non extenditur ad aliam.*

55 *Hæredes emphyteotæ emphiteosim tenentes an ratione cessationis canonis solutionis ab uno, emphteosis cadat in commissũ in toto, uel in parte.*

56 *Obligatio defuncti diuiditur inter hæredes pro portionibus hæreditariis, & negligentia unius hæredum alteri non nocet.*

57 *Conditio obligationis non debet mutari ex personis hæredum.*

58 *Procurator emphyteotæ uagabundi si soluat singulis annis canonem, an dominus teneatur semper recipere procuratorem ad solutionem.*

59 *Hæres emphyteotæ ignorans rem esse emphyteoticã, & non soluens canonem infra tempus iuris, an cadat in commissum, & an restituetur.*

60 *Hæræs potest petere restitutionem in integrum propter iustam causam.*

61 *Præscriptio currit aduersus ignorantem.*

Restitutio datur ex capite ignorantiæ.

62 *Ignorantia hæredis mortui an transmittat tempus deliberandi in hæredem.*

63 *Dominus an teneatur acceptare pensionem, tertio offerente, pro emphyteota, & nu. 64.*

65 *Emphyteosis quando à tertio possidetur soluente, uel non soluẽte, quomodo cadat res emphyteotica in commissum.*

66 *Solutio non refert à quo fiat, dummodo fiat, quando agitur de conseruatione iuris.*

67 *Emphyteota debens decem, & soluens per quadraginta annos quinque, an præscribat, uel an teneatur soluere nisi quinque.*

68 *Præscribatur, an quando per longissimum tempus soluti sunt, corthonenses, ubi imperiales, qui plus ualent, & debebantur, non sunt soluti.*

69 *Emphyteota ecclesiæ an cadere possit in cõmissum minori spatio duorum annorum.*

70 *Solutionis probatio de tribus annis præteritis probationem inducit de toto tempore præterito.*

71 *Emphyteota an debeat portare canonem ad domum domini, et nu. 72.*

73 *Dominus, uel Prælatus si latitet, ne emphyteota sibi soluat canonem: quid iuris.*

74 *Ecclesia potest facere excommunicari emphyteotam non soluentem canonem.*

75 *Domino existente debitore emphyteotæ, si ipse emphyteota non soluat canonem, an cadat in commissum.*

Compensatione euitatur pœna, & compensatio pœnæ euitationem inducit.

Probare

76 Probare quis teneatur canonem rei emphyteoticariæ solutũ, vel non solutum.
77 Negatiua quando sit probanda.
78 Emphyteota ecclesiæ an possit purgare moram, & quando, & numero 84.
79 Emphyteota quando dicatur satisfecisse celeri satisfactione.
80 Tempus modicum consistit in iudicis arbitrio.
81 Iudex habens arbitrium vno modo arbitrari potest & aliter alio modo ex personarum qualitate.
82 Appellari potest ab arbitrio iudicis malè arbitrantis.
83 Mora an purgetur, vbi est dies, & pœna adiecta.
85 Emphyteota personæ priuatæ an purget moram.
86 Dominus an possit expellere propria auctoritate emphyteotam, qui cessauit in solutione canonis per bienniũ, aut triennium.
87 Beneficio priuatus ipso iure non est spoliandus sua possessione auctoritate Episcopi.
88 Conductor non debet eijci à re conducta à domino propria auctoritate.
89 Conductor non habet ciuilem, nec naturalem possessionem, sed solam detentionem.
90 Vxor vidua non debet à dote eijci ab hæredibus propria auctoritate.
91 Creditor in vim pacti de ingrediendo auctoritate propria an possit rei pignoratæ possessionem ingredi.
92 Constituto ciuilis, & naturalis possessio transfertur.
93 Possessionem rei meæ, inuito aduersario, licitum est mihi ingredi.
94 Creditor potest intrare possessionem pro defensione suæ possessionis, etiam resistente debitore, dummodo hoc faciat incontinenti.
95 Incontinenti quando dicatur aliquid fieri.
96 Argumentum licitum est de pacto cõtrahentiũ ad pactũ legis.
97 Domino petente, vel rei emphyteoticæ canone non soluto infra tempus delatum à iudice, an liceat sibi possessionem ingredi, an verò emphyteota citandus.
98 Confessus in iure habetur pro iudicato.
99 Iudex non tenetur dare licentiam domino ingrediendi possessionem, parte non citata. Nec debet, nu. 100.
Et quid si citet, num. 105.
101 Ingressus extraiudicialis ad quid valeat.
102 Libellus non est opus quòd detur in executione sententiæ.
103 Proceditur summariè, & sine libello, quando agitur de executione iuramenti ex conuentione partium præstiti.
104 Libello opus est in interdicto, vti possidetis
106 Petitio breuis, saltem qualisqualis danda est in causis summarijs.
107 Iudex an possit dare familiam domino, non citato emphyteota.
108 Domino quæ remedia competant, emphyteota cessante in solutione canonis, & nu. 111.
109 Pacta seruare debet qui vult, vt ei seruentur.
110 Dominium probatur multis modis.
112 Emphyteota dicitur turbare dominum in sua possessione ciuili non soluendo canonem.
113 Interdicta habent vim actionis.
114 Emphyteota cessans in solutione canonis iniustè possidet.
115 Ius expellendi emphyteotam an transeat ad successorem vniuersalem.
116 Emphyteota ad hoc, vt cessatione biennali, vel triennali a solutione canonis expellatur, quomodo consideretur tale biennium, aut triennium.
117 Ecclesia concessit cuidam rem in emphyteosim cum pacto, quòd singulis annis deberet soluere pensionem in festo resurrectionis domini: transiuit binus terminus, quo emphyteota non soluit canonem, sed non erat lapsum totum biennium, an tũc prælatus possit agere ad commissionem.
118 In emphyteosis concessione apponi potest, quòd non soluendo canonem quis non cadat in commissum.
119 Ecclesia non potest concedere in perpetuum de nouo rem in emphyteosim, nec ad longum tempus, nu. 120.
Emphyteosis an possit concedi de nouem in nouem annos, & an, vsq; ad tertiam generationem inclusiuè.
120 Prælatus non potest locare rem ecclesiasticam ad longũ tẽpus.
Tempus longum quod dicatur.
121 Emphyteotæ plures an possint inter se alienare, domino irrequisito, & nu. 122.
122 Iuri accrescendi an sit locus in emphyteosi, & quando.
123 Dominus rei emphyteoticæ an habeat ius plationis, si vult habere pro se, offerendo illud, quod vult dare alius.
124 Emphyteota priuati an possit donare ius suum, irrequisito domino.
125 Obligatio personalis, qua emphyteota tenetur, nõ sequitur fundum, & nu. 135.
126 Laudimium debet habere dominus pro introductione in emphyteosim.
127 Emphyteota ecclesiæ an possit donare ius suum, irrequisito domino.
128 Dominus an dabeat interpellare emphyteotam de soluendo, ut incurrat commissum.
129 Interpellatio legitima dicitur, quæ fit per proclamata.
130 Emphytheosis renouatio in quibus casibus sit fienda.
131 Instrumenti renouatio an possit peti. & nu. 132. 133. & 134.
132 Recognitio rei censualis ob quas causas possit peti, vt fiat à rusticis subditis eorum dominis.
136 Emphyteota si accepit pro se, & usq; in tertiã generationẽ, finita tertia generatione, resoluitur ius singularis successoris.
137 Papa fecit constitutionẽ, ꝙ nullus prælatus, uel rector ecclesiæ sub pœna excõicationis audeat locare bona ecclesiæ vltra trienniũ, Prælatus, vel rector facit locationẽ hoc mõ: loco tibi talẽ rẽ ad triẽniũ ad renouãdũ de triẽnio in triẽniũ vsq; ad nouem annos, an iste dicatur fecisse contra constitutionem.
138 Emphytheosi cessante tertia generatione, suis petentibus renouari emphyteosim eius, & tertio: quis præfertur, & an, nisi præferantur, iniuria eis fiat: & appellare possint.
139 Dominium directũ an probetur per instrumẽtũ emphyteosis.
140 Emphyteosi concessa Titio, & filijs eius, an veniant filiæ.
141 Masculinum genus in contractibus non concipit fœmininum, & quid in testamentis.
142 Emphyteosi concessa Titio pro se, & filijs, & filiabus suis, an simul admittentur filij, & filiæ.
143 Statuto cauetur, ꝙ filia dotata non succedat in emphyteosi accepta à patre pro se, & filijs, et filiabus: filia dotata an faciat concursum in emphyteosi cum fratribus.
144 Contrahens videtur contrahendo se disposuisse, & conformasse dispositioni statutariæ.
145 Dotans extraneam personam videtur donare.
146 Emphyteota an possit hypothecare rem emphyteoticam pro debito.
147 Emphyteota potest promittere vendere rem emphyteoticam.
148 Emphyteota vendẽdo rem nõ cadit in cõmissum, nisi eã tradat.
149 Pater an possit legare vni ex filijs rem emphyteoticam.
150 Pater accipiendo emphyteosim pro se, & filijs suis an videatur prouidere filijs vt hæredibus, vel vt filijs.
151 Pater potest prælegare vni ex filijs rem hæreditariã, et nu. 157.
152 Vasallus non potest in sua vltima voluntate prælegare feudũ vni ex filijs.
153 Filius licèt non sit hæres, nec in re certa institutus, habet tamen ius sibi quæsitum ex parte patris.
154 Donatio licèt possit reuocari, si non reuocatur, morte confirmatur.
155 Donatio causa mortis videtur reuocata, re donata prælegata vni alteri.
556 Ius, siue actio qualiter acquiratur irreuocabiliter tertio.
158 Reus principalis tenetur acquirere liberationẽ fideiussori suo.
159 Vsufructuarius si aliquid emat, seu acquirat, & sibi tradatur dominium, habita fide de pretio, interim est proprietarij.

160 *Ius duplex reperitur, reuocabile ſiue commutabile, & irreuocabile.*
161 *Teſtamento in dubio fauere debemus.*
162 *Ius non acquiritur tertio pacto contrahentium, niſi ratihabitione.*
163 *Emphytheota habens priuilegium uendendi rem emphytheoticā, non poteſt illam uēdere perſonis prohibitis, et perſonæ, quæ prohibentur emere.*
164 *Eccleſia nunquam moritur.*
165 *Res eccleſiæ licet ſit ſolita dari in emphyteoſim; tamen non potuit dari potentioribus.*
166 *Res emphyteotica an debeat computari in legitimam filii.*
167 *Auus non tenetur dotare neptem, quando pater, idemque filius habet, unde eam dotet.*

QVi rem. ¶Non ſoluens eccleſiæ canonem per bienniū, uel dete
riorans rem poteſt expelli à iure emphy-
teotico.h.d.in ſumma. ¶Nota primò ex
iſto tex.† ꝙ ſufficit, ꝙ emphyteota eccleſię
uel conductor rei eccleſiæ ceſſet per biennium in ſolu-
tione canonis : quia per talem ceſſationem cadit à iure
2 ſuo.De quo dixi uobis in euidentialibus.¶Nota,† ꝙ ille
qui deteriorat rem emphyteoticam, poteſt expelli. ¶Di
cit tamen hic notab. Bal.ꝙ eſt neceſſe, ꝙ ſit deterioratio
notabilis quantitatis, quæ cedat ad perpetuam deterio
rationem rei:non autem fructuum duntaxat, unde licèt
minus ſolicitè non colat agrum ; tamen non priuabitur
iure emphyteotico ipſius agri: ſecus eſſet in uinea: quia
tunc deterioraretur, & pateretur perpetuam deteriora-
3 tionem.Hinc infert Bal.†non licere emphyteotæ incide
re arbores fructiferas in re emphyteotica, allegat not.in
l.diuortio.§.ſi fundus.ff.ſo.ma.¶Addit Bal. aliud requi
ſitum.ſ.ꝙ deterioratio rei emphyteoticæ eueniat dolo,
uel lata culpa, uel leui ipſius emphyteotæ: ſecus ſi leuiſ
ſima culpa, allegat pulchram gloſſ. in §. ſcire, in Au-
then.de non alie.col.2.Ex prædictis infert hic no.Pa.de
4 Ca.† quòd idem eſſet in uaſallo deteriorante feudum,[a]
a vel malè tractante homines,& ſubditos: quia poſſet pri-
nari feudo, all.l.2.ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie.iu.Vos
addite Bal.in c.1.§.publici latrones, in titul.de pace te-
5 nen.& eius uiola.†ubi dicit, ꝙ ſi dominus caſtri malè tra
ctet ſubditos ſuos, poteſt moneri per Superiorem, ꝙ eos
tractet modo debito: aliàs ꝙ auferet ſibi caſtrum: qui.n.
abutitur dominio, facit ſe indignum dominari, ut dicit
Bal.in c.1.in tit.qualiter dominus proprietate priuetur,
6 in libel.feud.¶†An autem uſufructuarius ſi deterioret
rem notabiliter, poſſit repelli.Bal.in l.1.§.habet autem.
ff.uſu.quemad.ca.videtur uelle, ꝙ non:quia ſufficit, ꝙ cō
tra eum committatur ſtipulatio ad intereſſe: qa ꝓmiſit
uti frui arbitrio boni uiri:& iſta opin.uidetur probari in
d.§.habet autem, ſed Gui.de Cu.hic, quem ſequitur Pa.
de Ca.eſt in opinione contraria, per l.hoc amplius.§.fi.
ff.de dam.inf.Et per l.cognouimus, inf.de man.& colo:
li.11.& pl.eos, inf.de aquæ ductu.eo.li.Et iſta ſnīa plus
placet.Et ita tenendo poteſtis rńdere ad d.§. hēt aūt, ꝙ
licèt ibi dicatur committi ſtipulationem ad intereſſe, tñ
ꝓ hoc non ſequitur, quī ipſe uſufructuarius poſſit repel
li:quia iſta ſunt diuerſa remedia. Verùm quia in p̄ceden
7 tibus dixi de contractu emphyteotico,& cenſuali.†Quę
ro de contractu, qui fit cum ſuperficiario. Et pro decla-
b ratione eſt ſciendum, ꝙ ſuperficiarius[b] dr̄ ille, cui fuit cō
ceſſa ſuꝑficies ī perpetuum pro annua pēſione:& de iſto
c contractu habeī in l.1.& ibi per Bar.ff.de ſuperf.†[c]Et iſte
8 ſuꝑficiarius dr̄ hēre utile dñium, ſicut emphyteota, adeo
ꝙ pōt agere utili rei uendicatione contra alium pro ſua
9 ſuperficie. l, ſuperficiario.ff.de rei uendi. † & ſicut em-
d phyteota non poteſt uendere rem emphyteoticam,[d]
niſi domino directo requiſito, l.fi.ǰ.de iu.emph.ita idē ē
in ſuperficiario.Ita tenet eleganter Bar.in l.1.§. quod au
tē.ff.de ſuperfi.Si autem uultis ſcire de cōtractu libella-
rio, qualiter fiat:videte per Cy.& alios Doct.in Auth.in
greſsi.s̄.eo.& per Bal.not.in c.1.§.aut ſi libellario, in tit.
10 qui.mo.feu.amit.in libello feudorū. † Sed nunquid em-
phyteota, inuito dño, poſsit renūciare emphyteoſi, cōclu
dūt, ꝙ ſi res emphyteotica fuit cōceſſa ad certū, & deter
minatū ſeruitium annuū, puta pro vno pari caponū,& ſic
de ſimilibus, nō poterit emphyteota, inuito directo dño,
renūciare illi rei emphyteoticæ.Ita dicit not.Bar.in l. is
cum quo.ff.de aqua plu.arc.idē tenet Io.de Imo.in c.ad
audiētiā, extra de re.ec.nō alie, ſecus eſt in collectis:qa
11 ſunt munus extraordinariū, & variātur ſm̄ tēpora. † Et
ideo, ſi quis bona, quæ tenet in aliquo loco, habeat pro
derelictis,& renūciet eis, non tenebitur poſtea ſoluere
collectas, quę imponūtur in illo loco, ſm̄ Bar.& Imol. in
12 locis ꝓximè alle.† pręteritas tñ collectas teneī ſoluere,
13 l.incola iam.ff.ad municip.¶ † Nota ſubſequēter ex hac
Auth.hic, videri probari, ꝙ ad hoc, ut cōductor cadat à
iure ſuo, requiritur, ꝙ ceſſauerit in ſolutione ꝑ bienniū.
circa quod concludite, ꝙ aut inter locatorē & cōducto-
e rē fuit appoſitū pactū de nō expellēdo ip̄m cōductorē:[e]
& tūc reqritur ceſſatio per bienniū, tex.eſt in l.quæro.§.
inter locatorē.ff.locati, aut tale pactū nō fuit appoſitū:&
tunc ēt, ſi ſemel tm̄modo ceſſauerit, pōt expelli à pręſen
ti vſu, tñ ipſe poterit purgare morā : quia ſi offerat cum
effectu ſe paratū ſoluere id, quod debet pro præterito,
locator debebit pati eū uti frui.Ita determinat hic notā
ter Bal.& ſequitur Pau.de Caſt.ar.l.ſi in lege, in.§. colo-
nus.ff.locati. ¶ Nota vltimò ex iſto tex.ibi, repelli pōt.
14 hic bene probari, † ꝙ omnia iura dicentia emphyteotā
cadere à iure ſuo, ſi ceſſauerit in ſolutione canonis, de-
bēt intelligi, ꝙ cadat ipſo iure, ſi dñs velit, & nō aliter.
Iſta eſt glo.q̄ reputatur ſingularis in l.2.ff.ſi ager vectiga
15 lis, vel emphy.pe.¶ In glo.prima in fine. Quæro † utrū
cōtractus emphyteoticus ꝓ ſui ſubſtātia requirat ſcriptu
f rā,[f]gl.in.§.adeo, Inſt.de loca.& cōduct.uideī velle ꝙ ſic.
Idē & exp̄ſsius tenet gl.in c.1.extra de cen. lib.6.Et hoc
uideī ꝓbari in l.1.ǰ.de iure emphy.Spe.in hoc uariauit,
ut patet ex his, quæ ponit in tit.de inſtru.edi.in.§. reſtat.
& in tit.de loca.§.nūc aliqua, uer.quinto.Bar. in d.l. 1. ǰ.
de iure emphy.uidetur uelle cōtrariū, ſcilicet, ꝙ ſcriptu-
ra nō ſit de ſubſtātia contractus emphyteotici. Sed Pet.
de Bellapertica,& Cy.in d.l.1.ǰ, de iure emphy.ſequitur
opinionē gloſſarū p̄dictarum.ſ.ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtā-
tia cōtractus emphyteotici.Et dicit Io.de Imol.in repe-
titione cap.potuit, extra de locat.ꝙ iſta uidetur eſſe cōis
opinio, quæ ſeruaī in practica. ¶ Nunc q̄ro de quæſtio-
16 ne quotidiana.† Emphyteota uult ſoluere penſionē pro
decē, vel 20.annis, an dñs teneatur recipere: ſi enim dñs
uellet ſponte recipere, res eſſet clara:qa ſcienti,& uolēti
nō infeī dolus, nec iniuria, l.cum donationis.ǰ.de tran-
ſac. ſed quæſtio noſtra ſtat, an dñs inuitus cogatur reci-
pere, Bar.in l.ſtatuliberos conditioni.§.ꝙ ſi ſeruus. ff.de
ſtatulibe. per illum tex.uidetur uelle, ꝙ emphyteota po
terit ſoluere pēſiones in una uice ꝓ triēnio, alleg. l. pla-
cuit.ǰ.de fun.pa.lib.11.Dy.autē & ipſe Bar.in l. Iabole-
nus, alias incipit, eum qui.ff.de annuis leg.tenent expreſ
17 sè, † ꝙ dñs nō cogitur recipere penſiones pro pluribus
annis.Et eſt ratio ſm̄ eos:quia difficilior redderetur pro
batio ipſius dñi : nā eius intereſt, quòd emphyteota ſol-
uat omni anno, quia per tales ſolutiones ſemper uide-
tur eum recognoſcere in dominum, l.male agitur. ǰ. de
præſcrip.30.uel 40.anno. Et iſtam opinionē dicit Bart.
eſſe uériorē de iure.Subdit tamen Bart.in d. l. eum qui,
18 † quòd ſi emphyteota uellet ſoluere pro pluribus an-
nis,& offerret ſe paratum recognoſcere ipſum recipiētē
in directū dñm,& de hoc faceret inſtrumētū recognitio
nis: tunc emphiteota eſſet admittendus.Bal.in l.2. quaſi

ad

ad finē cōm.inf.de iure emphy.tenet,ꝙ emphyteota non
poterit ſoluere pro pluribus annis,inuito domino , per
rōnem ſuperius allegatam.Idē tenet ipſe Bal.in l. filiuſ-
familias.in §.Diui.il primo.ff.de lega.1.Eandem opin.te
net ipſe Bal.poſt Guil.de Cu.in l.plures apochis, in fine
g cōmenti.ȷ̃.de fide inſtr. g & ibi dat notabilē determina-
19 tionem dicens,†ꝙ ille,qui debet ad certum tempus reci
pere bladum,uel uinum,non tenetur illud recipere ante
tempus.Idem dicit in omni re , quę poſſet tp̄e deterio-
rari.quod eſt bene notandum.Io.de Imola.domin.Car.
Floren.& dom. Pet.de Anc.in præalleg.c.potuit. tenēt
expreſsè opinionē prædictā,ſcilicet ꝙ dn̄s non cogatur
inuitus recipere penſiones pro pluribus annis.Mouētur:
quia ſicut emphyteota non poſſet cogi inuitus ſoluere
ante tēpus.l.ſtipulatio iſta.§.inter certā.ff.de uerb.obli.
ita dominus non debet cogi inuitus recipere ſolutionē
pluriū annorū futurorū,ut æqualitas ſeruetur, argu.l.fi.
inf.de fruc.& lit.expen.& ſm̄ iſtā opin.ſępe cōſului . Ad
§.ꝙ ſi ſeruus.in d.l.ſtatuliberos.ego reſpondeo,ꝙ ponit
caſum ſpecialē fauore libertatis.¶In gl.ſuper verbo, re
pelli poteſt.ibi,uidetur ꝙ ſic.Hanc opinionem Doct.ſe-
20 quuntur dicentes,† ꝙ licèt emphyteota ſit obligatus ad
penſionem , etiam minimam ; ſi tamen ceſſet ſoluere
per biennium,quando eſt emphyteota eccleſiæ, uel per
per triennium,quando eſt emphyteota priuati , cadit à
iure ſuo.Et pro iſta ſententia Bal.allegat tex.in §.itaq; in
Authen.de non alien.ubi fit mentio de penſione duorū
ſolidorum in re ualente.40.uel 100.ſolidos. optimè fa-
cit quod not.gl.in l.ſi res bona fide.ff.de contrahē.emp.
21 & ita ſeruatur in practica . ¶ † Sed ponamus , ꝙ eccleſia
h conceſſerit in emphyteoſim h perpetuā quandā aream cū
pacto, ꝙ emphyteota ibi ædificaret unū ędificium,quod
eſſet ipſius ędificantis, & pro eo nihil ſoluere teneretur,
ſed pro area deberet ſoluere penſionem annuā: ceſſauit
per biennium in ſolutione canonis, an illud ædificiū de
uoluetur ad eccleſiā.Prima facie uidetur dicendū,ꝙ ſic:
quia illud ædificium cedit ſolo,vnde cū ſolū deuolua-
tur ad eccleſiā,pari modo ædificiū debet ad eā deuolui.
arg l obligationū fere.§.placet.ff.de ac. & obli. Bald. tn̄
hic,& Paul.de Ca.dicunt æquius eſſe, ꝙ ipſe emphyteo
ta poſſit remouere illud ædificium, niſi eccleſia ſibi of-
ferat iuſtam æſtimationē.All.l. ſed adeſt.§. ſi inquilinus
arcam cameratā.ff.loca.Addite Bal.de hac quęſt.loquē-
tem in Auth.excipitur.ȷ̃.de bo.quæ lib.In feudatario ui
dendū eſt quid iuris ſit,de quo habetis pulchrum tex. in
c.1.in §.ſi uerò uaſallus,in uerſ.hic finitur lex,& incipiūt
22 conſuetudines regni in libello feudorū. ¶ † Sed quæro
de quęſtione quotidiana.Emphyteota fundū emphyteo
ticū non potuit laborare ꝑꝑ guerrā,an teneatur ſoluere
penſionē ꝓ illo tp̄e,quo nō potuit fundū laborare vr̄ di
cendū,ꝙ nō:quia ſi ꝑ inundationē aquarū,uel per naufra
giū non poſſit res poſſideri,cenſetur perēpta.l.3.§.quod
ex naufragio.ff.de acqu.poſſ.ſimiliter ſi per uim,uel ꝑpo
tentiam hoſtium non poſſit poſſideri, cenſetur perēpta.
l.cum unus.§.fi.ff.de bo.au. iudi. poſſ. Et nos habemus,
23 † ꝙ quando emphyteoſis eſt perempta à toto, i emphy-
i teota liberatur à penſione.l.1.inf.de iu. emphy. ¶Secun
dò pro hac parte adducitur tex.in l.forma.in §. 1. ff. de
cenſi.ubi dicitur,ꝙ ſi habēs fundū tributarium nō poſſit
colere ipſum fundum,releuatur à ſolutione tributorū.
Et hanc opin. quòd emphyteota pro tempore guerræ
non teneatur ſoluere penſionem , tenuerunt Iacob.de
Aren. Cyn. Bart. Angel. & Saly. in d. l. 1. inf. de iur.
emphyteot. & Ioann.And.in addit.ad Specu. in titu. de
loca.§.nūc aliqua.uer. 34. Et Pet.de Anc.Card. Floren.
& Ioa.de Imo.in c.potuit.ex.de loc.Pau.de Ca.in d.§.qđ
ex naufragio.dicit,ꝙ illa iura loquunť in caſu,qn̄ res pe
rit caſmate,vel ꝑ naufragiū:qa tūc nō ē ſpes recuperādi,
& aliud eſt,quando ui hoſtium res eſt occupata:qa tunc
eſt ſpes recuperationis: ipſe tamen non eligit , quæ ſn̄ia
ſibi placeat. Alb.de Roſ.in l.1.ȷ̃.de iu.emph.dicit,ꝙ em-
phyteota tenetur ſoluere , quantuncunq; aliquo tēpore
ꝑꝑ guerram non potuit laborare fundum emphyteoti-
cum,nec fructus colligere:mouetur per d.l.1.ubi conſi-
deratur,an tota res pereat,&hoc caſu bene liberatur em
phyteota,an verò pereat ꝓ parte:& tunc nō liberatur,er
go licèt aliquo tp̄e fructus nō perceperit:quia tn̄ res nō
eſt perempta,dēt emphyteota teneri ſoluere.Hāc opin.
24 dicit Alb.ſe uidiſſe ſeruari,pro qua opin.facit:†quia bo
num eſt arg.de re ad tempus.l.miles ita.in §.1.ff.de teſt.
mil.ſicut ergo re emphyteotica perēpta pro parte non
liberatur emphyteota : ita nō dēt liberari, qn̄ pro parte
25 tp̄is nō potuit ꝑcipere fructus.Ad idē facit:†qa emphi-
k teotæ nulla fit remiſſio pēſionis k ꝑꝑ ſterilitatē . Ita dicit
gl.in c.potuit,in uer.repelli potuiſſet,ext.de lo. & ꝓba-
tur in l.3.& ibi Bar.inf.de fun.patr.lib.11.Et ita uult Bar.
in Auth.perpetua.§.eo.¶Tertiò pro hac parte facit: qa
emphyteota tenetur ſoluere penſionē in ſignū recogni-
tionis dominii;nō aūt habito reſpectu ad fructus.Qđ pa
26 †tet,qa ēt ſi maxima pars rei emphyteoticę ſit perēpta;ni
hilominus tenetur ſoluere pēſionē.d.l.1.inf.de iu. emp.
ergo nō eſt obligatus ad penſionem habito reſpectu ad
fructus,ſed eſt obligatus ī ſignū recognitionis dominij:
ſufficit ergo,ꝙ dominiū duret.Ant.de Bu.in d.c.potuit,
diſtīguit,aut guerra durauit modico tp̄e,& tūc nulla fie
27 ri dēt remiſſio ipſi emphyteotæ: ſecus ſi magno tp̄e du-
raſſet,†&appellat magnū tempus,qn̄ durauit triēnio.Ra
pha.Cum.in d.§.quod ex naufragio,tenet nullam remiſ
ſionem fieri debere emphyteotæ propter guerrā : quia
ex hoc emphyteota nō perdit utile dominium,imò nec
poſſeſſionem.l.licèt,inf.de acq.poſ.Et q̄uis empyteota
perdidiſſet poſſeſſionem,tn̄ ex hoc res non dr̄ perēpta ,
& cōſequēter nō dēt fieri remiſſio emphyteotæ.d.l.1.ȷ̃.
de iure emph.Ro.in d.§.quod ex naufragio.dicit,ꝙ ſi pē
ſio,quæ debetur,eſt modica:tunc propter guerrā nō fiet
28 remiſſio pēſionis ipſi emphyteotæ, † quia ꝓ modico nō
dēt fieri remiſſio.l.ſi merces.§.bis maior.ff. loc. Si uerò
eſt magna penſio:tunc eſt diſtinguendum,vtrùm guerra
durauerit modico tempore,an uerò magno.ut diſtinxit
Ant.de But.Collegium Mediol.in quæſt. facti conſultū
fecit diſtinctionem prædictam,an penſio ſit modica , an
uerò magna.Sed iſta diſtinctio ſm̄ Raph.Cum.non pro-
batur iure.In puncto iuris uerior apparet opin.Alb. de
29 Roſ.uolentis,†ꝙ emphyteota teneatur ſoluere penſionē
licèt aliquo tempore non potuerit percipere fructus ꝑꝑ
guerram,& pro iſta ſententia facit tex.in d.l.1.ȷ̃.de iure
emph.& tex.in Auth.de alie.circa fi.primæ chartæ in §.
30 dudum aūt,col.2.ubi tex.probat, † ꝙ oē periculū caſus
fortuiti ſpectat ad emphyteotā.Retenta tamen opi.Iac.
de Are.Bar.Ang.& Sal.ac ſequacium pro uera, qui uo-
lunt,ꝙ pro tempore guerræ emphiteota nō teneatur ſol
31 uere. Limitabitis iſtā opi.†niſi tēpore imminentis guer
ræ qs caperet rem in emphyteoſim:nā tunc imputādum
eſſet ei,cum uideret periculum imminere: & tūc tenere
l tur ſoluere penſionem.l Ita dicit eleganter Cy.in add. in
l.ex conducto.§.1.ff.loc.& Bal.in commento pacis Cō-
ſtantiæ,in uer.uaſalli noſtri.Et idem Bal.in l. ſi ea lege.
32 inf.de uſu.quod notetis perpetuò.†Item limitabitis ean
dem met opin.Ia.de Are.Bar.& ſequacium, niſi res em-
phyteotica deueniſſet ad manus hoſtium ; ita ꝙ non eſ-
ſet ſpes aliqua recuperandi eam : nam tunc cenſeretur
perēpta,& fienda eſſet remiſſio mercedis ipſi emphyteo
33 tæ exēplo eius,quod diximus,†ꝙ quādo res pignorať ꝓ
tanto , quanti ualet , dr̄ alienata,tex.eſt no. in l.qui ha-
bebat.ff.de leg.& ita uult Bart.expreſsè in l.legata, in §.
fi.per illum tex.cum glo.ff.de ſuppel.leg. Idem uult ip-
ſe Bar.in l.rem legatam.ff. de adi. & transferen. leg.
34 ¶ Quæro etiam, † quid ſi emphyteota eccleſiæ ceſ

ſauit per biennium in ſolutione canonis,& Prælatus po
ſtea recipiat penſionem ſine proteſtatione , an præiudi-
cet ſibi,& eccleſiæ ſuę,ut nō poſsit poſtea expellere em
phyteotam.Glo.ordi. in c. potuit,extra de loca. diſtin-
guit,quòd aut eſt Prælatus eccleſiæ collegiatæ.& tunc,
ſi recipiat penſionē cum conſenſu capituli,ſibi, & eccle-
ſiæ ſuæ præiudicabit in iure expellendi emphyteotam :
ſecus ſi ipſe Prælatus ſolus recipiat penſionem ſine con
ſenſu capituli: quia tunc non præiudicabit eccleſiæ ſuæ,
per ea quæ habentur in reg.delictum,extra de reg. iu.li.
6.Si uerò eccleſia habet unum ſolum rectorem:tunc ille
rector recipiendo penſione m,bene præiudicabit eccle-
35 ſię in iure expellendi:†quia,quando in eccleſia eſt unus
ſolus rector,ille habet tantam poteſtatem , quantam
in eccleſia collegiata habet Prælatus cū capitulo. & in
hoc illa glo.eſt ualde notanda.Optimè facit c. relatum.
36 il 2.extra de teſtam.& ex illa glo. infertur, † quòd,quan
do in eccleſia eſt unus ſolus rector, ille poterit uende-
m re rem eccleſiæ m cum auctoritate Epiſcopi abſque eo ,
quòd interueniat aliquis tractatus: quia eccleſia ipſa nō
habet capitulum,cum quo poſsit fieri tractatus . & hoc
eſt de mente Spec.in tit.de empt.& uend. §.nunc uiden
dum reſtat de uenditionibus rerum,& iuramento mino
rum.uer.cæterum.dum format inſtrumentum ſuper alie
natione rei eccleſiæ,Et hoc dictum ſequitur Imo.in d.c.
potuit . & diſtinguit ut ſup.cū quo tranſeunt cōiter Do-
ctores.& idem uoluit Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.
uer.26.ſed Dominus cardinalis Florentinus in eo. c.po
tuit , nititur ſuſtinere , quòd etiam ſi Prælatus eccleſiæ
collegiatæ ſine conſenſu capituli recipiat penſiones ab
emphyteota; tamen præiudicabit eccleſiæ in iure expel
lendi ipſum emphyteotam.Mouetur,quia tale ius expel
37 lendi cum effectu non eſt apud eccleſiam,† cum emphy
teota ipſo iure non cadat à iure ſuo propter non ſolu-
n tionem canonis. Adducit ſimile : quia Prælatus n ſolus
legatum factum eccleſię poteſt repudiare:& ita uult Fe
der.de Se.ſuo conſi.9. de quo per Canon. maximè Pan.
& Imo.in c.tua. extra de his,quæ fiunt a præla.ſine con.
38 cap.¶†Secundò mouetur:quia licet in iam quæſitis non
poſsit Prælatus præiudicare eccleſiæ.argum. l.ſi.inf.de
acquir. poſ. tamen in acquirendis bene poteſt eccleſiæ
præiudicare.l.ſeruus.& l.filius.cum ſua glo. inf.de pac.
39 ¶Tertiò mouetur:†quia ſi adminiſtrator reipublicę,ubi
pro ipſa republica debebat recipere maiores uſuras,re-
cipiat minores, præiudicabit reipublicæ , ut non poſsit
poſtea petere maiores uſuras.l.aduerſus.inf.de uſur.er-
go eodem modo ſolus Prælatus debet poſſe præiudica
re eccleſiæ,cum reſpublica,& eccleſia parificentur.l.fin.
40 inf.eod.¶Quartò mouetur:† quia Prælatus negligendo
poteſt præiudicare eccleſiæ.c.1.extra de præſcrip. nota-
tur per glo.in d.reg.delictum. ergo Prælatus ſolus reci-
piendo penſiones ab emphyteota poſt ceſſationem ne-
gligendo expellere emphyteotam debet poſſe præiudi
care eccleſiæ.Ioan.de Imo.in d.c.potuit . dicit, quòd in
practica difficile eſſet obtinere ſecundùm iſtam opi.Do
mini cardinalis Florentini , attento quòd Docto. com-
muniter tranſeunt cum glo.in d.c.potuit.His ſic declara
tis uideamus,an glo.in d.c.potuit,bene dicat:quando di
41 cit , † quòd Prælatus recipiendo penſionem ſibi præiu-
dicat in iure expellendi.Dominus Cardin. Floren.in d.
c.potuit.diſtinguit hoc modo,aut Prælatus recipit pen-
ſiones pro tempore præterito,quo emphyteota ceſſaue-
rat:& tunc,ſi illas recepit ſine proteſtatione,ſibi præiu-
dicat:ſecus ſi recipiat cum proteſtatione,ar.l.ſi debitor,
42 in §.1.ff.quib.mo.pig.uel hypo.ſol.†Aut recipit penſio-
nes pro tēpore futuro,ſeu pro emptore ſubſecuto, poſt
quam ipſe emphyteota ceſſauerat in ſolutione , & hoc
caſu ſibi præiudicat,ut non poſsit poſtea expellere em-
phyteotam,quantuncunque proteſtetur de iure ſuo,id-
eſt de iure expellendi:quia facit actum contrariū prote
o ſtationi,& ideo ꝓteſtatio non debet ſibi ꝓdeſſe ꝑ ea, q̄
habentur in c.cum M.Ferrarienſis. extra de conſti.& per
not.per Bar.,in l.non ſolùm.in §.morte.ff. de ope.no.nū
cia. Niſi(ſecūdùm ipſum Dominum Cardinalem)emphi
teota conſentiret tali proteſtationi : quia tunc eſſet ſibi
imputandum per ea,quæ inf.dicam.Bar.in l.2.inf.de iu
43 re emphyt. dicit, † quòd ſi dominus recipiat penſiones
pro tempore præterito,tunc ſibi non præiudicat in iure
expellendi emphyteotam: quia ipſi domino copulatiuè
duo ſunt permiſſa, ſcilicet petere penſiones tēporis præ
teriti , & expellere emphyteotam, ut habetur in l.2.inf.
de iu.emphy.Aduertite,quia in iſto primo mēbro Bart.
non uidetur facere differentiam, an dominus proteſtet,
uel non,& in hoc differt ab opin.Domini Card.Flo.aut
recipit penſiones pro tp̄e futuro : & tunc, ſi illas recipit
ſine proteſtatione,ꝑiudicat ſibi in iure expellēdi; ſecus
ſi recipiat cum proteſtatione.Dominus Anto. de Bu. in
præalleg.c.potuit.dicit Bartol. bene dicere, inquantùm
dicit,quòd, ſi dominus recipiat penſiones pro tempore
præterito, quòd ſibi non præiudicat in iure expellendi:
ratio eſt ſecundùm eum: quia talis receptio poteſt du-
pliciter intelligi. Primò quòd uideatur facta animo re-
nunciandi iuri ſuo, Secundò poteſt intelligi , quòd non
animo renunciandi , & in caſu dubio uidetur facta non
animo iuris expellendi: quia nemo præſumitur uelle re
nunciare iuri ſuo.c. ſuper hoc.extra de renun.& l. cū de
indebito.ff.de prob. Inquantùm autem Bartol. dicit,ꝙ,
ſi recipiat penſiones pro tempore futuro cum proteſta-
tione,quòd ſaluum ſit ſibi ius expellendi. In hoc domi-
nus Anton. tenet contra Bartol. quia hoc caſu domi-
nus facit actum contrarium proteſtationi . Et ideo pro-
teſtatio non debet ſibi ſuffragari, ut etiam uoluit Domi-
nus Cardinalis Floren.Ia.de Are.ut refert Cy. de Piſto.
44 in d.l.2.inf.de iure emphy.diſtinguebat hoc modo.†aut
dominus incipit ab expulſione emphyteotæ: & tunc po
terit etiam petere penſiones præteritas,per l.collatio.ff.
loca.aut incipit à receptione penſionum:& tunc ſi reci-
pit penſiones pro tempore futuro,ſibi præiudicat in iu-
re expellendi.arg.l.poſt diem.cum.l.ſeq.ff.de lege com
miſ.aut recipit penſiones pro tempore præterito:& tūc,
ſi ſine proteſtatione recipiat,ſibi præiudicat; ſecus ſi pro
teſtetur de iure expellendi:quia tunc ſaluum remanebit
ipſum ius.d.l.ſi debitor.in §.1.Aduertite,quia inquantū
Ia.de Are.facit differentiam, an dominus incipiat à iure
expellendi , an uerò incipiat à receptione penſionum ,
non uidetur bene dicere: quia nō eſt dare bonam ratio-
nem diuerſitatis.Tamen Cy.de Piſtorio.in d.l.2.uidetur
adhærere opi. Iac.de Are.gl. uerò in d.l.2.infra.de iure
emphy.uidetur uelle, quòd ſi dominus recipiat penſio-
nes pro tempore præterito,¦quòd ſibi præiudicat in iu-
re expellendi¦. Sed certè hoc uidetur contra iſtum text.
qui permittit duo copulatiuè. ſ. quòd Prælatus poſsit
petere penſiones præteritas , & quòd nihilominus poſ-
ſit expellere emphyteotam.Io.de Imo. in præall. c. po-
tuit. concludit,quod aut loquimur in Prælato eccleſiæ :
& tunc licèt recipiat pēſiones pro tempore prędterito; tn̄
non ſibi præiudicabit in iure expellendi emphyteotā,
p per iſtum tex.qui eſt canonizatus ꝑ 10.q.2.c.qui rē. † In
45 emphyteota autem priuati uidetur dicendum , quòd ſi
dominus recipiat penſionem,ſibi præiudicet in iure ex-
pellendi,attento quòd non fuit proteſtatus de iure ſuo,
& contra , ſi dominus expulit emphyteotam, uidetur,ꝙ
non poſsit poſtea petere penſiones:quia altero debet eſ
ſe contentus.argu.l. reſcriptum.§. ſi pacto. ff. de pactis,
& l.apud Celſum.in §.Labeo.ff.de exce.doli. ubi habe-
tur,quòd ſi promiſi aliquid ſub pœna: ſtipulator debet
eſſe contentus altero,ſcilicet quòd uel pœnam,uel rem
recipiat,utrunque autem non debet conſequi.Et quòd
dominus

dominus possit expellere emphyteotam,qui cessauit in solutione, est quædam pœna cōminata contra emphyteotam, ergo dominus debet esse altero contentus. Et dicit Dominus Cardinalis Floren.in d. c. potuit. quòd hanc opinio. tenebat Iac.de Beluis. in §.quod autem.in Auth.de non alie.col.2. Et tenendo istam opin. respon-
46 debitis ad l.colonus.ff.loc.† quod illa loquit̃ in simplici colono,qui licèt expellatur à fundo, non tñ perdit me-
q liorationes q, quas fecit in fundo,imò pōt eas repetere à dño;non est ergo mirũ, si ultra expulsionẽ possit cōue
47 niri ad pensiones præteritas. † Nos aũt hic loquimur in emphyteota, qui si ratione cessationis in solutione cano nis expellatur, perdit meliorationes, quas fecit in fundo emphyteotico.l.2. inf.de iu. emphy. unde non esset æquum,quòd ultra expulsionem teneretur soluere pensiones præteritas;ne tot pœnis affligatur pro eodem delicto.¦c. at si clerici.in fi.extra de iudi. ¶Sed circa prædi
48 cta moueo uobis pulchram dubitationem.† an sufficiat, quòd dominus recipiendo pensiones protestetur,quòd saluum sit sibi ius expellẽdi emphyteotam, an uerò etiã sit necesse,quòd ipse emphyteota consentiat protestationi. Concludite,quòd si emphyteota expressè consentiat ipsi protestationi factæ per dominum, res est clara: quia ex quo consentit pra stationi, uidetur renunciare iuri suo.c.ad apostolicam.extra de regu.& l. pe. inf. de pac. sed si non consentiat expressè,sed tacitè, puta, quia taceat,est magna dubitatio.Nam tex.in l.fi.§.item si prædi xerit.in uer. consenserint.ff. nau. cau. stab. uidetur pro-
49 bare à contrario sensu, † quòd non sufficiat emphyteotam tacere: sed oportet, quòd consentiat protestationi factæ per dominum ad hoc, ut protestatio prosit ipsi domino.glo. tamẽ in d.§.item si prædixerit. subaudit ad illum tex.istam dictionẽ,maximè,quasi uelit dicere,quòd non sit necesse, quòd emphyteota consentiat expressè protestationi:sed sufficit,quòd non contradicat. Pet.de Bellapertica in d.§. item si prædixerit, damnat illam gl.
50 Bartol.tamen ibi distinguit, † quòd aut protestatio r fit
r ad præiudicium iuris iam quæsiti:& tunc procedat opi. Petri.de Bellaper. aut fit ad præiudicium iuris quærendi, & tunc procedat gloss.in d.§.item si prædixerit. Vnde in proposito nostro cum emphyteotæ sit quæsitum ius excipiendi, ut dominus debeat esse altero contentus, quòd requiratur consensus emphyteotæ, ut scilicet consẽtiat protestationi factæ per dominum,ad hoc ut illa protestatio reseruet ipsi domino ius expellendi emphyteotam.& q non sufficiat, quòd emphyteota tacuerit Gl.tamen in præalleg. c.potuit.uidetur uelle, q sufficiat dominum reseruare sibi ius expellendi emphyteotam:licèt emphyteota aliter consentiat,& pro ista sẽtẽtia facit secundùm Inno.in d.c.potuit:quia emphyteotæ uidetur demum acquiri ius excipiendi, quòd dominus debeat esse altero contentus:quando scilicet dominus recipit pensiones sine protestatione: quia tunc non poterit expellere emphyteotam, uel si expulit primò emphyteotam, non poterit postea pensiones præteritas petere,quia debet altero esse contẽtus.d. l. rescriptum. §.si pacto.ff.de pactis.& d.l.apud Celsum in §.Labeo. ff. de exce.do.Vnde concludit Imo.in d.c.potuit.quòd imputandum est emphyteotæ,quare non contradicit protestationi,& reseruationi factæ per dominum: nam soluendo pensionem audita protestatione domini,uidetur consensisse ipsi protestationi,adeo quòd dominus quanquàm receperit pensiones præteritas; tamẽ virtute protestationis per eum factæ poterit adhuc expellere emphyteotam.Ego corroboro istam opi.Imol.auctoritate Bal.in c.quæ in ecclesiarũ, in uer. quæro dicit Eps.ext.
51 de cōsti.ubi dicitur, † q si Episcopus dicat feudatario, ego renouo tibi inuestituram talis rei, reseruato iure ecclesiæ meæ, & illa res erat deuoluta ad ecclesiam ob inuestituram non petitam infra tempora debita:demum ipse Episcopus illam rem infeudauit alteri,determinat Bald. quòd talis infeudatio ualebit: quia imputandum est primo feudatario, qui acceptauit renouationem cũ reseruatione prædicta facta per Episcopum, & est ei imputandum,quare consentit illi protestationi,& reserua-
52 tioni.Quod tenete perpetuò menti.¶ † Nunc quæro de alia quæstione. Emphyteota soluit partem pensionis domino, non autem totam pensionem, utrùm per lapsum biennii,uel triẽnii, quo non soluit integram pensionem cadat à iure suo in totum,& possit in totum expelli,an uerò possit expelli solùm pro parte,pro qua nō soluit.Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua.uer.29. determi
53 nat,quòd poterit in totum expelli:† quia quando pœna est adiecta obligationi q̃titatis, nisi tota quantitas integraliter soluatur, committitur pœna in totum. l. 5. §. si sortem.& l.executione.§.penul.ff.de uerb. obli.l. quandiu.& l.si residuum.inf.de distr.pig. & hanc opi.tenuerunt Oldr.de Ponte. & Alber.de Ros.& mouentur quia nisi res committeretur in totum, emphyteota compelleretur inuitus ad communionem,contra.l.si non sortem. §.si centum.ff.de cond.ind.Hanc eandem opi.tenuerunt Pe.de Anc.& Io.de Imo. in d.c.potuit.& refert ibi Io.de Imo. Fede. de Senis tenuisse in consilijs suis consil. 29. Huic conclusioni non ob.l.si seruus. in §.1.ff.si quis cau. quia ibi est speciale in iudicijs. Non obstat etiam,c.constitutus.in fi. extra de reli. do. quia ille tex. loquitur in censuario, qui licèt per centum annos cessaret in solutione pensionis;tñ non caderet à iure suo,ut uult ibi gl. communiter approbata. Addite Alber.de Rosa.idem dicentem in l. 2.inf.de iu. emphy. nos uerò hic loquimur in emphyteota.Non obst.etiam.l.Paulus.ff. ad legẽ Falci.& l. Paulus ff.ad Treb.& l.rescriptum.ff.de his qui.ut indi.quia in illis iuribus erant diuersę res,& diuersa cor
54 pora. † & ideo delictum f commissum circa unam rem,
f non extenditur ad aliam, nos uerò loquimur, quando est una res, & una pensio. ¶ Sed iuxta prædicta dubita-
55 tur de alia pulchra quæstione. † Emphyteota, qui erat obligatus ad certam pensionem annuam,decessit, duobus relictis hæredibus, unus pro parte sua semper soluit pensionem; alter uerò cessauit per triennium,an ambo poterũt expelli ab illa re emphyteotica,an uerò ipsa res aperiatur domino solùm pro illa parte,pro qua non fuit facta solutio. gloss.not.in l.communi diuidundo.ff. communi diuid.determinat quòd tota res aperietur domino directo; ita quòd ambo poterunt expelli ab illa
56 re emphyteotica.Sed in contrarium facit: † quia obligatio defuncti diuiditur inter hæredes pro portiōibus hæreditarijs.l.1.Ϛ.si cer.pet.& l.pro hæreditarijs.inf.de ac. hære.ergo uidetur, quòd unusquisque ipsorum hæredũ sit solùm obligatus pro parte sua. Pileus in quæstionibus suis.q.17.& Bar. Brixien.in quęstionibus suis.q.47. incipien.quod laicus,determinant, quòd res emphyteotica non aperietur domino,nisi pro parte illius,qui non soluit.& eandem opi. tenuit aliquando Guido de Susa. ut refert Albe.in d.l.communi diuidundo.& dicebat ipse Gui.quòd erat casus pro ista parte in l. fraudati.ff. de publi.Ipse autem Gui. de Susaria in alio tempore distinguebat hoc modo, aut loquimur in cohæredibus, qui successerunt in fundo emphyteotæ: & tunc tota res non aperietur domino, sed solùm pro parte non soluentis: secus si alia de causa haberent rem communem. Hostiẽ. in summa sua in tit.de loca.in §. fi. uer. quid si ex pluribus.determinant contrarium dicens, quòd tota res aperietur domino,& eandem opi.tenet Iaco.de Raue.in d. l.communi diuidundo.& Dy.in l.2.§. ex his. ff. de uer. obli.mouentur per l. 5.§.si sortem.ff.eo.tit.de uer.obli. & per l.fistulas.§.qui fundum.ff.de contrahen.emp. Specul.tangit de ista materia in tit. de loca.§. nunc aliqua.

uer.75.& uer.77.sed clarè nō decidit.Pet. de Bellaper. in l.si plures.inf.de cond.inser.tenet, ꝙ unus ex hæredibus poterit soluere pro parte sua; ita quòd res non deuoluetur ad dominum, nisi pro parte non soluentis, & respondet ad §.ex his.& ad §.si sortem,superius allegatos,&ad l.fistulas.§.qui fundum.ut inf.dicam. Albe. de Rosa. in d. l. communi diuidundo. dicit se uidisse magnos Iurisperitos inclinare modò in unam partem,modò in aliam. Subiicit tamē,quòd illa opinio,quę habet, quòd res emphyteotica hoc casu deuoluatur ad dominum solùm pro parte non soluentis,est æquior, & communior, & dicit, quòd secundùm istam opi.aliquando obtinuit coram magnis iuris. Addo dominum Cardi. Floren.istam sentētiam tenuisse in d.c.potuit. mouetur: quia dominus recipiendo partem pensionis, uidetur uelle non uti iure expellendi.Addite quòd Bartol.in l.fraudati.& idem Bar.Bal.& Ang.in l.si necessarias.§.si unus. ff.de pig.act. tenent,quòd tota res aperietur domino.& idem uoluit Angel.in l.si seruus.§. si plurium. ff. si quis cau. ¶Audiuistis etiam in præcedentibus, quòd hanc opi.tenuerunt Dy.Ia.de Rauen.& Host.Addite quòd dominus Alex.de Imo.in l.4.§.Cato.ff.de uerb.obli.transit cum ista opi. nullam tamen facit mentionem de uerbis Alberi.in d.l.communi diuidundo.Io.de Imo.in d.c.potuit.tenet, quòd res in totum aperiatur domino de iure ciuili: de æquitate canonica fortè secus esset secundùm eum,& per ea,quæ habentur in c.sua.extra de pœnis.Vnde in stricto iure uerior uidetur de iure ciuili opi. gloss. in d.l.communi diuidundo.& in iudicando attento ꝙ gl.hoc tenet.& eius opi.sequuntur tot,& tāti doctores, unde non esset tutum recedere ab ista opi. confiteor tamen, quòd præcedens opi.est æquior,& humanior, & si uultis eam tenere,respondebitis ad motiua aduersantiū. Et primò respondeo ad l. 2.§.ex his. ff. de uer. obli. ubi dr̄, ꝙ ex personis hæredum nō mutatur conditio obligationis:unde sicut defunctus emphyteota soluendo partē non fuisset excusatus, ut supra aliquando conclusi uobis:ita idem debemus dicere in hæredibus ipsius em-
57 phyteotæ: † quia conditio obligationis non debet mutari ex personis hæredum. respondebitis, quòd hoc est uerum, quantùm ad hoc;ut quilibet hæredum teneatur ad partē hominis,quando homo est promissus in genere. Nam & defunctus non potuisset soluere partem in una re,& partem in alia.Et ita loquitur ille.§. si quis ex his.Ad d.l.5.§.si sortem.ff.de uer.obli.& ad similia iura respondebitis, quòd loquuntur in pœna conuentionali.Ad l.fistulas.§.qui fundum respōdebitis,quòd ibi agitur de obligando alium.s.uenditorem ad tradendum. Nos autem loquimur de exceptione quærenda, & faciliùs acquiritur exceptio,quàm obligatio.l. Arrianus.ff. de act.& obli.Ad l.fraudati.respondebitis,quòd ibi interuenit factum unius hæredum tantùm:sed in proposito nostro obligatio erat initiata in personā defuncti, & ex personis hæredum non debet mutari ipsa obligatio.
58 d.§.ex his. † Quid autem si emphyteota uagatur per orbem, ita quòd nescitur,si sit uiuus, uel mortuus; dimisit tamen procuratorem, qui singulis annis soluit canonē: sed ecclesia non uult amplius ipsum procuratorem admittere, ipse uerò procurator uult stare in possessione offerendo se paratum semper soluere, quæritur quid iuris.Spe.in tit.de loc.§.nunc aliqua.uer.164.sentit in fauorem ecclesiæ. Sed in contrarium facit; quia alleganti
t mortem [t] alicuius incumbit onus probandi, saltem per famā,ut not.Bar.in l.2.§.si dubitet.ff.de his,qui no. infa. no.per Doct.in l.si quidam.inf.sol.ma.& per Dominum
u Pano.in c.quoniam frequenter [u].§.fin autem,de curiali. extra ut lit.non conte.Concludendo dicit Bal. hic in fi. commenti, quòd in hac quæstione recurrendum est ad coniecturas mortis,uel uitæ ipsius emphyteotæ,& si de talibus coniecturis nō possit apparere: determinat Bal. in fauorem ecclesiæ,per tex.ad hoc notabilem,in l.cum
59 domini horreorum.ff.loca.Sed ponamus† quòd emphyteota decedat relicto hærede,qui hæres ignorans rē esse emphpyteoticam, non soluit canonem ecclesiæ per biennium, uel priuato per triennium, an ipsa res cadat in commissum.gloss. ordi. in l. 2. infr.de iure emphyte.
60 determinat,quòd sic. † tamen ipse hæres propter iustam ignorantiam poterit petere restitutionem in integrum ex clausula generali,si qua causa mihi iusta uidebit, de qua in l.1.& in l.sed si per Prætorem.§.hæc autē clausula.ff.ex qui.cau.ma.Iste enī,ꝙ succesit in ius alterius, iustam ignorantiam habet.l.qui in alterius.ff. de reg. iur. Et quòd hoc casu ipse hæres propter iustam ignorantiā possit petere restitutionem in integrum, tenent Cyn.& Bar.in l.cum filius.§.in hac. ff.de uer.obl.Idem Bart.tenet in l.ad diem.illo eo.tit.& in l.Aemilius.ff.de mino. & Bald.expresse in l.fi.inf.si penden.appel. mors interue.& Ang.in l.si insulam.ff.de uerb.oblig. & idem Angel.in l.sed si conditione.§.si seruus.ff.de hæred. institu. hoc etiam tenent Pet.de Anch.& Ioan. de Imo.in c.potuit.ext.de loca.& ita teneatis audacter.Non obst.huic conclusioni tex.in l.fi.inf.de præscrip.long.temp.ubi di
61 citur, quòd † etiam aduersus ignorantem currit præscri
x ptio [x]:quia respondetur,quòd quamuis currat,tamē ipse,qui ignorauit, potest petere restitutionem in integrū aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ, & ex clausula generali prędicta.Ita dicit notabiliter Bar.in l. 1.§.si quis autem propter.ff.de iti. actuque pri.& Ange. in d.l.fi.inf.de præscri.lon.temp.& idem Ang.in l.auus. ff.de calum.& est bona glo.in l.si partem.in §.1.ff.quem ad.serui.amit.& in l.1.inf.de pat.pote.Item conclusioni prædictæ non obstat l.cum antiquioribus.uersi. & si qui
62 dem is,qui sciens.inf.de iu.delib.ubi dicitur, † quòd is, qui ignorat hæreditatem sibi delatam, licèt decedat infra tempus deliberandi; tamen non transmittit ius deliberandi ad hæredem: quia respondetur duobus modis. Primò, quòd ibi agitur de acquirendo; nos autem in proposito nostro loquimur,quando quis tractat de dāno uitando,& ista non sunt paria.l.fi.inf.de codi.Vel aliter in casu d. uer. & si quidem,hæres ex persona defuncti poterit petere restitutionem ex clausula generali prædicta,si qua mihi iusta causa &c. Ita uoluit Ang.& Paul. de Cast.in l.uentre pleno.& Ioan.de Imo.& Pau.de Ca
63 stro in l.Pantonius.ff.de acqui.hæred. ¶†Sed an,si tertius offerat pensionem domino pro emphyteota,teneatur dominus acceptare.Bal.in l.acceptam.in ult.column. inf.de usur.determinat quòd non:quia quando debitorem oportet non solùm soluere; sed etiam ius creditoris recognoscere;tunc dominus inuitus non tenetur ab
64 alio recipere,quod not. † Secus esset,si debitor non haberet necesse recognoscere ius creditoris: quia tunc,cū
y eius nihil intersit,potest alius soluere pro debitore [y].fa-
65 ciunt optimè not.in l.tale pactū, in §.fi.de pac.¶Sed ponamus,ꝙ emphyteota iam pluribus annis non possederit rem emphyteoticā, sed illam possedit quidā tertius, qui singulis annis soluit pensionem,emphyteota autem non soluit: modò dominus petit rem emphyteoticam pro commissa & aperta,emphyteota uerò excipit,quòd ille tertius soluit pensionem.Vnde quæritur:an illa solutio facta per tertium prosit ipsi emphyteotę. Cōcludite
66 quòd sic. quia re ipsa ille tertius intelligitur gessisse negotium emphyteotæ. † Item quia ubi agitur de conseruatione iuris,non refert à quo fiat, dūmodo fiat. l. cum seruus.ff.de uerb.obli.& ita expresse tenet Bald.in add. ad Spe.in ti.de loca.in penul. charta, in uer. si possessor. & allegat Andream Zaphy. de Pisis ita tenuisse. Eandē sententiam tenuerunt Gui. de Cu. & Bald.in l.solemnibus.ad finem commenti. inf. de rei uendi. Idem tenuerunt

runt ipse Guil. de Cuneo.& Bal.in l.quæ utiliter.§.fi. ff. de nego.gest.Idem tenuerunt Bal.& dominus Florianus de Sancto Petro in l.arboribus.§.quid tamen.alias est in §.usufructuarius.ff.de usufru.nota. in l.lex uectigali prædio dicta. ff. de pigno.Eandem opi.tenuit Roma.in suis singularibus.in uer.emphyteota. & pro hac parte est optimus tex.in l.forma.§. si cum ego.ff. de censi. ¶Quæro
67 de alia pulchra quæstione.† Emphyteota debens pro re emphyteotica singulis annis decem,per 40.annos soluit solùm quinque,an præscripserit rem ipsam, & an saltem præscripserit ipsum canonem de decem, ita ꝙ in futurũ non teneatur soluere nisi quinque,prout soluit iam quadraginta annis elapsis.Bal.in addi.ad Spe.in tit.de loca. in uer.si debens.concludit,ꝙ rem ipsam non pręscripsit. l.malè agitur.inf.de præscri.30.uel. 40.anno.Ad secundam dubitationem respondet, ꝙ si soluit per 40. annos quinq;,ut partem de decem : tũc non pscripsit aduersus illam pensionem : secus si soluisset quinque simpliciter per tps prædictum.De qua materia tangitur in l.siprius in prin.ff. de aqua plu.arc.& per glo.in c.relata.10.q. 1. & per glo.& Doc.in l.cum notissimi.§.in his.inf.de præscrip.30.uel.40.ann.& per Canon. in c.olim.extra de cẽ
68 si.Addite Bal.in c.querelam.extra de elec. ubi dicit,† ꝙ si singulis annis debet solui census certorum imperialium,& per spacium quadraginta annorum non sint soluti imperiales,sed corthonenses, qui minus ualent,intelligetur facta nouatio. Adeo ꝙ de cætero debebunt solui corthonẽses.all.l.qui semisses.ff.de usur. qđ dictũ est
69 bene notandũ.¶Quæro,†nunquid sit dare remedium,ꝙ emphyteota ecclesiæ cadat à iure suo minori tempore biennio. Dicit ꝙ sic : q2 si ecclesia citet, seu citari faciat emphyteotã,ut ueniat ad soluendũ canonẽ, & à die citationis cesset per sex menses, in quibus non soluat canonem,ipse cadet à iure suo. Istud est aureum dictum Bar. in l.locorum domini.inf.de om. ag.defer.li.11.Addidi uobis unum aliud remedium in l. si quis maior . inf. de transact. ubi dixi , ꝙ si emphyteota iurauit in contractu soluere canonem singulis annis, & ipse cesset per unum solum annum,ipse cadet à iure suo:quia poterit agi con
70 tra eum ad pœnas.d.l.si quis maior,quod notetis.† Aduertite etiam: quia si emphyteota probet se soluisse tribus annis proximè pæcedentibus:præsumitur,quòd toto tempore præterito soluerit,adeo quòd pro pensionibus præteritis non poterit molestari.tex. est ualde notabilis,& ibi Barto.notat in l.quicunque.inf.de apochis publi.li.10.& ita no. glo. approbata in l 2. inf. de iure emphy. Sed limitabitis hoc procedere, quando probat se soluisse singulo anno illorum trium annorum:secus si unica solutio fuisset facta pro tribus annis proximè præcedentibus:quia tunc non haberet locum dispositio.d.l. quicunque.Ita dicit Bal.in lectura noua in l.2.inf.de dotis promis. & alleg. Cy.ibi in additionibus ita uoluisse . Quod nũquam exeat memoria uestra:quia est pulchra li
71 mitatio ad d.l.quicunque. ¶ Quæro,† nunquid emphyteota debeat portare canonem ad domum domini.Concludite,quòd si sunt eiusdem fori,seu terrę:tunc emphyteota debet ire ad domum dñi,& sibi portare canonem, si uerò sunt diuersi fori: tunc sufficit, ꝙ ultima die termini,in quo uenit fienda solutio,emphyteota in domo sua protestetur, & concipiat instrumentum , quòd est paratus soluere,si esset dominus,uel alius habẽs potestatem recipiendi canonem.Ita dicit eleganter Bar.in l. item illa.ff.de consti.pecu.habetur per Bal.in l.fi.inf.de cond.
72 inser.Sed Bal.in l.acceptam.in 12.q.inf.de usuris.† limitat hoc procedere;nisi canon,uel fictus,qui debetur,esset minimus,puta de uno denario.Nam tunc quãtuncunque dominus esset diuersi fori,non teneretur ire ad forum emphyteotæ pro recipiẽdo illum minimum canonem,quia longè magis expẽderet in itinere.ar. l. medi-
73 terraneæ.inf.de annonis & tribu.li.10.¶† Quid si dominus, uel Prælatus latitet , ne emphyteota sibi soluat canonem. Respondetur , quòd emphyteota debet protestari,& deponere canonem in loco obligationis , & his mediantibus erit securus. Ita notabiliter determinat Bald. in l. si à te.inf.de pactis. inter empto. & uendito.
74 † Addite , quòd quando emphyteota non soluit canonem , ecclesia potest eum facere excõmunicari . Ita not.
75 Hostien.in c.significauit.extra de testi. † Quid aũt si dñs sit debitor emphyteotæ,& emphyteota non soluat canonẽ,an res emphyteotica cadat in commissum. Cõcludite quòd non:quia quantùm ad euitationem pœnæ commissi,& cadentiã à iure suo,lex ipso iure facit compen-
z sationem [z],per not.per glo.in l.si constat.inf. de compẽsa.Et ita determinat Bal. in addi.ad Specu.in ti. de locato.§.nunc aliqua.uer.79.Idem uult Bal. in sua margarita in uerbo,emphyteota. Ego addo dominum Panor. hoc expresse uolentem in c. bona fide . extra de deposito.
76 quod not. ¶Nunc quæro.† Dominus dicit emphyteotã nõ soluisse canonem,iam triennio fluxo, & propter hoc petit rem pro commissa & aperta. Emphyteota uerò dicit se soluisse,cui incumbet onus probandi , an domino proponenti negatiuam , scilicet emphyteotam non soluisse , an uerò emphyteotæ alleganti se soluisse ? Gloss. no.in l.secunda.inf.de iure emphyteo.determinat,quòd onus probandi incumbet emphyteotæ, & illam gl. Doc. communiter sequuntur. In contrarium facit idem,quod no.Inno.in c.super his.extra de accusa.ubi dicit,quòd si ego allego Titium periurum,eo quia in termino conuẽto non soluit , quod iurauerat soluere, mihi proponenti
77 negatiuam talem incumbet onus probandi.†Solutio,dictum Innocen.debet intelligi,quando ego propono negatiuam, quæ concernit ius tertij , puta : quia tu iurasti soluere Titio centum infra mensem,& ego allegando illam negatiuam, quæ concernit ius tertij, dico , quòd tu es periurus: quia non soluisti Titio.Hoc casu mihi proponenti negatiuam incumbit onus probandi,& ita intelligatur dictum Inn.Cæterùm si proponam negatiuam , quæ concernat ius meum,puta:quia ego dico, quòd tu mihi non soluisti canonem,uel allego te periurum , eò quia non soluisti mihi in termino conuento. Hoc casu non teneor probare istam negatiuam: sed tibi alleganti te soluisse incumbit onus probandi,& ita intelligitur gl. in d. l. 2. inf. de iure emphy. & hanc distinctionem facit Bartol.in l.hoc iure.& in l.illa stipulatione.ff.de uer.obliga. ¶ Subsequenter quæro de quæstione quotidiana.
78 † Vos scitis, quòd emphyteota ecclesiæ põt purgare moram,dũmodo celeri satisfactione sibi consulat.c.potuit.
79 extra de locato.Vnde dubitatur,† quando dicatur celeri satisfactione sibi consulere.In hoc reperio uarias opiniones.Nam quidam dicunt, quòd emphyteota dicitur celeriter satisfacere,quando satisfacit,antequã expellatur de possessione, tenendo opinionem quòd dominus propria auctoritate possit expellere emphyteotam : tenendo autem aliam opinionem,quæ uult,quòd nõ possit expelli nisi mediãte ordinario iudice, dicitur celeriter satisfacere,quãdo satisfacit, anteq̃ interpelletur,uel uocetur ad iudiciũ.Alii dñt,ꝙ dicitur celeriter satisfacere , qñ citatus in iudiciũ incontinenti satisfacit : & multofortius quando non est citatus in iudiciũ,& incontinẽti satisfacit.glo.uerò in d.c.potuit. in uerb. celeri satis-
a factione.in fi.dicit,quòd infra modicum tempus [a] debet
80 satisfacere.† & hoc consistit in arbitrio iudicis:quia tempus non reperitur à iure determinatum.l.1.in fi.ff.de iu
81 re delib.& c.de causis,extra de offic. deleg. † Vnde iudex,qui habet arbitriũ, poterit aliquando arbitrari uno modo , aliquando alio ex qualitate personarum , & ex alijs circunstantijs . Nam in homine diuite & pecunioso arbitrabitur minus tempus, quàm in homine non diuite,

82 te, neque pecunioso, † & si malè arbitraretur, ab eius arbitrio poterit appellari per id, quod uult glo. not. in c. super his. ext. de accus. & per no. in l. si qua pœna. ff. de uerbo. signi. Hanc opin. sequuntur Dominus Card. Florent. Panor. & Imo. in d. c. potuit. & pro hoc ipse Panor. alleg. tex. in l. si ita quis. in §. Seia. ff. de uerb. oblig. Bal. autem in ista Auth. in princ. commenti dicit, quòd quædam ecclesiæ habent ex consuetudine, quòd tunc dicatur celeriter satisfacere, quando satisfacit per unam diem post biennium; & ita secundùm eum seruatur de consuetudine in ecclesia Sancti Petri ciuitatis Perusii. Alii dicunt, quòd celeri satisfactione dicitur emphyteota sibi consulere, quando satisfacit infra decem dies post lapsum biennij, argu. l. promissor. ff. de consti. pecu. ¶ Concludite in hac dubitatione, quòd emphyteota potest purgare moram, dummodo hoc faciat infra modicum tempus, quod quidem tempus bonus iudex arbitrabitur: quia non est certum tempus à iure determinatum, & consequenter relinquitur arbitrio iudicis. l. 1. in fin. ff. de iure delib. & dicit Ioan. de Imo. in d. c. potuit. quòd ista opi. est de iure uerior, pro qua facit text. in l. si ita quis. in §. Seia. ff. de uerb. oblig. Dominus Pet. de Anch. in d. c. po
83 tuit. dicit, † quòd iura in materia purgationis moræ uario modo loquuntur. Quidam enim dicunt, quòd ubi
b est dies, & pœna, non est licitum purgare moram b. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & obli. Quidam uerò dicũt, quod est licitum purgare moram ante litem contestatam, postea non, l. si insulam. ff. de uerb. obli. Quidam uerò dicunt, quod potest mora purgari, quandocunque ante sententiam, ut habetur in l. in criminali. inf. de iurisd. om. iudi. Quidam uerò dicunt, quòd est licitum purgare moram et post sententiam, dummodo purgetur, antequam quis cõueniatur actione iudicati. l. item. §. cum prædiximus. ff. de pet. hæred. & ideo dicit recurrendum esse ad do
84 ctrinam Bart. in d. l. si insulam. ¶ † Sed contra prædicta fortiter opponitur, & imò uidetur, quòd emphyteota nunquam possit purgare moram: quia, quando non soluit canonem per biennium, uel triennium, uidetur ipso iure priuatus iure suo, per ea, quæ habẽtur in l. 2. inf. de iure emphy. & quando priuatio fit ipso iure, non admittitur purgatio moræ, quia lex facit executionem. l. qui ob rem non defensam. & ibi Bar. ff. de condi. ind. & l. iã tamen. 2. respon. ff. iudic. sol. & c. licèt canon. extra de elec. lib. 6. & c. literas. extra de sup. negligen. præla Solutio, dicunt quidam, quòd emphyteota non priuatur ipso iure, sed requiritur sententia priuatiua, unde non est mirum, si possit purgare moram. ¶ Sed contra istam opinionem fortiter facit: quia si non priuaretur ipso iure, dominus nõ posset eum propria auctoritate expellere, sed opus esset expectare sententiam priuatiuam, per ea, quæ habentur in c. 1. in tit. de feudo sine culpa non amittendo. & tamen text. in l. 2. inf. de iure emphy. & in ista Authentica uolunt, quòd dominus propria auctoritate possit expellere emphyteotam, qui cessauit per biennium, uel triennium à solutione canonis. Vnde alii respondent ad contrarium superius formatum, quòd emphyteota ipso iure priuatur omni iure suo, si cesset in solutione canonis. Sed est bene uerum, quòd ita demum
c priuatur, si dominus uelit, & non aliter c. Ista est alia notabilis glo. communiter approbata in l. 2. ff. si ager uectig. uel emphy. pe. unde si ipse emphyteota habet spẽ, quòd contractus reuixisset, ipso soluente pensionem, & domino recipiẽte sine aliqua protestatione, ideo admittitur ad purgandum moram. & dicit Dominus Ant. de But. in d. cap. potuit, quòd communiter tenetur, quod emphyteota cadat ipso iure à iure suo, sed demum si dñs uelit, & ideo bene potest purgare moram. Posset etiam secundùm dominum Ant. ibidem aliter responderi ad contrarium, quòd secundùm ius antiquum non licebat emphyteotæ purgare moram; sed secundùm ius nouum editum in d. c. potuit. bene potest purgare moram, dummodo celeriter satisfaciat. Et tenendo opinionem prędictam, quòd emphyteota cadat ipso iure à iure suo, sed demum si dominus uelit, habetis inferre, quòd emphyteota si cadat à possessione, & dominus agat contra possessorem, non poterit de iure possessor opponere, quòd ipse emphyteota non potest audiri: quia non soluit canonem domino: quia ex quo dominus non declarauit uoluntatem suam, scilicet quòd uelit emphyteotam expellere: certè non est licitum reo conuento opponere de iure domini. Ita tenet notabiliter Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iud. opt. facit tex. cum gl. in l. his consequenter. in §. 1. ff. fa. ercis. regulariter tñ est licitum opponere de iure tertij, quando est penitus exclusiuũ intentionis agẽtis. Ita uoluit Cy. & cæteri Doc. in l. cum seruum. inf. de seru. fug. & Bar. in d. l. 2. ff. de excep. rei iud. ¶ Præmissa procedunt in emphy. ecclesiæ: quia ille bene potest pur
85 gare moram lapso biennio. † Sed quid erit in emphyteota personę priuatę. uidetur prima facie dicendum, quòd multò magis poterit purgare moram: quia ecclesia in multis est magis priuilegiata, quàm priuatus, ut habetur in l. fi. cum Authetica sua. inf. codẽ. dominus Io. de Imo. in d. c. potuit. dicit se non reperisse hanc quæstionem tractam per Doc. & determinat, quòd emphyteota personæ priuatæ non poterit purgare moram: quia non est eadem ratio sicut est in emphyteota ecclesiæ. Nam emphyteota ecclesiæ habet minus temporis: quia per lapsum biennij cadit à iure suo, & ideo sibi consulitur per canonem. quòd possit purgare moram. d. c. potuit. Sed emphyteota personæ priuatæ habet triennium, & ideo uidetur, quòd non admittatur ad purgandum moram, per tex. in d. l. 2. infr. de iure emphy. ubi dicitur, quòd lapso triennio dominus potest repellere emphyteotam, et sic innuitur ibi, quòd non possit purgare moram. & sic te
86 nebitis menti. ¶ Nunc est uidendum, † utrùm dominus propria auctoritate possit expellere emphyteotam, qui cessauit in solutione canonis per biennium, uel trienniũ glo. in d. l. 2. infr. de iure emphy. & in d. c. potuit. dicit quòd sic. tamen melius, & tutius est hoc facere cum auctoritate iudicis. Cyn. de Pisto. post Pe. de Bellaperti. in d. l. 2. in 2. q. dicit, quod periculosum est tenere, quòd dominus propria auctoritate hoc facere possit: quia daretur materia rixæ, emphyteota resistente, contra. l. non est singulis. ff. de reg. iur. & contra l. æquissimum, in princi. ff. de usufru. Itẽ emphyteota habet naturalem possessionem, ut no. per glo. & Doc. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. & per glo. in l. sub certo. §. si duobus uehiculum. ff. cõmodati. unde à tali naturali possessione nõ debet deiici, nisi præcedente causæ cognitione & sententia. Rayn. de For. tenet, quòd dominus propria auctoritate possit expellere emphyteotam, qui cessauit in solutione canonis per biennium, uel triennium: mouetur per istum tex. in uerbo repelli. & per tex. in d. l. 2. ĩ. de iure emph. all. ẽt ad hoc. §. si uerò quis locator. in Auth. de aliena. & emph. coll. 9. Bar. autẽ in d. l. 2. proximè alleg. dicit, quòd dominus bene potest propria actoritate turbare emphyteotam, quãdo cessauit in solutione canonis per biennium, uel triennium: quia immediatè cum cessauit per triennium, incipit iniustè, & uitiosè possidere a domino, ergo bene potest turbari. l. 1. in fi. cum l. 2. ff. uti possid. Sed ipse dominus propria auctoritate nõ potest expellere emphyteotam resistentem: quia habet naturalem possessionem, ut dixi sup. à qua non debet eijci, nisi præcedente causæ cognitione, ut per uiam iudicij. dominus Anto. de But. in d. c. potuit. limitat istud d. Bartol. procedere, nisi ex retentione naturalis possessionis contingeret dominum perdere suam ciuilem possessionem: quia dominus tunc posset recuperare suam ciuilẽ, quam

quam recuperare non posset, nisi expelleret emphyteotam, & ideo tunc potest eum expellere: dummodo faciat hoc incontinenti, per ea, quæ habentur in c.olim.extra de resti.spol.& in l.clam possidere. §.qui ad nundinas.ff.de acqui.possess.¶Bart. de Sali.in d.l.2.inf.de iure emph. tenet expressè, quòd emphyteotam resistentem non posset dominus propria auctoritate expellere. & hanc sententiam comprobat his medijs. Primò per.d.l. non ex singulis.ff.de reg.iur. Secundò per regulam uulgatam, de quo inf.ne quis in sua causa. Tertiò adducit l.3.inf.de pigno. Quartò adducit pulchrum tex. in c.licèt
87 Episcopus.extra de præben.lib.6.† ubi licèt quis sit priuatus ipso iure beneficio suo; tamen Episcopus non potest eum spoliare possessione propria auctoritate. Quin
88 tò adducit l.conductores.inf. locati. † ubi locatori non est licitum propria auctoritate eijcere conductorem à re conducta, sed est opus libello, & causæ cognitione. ergo multò magis dicere hoc debemus in proposito no
89 stro: † quia conductor minus iuris habet, quàm emphyteota: quia conductor non habet ciuilem, neque naturalem possessionem, sed habet solam detentionem.l.1.infra communia de usucap. sed emphyteota habet naturalem possessionem, ut supra probaui. Sextò adducit Sa
90 ly.† quia soluto matrimonio dominium rei dotalis ipso iure reuertitur ad mulierem.l.in rebus. inf.de iure dot. Et tamen non est licitum mulieri propria auctoritate, reluctantibus hæredibus mariti, ingredi possessionem rei dotalis.l.dotis.inf.sol.mat.¶Dominus Pet.de Anch. in d.c.potuit.dicit, quòd ad decisionem quæstionis prædictæ optimè faciunt ea, quæ not.Bar.in l.3.inf.de pig.
91 in sua repet.ubi dicit,† quòd si debitor faciat pactum cũ creditore, quòd, ipso debitore non soluente infra terminum conuentum, liceat creditori propria auctoritate in
d gredi [d] possessionem bonorum debitoris, & debitor resistat uerbo solùm: tunc creditor, beneficio dicti pacti executo, poterit intrare possessionem: quia non est licitum debitori mutare uoluntatem.l.sicut.inf.de actio.& obli.Si uerò debitor resistit nedum uerbis, sed etiam factis: tunc, si debitor constituit simpliciter se tenere ipsa
92 bona nomine creditoris:† quia per tale constitutum intelligitur translata omnimoda possessio, scilicet ciuilis, & naturalis in ipsum creditorem. l.quod meo.ff.de acq. pos.Et ipse debitor resistendo facto aduersus creditorẽ uolentẽ ingredi possessionẽ, uĩ uelle spoliare ipsum cre
93 ditorẽ possessione:† ideo licitũ est creditori pro defensione suæ possessionis intrare possessionẽ, ẽt resistẽte debitore: q̃a uim ui repellere licet.l.3.§.eũ igitur qui cũ ar
94 mis.ff.de ui & ui ar.† dummõ hoc faciat creditor incontinẽti: quia ex interuallo sibi hoc nullo mõ liceret.l.qui
95 possessionem.ff.de ui & ui ar.† quando autem hoc dica
e tur facere incontinenti [e] est glo. ordi.in d. §. eum igitur qui cum armis.Si uerò debitor non constituit simpliciter, sed bene constituit se tenere, & possidere precario nomine creditoris: tunc si debitor resistat facto: quia ex hoc uidetur inferre uiolentiã creditori habenti ciuilem possessionem, ideo licitum erit domino intrare possessionem, etiam si debitor resistat facto, per ea, quæ habentur in d.§.eum igitur, qui cũ armis. & in c.olim causam. extra de resti. spo.Si uerò debitor non constituit simpliciter, nec precario: tunc si debitor resistat facto, non erit licitum creditori propria auctoritate intrare.d. l. nõ ex
96 singulis.Modò ad propositũ dicit dominus Pet.† quòd licitum est arguere de pacto contrahentium ad pactum legis.l.non impossibile.ff.de pac.& ideo, si emphyteota, qui cessauit in solutione canonis per biennium, uel triennium, resistat factis aduersus dominũ: tunc est theorica Bar.in d.l.3.inf.de pig.q̃ licitũ erit domino expellere emphyteotam propria auctoritate: quia ipse dominus habet ciuilem possessionem, & emphyteota habet naturalem, ut uult glo.in d.l.si ut certo. §. si duobus uehiculum.ff.commodati.& ideo, quia emphyteota iniustè resistit aduersus dominum, ideo licitum est domino habenti ciuilem expellere emphyteotam: etiam si resistat factis.¶Sed aduertite: quia in hoc Bar. uidetur sibi fuisse contrarius. Nam in l. 2. inf. de iure emphy. tenet expressè, quòd non est licitum domino propria auctoritate expellere emphyteotam, quando facto resistit. Sed pro concordia potestis ex mente Io.de Imo.in d.c. potuit, distinguere hoc mõ. Aut emphyteota resistit domino factis animo priuandi ipsum dominum sua ciuili possessione; & hoc casu est licitum domino pro defensione suæ ciuilis possessionis expellere propria auctoritate emphyteotã.d.§.eũ igitur, qui cũ armis.& d. c.olim causã. Aut emphyteota resistit facto aduersus dominũ, non animo priuandi dominum sua ciuili possessione, sed animo solùm defendendi suam naturalẽ possessionem, & protestatur, quòd non intendit priuare dominũ sua ciuili, & hoc casu non licebit domino expellere propria auctoritate emphyteotam. Et ita procedat dictum Bar.in d.l.2.inf.de iure emphy. Aut sumus in dubio, & tunc, quia emphyteota indebitè resistit domino, & intelligitur inferre uiolentiam ipsi domino in sua ciuili possessione, ideo licitum erit dño pro suæ ciuilis possessionis defensione repellere emphyteotam resistẽtẽ, per ea, quæ habentur in l.clam possidere.§. qui ad nũdinas.ff.de acquir.pos. Addit Imo.in d. c.potuit.defendi posse opinionẽ gl.ibi.& gl.in l.2.J.de iure emphy.dũ uolũt, q̃ dñs ꝓpria auctoritate possit expellere emphyteotam, q̃a ex quo cessauit in solutione canonis per tp̃s statutum, indebitè, & iniustè possidet, & indebitè resistit domino, & ita resistendo uidetur turbare, & uiolentiam inferre domino in sua ciuili possessione, unde dominus pro defensione suæ ciuilis possessionis poterit expellere emphyteotam propria auctoritate: quia aliàs non posset bene desisti à turbatione & uiolentia ciuilis possessionis ipsius domini, per ea, quæ habentur. in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui. pos. Non obstat si dicatur, quòd ea, quæ habentur in d.§.ad nundinas. non uidentur bene facere ad propositum: quia ibi loquitur, quando proceditur per uiam iudicialem, & agitur interdicto, uti pos. pro ciuili possessione turbata. Nam ibi præsupponitur, quòd quis, absente domino, occupauit naturalem possessionem.& hoc casu non bene reperitur cautum, quòd ille habens naturalem possit propria auctoritate expelli.Sed in proposito nostro, quãdo emphyteota cessauit in solutione canonis per tempus à iure statutum, bene reperitur cautum, quòd dominus potest eum repellere propria auctoritate: quia casus est ad literam in l.2.inf.de iure emphy.Non ob.l. non ex singulis. ff.de re iud. ubi dicitur quòd nemini est concedendum, quòd in sua causa sibi ius dicat: quia potestis respondere, quod illud procedit, nisi in iure reperiatur cautum contrarium: ut reperitur in casu nostro.Non ob.etiam si dicatur, quòd ex quo emphyteota cessat in solutione canonis, & resistit aduersus dominum uolẽtem intrare possessionẽ, quod ex hoc emphyteota interuertere possessionem domini uidetur, ergo sicut alius non posset eum propria auctoritate expellere; ita hoc etiam non debet licere domino: quia potestis rñdere, quòd inter hos casus est magna differẽtia, quia aliàs non agit de defensiõe suæ ciuilis possessionis: sicut facit dominus, unde non est mirum, si plus ꝑmittat dño, quàm alteri. & ista opinio
97 est multũ bene sustentabilis.¶Sed ponamus,† quòd dñs urbaniùs agendo uadat ad iudicem, & imploret officiũ suum, ut det sibi licentiam, quòd possit facere id, quod aliàs propria auctoritate facere posset: puta, quòd possit expellere emphy. an hoc casu debebit citari emphy. & dari sibi libellus.Glo. uidetur in simili tenere, quòd non

non in l.meminerint.inf.unde ui.sed glo.id tenuit in d.l. 2.inf.de iure emphy.Iac. de Beluis.disputauit istam quæstionem,ut refert Barto.in l.3. in quinta prin. q. infra de pigno.& ibi concludit, quòd si iudex det licentiam domino faciendi id, quod alias propria auctoritate facere potuisset:& nō citauit emphy.& dominus intrauerit possessionē rei emphy.si superueniat emphyteota petens reuocari illā licentiā,& omnia inde secuta, non debebunt reuocari,imo cōfirmari, ex quo propria auctoritate dñs hoc facere poterat,per ea,q̄ habenť in l.3.§.cū extaret.ff. de Carbo. edi. Si uerò iudex citauerit emphyteotam ad allegandum causas: quia licen. impartiri non debebat domino, & emphyteota comparens confiteatur se esse emphyteotam,& cessasse in solutione canonis: tunc nō erit opus libello,per no.per glo.in l.perinde. ff. ad leg. aquil.Imò fiet executio confessionis cōtra ipsū emphyteotā: † quia confessus in iure hř pro iudicato f l.unica,
98 f inf.de confes.& ideo iudex sine libello dabit licentiam domino intrandi possessionem: si uerò emphyteota neget se emphyteotam,uel neget se non soluisse: tunc erit necessarius libellus,& ita seruatur.glo.in d.l.2.inf.de iure emphy.Habetis ex opinione Iac.de Beluis.colligere:
99 † quòd licèt iudex possit licentiam prædictam concedere parte non citata; tamen non tenetur hoc facere: quia ipse Iacob.uult: quod rationabilius sit, ut pars citetur.Bar.autem in d.l.3.inf.de pigno.in quinta principa-
100 li quæstione dicit, † quòd iudex nedum nō tenetur: imò nec debet dare talem licentiam,nisi citata parte. Mouetur exemplo eius,quod dicimus, quòd quando petitur executio sententiæ,debet pars citari: quia multæ exceptiones possunt sibi competere,per no.in l.1.inf. de iur. & fac. igno. & in l. ab executore. inf. quorum appellationes non recipiuntur.cum ergo agatur de præiudicio partis,pars est citanda.l.nam & ita diuus.ff.de adop.& l. de unoquoque. ff. de re iudi. Addite uos, quòd de hoc tangit Bal.in l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offi. procon.& lega.& in l.2.inf.de iure emphy. dicit tamen Bar.in d.l.3.quòd si iudex det licētiam intrandi,seu expellendi partē non citatā:licèt talis licentia non ualeat, ut iudicialis; ualebit tamē ut extraiudicialis,quando id
101 propria auctoritate poterat fieri.† & quòd talis ingressus ualeat ut extraiudicialis, est magni effectus: quia si aduersarius,qui non fuit citatus,ueniat, & opponat talē ingressum, seu talem expulsionem reuocari,non debebit reuocari, imò debebit confirmari, quando id propria auctoritate fieri potuisset,per no.in l.3.§.missum.ff. de Carb. edi. si autem id propria auctoritate fieri nō poterat,puta,quia fortè emphyteota non cessasset per biennium,uel triennium,& iudex dedisset licentiam intrandi domino,& expellendi emphyteotā,ipso emphyteota non citato,certè talis ingressus, talisque expulsio nō ualeret, etiam ut extraiudicialis: quia dñs hoc casu propria auctoritate facere non poterit:imò poterit peti reuocari illā expulsionē.In alio aūt mēbro inquantum Iaco.de Beluis. dicebat, quòd ubi iudex citat partem ad contradicendum, et allegandum causam, quare licentia dari non debeat alteri parti intrandi, seu expellendi,& emphyteota compareat negando se emphyteotā, uel negando se cessasse in solutione canonis,quòd tunc oportet dare libellū cōtra ipm emphyteotā.Bart.in illa
102 l.tertia.expressè tenet contrarium. Mouetur: † quia ista uia executiua expulsionis æquiparatur executioni sententiæ.l.dotis.inf.sol.mat.& l.penul.infra de pig.actio. & nos habemus,quòd, quādo agitur de executione sententiæ, potest implorari iudicis officium pro illa executione,nec est opus dare libellum. l. minor.25. annis, cui fideicommissum.ff.de minoribus.& hoc not,expressè Bar.in l.inter dies.ff.de re iudi. ergo à pari ratione in ista uia executiua expulsionis non erit opus libello. Itē mouetur Bart. quòd quando agitur de executione sententiæ arbitri,proceditur summariè,& sine libello, licèt potestas arbitri dependeat à conuentione partium. Primum probatur in l.penult.inf de arb.Secundum proba-
103 tur in l. non distinguemus.§.de officio.ff. de arb.† Item quando agitur de executione iuramenti ex conuentione partium præstiti, proceditur summariè, & sine libello.l.sed si possessori.§.si cum debito. ff.de iureiur. ergo idem debemus dicere in ista uia executiua expulsionis. Non obstat si dicatur, quòd si aliquis turbat me in possessione mea: ego propria auctoritate possim eum expellere.l.quemadmodum.in §.1.ff.ad l.Aquil. & l. si ui-
104 tem.§. qui ad ianuam. ff. quod ui aut clam.† & tamen si contra ipsum turbatorem uolo agere interdicto uti pos
g sidetis,opus est dare libellū g.l.fi.inf.de interdictis:quia respondetur,quòd hoc ideo est: quia illud interdictum habet uim actionis,& proponendo actionem opus est libello.l.edita.inf.de eden.& l.1. in princ. ff. de edendo. Nos uerò loquimur,quando pro ista uia executiua expulsionis imploratur iudicis officium.Concludite ergo ex mente Bar.esse,quòd iudex in casu l.3. C. de pigno. & in proposito nostro, quando emphyteota cessauit in solutione canonis per tempus statutum:iudex nō debet licentiam dare directo domino, seu creditori intrandi possessionem,seu expellendi emphyteotam, nisi prius, citato ipso emphyteota:& si sine tali citatione concedat licentiam,quis effectus sequatur, dixi uobis supra. Item
105 ex mente Bar.colligitis,quòd † si iudex, implorato officio suo,super ista uia executiua intrandi, seu expellendi faciat citari aduersarium ad contradicendum:& allegandum causam,quare licentia concedi non debeat, & ipse citatus compareat: non tamen erit opus sibi dare libellum.Sali.autem in d.l.3.inf. de pig.dicit aduertendū esse, qualiter imploretur iudicis officium urbanius agēdo pro ista uia expellendi emphyteotam: si enim dominus comparens coram iudice dicat. Domine iudex ego concessi talem rem Titio in emphyteosim perpetuam pro tanta pensione annua, & ipse emphyteota cessauit in solutione canonis per tempus à iure statutum, & licèt propria auctoritate possem eum expellere:tamen urbanius agendo imploro benignum officium uestrum, ut detis mihi licentiam ingrediendi, & expellendi ipsū emphyteotā,& tunc,quia ista expulsio fundatur in licentia iudicis:iudex non debebit dare talem licentiam, nisi prius,citato ipso emphyteota; alioquin si sine ipsius citatione detur licentia, erit nulla.& in hoc concordat cū opinione Bartol. Si uero iudex citet ipsum emphy. & emphy.compareat,& se opponat.dicit Sali. quòd, licèt Bartol.dicat,quòd hoc casu non est opus dare libellum: tamen inquit ipse Salicetus, quòd saltem qualisqualis
106 petitio erit redigenda in actis curiæ,† sicut in simili dixi
h mus in causis,in quibus ꝓceditur summariè h: quia in illis saltem debet fieri qualisqualis petitio per agentem. clem.sæpe,ext.de uerb.sig.Notatur per Bar.in extrauagan.ad reprimendam.in uer.summariè.Cæterum,si dominus non imploret officium iudicis modo prædicto, sed dicat hoc modo. Domine iudex talis emphyteota meus cessauit in solutione canonis per tempus à iure statutum,& intendo uti iure meo in expellendo eum: sed ut tollatur materia rixæ, ego peto,ut detis mihi nunciū, seu familiam,qui me associent ad ingrediendum in fundum.& ad expellendnm emphyteotam:quia talis expul
107 sio non fundatur in actu iudicis:† ideo iudex dare poterit familiam ipsi domino,etiam non citato emphyteota, quia,cum illud,quod conceditur hoc casu à iudice,non sit de gratia, non requiritur citatio partis,allegat gl. cū tex.in l.antepe.inf.de his,qui ue.æta. impe. & l. quæris ff.de nata.resti. dicit tamen Imo. in d.c.potuit.in penul. cart. quòd antequam iudex det familiam,oportebit saltem

tem ſummariè probare, quòd ipſe emphyteota ceſſauit
in ſolutione canonis per tẽpus ſtatutum,& iſta probatio
ſummariè poterit fieri per iuramẽtũ domini, uel per te-
ſtes,qui fuerũt pñtes cõfeſsioni emphyteotę,qui confeſ
ſus fuit,ꝙ nõ ſoluerat canonẽ per trienniũ fluxum.Dicit
etiam Imo.ꝙ dñs debebit producere inſtrumentum con
feſsionis in emphyteoſim,allegat ad præmiſſa not. in c.
quoniã frequenter.§.ꝙ ſi ſuper, extra vt lite non cõteſt.
ſubdit Imol.in loco allegato,ſe non videre, qua æquita
te debeat iudex concedere familiam domino ſine cita-
tione partis:ſubintelligit tamen , ꝙ ſi iudex ſequeretur
opi.Saly.non poſſet redargui,neq; moleſtari in ſyndica
tu,& notetis bene iſtam ſingularem practicam Saly.Ad-
uertite etiam,quia Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua,uer.
118. dat multas vias expellendi emphyteotam , quan-
do ceſſauit in ſolutione canonis per tẽpus à iure ſtatu-
108 tum.Primò dicit,† ꝙ dominus poterit agere rei vendi-
catione contra emphyteotam,& petere, ꝙ reſtituat res ,
& ꝙ manu militari ſibi auferatur, l. qui reſtituere. ff.de
109 rei ven. † & ſi in emphyteota excipiat , quòd res fuit ſi-
bi conceſſa in emphyteoſim perpetuam:dñs poterit re-
plicare , quòd ipſe emphyteota non ſeruauit pacta
conuenta , & ideo dominus non tenetur ſibi ſeruare.
l.cum proponas.ĵ.de pac.& l.quæro.§.inter locatorem.
ff.locati,&.c.peruenit,extra de iureiu.Dicit tamẽ,ꝙ hoc
caſu oportebit agentẽ probare de ſuo dominio, ꝑ text.
110 in l.ſi alienum.ff. ſolut. matr. † & difficilis eſt probatio
i dominij [i]. Multos tamẽ modos probãdi dominiũ ponit
Bar.in l.rem,quæ nobis.ff.de acquir.poſſ.notatur in l.cũ
res. C. de ꝓba.Alia via eſt ſm̃ Spec.in loco allegato , ꝙ
dñs agat cõtra emphyteotã cõdictione ex l.2.ĵ. de iure
111 emphy. † & ſi ſit emphyteota eccleſiæ , dñs aget condi-
ctione ex canone.c.potuit, extra de locato.Item poteſt
112 agere interdicto , vti poſsi . † quia ex quo emphyteota
ceſſauit in ſolutione canonis,dicitur turbare dñm in ſua
ciuili poſſeſsione,ut.ſ.aliqñ dixi vobis.Sed hoc caſu o-
113 porteret citare emphyteotã,& dare ſibi libellũ:† quia in
terdictũ hẽt vim actionis,l.fi.ĵ.de interdi. Itẽ põt agere
condictione ſine cauſa,uel ex iniuſta cauſa: † q̃a emphy-
114 teota ceſſando in ſolutione canonis iniuſtè poſsidet , &
in hoc opus eſſet citatiõe partis ,!& etiã libello,ut habe-
tur in l.edita.ĵ.de edendo , poteſt ẽt implorare iudicis
officiũ.Sed in hoc aduertite:quia ſi ſimpliciter imploret
officiũ iudicis, ut faciat expelli emphyteotã , opus erit
citatione ipſius emphyteotæ.Itẽ ſi imploret iudicis offi
cium dicẽdo,ꝙ licèt poſsit eũ propria auctoritate expel
lere,tamẽ vrbanius volẽs agere implorat iudicis offi-
cium, ẽt hoc caſu erit opus citare emphyteo. Sed ſi im-
ploret iudicis officiũ dicendo , ꝙ ꝓpria auctoritate põt
eum expellere,& ꝙ intendit ſuo iure uti,& petit à iudi-
ce,ut det ſibi familiam,ut tollatur occaſio rixæ, hoc ca-
ſu non erit neceſſe citare emphyteotã , ſm̃ opi.Saly. ſu
115 perius recitatã. † An autẽ iſtud ius expellẽdi trãſeat ad
ſingularẽ ſucceſſorẽ,uel contra ſingularẽ ſucceſſorẽ.Di-
116 cite,ut per Bart.& Saly. in d.l.3.ĵ.de pig. † Addo uobis,
ꝙ iura dicẽtia,ꝙ ẽphyteota ceſſans ĩ ſolutione ꝑ biẽniũ,
ſi eſt ẽphyteota eccleſiæ,uel per triẽniũ,ſi eſt ẽphyteota
priuati,dẽat priuari iure ſuo,nõ hẽnt locũ,qñ in illo biẽ
nio, uel triẽnio unus ſolus fructus ꝑcipiebatur:ſed tũc
req̃rerẽtur duo biẽnia,aut tria biẽnia adhoc,ut emphy
teota caderet à iure ſuo.Ita determinat Bald.in l. hære-
117 dẽ,& in l.certi iuris. ĵ.locati. † & ideo in quæſtione fa-
cti,cum eccleſia conceſsiſſet cuidã rẽ in emphyteoſim
cum pacto,ꝙ ſingulis annis deberet ſoluere penſionem
in feſto reſurrectionis dñi,& trãſiuiſſet binus terminus ,
in quo emphyteota non ſoluerat canonẽ , ſed tamen nõ
erat lapſum totũ biennium,& prælatus ageret ad cõmiſ
ſionem:conſului,ꝙ non poterat.ad hoc allegabã in pro-
prijs terminis Io.And.in additionibus ad ſpec.in tit. de
locato.§.nũc aliqua,uer.87.& eſt de mente Cy.in l. 2.in
10.& 11. quæſtion. inf. de iure emphy. Et dominus
Alex.de Imo.ſequitur iſtã opinionẽ in l.diuortio.§. ob
118 donationes,in fi.cõmẽti.ff.ſolu.ma. Addo ẽt vobis , † ꝙ
eccleſia,uel prælatus in cõcedendo rẽ in emphyteoſim
poſſunt apponere pactum expreſſum , quòd emphyteo-
ta nõ cadat a iure ſuo propter ceſſationẽ in non ſoluen
do canonem,& ẽt fiſcus põt hoc facere,& pactũ ualebit.
Ita determinat Bar.in l.fundi.ĵ.de fun.patri. lib. 11. nõ tñ
valeret reſcriptũ Papæ , quòd emphyteota non cadat à
iure ſuo ob non ſolutionem canonis.Ita dicit Bald.in l.
119 ſi à te.ĵ.de pactis inter emptorem & uen. ¶ † Quæro de
pulchra quæſtione.Vos ſcitis,ꝙ eccleſia non põt conce-
dere rem de nouo in emphyteoſim perpetuam:quia eſ-
ſet alienatio,c.2.extra de rebus eccle.non alie.lib.6.Po
namus, ꝙ priuatus concedat rem ad nouẽ annos , & de
nouẽ in nouem renouãdo uſq; ad 29. an valebit talis cõ
tractus,cõcludite,ꝙ nõ,ꝑ tex.in.§.neq;,iuncto.§. emphy
teoſim,in Auth.de non alie.col.2. Nam in. §. emphyteo
ſim, dicitur , ꝙ lex prohibebat rem eccleſiæ concedi in
emphyteoſim perpetuã:ſed ſolùm debebat concedi pro
recipiente,& eius filijs, & nepotibus,& ſic vſq; ad tertiã
generationẽ incluſiuè.In.§.neq;,dicitur,ꝙ ſi actum ſit in-
ter partes:ꝙ , finita tertia generatione, debeat concedi
quartæ generationi,tale pactũ nihil ualebit:quia per hu
iuſmodi reuolutiones,& machinationes induceretĩ alie-
natio rerum eccleſiaſticarũ.Ad idẽ allego vobis notata
Dñi Cardinalis Florentini in Clemen.1.in.§.fin. in pen.
120 quæſt.extra de rebus eccle.non alie.ubi dicit : † ꝙ præ-
k latus non põt locare ad longũ tẽpus [k] quod interpreta-
mur eſſe decenniũ,l.1.§.qui in perpetuam.ff.ſi ager uect.
uel emphy. petatur.Sed ad nouem annos ponamus , di-
cit præfatus doctor , ꝙ prælatus locet ad nouem annos
& ad alios 9.inchoandos ad finẽ primæ locationis , an
ualeat:determinat ꝙ nõ.& ſm̃ iſtam opinionem conſul-
uerunt clariſsimi Iuriſconſulti dñi Fran. de Accoltis de
Aretio : & Andr.Siculus,vt refert dñs Alexand.de Imol
qui ſequitur iſtam opinionem ſuo conſilio 68.incipien-
te.Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio Viſis duobus
elegantiſsimis conſilijs,in primo uolumine ſuorum con
121 ſiliorum. † Subſequenter eſt uidendũ,utrùm ſi ſint plu-
res emphyteotæ poſsint inter ſe alienare,irrequiſito di-
recto dño.Bar.in l.ſi domus,in.§.fi. ff.de leg. 1. determi-
nat,ꝙ ſic.Idem tenet ipſe Bar.in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres,in.10.q.ff.de uer.oblig.Ipſe tñ Bar.in l. pater. in. §.
qui decem.ff.de leg.3.licèt moueat quæſtionem:tñ non
determinat . Contrariam ſententiã tenuerunt Guil.de
Cu.in l.cũ hi.ff.de tranſac.& Bald.in l.dudum.ĵ. de con
122 trahe.emp.& uen.poteſtis concludere hoc modo.† Aut
emphyteoſis fuit per patrem recepta pro ſe & liberis,ac
heredibus:& tunc,quia mortuo patre, liberi ſuccedent
in emphyteoſi,& inter eos eſt locus iuri accreſcendi, ut
declarat Bar.notabiliter in l.ſi mihi,& Titio. ff. de uerb.
oblig.ideo inter ſe poterunt alienare, etiã ſine uolunta-
te domini.Aut emphyteoſis uſq; à principio fuit conceſ
ſa duobus:& tunc , quia inter eos non eſt locus iuri ac-
creſcendi,ut not.in d.l.ſi mihi,& Titio,ideo inter ſe non
poterũt alienare ſine uolũtate domini.Et eſt ratio:quia
123 intereſt domini,ne fiat talis alienatio,† quia ipſe domi-
nus debet præferri,ſi uelit habere pro ſe offerẽdo illud ,
quod uult dare alius, l.fi.inf. de iure emphy.Et hanc di
ſtinctionem ponit Alex.de Imol.in d.l.ſi domus ,in.§.fi.
De hac qõne habetur per Bal.in c.1.in ti.de feu. aliena.
&,per eundẽ in l.volũtas. infra de fideicõ. & per eundẽ
in c.imperialẽ,in prin.in ti.de prohibita alie.feu. per Fe
124 de. ¶ Quæro ulterius . Vos ſcitis: † quòd emphyteota
non poteſt vẽdere emponemata ſua,ideſt ius ſuum,em-
phyteoticum ſine voluntate dñi,l.fi.ĵ.de iure emphy.an
poterit donare ius ſuum emphyteoticum ſine volun-

tate domini.Bar.& Angel,in d.l.si domus.§.fi. determinant,quòd non. Sed magis communis opinio est ad oppositum:quia bene potest donare, et domino irrequisito,& hanc opi.tenuit gl.in d.l.fi.§.de iure emphy. & sequuntur ibi Iac.But.& Bal.& Spe.& Io.And. in addit.in ti.de locato.§.nunc aliqua,uer.107.& 112.& 119.& Ia. de Are.Bal.& Imo.in d.l.si domus.in §.fin. & idem Io. de Imo.in l.usufr.ff.sol. mat. Hanc etiam opinionem tenuerunt Io.An.d.Card.Flo.Pe.de Anch.& Io. de Imol. in c.potuit,extra de locat. Et ab ista sententia non recedatis in iudicando,attento quòd gl.ita tenet,cuius opinionem sequuntur tot & tanti Doc. Non obstat huic cõclusioni,si dicatur,quòd non erit succursum domino ad
125 uersus donatarium pro consequendo pensionem; † quia personalis obligatio,qua tenebatur emphyteota,non sequitur fundum,k l.fi.§.fi.ff de contrah.emp.l.1.§.si hæres. ff.ad Treb.quia respondetur, ꝙ imò erit succursum domino alia uia:quia poterit uendicare rem ab ipso donatario,si non soluat pensionem,uel aliter;licèt uerũ sit,ꝙ emphyteota possit uendere ius suum emphyteoticum sine consensu domini:tamen non põt inducere donatariũ in possessionem sine consensu domini:quia hoc spectat
126 ad dominum,†qui pro tali inductione in possessionẽ debet habere laudimium. i. quinquagesimam partem pretii,ut probatur in d.l.fi.§.de iu.emph.ibi,pretii, uel æstimationis:nam illud uerbum,pretii,refertur ad contractũ uenditionis,uerbum aũt,æstimationis,refertur ad donationem, ergo est optimè succursum domino: quia poterit recusare inducere donatarium in possessionem,nisi se obliget ad pensionem soluendam ipsi domino. Et
127 notetis prædicta,quia quotidie contingunt.¶†Quid aũt in emphyteota ecclesiæ,an possit donare ius suum emphyteoticum sine consensu ecclesiæ.Bar. in l. uniuersos, & per illum text.infra ne rei domini. uel tẽplo. determinat cõtrarium,ut uoluit Bal.in c.primo.§.donare,ĩ ti. qualiter olim poterat feu.alie.& gl.in c.potuit.extr. de loc.& Cano.ibidem. Ad l.uniuersas.respondebitis,ꝙ loquitur,quando emphyteota donabat rem, ut suam propriam:nos uerò loquimur,qñ donat ius emphyteoticũ. Ratio differentiæ:quia qñ donat rem,ut suam propriam, ex toto ꝓbet materiam donatario ꝑscribendi, nõ sic.est
128 qñ donat solũ ius emphyteoticum.¶Addite,†ꝙ nõ oportet dñm interpellare emphyteotam,ut soluat canonem ad hoc,ut eo nõ soluente,priuetur iure suo. Ita probat tex.in l.2.§.de iu.emph.decretum tamẽ Principis nostri disponit,ꝙ emphyteota non cadat à iure suo,nisi ĩterpel
129 let.Sed aduertite: †qa ista interpellatio debet fieri ꝑ publica proclamata:q̃ fiũt maximè in terris nobilium,in q̃bus fiunt publica proclamata,ꝙ q̃cunq; debẽt soluere fictum,seu canonẽ, debeãt illũ soluere infra talẽ diẽ. Ista n.est legitima interpellatio,ꝑ ea, q̃ habentur in l.si hoc tpe.inf.de remis.pig.& in Auth.si oẽs,inf.si ut se ab hęreditate abstineant.¶ Nunc aggredior materiam renoua-
130 tionis.Et q̃ro†quibus casibus renouatio emphyteosis sit fienda. Cõcludite,ꝙ renouatio emphyteosis fit ex causis
131 quattuor.†Primò rõne uetustatis,puta,quia instrm cõtractus emphyteotici est ualde antiquum: hoc.n. casu põt peti,ut fiat renouatio.Ad hoc solet allegari glo.ordi.in Auth.de hære.& falc.in prin.in uer.antiquitatis, ubi gl. dicit,nota argumentum pro priuilegiis multum antiq̃s,
132 ut possint peti renouari.¶†Secundò fit renouatio ex cã necessitatis, & ista necessitas potest insurgere duabus de causis.Primò ex conuentione partium,puta: quia in conceptione emphyteosis fuit conuentum, ꝙ cum post tertiã gñationem deberet fieri renouatio.§.neq; illud,& ibi gl.ord.in Auth.de non alie.col.2.Item necessitas põt insurgere ex consuetudine,puta,quia consuetum est fieri ad hoc, ut ecclesia habeat aliquod emolumentum ex ipsa renouatione:& istud appellatur caselum,seu laudimium,ut habetur in d.l.domini prædiorum, inf.de agr.
133 & cen.li.11.¶†Tertiò fit renouatio gratia tollendæ obscuritatis,puta;quia mutati sunt confines rei emphyteoticæ.l.eos.ff.fin.regun.& l.Titius.ff.de act.emp.& l.si prędiorum inf.ad leg.fal.¶ † Quartò fit renouatio ratione
134 limitatæ successionis,& hoc dupliciter. Primò ratione mutatæ successionis in hæredem uniuersalem,& talis renouatio fit, ut tollatur materia negationis,ut habetur in l.malè agitur,infra de præscr.30.uel 40.anno. Secundò potest fieri ratione mutatæ successionis in singularẽ successorem,& ista renouatio fit propter tria. Primò propter laudimium,quod habet ecclesia, uel alius directus dominus.l.fi.inf.de iure emph.Secundò propter obligationem personalem ad canonem.Nam singularis successor non astringitur obligatione personali, qua astringe-
135 batur emphyteota:†quia personalis obligatio non sequitur fundum.l.fi.§.fi.ff.de contrahen.emp.l.1.§. si hęres. ff.ad Treb.Tertiò fit ista renouatio, quia interest ipsius singularis successoris,ut fiat; quia amodo fiet computatio de sua generatione, cessante autem renouatione at-
136 tenderemus generationem emphyteoticam.†Vnde si emphyteota accepisset pro se, & usque ad tertiam generationem finita illa tertia generatione, resolueretur ius ipsius singularis successoris,quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.c.1.§.rursus,in ti.de contro. in uesti.& l.lex uectigali prædio dicta. ff. de pign. & si uultis scire practicam faciendi instrumentum renouationis emphyteosis.Videte per Spec.in titu.de locato.§. sequitur, uer.cęterum,& per eundem ti.de rerum perm.Hæc omnia scribit Bal.in Auth.si quas ruinas,sup.de sacros.ecc. & dicit ibidem,quòd alibi non inueniremus istam mate
137 riam.¶Quęro de tali quęstione.†Paulus Romanus Pontifex condidit cõstitutionem,quòd nullus Prælatus, uel rector ecclesię sub pœna excommunicationis audeat locare bona ecclesiæ ultra triẽnium,modo Pręlatus,uel rector ecclesię facit locationem hoc modo.Loco tibi talem rem ad triennium, ad renouandum de triennio in triennium usque ad nouem annos an iste dicetur fecisse contra constitutionem Pauli.Ego consului,quòd locatio prędicta intelligitur facta in fraudem dictę constitutionis,ad hoc allegabam no.per Bal.in c.1.in secunda charta in uerbo quid de locato in tit. qui feudum dare pos.in libello feudorum,& eundem Bal.in c.imperialẽ, in prin.uer.q̃ro,utrùm uasallus possit concedere in emphyteosim,in titu.de prohi.alien. feud. per Feder.& ad decisionẽ ꝑdictæ q̃stionis videte dñm Alex.de Imo.suo consi.68.incip. Redẽptoris inuocato suffragio; visis duobus elegantissimis consilijs. in primo vol.suorum cons.
138 ¶Formo vobis quæstionem quotidianã. †Concessa fuit res in emphyteosim Titio pro se,& descendentibus suis vsq; in tertiam gñationem:finita tertia gñatione, quarta gñatio petit sibi dictam emphyteosim renouari: ab alio latere comparet q̃dam extraneus,q̃ petit illã rẽ sibi concedi in emphyteosim,q̃s ipsorũ erit præferendus?Bar.& Ang.in.l.1.§.ꝑmittitur.ff.de aqua quotid.& æsti.dicit,ꝙ quarta gñatio erit præferẽda illi extraneo,& nisi dominus,vel ecclesia renouet ipsi quartæ generationi dictam emphyteosim,dicetur sibi facere iniuriam, adeo ꝙ poterit appellare ad Superiorẽ.Idem vult ipse Bart.in.l.1.in fi.ff.de priuileg.credit. Idem tenuit Bal. in additio. ad Spec.in tit.de loca.in 8.colũ.& est de mente Bal. in.c.1. in titu.quemadmo.feu.ad fil.pertin.Eandem sententiam tenuit D.Anto.de But.in.c.1.extra de locat. & expresse hoc etiã tenet D.Cardi.Flor.in.c.penul.extra de postul. prælatorum,& Roma.in Rub.ext.de arb.& idem Roma. in l.2.ff.sol.ma.& ista est communis opinio, ut refert d. Alex.de Imo.suo cons.70.incip.Redemptoris nostri inuocato suffragio uiso,& opportunè animaduerso, in 1. uol.suorum cons.in 7.col.illius consilii,& hæc notetis: quia

139 quia frequenter contingunt in practica. ¶†An autē per
instrumentum emphyteosis probetur directum domi-
nium illius,qui concessit illam rē in emphyteosim. Bar.
in l.legata.ff.de adim.& transfer.leg.determinat , quòd
non:quia illa concessio in emphyteosim tendit ad dimi-
nuendum ius ipsius concedentis : quæ non debet ope.
rari augmentum , ut ibi.de qua materia uidete per Bal.
& Ioan.de Imo.in l.cum tale.§.fi.de cond. & demonstr.
140 †Sed pone:quidam concessit rem in emphyteosim Ti-
tio,& eius filiis : utrùm in hac concessione comprehen-
dantur filiæ ipsius Titii,uidetur prima facie dicendum,
quòd sic:quia masculinum concipit fœmininum, l. 1.&
ibi plenè per Bar.ff.de uerb.sig.Contrariam opinionem
tenuit Arch.in c.si quis suadente diabolo.17.q.4.ubi di
141 cit,†quòd in contractibus masculinum non concipit fœ-
minum:quia fienda est interpretatio contra eum,ad cu-
ius fauorem uerba contractus proferuntur.l. ueteribus.
ff.de pac.Ad idem bene facit,quod no.Bar.in l.liberorū
ff.de uerb.sign.ubi dicit,ꝙ licèt in ultimis uoluntatibus
appellatione filii ueniat nepos : tamen secus est in con-
tractibus,nisi aliter appareat de mente contrahentiū , &
opinionem prædictam,quòd quando in concessionem
emphyteosis fit mētio de filiis, quòd non cōprehendan
tur filiæ,tenet expressè Ioann.de Imol.in c.potuit,extra
locato.referens se ita consuluisse in quæstione facti : li-
142 mitat tamen,nisi consuetudo habeat contrarium . † Sed
ponamus , quòd concessio emphyteosis sit facta alicui
recipienti pro se,& filiis suis,ac filiabus:utrùm filiæ ad-
mittentur simul cum masculis ad illam emphyteosim .
Concludite ex menteBar.in l.ut iusiurandi.§.si liberi.ff.
de operis libertorum . quòd si filiæ debeant succedere
pariter cum masculis in bonis defuncti:tūc simul admit
tentur ad emphyteosim,secus si filiæ admittentur demū
143 in subsidium ad succedendum, † puta quia statuto cau-
tur,quòd extantibus masculis fœminæ non succedant :
nam hoc casu filiæ non admittentur ad emphyteosim
unà cum masculis:quia pater recipiens rem in emphy-
teosim,uidetur uoluisse se conformare dispositioni sta-
tutariæ loci.Ita expressè determinat Io.de Imol.in d.c.
144 potuit,& ista notetis:quia sunt quotidiana.¶†Dubitatur
etiam utrùm emphyteota possit ius suum emphyteoti-
cum dare in dotem.Ioan.And.& Doc.communiter in d.
c.potuit determinant,quòd sic. uerum tamen est, quòd
non durabit illa datio , nisi quatenus durabit ius ipsius
emphyteotæ.c.nuper.extra de don.inter uir. & ux.Sed
Io.de Imo.in d.c.potuit limitat hoc procedere,quando
res emphyteotica datur inæstimata pro dote. Cæterùm
si daretur æstimata : quia talis æstimatio in dubio facit
emptionem.l.si inter uirum,& ibi bona gl.ꝫ. de iu. dot.
tunc idem esset dicendum,ac si emphyteota uendidisset
& tradidisset rem emphyteoticam,& quid iuris sit,quan
do uendit hoc casu:declaraui uobis supra . Addit ipse
145 Imo.in d.c.potuit.†uerum esse emphyteotam posse da-
re in dotem,ut supra,quando dat pro filia: cæterū si da-
ret pro extranea muliere:quia hoc casu uidetur donare
l.unica.§.accedit.ꝫ.de rei uxo.act.ideo idem esset dicen
dum,quod in donatione,& an emphyteota possit dona
146 re domino irrequisito:tractaui uobis supra . ¶ Addite ,
†ꝙ emphyteota bene pōt hypothecare rem emphyteoti
147 cam pro debito,in quo tenetur.l.tutor.§.fi.ff.de pig.act.
& l.lex uectigali prædio dicta.ff.de pig.†Item si emphy
teota promittat uendere , uel dare in solutum rem em-
phyteoticam,& hoc faciat irrequisito dño:non tñ cadet
à iure suo,quia aliud est uendere , & aliud ꝓmittere de
uendendo.l.in bonæ fidei,& ibi no.ff.de eo qđ certo lo
148 co.¶Amplius dico uobis,† ꝙ si emphyteota uendat rem
emphyteoticam,si tñ non tradat,non cadet à iure suo: li
cèt uendat irrequisito dño.l.alienatum.ff.de uer.sign. Ad
hoc allego uobis Spe.in tit.de loc.§.nunc aliqua,uersic.

195.Adduco ēt uobis Bal.inc.1.§ aut si libellario, in tit.
quib.mod.feu.amit.& eundem Bald.in c.imperialem.in
prin.in tit.de prohib.alie.feu.per Fede. quod est notan-
149 dum.¶Nunc quæro de pulchra quæstione , † utrùm pa-
ter rem emphyteoticam possit p̄legare uni ex filiis suis.
Concludite,ꝙaut emphyteosis fuit cōcessa à priuato ali
cui recipienti pro se,& filiis suis,ac nepotibus: & tunc:
quia pater uidetur uoluisse ꝓuidere filiis, ut hæredibus
m per ea,quæ habentur in l.quod dicitur.ff.de uerb.obl.
&in l.si pactū.ff.de prob.& in l.si tibi decem.§.si pactus.
150 ff.de pac.†ideo pater uiuis filiis poterit prælegare illam
rem emphyteoticam : quia talis emphyteosis adita ēt à
151 priuato potest etiam transire ad hæredes extraneos,†&
ideo sicut pater unam aliam rem hæreditariam posset p̄
legare uni ex liberis,de quo non dubitatur.l.ex facto.ff.
de hæred.inst.& l.Nesennius.ff.ad l.falc. etiam ita pote-
rit rem emphyteoticam uni ex liberis prælegare . Si ue-
rò emphyteosis sit concessa ab ecclesia alicui pro se,&fi
liis,ac nepotibus:tunc,quia talis emphyteosis nō potest
transire ad hæredes extraneos,ut no.Io.An.in c.in præ-
sentia,extra de prob.& pater hoc casu uidetur uoluisse
prouidere filiis,ut filiis,& ideo statim fuit acquisitū uti-
le ius,& utilis actio ipsis filiis. Præterea pater suam di-
spositionem testamentariam non potest prælegando rē
emphyteoticam uni ex filiis aliis præiudicare , l.id , qđ
nostrum.ff.de reg.iu.& l.fi.ff.de pac. Hæc sñia corrobo-
152 ratur per simile:† nam uasallus non posset in sua ultima
uoluntate p̄legare feudū uni ex liberis,qa sua dispositio
testamētaria nō ualet in feudalibus.c.1.in prin. in tit.de
succes.feu.ergo idē dicere debemus in emphyteosi à pa
ritate rōnis.l.illud.ff.ad l.Aqu.Pro hac opi.ēt facit tex.ī
l.iusiurandi.§.si liberi.ff.de operis libertorum. ubi text.
153 dicit,†ꝙ licèt filius non sit hæres , uel sit institutus in re
certa,tñ ius sibi quæsitum ex contractu paterno obtine-
bit.facit.l.si operarum iudicio.ff.de ope.liber. & prędi-
cta sunt de mente Bar.in d.§.si liberi,Io.de Imo. in d.c.
potuit,tenet contrariam opi.dicens,ꝙ pater poterit p̄le
gare rē emphyteoticā habitā ab ecclesia uni ex liberis .
Mouetur,qa,cū p̄r receperit emphyteosim pro se,&filiis
perinde est,ac si recepisset noīe filiorū,qa paria sūt ali-
qđ recipere ꝓ Titio,uel noīe Titii,ita no.Bar.in l.1,§.nū
ciatio.ff.de ope.no.nun. & sic uidetur quędam donatio
inter bona collata in filios in p̄tāte, ꝑ ea,q̄ habētur ī l.fi-
154 lię cuius.ꝫ.fam.erc. † q̄ quidem donatio bene pōt reuo-
cari,licèt,si non reuocet,confirmeē morte.l.donationes.
ꝫ.de don.inter uir:& ux.Et prelegando uni ex filiis rem
emphyteoticam vr̄ reuocasse donationē.Posset ēt dici ,
ꝙ qñ pater recipit emphyteosim pro se,& filiis : quia ui-
detur recepisse ordine successiuo,per no. ꝑ Bar.in l.Gal
lus,in §.1.ff.de lib.& posthu.uidetur esse q̄dam donatio
155 cau.mor.per no.per gl.& Doc.in l.1.s̄.de pact. † constat
aūt donationē cā mortis posse reuocari.l.nō oīs.ff.si cer.
pe.& pater p̄legando uni ex liberis emphyteosim,uideē
reuocasse donationē cā mortis factā aliis.Pro ista opin.
optimè facit,qđ no.Bar.in l.ut iurisiurandi,ubi dicit,ꝙ si
pater stipuleē oꝑas à liberto pro se,&filiis:pōt illud ius
operarū assignare uni ex liberis,& istam sñiam sequitur
Bar.ī Auth.si quas ruinas.s̄. de sacros.eccl.Pro eadē opi
adducit elegās doc.Bal.in l.ꝙ Romæ.§.Flauius Hermes,
156 ff.de uerb.obl.ubi dicit,†ꝙ qñ ex cōtractu celebrato īter
me,& aliū acquiritur aliquod ius,seu aliqua actio tertio
ita demū acquiriē tertio illi irreuocabiliter,si nō īterue-
niat pnīa principaliter contrahentiū.l.3.ff.de ser.exp.cū
ergo ex emphyteosi recepta ꝑ patrē ꝓ se & filijs agatur
de acqrendo filijs aliqđ ius,tale ius irreuocabiliter de-
157 mū acquiretur filijs:si nō interueniat pęnitētia patris:†&
pœnitentia dicitur interuenire, quando pater prælegat
rem emphyteoticam uni ex liberis. Non obst.huic opi-
nioni.l.filius.&l. seruus. sup.ꝫ.de pac. quia loquuntur in

eo,qui est in potestate alterius,& qui tenetur acquirere ei,in cuius est potestate.Non obstat.l.fi.ff.de pactis:quia
158 loquitur in eo,qui tenebatur acquirere alteri.† Nã reus principalis tenetur acquirere liberationem fideiussori suo.l.& hæredi.§.fi.ff.de pact.Non obstat.l.id, quod nostrum.ff.de regu.iur.quia aliquãdo est ius acquisitum alteri irreuocabiliter: & tunc tale ius non potest auferri ab eo inuito,cui quæsitum est. Et ita loquitur l. id quod nostrum. Aliquando uerò ex pacto contrahentium est acquisitum ius tertio reuocabiliter: & tunc acquisitio talis iuris bene potest impediri ex pęnitentia ipsorum cõtrahentium. Et ita contingit in proposito.Ad hoc adduco tex.not.cum sua gloss.in l.sed & si quis.§. interdum.
159 ff.de usuf.ubi dicitur,† ꝙ si usufructuarius aliquid emat, seu acquirat,& sibi tradatur habita fide de pretio: dominium interim est proprietarij,ut dicit gl. in d.§.interdũ, & deinde si soluatur pretium per ipsum usufructuariũ, nõ censebitur dominiũ fuisse acquisitum proprietario:
160 sed ipsi usufructuario, † & quòd sit reperire ius reuocabile,seu commutabile,& ius irreuocabile, & incommutabile,est tex.cum glo.ordinaria in l.si quis ita hæreditatem.ff.de condit.institutio. optimè facit l. cum pater. in §.surdo.ff.de legat.2.unde concludit Ioan.de Imo.in loco prællleg. quòd pater rem emphyteoticam habitã ab ecclesia pro se, & filiis:poterit uni filiorum prælegare,& secundùm ipsam opinionem dicit se consuluisse.& est tenenda secundùm eum:quia fauet testamento,& di-
161 spositioni testamentariæ, † & in dubio debemus fauere
n testamento [n].l.si pars.ff.de inoffi.testa.& c.fi.extra de re
162 iud.† Aliquando uerò ex pacto contrahentium non acquiritur immediatè ius tertio, sed uenit acquirendũ demum,ratihabitione secuta,per illum tertium: & tunc tale ius non potest impediri ex pęnitentia, ut habetur in l. si ego.ff.de neg.gest.Addite,quia tex.in c.potuit.ext.de
163 loca.dicit,† quòd,quando emphyteota habet licentiam uendendi rem emphyteoticam; tamen non potest eam uendere personis prohibitis.unde posset dubitari, quæ sint ille personæ,quæ sunt prohibitæ emere. Cõcludite ex mente Ioan.And.& aliorum Doc.in d c.potuit.quòd personæ prohibitæ sunt mulieres,milites, pauperes, & ecclesiæ.De muliere probatur hoc modo:quia non posset personaliter detineri, sicut masculus. Auth. sed hodie.inf.de of.diuersorum iudicum. Et sic efficeretur deterior conditio domini. Quod dixi de milite, probatur in l.curiales.& l.milites.inf.loca.Quod dixi de pauperibus,probatur:quia in personam minus idoneam, quàm sit ipse emphyteota,non debet fieri alienatio,ne reddatur deterior conditio domini.c.2.§.ex eadem.l.in tit.de lege Corradi.in usib.feud. facit quod habetur in Auth. sed & periculum.inf.fine censu,uel reliq.Quod dixi de
164 ecclesijs tenet expressè gl.in d.c.potuit.& est ratio:† ꝙ a si emphyteota alienaret rẽ emphyteoticam in ecclesiã, nunquam esset spes,ꝙ illa res rediret ad directum dominum:quia ecclesia nunquam moritur. c. si gratiosæ.ext. de rescri.li.6. Item quia cum ecclesia maiori difficultate alienet res suas, quàm faciant laici, certè directus dominus non haberet ita sæpe laudimium, sicut si fiat alienatio personis laicis. Dicit etiam Bald. in Authen.
165 quibuscunque modis.inf.eo. † ꝙ licèt res ecclesiæ sit solita dari in emphyteosim; tamen illa res non poterit dari in emphyteosim potentioribus: quia talibus personis non consueuit concedi in emphyteosim. Et istud dictũ sequitur Alex.de Imo.suo consi.9.in 3.uol.¶Quæro ét,
166 † nunquid res emphyteotica debeat computari in legitimam filij.Ang.in l.si patroni.ex ibi no.per gl.ff.ad Trebel.dicit,ꝙ res feudales,uel emphyteoticæ,quę transeũt ad filios,ut filios,non autem ut hæredes,non computantur filio,neque nepoti in legitimam. Idem uoluit Ang. in §.optimè.& quod ibi no.per gl.in Auth.de nup.colla. 4.Eandem opi.tenuit Pau.de Ca.in d.l.si patroni. in lectu.Paduana.& multò magis hoc procederet, si res emphyteotica obuenisset nepoti ab auo.Nam id, quod obuenit nepoti ab auo, dicitur aduentitium ipsius nepotis,non autem profectum à patre. Ita uult hic gl. notab. in l.quæsitum.ff.de leg.1.& illam gl.sequuntur ibi Ang. Io.de Imo.& Raph.Cum.Idem uoluit gl.in l.qui in aliena.in §.interdum.ff.de acq.hær.& sequuntur ibi Ang.& Lud.Ro.faciunt not.per Bar.in l.Gallus.§.ꝙ si is.ff.de libe.& posth. Non obstat l. dedit dotem.ff.de colla.bon. quia potestis respondere,quòd ibi auus dedit dotem nepti contemplatione filii:& ita respondet Io. de Imo. in d.l.quæsitum.& est de mente gl.in d.l.dedit dotem.Vel aliter respondete,ꝙ in casu d.l.dedit dotem.auus dedit
167 nepti id,ad quod pater erat obligatus: † nam auus non tenetur dotare neptem,quando pater,idemq; filius habet unde eam dotet.Ita dicit Bal.in Auth. res, quæ.inf. commu.de leg.¶Quæro,nunquid,si sint duo, uel plures emphyteotæ eiusdem rei, possint inter se alienare emphyteosim irrequisito domino. Ego dixi in l.cum hi.in §.si uni.ff.de transact.

ADDITIONES.

a ¶Deteriorante feudum.Et hoc quia uasallus non potest facere cõditionem domini deteriorem, sed meliorem, ut no.in c.2.de re iud. in 6. Flor. de Sancto Petro in l. æquissimum.§.fructuarius.de usufru.& in c.1.§.ex contrario.in fi.de inuesti.de re.alie.fa.

b ¶Quòd superficiarius.Adde,ꝙ superficiarius dicitur ꝓcurator domini. Bar.Pau.de Ca.& Ang.in l.2. §. si ego. ff.de ope.non.nun.

c ¶De superficie.Adde ibi latè Alex.& Bal.in rub.inf.de iu.emphy.

d ¶Rem emphyteoticã.Adde Pet.de Anc.in c.si quis.nu. 5.de re.ec.non alie.do.Ias.del May.in l.2.inf.de iu.emphy.Alex.de Imo.consi.314.

e ¶Expellendo ipsum conductorẽ. Adde,quòd etiam cõductor contra petentem censum, siue pensionem potest opponere,ꝙ obligatio est nulla.Pet.de Anc.in c. significauit.nu.2.ext. de censi.

f ¶Requirat scripturã. Adde Ant.de But.& Pan.& Card. Zaba.in sæpius alleg.c.potuit.& ibi latè per Pet. de Ancha.Cyn.Bal.& Sal.in l.1.alleg.in tex. inf.de iu.emphy.

g ¶De fide instrum.Adde tu,quæ posuit Celsus ibi in ad di.ad eum.super uer.nunquid dominus compellatur.

h ¶In emphyteosim. Quid dicatur emphyteosis,uide latè per Io.de Tur.Cre in c.hoc ius porrectum. nu. 7.10.q. 2.& unde dicatur ibid.nu. 8. & quomodo contrahetur. Card.Zab.in c.potuit.nu.8.de loca. & ibi etiam num.3. quid sit,& unde dicatur.

i ¶Perempta à toto.Vide latè Pet.de Anch. in c.potuit. nu.19.& quæ ibi in apostil.ext.de loca.& cond.

k ¶Remissio pensionis.Vide tu latè per Pet. de Anc.in c. propter.nu.4.de loca. & condu. & ad hoc, ut sterilitas releuet à solutione pensionis pro rata,quid requiratur. ibid.num.3.

l ¶Soluere pensionem. Adde tu, ꝙ pensio emphyteosis debet esse tanta, quæ cumulata pro decem annis faciat uerum pretium rei.dictum est sing.Ang. in §. quia uerò in Auth.de non alie.& Spe.in tit.de loca.§.6.uer.dr aũt. de materia uide latè per Alex.in cons.85.4.uol.

m ¶Rẽ ecclesiæ.Adde,ꝙ tunc debet concipere libellũ nomine ecclesiæ.Pet.de Anch.in c.literas.nu. 2. de dila.& quid si malè alienet,& ipsam redimat, an excusetur,idẽ in c.quod sicut.nu.5.de elect.

n ¶Quia prælatus.Adde,quòd pactis tacitis,uel expressis non præiudicat iuri publico,nec priuato.Pet. de Anch. in c.ex ore,num.6.extra de his quę fi.à ma.par cap.

o ¶Et ideo protestando, quid autem si iuret non repetere res ecclesię,an possit repetere,non obstante iuramento

to.Pet.de Anch.in c.peruenit,il 2.nu.1. extra de iureiu.

p ¶ Meliorationes. Adde Alex. in l. colonus. ff. locat. Bal.in Rubri.infra de iu.emphy.Bar.in l. 1. de superfi. & in l.pe.in prin.ff.loca.Flori.de Sancto Petro,in l.licet,& si quid,in prin.ff.de usufruct.Adde tex.in l.2.ff.qui.mo. pi. tac.contrah.Ang.in.§.si uerò quis,in Auth.de alie. & emphy.col. 9. Paul.de Cast. cons. 137. post alios.Iaso. May.hic,in ult.no.& in l.2.in 6.not.j.de iu.emphy.

q ¶ Protestatio.Quando valeat protestatio,& qñ non.Vide per Pet.de Anch.in c.tua nos,nu.8. extra de sponsa. & sunt eius quatuor species principales, indè in c. cum M. Ferrarien.num.5.de consti.

r ¶ Delictum.Quando autem dicatur delictum unum,uel plura.Vide per Pet.de Anch.in c. significantibus, nu. 2. extra de pur.vulga.

s ¶ Alleganti mortem.Qũo autem probetur mors. Vide Ang.in l.2.§. si dubitetur,queád.te.aper.Bar.in l.is pôt, de acq.hęr. idẽ in l.siquidem.ff.sol.ma.Alex.cons.24.4. uol.Bar.in l.fi.C.de ed.di.Ad.tol.Bal.in l.conuenticulã. C.de epi.& cle.Bar.in l.fi.ff.de infa.Bal.in c.1. quo tempore miles.Bar.in l.3.j.de murile.lib.11.& in l. genero. ff.de infa.& in l.quoties,de nauf. lib.11.Lanfrancus de Oria.in.§.testium,ver.qualiter probetur mors,de proba.

t ¶ Quoniam frequenter. Vide ibi latè per Pet. de Anch. & quæ ibi posui in addi.ad eum.

u ¶ Currit præscriptio. Adde,q; præscriptio semestris nõ currit ignoranti, Pet. de Anch. in c. licet, uers. secundo not.extra de sup. ne. præla.& quare sit introducta.Vide latè per do.Ambr.de Vignate, in tract. de usur. super c. salubriter,nu.214.

x ¶Pro debitore,etiam eo inuito,Pet.de Anc.in c.clerici, nu.2.de ui.& ho.cle.& ibi uide,an taliter soluens possit repetere.

y ¶ Facit cõpensationẽ.Adde,cõpẽsatio in quibus casibus habeat locũ.per Pe.de Anc.in c.bonafides.nu.9.&nu.36 ext.de depos.& in c.1.nu.6.ext. de cõuers. in fi. pôt aũt cõpẽsatio dupliciter considerari.uide dom. Amb.de uignate.in trac.usurarũ.sup c.salubriter.nu.58.

z ¶ Modicũ tẽpus.Quid dicatur modicũ tẽpus. Vide per Pe.de Anc.in c.pterea,unde quærit gl.ex.de æt. & qual.

a ¶ Purgare morã.Adde Alex.in l.si insulã. de uerb. obl. idem in l.qui Romæ.§.coheredis.eo.ti.Bar.in l. cũ q̃dã. ff.de leg.2.Bar.in l.sed si alia.ff.de const.pec.& in l.si qs. §.si plures.

b ¶ Et non aliter.Adde,q; si dñs uult sibi retinere,præfertur agnato,licèt secus sit in feudo:ut not.Ang.post alios Doc.in l.Imperatores.ff.de pac.Ratio,quia consuetudo nõ pôt tollere ius dñi ex ui pacti sibi cõpetens, & posset idẽ dici in annuo cẽsu. idẽ Bal. in l. superius all. q̃ dicit dñm præferri.per l.si cũ doti.§.fi.ff.sol.mat.& l. si ex pacto.ff.de pac. Nã consuetudo generalis non tollit legẽ specialẽ,quia species derogat generi.ff.de uul. & pupil. subst.l.cohæredi.§.qui patrem.& l.uxorẽ.§. felicissimo. ff.de leg.3.& ita tenet Guil.de Cu.prout refert.ibi. Bal.

c ¶ Propria auctoritate ingredi.Adde Pet. de Anch. in c. potuit,nu.16.extra de loca.& conduc.

d ¶ Incontinenti.Adde Pet. de Anch.in c.significasti,il 2. num.12.extra de homici.Et qualiter uerbum,incontinẽti,intelligatur.Vide eundẽ,ĩ c.an sit nu,2.ext.de appella.

e ¶Habetur pro iudicato.Adde Roma.singul. 621. incipiente de iure ciuili.Panor.in c.cum olim,nu. 5. in uers. confessus,de rerum permu.Bart. in l.de ętate.§.qui inter rogatus.ff.de interroga.acti.Bald.in l.sicut,uers.itẽ not. quòd confessus.j.de repudi.hæredi.

f ¶ Dare libellum. Adde,q; largè petitio est libellus : & e contra.Vide per Doct. Ioan. de Gra. in suo tractatu. de substantialibus procuratorij,super uerbo,libellũ,seu libellos,nu.4.Et quæ debeat continere libellus, & verbalis petitio.Vide per Io.epis.Vaurien.in summa sua de ordine iudiciorum.c.2.nu. 2.

g ¶ Summariè. Ad de q; summariè dicitur idest breuiter: uel primariè,Bar.in extrauagan.ad reprimendũ. in uer. summariè. Car.Zaba.in Cle. sæpe, in uer. summariè, de uer. sig. Et ibi in quibus causis sũmariè procedatur,& p Bart. in loco præalle.per Floria.de sancto Pet.in l. lege ad l.Aqui.

h ¶ Probatio dñij, quid sit dominiũ.Vide per Pet. de Ancha.in repe.c.pastoralis,in continuatione Rub.nu.7.extra de causa pos.& proprieta.& ibi,num.10.unde habuerit originem. distinguitur autẽ triplex,ut per Io. de tur. cre.in c.exemplum,nu.16.12.q.1.

i ¶ Ad longũ tempus.Adde Pet.de Anch.in c. ad audientiam,nu.1.extra de rebus ecc. non alie. & quod dicatur magnum,uel paruum.Vide per glo.Bart.& Alex.in l. 1. §.quod autem,in 1.q.ff.de superfi. & Bal. in l. quæcunq; in 1.q.C.de bo.quæ libe.

k ¶ Non sequitur fundũ. Adde dominũ Io. de Gra. in suo tract. de substantialibus procuratorij super uer. & hic sub obligatione,nu. 2.

l ¶ Non concipit fœmininum.Adde Alex.in l.extraneus, de condi. ob causam,& in cons.61. in prima parte.Adde eundem Io.de Imol.in l.quod dicitur,de uerb.oblig.

m ¶ Filijs ut heredibus,ideò mortuo patre ueniunt filij pro uirili,ut uult Pet.de Anch.in c.Raynutius,num.83. extra de testa.

n ¶ Fauere testo. Adde,q; testamentũ dici pôt oĩs ultima uoluntas,glo.in l.2.in fi.j.de constit.pecu.Bald.in l. penul.in uer.ex hoc no.j.cõmunia de lega.idem Bal.in l.1 quæ incipit testamentũ super glo.in uerbo directò. post Bar.ff. de testa.

In l. Edita actio. De edendo.

SVMMAE.

1 Paulus de castro fuit discipulus Baldi.
2 Emendare quid dicatur.
1 Mutare quid dicatur.
4 Accumulatio quid sit.
5 Libellus debet ita clarè concipi,quòd reus intelligat speciem futuræ litis,& nu 8.
6 Nomen proprium actionis an sit exprimendum in libello.
7 Libellus procedit,si narratio sit facta aptè, & conclusio aptè concepta: licèt actio inepta in libello sit expressa.
9 Libellus generalis,& obscurus non procedit, parte opponẽte.
10 Reus debet esse cautus,ut non petat libellum generalem, & obscurum declarari.
Sententia lata super libello obscuro,& generali est nulla.
11 Actor si formet libellum obscurum,hæres, seu hæredes sui non possunt illum libellum declarare.
12 Procurator non potest declarare libellum obscurum, nisi habeat ad hoc speciale mandatum.
13 Libellus obscurus,si semel fuit declaratus, non potest iterum declarari.
14 Lis non dicitur esse,nisi post litem contestatam.
15 Libellus potest emendari,& mutari,limita,ut num.16.
16 Actor potest ante litem contestatam corrigere errorem sui libelli,limita ut ibi.
17 Actor potest ante litem contestatam errorem suum corrigere, pulchra cautela.
18 Libellus quãdo emẽdatur: debet esse saluũ ius deliberãdi reo.
19 Libellus an sit emendandus,& corrigendus ante litem contestatam in ciuilibus,& criminalibus.
Tenet quòd sic,ut nu.20.& limita octo modis, ut ibi.
21 Dilatio si data fuerit ad proponendum libellum: sufficit eum proponere ante dilationem.
22 Lex bonorum,ff.rem rat.hab.quomodo intelligatur.
23 Libellus non potest emẽdari post litem contestatam, fallit, ut nu.27.32.35.38.41.

24 Sententia lata super his, quæ addita sunt post litem contestatam, est nulla.
25 Litis contestatio, & alia substantialia iudicij nõ possunt remitti consensu partium.
26 Actor an possit obtinere iure sibi superueniẽte pẽdẽte iudicio.
27 Libellus potest emendari post litem contestatam in petitione hæreditatis.
28 Petitionis hæreditatis quæ sit natura, & nu. 29.
30 Agens petitione hæreditatis ad unam rem, an possit post litem contestatam addere aliam rem.
31 Iudex si pronunciat me hæredem, in executione rei iudicatæ potest facere restitutionem aliarum rerum: quæ pendente iudicio peruenerunt ad reum.
33 Actor potest renunciare in parte liti, sicut toti causæ.
34 Libellus qualiter sit concipiendus hoc casu: peto in libello centum, quæ tu mihi promisisti, deinde lite cõtestata detraho quadraginta.
35 Libelli qualitatem an addere possim, & detrahere.
36 Exceptio, quæ non infringit sententiam, sed moderatur executionem, potest opponi, etiam post sententiam in executione.
37 Crimen habens plures qualitates si intentatur generaliter, poterit postea pendente iudicio qualificari.
38 Emendatio tendens ad declarationem libelli potest quandocũque fieri.
39 Libellus obscurus, & generalis potest declarari in articulis.
40 Actor quid debeat agere, si reus à principio opposuit de obscuritate, & generalitate libelli.
42 Libellus ineptus an possit emendari post litem contestatam.
43 Sententia si lata fuerit super libello inepto: iudex debet reseruare actionem agendi.
44 Iudex appellationis an suppleat defectum primi iudicis.
45 Libellus potest emendari statim, & immediatè post litem contestatam, & nu. 46.
47 Post conclusionem aliquid fieri, & post sententiam idem est.
48 Statutum disponens, quòd de quolibet libello soluatur gabella, an comprehendat libellum, qui peccat in substantialibus, quẽ contingit emendari.
49 Gabellatores non debent habere gabellã de contractu inualido. Laudimia non soluuntur de contractu inualido.
50 Libellus nouus additione admittitur.
51 Venditione facta, postea parte addente, uel detrahente, an duplicia soluentur laudimia.
52 Libellus in criminalibus debet continere locum, & tẽpus idẽ, & quid in ciuili, nu. 54.
53 Reus in criminalibus non põt renunciare suis defensionibus.
54 Libellus an sit necessarius, quando in causa proceditur summariè, simpliciter, & de plano, &c.
55 Libellus productus in prima causa, an possit emendari in causa appellationis.
56 Litis contestatio facta in prima causa retinet suos effectus, et defectus non obstante appellatione, & nu. 110.
57 Libellus productus in cã appellationis an possit emendari.
58 Clausula, saluo iure addendi, & corrigendi, quid operetur. Et quid si dicatur, saluo mihi arbitrio addendi, & corrigẽdi, num. 59.
60 Ponens an possit emendare.
61 Responsio tam partis, quàm testis potest incõtinenti reuocari.
62 Interrogatoria fienda testibus producendis, an possit quis emendare.
63 Interrogans nihil ponit.
64 Iudex cõmissarius põt interrogare testes de substantialibus.
65 Testi interrogato de ratione dicti non reddenti rationẽ quare non creditur.
66 Libellus, ubi causa inepta expressa est, redditur nullus.
67 Libelli ineptitudo, quid dicatur.
68 Libelli conclusio qualis esse debeat.
69 Libellus grosso modo conceptus non dicitur ineptus.
70 Libello inepto, nunquam currit tempus executionis proponẽdæ
71 Exceptio inepti libelli potest quandocunq; opponi, etiam post litem contestatam, & in executione.
Sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla.
72 Libellus ineptus probationibus actis, & positionibus non iuuatur.
73 Mutatio libelli an, & quando sit licita, & nu. 79.
74 Reus quid consequatur ex mutatione libelli.
75 Quasi contrahere uidemur in iudicijs.
76 Recedere non potest unus ab ipso contractu altero inuito in cõtractibus, nec in quasi contractu.
77 Litis contestatio dicitur facta ex parte actoris eo ipso, quòd libellum obtulit.
78 Auth. qui semel. C. quom. & quan. iud. qualiter limitetur.
80 Actiones plures an possint cumulari in eodem libello.
81 Cumulationem impedientes plures regulæ, & num. 82. 91. 92. 94. 96. & 98.
83 Euentus futurus quando se potest habere ad duo, s. ad permittendum, & ad impediendum, iudicamus de eo tanquàm de impediente.
84 Condictio furtiua, quæ est rei persecutoria, & actio furti, quæ est merè pœnalis, possunt in eodem libello cumulari.
85 Sententia absolutoria lata in una, an pariat executionem rei iudicatæ in altera.
86 Actio personalis, & hypothecaria, an possint simul cumulari contra debitorem, & nu. 87.
88 Remedia duo quando non concurrunt simul, possunt conditionaliter proponi in eodem libello.
89 Actio personalis, & hypothecaria tendunt ad eundem effectũ.
90 Actor quando petit unum reus non potest petere contrarium, nisi per uiam excipiendi.
93 Electio propriè est de pluribus remedijs, quæ sunt in rerum natura producta.
95 Reus absoluitur, actore non probante.
97 Meritum maius præfertur minori.
98 Possessorium an possit cumulari cum petitorio.
99 Agens interdicto retinendæ præsupponit se possidere, & turbari per alium.
Et agens rei uendicatione præsupponit alium possidere, n. 100.
101 Cumulatio duarum actionum quando fit ad diuersa, & ex diuersis causis, an requiratur diuersi libelli, an sufficiat unus.
102 Actiones, quando sunt similes, & eiusdem speciei, possunt cumulari in eodem libello.
103 Libelli tot dicuntur esse, quot sunt actiones dissimiles in eo contentæ.
104 Actio una si proponatur contra plures, uel plures contra eundem, an erunt necessarij plures libelli.
105 Iudicium, quo facta est cumulatio actionum, quæ fieri non debet, si non opponatur, ualet, & processus.
106 Contrarietas quando apparet ex forma libelli, non est necesse eam opponere.
107 Reus debet esse cautus, ut opponat ante litem contestatam cumulationem non debere admitti.
108 Iurari debet de calumnia in causa appellationis, si petatur, quamuis in principali causa fuisset iuratum.
109 Iurari quando petitur de calumnia, & non iuratur, an processus sit nullus.
110 Error, qui fuit in prima instantia, non potest corrigi in causa appellationis.
111 Actore faciente mentionem in libello de aliquo instrumento, an illud debeat exhibere, & quando, & an ante litis cõtestationem & nu. 112.
113 Legatarius petit ab hærede legatum dicendo, quòd fuit sibi relictum à tali testatore, prout constat ex instrumento testamẽti fieri rogato per talem notarium, an teneatur edere reo ante litem contestatam.
114 Prout, dictio, semper denotat ueritatem, & semper ueritati innititur.
115 Cessionarius an teneatur exhibere instrumentum cessionis.
116 Actor, qui temerè uocauit reum ad iudicium, tenetur ad expẽsas ratione temeritatis.

Expeu-

Expensæ quare, & in quo casu non debentur ratione emendationis, & additionis.
117 *Expensæ non debentur, quando quis erat illas facturus.*
118 *Expensæ, quando debeantur reo.*
119 *Iudex non debet admittere emendationem libelli, nisi prius actualiter reficiantur expensæ per actorem.*
120 *Mutans libellum dicitur nouum libellum proponere.*
121 *Variatio dicitur quædam temeritas.*
122 *Declarans libellum non debet in expensis condemnari.*
123 *Minor, mulier, & alij de quibus in l. 1. §. fi. sup. de eden. emendãtes libellum, an teneantur ad expensas.*

EDita actio. ¶Dominus Bal. exorditur hanc legem esse utilem re, & fama, & protestatur se uelle loqui potius utiliter, quàm disertè, &
1 ad pompam. † Sed Pau. de Cast. eius discipulus dicit, quòd Bald. hic uolauit per aera sine pennis, & totum, quod loquitur est ad pompam. Subijcit, quòd intantum subtilizauit, quòd fregit seipsum. Ego in repetitione huius legis prosequar lecturam Bar. supplendo, addendo, & confirmando, ubi fuerit opportunum. ¶Et ad euidentiam præmitto, quòd nos habemus emendationem, mutationẽ, & accumulationem. De primis duo-
2 bus loquitur. l. nostra. De tertio habetur hic in gl. † Emẽdare autem secundùm Bart. hic in tertia col. est corrigere, superflua resecare, mutare uerba, sententia non mutata, ut probatur supra in prima constitutione huius libri in §. quibus. & sup. de emendatione Iustiniani codicis.
3 † Mutare autem est unam actionem omittere, & aliam
4 nouam proponere. † Accumulatio autẽ est unius actionis cum alia coadunatio. His sic ad euidentiã præmissis uenio propius ad legẽ, quã diuido in partes tres. In prima ponitur unum dictum, per quod consulitur reo. In secunda ponitur aliud dictum, per quod consulitur actori. In tertia huiusmodi emendationis, & mutationis licẽtia iusto moderamine temperatur. Secũda pars ibi, quã emendari. Tertia ibi, prout. In secunda hoc intendit.
5 † Libellus debet ita clarè concipi, quòd reus intelligat speciem futuræ litis, & potest emendari, & mutari saluo interesse rei conuenti, ut possit iterum deliberare: item
6 & expensas recuperare. Hoc dicit. ¶ † Nota hic uideri probari, quòd proprium nomen actionis est exprimendum in libello, quod uidetur probare ista litera ibi, Edita actio. Declaro. Domine iudex ego peto à Titio centum: quæ deposui apud eum, & ad hoc propono actionem depositi. Sed Docto. hic magis communiter, & Canonist. in c. dilectus. extra de iudici. dicunt, quòd non est necesse exponere proprium nomen actionis in libello, sed sufficit narrare factũ aptè, & exprimere causam: nam ex his reus rectè poterit deliberare, an cedere debeat, uel contendere. Ista communis conclusio debet limitari, nisi consuetudo loci aliud habeat, ut in Auinione, ubi oportet exprimere in libello ꝓpriũ nomẽ actionis. Ita dicit Bal. in l. maioribus. in fi. commenti. inf. cõia utriusq. iudic. cessante aũt tali consuetudine non est necesse exprimere proprium nomẽ actionis in libello: imò dicit singulariter Innocen. in c. examinata. extra de iudi-
7 cijs. † quòd ꝓcederet libellus[a], si narratio sit facta aptè:
a & conclusio aptè concepta; licèt actio inepta in libello sit expressa. quod notetis. ¶Not. ulterius ex isto tex. ibi:
8 speciem futuræ litis, hic bene probari, † quòd libellus debet esse ita clarus, quòd reus intelligat speciem futuræ litis, & an debeat cedere, uel contendere. Ex hoc lo-
9 co infertur, † quòd libellus generalis[b], & obscurus non
b procedit, parte opponente. l. finali. inf. de anna. except.
10 † Debet tamen ipse reus esse cautus, ut non petat libellũ generalem, & obscurum declarari, quia instrueret aduersarium: sed debet opponere, quod talis libellus non procedit, & petere se liberari ab instantia: nam ita opponendo, si actor ante litem contestatam non declarat illum libellum, non ualebit sententia postea lata in fauorem ipsius actoris. Istud est singulare dictum Specu. in titu. de libellorum conceptione. §. fi. uersicu. cautus etiam sis. Et sequitur Anto. de But. in c. fi. extra de libel. oblati. Sed Pa. de Cast. dicit, quòd Cy. de Pisto. in l. unica. inf. ut quæ desunt aduocatis partium. reprehendit aduocatos, & procuratores ita malitiosè procedẽtes; quia licet reportent gloriam in hoc sæculo; tamen in alio sæculo pœnam
11 subibunt. Addite uos, † quòd si actor formauit libellum obscurum, licèt ipse libellans possit illum libellum declarare; tamen hæres ipsius libellantis hoc facere nõ poterit. Ista est glo. quæ reputatur singularis in l. Pomponius scribit si frumentum. §. fina. dum glos. ibi dicit dic actorem decessisse. ff. de rei uendic. sed potestis allegare aliam glo. sociam in l. inter stipulantem. in §. primo. in quadam paruula glo. quæ dicit, scilicet uiuenti. ff. de uer
12 bo. obligatio. † Item procurator non habet potestatem declarãdi libellum obscurum productum per dominũ, nisi ipse procurator ad hoc habeat speciale mandatum. Ita dicit Ang. in d. l. Pomponius scribit si frumentum. §.
13 fi. † Item postquam semel libellus obscurus fuit declara-
c tus, non potest postea iterũ declarari:[c] quia talis declaratio tantummodo est fienda. gl. singularis in l. quicquid astringendæ. in prin. in glo. magna circa finem. ff. de uerbo. obli. & ita uult Ang. in d. l. Pomponius. §. fi. & idem Ang. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ¶Nota ulterius ex isto tex. in uerbo, futuræ litis. hic uideri pro-
14 bari. † quòd lis non dr̃ esse, nisi post litem contestatam. nam uidetis hic, quòd ante litem contestatam non dicitur lis præsens, sed futura: & ista est magis communis opinio, quam tenet Bar. in l. causas. inf. de transac. ¶No-
15 ta † subsequenter, quòd libellus potest emendari, & limitari, & ex hoc loco colligit hic Bal. in reperi. Padua-
16 na, † quòd actor ante litem contestatam potest corrigere errorem sui libelli. Quod limitetis, nisi in libello cõtineretur aliquid cõtinens fauorem rei: nam tunc, quia actor uidetur confiteri ea, quæ faciunt in fauorem rei. l. cum precum. inf. de libera. causa: tunc si uerba sint dispositiua concernentia fauorem rei, nõ poterit actor etiam ante litem contestatam corrigere errorem, nisi prius probato ipso errore; secus si essent uerba narratiua, seu enunciatiua: quia tunc indistinctè possent reuocari ante litem contestatam, etiam non probato de errore. Ita dicit eleganter Bar. in l. ex hac scriptura. in fine commenti. ff. de donatio. alleg. optimum tex. cum sua glo. in l. qui familiæ. ff. famil. ercis. & hoc dictum ualidè exclamat Anto. de But. in c. fi. ext. de confes. Idem uidetur tenere Bald. in l. ex his uerbis. inf. de testa. milit. & idem Bal. in l. si magnum. in fi. inf. qui accus. non pos. & idem Bal. in l. 1. circa finem commenti. inf. de fals. causa adiect. leg. & idem Bal. in l. prædio. inf. de præd. min. & in l. unica, circa 18. col. inf. de confes. & in l. error. circa quintam, seu sextam col. sup. de iuris, & facti ignor.
17 † Ego addo uobis cautelam, per quam actor non poterit etiam ante litem contestatam corrigere errorem sui libelli. Nam si actor in libello apposuit aliqua uerba dispositiua facientia in fauorem rei: cautela est, quòd reus acceptet illa uerba, quæ concernunt eius fauorem: nam actor non poterit postea corrigere errorem, etiam ante litem contestatam: & idem est in positionibus. Ita elegãter dicunt Bald. Ioan. de Imo. & Raph. Cuma. in l. Gallus. in §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. Et hoc dictum commemorat. & sequitur Ang. de Are. in §. 1. in 4. cart.
18 Instit. de actio. ¶Nota ultimò, † quòd, quando libellus emendatur, debet esse reo saluum ius deliberandi, ita ꝙ habere debet nouam dilationem ad deliberandum super illa emendatione, uel mutatione, de quo per Cano

nisi.in c.literæ.ext.de dilatio.Notatur per Mod. in l.1.
§.si quis simpliciter.ff.de uerb.oblig.in glo. magna ibi.
19 l.non potest.Ista glo tractat,† nunc quid ante litem con
testatam sit licitum emendare libellum aliquid adden-
do,uel detrahendo ad rem petitam:& in hoc Doc.con-
cludunt,q sic,quod procedit nedum in ciuilibus,ut hic:
sed et in criminalibus.& ita tenet hic Bar.& sequit Bal.
hic in repetitione Perusina, per l. accusaturus. ff. ad l.
Iul. de adult. nisi talis emendatio in aliqua parte sape-
ret desistentiã accusatoris, nam tunc accusator punire-
tur pœna Turpiliani.l.1.§.si quis.ff.ad Turp.Facite ergo
20 uobis regulam, † quòd ante litem contestatam licitum
est emendare libellum. Ista regula fallit primò: quando
actor ante litem contestatam uellet addere rem,quæ nõ
comprehendebatur sub generalitate primi libelli: nam
tunc non posset emendare. Ita tenet hic Bart.dum alle-
gat.l.scire debemus.ff. de uerbo. oblig. Secundò fallit,
quando actor semel emendasset libellum: nam non po-
terit postea emendare. Ita dicit singulariter Bal. in c. 2.
extra de libel. oblatio.allegat.l.si quis iusiurandum. inf.
de rebus creditis.Tertiò fallit, quando iudici nõ debet
uideri æquum talem emendationem fieri.Hoc est de mẽ
te Bar.hic in fi.commenti. licèt loquatur non de emen-
datione,sed de mutatione,& pro ista fallentia bene facit
iste text.in fin.Quartò fallit, quando statutum disponit,
quòd productio libelli habeat uim litis contestationis:
nam tunc non erit licitum amplius emendare libellum.
Ita dicit Bal.in l.accusationem.& in l.1.inf.qui accusare
non pos.Quintò fallit,quando ex productione libelli es
set acquisitum ius fisco,uel aduersario: nam tunc non es
set licita emendatio,etiam ante litem contestatam: arg.
l.libertus.ff.de in ius uocã.Sextò fallit,quando in libel
lo essent apposita aliqua uerba dispositiua concernen-
tia fauorem rei:nam tunc nõ esset licitum emendare per
uiam erroris,nisi probato de errore,per ea, quæ dixi in
tex.in penult.notabili.Septimò fallit: quando in libel-
lo essent apposita aliqua uerba dispositiua facientia in
fauorem rei,& reus acceptasset illa: nam tunc non pos-
set actor emendare, & corrigere illum errorem,secun-
dùm Bald.Imol.& Cumanum in d.§.quidam rectè.Octa
uò,& ultimò fallit,quando elapsa essent tempora à sta-
tuto præfixa ad agendum,uel accusandum: nam tũc qui
dam Moderni dicunt,quòd sicut post illud tempus non
posset offerri de nouo petitio: ita non esset licitum emẽ
dare.ar.l.bonorum.ff.rem ratam haberi.Sed uos in hoc
determinabitis contrarium per id,quod uult eleganter
Bartol.in d.l.qui fundum.ff.de contrahen.empt.ubi di-
21 cit,† quòd si alicui fuit statutus certus terminus ad arti-
culandum,seu producendum articulos,sufficit,quòd ar
d ticuli fuerint producti infra illum terminum, d & post
terminum poterunt declarari. Addite Bal.concord.in l.
1.in princ.ff.de iusti. & iure. de quo per Ioan. Andr. in
additio.ad Spec.in titu.de teste.§.nunc tractemus,in ad
ditione magna, de hoc etiam an post terminum deceat
declarare articulos,uidete per Bald.in l.tres denuncia-
tiones. inf. quomo. & quando iud.& per Dominicum
de Sancto Gemini.in c.1.extra de summa trini.& fid.ca
tho.& Imo.in c.auditis.ext.de in inte.rest.& plenissimè
per dominum Andream Siculum,in rubri.extra de fide
22 instru.in sua repetitione.†Sed restat respondere ad l.bo
norum.superius allegatã.cui respondebitis,quòd loqui
tur, quando ratihabitio tendit ad confirmandum, seu
ad ligandum actum nullum,unde si præsupponeremus,
quòd libellus esset ineptè conceptus,& careret substan-
tialibus à iure requisitis:tunc post terminum non posset
emendari, per ea, quæ uult hic Bartol. in l. criminali-
bus,dum allegat. l.accusaturus.ff.de adul.secus est,quã-
do actus ualet: quia tunc etiam post terminum,in quo
actus fieri debebat,potest fieri ratihabitio. & istã limita-
tionem,& doctrinam ponit Bartol.in l.1.inf. qui admit.
ad bono.possess.poss.Secundò principaliter colligitis ex
23 hac glo.† quòd post litem contestatam non potest emen
dari libellus,per l. non potest.ff.de iudiciis. & est ratio:
24 quia† sententia,quæ ferretur super his, quæ addita fuis-
sent post litem contestatam,reperiretur lata sine litis cõ
testatione.& sic esset nulla.l.prolatam.inf.de sent. & in-
terloc.omnium iudi.quod procedit, etiam si consensus
utriusque partis interueniat: quia non poterit libellus
emendari post litem contestatam. Istud est elegans di-
ctum Bal.in Auth.hoc sacramentũ. in fi.cõmenti.inf. de
iur.calum.quod dicit perpetuò esse menti tenendum.&
25 potest esse ratio:† quia contestatio litis, & alia substan-
e tialia iudicij non possunt consensu partium remitti, e ut
uult glo. ordi. in c. de causis. extra de officio deleg. &
Bartol.in Auth.offeratur,inf. de litis cõtest. Sed Rapha.
Fulgo.hic tenet,quòd etiam post litem contestatam po
test emendari libellus:mouetur per.§.si minus.in uerbo:
pendente iudicio.Institut. de actio.sed ad illum tex.po
testis respondere, & exponere, pendente iudicio,ante
litem contestatam. Secundò adducit Fulg.l.si rem. §.fi.
26 ff.de pigno.actio.ubi probatur,† quòd ius superueniens
pendente iudicio, ex causa de præterito sufficit actori
ad hoc,ut obtineat sententiam.ergo fortiori ratione de-
bet sufficere ius, quod competebat tempore libelli ob-
lati.Sed potestis respondere ad dictum. §. fina.quod ibi
ius usque à principio fuerat deductum in libello: tene-
27 te ergo conclusionem huius glo. contra Fulgo. † Fallit
tamen ista conclusio glo.secundùm unam opinio. in uni
uersalibus iudicijs.Nam puta in petitione hæreditatis:
quia tunc etiam post litem contestatam poterit libellus
emendari,per l.4.ff.de petitione hære. & licèt hanc opi-
nio.tenuerit Innoc.in c.1.ext.de libel.obla. & dominus
Anto.de But.in c.2.illo eo.tit.tamen moder. Docto.te-
nent contrarium,& respondent ad d. l. 4. quòd ibi non
28 emendabatur libellus. † Sed quia de natura petitionis
hæreditatis est,q si actor pronuncietur hæres, in conse-
quentiam iudicis officio fit restitutio rerum hæredita-
riarum.unde ibi restituitur illud, quod pendente iudi-
cio peruenit ad ipsum reum conuentum, non autem fit
ibi uirtute emendationis.Hinc dicunt hic Docto.si agẽ-
do petitione hæreditatis petij dimidiam hæreditatis,
non potero postea,lite contestata,emendare, & petere
aliam dimidiam.Sed hoc limitat hic Bal. in repetitione
Paduana.in uers.septimò opponitur, nisi illa alia dimi-
dia,pendente iudicio,& post litem contestatam mihi ac
creuisset:quia tunc illam possem addere in libello,alle-
gat.l.si proponas.in §.fi.& l.si non mortis. ff.de inoffi.te
sta.Sed iudicio meo illa iura hoc non probant: sed bene
dicunt,quòd, pendente iudicio, potest mihi accrescere.
undè melius est tenere opinionem Sali.Pau.de Castr.&
Rapha.Fulg.hic, & Anton. de But. in d.c.2.uolentium,
29 † quòd post litem contestatam illa alia dimidia non po
terit addi.Et iuxta prædicta dicit hic notanter Barto.q.
si ego egi petitione hæreditatis ad unam rem,non pote-
ro post litem contestatam addere aliam rem: quia hoc
casu idem est,sicut in singularibus iudicijs.& idem uide
tur uelle Speculator in titulo de libellorum conceptio-
ne.§.nunc ostendamus.circa principium. Sed Raphael.
Fulgo.hic est in opinione contraria: quia postquam na-
tura actionis intentatæ est apta comprehendere omnes
res hæreditarias: certè adiectio unius rei in libello non
debet impedire,quin aliæ res hæreditariæ addi possint,
etiam post litem contestatam: & pro ista opinione bene
facit l.scio,in fi.ff.de appel.ubi probatur, quòd si in ap-
pellatione à definitiua ego expressi unam solã causam;
tamen in prosecutiua appellationis ego potero addu-
30 cere alias causas.† Pro concordia potestis dicere,quòd
si egi petitione hæreditatis ad unam rem, non potero
post

post litem contestatam addere aliam rem, quantùm ad effectum, quòd iudex condemnet reum: etiam ad illam rem additam, & ita intelligatur Bartol. hic. Sed est bene
31 uerum, † quòd si iudex pronunciet me tutorem esse hæredē, in executione iudicati bene poterit facere fieri restitutionem aliarū rerū, q̄ pendente iudicio, peruenerunt ad reū. l. 4. & l. licet minimam. & l. si quo tēpore. ff. de pe tit. hæred. Et hoc est de mente ipsius Bartol. in l. prima. ff. de eden. Habetis expeditam primam fallentiam. ¶ Se-
32 cundò fallit †, quando actor uellet detrahere de summa petita. ¶ Nam tunc etiam post litem cōtestatam posset hoc facere. Ita dicit hic Bart. per notata in l. quidam
33 existimauerunt. ff. si cert. pet. Et hoc comprobatur: † quia
f si actor pōt renunciare in totū liti f, & causæ. l. post q̄ liti. inf. de pact. multò magis debet posse in parte, per regulam. l. iurisgentium. §. adeo, ff. de pact. & de hoc uidete per Salicetum, qui ponit effectum huius emendationis, & formam sentētiandi. ¶ Sed ego moueo uobis pulchrā
34 dubitationē. † Pone, q̄ in libello ego petij cētum, quæ tu mihi promisisti, deinde lite contestata peto de hoc, q̄ dētur 40. nonne remanebit libellus conceptus hoc mō. peto quadraginta, quæ mihi promisisti? igitur libellus est ineptè conceptus: quia, quando tu promisisti mihi centum, & ego de illa summa petam quadraginta, si ego dicam, quòd peto. 40. quæ mihi promisisti, libellus erit ineptus, sed debeo dicere hoc modo. peto. 40. de summa de centum, quæ centum mihi promisisti. Ita est glo. singu. in l. scire debemus. ff. de uerbo. obligatio. ¶ Tertiò
35 fallit regula prædicta, † nisi post litem contestatam addatur qualitas, per quam non mutatur factum, neque actio, sed augetur, uel minuitur condemnatio, seu sententia. Nam talem qualitatem ego possum addere, uel detrahere post litem contestatam. Ita dixit hic Bart. & sequuntur Sali. & Pau. de Cast. & Doct. communiter per tex. ī l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus. ¶ Sed aduertite: quia in d. §. si detracta. per illam qualitatem non augetur, nec minuitur condemnatio: quia quando agitur contra dominum ex delicto serui, siue dominus sciuerit, siue ignorauerit delictum, semper agitur contra dominum ad damnum, seu ęstimationem damni. Sed est bene uerum, quòd per illam qualitatem, de qua loquitur. §. si detracta. modificatur, seu moderatur executio iudicati. l. miles. §. decens. ff. de re iudica. unde non
36 est mirum, quia nos habemus, † quòd exceptio, quæ nō infringit sentētiam, sed moderatur executionem, potest opponi etiam post sententiam in executione. l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. sol. matr. & l. 1. sup. de iuris & facti igno. ubi autem qualitas haberet augere, uel minuere condemnationem, talis qualitas non posset post litem contestatā emendari, per l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. & ita hanc materiam intellexit Anto. de Butri. in c. 2. extra de libel. oblat. unde Bartol. uidetur non bene fuisse locutus in ꝓpo sito. Nisi dicamus, q̄ usque à principio generaliter fuit actum, nam tunc pendente iudicio, bene poterit qualitas specificari secundùm Anto. de Butrio ita intelligentem. d. §. si detracta. qui intellectus non placet, qui est contra illum tex. ibi si enim de scientia arguere pæniteat: ecce quòd ibi usque à principio fuit expressa qualitas. sed hoc dictum est bene uerū in se, & probatur in l. si Præses. cū ibi notatis. ff. de pęnis. ideo Io. Andr. in additionibus ad Spe. in rubr. de accusat. in quarta parte sui operis, dicit eleganter.
37 † quòd si crimen g habens plures qualitates intentatur
g generaliter, poterit postea pendente iudicio, qualificari. quod dictum est perpetuò notandum. In dubio autē, quando nulla qualitas est expressa: uidetur deducta ea, quæ est minor, tex. est notabilis in d. l. si Præses. in fin.
38 † Quartò fallit, quando emendatio tenderet ad declarationem: nam hoc casu poterit quandocunque ante sententiam fieri. Ita tenet hic Barto. & Anton. de But. in d. c. secundo. & Ang. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. quod uerum est parte non opponente. & ideo
39 dicimus, † quòd libellus obscurus, & generalis potest declarari in articulis. Ita tenet Inno. in c. cum dilectus. extra de ordine cogni. & Specu. in tit. de libel. concep. §. iam uidendum restat. Et est de mēte Bal. in l. fin. in 17.
40 quæstione. inf. de hæredi. insti. ¶ † Sed si reus usque à principio opposuit de obscuritate, & generalitate libelli, actor debet esse cautus, ut ante litem cōtestatam declaret suum libellum; alioquin nisi ita faciat, non ualebit postea sententia lata in fauorem ipsius actoris: quia reperiretur lata super contestatione nulliter facta. Ita dicit hic notabiliter Pau. de Cast. Et dixi uobis in text. ubi etiam dixi uobis, quòd hæres non potest declarare libellum obscurum porrectum per defunctum, allegabam uobis gl. in l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei uēdi. Non ob. l. si quis à filio. §. si q̄s plures. ff. de leg. 1. ubi probatur, q̄ hæres interpretatur, & declarat uoluntatem defuncti. sed Bar. & Docto. ibi respōdent, q̄ ibi legatarius in omnem euentum erat habiturus com-
41 modum ex illa declaratione. ¶ † Quintò, & ultimò fallit regula glo. nostræ, secundùm Bal. hic in repetitione Paduana: quando libellus esset ineptus. Nam tunc etiam post litem contestatam poterit emendari. Ratio est secūdùm Bal. quia non est propriè emendatio, quando libellus transit de nullo in aliquem. l. accusaturus. ff. de adulte. & ista limitatio placet Saliceto, qui adducit aliam rationem; scilicet quòd regula legis nostræ loquitur de libello, qui demōstrat speciem futuræ litis: & sub ista regula non clauditur libellus ineptus. Placet etiam hęc sētentia Pau. de Cast. q̄ adducit aliam rationem: quia cum ista. l. loquatur de libello, in dubio debemus intelligere de apto, & ualido. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata. ¶ Sed aduertite domini, quia Bar. hic expresè tenet cō-
42 trariū dicens, † quòd libellus ineptus non poterit emendari post litem contestatam. Bal. in additionibus ad Speculum in tit. ne clerici uel monachi, ubi tractat materiā mutationis, & emendationis, refert utranque opin. & nihil firmat. ¶ Vos pro concordia potestis dicere ex mente Bal. hic in repetitione Paduana in uersic. ex prædictis collige. & in repetitio. Perusi. quòd aut quęrimus, nunquid libellus ineptus possit emendari post litem contestatam, quantùm ad hoc, ut ualeat sententia postea lata super illa emendatione: & dicendum est, quòd nō, quia reperiretur lata sine contestatione, & consequenter esset nulla. l. prolatam. inf. de senten. & interlocuto. omnium iudicum. Aut quærimus, nunquid post litem contestatam possit emendari quantùm ad hoc, ut postea fiat alia litis contestatio super emendatione: & hoc casu dicendum est, q̄ sic, quod limitetis nisi esset elapsū tempus præfixum à lege, uel à statuto, uel ab homine ad accusandum, uel agendum: nam tunc post illud tempus non poterit libellus ineptus emendari per d. l. accusaturus: secus si libellus fuisset ualidus, & aptus: nam tunc post dictum tempus præfixum a lege uel statuto, uel ab homine bene poterit emendari: & ita debet intelligi id, quod notat Bar. in l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. & nisi ita distinguatis, erit necesse confiteri, quòd Barto. fuit sibi contrarius. Addite ad præmissa, inquantùm feci
43 mentionem de libello inepto, † quòd, quando libellus est ineptus, & primus iudex pronunciauit in fauorem agentis: officium iudicis appellationis est cassare illam sententiam, tanquam ineptè latam reseruato tamē iure aptè agendi. tex. est aureus in c. cum dilecti. extra de empt. & uendit. & ille est melior tex. qui reperiatur in iure ad instruendum iudicem appellationis; & li-
44 cèt soleamus dicere, † quòd iudex appellationis h potest supplere defectū primi iudicis. l. Titianus. ff. quod cum

cum eo.& Ioannes Heremita.extra de fide inst.& c.Raynutius.& c.Raynaldus.extra de testam.tamen hoc fallit, quando processus est ineptus propter ineptitudinem libelli:premissa sunt elegantia dicta Bal.in l.2.in 14.quęstio.inf.de rescin.uend. quod perpetuò notetis. Aliam fallentiam addebat Spec.in tit.de libellorum concept. §.nunc ostendamus.uers.emendari.ubi dicit, quòd post litem contestatam potest emendari libellus, dummodo adhuc non sit iuratum de calumnia.sed Bald. in l.error. sup. de iur. & fac. igno. reprehendit ipsam opinionem.
45 Potestis concludere,† quòd statim,& immediatè post litem contestatam potest emendari libellus: quia tunc dicitur emendari ante litem contestatã, per id, quod uult glo.ordina.perpetuò menti tenenda in l.Pomponius.in §.rati.super uerbo,contestationem.ff.de procu.& illam glo.sequitur ibi Iacob. Burriga. & Ioan. de Imo.in l. secunda.§.prius.ff.de uulga.& pupilla.& idem Imol. in l. ex consensu.§.eum qui.ff.de appella.Bald.tamen & Angel.in d.§. rati. nituntur impugnare illam gloss. ¶ Aduertite etiã: quia quibus casibus dixi supra posse emendari libellum post litem contestatam. Dicit hic Bald. in repetitione Paduana, quòd poterit emendari quandocunque,ante tamen conclusionem in causa:quia post conclusionem in causa non posset emendari. Sed idem Bal.in repetitione Perusina dicit, quòd si potest emendari post litem contestatam, poterit emendari quandocũq; ante sententiam.Pro concordia istarum opinio.po
46 testis dicere,†quòd si fit talis emendatio, ꝑ quam augetur condemnatio, seu executio, tunc procedat prima
47 opinio: quia † paria sunt aliquid fieri post conclusionẽ in causa.& fieri post sententiam.Ita notabiliter determinat Barto l.in l.si mater.§. eandem.ff.de execu.rei iudic. si uerò fiat emendatio talis,per quam minuatur condẽnatio, tunc procedat secunda opinio: quia si actor posset in totum renunciare.l.iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac.ergo & ineptè l.quæ de tota.ff. de rei uẽdicatio.
48 Tangit etiam hic Bart.†quid si productus sit libellus ineptus peccans in substantialibus,& contingat illum libellum emendari,& in loco sit statutum, quod de quolibet libello soluatur gabella, an debebit solui pro libello inepto. Attestatur hic Barto.se nunquam hoc dixisse, & nihil determinat, sed pollicetur se dicturum in l.1.ff. eo.de eden.& ibi de hoc nihil dicit.Vos potestis cõcludere,quòd talè statutum loquens de libello, non uerificat in libello inepto. & nullo,ad hoc allego uobis text.
49 & Bal.in l.2.inf.de eunuchis. ubi Bal.dicit.†quòd gabellatores non debent habere gabellam de contractu inualido. Ego puto, quòd licèt non debeat solui gabella de libello inepto:tamen quia emendatio dat uires libello,certè de illa emẽdatione debebit solui gabella.argu.
50 l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iur.Addo,† quòd si libellus porrectus fuisset aptè conceptus,& postea ei aliquid adderetur,uel detraheretur: quia per talem additionẽ, & detractionem inducitur nouus libellus.d.l.ius autem ciuile.& ibi Bartol.certè deberet solui gabella de utroque.ad hoc adduco uobis Gui.& Bal.in l.iurisgentium, §.adeo.ff.de pactis.& in l.ab emptione.eod.titu. ubi di-
51 cunt,† quòd si celebratur contractus uenditionis, deinde ipsi contrahentes reforment contractum,puta: quia aliquid addunt, uel detrahunt de re, uel precio, debebit solui duplex gabella, scilicet pro primo contractu,
52 & ꝑ reformatione.Tetigit ẽt hic Bar.elegantem q.†Vos scitis,quòd quando agitur de crimine criminaliter in libello,debent inseri locus: & tẽpus delicti,alias libellus est ipso iure nullus.l. libellorũ.uers. quòd si libelli.ff.de accusa. ubi si de crimine agatur ciuiliter,& ipsa actio infamet, & in libellum omittantur locus,& tempus delicti:an talis omisio uitiabit libellũ ipso iure,an uerò demum,parte opponente.& ipse Bar. nihil clarè determinat.Bald.etiam in c.1. in uers. quæro cum agitur ciuiliter.in tit.quib.mod.feu.amit.in libel.feudo.format quęstionem.& tamen clarè non decidit. Dominus Alex.de Imo. hic tenet, quòd si in tali libello omittantur locus, & tempus delicti,libellus ipso iure uitiabitur,etiam parte non opponente: quia si ista duo sunt inserenda in libello.c.tuæ.extra de procurat.& l.Prætor edixit,in principi.ff.de iniu.& l.item exigit.ff.de dolo.debet talis omissio uitiare libellum ipso iure, sicut quando criminaliter agitur,dicto uers.quòd si libelli.Raph.Fulg.hic tenet ipso iure libellum non uitiari, nisi pars opponat per l.fin. inf.de annal.excep. disputationis gratia teneo cum Rapha.Fulg.contra Alex.de Imo.Moueor:quia si rectè cõsiderentur.l. Prætor edixit.& l.item exigit. non dicunt formaliter, quòd hoc casu requiratur expresio loci, & temporis pro forma libelli:sed bene dicunt,quòd libellans debet ponere pactum certum:quia non debet uagari cum discrimine alterius æstimationis, idest famæ. sicut ergo, quando agitur merè ciuiliter pro ciuili causa, debet actor in libello ponere pactum certum, & tale, per quod instruatur reus.ut in l. nostra. & tamen, tunc omisio loci,& tpis non uitiat ipso iure libelũ: ita nec debet uitiare in casu præmisso.Non obst.uers.quòd si libelli. quia loquitur, quando de crimine agebatur criminaliter,nos loquimur,quando de crimine agitur ciuili-
53 ter,& inter ista est magna differentia: † quia reus [i] in cri-
i minalibus nõ põt renũciare suis defensionibus,gl.singularis.in l.pactum inter hæredem. ff. de pac. Item quando agitur criminaliter,tractatur de interesse publico,ex quo pœna uenit applicanda fisco,ut uult glo.in l.3.ff.de sepul.uiola.& Bar.in l. agraria. ff. de term. amo.& præsupposita opinione Bar.pro uera,qui in d.l.item exigit.
54 & in d.l.prætor edixit.tenet, † quòd quando de crimine agitur ciuiliter, debent inseri locus, & tempus delicti in libello: quia infringitur dolus contra aduersariũ: limitabitis,nisi in causa procedatur summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, ut fit in tota patria celsitudinis ducalis Sabaudiæ. Nam tũc procederet libellus etiã sine expresione loci,& temporis: quia tunc intelliguntur reiectæ omnes solemnitates iuris positiui.clem.sæpe.ext.de uerbo.signi. & per Bart.in extrauagan.ad reprimendum.in uerbo,sine figura.Hanc limitationem accepi ab Alexan. de Imol. suo consilio
55 sexto, in tertio uolumine suorum consiliorum. ¶ † An autem libellus in prima causa productus posit emendari in causa appellationis.Bal.hic in repetitione Padua
56 na determinat quòd non:† quia litis contestatio facta in prima causa retinet suos effectus.& defectus non obstante appellatione.l.ita demum.inf. de procura. & proba-
57 tur in c.cũ dilecti, extra de empti. & uendit.† Sed utrũ libellus productus in cã appellatiõis posit emendari. uidete per Bal.in l. si quis libellos. infr. de appellat. & per eundem in l.per hanc, inf. de tempor. appella.& ꝑ Bal.& Ang.in l.Põponius scribit si fru. in §. si.ff.de rei uendi.&per dominum Pet.de Ancha.in clem.constitu-
58 tionem. extra de elect.† Quid autem si in libello fuit
k apposita ista clausula [k],saluo mihi iure addendi,& diminuendi,an hoc casu poterit libellus emendari, ubi alias emendari non potuisset. Barto.hic tenet,quòd ista clausula nihil operatur,& ideo libellus non poterit emendari.Idem tenet ipse Bartol. in l. non solùm.in §.morte.ff. de oper.noui nunc.& in l.cum procurator.in §. si dominus illo, eod.tit. Et est ratio, quia ille, qui protestatur hoc modo, se refert ad ius. & ius in hoc est certum, & determinatũ,per l.nostrã,de quo uidete per eundẽ Bal. hic in repetitione Paduana, & in repetitione Perusina, & in l.tres denunciationes.inf.quomodo, & quando iudex.dicit tamen idem Bal.in l.Nesennius.ff.de neg.gest. quòd ista clausula operatur unum magnum effectum:

quia

quia actor non uidetur agere cõnexim,sed diuisim: quia non uidetur se astringere. Allegat Hostiensem.& bene ita tenere in c. inter dilectos. extra de fide instru. ¶Ad-
59 dite,† q; si clausula esset concepta hoc modo,saluo mihi arbitrio addendi,& diminuendi. Hoc casu libellans bñ posset emẽdare libellũ: alle. Bal.hic ad hoc tex.in l.3.in ratione sui.inf.de hęred.institu.& hoc dictum sequitur, & ualde commendat Ang.de Are.in §.1. Insti. de actio.
60 ¶ † Sed quid erit in positionibus, an ponens poterit emendare.Bal.hic in penul.car.concludit,q; aut ponens posuit per errorem,& tunc potest emendare, & corrige re,probato tamen errore: quia ille, qui ponit, uidetur confiteri contenta in positionibus, si autem ponens posuit ex certa scientia: tunc non poterit reuocare.c. ex literis, extra de diuort. si uerò dubitatur, an posuerit per errorem,an uerò ex certa scientia,si statim,& incontinenti reuocat,præsumitur,quòd præcesserit error.Aut ex interuallo; & tunc error non præsumitur. gloss. ordina.in c.fin. in uerbo,iusta causa. extra de iureiur. lib. sexto. & Bartol. in l. post legatum. ff. de his, quibus ut indignis. Præmissa procedunt, quando ille, contra quem ponitur, confitetur,prout ponitur:cæterùm si neget;tunc ponentẽ poterit pœnitere,& consentire illi ne gationi,nisi negans incontinenti reuocet suam negatio-
61 nem:.† nam responsio tam partis, quàm testis potest incontinenti reuocari, ut notatur in d.c.fi. & per Bar.in d.
62 l.post legatum. ¶†Quid autem erit in eo, qui producit
l interrogatoria [l] fienda testibus examinandis ad instantiam aduersarii,an possint reuocari per producentem: nam quandoque per talia interrogatoria diriguntur, & instruuntur testes. Bald. hic in repet. Paduana determi-
63 nat,† quòd,quia interrogatoria concernunt fauorem,& commodum interrogantis, & ille, qui interrogat,nihil ponit,ut uult glo.in c.interrogantem.30.q.5.potest ipse interrogans addere,& detrahere,& penitus non pro ducere interrogatoria. Subdit tamen Bald. quòd iudex nihilominus interrogabit testes, prout sibi uidebitur.
64 † nam iudex saltem de substantialibus tenetur interrogare testes:tunc enim deponit testis, ut homo: quando deponit, ut ratio, quæ est forma hominis intellectiua.
65 † nam si testis interrogatus de ratione dicti sui, eam nõ reddat: non deponit,ut homo, sed ut pecus,secundùm Bal. In his autem,quæ percipiuntur solo iudicio rationis,ut quando testis interrogatur super dominio, uel literatura,uel de habitibus animæ,tenetũ reddere rationẽ, quandocunque de ea non interrogetur. Ita dicit not.In noc.in c.cum causam. ext.de testib.& Bald. hic, & in l. solam.inf.de testi. & hæc notetis: quia sunt quotidiana. Vnum etiam notetis, quod uult hic Bart. licèt loquatur
66 in discursu, † quando in libello est expressa causa inepta, puta,peto à te decem adiecta causa in libello: quia Rex Francorum est Parisiis: talis causa inepta reddit libellum nullum.allegat tex. cum glo.in l.2.§.circa.ff.de except.dol.Raph.Fulgo.reprehendit Bar.quia si expressio causæ non est de substantia libelli, nisi parte opponente.l. fi. inf. de annu. excep. ergo si exprimatur causa inepta,non debet uitiare libellum,argu.l.unicæ.in prin ci.inf.de rei uxor.actio.Vos sequamini Bar.idem tenẽtẽ in l.1.in uersicu.modò ueniamus ad causam, ff.de eden. Ad motiuum Fulg.respondebitis, quòd est magna differentia inter istos casus: quia, quando in libello exprimitur causa inepta, constat de euidenti calumnia actoris.& ideo iudex debet ipsum agentem repellere ex officio.Glo.est ordinaria perpetuò notanda in l. qui cum maior.§.si patris.in uerbo,calumniosam.ff.de bo. liber. facit quod not.Innocen.in c.1. extra de officio uic.quã do uerò nulla causa exprimitur in libello,tunc non apparet de euidenti calumnia agentis.Pro hac distinctione est optima glo.in clemen.constitutionem.ext.de ele

ctio.¶ Quia supra feci mentionem de libello inepto.
67 addo uobis, † quòd ineptitudo libelli nihil aliud est, quàm defectus apparens ipsius libelli.Ita formaliter dicit Bal.in l.si defunctus.in fine commenti.inf. de suis &
68 legit.† Item in causis ordinariis, & plenariis, in quibus proceditur ordinariè,nõ autem summariè,sit cautus libellans, ut in fine libelli non petat sibi summariam iustitiam ministrari: quia libellus esset ineptus penes conclusionem. Ita notabiliter dicit Bal. in l. præscriptione. in uersi.uenio ad extra.sup.si cont.ius,uel utili. pub.Idẽ uult Ang. in repetitio. l.primæ. inf.de iudi.quod est no
69 tandum in practica. ¶† Item licèt libellus sit grosso modo conceptus, puta,quia agendo rei uendicatione, quæ nullam præsupponit obligationem.§.1.ibi nullo iure. Insti.de actio. e go in libello rei uendicationis dico reũ mihi obligatum restituere rem, per hoc libellus non di cetur ineptus.Ita dicit Bal.in l.fin.inf.de compensati.Al legat.l.si cum ante.inf.de donat.ante nupt.ubi habetur, quòd uerba grosso modo prolata non habent uitiare.
70 † Item,quando libellus est ineptus,nunquam currit terminus exceptioni opponendæ, nec aliqua exceptio dicitur esse pęnalis.Ita dicit hic Bal. in repetitione Paduana.
71 † Item exceptio inepti libelli potest quandocunque opponi post sententiam. Ita dicit Ang. in l. si patronus. ff.de iureiur. nec est mirum,quia sentẽtia lata super inepto libello est nulla ipso iure.Ita dicit Bald. in l. actori. inf.de rebus creditis.alle.gl.sing. Insti.de oblig.in prin. dũ illa gl.dicit,& per cõpetentes actiones,& cõpetentes
72 magistratus.† Itẽ quando libellus est ineptus,non iuuatur ex probationibus aptis, ñeq; ex positionibus,secus si esset generalis,& obscurus: quia tunc bene posset declarari in positionibus & articulis,ut dixi uobis in superioribus. & est de mente Bal. hic in repetitione Paduana.¶In eadem gl.idẽ subijcit de mutatione.Ista gl.con-
73 iuncto uersiculo,quod dixi,tractat,† an & quando sit li-
m cita mutatio [m] libelli. Circa quod cõcluditur pleniùs q̃ per glo.quòd si actor uelit mutare actionem,& causam, & renunciare primæ,puta, ego egi contra te actione ex empto ad librum:ego uolo dimittere istam actionem, & causam, & ei renunciare,& agere ex donatione, uel ex deposito ad eundem librum. et tunc hoc facere pos-
74 sum.Ratio est secundùm Pau.de Cast.† quia reus ex tali mutatione nullum damnum patitur,imò consequitur il lud, quod per absolutoriam sententiam consequeretur, sed si per sententiam fuisset absolutus ab actione ex em pto: bene possem agere alia actione ad eandem rem. l. cum quæritur, cum alijs duabus sequentibus.ff. de except.rei iudi. Si uerò uolo mutare actionem,& non causam, puta ego egi actione ex empto contra te ad librũ: deinde ego uolo dimittere illã actionẽ ex empto,& uolo agere certi cõdictione ex eodẽ cõtractu ad eundẽ librum,iuxta ea,quę hñr in l.certi cõdictio.in prin.ff.si certum peta. & tunc si super prima actione, scilicet ex empto,iam erat facta litis contestatio:tunc non possum mutare: & agere certi condictione. l.non potest. ff.de iudi. & l.de qua re.ff. illo eodem titu. Et est ratio secundùm
75 Docto.† quia in iudicijs dicimur quasi contrahere. ut uult glo.ordina.in l.2.§.fin.in glo.magna.ff.de præt.sti-
76 pulat. facit.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu. ¶ † Vnde sicut in contractibus unus altero inuito non potest recedere ab ipso contractu.l.sicut. infra de action. & obligatio. ita nec à quasi contractu. In proposito nostro Rapha. Fulgo. dicit, quòd si esset erratum in eligendo actionem:tunc etiam lite contestata, posset fieri mutatio. allegat. §. si quis aliud. Institu. de actionib. Subdit tamen,quòd hoc esset difficile obtinere. Vos autem dicatis,quòd imò, probato errore probabili, admitteretur mutatio.Ad hoc allego uobis Bal.ita dicentem in l.fin. J.de codicil.& eundem in l.1.inf.de fur.Si uerò adhuc lis

lis non est contestata:tunc licita est mutatio.per hanc.l.
sed glo. nostra hic dicit, quòd hæc lex est hodie corre-
cta per Auth. qui semel.inf.quomodo & quando iudex.
Et cum hac glo. pertranseunt Petrus de Bellaper.& Cy.
77 de Pisto.Mouentur:† quia eo ipso quòd actor obtulit li
bellum reo,ex parte sua dicitur facta litis contestatio.&
hanc sententiam secuti sunt Io.And. in additionibus ad
Speculum in titu. de libell. concepti. §. nunc ostenda-
mus.circa princip.& Spec.& Io.And.in rub.de accusat.
in 4. parte Speculi. Sed Odofr. Martinus Sillim,Iacob.
But,Bal.Sal.& omnes determinant contrarium, dicẽtes
hanc l.nostram non esse correctam: quia illa Auth. qui
semel, loquitur in casu ualde diuerso. Et istam opinio.
Bal.hic confirmat una ratione, scilicet quia,si esset uera
opinio huius glo. sequeretur, quòd si per errorem ego
petij tertiam partem, ubi debebam petere dimidiam, ꝙ
non possum postea petere dimidiam,quod est falsũ.Sed
ista ratio iudicio meo parũ urget: q̃a p̃supposito errore
probabili,bene esset licita mutatio,ut sup.probaui. un-
de alii Docto.assignant aliam pulchram rationem,uide-
delicet,quòd Auth.qui semel, non loquitur in proposi
to nostro,& tex.in corpore,unde sumitur, sed loquitur
in casu diuerso: quia solùm inducit remedium contra
procrastinantem, seu differentem;& cum simus in mate
ria correctoria, non debemus dispositionem illius Au-
then. qui semel. extendere ad casum nostrum,ut not. in
Authen. quas actiones. sup. de sacrosanc. ecclesi. facit
tex.in l.lege Iulia.§. hoc capite, in fin.ff.de ritu.nupt. si
ergo actor oblato libello reo,uelit differre,non poterit
hoc facere:uel si uelit mutare solam instantiam, non aũt
78 actionem,neque causam,non audietur.† Limitabitis ta-
men illam Auth.qui semel.ut procedat, quòd actor co-
gitur prosequi contra eundem, sed contra aliam perso-
nam bene admitteretur ad offerendum petitionem suã.
Ita eleganter dicit Bar.in d.l.2.§.fin.ff.de præt.stipulati.
79 ¶ † Item regulam prædictam circa mutationem limita
bitis procedere,quando non sunt tales actiones, quarũ
una electa,altera tollatur: nam tunc non esset licita mu-
tatio,etiam ante litis contestationem.l.quod hæredi. in
§ eligere. ff.de tribut. Reliqua pertinentia ad materiam
mutationis uidete per Doct.hic,& per Bal.in l.2.§. fi. ff.
de præt.stipulati.& per Ang.in §.omnium.in Auth.de li
tigi.& per Io.de Imo.in l. si prius. ff.de oper. noui nun-
cia.& per Bald.in additionibus ad Speculum in titu.ne
cler.uel mona.& per Ioan.And.in c.pastoralis.extra de
causa posses.& proprie.per eundem in c. ecclesia Sãctæ
Mariæ. extra de constitutio.¶ In eadem glo. ibi,sed cu-
80 mulatio fit.Ista glo.uult,† quòd plures actiones possint
n cumulari [n] in eodem libello:quia nulla.l. hoc uetat. er-
go intelligitur hoc esse permissum. l. nec non. §. quod
eis.ff.ex quib.caus.maio.& probatur in l. si idem cũ eo-
81 dem.ff. de iurisdi. omnium iudi.† dantur tamen aliquæ
regulæ impedientes cumulationem. Prima regula est,
quòd, quando sententia lata super una actione parit
exceptionem rei iudicatæ in altera: tunc non possunt si-
mul cumulari.l.cum quæritur.ff.de excep.rei iudic. & l.
fundi.& l.fundum.ff.de excep. Et aduertatis: quia ista
glo.requirit,quòd semper pariat exceptionem rei iudi-
catæ in altera. & ideo posuit exemplum,quando plures
actiones competunt ex eadem causa,& ad idem,& hanc
sententiam secutus est hic Raph.Fulg.ita limitans & re-
stringẽs hãc regulam. sed Dynus in regula.nullus pluri-
82 bus.de regu.iuris.lib.6.& Bart.hic dicunt † hanc regulã
impeditiuam uerificari,ubicunque possibile est senten-
tiam absolutoriam latam super una actione parere ex-
ceptionem rei iudicatæ in altera.& ista sententia est ue-
83 rior de iure:† quia quando futurus euentus potest se ha
bere ad duo, scilicet ad permittendum,& ad impedien-
dum,iudicamus de eo,tanquam de impediente.l.pecu-
niam.in fi.ff.si cer.peta.& ita uult Cyn. in l.1.in 4.oppo.
inf.de iudi.optimè facit.l.si quis in contrarium. §. fin.&
ibi per Bar.ad Sillan. facit etiam l.relegatorum.in fine.
ff.de interdict.& releg. & præterea dicit hic Bart. quòd
ex hac regula impeditiua impediuntur cumulari actio-
nes ex eodem facto competentes ad diuersa. l. nemo.§.
quoties.ff.de reg. iur. & l.1.ff.ui bono.rapt.& l.duobus.
§.colonus.ff.de iureiur. ¶ Sed contra hanc doctrinam
Bartol.insurgit Rapha.Fulgo.& Moder.adducentes con
tra Bartol.l.si pro fure.§.fin.ff.de condic.furt.& l.1.§.fi.
ff.si fam.furt.fecis. dica.& l.1. & l. post decisionem. inf.
84 de furt. in quibus probatur, † quòd condictio furtiua,
quæ est rei persecutoria,& actio furti, quæ est merè pœ
nalis,possunt in eodem libello cumulari,& tamen oriun
tur ex eodem facto,& ex eadem causa,& competunt ad
85 diuersa.Et possibile est,† quòd sententia absolutoria la
ta in una pariat exceptionem rei iudicatæ in altera. pu-
ta,si absolutoria sit lata, adiecta causa, quia furtum fa-
ctum non fuit.ut not.Bartol.in l.si duo patroni.§.si quis
iurauerit.ff.de iureiuran.¶Sed defendendo Bart.pote-
stis respondere,ut ipsemet Bartol.in l.fundum.ff.de ex-
ceptio. quòd regula prædicta debet intelligi, quando
absolutoria lata in una actione potest parere exceptio-
nem rei iudicatæ in alia secundùm communem cursum
causarum,& secundùm communem stylum iudiciorum,
& ita procedat regula data per Bar. quam declarabitis
hoc modo secundùm communem cursum causarum,
absque eo,quòd reus aliquid probet,& absq; eo, quòd
assumat in se onus probandi.¶Sed iura allegata per Ful
go.& Moder.loquuntur,quando absolutoria lata super
una actione non parit exceptionem rei iudicatæ in alte
ra secundùm communem cursum causarum,sed demum
si reus in se assumat onus probandi, & faciat constare iu
dici delictum contra eum perpetratum. l. si duo patro-
ni.§.idem Iulianus.ff.de iureiuran.¶Item ex regula pre
dicta impeditiua prohibentur cumulari plures actiones
ex diuersis causis competentes ad diuersas res, quando
ad inuicem sunt cõtingentes una cum altera.d. l.fundi.
86 & l.fundum.†Sed contra hoc fortiter oppo.de.§.sed ne
que.in Auth. de fideiuss. ubi actio personalis, & hypo-
thecaria possunt simul cumulari contra debitorem.Bar.
respondet, quod ibi est speciale, quia iure nouo credi-
tor grauatur in uno, scilicet quòd non possit agere hy-
pothecaria contra extraneos possessores, nisi prius ex-
cusso deb tore principali. Auth.hoc si debitor.inf.de pi
gnor. & ideo releuatur in alio, s. quòd contra debito-
rem possit agere actione personali, & hypothecaria si-
mul.argum.l.eum qui.ff.de iureiur.Sed Pau.de Cast.hic
dicit,ꝙ Bar.uadit per mendicata suffragia, & per specia
lia:unde dicit ipse, ꝙ conditionaliter hypothecaria po-
test cumulari cum actione personali.s. si, & inquantùm
appareat actorem habere ius in actione personali,& nõ
posse consequi debitum per ipsam actionem personalẽ:
hoc enim modo bene poterunt cumulari in eodem li-
bello,sed si essent diuersi libelli,& diuersæ instantiæ,nõ
possent cumulari: quia hypothecaria tunc esset super iu
re de futuro tantùm,contra l.non quemadmodum.ff.de
87 iudi. ¶ †Sed in eodem libello ratione principalis iudi-
cii.i. actionis personalis intentatæ bene posset cumula-
ri hypothecaria: simile uidemus in annuo debito;quia
respectu temporis præteriti potest peti, & in eodem li-
bello possum petere pronunciari reum teneri in futurũ.
Ita not.omnes in l.1.inf.de fideicom. & in d.l. non quẽ
admodum. Ad præmissa allegat gloss.in l.qui de inoffi-
cioso.§.fin.ff.de inoffi.testamen.& hanc dicit esse uerita
tem ab alio nõ uisam,neque tactam.Vos aduertite: quia
dictum Pau.de Cast.in se est uerum:quia regulam habe
88 mus,† quòd quando duo remedia simul nõ concurrũt,
bene possunt proponi conditionaliter in eodem libel-
lo.

lo.l.conductores,inf.lo.& l.non ab re,inf.unde ui,& est bona gl.in l.Raynaldus,in uerbo, si contra ipsum ueniret.ext.de test.not.Cy.in l.ordinarii,in 2.quæstio.inf.de rei uend.sed tamen tex.in d.§. sed neq;,nullam facit mẽtionem de conditione,Bald.autem in repe.Paduana, & in repet.Perusina soluendo contrarium de d.§.sed neq;,
89 dicit,ꝙ ibi est speciale:†quia actio personalis,[n] & hypo-
n thecaria tendunt ad eundem effectum.i.ꝙ satisfiat de debito,& tantundem consequitur creditor per vnam, sicut per alteram.¶Sed ista solutio apparet mihi dubitabilis:quia quando plures actiones tendunt ad idẽ,multò magis impeditur cumulatio,ut uult ista glo.Bal.autẽ hic in rep.Perusina dicit,ꝙ est spãle in d.§. sed neq; . ꝗa actio personalis,& hypothecaria tendunt ad eundẽ effectum.Ale.de Imo.hic dicit,ꝙ tutius est transire cum solutione Bar.Addite uos,ꝙ Bal.in l.fi.j.de act. & obliga. dat aliam solutionem dicens,ꝙ est speciale in hypothecaria propter naturalem coniunctionem , quam habet cum actione personali.l.nemo ex his.ff.de reg.iu. & ista solutio plus placet.¶Addite hic quoddam consiliũ redditum per d.Bal.apud ciuitatem Ianuæ . in his terminis. Petrus Canalis agebat contra dominam Petram ciuem Ianuæ actione hypothecaria:ex instrumento,qđ producebat domina Petra , opposuit exceptionem solutionis illius debiti;dato autem termino ipsi dominæ Petræ ad probandum de solutione:quia non confidebat se ꝓbasse,dedit petitionem contra Philippum petendo instrumentum cancellatum sibi reddi,& instabat supersederi super actione hypothecaria,dubitatum fuit, utrùm domina Petra potuerit cumulare illa duo remedia.Bal.in l.pen.ff.de his qui sunt sui,uel alie.iu.ubi refert consilium præallegatum ad longum dicit se consuluisse,ꝙ di
90 cta remedia non poterant cumulari:† quia quãdo actor petit unum reus non potest petere contrarium , nisi per uiam excipiendi.Ita not.Innocent.in c. cum contingat. extra de offi.deleg.uideatis ibi per eum,& per eundem hic in antepenul.charta,ubi refert idem consilium,alias limitationes ad istam regulam impeditiuam cumulationis uidete per Bal.in rep.l.incerti,inf.de interdic.& per Anto.de But.in c.cum dilectus,extra de caus.possess.& proprie.& per Ioan.de Imo.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.possess.¶Secunda regula impeditiua cu
91 mulationis est, † quòd quotiescunque duæ actiones ita se habent,quòd una electa,altera tollitur, ibi non est ꝑmissa cumulatio.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.Sed aduerite,quia,si prǽsupponitur unam actionem intentatam, & deinde aliam cumulari , prout loquitur ista glo.certè gloss.ista ineptè loquitur: quia eo ipso , ꝙ una fuit electa,& intentata , statim alia fuit sublata : cui ergo dubium, quòd non potest habere locum cumulatio.¶Sed si intelligimus utranq; actionem simul intentatam in eodem libello,optimè procedit regula ista,qđ teneatis menti . ¶Tertia regula impeditiua cumulatio-
92 nis est,†quòd quando actiones sunt contrariæ in origine,tunc cumulatio non est permissa,imò prohibita.l.eũ qui.& l.contra maiores,inf.de inof.test.& l.prima,infra de furt.¶Et aduertite , quia ista regula impeditiua differt à præcedenti , quia ista loquitur, quando actiones sunt contrariæ in origine,quo casu non possumus dice
93 re,quòd per electionem unius tollatur altera:†quia electio propriè est de pluribus remediis,quæ sunt in rerum natura producta . Sed uos possetis disputatiuè tenere , quòd imò hoc casu cadit electio : quia quando plura remedia potentialiter competunt , adhuc ibi habet locum electio.Ad hoc allego uobis tex.in d.l.1.in uerbo eligere debes,inf.de fur.ne tamen destruamus ordinem Doctorum,qui faciunt tres regulas prædictas, proceda
94 mus,sicut ipsi faciunt.¶ † Quarta regula impeditiua cumulationis est,quòd ubi condemnatio,& executio facta in una actione liberat ab altera:ibi illæ duæ actiones nõ possunt simul cumulari,secundùm Barto.ad hoc allegã tem d.l.1.§.fi.ff.si fam.furt.fec.dica.Et ipse infert Bart.ꝙ plures actiones competentes ad eandem rem ex diuersis causis lucratiuis simul cumulari non possunt. l. omnes,la prima.ff.de actio.& oblig.l. inter stipulantem. §. penul.ff.de uerb.obl.l.Mæuius.§.duobus.ff.de lega.2.& hanc regulam impeditiuam,quam tradit hic Bart. quòd omnes sequuntur,& refert hic Bald.in repet.Perusina,ꝙ Odofre.tenebat istam opinionem.Sed Barto.de Sal.hic dicit,quòd Barto.hic fuit superfluè locutus: quia in casu d.l.1.§.fina.sententia absolutori alata super una actione poterat parere exceptionem rei iudicatæ in altera:quia illud furtum factum a familia seruorum domini erat unum.l.si familia.ff.de iurisd.om.iud.ergo iste casus potest comprehendi sub prima regula impeditiuma cumulationis,quam tradidi supra. ¶ Sed uos sequamini opinionem Bar.& ad motiuum Salyc.respondete, quòd ipse loquitur,& ita declarat,quando dominus conuentus nomine serui pro delicto assumpsit onus probandi negatiuam,scilicet quòd nullum furtum factum fuit,sed hoc casu sententia absolutoria nõ pareret exceptionem rei iudicatæ in alia actione secundùm communem cursum
95 causarum:†qui habet,† quòd actore non probãte , reus
o absoluitur[o],& in casu Sal.absolutoria fertur,eò quia dominus conuentus assumpsit in se onus probandi, & probauit iuxta illa,quæ habentur in l.certa.ff.de proba. sed Bar.in prima regula impeditiua loquitur, quando absolutoria lata super una actione pareret exceptionem rei iudicatæ in altera secundùm communem cursum causarum.¶Addite,quòd Ang.in l.cum quærebatur.ff.iudic. sol.dicit,quòd in ipsa.l.cum quærebatur, lite pendente super principali,si reus non defendatur : potest actor cũ primo iudicio cumulare actionem descendentẽ ex clausula de defendendo comprehensam sub clausula iudicatum solui,& tamen ibi condemnatio , & executio facta super prima actione poterat parere liberationem super alia actione ergo contra Bar.& dicit Ang. quod non uidet bonum responsum ad illam.l.sed Pau.de Ca.respõdet ad l.cum quærebatur,quòd ibi fiebat cumulatio cõtra diuersas personas . Nam secunda actio ibi dirigebatur contra fideiussores,non autem contra debitorẽ primò conuentum,& sic illa.l.non loquitur in terminis nostris.nam & Bar.hic facit quartum genus cumulationis, quando.s.cumulatio fit contra diuersas personas,uel aliter sm̃ Mod.potestis respondere ad d.l.cum quærebatur ꝙ ibi secundum iudicium erat plenius : quia per illud actor consequebatur omnino damna.l.2.§.incertam , & ibi glo.ff.de præt stipul.sed ex primo iudicio non poterat consequi damna extra litem.Nam licèt reus condemnetur in expensis,tamen in illa condemnatione expensarum non ueniunt damna,q̃ actor passus est extra litem.i. extra expensas litis gl.est notab.quam ponderat ibi Barto.in l.1.in prin.in gl.3.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.sed in d.l.1.§.fi.si famil.fur.fec.dicat. ambo iudicia erant eiusdem naturæ,& tendebant ad eundem effectum,& sic habetis defensatam doctrinam Bartol. ab impugnationibus supradictis. ¶Sed aduertite.quia, si doctrina tradita hic per Bart.esset uera,sequeretur, quòd etiam à principio impediretur cumulatio in casu dictæ.l.1.in §.fi.Nã quando impeditur cumulatio,pariter debet impediri, siue fiat à principio,siue fiat ex post facto , & tamen text. in d.§.fina.permittit cumulari illas omnes actiones contra dominum ex persona seruorum . Et si mihi dicatis , quòd ibi impeditur cumulatio ex postfacto , non autem à principio,reputarem hoc absurdum . ¶Præterea non puto,quòd in casu.d.l.1.§.fina.condemnatio,& executio facta in una actione liberet ab aliis , cuius gratia considero , ꝙ ibi duplex põt esse executio : una scilicet,

qñ res subtracta restituitur cum pęna, quæ tunc transit si ne scrupulo. Alia executio potest esse, ꝙ dominus conuentus ex delicto vnius ex seruis suis condemnatus elegit dare illum seruum pro noxa: & hoc casu ista executio facta super actione nomine vnius serui intentata cõtra dominũ nõ liberat dominũ ab alijs actionibus, quin teneatur alios seruos dare pro noxa, aut soluere tantũ, quantum vnus liber homo delinquens soluisset, & ita intelligendo non probatur ibi regula tradita hic per Bar. & istud dixerim disputationis gratia. Non recedatis in
96 iudicando ab opinione Bart. ¶ † Quinta regula impeditiua cumulationis est regula maioritatis, secundùm Bar. quæ regula probatur in l. per minorem. ff. de iudi. & in l.
97 fin. ꝯ. de ordi. iudi. † vbi dicitur, quòd maioritas causæ P
P facit silere minorẽ causam: ergo impeditur cumulatio. Raph. Fulg. dicit, quòd ista regula melius probatur in l. fundum. ff. de exceptio. Nam in illa l. secundùm eum nõ impeditur cumulatio ea ratione, quam supra allegauit Bar. videlicet ꝙ absolutoria lata in vna causa pareret exceptionem rei iudicatæ in altera: sed impeditur ibi cumulatio ratione maioritatis. Saly. dicit hanc regulam Bar. non esse veram: quia iura allegata per eum non probant: loquuntur enim, quando unus intentat actionẽ minorem, & reus conuentus contra suum aduersarium intentat maiorem actionem, non autẽ loquuntur, quando vnus, & idem intentat maiorem. & minorem. Sed regula tradita per Bar. in l. 1. ꝯ. de appella. probatur etiam in l. diuus. ꝯ. ad l. Corn. de fal. quidquid sit veritas huius regulæ, dependet ab his, quæ notantur in l. 1. ꝯ. quando ciui. act. crimi. præiudi. & per Canonistas in c. 1. extra de collus. deteg. & per Bar. in l. 1. in fi. ff. de custo. reorũ.
98 ¶ † Sexta, & vltima regula impeditiua cumulationis est ratio ordinis, & ideo petitoriũ, & possessoriũ nõ possunt simul cumulari, l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqu. possess. & l. incerti. ꝯ. de interdi. & l. ordinarii. ꝯ. de rei uẽdicat. Salicet. impugnat istam regulã Bar. mouetur: quia, aut loquitur in possessorio adipiscendæ, vel recuperandæ, & ista possessoria bene possunt cumulari cum petitorio, c. cum ecclesia sutrina, & c. pastoralis, extra de causa possess. & proprie. Aut loquitur in possessorio retinendæ: & tunc ratio ordinis non est illa, quæ impediat istud possessorium cumulari cum petitorio, sed est ratio
99 contrarietatis: † quia ille, qui agit interdicto retinendæ, præsupponit se posidere, & turbari pęr alium, l. 1. ff. uti poside. & si ipsemet cumulet rei uendicationem, & sic petitorium cum isto possessorio retinendæ, erit sibi con-
100 trarius: † quia ille qui agit rei vendicatione, præsupponit aliũ posidere, l. vnica. ꝯ. de alien. iu. mutan. causa facta. Ideo ratione contrarietatis repellitur. l. 1. ꝯ. de fur.
101 ¶ Quærit hic Bartol. † an, quando fit cumulatio duarum actionum ad diuersa, & ex diuersis causis, requirã-
102 tur diuersi libelli, an uerò sufficiat unus: determinat, † ꝙ quando actiones sunt similes, & eiusdem speciei, possunt in eodem libello cumulari, aliàs non, allegat, l. hæredes §. de pluribus. ff. fam. er. & l. non est nouum. ff. de actio. empti. Paul. de Cast. reprehendit dicens, ꝙ etiam actiones dissimiles, puta, ex mutuo, & ex deposito possunt in eodem libello cumulari. Allegat bonam glo. in c. querelam, in glo. 2. extra de electio. Allegat etiam, l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. omn. iud. subiicit, quòd nisi ita intelligatur illa, l. si idem, esset de indubitabili, & ita etiã Bal. intelligit ibi illum tex. Adducit etiam Paul. de Castr. c. pastoralis, & c. cum dilectus, extra de cau. possess. & proprie. & hanc sententiam contra Bartol. tenet hic Salice. per l. qui de crimine, cum sua glo. & l. si quis homicidij, cum sua gloss. in uerbo, non putauerit. infra de accus. optimè facit tex. cum gloss. in l. libello. §. sed si aliud. ff. de accusati. & istam opinionem cõtra Bart. uidetur hic tenere Bald. in repetitione Paduana, in uerbo, quæritur, & in verbo, præcedenti, & ista opinio plus placet, quam vidi sæpe practicari. Ad iura allegata per Bar. respondebitis, quòd non negant, quin dissimiles actiones possint in eodem libello deduci, sed an hoc casu, quando in eo libello proponũtur actiones dissimiles, in eodem libello iudicetur, tãquam de uno libello, an uerò tãquam de pluribus. Hoc est utile scire propter statutum disponens, quòd de quolibet libello soluatur gabella. Bartol. in d. l. libellorum. §. sed & si aliud. ff. de
103 accusat. dicit, † quòd tot dicuntur esse libelli, quot sunt actiones dissimiles in eo contentæ. De quo per eundem Bal. in l. ordinarii, ad finem commenti, infra de rei vendi. & per eundem in l. cum rationibus. infra qui accusare nõ possunt. & per Angel. in l. scire debemus. ff. de uer-
104 bo. oblig. ¶ † Quid autem, si una actio tantùm proponatur contra plures, uel plures contra eundem, an erũt necessarii plures libelli, an verò sufficiat vnus. Videte per Specul. in titu. de libello. concept. §. 1. uersi. sed pone. per Cyn. in l. eo quod à multis. C. si certum pe. per Bal. in l. Labeo. infra quomodo, & quando iud. & per eundẽ Bal. in Authen. hoc ita, infra de duo. reis, & per Bart. in l. supra iter. §. Cassius, &. §. officium. ff. de aq. plu. arcend. per eundem Bartol. in l. hos accusare. §. legere. ff. de accu. & per eundem in l. inter liberos. §. fin. ff. de adult. notatur etiam in l. si quis cũ procuratorio. §. unius. ff. de procura. & per Angel. in l. 1. ff. si pars hęred. peta. Notatur in l. si pluribus. ff. de lega. 2. & per Canon. in c. 1. extra de libelli oblatio, & per Salic. in l. si quis homi-
105 cidii, infra de accusat. ¶ † Sed in hac materia cumulationis quęro de vtili quæstione. Ponamus, quòd sit casus, in quo impediatur cumulatio, quod quando sit, declaraui uobis supra, an, si reus patiatur procedi super illa cumulatione, & nihil opponat, ualebit processus, & iudicium. Iacob. Butrig. in l. incerti, infra de interdi. determinat, quòd sic, Bald. autem in l. ordinarii, in uersi. ormodò aduertatis, infra de rei uendi. circa hoc distinguit hoc modo. Aut cumulatio impeditur ratione ordinis prælationis: & hoc casu ualebit iudicium, si reus non opponat aduersus illam cumulationem, l. si mancipium. §. 1 cum sua gloss. ff. de euictio. & l. 1. infra communi diuidun. habetur in c. cum dilectus, extra de causa possessio. & propri. Idem, si impediatur cumulatio ea ratione, quòd sententia absolutoria lata super una actione pariat exceptionem rei iudicatæ in altera, l. generaliter, secundùm secũdam lecturam gloss. ibi. ff. de excepti. Si uerò cumulatio impeditur ex eo, quod iudicia electione tollantur: tunc valebit iudicium propter culpam rei nõ opponentis, si in eodem libello fiat cumulatio, l. prima. §. quia autem. ff. quorum lega. Si autem non fiat in eodem libello, sed successiuè, ualebit iudicium primum, non autem secundum: quia secundum iudicium est fundatum super actione, quæ iam est sublata per electionẽ, l. fi. infra de codicill. & in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. Si autem impediatur cumulatio ratione contrarietatis; tunc concludite, quòd aut illa contrarietas apparet ex eodem libello, & tunc libellus nõ procedit: quia agens seipsum excludit l. 1. infra. de fur. & l. fin. infra de codicill. & l. 1 §. si alius. ff. quando appel. sit, & l. cum pretium. ꝯ. de liber. cau. ¶ Si uerò contrarietas non apparet ex eodem processu, sed ex successiuis processibus, & tunc si iudicia sunt talia, quæ electione tollantur: tunc per primum processum derogatur posteriori. Si autem non tollantur electione, tunc per secundum processum inducitur tacita renunciatio in primo, l. si filius. ff. de minorib. sed prædicta sunt de mente Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
106 de acquiren. possess. Addit Bal. in d. l. ordinarij. † quòd quãdo contrarietas apparet ex forma libelli, non est necesse eam opponere: quia libellus est intolerabilis, alle-

ga-

gat not.per Bar.in l.eum,qui ita.§.qui ita.ff.de uer.obli. De hac materia uidete per Bar.in l.fundum.ff. de exce. per Bal.in l.cum rationibus,inf.qui accuf.non poff. & in d.l.ordinarii,& in l.2.in fi.de pet.hæred. ubi notabiliter
107 dicit,†quòd reus debet effe cautus, ut ante litem conteftatam opponat cumulationem non debere admitti. & hæc notetis,quia funt quotidiana.¶In eadem gl.ibi:quia caufa mutatur. Doct. communiter fequuntur iftam gl. & bene,per ea,quæ habentur in l.prima,& 2.inf. de iur.
108 cal.†Imò etiam in caufa appellationis debet etiam iura
r ri de calumnia,fi petatur, licèt in caufa principali fuiffet iuratum,ut habetur ī iuribus præallegatis,& eft tex. expreffus in c.2.extra de iura.calumn.libr.6.¶Sed mo-
109 ueo pulchram dubitationem.†Ponamus in caufa principali petitum fuit iurari de calumnia, & non fuit iuratū. Vos fcitis,quòd fi petitur iurari, & non iuretur, proceffus eft nullus.c.1.extra de iura.calum.libr. 6. an in caufa appellationis poterit reparari illud iuramentum de calumnia,quod fuerat omiffum in caufa principali. Ego in quæftione facti confului,quòd non,& allegabā Bald. hic in repetitione Paduana,in penul.charta, in uerficu-
110 lo,errorem autem.ubi dicit,† quòd error formalis, qui fuit in prima inftantia,non poteft corrigi,neque reparari in caufa appellationis: quia litis conteftatio facta ī prima inftantia retinet fuos effectus,& defectus, non obftā te appellatione.l.ita demum,inf.de proc.Allegat adhoc Bal.tex.in c.cum dilecti,extra de emp.& uen. Et ita fuit iudicatū per quattuor præftantes Doct.¶In gloff. fuper uerbo,prout,in fi.Doc.communiter fequuntur primam expofitionem.Et ex hoc loco infert Bar.ad hoc ad quæ-
111 ftionē quotidianam.†An,fi actor in libello fecit mentionem de aliquo inftrumento,ad quod fe retulit,teneatur illud inftrumentum exhibere ante litem conteftatam,an uerò fufficiat illud edere, & exhibere poft litem conteftatam.Concluditur, quòd fi actor fecit mentionem in libello de inftrumento limitatiuè,puta, quia dicebat, q̄ reus erat fibi obligatus in decem ex tali caufa, & adiecit ifta uerba:prout apparet ex tali inftrumento fieri rogato per talem notarium, & hoc cafu actor tenebitur edere illud inftrumentum,etiam ante litem conteftatam: quia poffent in eo contineri aliquæ limitationes, fine quibus reus non poteft commodè deliberare: bene faciunt not.per eundem Bar.in l.poftquam,in §.dies. ff.ut leg.nomi.caue.Si uerò actor in libello fecit mentionem de inftrumento,non limitatiuè,fed declaratiuè,puta, q̄a narrauit,quòd reus fibi tenetur in decem ex tali caufa, & addidit ifta uerba,& de his conftat inftrumento publico fieri rogato per talem notarium,& hoc cafu actor ante litem conteftatam non tenebitur edere,feu exhibere illud inftrumentum.¶Addite uos quòd iftam opinionem tenuerunt Ant.de But.& Ioan.de Imo.in c.1.extra
112 de prob.†¶Limitabitis tamen primum dictum procedere,nifi reus uerifimiliter apud fe habeat illud inftrumentum in libello actoris commemoratum: quia tūc actor non tenebitur illud edere ante litem conteftatam, ꝑ no
113 tata in d.§.dies.¶†Accipe exemplū. legatarius petit ab hærede legatum dicendo, quòd fuit fibi relictum à tali teftatore,prout conftat ex inftrumento teftamenti fieri rogato per talem notarium.Nam hoc cafu legatarius ante litem conteftatam non tenebitur edere reo ipfum teftamentum:quia uerifimiliter eft apud ipfum hæredem. Ita dicit Ioann.de Imo.in d.c.1.De hac materia habetur per Specu.in titul.de inftrumentorum editio.§.nunc dicamus.in plerifque uerficulis illius.§.& per Bald.in l.fina.fupra de precib.Impera.offeren. & per eundem Bal. in l.prima.§.editiones,ff.de eden.& per Ang.in l.prima §.edenda,illo eodem titu.& per Bartol.in d.l.poftquam in §.dies,& per Canonift.in d.c.primo, & in d.c.fub lo-
114 co,extr.de prob.¶†Et de ifta dictione,prout,uidete notabiliter per Barto.in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo,prout,& hic per Bald.in repetitione Paduana, &
f etiam in repetitione Perufina. & per Canonift.in cap. prout.extra de dolo,& contum.Ego addo,quòd de ifta dictione,prout,habetur per Bald.in l.cum aliis,inf.de fecun.nup.ubi dicit,quòd ifta dictio,prout, denotat ueritatem,& femper refertur ueritati,& ideo illi, qui refpōdent hoc modo:ego refpondeo, prout in tali inftrumēto,non poffunt mentiri: quia femper referunt fe ad id, quod eft uerum.Quod dicit effe notandum, quia quotidianum.Iuxta prædicta quæro de quæftione quotidiana.
115 †Ceffionarius agit, & in libello facit mentionē de ceffione facta,feu de inftrumento ceffionis,an teneatur ante litem conteftatam edere, feu exhibere aduerfario copiam inftrumenti ceffionis fibi factæ.Barto.poft Iacob. Butri.in l.fi duo.ff.de folutio.diftinguit hoc modo. Aut ceffionarius agit directa actione nomine cedentis, & tunc etiam ante litem conteftatam tenetur edere inftrumentū ceffionis,& dare copiā aduerfario,ar.eius,qđ dicimus in fimplici procuratore, qui tenetur facere fidem de mandato ante litem conteftatam. Aut ceffionarius agit utili actione nomine fuo proprio, & tunc ante litē conteftatam non tenetur facere fidem de fua ceffione: quia hoc non refpicit legitimationem perfonæ, fufficit ergo, quòd poft litem conteftatam faciat fidem de illa ceffione.Bal.autem in l.qui ftipendia,in fin.commenti, infra de procura.limitat dictum Bar.ut procedat, nifi in libello fiat mentio de inftrumento ceffionis: quia tunc etiam fi ceffionarius agat utili actione nomine fuo proprio,tamen ante litem conteftatam tenebitur edere inftrumentum.Allegat not.per Innocen.in d.c.primo, extra de probatio.Sed certè illud dictum Innocent.debet limitari,& intelligi,ut dixi in præcedentibus, dum allegaui Ioan.de Imo.in d.c.primo.In practica feruatur dictum Barto.fuperius relatum.¶In gloff.fina. ibi: quod fua intereft,puta ad expenfas,quas reus fecit ante emendationem pro refpondendo libello,uel pro deliberatione habenda fuper eo: ad tales enim expenfas tenetur
116 actor emendans libellum:†quia temerè uocari fecit reū ad iudicium,& ratione temeritatis debentur expenfæ.l. eum quem temerè.ff.de iudic. & hoc eft uerum, fecundùm Bartol.quando reus fuit damnificatus in expenfis, aliàs fecus,accipe exemplum.Actor in fuo libello petebat fundum,& appofuit duos cōfines illius fundi,&reus deliberauit contendere:deinde ipfe actor addidit alios duos confines,& tamen reus adhuc deliberauit contendere,ficut prius.Nam hoc cafu actor ratione talis emendationis non tenebitur ad expenfas: quia reus tales expenfas omnino erat facturus, fiue fequeretur additio illorum duorum confinium,fiue non.l.fed fi lege.§. quod
117 autem.ff.de petitio.hæredit.†Addit Bartol. quòd, fi tamen propter illam additionem lis efficeretur longior, & ex hoc reus damnum pateretur, actor ad tales expenfas deberet teneri.l.non ignoret, infra de fructib. & lit. expen. ¶ Si uerò poft additionem dictorum duorum confinium reus deliberauit cedere, ubi per prius deliberauerat contendere: tunc actor indiftinctè teneretur reficere expenfas: quia primæ expenfæ factæ ante emēdationem efficiuntur inutiles,& hanc opinionem fequitur dominus Anton.de Burr.in c.primo.extra de probation.Aduertite tamen,quia Bald. hic in repetitione Pa-
118 duana circa ultimam chartam dicit,†quòd etiam,fi poft additionem dictorum duorum confinium reus delibere contendere,ficut prius, tamen quia reus bis fatigatur,quia fuper illa emendatione habuit confulere aduocatos,& fecit expenfam pro habenda deliberatione fuper illa emendatione:iudex debet facere refici ꝑ actorem expenfas ipfi reo,per iftum tex.in fine.¶Sed aduertite,quia Bal.rectè loquitur: q̄a loquitur de expēfis fecū

do loco factis propter emendationem. Bar. autē in primo membro distinctionis prædictæ loquitur de expensis primo loco factis. Vnum notetis, quod uult hic Bal. ī
119 repetitione Perusina. dum dicit, † quòd iudex non admittet emendationem libelli, nisi prius actualiter reficiātur expensæ per actorem, ar. l. sancimus. j. de iud. ¶ Addite
120 vos, † quòd ille, qui mutat libellum, dicitur proponere nouum libellum. ¶ Et ideo debet in expensis condemnari: quia uarians meretur expensas reficere, ut in hac. l. in
121 fin. † variatio. n. est quædam temeritas. l. eos. §. de modo mulcta. & ratione temeritatis ueniunt expensæ. l. eū quē temerè. ff. de iud. Et hoc procedit, quando actor mutat libellum in materia, & in forma; secus si mutaret circa aliquam qualitatem, quæ non esset causa concedēdę actionis, uel denegandæ: sed est bene causa moderandæ exe-
122 cutionis. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxali. ¶ † Item declarans libellum non debet in expensis condemnari: quia est idem libellus, ut habetur in l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei uend. Præmissa sunt uerba formalia Bal. in l. ius autem ciuile, in princ. ff. de iusti. & iu. ¶ In eadem glo. in fi. ibi nisi ratione personæ. Ista
123 glo. uidetur uelle, † quòd minor, & mulier, & alii, de quibus in l. 1. §. fi. ff. de edendo, emendantes libellum non teneantur reficere expensas. Sed Bar. hic dicit, quòd illa. l. 1. §. fi. proximè allegata loquitur in contemnente edictum Prætoris: nos uerò loquimur in casu ualde diuerso. Vnde dicit ipse Bar. in minore, quòd tutor tenebitur reficere expensas ratione emendationis. l. ꝗ non est ignotum, inf. de adm. tut. Bal. hic in repetit. Paduana sequitur hanc gl. & dicit eam esse notandam. Hoc idem sequitur hic Raph. Fulg. mouetur: quia si minor, & aliæ personæ, de quibus supra, excusantur à dolo præsumpto. d. l. 1. §. fi. ff. eo. de eden. multò magis debent excusari ab ista refectione expensarum. Vos autem sequamini Bart. quia ī d. l. 1. §. fi. erat peccatum in omittendo: nos aūt loquimur quando est peccatū in faciendo, quod est grauius, quàm in omittendo. Ita uult pulchra glo. in l. si mora. ff. so. ma

ADDITIONES.

a ¶ Procederet libellus. Adde hic Ias. May. nouissimè post alios, nu. 3. Lu. Rom. cons. 23. & ꝗ cons. 93. Panor. ꝗ in consi. 71. incip. primo dictum 1. uolum. & in cons. 38. incip. in q. 2. uol. Io. de Ana. cons. 82. inc. uiso statuto.

b ¶ Libellus generalis. Adde, quòd libellus generalis nō admittitur, sed receptus ualet, ar. ff. de excep. l. fi. no. Innocen. extra de libel. obla. c. fi. & de ord. cogn. c. cum dilectus, et per Iac. in summa libellorum, tit. ex cond. ex l. imperialem. §. calidis, & Io. And. in c. abbate. §. 1. lib. 6. in gl. ordin.

c ¶ Iterum declarari. Adde Bal. in l. fi. C. de codicil.

d ¶ Infra illum terminum. An autem terminus ille dicatur legalis, uel iudicialis. Vide pulchrè per Petr. de Ancha. in c. quod ad consultationem, nume. 10. extra de sentē. & re iudica.

e ¶ Remitti. Adde Henric. Bohic. in c. de causis, alleg. in tex. Hostien. in summa de renun. §. qui possunt, uers. ius uerò humanum. Spe. in ti. de sent. prol. §. iusta, uers. quid si procurator.

f ¶ Renunciare liti. Adde, quòd renunciatio facta in causa principali non porrigitur ad causam appellationis, nisi expressè fuerit dictum, ut not. Bar. in Auth. qui semel. inf. de testi.

g ¶ Quod si crimen. Quid dicatur crimen, Vide per Io. de Turr. Crem. in c. 1. nu. 14. 81. dist.

h ¶ Iudex appellationis. Et talis iudex appella. an teneatur sequi suam, uel primi iudicis, uel litigantium consuetudinem. Vide per Pe. de Anc. super Rub. de consuetudine uers. secundò quæritur extra.

i ¶ Reus. ¶ Adde, ꝙ reus propriè dicitur post litem contestatam, & non ante, ut no. Bal. in Auth. litigiosa. circa medium, inf. de litig.

k ¶ Clausula. Adde de ista clausula Thom. Ferrari. caute. 33. & ibi in Apostil. Pe. de Anch. in c. inter dilectos, ext. de fide instrum. Bal. hic in repe. Perusina, uer. itē possum, nu. 9. & uers. saluo iure.

l ¶ Interrogatoria. Adde, quòd interrogatoria fiunt super circunstantiis. Vide d. Io. de Grassis in suo solēni trac. de substantialibus procuratorii super uerbo, interrogatoria faciendum, nu. 3.

m ¶ Mutatio. Adde, quòd mutata causa petendi, res iudicata non nocet. Pe. de Anch. in c. beneficio, nu. 2. ext. de in integ. rest.

n ¶ Possunt cumulari. Adde Pe. de Anch. in sua solemni repetitione. c. pastoralis, nu. 8. extra de caus. posses. & propriet.

o ¶ Actio personali. Quæ dicatur actio personalis, uide p Io. de Tur. Cre. 16. q. 3. nu. 24. in summa, & quomodo possit competere. Pe. de Anch. in c. Raynutius, num. 39. ext. de testa.

p ¶ Reus absoluitur. Adde Io. de Turr. Cre. in c. accusator, nu. 1. 16. q. 5.

q ¶ Maioritas cāæ. Adde, ꝙ esse q d dicitur maius alio multipliciter, Io. de Tur. Cre. in c. interrogo uos, nu. 1. 1. q. 1.

r ¶ Iurare de calumnia, Adde Pe. de Ancha. in c. 1. nu. 19. extr. de iur. cal.

ſ ¶ In repetitione Perusina. Adde, quòd est, nu. 109. ī uer. de dictione, prout, & adde Bar. hic nu. 19. uer. dicto, prout Fel. in c. ex parte, uer. secus etiam, extra de rescr. Ale. de Imo. cons. 3. in 2. uol.

In Auth. Si quis in aliquo.

SVMMAE.

1 Scriptura est multiplex. Et habet tria nomina, nu. 2.
3 Exemplum habet tria nomina.
4 Instrumento se referenti ad aliud non creditur.
5 Instrumento faciente mentionem quid factum à tali procuratore, an probetur procurator.
6 Notarius si scribat hoc modo, Titius procurator Seii, ut de ipso mandato procuratorio constat publico instrumento fieri rogato per me eundem notarium, &c. an per talia uerba probetur Titium esse procuratorem Sey, & nu. 7.
8 Exemplum non probat factum à tribus notariis.
9 Mandatum procuratorium quid dicatur, & quid operetur. Scriptura faciens mentionem de alia scriptura, quando probat & idem de instrumento.
10 Tempus quantuncunque longæuum, etiam se esset mille annorum, non facit præsumi solemnitatem mandati.
11 Princeps si in scriptura sua faciat mētionem de alia, creditur ei, licèt alia scriptura non producatur. Idem in scripturis Cardinalium, nu. 12.
13 Cardinalis legatus si dicat se habere certas species commissionis, an sit ei credendum.
14 Cardinalis soli dicto creditur, fallit ut ibi.
15 Dispositioni referenti aliam dispositionem creditur, licèt non appareat de alia dispositione relata.
16 Capitulum ecclesiæ capitalis uendidit aliquam rem ecclesiæ, & in instrumento uenditionis notarius scribit hæc uerba, præcedentibus legitimis tractatibus, & præcedente consensu Superioris uendiderunt, tale instrumentum uenditionis non probaret legitimos tractatus, & auctoritatem Superioris interfuisse, nisi aliter probetur.
17 Creditor si petat executionem instrumenti contra fideiussorem non habebit necesse producere instrumentum obligationis cōtra debitorem principalem, dummodo in instrumento fideiussionis fiat clara mentio de instrumento obligationis debitoris principalis.

Verba

18 *Verba, viso libello, visa litis contestatione, &c. si scripta sunt in sententia lata, an talia acta presumentur, absq; eo, quòd oporteat de his fieri fidem.*
19 *Exẽplo nõ creditur. Fallit vt ibi, & nu. 26. 27. 32. 33. 37. & 39*
20 *Instrumentum quando exemplatur de auctoritate iudicis, an sit necesse citari eos, quorum interest, tenet quod sic. Fallit vt num. 21. 22. 23. & 25.*
24 *Statutum si disponat, quòd instrumentum scriptum manu notarij publici de contractu rogati habeat executionem paratam, an tale statutum comprehendat exemplum factum auctoritate iudicis, & partis citatione interueniente.*
27 *Exemplum facit fidem contra exemplantem & tradentem aduersario.*
28 *Edere propriè quid dicatur.*
29 *Bonorum possessio secundũ tabulas qualiter detur.*
30 *Virtus tota, & substantia consistit in prima scriptura.*
31 *Exemplum sumptum manu eiusdem notarij, qui scripsit originale, facit fidem legitimam.*
35 *Testimonium auditus alicuius nullam facit fidem.*
36 *Causa non solùm iusta, sed etiam iniusta excusat à dolo.*
38 *Exemplum repertum in archiuo publico facit solùm fidem intra illum locum, in quo est archiuus publicus, & quantùm ad subditos illius territorij, non autem quantũ ad alios.*
39 *Instrumentum registratum in actis per notariũ actorũ facit fidẽ, & quid si postea reperiatur maculatũ, uel rasum, nu. 40*
41 *Comes palatinus, qui pro tali tenebatur, &c. legitimauit bastardum &c. an succedat tanquam legitimus. Vide pulchrã quæstionem.*
42 *Communis error facit ius.*
43 *Instrumentum factum per eum, qui se gerebat pro notario publico, si negetur notarius publicus, an probet tale instrumẽtũ*
44 *Exemplum primum solẽniter exemplatũ, licèt faciat fidem, exemplum tamen illius exempli nullam fidem facit.*
45 *Instrumenta deposita fuerunt apud fratrem maiorem, cui successit fiscus: an dictus fiscus possit auferre dicta instrumenta alteri fratri.*
46 *Fiscus, quãdo succedit priuatæ personæ, utitur iure priuati.*
47 *Dignitas superueniens non habet infirmare actum ritè, & rectè gestum.*
48 *Priuilegium debet cessare cessante causa priuilegij.*
49 *Subscriptio generalis apposita scriptis per tertium, qui erat priuata persona, an valeat, & an præiudicet subscribenti.*
50 *Statutum disponens, quòd scriptura confecta manu propria debitoris mandetur executioni ad voluntatem creditoris, habet locum in scriptura confecta à tertio, & subscripta manu propria debitoris.*
51 *Pœna imposita per Auth. contra qui propriã. ∫. de non nume. pecu. contra eum, qui negat propriam scripturam, habet locum in chirographo scripto per tertium: & subscripto manu propria debitoris.*
52 *Subscribens se alicui scripturæ præsumitur habuisse scientiã contentorum in illa.*
53 *Instrumentum dotis faciens mentionem de matrimonio inter Petrum, & Bertam, an probet matrimonium.*
54 *Instrumentum dotale est potius enunciatiuum, quàm dispositiuum quò ad matrimonium.*
Et quid si sit insinuatum in actis curiæ, nu. 55.
56 *Exemplatum deficit, vbi deficit exemplar.*
67 *Procurator habens instrumentum mandati à me habet necesse illud producere in varijs locis: uult facere illud exẽplari auctoritate iudicis, an debeat aliquis citari.*
58 *Priuilegia generalia quando exemplantur, non est necesse citari specificè aliquem: sed sufficit generalis citatio.*
59 *Aestimum, siue registrum non facit fidem, nisi inter eum, qui descripsit ibi bona sua, & ciuitatem, ad cuius fauorem fuit factum æstimum, sed quantùm ad tertium nullam fidem facit, & num. 60. & in materia uide pulchram, q. nu. 61.*
62 *Notarius potest acquirere absenti per suam stipulationem.*

a SI quis in aliquo [a] ¶ Ista Authen. habet materiã quotidianã: & valde utilem. Premitto pro clariori intellectu huius literę,
1 † quòd multiplex potest esse scriptura. Quædam enim est scriptura principalis, & originalis, pu
2 ta, i nstrumentum publicum: † & sic ista scriptura habet tria nomina, appellatur autem authenticum, originale, & exẽplar. Alia est scriptura inde extracta de verbo ad uerbum, & ista appellatur exemplũ: quia reperitur scriptum hoc mõ. Istud est exemplum talis instrumenti pu
3 blici exemplati de uerbo ad uerbũ: † & ista scriptura ha
b bet tria nomina: appellatur enim [b] index, exemplum, & sumptũ. Hæc omnia uult glo. ordinaria melior de corpore iuris in l. 2. ff. de fide instru. Et aduertite: quia glo. hic, & Gulielmus de Cuneo intelligunt hanc Authen. in scriptura extracta. i. in exemplo, sm̃ istum intellectũ ista Auth. uenit ad l. Codicis confirmatiuè. Sed certè iste intellectus non congruit huic literæ: sed ista Authen. loquitur in originali, & principali: puta quia notarius in instrumento publico narrat, quòd Tit. est debitor meus, prout apparet in tali instrumẽto fieri rogato per talem
4 notarium: † nam non credetur huic instrumento ita referenti, nisi constet de alio instrumẽto relato. Et sm̃ istũ intellectum hoc d. in summa. Instrumentum publicum faciens mentionem de alio instrumento non facit fidem nisi illud aliud instrumentum exhibeatur, uel aliter ueri
5 tas probetur. Hoc dicit. † Et per istam Auth. deciditur, quòd si in instrumento publico sit scriptũ hoc modo, Titius procurator Seij, ut de suo mandato procuratorio apparet ex instrumẽto recepto per talẽ notariũ, cõfessus fuit accepisse, & recepisse à Sẽpronio mille nomine ipsius Seij: certè per ista verba nõ probabitur ipsum Titiũ esse procuratorem Seij, nisi constet de illo mandato procuratorio. Amplius dicit ipse Bal. & sequitur Angel. in l. si
6 donatio. ∫. de donatio. † quòd si notarius scribat hoc modo Titius procurator Seij, ut de ipso mandato procuratorio constat publico instrumento fieri rogato per me eundem notarium: & cæt. per talia uerba non probabitur ipsum Titium esse procuratorẽ Seij, sed oportebit producere illud instrumentum mandati. Sed Specul. in titu. de instru. editi. §. restat, uersi. penul. limitat hoc procedere, nisi notarius scripsisset hoc modo Titius procurator Seij, vt de sua procuratione cõstat tali instrumẽto per me notatium viso, & lecto, confessus fuit &c. Nam ꝑ talia uerba probabitur ipsum Titium esse procuratorem Seij. Sed Albericus de Ros. magnus practicus hic determinat contra Specu. & dicit se in quæstione facti obtinuisse contra dictam opinionem Specu. ¶ Angel. quoq; hic, & in repetitione, l. sciendum. ff. de verbor. obligat. tenet contra opinionem. Spe. imò refert Spec. uelle totũ contrariũ eius, ad quod allegatur: & intelligit, quòd Specul. velit, ꝙ per talia uerba non probetur Titium esse procuratorem, nisi aliter probetur, & in veritate Speculator in loco superius allegato refert duas opiniones contrarias: tamen tandem videtur inclinare: ꝙ verba prædicta probent. ¶ Paul. de Cast. dicit, ꝙ semper fuit admiratus de dicto Spec. superius allegato: quia est contra generalitatem huius Authen. & contra rationes hic in gl.
7 signatas. ¶ † Et licèt notarij communiter utantur ista practica: tamen secundũ eum, si quis esset diligens, & opponeret, non transiret talis practica: unde imputandum est ei, qui non opponit, & istam opinionẽ Paul. de Cast. sequuntur hic Doct. Mod. maximè Alexand. de Imo. qui dicit dictum Specul. posse seruari in uno casu, scilicet inter personas contrahentes. Nam tunc uerba prædicta bene probarent Titium esse procuratorem, allegat, l. optimã. ∫. de contrah. & commit. stipul. ¶ Alij sunt, qui dicunt quòd dictum Specul. posset procedere, quando

notarius fuiſſet rogatus à partibus, vt inſpiceret illud
inſtrumentum mandati procuratorij;& aſſereret illud ſe
uidiſſe,& inſpexiſſe non abolitum, neque cancellatum.
Nam hoc caſu crederetur notario ita aſſerenti,ſed certè
ut dicit hic Bar.notabiliter,notarius non poteſt rogari,
niſi de his, quæ geruntur coram eo per partes, ergo
non poteſt rogari, ut atteſtetur, an uiderit illud inſtru-
mentum mandati non cãcellatũ: nam tunc magis funge
retur officio teſtis, quàm officio notarij.Ita dicit hic ele
8 ganter Bar.† quòd ſi rogarentur tres notarij, ut auſculta
rent tale inſtrumentum,& illud tranſcriberent de uerbo
ad uerbum,tale tranſumptum fidem non faceret. Ego ſe
mel uidi conſilia ualentiſsimorum Doctorum,qui in qõ
ne facti conſuluerunt ſecundùm opinionem Speculato
9 ris ſuperius primo loco relatam.Et mouebantur:† quia
mandatum procuratorium eſt quoddam antecedens ne
ceſſarium ad inſtrumentum principale conficiendum
per notarium, ſine quo ipſum principale inſtrumentum
non poteſt habere effectum:& ideo notarius rogatus de
principali inſtrumento intelligitur etiam tacitè rogatus
de uidendo, & inſpiciendo omne id,quod facit ad fidẽ
inſtrumenti, de quo principaliter rogatur, argum.l.ſe-
cundæ.ff.de iuriſd.omnium iud. & l. ad rem mobilem.
& l.ad legatum.ff.de procurat. & præfati Docto.conſu-
luerunt contra opinionem Pa.de Ca. ſuperius relatam.
In alijs caſibus ſequamini communem opinionem. & te
nebitis menti illum paſſum:quia frequenter contingit in
10 practica. ¶ Addite ad premiſſa, † quòd tempus, quan-
tuncunque longum,etiam ſi eſſet mille annorum non fa
cit præſumi ſolemnitatem mandati. Ita notabiliter dicit
Bal.in l.2.inf.ſi ex fal.inſtru. & idem uidetur uoluiſſe in
l.1.inf.de reb.alie.non alien.¶Secundò fallit regula no
11 ſtræ Auth.in Principe:† nam ſi Princeps in ſcriptura ſua
c faciat mentionem de alia ſcriptura,credetur ei,licèt illa
alia ſcriptura non producatur. Glo.eſt notabilis. in c. ſi
romanorum.19.diſt.¶Et eſt ratio, quia Princeps eſt lex
animata in terris.§.fi. i Auth.de cõſulib.& nos habemus,
quòd ſi in una lege fiat mentio de alia, ſtatur ei,quantũ-
cunque de illa alia lege relata nõ appareat.Ita dicit Bal.
12 in l.1.ſup.de epi. & cle.†& idem eſt in ſcripturis Cardi-
nalium,ut notat Innocen.in c.cum olim.extra de priuil.
& Bal.in l.exceptio.in fi.commenti.inf. de probatio. ubi
13 dicit,† quòd ſi Cardinalis legatus dicat ſe habere certas
ſpecies commiſsionis à Papa,puta, ad legitimãdum ſpu
rios, & ad reſtituendum ad famam, & huiuſmodi actus
exerceat;tamen non apparet de illa ſua ſpeciali commiſ
ſione dicit Bal. ibi, quòd ſi tales actus publicè pluribus
uicibus exercuit,tales actus ualebunt,non ratione com-
munis erroris,ſed ratione præſumptæ ueritatis;& ratio-
ne aſſertionis talis,& tanti uiri. Ad hoc ipſe Bald. alle-
gat Ioan.And.in nouella.in c.cum ex literis. extra de re
ſtit.in integ. de qua materia habetur per eundem Bal. in
l.ut iuriſiurandi.inf.de teſtibus.& per eũdem in l. ſi qua
per calumniam.ſup.de epiſcopis & cle. & per dominum
Panor. in c. quod ſuper his. extra de fide inſtrum. bene
facit tex.in c.nobiliſsimus.97. diſtin.qui text.ſolet alle-
14 gari.† quòd ſoli dicto Cardinalis creditur.Sed glo.nota
bilis,quam ibi ponderat Panormita.in c. ſicut. extra de
ſententia excommunica. limitat hoc procedere, niſi
agatur de præiudicio tertij.¶Nam tunc ſoli uerbo Cardi
nalis non crederetur.& iſta tenete menti:quia ſunt quo-
15 tidiana.¶†Tertiò fallit regula huius Auth. in eo, qui in
una diſpoſitione facit mẽtionẽ de alia diſpoſitione,quã
ipſe nũc de nouo poſſet inducere: nã ſtabĩt diſpoſitioni
referenti,licèt non appareat de alia diſpoſitione relata.
Ad hoc adduco uobis gl.Bar. & oẽs in l.admonendi.in
uer.conſtitutionibus.ff.de iureiur.& gl.in l.ut liberis.in
fra de collat. faciunt nota.l. ſi donatio. inf. de donatio.
¶ Quartò fallit hæc regula inter eaſdem perſonas con-
trahentes: nam tunc ſtatur inſtrumento enuncianti aliã
ſcripturam,ſeu inſtrumentum;licèt de illa alia ſcriptura
non appareat. l.optimam.inf.de commit.& contrah.ſti-
pul.¶Hoc tamen intelligatis procedere in his, quæ po-
tuerunt geri tempore confeſsionis ipſius principalis in
ſtrumenti,aliàs ſecus.Ita uult hic notabiliter Bart. opti-
mè faciunt ea,quæ habentur in l. 1. inf.de fide inſtrum.
& iure haſtæ fiſca.lib. 10. ¶ Item intelligatis procedere
in his, in quibus partes confitendo poſſunt ſibi præiudi
16 care,aliàs ſecus.† & ideo ſi capitulum eccleſiæ capitalis
uendat aliquam rem eccleſiæ, & in inſtrumento uendi-
tionis notarius ſcribat hæc uerba,præcedentibus legiti-
mis tractatibus,& præcedente conſenſu ſuperioris, uen
diderunt, tale inſtrumentum uenditionis non probabit
legitimos tractatus,& auctoritatem ſuperioris interfuiſ
ſe, niſi aliter probentur,ſecundùm Bar.& Docto.hic,de
quo pleniùs per eundem Bart. & omnes in l.ſciendum.
17 ff.de uerbo.oblig.¶Ex hoc infert hic Bald.† quòd ſi cre
ditor petat executionem inſtrumenti contra fideiuſſo-
rem,non habebit neceſſe producere inſtrumentum obli
gationis contra debitorem principalem, dummodo in
inſtrumẽto fideiuſsionis fiat clara mentio de inſtrumen
to obligationis debitoris principalis.& hoc idem uolũt
ipſe Bald.& Ang.in l.ſciendum,ponderantes glo.ſingu
larem.ibi.ff.de uerb. oblig. ¶Et hoc idem uoluit Ang.
in §.& hoc inſuper.in Auth.ut ſponſa. largitas.& domi-
nus Florianus de Sancto Petro in l.ab ea parte.ff.de p-
18 ba.¶†Quid aũt ſi in ſententia lata ſint ſcripta iſta uerba,
uiſo libello,uiſa litis conteſta.&c.an talia acta præſumẽ
tur abſque eo,quòd oporteat de his facere fidem.uide-
tur hic per Bar.& pleniùs per Canon.in c.quoniam con
tra falſam.ext.de probat.¶In glo. 1.ibi. l. chirographis.
19 Habetis ex iſta glo.regulam, † quòd exemplo non cre-
d ditur d.Iſta regula fallit,ſi exemplum eſſet factum de au
ctoritate iudicis:quia tunc faceret fidem,ut uult iſta gl.
20 in fi.¶†Sed an hoc caſu, quando exemplatur inſtrumen
tum de auctoritate iudicis,ſit neceſſe citare eos, quorũ
intereſt.Guid. de Suz.hic determinat,ꝙ non, dicẽs non
reperiri hoc iure cautum.Idem tenebat Nico.de Neap.
ut hic refert Bal.ſed Bar.hic.& omnes Doct.determinãt
contrarium communiter,per regulam.l. nam ita Diuus.
ff.de adop.& l.de uno quoque.ff.de re iudi. Idẽ uoluit
ipſe Bar.in l.chirographis.hic in gl.alle. & in l.adoptio.
ff.de adoptio. & in l. fina. ff. de tabul.exhiben.& Bald.
in lectura antiqua. in l. 2. ff. de fide inſtrumen. & idem
Bal.in l.publicati.in 6.quæſt.inf. de teſt. ¶Quod limitat
eleganter Innocentius in c. fi. extra de fide inſtrum. di-
21 cens.† quòd, quando periculum eſſet in mora propter
perditionem inſtrumenti, uel eius corruptionem pro-
pter uetuſtatem,tunc bene poſſet exemplari, etiam non
citatis his,quorum intereſt, & iſtud dictum ſequitur hic
Ange.dicens hoc eſſe ſingulariter notandum.¶ Addite
uos dominum Panor. idem uolentem in d. c.fi. ¶Addi-
te Specu.idem uolentem in titu.de inſtrum.editi.§.oſtẽ
22 ſo.in tertia charta.in uerſicu.porro.¶ † Limitabitis etiã
niſi conſuetudo aliter ſe habeat: nam tunc ualeret exem
platio inſtumenti facta de auctoritate iudicis, etiam ſine
e citatione partis e. Ita dicit hic notabiliter Bal. in penul.
colum. ſui commenti. Quod notetis perpetuò: quia in
23 multis locis eſt iſta conſuetudo.¶† Limitabitis etiam,ni
ſi inſtrumentum exempletur manu eiuſdem notarij, qui
confecit originale. Nam tunc talis exemplatio ualeret
etiam ſine citatione partis. Ita dicit Anto. de Butrio. in
24 c.fi.extra de fide inſtr. ¶ † Quid autem ſi ſtatutum diſpo
nat, quòd inſtrumentum ſcriptum manu notarij publici
rogati de contractu habeat executionem paratam, an ta
le ſtatutum comprehendet exemplum factum auctori-
tate iudicis,&partis citatione interueniente.Concludite
quòd non.Ita dicit ſingulariter Bart.in l. probatorias.in-
fra

25 fra de diuer.of.lib.12. quod tenete menti. ¶† Limitabi
tis etiam conclusionem prædictam, inquantùm dixi, ꝙ
in exemplatione instrumenti requiritur citatio partis,
cuius interest, nisi instrumentum fuisset exemplatum de
f antiquo: f nam tunc ratione antiquitatis temporis præ-
sumeretur citationem intercessisse. Ita dicunt Hostien.
& Ioan.And.in c.Albericus.extra de testi.quod est bene
notandum. De qua materia notabiliter tractat dominus
Franciscus de Aretio in suo consilio 36. ubi omnino ui-
deatis.¶Habetis primam fallentiam expeditam ad text.
26 nostrũ.¶†Secundò fallit regula huius Auth.ĩ alio casu,
quia exemplũ facit fidẽ contra exẽplantẽ & tradentẽ ad
uersario.l.in fraudem.in §.neque.& ibi ꝑ Bar. ff. de iure
fisci.& hoc uult Ang. in corpore huius Auth. Idem uult
dñs Anto.de Butrio.in c.1. extra de fide instrumentorũ.
27 ¶†Tertiò fallit regula huius Auth.qñ exemplum est sũ-
ptum manu eiusdem notarii, qui scripsit originale. Nam
tunc tale exemplũ facit fidẽ, sicut originale. Ita tenet hic
Bar.expresè.& idẽ Bar.in d.l.in fraudẽ.in §.neq;. & idẽ
Bar. in l.si quis ex argentariis.in §.prohibet.ff.de eden.
& per illum tex.idem uult Bald.in l.2.in lectu. antiqua.
ff.de fide instrum.& idem Bald. in l.unum est testamen-
tum.ff.de testa.& idem Bald.in l.2.in 10.q. inf.de testa-
men.& idem Bal.in l.nostram.eod.tit.de testa. Et Spec.
in titu.de instrum.edit. in §.1.& est optimus tex.in c.du
dum.ext.de conuer.coniug.Sed Rapha. Fulgo.hic dicit
istam opinionem non probari in d.§.prohibet. quia ibi
editio exempli facta ab aduersario non faceret fidẽ pro
argentario: cum etiam originalis scriptura confecta per
ipsum argentarium non faceret fidem pro ipso argenta-
rio, ut probat Bar.in l.quædam. §.nummularios.ff.eod.
de eden. nisi fortè ille aduersarius fuisset usus illo exẽ-
plo: quia tunc bene faceret fidem contra ipsum utentẽ.
Sed certè hoc dicere non possumus: quia si fuisset usus,
indubitanter teneretur edere.l.1.§.edenda. ff.eo. Cuius
contrarium probatur.in d.§.prohibet. Præterea ibi non
probatur exemplum traditum per argentariũ fuisse scri
ptum manu eiusdem argentarij, qui scripserat origina-
lem scripturam. Quod probatur: quia solùm ibi dicitur,
28 quòd edidit ipse argentarius: & nos habemus, † quòd
edere nihil aliud est, quàm dictare, siue tradere codicẽ
aduersario ad exemplandum.l.1.§.edere.ff.de eden.imò
si subtiliter considerabitis tex.in d.§.prohibet. non ap-
paret ibi aliquod exemplum interuenisse, sed argenta-
rius petebat ab aduersario sibi edi rationes priuatas ip-
sius aduersarii.& tex.ibi dicit, quòd edere non tenetur.
ergo nondum ediderat: quia si edidisset, non teneretur
iterum edere. d.l.si quis ex argentariis.§.fi. ¶Aduertite
etiam quia Pau.de Cast.hic determinat, quòd ipsemet
Bar.in l.1.§.si quis in duobus.ff.de bono. posses. secun-
dùm tabul.tenet, quòd exemplum sumptum ab eodem
notario, qui scripsit originale, fidem non facit. Sed ad il-
lum tex. potestis respondere, quòd ibi agebatur de dan
29 da bonorum posses. secundùm tabul. † quæ non datur
nisi ex testamento condito in scriptis, cum sigillis, &
aliis requisitis.l.2.inf.de bono. posses. secundùm tabul.
& ideo non potest dari ex illa scriptura, quam testator
uoluit esse exemplum. Bene facit, quod uult eleganter
Bal.in rubr.inf. de fide instrum. in uers.secundò quæro.
ubi dicit, quòd quando contractus est celebratus in scri
ptis iuxta l.contractus, inf. de fide instrum. exemplum
sumptum manu illius, qui scripsit originale, non faceret
30 fidem: † quia tota uirtus, totaque substantia consistit in
prima scriptura, sed in casu dicti.§.si quis in duobus.uer
si.sed & unum.licèt non detur bon.pos.secundùm tabu.
ex illo exemplo: tñ bene daretur bon. pos.secundùm nũ
cupationem. Sequamini ergo cõem sententiam, q̃ uult,
31 †quòd exemplum sumptum manu eiusdẽ notarii, q scri-
psit originale fidem facit legitimam, bene facit qđ not.

32 Bar.in l.Sẽpronius Proculo.ff.de leg.2.¶†Quartò fallit
reg.hic tradita, si rogationes, seu protocolla notarii de
functi tradita sint alteri notario exẽplandæ ex auctori-
tate statuti: nam tunc exemplum inde sumptum faceret
fidem.c.cum.P.tabellio. extra de fide instru. & ita not.
Bartol.in l.si quis ex argentarijs.& in l. quædam. §. ni-
hil.ff.eo.de edẽ. Et idem Bar.in l.Diuus.§.item senatus
33 ff.ad l. Corn. de fals. ¶ † Quintò fallit regula nostra, si
de consensu partium approbantium originale sumptũ
sit exemplum; nam tunc illud exemplum fidem faceret.
Ita uolũt Cy.& Bar.hic. & hoc uult Specu. in tit. de in-
stru.editio.§.ostenso.uer.hoc etiam no.Idẽ uoluit Ang.
in corpore huius Auth.& ita etiam uolunt Anto.de Bu
tri.& Io.de Imo.d.c.1. extra de fide instrum. Quidam ta
men dicunt sufficere exemplum esse factum de consen-
su partium absque eo, quòd partes expresè approbaue
rint originale per d.l.si quis ex argentariis. in §. prohi-
bet. ¶ Sed uos non recedatis à præcedenti opinione:
quia tex.in d.§.prohibet.non dicit, quòd illud exemplũ
traditum per argentarium aduersario suo fuisset sum-
ptum de uoluntate partium: & potuit argẽtarius illam
editionem facere compulsus officio iudicis, & edicto
Prætoris, de quo in illo titulo. Et addite dominum Pa-
nor.qui idem quod præfati Doctores uoluit in c. Albe
34 ricus. extra de testib. ¶ † Sextò fallit regula nostrę Au-
then.quantùm ad aliqualem probationem, seu præsum
ptionem faciendam. Nam tunc exemplum prodesset,
quantùm ad dictum effectum.gloss. est notabilis in l.2.
ff.de fide instrumen. Et cum illa gloss. transit hic simpli-
citer Bar.sed Bal.post Rayne.de Forli.in l.in bonę fidei.
in uersicu.sed dubitatur de comparatione, reprehendit
35 illam glo.dicens,† quòd sicut testimonium auditus nul-
g lam facit fidem g, ut habetur in l.testium.inf.de testibus.
ita tale exemplum nullam debet fidem facere. Sed glo.
d.l.2.ff.de fide instr.potest seruari, ut tale exemplum fa
ciat saltem semiplenam probationem, quando origina
le esset deperditum, per not.per glo.ordinariam. in l.si-
cut iniquum.j.de fide instru.¶ Item etiam non perdito
originali, tale exẽplum operabitur etiam alium effectũ,
36 quia excusabit à dolo: cum nos habeamus, † ꝙ nedũ cau
sa iusta, sed etiam iniusta excusat à dolo. l.igitur. §. po-
test.& §.infans.ff.de liber.causa.& l.plagii.cum sua glo.
inf. ad l. Flau. de Plagia. & l. 1. in fin. & ibi bona gloss.
ff. de abig. Et hoc est de mente Bald. in lectura anti-
37 qua in d.l.2.¶ † Septimò fallit, quando exemplum fuis
set repertum in archiuo publico alicuius loci, seu ciui-
tatis: quia tunc illud exemplum fidem faceret legitimã.
Ita dicit hic eleganter Ang. sub dubio tamen fortè alle
gat Auth.ad hæc.inf.de fide instru.& subiicit, quòd alii
Doctores non tangunt. sed pace sua hoc uoluit Inno. in
c.1.extra de procura. allegat.c.ad audientiam.extra de
præscriptio. Et est de mente Bar.& Bal.in Auth. & si cõ
38 tractus. inf. de fide instru. Aduertite tamen: † quia tale
exemplum repertum in archiuo publico facit solùm fi-
dem intra illum locum, seu illam ciuitatem, in quo, seu
qua est ille archiuus publicus. Et quantùm ad subditos
illius territorii, non autem quantùm ad alios. Ita dicit
eleganter Io.And.in additio.ad Specu.in tit. de instru-
ment. editio. §. nunc dicendum, in additione magna,
quæ incipit: quia de argentario.ad finem illius additio-
nis. Idem uult Bal.in rub. inf.de fi.instru.in ulti. colum.
& idem Bal.post Nico.Mata.in l.exceptio.inf.de proba.
quod not.perpetuò. Et de hoc plenè habetur per Alex.
de Imo.suo consi.138.in 1.uolu.suorum consiliorum. Et
illud consilium incipit, redemptoris inuocato suffragio,
39 oportunè consideratis.¶ † Octauò fallit, quando instru
mentum fuisset registratum in actis per notarium acto-
rum, & exemplum reliquisset in actis. Nam tũc illud exẽ
plum faceret plenam fidem. Ita no.Barto.in l.chirogra-

phis.ff.de administ.tu.Idem tenet Bal.in l.fi.& per illum tex. inf.de fide instrumē. Et idem Bal.in l.fi.inf.de edic. Diui.Adria.tol.Item uoluit hic ipse Bal. & sequitur Angel.qui allegat Inno.in c.quoniam contra falsam. extra de probatio.Addite Specu.in tit. de rescrip. præsent. §. 1.uersiculo sed obiicitur.& eundem Specu.in tit.de instrum.editi.§.nunc dicamus.uersiculo penulti. ¶ Addi-
40 te,† quòd hoc procedit etiam,si postea illud instrumentum, quod fuit semel in actis registratum, reperiatur postea maculatū,uel rasum in aliqua parte: nam nihilominus illud exemplum, quod reperitur in actis, fidem faciet.Ita dicit notabiliter Bal. in l.si unus,in fine cōmenti.inf.de testam. ¶ Addo uobis pulchram quæstionem, in qua superioribus diebus consului.† Quidam asserens
41 se comitem Palatinum, & asserens se habere potestatē creandi notarios, & legitimandi spurios, legitimauit unum spurium in territorio nobilis,& generosi domini Bartholomæi de Grimaldis. & in instrumento legitimationis erat iunctum quoddam exemplum asserti priuilegij prædicti registri in actis curiæ magnifici domini Gubernatoris Astensis. Spurius ita legitimatus petebat hæreditatem paternam. Soror opposuit, quòd illa legitimatio non ualebat, quia non constabat de priuilegio dicti Comitis Palatini: legitimatus replicabat, quòd ille Comes Palatinus multo tempore fuerat in possessione, seu quasi creandi tabelliones, & legitimandi spurios,& quòd pro tali reputabatur palam & publicè. & allegabat. l. Barbarius Philippus. ff. de offi. prætor.& l.si arbiter. infr. de senten. & interloc.
42 omnium iud.ubi probatur, † quòd communis error facit ius:replicabat etiam ipse legitimatus, quòd satis di-
h cebatur apparere de potestate dicti Comitis palatini h: quia exemplum priuilegij erat insertum in instrumento legitimationis,& quod priuilegium erat registratum in actis curiæ præfati domini Gubernatoris Astensis,& quòd exemplo descripto in illis actis erat standum.per not.per Bar.in d.l.chirographis. & per Bald. & Angel. hic.Sed ego consului totum contrarium,& pro mea opinione adducebam pulchram disputationem Iacob. de Arena,quæ disputatio incipit. quæro: produco contra
43 te instrumentum. ubi dicit, † quòd si ego produco instrumentum scriptum per Titium,qui gerebat se pro notario publico, & aduersarius meus negauit eum esse notarium,licèt ego probem, quòd multo tempore ipse Titius exercuit officium tabellionatus,& se gessit pro tabellione:talis probatio secūdùm eum non sufficiet, sed oportebit ipsum fuisse creatum tabellionem ab habente potestatem.Ad l. Barbarius Philippus. & ad l.si arbiter.superius allegatas ego respondebam,quòd ibi constabat de creatione;licèt esset uitiū, & inhabilitas eius, qui creatus fuerat. Et quòd ibi creatio fuerat facta ab eo,qui potuisset remouere uitium, si illud sciuisset, per ea,quæ habentur in l.quidam consulebant. ff.de re iud. Ad illud exemplum, quod erat registratum in actis curiæ Astensis, ego respondebam, quòd illud registrum non faciebat fidem,nisi intra ciuitatem Astensem,& eius territorium, & quò ad subditos iurisdictioni ciuitatis Astensis, non autem quò ad alios,& allegabam Bal.in l. exemplum.inf.de probat.& in rub. inf. de fide instrum. in ult. col.Ad exemplum, quod erat insertum in instrumento legitimationis,ego respondebā, quòd quia non erat extractum ab originali,sed erat extractum ab exemplo descripto in actis curiæ Astensis, dicebam, quòd illud exemplum insertum in legitimatione nullam fidem faciebat. Ad hoc adducebam pulchram notam Cyn. &
44 Bal.in l.sancimus.sup.de diuers.rescript.ubi dicunt,† q̃ licèt primum scriptum solemniter extractum fidem faciat; tamen exemplum illius exempli nullam fidem facit.& dicit Bal.in d.l.sancimus. quòd istud dictum non reperitur alibi. Et tandem in quæstione prædicta fuit iudicatum contra illud spurium legitimatum.¶ Quæro in ista materia editionis instrumentorum de tali quæstio-
45 ne. †Erant duo fratres,uel duo socij,puta Titius,& Sempronius,& in diuisione bonorum communium, quia Titius erat senior,& dignior, apud eum fuerunt deposita instrumenta hæreditaria.iuxta l.2.ff. de fide instru. postmodum in successu temporis fiscus successit Sempronio, quæritur nunquid ipse fiscus possit auferre dicta instrumenta Titio.Guil.de Cun. in l.si procurator. sup.
46 cod.determinat quòd non: † quia fiscus succedens priuato utitur iure priuati.l.cum quidam.§.fiscus. ff.de usuris.& hanc opinionem secutus est Bartol. in d. l. si pro-
47 curator.Bal.quoque ibi confirmat istam opinionē :† q̃a dignitas superueniens non habet infirmare actum ritè,& rectè gestum.l.fi.inf.de nup.Sed Bart.de Saliceto,& dominus Florianus de sancto Petro in d.l.si procurator.tenent contrarium: quia depositio instrumentorum habet actum successiuum, unde pro uarietate temporis debet attēdi dignitas superueniens.l.cum quid.§.si debitores.
48 ff.de usu.Item† quia cessante causa i priuilegij,debet ces-
i sare priuilegium.l.Titia,la.2.in §.usuras,ff. de leg.2.Vos pro cōcordia istarum opinionum potestis sic distinguere.Aut instrumenta erant apud Titium, tanquam digniorem ex iuris dispositione,& tunc procedat opinio Saliceti,& Floriani de sancto Petro. Aut erant apud Titium ex pacto,& ex cōuentione expressa,& tunc si illa cōuentio fuit qualificata,puta quia in cōuentione dictum fuit, quòd instrumenta starēt apud Titium tanquam digniorem:& tunc idem est,quod in casu præcedenti: quia talis conuentio est conformis iuri communi, & debet intelligi rebus sic se habentibus,& non superueniente digniore.l.quod seruus.ff.de condict.ob cau.Aut fuerunt deposita apud Titiū ex pacto,& ex conuētione simpliciter absque qualificatione prędicta,& tunc procedat opinio Guliel.de Cun.& sequacium. bene facit quod notat Barto.in Auth.quas actiones.sup. de sacrosan.eccles. dū allegat.l.si fundum. ff. de fundo dotali. ¶ Quæro etiam
49 de alia q̃stione.†Inter Serenissimum regem Francorū ex una parte. & duce Mediolani ex altera celebrata fuerūt certa pacta,partim ad fauorem ipsius ducis,& partim in præiudicium eius,& illa pacta fuerunt scripta ad extensum manu cuiusdam tertii priuati; deinde dux Mediolani manu sua propria subscripsit illa pacta, per hæc uerba,ego talis dux Mediolani confirmo, & approbo omnia cōtenta in scriptura præcedenti, an talis subscriptio generalis ualeat,& pręiudicet præfato duci.Bartol.in l. diuus Claudius.§.item senatus.ff.ad l.Corne.de fal.per illū tex.determinat,†talem subscriptionem gn̄alem non ualere,nec præiudicare,sed oportet sīn eum facere spālem mentionem de his,q̃ continentur in illa scriptura cōfecta per tertiū.Bal.in ista Auth. determinat cōtra Bart. q̃a sīn eū debet sufficere talis gn̄alis subscriptio habens relationem ad specificata in illa sciptura, allegat simile de eo,qui se subscribit in carta uacua,de quo in c. 1. extra de fide instru. Ad §. item senatus. per quem mouetur Bar.ipse respōdet,quòd ibi loquitur,quando ea,quę continebanī in scriptura,erant à iure prohibita,ut est uidere,quādo quis sibimet ascribit: tunc enim ad purgandum uitium oportet in subscriptione facere spālem mētionem de contentis in scriptura præcedenti.Ang.quoque in l.si ita stipulatus.§.Ghrysogonus.ff.de uer. obl.tenet etiam contra Bar.quia secundùm eum dictum Bart. non probatur iure.& ad §.itē senatus.respondet eo modo,quo sup.Et per hoc infert ipse Ang. in d. §.Ghryso-
50 go. † quòd si statuto cauetur, quòd scriptura confecta manu propria debitoris mandetur executioni ad uoluntatem creditoris,tale statutum habebit locum in scriptura confecta à tertio,& subscripta manu propria debito-

ris

toris.per l.si à contrario.inf.plus ual.quod agitur.& per l.si fideiussor.in §.pater.ff.de pigno.& hoc,quando subscripsit se animo consentiẽdi,secus si aliquis subscribat se, tanquam in testem per notarium. l. Caius. ff. de pignori. & ita dicit fuisse determinatum in ciuitate Florentiæ.¶ Addatis,quòd contra Bar. facit id, quod not. Bal.in Auth.contra qui propriam. infr. de non numera.
51 pecu. ubi dicit,† ꝙ pœna imposita per illam Auth. contra eum, qui negat propriam scripturam, habet locũ in chyrographo scripto per tertium, & subscripto manu propria debitoris. quod est notãdum. Solemnis Doctor dominus Pet.de Anch.suo consi.234. incip.prius de uiribus probationis.tenet contra Bar.dicens,ꝙ debet suffi cere subscriptio,& approbatio habens generalem relationem ad specificata in scriptura præcedenti.§.1.Insti. de inutili.stipula.Io.de Imo.in d.§.Ghrysogonus.distin guit hoc modo. Aut constat, quòd ille, qui se subscripsit,habuit notitiam contentorum in illa scriptura, cui se subscripsit;& tunc sufficit generalis subscriptio, & ita procedat opinio Bal.& Angel.Aut constat, ꝙ ignorauit contenta in illa scriptura: & tunc sibi non præiudicat. l. fi. infra plus ualere quod agitur. Aut sumus in dubio,& tunc recurrendum est ad coniecturas: nam si immediatè sibi portata scriptura, illã subscripsit ad instantiam portatoris:tunc præsumetur non habuisse scientiam conten torum in ea. Idem secundùm eum,si testes deponerent, quòd ea nõ lecta se subscripsit. sed si in subscriptione ap posuisset ista uerba, uisis & lectis contentis in scriptura præcedenti,ea approbo,& confirmo: tunc præsumitur habuisse scientiam,per ea quæ habentur.in l.de his ff.de transac. Idem si constaret,quòd illa scriptura iam pluribus diebus steterat apud eum:nam præsumeretur habuisse scientiam contentorum in ea, per ea, quæ notantur in c.constitutus.ext. de testi. sed si non appareret, quòd stetit apud eum:tunc dicit Imo. ꝙ si esset hõ diligẽs,q. diligenter consueuit se habere in suis negotiis:tunc præsumetur habuisse scientiam, secus si esset homo negligens l.cum de indebito. ff. de probat. uidetis ergo Doctores communiter tenere contra Bartol.Vos potestis concludere.† quòd ille,qui se subscripsit, præsumitur habuisse scientiam contentorum in illa scriptura.per not.per Bartol.in l.1.§.fi.ff.quemad.testam. aper. adeo quòd sibi al legãti ignorantiã incumberet onus probandi: quia istud est fundamentũ suę intentionis.l.hi q.& l. in exceptionibus.ff.de prob.
52
53 ¶Vlterius quæro † in quodã instrumento dotis fit mẽtio de matrimonio inter Petrũ & Bertam; an per illud instrumentum dotis probetur matrimoniũ. Inno.in c.illud.extra de præsumptio.dicit,quòd non, si fieret præiudicium alteri.Bald. autem hic concludit, ꝙ aut non præiudicatur, nisi ipsis contrahentibus, uel eorum hæredibus, & tunc per instrumentum dotale probatur matrimonium,l.optimã.inf.de contrahen. & cõmit. stipula.Aut præiudicaretur alteri matrimonio: quia est quæstio inter plures de fędere matrimonii cum illa Berta, & tunc per instrumentũ dotale non induceretur proba
54 tio matrimonii: † quia instrumentum dotale est potius enunciatiuum,quàm dispositiuum,quò ad matrimoniũ, & ideo secundùm Bal. est ualde utile rogare instrumentum de contractu matrimonii.§.fi.Insti. de nupt.Habetis tamen text. in §.1.in Authen.ut frat.filii.ubi notabiliter
55 probatur,†quòd instrumentum dotis insinuatum in actis curiæ iudicis probat matrimonium.& ille tex. est singularis secundùm Bald.hic.Et notetis distinctionem prędictã,de qua materia habetur plenè per Canoni. in d.c.il-
56 lud.addit etiam,† quòd ubi deficit exemplar,deficit exẽplatum,seu exemplandum,tex.est ualde notabilis.& ibi Bartol.hoc colligit in l.in testamento.la.1.ff. de condi. & demon.¶Item quia supra aliquando dixi, quòd quando aliquod instrumentum exemplatur auctoritate iudicis,quòd tunc requiritur citatio eorum,quorum inte-
57 rest. quæro de tali casu.† Quidam procurator habẽs instrumentum mandati à me,habet necesse illud producere in uariis locis, & ideo uult facere illud exemplari auctoritate iudicis: an hoc casu debet aliquis citari. Inno. not.in c.Albericus. ext.de testi.determinat,ꝙ non est opus citare aliquem: imò ẽt dñs,qui constituit illũ ꝓcuratorẽ,non est necessariò citãdus in illa exẽplatione: quia ipse dominus censetur præsens,ex quo procurator suus est præsens exemplationi,& istam decisionem sequitur hic Bald. circa ultimam colum. in uersi. sed circa hoc quærit Innocentius. & teneatis menti istud dictum.
58 † Item quando priuilegia generalia exemplantur, non est necesse citare specificè aliquem, sed sufficiet citatio
59 generalis, secundùm Bal.hic.¶Vltimò quæro,†nunquid æstimum, seu registrum communis: in quo sunt descripta omnia bona singulorum de illo loco, probet dominium, uel possessionem rei descriptæ in æstimo ad fauorem illius,qui illam rem fecit ibi describi, Bald.not. in l.si pater.inf.de acti.empt.determinat quòd per æstimum non probatur dominium, neque possesio. Addite Ang.in l.decem.ad finem commenti.ff.de uerbo. ob-
60 li.ubi dicit.† quòd æstimum.k non facit fidem, nisi inter
k eum, qui descripsit ibi bona sua, & communitatem: ad cuius fauorem fuit factum æstimum, ut sciat quantum exigere posit ab illo,rõne collectarum,& aliorũ onerũ,
61 sed quantùm ad tertium nullam fidem facit.† Et ex hoc infero ad quæstionem, quam habui sæpe de facto.Quidam in ęstimo communis fecit describi quoddam prædium, asserendo illud esse suum, & in æstimo fecit scribi, sicut illud prædium est obligatum ad certum factum annuatim soluendum ecclesiæ,uel alicui nobili:ecclesia uel nobilis facit sibi leuari illud æstimum, & per illud uult probare,quòd illud prædium est sibi obligatum ad annuum fictum: utrùm ista erit sufficiens probatio.Ex præmissis determinatur quòd non: q̃a illud æstimum non facit fidem ad fauorem tertij,sed solũ inter illũ,qui est ibi descriptus & cõitatẽ,ut uult Ang.in d. l.decẽ. Et cũ sæpe mihi occurrisset ista q̃õ. ego cõsului cliẽtulis, ꝙ inspicerẽt ꝓœmiũ illius ęstimi:nã si notarius in prin.scripsisset hæc uerba.Istud est æstimũ,seu registrũ ciuium,& habitatorũ ciuitatis Taurini.qđ q̃dẽ ęstimum ego notarius infra subsignatus rogatus recepi ad opus cõmunitatis Taurini,& omniũ aliorum,quorum interest,uel inter esse poterit in futurum:nam per talia uerba ecclesia,uel nobilis poterit fundare suam intentionem ex illo æsti-
62 mo,quod probo, quia certum est de iure, † quòd notarius per suam stipulationem potest acquirere absenti.l. cum cognatos.ibi, seruo publico stipulante. inf. de capti.& postli.reuer.& l.non enim aliter.cum l. sequen.ff. de adopt.& §.cum autem. Insti. de adopt. imò notarius ex sua stipulatione potest acquirere absenti,ẽt sine exceptione aliqua.Ita notabiliter dicit Bar.in l.2.ff.rem pupil.saluam fore.Ex his cum laude Dei do uobis expedi tam istam Authenticam.

ADDITIONES.

a ¶Si quis in aliquo.De intellectu huius Auth. & limitatione.uide Roma.in consi.suis,consi.294.in princ.& eũdem Ludo.Roma.in consi.405.in tertio dubio. & uide plures concordantes per Alex. in 2. uolu. consiliorum suorum,consi.3.dominum Ioan. Tanam in l.sciendum. in 2.col.in fi.& prin.seq.ff.de uerb. oblig.

b ¶ Appellatur enim. Qũ creditor ex forma statuti petit executionem instrumenti guarentigiati contra fideiussorem,non habet necesse producere instrumentum principalis debiti, dummodo in instrumento illius fideiussionis fiat mentio debiti principaliter.& de hoc,& de intellectu. Vide dominum Ioan.Amadeum Tan.in l.sciẽdum.ff.de uer. oblig.

Princeps

c ¶Princeps in scriptura. Adde, si scriptura cōtradicit scripturæ, quid iuris. Pet. de Ancha. in c. imputari. nu. 2. ext. de fide instrum. & in quibus casibus requiratur scriptura. uide per Ioan. de Turre Crem. in c. legum. nu. 2. q. 1.

d ¶Exemplo non creditur. Exemplum propriè quando dicatur, & quando originale. uide per Pet. de Ancha. in c. Albericus. nu. 11. ext. de testi.

e ¶Sine citatione partis. Et consuluit Alex. in 1. uolu. consi. 65. ult. col. & est repetitum in 2. uol. consi. 141. bene facit quod dicit Bal. in rub. inf. de fide instrum. in pen. col. Bald. & Sal. in l. si non specialiter. inf. de testa. cum concord. ibi traditis per Alex. in fi. primæ col.

f ¶Exemplatum de antiquo. Si alicui fuit assignatus terminus peremptorius ad producendum instrumenta, & infra illum terminum producuntur exempla, si post illum terminum peremptorium producantur originalia instrumenta: certè diceretur productio instrumentorum facta infra terminum debitum, quia illud, quod accedit ad confirmationem alterius, dicitur eodem tempore factum. tex. est in l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de dona. inter uirum & uxo. istud est aureum dictum Bal. in c. 1. in principio commenti. ext. de fide instr.

g ¶Nullam facit fidem. Adde eundem Iacobi. in l. si stabitur. ff. de proba. Pet. de Anch. in c. tam literis. num. 3. de testibus.

h Comitis Palatini. Adde tex. idem uolentem. in §. sed cū aliquis. Insti. de testa. ordinan.

i ¶Cessante causa. Adde Ioan. de Turre Cre. in c. gloria. nu. 3. 12. q. 2. Pet. de Anch. in c. & si Christus. nu. 15. de iureiur. & in c. cum cessante. nu. 1. de appel.

k Aestimum. Adde Bal. & Doc. in l. si pater. C de actio. emptio. Et ad quid obligetur æstimum, uide per Ang. singulariter in l. fi. inf. sine censu, uel reliqui.

Rub. De pactis.

S V M M AE.

1 *Pactūm omne dicitur contractus.*

2 *Auth. sacramenta puberum. inf. si aduer. uendi. habet locum in omni conuentione, etiamsi illa conuentio cedat ad distractum.*

3 *Statutum, quo cauetur, quod mulier non possit contrahere sine cōsensu duorum propinquorum, habēt locum in omni conuentione.*

4 *Princeps obligatur ex pacto, uel ex contractu, sicut priuatus.*

1 ¶Glo. bene continuat. Et habetis notare, † ꝙ omne pactum dicitur contractus. Ista est glo. ord. in l. 1. in prin. in fine glo. magnæ. ff. de actio. & obliga. Ex hoc loco infert

2 hic Bal. in rubri. † quòd Auth. sacramenta puberum. inf. si aduers. uenditio. quæ loquitur in contractu, habet locum in omni conuentione, etiam si illa conuentio tendat ad distractum, & de hoc habetis glo. singularem in l. 3. §. 1. ff. de contra. iudi. tutelæ. Infert ex præmissis Bal.

3 † quòd si statuto caueatur, ꝙ mulier non possit contra-

a here sine consensu duorum proximorum, tale statutum habebit locum in omni conuentione. Subiicit ipse Bal. quòd mulier non prohibebitur renunciare propter hoc. Item non prohibebitur præstare simplicem statum in contractu celebrato per alium: quia aliud est contrahere, & aliud est consentire contractui, tex. no. in l. si pater.

4 in fi. ff. de manu. uindicta. Addite, † quòd Princeps obli

b gatur ex pacto, & ex contractu, sicut priuatus [b]. c. 1. extra de proba. Bal. in c. 1. in tit. de natura feudi. idem Bal. in l. Princeps. ff. de legib. Et dicit Arist. in lib. de secretis secretorum hæc uerba. ò Alexander serua fidem datam, & fœdera, quæ fecisti; alioquin malus finis sequetur. & magister setentiarum dicit, quòd etiam Deus obligaretur ex promissione sua. hæc refert Bal. in l. 1. in princi. ff. eo. tit. ¶Ad dite de fide data ad propositum text. in l. nam & seruus. inf. de neg. gest.

A D D I T I O N E S.

a ¶Statuto caueatur. Et de hoc statuto. uide Ioan. Amad. Ta. in l. 2. in §. item si uoluntate. in prin. ff. sol. mat.

b Quòd Princeps ex pacto, uel ex contractu obligatur, sicut priuatus. Ita dicit ipse Iacobus in l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. & in l. interpositas. inf. de transact. & in l. 1. C. eod.

In l. Conditionis.

S V M M AE.

1 *Fideicommissum conditionale potest remitti pacto.*

2 *Fideicommissum inter fratres relictum post mortem eorum, si decederent sine liberis, potest remitti per pactum.*

3 *Renunciare fauori suo cuilibet est licitum.*

4 *Contractus si à sui principio non continet deceptionem, seu læsionem propter dubium futuri euentus, licèt tamen ex post facto succedat læsio, tamen ille contractus non debet rescindi, nec datur restitutio.*

5 *Minor in casu huius l. non potest petere restitutionem in integrum.*

6 *Grauatus de restituendo hæreditatem si contingat decedere sine liberis, non intelligitur grauatus restituere liberis suis hæreditatem, & an sui hæredes sint fideicommissarij.*

7 *Filius non potest grauari in legitima.*

8 *Filius grauatus de restituendo hæreditatem post mortem suā, si decedat sine liberis, potest detrahere duas quartas.*

9 *Venditio reuocatur per superuenientiā filiorum, quando quis uēdidit omnia bona sua modico pretio, aut maiorem partem bonorum suorum.*

10 *Pater si grauat filios adinuicem de restituendo hæreditatem, si decedant sine liberis, & deinde in codicillis dicat hæc uerba, ego adimo uobis filijs meis conditionem, quam apposui in testamento, quid uerba ista operentur.*

11 *A propria significatione uerborum non est recedendum.*

12 *Conditio apposita in testamento potest adimi, sicut & scribi.*

13 *Ius de futuro licèt possit remitti per pactum; tamen non potest remitti simplici renunciatione.*

14 *Renunciationem iuris de futuro factam parte præsente ualere in uim pacti, quomodo intelligatur.*

15 *Debitor si soluat creditori, ex hoc obligatur creditor ad non petendum.*

16 *Pactum super hæreditate mortui, de cuius uita, uel morte dubitatur, non ualet.*

17 *Substitutus pupillaris non potest facere pactum de non succedendo pupillo ex substitutione pupillari.*

Conditionis. ¶Diuiditur in duas partes, in prima ponit dictum in genere, in secunda ponit dictum in specie: secunda ibi. cum igitur. h. d. in summa. † Fideicommissum condi-

1 tionale pacto potest remitti: & id, quod datum est pro remissione, non potest repeti etiam conditione defe-

2 cta, h. d. no. ¶No. 1. ex isto tex. † quòd fideicommissum

a inter fratres relictum [a] post mortem eorum, si decederent sine liberis, potest remitti per pactum. & tale pactū est iustum, & æquum propter multa. Primò quia tollit uotum captandæ mortis. quod quidem uotum est detestabile. l. fi. inf. eo. ¶Item si tale fideicommissum sit iniunctum uni ex filiis tantùm. & pacto remittatur, inducit æqualitatem inter fratres, quam lex ualde commendat.

dat.l.ut liberis.& l.illud in fi.C.de collatio. & l.cum pa
3 ter.§.dulcissimis.&.§.euictis.ff.de lega.2.¶ † Item cuili
libet est licitum renunciare fauori suo.l.penultima. inf.
eodem.his rationibus attentis, tale pactum est iustũ, &
4 æquũ.¶Not.†scd'ò,quòd si contractus à sui principio nõ
continet deceptionem, seu læsionem propter dubium
futuri euentus,licèt ex post facto succedat læsio; tamen
talis contractus non debet rescindi,bene facit tex.in l. si
pater puellæ.inf.de inoffici. testa. & quod habetur in l.
Lucius.§.fi.ff.ad Trebell.& in l.de fideicommisso.inf.de
transact. & hoc est notandum ad materiam. l. 2. inf. de
5 rescind.uendi.Addit Bar.de Salic.† quòd in casu huius.
l.etiam minor non posset petere restitutionem in inte-
6 grum.¶ Nota tertiò,† quòd grauatus de restituendo hę
reditatem,si contingat decedere sine liberis,non intelli
gitur grauatus restituere liberis suis hæreditatem:unde
liberi ipsius grauati non sunt fideicommissarii,nec uoca
ti ex substitutione fideicommissaria:quod patet, quia si
essent fideicommissarii, nõ posset ipse grauatus aliquid
alienare de bonis hæreditariis subiacentibus restitutio-
ni.Auth.res quæ.inf.communia de lega.& l. Marcellus.
§.res quæ.ff.ad Trebell. & tamen hic uideris, quòd iste
filius in præiudicium filiorum suorum potuit alienare,
& dicit glo.ualde notabilis in l. Lucius.in ultima carta.
ff. de hæred. institu. quòd quando liberi sunt in condi-
tione, ut in casu. l. nostræ, intelliguntur uocati ad suc-
cessionem ab intestato,non autem ex testamento, ut fi-
deicommissarii. Sed Ludo. Romanus. in l. si cum dotẽ.
in prin.ff.sol.matr.tenet contrarium.& ad istum tex.re-
spondet,quòd hic iste Philinus nihil alienauit de bonis
hæreditatis subiacentibus restitutioni,sed alienauit id,
quod erat infra legitimã suam:nam legitima secundùm
cum est triens,idest,quatuor unciæ, de quibus ipsi Phili
no pertinebant duæ pro sua legitima, et illas bene po-
7 tuit alienare. † quia Philinus in legitima grauari non
potest.l.quoniam in prioribus.inf.de inoffi. testam. Sed
domini ista responsio nihil ualet: quia secũdùm ista iu-
ra legitima filii non erat triens, sed quadrans. l. cum
quæritur.& l.parentibus.inf.de inoffi.testa.est bene ue-
rum,quòd iure Auth.est triens.Auth. nouissima.eodem
tit.de inoffi. test. unde,cum secũdùm ista iura esset qua-
drans,& sic tres unciæ, de quibus ad Philinum pertine
bat una uncia cum dimidia, uidetur, quòd id,quod ul-
tra alienauit, posset reuocari: alienauit enim duas un-
cias,& sic ultra legitimam,& tamen iste tex.uult, quòd
nullo modo sextans repetatur: ergo ratio Romani non
est bona,nisi seruando diceretis,quòd iste Philinus ultra
suam legitimam poterat detrahere quartam trebelliani
cam:nam secundùm communem opinionem quando fi-
lius grauatur restituere hæreditatem post mortem suã,
si decedat sine liberis, potest detrahere duas quartas,
unam pro legitima,& aliam pro trebellianica.c.Raynu.
& c.Raynal.extra de testa.Vel dicite, quòd iste Philinus
dedit Licinio Frontoni fratri suo duas uncias ante par-
tem de tota hæreditate communi,& de illis duabus un-
cijs una sola ptinebat ad Philinũ.& hoc censet gl. super
uerbo,sextam.His attentis nõ probatur hæc opi. gl. quę
est.in d.l.Lucius.communis tamen opinio sequitur glo.
in d.l.Lucius.dicit ibi Io.de Imo.& Alex.de Imo.in l.ex
facto.§. ex facto. ff.ad Trebe. Et de materia habetur per
Bald.in lectura antiqua.& per Sali.in l. 1.infra.de condi
tio.inser. & eleganter per Petrum de Anchar. suo consi.
70.incipien. In nomine domini amen. contra Philippũ.
9 Item per istum tex.dicit Bald. † quòd l. si unus.inf.de re
uoc. donati.non habet locum in alienatione non gratui
ta.Addit ipse Bald.de mente Cy.quòd illa.l. si unquam.
habet locum in uenditione modico pretio facta de om
nibus bonis, uel maiori parte: quia talis uenditio reuo
cabitur per superuenientiam liberorum.¶Ego pro ista
opinione allego glo.in l.apud censum.§.auctoris. ff. de
excep.doli, dum illa glo.dicit,puta, quia res digna ma-
gno pretio fuit uendita modico pretio.& illam glo.no-
b tabitis perpetuò. De intellectu. d. l. si unquam [b] uidete
per Barto.in l.Titia,la.2.§.Imperator.ff.de lega.2.& per
Bal.in l.si cum uel in utero.in fine commenti.inf. de te-
sta.militari.& per eundem Bal.in l.1.inf.de inoffi.dona.
¶In gl.1.in fi.Iacob.Balduì.clarius declarat tex.dum di
cit conditionis incertum: nam debet exponi.i. ipsum fi-
deicommissum sub incerta conditione relictum fuit re-
missum. & ex ista glo.iuncto tex. dicit Bartol.se consul-
10 uisse.† quòd si pater grauet filios ad inuicem de restituẽ
do hæreditatem,si decedant sine liberis, & deinde in co
dicillis dicat hęc uerba,ego adimo uobis filiis meis con
ditionem, quam apposui in testamento. Ex istis uerbis
non solùm uidetur ademisse conditionem, sed etiam to
tùm onus fideicommissi,quia si solam conditionem ui-
detur ademisse, fideicommissum remaneret purũ inter
fratres: ita quòd quibus ipsorum esset obligatus in tan-
tundem, & quilibet ipsorum esset debitor, & creditor
in tantundem,unde fideicommissum nihil ualeret.l.hu-
iusmodi.§.si Titio.ff.de lega.1.Aduertite: quia ista ratio
Bartol.militaret,quando testator ambos filios grauasset
in portionibus æqualibus,sed si grauasset eos in portio-
nibus inæqualibus,uel grauasset unum ex eis tantùm,ra
tio Bartol.non militaret;tamen quantùm ad casum.l.no
stræ idẽ esset.Nam si Lucius Fronto dixisset Philino fra-
tri suo:amice ego remitto tibi conditionẽ, quam pater
noster apposuit in testamẽto: nã per talia uerba nõ solũ
uř remisisse cõditionẽ,sed ẽt fideicõmissum; alioquin di
centibus sequeretur,quòd uerba prædicta importarent
commodum ipsius remittentis, non autem eius,cui fuit
facta remissio,quod eẽt contra naturam remissionis, &
contra mentem proferentis.Cæterùm si uerba prædicta
essent prolata à testatore,sicut loquitur questio Bar.hic:
tunc est concludendum secũdùm eundem Bar.tam hic,
quàm in l.si quis seruum.ff.de cond.& demon.quòd aut
testator dirigit uerba ad filios dicendo, remitto uobis
conditionem appositam in testamento,& hoc casu non
solùm uidetur remisisse conditionem, sed etiam totum
onus fideicommissi:quia non est uerisimile,quòd uolue
rit grauare filium habentem liberos ad restituendum hę
reditatem,ut uult gl.reputata singularis in l.1.inf.de do
nat.cau.mor.& probatur in l.cum auus.ff.de cond.& de
mon.Aut testator direxit ista uerba ad hæredem extra-
neum,& tunc,licèt iste casus uideatur magis dubius;ta-
men idem est dicendum, quod in casu proximo secun-
dùm Bar.Et hanc opinionem sequitur hic Ang.quam ẽt
confirmat hic Bar.de Sal.dicens,quòd per uerba prædi
cta testator uidetur remisisse non solùm conditionẽ,sed
etiam totum onus fideicommissi ex propria significa
11 tione uerborum,† à qua non est recedendum. l. ille aut
ille.§.cum in uerbis.& l.nõ aliter,ff.de leg.3. Raph.Ful
go. & Pau. de Cast. damnant istam opinionem Sal. per
l.3.§.conditionum.ad fi.ff.de adimen.leg. Sed pace ip-
12 sorum ille tex.non probat hoc, licèt enim dicat,† quòd
conditio apposita in testamẽto potest adimi,sicut & scri
bi, non tamen probatur ibi iudicio meo quid in dubio
habeant operari uerba prædicta.Quid autem si testator
faciendo remissionem per uerba prædicta nominet id,
quod fuit appositum in conditione,an tunc uideatur re
misisse onus fideicommissi,dicite, ut per Bar.in d.l.si q̃s
seruũ.habetur in l.alumnæ.in §.Seia. & in l.à filio.§.ma-
trimonium.ff.de adimen.leg.¶In gl.fi.ibi,in repudiatio
13 ne. Not.ex ista glo.† quòd licèt ius de futuro possit re-
mitti per pactum,ut hic;tamen non potest remitti simpli
c ci renunciatione [c],& hanc glo. sequuntur Doctores. Li-
mitabitis tamen eam, nisi renunciatio iuris de futuro es
set facta in iudicio:quia tunc bene ualeret.l.in plurium.
ff.de

ff.de acq.hær.habetur in l. 1.ff.de cura. bonis dando.Se cundò limitabitis eam,nisi renunciatio sit facta parte p̄sente:quia tunc ualeret in uim pacti, secundùm Bar.hic, quem cæteri sequuntur,per l. tale pactum, in princi. ff. eod.tit.Et est de mente Innoc.in c.ueniens.extra de renunciatio.sed Ioan.de Imo.in l.i.in §.1. ff. à quibus appella.non licet.tenet contra Bart.per l.primam.§.quod ait.ff.quorum lega.Sed sustinendo Bartol. respondebitis, quòd in §. quòd ait.ille consensus non interuenit per modum pacti, nec per modum renunciationis, sed per uiam cuiusdam licentiæ, seu permissus. quo casu talis licentia, seu permissus non tendit quouis modo ad
14 obligandum.† Quod dixi renunciationem iuris de futuro factam, parte præsente ualere in uim pacti, procedit quantùm ad effectū liberationis de præterito. ¶Sed an habeat uim pacti, quantùm ad effectum obligandi renunciantem ad non petendum in futurum.Bal.in l.iubemus.inf.ad Velle. determinat,quòd non, per illum tex. iuncta Auth.siue à me. Sed Bar.in l.Mæuia. in § fundus. ff.sol.matr.tenet contrarium:quia ex omni actu tendente ad liberandum, saltem ex æquitate oritur quædam obligatio ad non petendum in futurum,& idem uult ipse Bar.in l.ubi pactum.post glo.inf.de transact.ubi nota
15 biliter dicit, † quòd si debitor soluat creditori, ex hoc obligatur creditor ad non petendum in futurum. Præmissa p̄cedunt in iure de futuro,quod tamen de præsenti competit spe à iure considerabili,ut est dare exemplū in stipulatione conditionali, & in legato conditionali. Cæterùm si esset ius omnino de futuro,& re, & spe:certè tale ius nō posset etiam remitti per pactum. Ita tenet hic Bar.& in l.qui Romæ.§ duo fratres.ff.de uerbo. obliga.nisi remissio conciperetur per uerba de futuro.hoc modo.si tale ius unquam mihi competat,ex nunc ego illud tibi remitto.Ita tenet hic Bar.per l.si rem meam. ff. de uerb.oblig.¶In eadem glo.ibi error.Notetis ex hac
16 gl.† quòd sicut non ualet pactum super hæreditate uiuē tis,ita non ualet pactum super hæreditate mortui, de cuius morte, uel uita dubitatur. quod notetis perpetuò. ¶In eadem glo.ibi, & hæres esse prohibetur.¶ Habetis
17 notanter colligere ex ista glo.secundùm Bal. & Saly.† q̄ substitutus pupillaris non potest facere pactum de non succedendo pupillo ex substitutione pupillari: quia, cū per substitutionem pupillarem succedatur pupillo. Institu.de pupill.substi.in princ. diceretur factum pactum de hæreditate uiuentis:quod notetis. ¶ In eadem gloss.
18 ibi,item an possit.Ex hac glo.habetis colligere. † quòd si in casu. l. nostræ esset dictum hoc modo:ego Philinus promitto tibi Frontoni fratri meo sextantem,ut non petas fideicommissum : non posset Fronto, qui conuenit, non petere fideicommissum,perfectè adimplere contractum ex parte sua:quia istud non petere, habet tractum successiuum,& si non petat hodie,poterit petere cras.& ideo cum Fronto non possit perfectè adimplere ex parte sua contractum innominatum, non posset agere ad ipsum sextantem,per l.naturalis. in §. 1. ff. de præscr. uer. ¶ Quod limitetis, nisi Fronto cauisset Philino de non petendo fideicōmissum, & Philinus acceptasset cautionem. Nam tūc posset Fronto agere ad sextantem,quamuis perfectè non adimpleuisset contractum. Ita not. Bar. in l.Mutianæ.ff.de cōdi.& demon.Item si Philinus promisisset sextantem per solemnem stipulationem, posset tunc Fronto agere ex illa stipulatione, quamuis perfectè non adimplesset contractum. Ita uolūt hic Bartol. & Raph.Fulg.per l.cum proponas.ibi,si ex stipulatione tibi prospexisti.inf.de transact.& per l.siue apud acta.eo. tit. Sed Imo. in d. l. Mutianæ,intelligit hæc procedere, quando Fronto adimpleuisset contractum pro posse,scilicet cauendo de non petendo in futurum fideicommissum,per ea,quæ habentur in d.l.Mutianæ,ut dicit Salic. per sequentem partem glo. in d.l. siue apud acta. etiam si Fronto, qui conuenit non petere fideicommissum, liberasset Philinum à fideicommisso per acceptilationē, aut aquilianam stipulationem;tamen non per hoc diceretur perfectè adimplesse contractū istū. Vltimò de hoc articulo,quē tangit hic gl.scilicet an cautio Mutiana habeat locum in contractibus,ego dicam uobis in dicta. l. siue apud acta.

ADDITIONES.

a ¶Inter fratres relictum. Adde eundem Iacob. in l.cum proponas.la 1.nu.1.inf.eod.

b ¶Dicta l.si unquam.Not.intellectum. l.si unquam. C.de reuoc.donat.uide Ioan.Amad.Tanam in l.Gallus.in §. in omnibus.ff.de lib. & posthu. uide mirabilem limitationem ad d.l.si unquam.per d.Ioan. Amad.in rub.ff.de lib.& posthu.& uide etiam de intellectu.d.l.si unquam. d.Clau.de Aq.in l.1.C.de pact.

c ¶Simplici renunciatione. Adde ff. de lega.1.l.si ita scriptum.§.1.& quorum lega. l.1. §. quod ait, limita, ut per Boerium in suis singularibus,in uerbo, renunciatio.nume.20.

In l. Post uenditionem.

SVMMAE.

1 *Creditores agendo contra emptorem uniuersitatis uidentur facere pactum de non petendo à uenditore ipsius hæreditatis.*

2 *Emptor hæreditatis non cogitur inuitus respondere creditoribus hæreditarijs.fallit ut nu.3.4.5.& nu.12. & 14.*

6 *Pauperes Christi si instituti sint hæredes, & uendiderint hæreditatem, contra quem agent creditores illius hæreditatis.*

7 *Creditor an habeat regressum contra uenditorem in casu huius legis,si emptor non sit soluendo.*

8 *Creditor,qui primò egit contra emptorem hæreditatis, non potest amplius redire contra uenditorem, limita ut ibi.*

9 *Pactum tacitum non requirit præsentiam,& consensum duorum, licèt pactum expressum requirat.*

10 *Pactum tacitum an possit prodesse quò ad agendum.*

11 *Pactum procuratoris simplicis prodest domino, quantùm ad exceptionem doli.*

13 *Fideicommissarius non potest iura sua alteri cedere ante restitutionem saltem uerbaliter sibi factam.*

POst uenditionem. ¶Ista reputatur
1 singularis lex. Hoc dicit. † Creditores agendo contra emptorem hæreditatis uidentur facere pactum de non petendo à uenditore ipsius hæreditatis. Hoc dicit ista lex. ¶ Not.
2 primò ex isto tex. † quòd emptor hæreditatis non co
a gitur inuitus respondere creditoribus hæreditarijs, ut
3 hic.Ista regula fallit, † quando fiscus uendit hæreditatem sibi delatam : quia tunc emptor illius hæreditatis inuitus tenetur soluere, & respondere creditoribus hæreditarijs.l.prima,inf.de hæred. uel actio. uend. ¶Se-
4 cundò fallit, † quando ipse emptor promisisset soluere creditoribus hæreditarijs. Hoc patet ex not.per gloss. ex l.secunda,inf.de hærd.uel actio.uendi.¶Tertiò fal-
5 lit,† quando uenditor hæreditatis esset notoriè non soluendo. Nam tunc emptor teneretur creditoribus. tex. est not. in l.planè. la secunda.§.qui rogatus.ff.de legat. primo.Secundò hoc facit ad quæstionem, quam habui
6 de facto. † Pauperes Christi erant instituti hæredes in quadam hæreditate, ipsi uendiderunt hæreditatem, & dicebant, quòd creditores illius hæreditatis habebant necesse

necesse agere contra emptorem illius hæreditatis, non autem contra uenditores: quia notoriè erant non soluẽdo. Hanc quæstionem nunquam uidi scriptam, nisi ĩ uno loco. s. per solemnem Doc. dominum Petrum de Anch.
7 suo cons. 5. & dicite, ut ibi dixi per eum. † Quid autem si in casu. l. nostræ iste emptor hæreditatis reperitur non soluendo, an poterint creditores hæreditarii habere regressum contra uenditorem hæreditatis. Pau. de Ca. hic determinat quòd non, & in hoc dicit istud tacitum pactum esse utile uenditori. Bar. de Saly. temperat hoc uerum, si creditores agentes contra emptorem sciuerunt illum non esse soluendo; alioquin, si ignorabant, poterunt habere regressum contra uenditorem hęreditatis, p
8 l. manifestissimi, in §. primo, inf. de fur. ¶ † Nota secundò, quòd creditor, qui primò egit contra emptorem hęreditatis, non potest amplius redire contra uenditorem, qđ est uerum, si iudicium principaliter fuit institutum contra ipsum emptorem. Cęterùm, si fuisset institutum iudicium contra uenditorem hęreditatis, & emptor sponte in se cœpisset illud iudicium: tunc creditor bene posset adhuc redire contra uenditorẽ. Ita elegãter dicit Bar. in l. solutionẽ. ff. de sol. Et ista erit limitatio una ad istam. l. Secundã limitationem dat Bar. not. in l. tale pactum. §. si post diuisionem. ff. de pac. ubi dicit, quòd ista lex non haberet locum, si creditor sponte recepisset unam partem debiti ab emptore hæreditatis. Nam pro reliqua parte non impediretur creditor agere contra uenditorem hæreditatis, per dictum. §. si post diuisionem. Et ista est pul
9 chra limitatio ad hanc. l. ¶ † Not. ultimò, quòd licèt pactum expressum requirat consensum, uel præsentiã duorum, uel saltem, quòd interueniat nuncius, uel epistola. l. 1. & l. Labeo. ff. eo. de pac. tamen tacitum pactum non requirit præsentiam, & consensum duorum, ut singulariter hic probatur, & per hoc damnatur dictum Bar. in l. si constante, in 5. q. 2. part. ff. solu. matr. ubi dicit, quòd tacitum pactum non potest resultare in fauorem absentis, & ignorantis. Nam dictum suum est falsum, per istũ tex. & per l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Aduertite, quia iste tex. procedit quantùm ad effectum, quòd istud
10 tacitum pactum prosit ad excipiendum, † sed an possit prodesse quòad agẽdum Romanus in l. si cum dotem, in prin. ff. sol. matrim. determinat quòd non. Sed uos determinabitis totum contrarium, per not. per Bald. in Auth. si quas ruinas circa 5. seu sextam colum. sup. de sacros. eccl. & per Bar. & Bal. in l. postquam liti, inf. eod. Et opinio Romani confunditur per dictam l. si cum dotem, & per l. unicam. §. accedit, inf. de rei uxo. & per l. 3. §. fin. ff. de neg. gest. ¶ In glo. 1. ibi, inter te. Possumus intelligere inter te. s. emptorem hæreditatis, & creditores: possumus etiam intelligere inter te. s. uenditorem. Et dicit eleganter Pau. de Cast. in l. si cum emptore. ff. eod. de pac. quòd ista l. posset procedere in pacto expresso facto inter cre-
11 ditores, & emptorem: † quia sicut pactum procuratoris simplicis prodest domino, quantùm ad exceptionem doli. l. rescripto. §. fi. ff. eodem tit. ita pactum factum cũ emptore hæreditatis, qui censetur procurator in rem suam, debet prodesse uenditori, quantùm ad exceptionẽ doli, uel etiam quantùm ad exceptionem pacti, ut uidetur sonare ista litera. ¶ Opponitur contra l. nostram, & imò
12 uidetur, † quòd iste emptor etiam inuitus teneatur respõdere creditoribus hęreditariis: quia nos habemus, quòd ille, qui succedit in hæreditatis uniuersitate, tenetur respondere creditoribus. §. restituta, Inst. de fideicomm. hære. sol. Aliquando uniuersitas hæreditatis deuenit ad aliquem ex prouisione hominis, ut contingit in casu. l. nostræ, & tunc emptor inuitus non tenetur respondere creditoribus hæreditariis, & est ratio, quia non est in potestate illius, qui uendit hæreditatem, actiones passiuas transferre in emptorem hæreditatis. Hinc sumitis ratio
nem. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iu. dot. ubi est tex. singula
13 ris probans, † quòd fideicommissarius ante restitutionẽ saltem uerbaliter sibi factam non potest iura sua alteri
b cedere, b & illum tex. perpetuò notetis. † Aliquando ue-
14 rò uniuersitas hæreditatis deuenit ad aliquem ex dispositione testatoris, & tit. uniuersali, & tunc ille bene tenetur respondere creditoribus: quia omnes actiones tam actiuę, quàm passiuę transferuntur in eum, & ita loquitur tex. in d. §. restituta.

ADDITIONES.

a ¶ Emptor hrẽditatis. Adde, qđ emẽs nũmis alienis in dubio uidetur emere ad utilitatẽ illus, cuius sunt nũmi. Vide per Benedict. de Plũb. in l. is qui, nume. 1. uers. secundò, no. ff. de manumiss. & ibi in additi. domini Nicolai Boherij.

b ¶ Alteri cedere. Adde, an tũc transmittat ad heredẽ. Petrus de Anchar. in cap. Rainutius, numer. 69. extra de testamen.

In l. Seruus creditoris.

SVMMAE.

1 *Seruus non potest per pactum remittere actionem domino quæsitam.*

2 *Præpositus ad contrahendum, licèt possit recipere solutionem, non tamen potest facere pactum de non petendo, nec aliud pactum, per quod reddatur conditio domini deterior.*

3 *Deputatus ad exigendum debitum non potest prorogare terminum solutionis.*

4 *Monachus respectu monasterii eodem iure censetur, quo seruus.*

5 *Institor licèt non præiudicet in actione iam quæsita domino, potest tamen in contractu conditiones, & pacta apponere. & dominus non poterit acceptare, nisi contractum acceptet cum sua forma.*

1 Seruus creditoris. ¶ † Seruus actionem domino quæsitam non potest per pactum remittere. Hoc dicit. Et per
2 istum text. dicit Bald. † quòd licèt præpositus ad contrahendum possit recipere solutionem. l. quod seruus, infra de solutionibus, & l. quod seruus. ff. depositi. tamen non potest facere pactum de non petendo, nec aliud pactum, per quod reddatur deterior con-
3 ditio domini. Addit Bald. † quòd deputatus ad exigendum debitum non potest prorogare terminum solutionis, allegat text. singularem in l. qui Romæ. §. Calli-
4 machus. ff. de uerbo. obligatio. ¶ † Et quod dicit. l. no-
a stra in seruo respectu domini, idem est in monacho. respectu monasterii: quia actionem iam acquisitam monasterio remittere non potest, per not. per Innocent. in cap. cum olim, extra de priuileg. Item intelligatis. l. no-
5 stram procedere in iure iam quæsito domino. † Cæte-
c rum si seruus, uel filius contrahant nomine domini, uel patris, possunt in ipso contractu apponere modos, conditiones, & pacta, & dominus, uel pater non poterit acceptare illum contractum, nisi illum acceptet cum sua forma, & cum suis generalitatibus. l. Caius. ff. de manumissio. Et ita tenet hic eleganter Bald. ego addo Ange. concordan. in l. bene à Zenone, infra de quadrienn. præscriptio.

ADDITIO.

a ¶Idem in monacho. Adde Pe. de Anc. in c. cum dilecta,
nu. 7. ext. de reſcr.

In l. poſtquàm liti.

SVMMAE.

1 Renuncians liti uidetur etiam renunciare iuri, & cauſæ, limi
ta, ut ibi nu. 2. & 3.
3 Preſbyter non poteſt renunciare beneficio, niſi in manibus ſui
ſuperioris.
4 Epiſcopus nō pōt renunciare Epiſcopatui, niſi ī manibus Papæ.
5 Lis dicitur finita per renunciationem litis.
6 Renuncians liti an intelligatur renunciare iuri, & cauſæ.
7 Lis, nomen habet duo ſignificata. Et quid importet, nu. 8.
Nomen unum quando habet duo ſignificata, ſemper debemus
ſtare declarationi proferentis.
9 Renunciari non poteſt ſoli inſtantiæ poſt litem conteſtatam, ni
ſi renuncietur etiam iuri, & cauſæ.
10 Renunciatio litis facta ante litem conteſtatam non ualet.
Lis non dicitur, niſi lite conteſtata,
11 Renunciatio facta iuri de futuro, nihil ualet.
12 Ius, & cauſa ſunt de præſenti.
13 Renūciatio litis facta parte abſente, an ualeat, & nu. 16. & 17
14 Dominium non perditur per ſolam renunciationem, & quid
operetur.
15 Ius perſonale, & ius reale non differunt, ſecundùm Bar.
18 Renuncians liti an debeat condemnari in expenſis.
19 Ratio iuſta excuſat à ſumptibus litis.

POſtquàm liti ¶Hanc. l. uidi ſæ-
pe dari in pūctis.
1 h. d. †Qui renunciat liti, uidetur ēt renun
ciare iuri, & cāæ, & iō ad eam redire non
pōt. h. d. No. 1. ex iſto tex. ꝙ ille, q renun-
ciat liti, uidetur etiam renunciare iuri, & cauſæ. An autē
hoc procedat ex propria ſignificatione uocabuli, dicam
2 in gl. 1. †Limitabitis tñ hanc. l. ut non procedat in eo, q
intentauit rei uendicationem ad prædium. Nam ſi renu
ciat rei uendicationi, non tamen uidetur renunciaſſe do
minio illius prædii, licèt dominium ſit cauſa rei uend. l.
in rem, in prin. ff. de rei uend. Iſtam limitationem ponit
Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune, circa ſecūdam lec.
ff. de acq. poſſ. quod no. ¶Secundò limitatur. l. noſtra, ut
3 non procedat in beneficialibus, †unde ſi unus presbiter
litigat de beneficio eccleſiaſtico cōtra alterum, & actor
dicat: ego renuncio liti, ex hoc intelligetur renunciaſſe
ſoli inſtantiæ, non autem iuri, quod habebat in benefi-
cio: quia illi iuri non poſſet renunciare, niſi in manibus
a ſui ſuperioris. c. admonet, & c. quod in dubiis, extr. de re
nun. Ita tenet Io. de Imo. in c. ueniens, illo eod. ti. de re-
nun. Idem uolunt domini de Rota in nouis deciſionibus
ſua concl. 304. inci. Item ſi actor. Et ideo gl. iuris ciuilis
4 in l. pen. ff. de offi. præſ. dicit, ꝙ Epiſcopus non poteſt re
nūciare epiſcopatui, niſi in manibus Papę. ¶Nota ſubſe
quenter ex iſto tex. in uerbo, finitam, hic bene probari,
5 †quòd per renunciationem litis dicitur lis finita: ergo
uidetur, ꝙ iſta exceptio, tu renunciaſti liti, dicatur exce-
ptio litis finitæ, q̄ pōt opponi ad proceſſum ad impediē-
dum litis conteſtationem. ¶ Et de iſtis exceptionibus li
tis finitæ habetis pulchrum tex. in c. 1. ext. de lit. cont. li.
6. no. in l. nam poſtea. ff. de iureiur. & in l. eleganter. §. ſi
quis poſt. ff. de cōd. ind. & per Bar. in l. cum quærebatur.
ff. iud. ſol. & aliquid per Bal. in l. fratris, inf. de traſactio.
6 ¶In gl. in fi. Iſta gl. uidetur uelle, †ꝙ ille, qui renunciat li
ti, intelligitur ēt renunciaſſe iuri, & cauſæ, & hanc gl. ſe
quuntur Doc. communiter, ꝓ qua facit, ſecundùm Bal.
quia hoc uerbum, lis, poteſt importare duo. ſ. inſtātiam,
& ius in iudicio deductum, & ita accipitur in l. litē, infra
de procu. & in l. litis nomen. ff. de uerb. ſign. ¶Sed arguo
7 contra Bal. †Nam ſi habet duas ſignificationes, & profer
tur in æquiuoco, debemus ſtare declarationi proferen-
tis. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. Item alter di-
ctorum ſenſuum eſt nimis præiudicialis ipſi renuncian
ti, ſi intelligimus, ꝙ intelligatur renunciaſſe ſoli inſtan-
tiæ, ergo talis intellectus debet accipi. l. cum deinde. ff.
de prob. ſed ad hoc poteſtis reſpondere, quòd magis ꝓ-
8 prius ſenſus huius uerbi, lis, eſt, †ꝙ importet ius in iudi-
cio deductum. Iſta eſt gl. ualde no. quam ualde exclamat
ibi Dom. de ſancto Gemi. in c. 1. in uerbo, litis, extra de
proc. li. 6. facit. l. & poſt edictum. §. circumducto. ff. de iu
di. Barto. aūt circa hoc multùm laborauit dicens, quòd
hoc uerbum, lis, importat ſolam inſtantiam, non autem
ius in iudicio deductum, & ita capitur in l. nullam, & in
l. pen. inf. de proc. Et ſi dicatur, ſi ergo hoc uerbum, lis,
importat ſolam inſtantiam, quare ī caſu legis noſtrę iſte:
qui renunciauit liti, non poteſt amplius redire ad cau-
ſam? Ad hoc reſpondet Bart. †ꝙ poſt litem conteſtatam
non poteſt renunciari ſoli inſtantiæ, niſi etiam renuncie-
tur iuri, & cauſæ, & ideo illi, qui poſt litem conteſtatam
renunciat liti, uidetur etiam renunciare iuri, & cāæ: quia
qui uult conſequens, neceſſariò uidetur uelle antecedēs
ad illud. l. illud. ff. de acq. hær. Bald. autē. Sal. Ang. Raph.
Ful. & Pau. de Ca. tenent contra Bar. mouentur, quia imò
iure iſto bene poterat quis renunciare ſoli inſtantiæ ēt
poſt litem conteſtatam, ſicut poterat inſtantiam defere-
re ante datas dilationes ad probandū, quo caſu non per
ueniebatur ad definitiuam. l. properandum. in §. 1. ĩ. de
iu. & maximè conſentiente reo. Siue ēt hodie, poſtq̄ ſup
uenit remedium Auth. qui ſemel. ĩ. quo. & quan. iu. poſ
ſit actor renunciare inſtantiæ, cōſentiente reo, & ita uult
gl. in l. 1. ĩ. de præſcr. lon. temp. ergo conſequētia, quā fa
cit Bar. non eſt neceſſaria. Ad l. edita. s̃. de eden. ꝑ quam
motus eſt Bar. rñdeatis. ꝙ non loquitur in renunciante,
ſed in emendante, & emendare uolente, qui uult in eadē
inſtantia pronūciari ſuper libello emendato, ſeu muta-
to. Itē uult Bar. hic, ꝙ ſicut renuncians liti poſt litē con-
teſtatā vr̃ renūciare iuri, & cāæ, ita idē eſſet, ſi poſt lit. cō
te. renunciaret inſtantiæ per eandem rationem. Sed Bal.
Franciſ. de Rampon. Sal. & Pa. de Ca. tenent contra Bar.
dicentes, ꝙ etiam, ſi contradicente reo actor renunciet
inſtãtiæ poſt litem conteſtatā, non tamē uidebitur renun
ciaſſe iuri, & cāæ: imò potius renunciatio uitiabitur in to
tum, ne actus operetur ultra intentionem proferentis. l.
non omnis. ff. ſi cert. pet. Non obſt. l. illud. ff. de acq. hær.
quia ibi unus actus non poterat ualere ſine alio, ſed in
propoſito noſtro renunciatio litis, ſeu inſtantiæ poteſt
ualere hodie conſentiente reo, olim uerò indiſtinctè, &
ſufficit, ꝙ iſtis caſibus poſſet ſeruari intentio renuncian
tis. ¶In gl. ſuper uerbo, renunciaſti, ibi, lite tantùm mo-
ta. Iſta gl. uariis modis intelligitur per Doc. Nam ſecun-
10 dùm unum intellectum uidetur uelle, † quòd quando
quis ante litem conteſtatam renunciat liti, talis renun-
ciatio nihil ualet: quia non dicitur lis, niſi lite cōteſtata
ut uidebitis in l. cauſas, uel litis, inf. de tranſ. Ergo ille, q
ante litē conteſtatam renunciat liti. intelligitur renūcia
11 re iuri de futuro, †quæ renunciatio non ualet, ut uidiſtis
in l. 1. s̃. eo. Vult ergo glo. hic, quòd hoc caſu requiratur
pactum, non autem ſimplex renunciatio, & iſtum intelle
ctum ad hanc gl. dedit Iacob. de Butriga. dicens, quòd
cum lis non dicatur, niſi lite conteſtata, ille, qui renun-
ciat liti ante litem conteſtatam, non uidetur renunciare
iuri, & cauſæ: quia ſi non ualet renunciatio ī expreſſo, er
go minus in tacito, l. 3. §. qui habet, in fin. ff. de ſeru. ruſt.
præd. & hanc opinionem Butri. ſequuntur hic ambo Sa

licet.

liceti,& Ant.de Butrio.in c.veniens,extra,de renun. & domini de Rota sua conclusione 310. quam suprà allegaui. Sed Petrus,& Cy.limitant hanc opinionẽ procedere,nisi renunciatio esset facta consentiẽte reo,uel esset facta corã iudice:quia tunc bene valeret, per ea quæ uidistis in l.1.š.eod.Bal. autẽ,hic dicit,quòd ille,qui ante litem contestatam renunciat liti,uidetur etiam renunciasse iuri,& causæ:
12 † quia ius,& causa sunt de præsenti: & licèt ita renunciando liti ante litem contestatam non uideatur renunciare iustantiæ, tamen ciuilis renunciatio producit obstaculum ad litem,seu causam de futuro inchoãdum.Est benè uerum secundùm eum, ꝙ talis renunciatio non habet effectum quantùm ad l. nostram: quia non finit causam.i.instantiam, quæ nondum est,sed tantùm produxit obstaculum ad litem de nouo inchoandũ, non tamen respondit ad motiuum Iacobi Butriga. Bart. dicit,quòd ille,qui renunciat liti ante litem cõtestatam, non uidetur renunciare iuri,&causæ, sed soli instantiæ: quia iure isto ante litem contestatam benè poterat renunciari soli instantiæ:ut habetur in l.edita.š.de eden.& sic cessat ratio,l.illud.ff.de acquir.hæred. ¶ Hodie autẽ secundùm eum considerandum esset, an actor esset in talibus terminis, in quibus posset renunciare soli instantiæ,uel non:sed talis opinio dependet ab his, quæ dixi in gloss.præsenti,& ibi uidistis opinionem Bartol.reprobatam. ¶ Vnde sequamini opinionem Iacobi Butrig. cum limitatione Pet.& Cyn. ¶ In eadem gloss. ibi: vel
13 absente aduersario. Colligetis ex hac glo.† quòd valet
b renunciatio litis facta parte aduersa absente.[b] Sed contra istam gloss.faciunt omnes rationes allegatæ per Doctores in l.non solùm.§.si liberationis uerba. ff. de liber. leg.& in l.idem in duobus.ff.de pact. vbi uolunt, quòd renunciatio litis requirit partis præsentiam.Bart.in d. §. si liberationis,dicit hanc glo.posse procedere, quando renunciatio fieret super iure reali intentato per rei vendicationem. Nam secundùm eum iuri reali, & dominio põt renũciari ẽt extra iudiciũ, absente aduersario. Alle. l.1.& 2.ff.pro dereli.& ita intelligit istum tex. dum dicit,de prædio motæ:quasi velit Bar. quòd hic agebat rei uendicatione ad istud prædium,& uidetur uelle,ꝙ non posset moueri qõ super prædio, nisi per rei uendicationem,quod est falsum. Præterea ipsemet Bar.in l.1.š.eo. dicit,ꝙ etiam iuri reali,& dominio nõ potest renunciari
14 in absentia aduersarii ¶ † Item per solam renunciationẽ non perditur dñium,sed bene paratur exceptio ipsi reo conuento,tex.est singularis in l.si pro fundo.ĵ. de transact.quem tex.ipsemet Bar.ponderauit in l.naturaliter,
15 §.nihil commune.ff.de acquir.poss.† non est ergo constituenda differentia inter ius personale, & ius reale, ut uult Bar.in d.§.si liberationis.Bal.& Sali.hic dicũt,quòd glo.nostra bene dicit:quia secundũ eos renunciatio nõ requirit partis pręsentiam.Idem uoluit ipse Bal.in l.Labeo.ff.de iureiur.& idẽ Bal.in l.& hæredi. §. nos autem. ff.de pact. & Innocen.in c.ueniens extra de renuncia. & Io.And.in c.cum pridẽ,extra de pact.& dicũt,ꝙ hoc procedit odio litium.Idem uoluit Ang.in l. Pomponius. ff. de neg.gest.Sed Iacob.Butrig.Bart.& Ang.dicũt,ꝙ renũciatio requirit partis præsentiam: alioquin nõ valet,nisi fieret iudice præsente, & recipiẽte nomine partis absentis uirtute publici officii,quod habet,iuxta,l.1.in.§. exigere.ff.de magistrat.conuen.¶ Mihi placet opinio Pau.
16 de Cast.hic dicentis, †quòd renunciatio facta absente aduersario ualet quantùm ad ipsum renunciantem, ut non cogat inuitus amplius litigare,siue sit reus,qui uolẽdo satisfacere euitat iudicium,l.si reus paratus.ff.de procura.siue etiam sit actor per eandem rationem, nisi interesset aduersarii prosequi litem,iuxta notata per glo.
17 cum suo text. in l.vtiq;. ff. de rei vendi.† Sed quantùm ad aduersarium,qui erat absens:talis renunciatio nõ ualebit,quia si ipsũ renunciãtẽ uelit pænitere: aduersarius nõ poterit opponere de renunciatione, secundũ formã l.nostræ:quia renunciatio facta eo absente non ualuit, & ita possunt concordari opiniones. ¶ In eadem gloss. ibi,nolo amplius uenire.Per istam glo.dicit Ant.de Butrio in c.ex tenore.extra de rescrip. quòd si aliquis dicat in iudicio,ego nolo litigare, per hęc uerba inducetur renunciatio litis: quod dictum apparet ualde dubitabile,quia ista verba, nolo litigare, non important pręcisam uoluntatem renunciandi:quia sunt verba suspensiua,l.filij mater.in.§.primo.ff.ad Tertullia.Nisi defendendo dicatis dictum Antonii posse procedere, quando dixisset, nolo amplius litigare, & hoc modo loquitur
18 ista glo. ¶ Quæro,† nunquid renuncians liti[c] debeat in
c expensis condemnari. Barto.in l.1.š.eo. uidetur uelle ꝙ sic:quia ista renunciatio habet vim uictoriæ quãtùm ad aduersarium.Sed Bald.hic in ulti.col.limitat hoc procedere,nisi noua causa superuenisset,propter quam fuisset facta renunciatio,& retro ipse renuncians habuisset iustam causam litigandi : nam tunc non deberet in expen
19 sis condemnari:† quia iusta ratio excusat à sumptibus litis:tex.est not.in l.destitisse.ff.de iudi. ¶ In glo.fin. in fi. Ego in quæstione facti allegabam istum tex.cum.gl.sua
20 uelle, † ꝙ in generali exclusione remediorum non includitur remedium restitutionis in integrum, nisi de eo fiat specialis mentio.Optimè faciũt not.per glo.ordi. in l.1.ĵ.si de momen.possess.fue.appella.

ADDITIONES.

a ¶Sui superioris. Adde tú, ꝙ clericus nõ est ita astrictus Episcopo, sicut monachus Abbati,Ioan. de turre crem. in c.quam sit,num.3.18.q.2.

b ¶ Quod ualet renũciatio litis facta ꝑ te aduersario absente.Vide per Bal.in suo cõs.132.incip.in Christi noĩe, q̃ritur,an si creditor,in 2.uol. suorũ cõsiliorũ, vbi tenet cõtra Bar.in l.nõ solũ.§.si liberationis.ff.de libe.leg. Et dicit hanc esse cõem opi.rõe liberationis, & uide per Iacob.de san.Geor.l.cũ de indebito.§.fi.ff.de prob.

c ¶ Insinuatio. Adde,ꝙ insinuatio põt fieri nemine citato Pet.de Anch.in c.Albericus,nu.7.extra de testi.

In l. Creditori.

SVMMAE.

1 Causa an consideretur in pactis liberatorÿs.
Causa requiritur in pactis obligatorÿs.
2 Insinuatio an requiratur in pactis liberatorÿs.
3 Argumentum de promissione ad solutionem valet.
4 Donare uidetur,qui sciẽter soluit id,ad quod scit se nõ teneri.
5 Aduocatus dicitur præstitisse patrocinium, quando illud fideliter præstitit,& astitit causæ,ut oportuit.

CReditori. ¶ Eadem obligatio potest in parte tolli ipso iure.s.per solutionẽ,& in parte ꝑ exceptionẽ,puta pacti de non petendo.hoc dicit. ¶ No. ex isto text. iuncta glo. in uerbo,
1 causas,hic uideri probari, † ꝙ in pactis liberatoriis cõsideratur cã. ¶ Sed oẽs Doct. determinant contrarium dicentes,quòd licèt in pactis obligatoriis requiratur causa,l.2.§.circa. ff. de excep. doli. habetur in l.à Titio.ff.de uerb.oblig.tamẽ in pactis liberatoriis nõ requiritur causa.imò ualeret etiã sine cã, l.tale pactũ, in
2 prin.ff.e.¶ † Ex hoc loco inferunt ambo Salice.ꝙ in pacto de nõ petẽdo,ẽt si sit pactũ de sũma excedẽte quantitatem quingentorum aureorum non requiritur insinuatio.¶Vos aũt determinabitis totũ contrarium auctoritate gl.quæ reputatur singularis in l.si quis obligatione ff.de reg.iur.& illam glo.sequuntur Bar.& Imo.in l.Modestinus. ff. de dona. & Bald. & Angel. in l. contra iur.

in §.fi.ff.eo.de pac.& Bal.in l. pactum.in 17.q.inf.de col
la.¶Addo uobis,ꝙ Ang. idem consuluit uiua uoce, ut
patet in suo consi.67.& in consi. 90.incip.cum lis. ¶Et
3 pro ista sentẽtia facit optima ratio: †quia bonum est arg.
4 de promissione ad sol.l.fi.inf.ad leg.falcid.† Sed si ego
soluo scienter id, ad quod scio me non teneri, uideor
donare.l.1.ff.de condi.indeb.& l. cuius per errorem. ff.
de reg.iur.Ita & quando facio pactum promittendo id,
ad quod scio me non teneri,uideor etiam donare, & iõ
utroque casu requiritur insinuatio, aliàs de facili fieret
fraus legi. contra l. fraus. ff.de legib. ¶Not.secundùm
5 Bal.† quòd aduocatus dicitur præstitisse patrocinium,
quando illud fideliter præstitit,& astitit causæ,ut opor
tuit.¶Not.subsequenter secundùm Raph.Fulg.hic uide
ri probari, quòd exceptio pacti de non petendo impe-
diat litis contest.& sic dicatur exceptio litis finitæ. Sed
uos determinetis totum contrarium; quia ista exceptio
pacti de non petendo non concludit actionem ipso iu-
re non competere agenti, & est exceptio peremptoria,
quæ debet opponi post lit.contest.l. peremptorias. inf.
sententiam rescin.non pos.¶Seruabitis tamen opinionẽ
Fulgo. ut procedat, quando de pacto de non petendo
constaret per publicum instrumentum, contra quod ni
hil opponeretur; nam tunc posset impe dire lit.contest.
Ita uolunt Ioan.And.Ant.de But. & do.Abb.Sicul.in c.
fi.extra de libel.obl.quod est menti tenendum. De istis
exceptionibus litis finitæ habetur in l.nam postea. ff.de
iureiuran.& in l.eleganter. §.si quis post.ff.de condi.in-
de.& in c.1.ext.de lit.contest.lib.6. ¶In glo.in uerb.cau
sas,in fi.Sentit ista gl. quod dixi in textualibus,scilicet,
ꝙ causa requiratur etiam in pactis liberatoriis, sed om
nes Doct.determinant contrarium, ut dixi supra.Sali. &
Fulg.defendunt gl.dicentes,ꝙ gl.non dicit causam req-
ri in pactis liberatoriis, sed dicit, ꝙ debet considerari, si
apponatur, debet.n.tunc cõsiderari,an uera sit,uel non.

In l. Pacta quę contra.

S V M M AE.

1 *Pactum, quod est contra bonos mores, est nullum, sicut quod fit contra legem.*
Contra bonos mores quid dicatur de iure ciuili, & quid de iure canonico.
2 *Statuto si caueatur, quòd mulieres non incedant nimis ornatæ, si fiat contra tale statutum, an dicetur fieri contra bonos mores.*
3 *Pactum de non succedendo firmatur iuramento de iure canonico.*
4 *Pactum quod dicatur contra legem, & quod præter legem.*
5 *Accessorium an uitietur, uitiato principali.*
6 *Actio ex uendito, uel ex contractu bonæ fidei, quando datur ad id, quod deuenit in pacto incontinenti apposito iuxta contractum bonæ fidei, efficitur stricti iuris.*
7 *Fructus ueniunt à tempore moræ, quando agitur actione ex uendito informata à pacto.*
8 *Actio bonæ fidei nunquam efficitur stricti iuris.*
9 *Actio ex uendito subrogata in locum actionis præscriptis uerbis debet esse stricti iuris, sicut actio præscriptis uerbis.*

PActa quæ contra. ¶ Pactũ cõtra le-
gem,uel contra bonos mores est inuali-
1 dum.h.d.¶ No. ex isto tex. † quòd sicut
pactum cõtra legẽ est nullũ,ita & pactũ,
quod est contra bonos mores. ¶Et aduertite pro decla
ratione,quòd de iure ciuili illud dicitur esse contra bo-
nos mores, quod est contra honestatem. l. probrum. ff.
de uerb. significa. De iure autem canonico dicitur con-
tra bonos mores id, quod inducit ad peccatũ mortale,
uel ueniale.Ista est glo.not.in c.si uerò.extra de iureiur.
2 ¶ † Quid autem si statuto caueatur,quòd mulieres non
incedant nimis ornatæ,si fiat contra tale statutum, an di
cetur factum cõtra bonos mores. Dicite,ut not.per Bal.
3 in rub.inf.de condic.ob tur.cau.† & mirum est,quòd de
a iure canonico pactum de non succedendo a firmetur iu
ramento.c.quamuis.extra de pact.lib.6. Nam de iure ci
uili tale pactum est contra bonos mores, sed de iure ca-
noni.secus est,ideo firmatur iuramento,de quo admira-
tur hic Bal. quia tale pactum inducit patrem ad impieta
tem contra filium,uel filiam.s. ut non relinquat sibi legi
timam portionem. Sed potestis respõdere,quòd pietas
patris bene potest in hoc prouidere instituendo filium
non obstante pacto de non petendo, iuxta.l. fin. eo. De
hac materia,an iuramentum contra bonos mores sit ob-
ligatorium, hr̃ per Canoni.in c. quemadmodum.ext.de
iureiur.& solemnissimè per Io.de Imo.in c. cũ cõtingat.
illo eo.tit.& per Bar.in l. si quis pro eo.ff.de fideius.¶In
gl.in uerb.cõtra bonos mores.Not.pulchram gl.ad quã
4 sæpe recurritur.† & pro declaratione sciatis, ꝙ tunc pa-
ctum dicitur contra legem,quando lex resistit;tunc autẽ
dicitur præter legem,quando lex non resistit, sed tamẽ
non assistit. De qua materia uidete per Bar.in l.cum lex.
ff.de fideius.& per Bal.in l.non dubium.in pen. quæstio
ne.sup.de legi.notatur etiam in l.si non sortem. in prin.
5 ff.de condi.indebi.¶ † In fine eiusdem glo.soluite con-
trarium hic in glo.signatũ de §.alter.in l. stipulatio ista.
de uerb.obliga.quòd in d.§.alter, non erat eadem ratio
uitiandi accessorium,sicut principale. Et de hoc articu-
culo, an uitiato principali,uitietur accessoriũ.Videte p
gl.& Canoni.in regula.accessorium. extra de reg.iu. li.
6.& per glo.in c.fi. extra de preca. & per glo. ord. iuris
ciuilis in l.si patronus.§.patronum.¶In gl. super uerbo,
Fauiana. ff.si quid in fraud.patr.per Bar. in l.licèt.§.si ser
uus.ff.de pecu.& per Bal. in l. non dubium. sup. de legi.
¶In glo.fi.Notetis glo.magistram,ad quam sæpe recur-
b ritur,quia declarat, quando pacta b pariant, & quando
perimant,& quando eludant,in cuius fine dicatis.¶ Ex
6 ista gl.colligitis, † quòd quando actio ex uendito, uel
alia actio ex contractu bonę fidei datur ad id,quod de-
uenit in pacto incontinenti apposito iuxta ipsum con-
tractum bonæ fidei, efficitur stricti iuris. Et hanc opinio
nem etiam tenuit glo.in l. iurisgentium. §. quinimò. ff.
eo.sed Doctores communiter damnant istas glo. signan
ter per tex.in l.2.inf. de pact.inter empto. & uendit. ubi
7 dicitur, † quòd quãdo agitur actione ex uendito infor-
mata à pacto,fructus ueniunt à tempore moræ: ergo est
bonæ fidei,quia,si esset stricti iuris,fructus non uenirent
à tempore moræ.l.uideamus.§.si actionem.ff.de usur.&
Angel. in d.§.quinimò, confirmat istam opinio. dicens
8 † quòd nunquam reperitur, quòd actio bonæ fidei effi-
ciatur stricti iuris,ita bñ ecõtra.§.fuerat.Insti.de act.Cor
roboratur hæc opi.qa si teneremus opi.huius gl.seque-
retur,ꝙ accessoriũ plus operaretur,q̃ principale,contra
l.ex pupillari.ff.de uulg.& pup.Amplius probatur in d.
l.2.j.de pac.inter empt.& uend.ꝙ ẽt,si agatur actione p̃
scri.uerb.ad id, qđ deuenit in pacto apposito iuxta con
tractũ bonæ fidei,illa actio præscript.uerb.sortietur na-
turã actionis bonæ fidei.Et cõis opi.Doc.est contra istã
gl.licèt ambo Sali.nitãtur eã defendere aliquibus moti
uis satis debilibus,q̃ quidẽ motiua si bene cõsiderabitis,
magis tendũt ad probandũ,ꝙ uetus actio, q̃ oritur ex cõ
tractu bonæ fidei,non informet̃ à pacto incontinenti ap
posito,quod est contra cõem sñiam in d. §. quinimò. Et
tenẽdo opi. cõem contra istã gl. rñdeatis ad motiuũ,qđ
facit hoc mõ:qñ actio ex uendito dat̃ ad id, qđ deuenit
in pacto,illa actio ex uẽdito subrogatur in locũ actiõis,
9 p̃script.uerb.†uñ sicut actio p̃script.uerb.est stricti iuris,
ita ẽt debet esse ipsa actio ex uẽdito subrogata in locũ
actionis

actionis præscriptis uerbis.l.si quis eum. §. iniuriarum. ff. si quis caut.nam respondeatis non esse uerum, ꝙ hoc casu actio ex uendito subrogetur in locum actionis præscriptis uerbis,imò & adiungitur,& accumulatur: quia utraq; competit.d.l.2.ȷ̃.de pac.inter emp. & uend.Et ꝓ
c hac opin.facit:quia ad discernendum contractumc debemus inspicere id,quod principaliter agitur.Nam id,qđ uenit accessoriè,non mutat nomen, nec substantiā contractus.l.1.§.si quis seruum,& §.si te rogauero.ff.depos. & ita no.Bar.in l.si emptione,in prin.ff.de contrah.emp. & dicit Bar.in l.Aristo.ff.de dona. & idem scribit in l.1. ff.de rer.perm.

ADDITIONES.

a ¶Pactum de non succedendo. Adde Pe.de Ancha. in c. nulla,nu.6.de conces.præb.& in c.cum contingat,nu.7. de iureiu.extra.

b ¶Quando pacta.Adde,ꝙ pactum,sententia,& ultima uoluntas æquiparantur.Bened.de Plumb.in l.seruus hac, nu.1.uers.no.quòd pactum.ff.de manum.

c ¶Ad discernendum contractum.Adde,ꝙ contractus aliquando sunt illiciti ex forma sui. Vide pulchrè ꝑ Guil. Bon.in trac.suo,de usu.nu.55.

In l.Debitori tuo.

SVMMAE.

1 Actio confunditur,quando creditor succedit debitori.Limita, ut ibi.

2 Obligatus non potest esse unus,& idem sibiipsi.

3 Obligatio an extinguatur fideiussore succedente debitori.

4 Inuentarium in casu nocet hæredi.

5 Agebam contra te ad hæreditatem,seu bona hæreditaria, reportaui sententiam contra te: tu uirtute sententiæ restituisti mihi illa bona,postea ego tradidi tibi illa hoc pacto, quòd deberes mihi,& cæteris creditorbus satisfacere,an hoc casu potero agere ex sententia.

6 Nemo dat,quod non habet.

Debitori tuo.¶Si creditor succedat debitori,uel econtra,confunditur actio, & pactum appositum in traditione est seruandum. h. d.ista notabilis lex.¶No.†ꝙ, quādo cre-
1 ditor succedit debitori,confunditur actio;aliqñ tñ actio extinguitur confusione,aliqñ iure confusionis, aliqñ uerò iure solutionis.Quod declarat notab.Bar.in l.Stichū. in §.aditio.ff.de solu.& idem Bar.in l.Vranius.ff.de fideius.¶Hæc regula fallit in eo, q coactus adiuit hæreditatem remedio Treb.senatusc. Nam hoc casu actio ex toto nō extinguitur,imò remanet naturalis obl.l.debitor. ff.ad Treb.¶Scđò fallit hęc regula in rei uend.Nam talis actio realis non confunditur per aditionē hæreditatis.Ita eleganter dicit Bal.in l.si uxor.inf.de bo.auc.iu. poss.¶Tertiò fallit in actione hypothecaria.quia ꝑ aditionem hæreditatis non extinguitur, tex.est singularis in d.l.debitor.Et de ista materia uidete pulchrū cōsiliū d.Lu.Ro.suo cons.74. incip. uisis dubiis propositi thematis.¶Ego addo quartam fallētiam,quia quotiescūq; hæreditas adita habetur pro non adita,puta, quia ꝑ q̄relam inofficiosi hæres scriptus fuit uictus. Nam tunc actiones,quæ sibi competebant contra defunctū, remanent sibi saluæ.Iste est tex.notab.in l.eum qui.§.fin. ff.de inof.test.¶Item gl. super uerbo confusa,ibi, non extinguitur actio,Hanc eandē opi.tenuit gl. in l. in imponenda,inf.ad l.fal.& & Bal. Pau.de Ca.hoc sequūtur.& idē Bal.in l.irritum,inf.ad l.falc.sed Pet.& Cy.sunt in opin. contraria dicentes,ꝙ qñ hæres cōficit inuentariū, actio, quæ sibi competebat contra defunctū,bene extinguitur in substantia,sed est bene uerum, ꝙ durat effectus ipsius actionis quantùm ad computationē æris alieni : qa ipse hæres,qui confecit inuentariū, poterit cū aliis creditoribus computare id, qđ sibi debebatur per defunctū mo-
2 uentur isti Doc. † quia unus, & idem non potest sibiipsi esse obliga. l. Vranius. ff. de fideiuss. Ideo est necesse fateri,ꝙ confundatur actio,quantuncunq; hæres confecerit inuentarium.Sed huic rōni iudicio meo posset rñderi, ꝙ hæres conficiens inuentarium repræsentat duas personas,unā.s.suā propriam,aliā.s.personā defuncti,& iō dicimus ipsum non esse sibiipsi obligatū, imò defunctū,seu eius hæreditatē teneri sibi.¶Vnde pro cōcordia pōt dici,ꝙ qñ hæres conficit inuentariū,actiones,quę sibi competebāt cōtra defunctū, habentur pro nō cōfusis quantū ad oēs illos effectus, in quibus dānificareī ipse hæres,si essent confusæ,quantū uerò ad alios effectus habenī ꝑ confusis.Hinc resultāt magnę utilitates.Prima est quia si in casu huius.l.iste hæres,q erat creditor defūcti cōfecisset inuentariū,posset agere actione prima, q̄ sibi cōpetebat contra defunctū:quia illa hī ꝑ nō cōfusa ꝑꝑ cōfectionē inuentarii.¶Scđa est utilitas:qa si in casu huius l.iste creditor hæres debitoris cōfecisset inuentariū, posset cōparere corā iudice, & petere sibi assignari unā ex rebus hæreditariis separandam ab aliis bonis, ut de ea ipse hæres posset facere pro libito uoluntatis,& istud dictum Pa.de Ca.exclamat dicens se nunq̄ uidisse alibi scriptū. Sed certè idē uult ipse Bal.in l. fi. §.in computatione,inf.de iu.deli.¶In eadem gl.ibi,accessoria tollit. Limitabitis hāc gl.procedere,nisi creditor iā fuisset litē
3 cōtestatus cōtra fideiussorem.†Nā hoc casu licèt fideiussor postea succedat debitori principali;tñ non extiguetur obl.fideius.tex.est singulariter peregrinus,sm̄ Ang.ī l.seruus.ff.de his qui not.infa.Item limitabitis hanc glo. alio modo:quia si fideiussor succedēdo debitori princi
a pali confecisset inuentariū[a], tunc nō extingueretī sua fi-
4 deiussoria obligatio,& sic habetis casum,in quo inuētarium nocet hæredi, & est rō:qa,qñ fideiussor succedēdo debitori principali confecit inuentariū,non teneī soluere,nisi de bonis debitoris princip.l.fi.§.& si p̄fatā,inf.de iu.deli.Ergo interest creditoris,ꝙ fideiussoria obligatio remaneat salua ad hoc,ut, si bona debitoris principalis nō sufficiant ad satifactionē, posset creditor habere recursum contra fideiussorē ex sua propria obligatione. Ita dicūt elegāter Dy.&Bat.in l.gñaliter.ff.de fideius.qđ tenete ꝑpetuò mēti.¶In gl.super uerbo,ex stipulatu,ibi certi condictio. Intelligatis hoc dictū gl.procedere,qñ creditor, qui reportauit sententiam pro se,agit pro eo, quod sibi debetur. Nam tunc si interuenerit stipulatio, aget certi condictione ex stipulatione: cęterum, si velit agere contra possessorem hęreditatis pro alijs creditoribus,debebit agere actione ex stipulatu.Nā quotiescunq; qs stipulaī aliquid dari tertio, quantū ad ipsū stipulatorē,talis stipulatio continet facere. Iste est text. singularis in l.liber homo.§.decem.ff.de uerb.obl.agetur ergo hoc casu actione ex stipulatu.¶In eadem gl.ibi l.rebus.Ista q̄stio trāsit sine scrupulo:qa cū in traditione rerum hæreditariarum fuerit appositum pactum,ꝙ ille, cui fiebat traditio,deberet soluere ipsi tradenti,& cæteris aliis creditoribus,tale pactum est uestitum rei inter uētu.Et ideo pōt agi actione præscriptis uerbis.l.rebus
5 hic in gl.all.¶Sed dubitatur†an hoc casu poterit agi ex sñia.Declaro uobis titulum quæstionis: ego agebam cōtra te ad hæreditatem,seu bona hæreditaria, ego reportaui sententiam contra te: tu uirtute sententiæ restituisti mihi illa bona,ego postea tradidi tibi illa hoc pacto ꝙ tu deberes mihi,& cæteris creditoribus satisfacere, si tu non satisfacias, indubitanter potero agere contra te actione præscriptis uerbis, ut uult ista gl.¶Sed quæro, an hoc casu potero agere ex sententia. Concludite quòd non : quia per restitutionem mihi factam auctori-

toritate sentētiæ tu fuisti liberatus ab illa sententia. Ista est glo. ordinaria communiter approbata in l. Pomponius.§.sed & is.ff.de procura.Et ita uult Bart. in l. Claudius fęlix.ff.qui potio.in pignor.habe.& omnes Doctores hoc uolunt in l.permisceri.§.species.ff.de acquir.possessio. & hanc opinionem audacter sequamini, licèt Bald. hic tenuerit contrarium, per l. sed si possessori, in princip. ff.de iureiurand.sed illi, l. respondebitis, quòd ibi nunquam auctoritate sententiæ sui iuramenti fuit deuentū ad aliquam executionē:quia reus possessor est ille,qui iurauerat se esse dominū.¶ In eadē glo.ibi aget ex sententia,sentit ista glo.ꝙ hoc casu, quia victor non tradidit,sed dimisit rem apud cōdemnatum cum pacto, de quo hic, non poterit hoc casu agi ex pacto, quia est nudum,sed ageť ex sententia:sed hanc gloss.intelligatis procedere,quando remissio,seu relaxatio fuit facta per verba negatiua,puta,quia dictum est,non petam à te hęreditatem.Nam hoc casu victor non pōt perfectè implere,quia si non petit hodie,petet cras,per ea quæ vidistis in l.1.§.eo.sed si remissio,seu relaxatio hæreditatis fuisset facta per verba affirmatiua,puta,per modū liberationis,seu acceptilationis: quia tunc victor diceretur impleſſe ex parte sua,bene poterit agere actione præscriptis uerbis,nec erit necesse agere ex sentētia,ut uult ista glo.quam ita declarant Bald.Salic.& Raph.Fulgo.¶ In eadem glo.ibi,sibi competētia prius.Bar.Ang. & Raph. Fulg.reprehendunt istam glo.quia actio antiqua est extincta aditione hæreditatis, ut in isto text. ergo non pōt amplius agi ex ea.Sed Petrus de Bellapertica,& Cy.dicunt,quòd si in terminis quęstionis huius glo.remissio seu relaxatio hæreditatis fuisset facta ex causa donationis,uel alio tit. simili:tunc ex ista relaxatione,resultabit tacitū pactū,ꝙ ipse,cui est facta remissio,soluat,& satisfaciat ipsi remittenti,& cæteris creditoribus, per text. ad hoc notabilem in l.hæreditatem.ff.de donatio.iuncta l. 2.C.de pact.inter emp.& vendi.Quod est uerum,quando relaxatio, seu remissio hæreditatis fuisset facta per uerba affirmatiua,ita ꝙ uictor perfectè impleſſet ex parte sua: cæterùm si fuisset facta per uerba negatiua, quæ perfectè adimpleri non possunt:tunc nō posset agi actione præscriptis uerbis,per ea quæ uidistis in l. 1. §. eo. & hunc puto fuisse sensum huius glo. quia non dedit hoc casu remediū actionis præscriptis uerbis, sicut in particula gloss.proximè præcedentis. Sed Ia. But.& Richar. de Saly.defendunt glo.nostram dicentes, ꝙ actio antiqua habetur pro non extincta, ex quo hæreditas non remansit apud ipsum victorem.sed absq; delicto suo remāsit apud reum conuentū: ergo antiqua actione poterit agi.l. 2.§.penul.& fi.ff.de hæredi. uel actione uendita. ¶ Sed hoc temperat Bartol.de Sali. nisi per negligentiā victoris remansisset hæreditas apud condemnatum:quia tunc actio antiqua habetur pro extincta. Paul.de Castr. dicit,quòd ex ista remissione,seu relaxatione hæreditatis non possumus intelligere tacitè actum, quòd soluatur ipsi victori,& cęteris creditoribus, quod probat hoc modo.Non potest dici tacitè actum,ꝙ soluatur, & satisfiat, nisi illis, qui erant creditores tempore relaxationis hæreditatis,l.cum filius,in.§.primo. ff. de legat. secun. sed iste uictor tempore relaxationis hęreditatis nō erat amplius creditor: quia actio sua erat extincta per aditionem, Sed puto tutius esse tenere glo. istam defensatam eo modo,quo supra declaraui. ¶ Sed contra prædicta arguit fortiter Raph.Ful.& non soluit.Dicit enim, ꝙ ex ista relaxatione hæreditatis non resultat tacitū pactū,ꝙ ipse condemnatus debeat satisfacere victori,& cęteris creditoribus:quia talis relaxatio hæreditatis nō tribuit ius super hæreditate ei,cui fuit facta remissio, seu relaxatio,nec parit sibi aliquam actionē contra debitores hæreditarios,l.si pro fundo.§.de trāsactio.ergo similiter iste,cui fuit facta relaxatio,nō debet teneri creditoribus hęreditarijs. ¶ Huic argumento potestis respondere,ꝙ ista relaxatio fuit facta per hæc uerba, remitto tibi talem hæreditatem,seu bona hæreditaria.Nam hoc casu perinde est,ac si dictū fuisset,trado,l.si mulier.ff.de condi.ob cau. Secus esset,si uictor dixisset hæc uerba, remitto tibi litem motā super tali hæreditate.Nam hoc casu procederet,d.l.si pro fundo, & hunc intellectū ad illā,l.dedit singulariter in l.1.§.de bon.mater.¶ Vel potestis dicere,ꝙ rō naturalis,de qua in l.fin naturam.ff.de reg.iur.hoc induxit.¶ In eadē glo.ibi,iure cesso.Omnes Doctores reprehendunt istam glo. quia creditores hæreditarij nullam habēt actionē contra istū, qui possidebat hæreditatem:sed habēt contra uictorem, qui est verus hæres, l. 2. ff. de hære. uel actio. uendi. ¶ Si ergo nullam habet actionē contra possessorē,ergo non pote-
6 rat cedere: † quia nemo dat?quod non habet,l.traditio. ff.de acquiren.re.do.& c. quod autem,extra de iure patro. ¶ Sed Bart.de Sali. defendit glo. dicens, ꝙ posset procedere, quando tempore relaxationis erat dubium de hæreditate,quo casu possessor hæreditatis potest cō ueniri,ut habetur in d.l.controuersia.ff.de transactio.& hoc casu cessio ualebit. ¶ Vel aliter potest procedere ista glo.quando possessor hæreditatis cōtendebat se esse hæredē,licèt iniustè, sine causa, & de facto.Nam hoc casu poterat à creditoribus hęreditariis conueniri,& cō sequenter non poterit allegare cessionem inualidam,& hoc modo Bal.defendit istam glo. ¶ Extra istos casus, quando cessio nō esset facta,oporteret agere,uel ex sententia,uel,si esset facta remissio hęreditatis,ex causa donationis,uel alio simili titu.tunc ex tacito pacto posset agi præscriptis uerbis,l.hęreditatem.ff.de dona. iuncta, l.2.§.de pactis inter empto.& uendit.

ADDITIO.

a ¶ Confecisset inuentarium. Inuentarium quare sic dicatur.Vide per Pet.de Anch. in c.Rainaldus,nu.22. extra de test.Et an inuentarium hæredis prosit fideicōmissario.Vide eundem ibidem,nu.4.

In l. Si pascenda.

SVMMAE.

1 Pactum inter dominum & pastorem de fœtibus pecorum etiā inæqualiter diuidendis valet, & ex eo agi potest.
Et quis erit talis contractus,nu. 2.
3 Pastor custos animalium an excusetur portando pellem animalium mortuorum.

1 SI pascenda. † ¶ Pactum inter dominum, & pastorem de fœtibus pecorum etiam inequaliter
a diuidendis a valet,& tenet, & ex eo agi
2 potest. Hoc dicit ista lex. ¶ † Sed dubitatur,quis contractus erit iste,& qua actione agetur. Cō cludite ex mēte Doct.ꝙ aut cōstat partes contrahere uoluisse societatē,uel ꝙ dominiū pecorum esset cōmunicatum,& tunc erit contractus societatis, & agetur actione pro socio,l.cū duobus.§.si coeunda.ff.pro socio. Aut cō stat dominium pecorum fuisse translatum in istum pastorem,& tunc erit cōtractus innominatus, do, vt facias idest do,scilicet dominium transfero, ut facias, idest mihi tradas partem fętuum, & hoc casu agetur actione præscriptis uerbis, l. si tibi rem. ff. de præscrip. uer. Aut dominus retinuit in totum dominium pecorum penes eum cum pacto, de quo hic, & isto casu Bald.& Paul. de Castr. dicunt,quòd erit contractus innominatus:& ita dicunt velle Cy.hic.Sed contra fortiter facit: quia

quia hoc casu non esset contractus innominatus, do, vt facias: quia dominium non est translatū in pastorē, imò retentū per dnm, ut dixi, & sic esset cōtractus innominatus, facio, ut des.i. trado tibi pecora, ut des mihi partē fętuum, & ex tali contractu innominato nō oritur actio præscripris uerbis, sed actio de dolo.l.naturalis.§.quòd si faciam.ff.de præscr. uerb. Præterea ex isto facto traditionis nihil adesset pastori, saltem donec esset facta diuisio fętuum, imò potius affertur sibi onus, & incōmodū, scilicet pascēdi, & custodiendi pecora. Item ex parte domini non esset factum perfectum implementum, nisi prius facta diuisione fętuum: ergo, cum perfectè non impleuisset, nō posset agere, & tamen iste tex. indistinctè cōcedit actionem domino. Vnde concludite, quòd isto casu, quando dominium pecorum non fuit translatum in pastorem, erit contractus societatis, & agetur actione pro socio, d.§. si coeunda. optimè faciunt no. per Bartol. in l. si merces. §. uis maior.ff.loca.& per eundem Bart. in l. si apes. in §.1.ff.de furtis.& per Bal. in l.1. inf. pro socio. in 2.q.& per eundem Bal. in l.1.inf. de fruct. & lit. expē. & per eundem in l.certi iuris.infr. locat. & est de mente Ang. hic, sed ponamus, quòd ex uerbis inter partes prolatis non possit apparere, an fuerit translatum dominiū in pastorem, uel non. Raphael Fulg. dicit hoc casu recurrendum esse ad actionem pręscrip. uerbis, per l.1. in fine. ff. de præscrip. uer. Sed Bar. de Sal. dicit, quod hoc casu erit contractus societatis, nihil tamen boni allegat, sed Moderni allegant pro ista decisione Bald. in l. 1. in 8. q. j. pro socio. & Bal. in d.§. si in coeunda. in lectura antiqua. Aduertite etiam, quia si pecora fuissent data æstimata, ex hoc intelligeretur cōmunicatum dominium, periculū esset commune. l. cum duobus.§. damna fatalia. ff. pro socio. Et ita uult Bal. in lectu. antiqua. in d.§. si in coeunda.

3 habetur per eundem in d.l.1.j. de fruct. & lit. exp.† Sed quæro, utrùm caprarius, uel pastor excusetur præsentando domino pellem animalium. Concludite quòd non, nisi probetur casus fortuitus. Ita dicit eleganter Bald. in l. cum ita. in §. species. ff. de leg. 2. optimè facit tex. in l. si quis fundum. §. Imperator, cum sequenti. ff. locati.

ADDITIO.

a ¶Inæqualiter diuidendis. Adde, quòd pactum fieri potest, quòd damnum, & periculum capitale sit cōmune. Vide latè de istis pactis per do. Ambrosi. de Vignate in suo solemni trac. de usur. super c. salubriter. nu. 175.

In l. Cum posteaquam.

SVMMAE.

1 Verba, promitto tibi non mouere cōtrouersiam, important idē, ac si fuisset factum pactum de non petendo.

2 Dolus dans causam contractui liberatorio reddit eum nullū ipso iure. & nu. 4.

3 Actio, quæ oritur ex sententia, est stricti iuris.

4 Dolus quando dicatur dare causam contractui, uel incidere in contractum.

CVm posteaquam. ¶ Dolus dans causam pacto liberatorio nō reddit pactum nullum. Hoc dicit. ¶Not. 1. ex isto tex. hic

1 bene probari, † quòd ista uerba, promitto tibi non mouere controuersiam, idem important, ac si fuisset factum pactum de non petendo. Ego addo, quòd ista uerba, promitto non mouere controuersiā de tali re, intelliguntur, quòd non mouebo tibi controuersiam, neque extra iudicium. Ista est gloss. nunquam tradenda obliuioni in l. Lucius. §. tres hæredes. in uersi. controuersiam mouerit. ff. ad Trebel. & dicit Bar. in l. amplius non petit. ff. rem ratam hab. quòd ista uerba important exceptionem, quæ habent impedire litis ingressum, & effectus similium uerborum, uidete ibi per eum. ¶No. ulte-

2 rius ex isto text. † quòd dolus dans causam pacto liberatorio non reddit illud actum ipso iure nullum: imò uenit annullandum ope exceptionis, uel replicationis. Sed hoc debet intelligi, quando dolus fuit adhibitus super interpositione pacti liberatorij in contractu stricti iuris, sicut erat in l. nostra: quia fuerat interpositū super

3 actione iudicati, † quæ oritur ex sententia. & ista actio est stricti iuris: quia non numeratur. in §. actionum. Insti. de actio. sed si dolus fuisset adhibitus in pacto liberatorio interposito super actione bonæ fidei: tunc redderet

4 pactum ipso iure nullum: † quia sicut dolus dans causā contractui bonæ fidei reddit contractum ipso iure nullum. l. elegāter. in prin. ff. de dolo. Ita, quando dolus dat causam distractui bonæ fidei. l. de tutela, & ibi plenius uidebitis. inf. de in integ. resti. min. & si uultis scire, quando dolus dicatur dare causam contractui, uel incidere in contractu. Videte duas gloss. nota. quarum una est in l. item pretio. in §. 1. in uerb. circunscribere, ad finem illius gloss. ff. loca. alia est in l. dolus. infr. de rescinden. uenditio.

In l. Legem quam.

SVMMAE.

1 Verba apposita in lege ciuili intelliguntur iure actionis. Lex quando præcipit aliquid seruari, tunc producit actionem.

2 Pactum nudum de iure canonico parit actionem, & est potēs ad agendum. Non tamen de iure ciuili. nu. 3.

4 Pactum uestitur cohærentia traditionis. Limita ut ibi.

5 Pactum an uestiatur cohærentia traditionis, quando habita relatione traditionis ad ipsum pactum non potest resultare contractus innominatus.

6 Matrimonium est causa finalis dandi dotem inter uirum, & uxorem.

LEgem quam. ¶ Pactum appositum in traditionē dotis uestitur cohęrentia traditionis, & actionē producit. h. d. in summa. ¶No.

1 primò ex isto tex. ibi seruari oportet, † quod ista uerba apposita in l. ciuili intelliguntur scilicet iure actionis. Habetis simile, quotiescunque lex præcipit aliquid seruari, tunc producit actionem. text. est notabilis in l. statuas. ff. de acquir. rerum dom. Et ideo fuit dubitatum: quia tex. in c. 1. extra de pactis. dicit pax fiat, pactaque custodiantur, an illa uerba prosint ad agendū,

2 † ita quòd de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio:

3 communis opinio tenet quòd sic. ¶ † No. 3. quòd pactū nudum non est potens ad agendum, concordat. l. iurisgētium. §. igitur nuda. ff. eo. ¶Not. 4. & ultimò hic bene

4 probari. † quòd pactum uestitur a cohærentia traditio-

a nis. ¶ Sed hoc debet limitari, nisi traditio fiat ex necessitate. Nam tunc pactum appositum iuxta illam traditionem non uestitur cohærentia traditionis. Ista est gl. ordi. in l. in traditionibus. ff. eo. tit. Sed illa gl. debet limitari, qn̄ traditio erat necessaria tpe appositiōis pacti: secus si tpe appositionis pacti erat uoluntaria: & deinde facta est necessaria. Nā tunc bene uestit pactū: accipe exēplū. Ego uendo tibi librū pretio decē pacto incontinenti apposito, ut uadas pro me Romam. Nam implementum huius pacti de eundo Romam non est uendere, sed tradere rem ipsam uenditam. Ita uult Bar. in l. petens. inf. eo.

& in l.lecta.ff.si cer.peta. unde si ego postea tradam tibi librum, illa traditio, quantuncunque fiat de necessitate; tamen uestiet pactum de eundo Romam. Aduertite tñ, quia istud uestimentum non dr propriè fieri cohęrentia traditionis: quia iuxta ipsam traditionẽ nõ fuit appositũ pactũ de eũdo Romã, sed fuit appositũ retro ex interual lo iuxta ipsam uenditionem: erit ergo hoc casu uestimẽ
5 tum rei interuentu. Vnde fuit dubitatum,† nunquid pactum uestiatur cohærentia traditionis, quando habita relatione traditionis ad ipsum pactum non potest resultare cõtractus innominatus. In qua dubitatione Bar. & Ang. in l. in traditionibus. dicunt, quòd non, dicentes ita demum pactum uestiri hoc casu, quando habita relatione traditionis ad ipsum pactum potest resulta re contractus innominatus, & ita uoluit etiam Cy. in l. si tibi. & per illam.l.inf.loca. Sed ambo Saly. & Ang. in l. iurisgentium.§.quinimò.ff.eo.dicunt, quòd pactum uestitur cohærentia traditionis, licèt habita relatione tradi tionis ad ipsum pactum non possit resultare contractus innominatus, & adducunt istum tex. nam iste extraneus dedit dotem pro alumna apposito pacto, quòd soluto matrimonio dos restitueretur ipsi danti: nam causa fina lis dandi dotem non fuit pactum, quòd restitueretur, sed causa finalis fuit matrimonium, sine quo dos consistere non potest.l.fi.inf.de donat.ante nupt. & l. 3. ff.de iur. dot. sed causa impulsiua fuit, ut restitueretur ipsa
6 dos. Et nos habemus, † quòd contractus innominatus resultat solùm ex causa finali, & non ex impulsiua. Ita eleganter dicit Bar.in l.2.§.fi.ff.de dona. hic ergo habita relatione traditionis dotis ad pactum, non poterat re sultare contractus innominatus; & tamen hic uidetis, ꝙ pactum uestitur cohærentia traditionis. Sed disputationis gratia, si uelimus sustinere Bar. possemus respondere ad istum tex. quòd hic causa finalis dandi dotem fuit pactum, ut soluto matrimonio restitueretur: quia iste ex traneus sine tali pacto dotem non dedisset: matrimoniũ
7 ergo in casu l. nostræ fuit causa impulsiua. † Nam licèt inter uirum, & uxorem causa finalis dandi dotem sit ma trimonium, ut loquitur l.3.cum concordantibus.ff.de iu re dot. Tamen inter istum extraneum dantem dotem, & maritum recipientem causa finalis dandi dotem fuit pa ctum, quòd dos restitueretur ipsi danti; ergo bene resul tabat hic contractus innominatus, & sic iste tex. non uidetur facere contra Bar. Do uobis simile. Ego dono Titio propter benemerita sua decem cum pacto, ut uadat pro me Romam: certè causa finalis dandi decem fuit ip sum pactum, quinimò in una dispositione possunt resultare duæ causæ, & utraque erit finalis diuersis respectibus. Ita eleganter tradit Bar. in d.l.2. §. fi.ff.de dona.

ADDITIO.

a ¶Pactum uestitur. Pactum quot uestimentis uestiatur. Vide per Petr.de Anch.in c.1.nu.6.ext.de pac. Et unde di catur. Idem in c.pactum.nu.1.ext.de uerb. sig.

In l.Ex conuentione.

SVMMAE.

1 *Pactum uestitur cohærentia traditionis.*
2 *Fundus obligatus, & oneratus, quando datur in dotem, intelligitur dari cum suis obligationibus, & oneribus.*
3 *Actio desinit, quando desinit interesse.*
4 *Exceptio, tua non interest, repellit à limine iudicij.*
5 *Fundus quando datur in dotem æstimatus, talis æstimatio facit emptionem, limita ut nu.6.*
6 *Res non dicitur uendita, quæ excedit, uel decedit pretium.*

EX conuentione. ¶ Ex pacto apposito iuxta contractum nõ agitur, si desinit interesse competere. Hoc dicit. ¶Not. primò ex
1 isto tex. hic bene probari, quòd † pactum uestitur cohærentia traditionis, quamuis non possit resultare contractus innominatus. & iste tex. uidetur confundere opi.Bar. recitatam in l.prece. Nam in casu.l.nostræ ista traditio fundi fiebat ad utilitatem mariti, & pactum de soluendo usuras creditoribus erat etiam ad fauorem mariti: ergo non poterat hic resultare cõtractus innominatus. Sed saluando Bar. potestis dicere, quòd istud pactũ ideo producit actionẽ marito uiuenti, quatenus sua interest: quia erat stipulatione uallatum, ut probat litera. & à contrario uult, quòd si pactum nõ fuisset stipulatione uallatum, non produxisset actionem marito, & ita intelligendo probat multum bene opi.Bar. scilicet quòd pactum non uestitur cohęrentia traditionis, nisi resultet contractus innominatus. Et hanc sententiã comprobo ex fine huius. l. Nam hic in fine fundus fuit datus æstimatus in dotem, & tunc pactum uestitur cohærentia uẽditionis resultantis ab æstimatione fundi. quasi uelit ista litera, quòd solus contractus dotis, seu sola traditio ex causa dotis non erat potens ad uestiendum pactum, de quo hic: quia non poterat resultare contra-
2 ctus innominatus. & no. istã subtilitatem. ¶No. scđò, † ꝙ qñ fundus obligatus, & oneratus datr in dotẽ, intelligitr dari cũ suis obligationibus, & oneribus circa id, qđ dicit notabiliter. Bal. in fine commenti, quòd quędam sunt obligationes, quæ quotidie habẽt causam nascendi successiuam, ut sunt tributa, datia, & collectæ, & ad ista onera tenetur maritus, quatenus possessio est apud eum. l. neque stipendium. & ibi Bartol.ff.de impen. quędam uerò sunt obligationes contractæ ex facto ipsius uxoris, & istas obligatiões tenetur uxor tollere, & liberare res dotales, ita quòd nõ possunt euinci à marito. l.pater. & l.
3 si cum uenditor.ff.de euictio. ¶No. subsequenter, † quòd actio desinit, quando desinit interesse. De qua materia plenè tangitur in l.qui autem. in §.1.ff.si quis caut. ¶No. quòd quemadmodum ab initio non potest quis alteri stipulari, uel pacisci, nisi quod sua interest. l. stipulatio ista. §.alteri. ff.de uer.obli. ita, si tempore stipulationis, uel pacti sua intererat, tandiu durabit actio, quandiu
4 durabit interesse, & nõ ultra. tex. est hic no. ¶No. † quòd
a ista exceptio, tua nõ interest[a], repellit à limine iudicii. de quo per Canon. in c.super his. extra de accu. & per Legistas, maximè Ang. i l.posthumus.§. si qs ex iis.ff.de inof. te. & per Bar. in l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego. gest.
5 ¶No. † quòd quando fundus datur in dotem æstimatus, talis æstimatio facit emptionem etiam in dubio. Ita firmat glo.no. in l.si inter uirum.inf. de iu.do. de quo in l. si æstimatis.ff.sol.ma. Sed hoc recipit duas limitationes. quarum prima est, ut notabile procedat, quando æsti-
6 matio fit pro pretio æquiualenti: † secus si fieret pro
b multò maiori, uel multò minori[b]. Ita dicunt hic notab. Bal. & Sali. per no. per glo. in l.1.§.quod autem. ff. de su perfi. Secunda limitatio est, quando æstimatio fit tempore, quo traditur fundus in dotem: secus si fieret ex interuallo: quia prima actio non intelligeretur nouata. l.fi.inf.de noua. Sed quæro. quæ fuit ratio primi respon si huius legis dicite, ꝙratio fuit: quia in prima parte fundus fuit traditus in dotem inæstimatus. unde soluto ma trimonio per mortem mariti superstite uxore, ipsemet fundus debet restitui ipsi uxori, unde post talem restitutionem nihil interest hæredum mariti, quòd istud pactũ seruetur. s. quòd mulier soluat usuras creditoribus: quia cum fundus ipse non remaneat apud hæredes mariti, nihil interest hæredum mariti, quòd ipse fundus liberetur à creditoribus: quia creditores habebunt experiri contra

tra mulierem, cum reſtitutus eſt fundus. Non eſt ergo mirum, ſi hæredes ex pacto inito cum marito defuncto non poſſunt agere contra mulierem ad obſeruantiam pacti. Sed in ſecundo reſponſo.l.noſtræ,fundus fuit datus æſtimatus in dotem,quo caſu hæredes mariti,ſoluto matrimonio,non deberẽt reſtituere fundum uxori, ſed æſtimationẽ:qa ergo fundus remanet apud hæredes mariti,intereſt ipſorũ ipsũ fundũ liberari à creditoribus,& ideo poſſunt agere cõtra mulierẽ ad obſeruantiã pacti. nunc habetis medullã huius legis.¶In glo.fi.ibi,ſed ius ſingulare.Hanc primam ſolu.ſequitur Raph.Fulg. dicẽs quòd in tributis non ualet pactum inter uirum,& uxorem, quòd ipſa uxor pro fundo dotali debeat ſoluere tributa fiſco,mihi non placet:quia eſt contra tex.in l.inter debitorẽ.& in l.epiſtola.§.2.ff.eo.de pac.in fin.Iſta. 3.ſol.non eſt bona,ſecundùm Doct.quia tam.in l.cõtraria, quàm hic tractatur,utrũ pars poſsit agere ad obſeruantiam pacti contra promiſſorem.Vnde Doct. communiter ſequũtur ſolutionem,quam dedit gl. in contrario. in 3. ſol.dum dicit,ꝙ in l.noſtra fuit fundus traditus in dotem æſtimatus tali æſtimatione,quę faciebat emptionem,quod in dubio præſumitur, ut dixi in tex. unde in l.noſtra non erat reſtituendus fundus uxori,ſed æſtimatio, ſed in l.contraria non fuit facta æſtimatio eo animo, quòd tranſiret in uenditionem, ſed fuit facta ad finẽ, ut ſciretur quantum nomine tributorũ ſolui deberet fiſco.& ideo,ſoluto matrimonio,fundus erat reſtituẽdus uxori,non autem æſtimatio.

ADDITIONES.

a ¶Exceptio,tua non intereſt. Adde,quando ſit opponenda.Pet.de Anch.in c. ſuper his.nu.19. ext. de exceptio. Et quando ſit probanda.ibi.nu.20. Et quis eam debeat probare.ibid.nu.21.

b Vel minori.Not.quòd illa res non dicitur uendita,quæ excedit,uel decedit pretium,ut ff.de legat. 3. l.non dubium.§.fin.

In l. pacta nouiſsima.

SVMMAE.

1 Pactum ultimum derogat primo,& eſt ſeruandum.

2 Pacta,quæ fiunt in iudicio,habent maiorem uigorem, & firmitatem,quàm pacta,quæ fiunt extra iudicium, & faciliùs poſſunt probari.

3 Actor non debet replicare de pacto facto in iudicio.

4 Notoria dicuntur iudici, ut iudici,ea, quæ conſtant ex actis.

5 Pactum factum in iudicio ueſtitur calore iudicij, & producit actionem.

6 Confeſsio facta in iudicio etiam ſine cauſa ualet, & tenet.

7 Actus quando fit in iudicio,præſumitur omnis dolus, & metus abeſſe.

8 Venditio quando fit cum interpoſitione decreti iudicis,non poteſt poſtea uenditor petere reſcindi illam uenditionem, tanquam factã minus dimidia iuſti pretij, & an ceſſet tunc reſtitutio.

9 Teſtamentum, & donatio cauſa mortis ſi fiant in iudicio coram iudice,ualent etiam cum duobus teſtibus.

10 Pacta ultima derogant prioribus.

11 Verba,promitto me non uti tali exceptione, quid operentur.

12 Renunciatio,quæ fit per iſta uerba,promitto me non uti, eſt fortior,quàm ſi fieret per uerbum,renuncio.

13 Verba derogatoria appoſita in primo contractu uitiant actũ poſtea ſubſecutum.

Proteſtatio ubi,& quando nihil operetur. & an tollatur actu contrario.

14 Corrigere ſe incontinenti nemo præſumitur.

15 Proteſtans quòd per actum,quem facit,non intendit adire hæreditatem,actu facto an dicatur adiuiſſe.

16 Verba proteſtatoria ſimplicia trahuntur ad actum ex interuallo poſtea ſubſecutum. & nu.18.

17 Teſtamentum non poteſt fieri ex interuallo,ſed unico contextu fieri debet.

19 Contractus uenditionis qualiter probetur eſſe ſimulatus.

20 Actus facti eſt fortior,quàm actus uerbi.

Proteſtatio, ut operetur aliquid, an debeat eſſe acceptata per aduerſarium.

21 Fideiuſſor,qui ad iudicem ſine creditore iuit,& dixit ei,quòd fideiuberet pro tali,ſed tamen non intendebat, quòd fideiuſſione obligaretur,an poſtea obligetur.

22 Literis ſigillatis an credatur.

23 Ballæ mercatorum cognoſcuntur ad ſignum.

1 PActa nouiſsima. ¶† Vltimũ pactum de
petendo derogat primo pacto de nõ pe-
tendo. & ultimum pactum eſt ſeruandũ,
2 h.d.¶No.primò ex iſto tex.†quòd pacta,
quæ fiunt in iudicio,habent maiorem uigorem,& firmi
tatem,quàm pacta, quæ fiunt extra iudicium. Nam pa-
cta, quæ fiunt in iudicio,faciliùs poſſunt probari. Ita te-
3 net hic glo.in uer.maximè.Ego addo,† quòd de iſto pa
cto facto in iudicio nõ habebit actor replicare : quia de
eo conſtat iudici,ut iudici.Vnde etiam ſi nõ opponatur,
iudex poteſt ſupplere,per no.per glo.in l. 1. infr. qui &
aduer.quos. Ad hoc adduco uobis notabilem doctrinã
Bartol.in l.eum qui ita.ff. de uer. obl. & in l. lecta. ff. ſi
cer.peta.ubi dicit, quòd quando ex inſtrumento debiti
producto per actorem apparet de exceptione competẽ
te reo,etiam ſi reus non opponat de illa exceptione, iu-
4 dex ſupplebit: † quia ea,quæ conſtant ex actis,dicuntur
notoria iudici,ut iudici. Ita notat Inno. in c. ex inſinua-
tione.extra de appel. Item calor iudicij operatur,ut fin-
gamus ſtipulationem,quantuncũque non interceſserit.
5 tex.ſing.in l.cum oſtendimus.§.fi. ff. de fideiuſ. tut. † Itẽ
pactum factum in iudicio ueſtitur calore iudicij, & pro
ducit actionem. glo.ordi. in Auth. generaliter. in uer.
6 conſcribant.ſup.de epi.& cle.¶† Confeſsio facta in iu-
a dicio, etiam ſine cauſa ualet.& tenet.Glo.eſt no.in l. 1.
ff.de inter.act.Et tñ ſecus eſt in cõfeſsione facta extra iu
dicium.l.cum de indebito.§.fi.ff.de proba.Item dicit hic
7 Bal.† quòd,quando aliquis actus fit in iudicio,præſumi-
tur omnis dolus,& metus abeſſe,per l. 1.inf.de præd.cu.
8 li.10.& ibi dicit ſingulariter Barto.† quòd, quando uen
ditio fit cum interpoſitione decreti iudicis, non poteſt
poſtea uenditor petere reſcindi illam uenditionem tan
quam factam minus dimidia iuſti pretij. & hoc ſequitur
Ang.in d. l.1.de præd.cur.Ego multotiens conſului cõ
trarium,& dixi,quòd illud decretum bene facit præſu-
mi uenditionem fuiſſe factam iuſto pretio, & quòd non
interuenerit læſio,ſed tamen, ſi uenditor uelit probare
ſe fuiſſe deceptum ultra dimidiam iuſti pretij, debebit
audiri,non obſtante decreto iudicis.& ad hoc allegabã
Bal.in repetitione.l.2.inf.de reſc.uend.& Io. de Imo. in
l.pretia rerum,ff.ad le.Fal.& dominum Panor. in c.cum
cauſam.extra de emp.& uen.Addit Bald.alium effectũ,
9 † quòd teſtamentum,& donatio cauſa mortis, ſi fiant in
iudicio coram iudice, ualebunt etiam cum duobus teſti
bus,per l.omnium.inf.de teſta.Addite alium effectum,
quem ponit Bartol. ſecundùm ſuum intellectum in l. ta
10 le pactum.§.qui prouocauit.ff. eo. ¶No. † quòd ultima
pacta derogant prioribus.Idem eſt in ultima uoluntate.
l.1.§.fi.ff.de adi.leg.Idẽ eſt in interlocutoriis.l.quod iuſ
ſit.ff.de re iud.ſecus in definitiuis.l. 1. inf. quando pro-
11 uo.non eſt ne.Vltimò no.† quòd per hæc uerba, promit-
to non uti tali exceptione, uidetur ipſi exceptioni re-
nunciatum

nunciatum,imò quod plus,eſt fortior renunciatio, quæ
fit per iſta uerba,promitto non uti,q̃ ſi fieret p̱ iſtud uer
bum,renũcio .Ita uidiſtis no.per gl.mag.l.1.§.eo.facit l.
ſi uteris.& in l.ſi aduerſarius.inf.de fi.inſtr.¶In gl.1.ibi,
12 ſi mihi & tibi.§.fi.Iſta gl.ẽ ualde no.ex qua colligitis,† ꝙ
ſicut in ultimis uoluntatibus,ita & in cõtractibus uerba
derogatoria appoſita in prima diſpoſitione uitiant actũ
poſtea ſubſecutum:optimè facit tex.in l.4.§.ſi ab ignoto
ff.de manu.& l.ſi tibi liberum.cum ibi no.per Bartol. ff.
de act.emp.Sed contra iſtam theoricam fortiter opponi
tur de l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca.cuius.§.
uerba formalia ſunt hæc.Locator horrei propoſitum ha
buit ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo
periculo,deinde cum ſciret has res,inferri paſſus eſt: eũ
futurum tibi obligatum dixi perinde, ac ſi propoſitum
13 fuerit remiſſum.Solu.dicunt Ia. Bu. & Bart. † ꝙ aut uer-
ba derogatoria, ſeu proteſtatoria reſpiciunt expreſsè tẽ
pus futurum,&tunc habent uitiare actum in contrarium
ſubſecutũ,ẽt ex interuallo.& ita intelligatur iſta gl. Aut
uerba proteſtatoria, ſeu derogatoria non concernũt tp̃s
futurũ, ſed ſunt ſimplicia, & tunc ſi actus in cõtrariũ in-
cõtinẽti gerat̃,ille actus nihil ualebit:q̱a p̱p̱ ꝓteſtationẽ
14 p̃cedentẽ p̃ſumitur abeſſe uoluntas:† cũ nemo p̃ſumatur
ſeip̃m incõtinẽti corrigere.l.nõ ab ea.ff.de cõd.& dem.
Aut actus gerit̃ ex interuallo poſt proteſtationem con-
trariam præcedentem,& tunc uerba derogatoria præce
dentia non trahuntur ad illum actum contrariũ ex inter
uallo ſubſecutũ.& ita intelligitur dictus.§. locator hor-
rei.Vel ſecundùm unum intellectum ad illum. §.ſ. quòd
ibi uerba derogatoria erant ſimplicia, non autem reſpi-
ciebant expreſsè tempus futurum.Item,quòd actus con
trarius ibi fuit ſubſecutus ex interuallo. & ita tranſit
etiam Anton.de Butr.in cap.cum M. Ferrarienſis. extra
de conſti.Sed Bartol. hic intelligit hoc ultimum proce-
dere, quando actus dependet à uoluntate duorum;cæ-
terũ ſi dependeat à ſola uoluntate proteſtãtis:tũc prote
ſtatio ſimplex quandocunque non concernat tempus
futurum, tamen uitiabit actum contrarium ex interual-
lo,ſubſecutum.alleg.l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acqu.
hær.l.ſi mihi & tibi.§.fin. de le. 1. & pauci aduertunt ad
iſtud dictum.ſed ipſemet Bar.in l. nõ ſolùm. §.morte.ff.
de ope.no.nunc.determinat totum contrarium in mate-
15 ria proteſtationis declaratoriæ uolũtatis dicẽs,† quòd,
ſi ego proteſtor, quòd non intendo adire hęreditatem,
debet intelligi.ſ.per actum,quem modò facio,ſed ſi illũ
actum facerem ex interuallo, illa proteſtatio præcedẽs
non traheretur ad illum actum ſubſecutum ex interual
lo.Et iſta opin.eſt uerior de iure: quia quantùm ad pro-
poſitum attinet,non eſt dare bonam rationem diuerſita
tis,an actus dependeat à uoluntate proteſtantis.Sed cõ-
tra prædicta inſurgunt Bald. & Sali. per l.ſi ita ſcriptum
16 ſit.ff.de le.1. † ubi uerba proteſtatoria ſimplicia trahun
tur ad actum ex interuallo poſtea ſubſecutum.Sed Io.de
Imo.in d.§.morte.reſpondet,quòd ibi actus fuis geſtus
17 in eodem teſtamento.quod † quidem teſtamentum non
poteſt finiri ex interuallo, cum unico contextu debeat
fieri,l.cum antiquitas.inf de teſta. Sed adhuc opponitur
de l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de lega.3.ubi tex.dicit,
18 quòd † uerba ꝓteſtatoria, ſeu derogatoria trahuntur ad
actum poſtea ex interuallo ſubſecutum. Sed reſponde-
bitis,quòd ibi uerba derogatoria reſpiciebant expreſsè
tempus futurum, ¶Prædicta inferuntur ad practicam.
19 † Nam ſi uolo probare contractum uẽditionis eſſe ſimu
latum,& probo, quòd emptor,& uenditor dixerunt, ꝙ
non intendebant facere contractum uenditionis,ſed cõ
tractum pignoris,ſi incontinenti poſt illam proteſtatio
nem facta eſt uenditio, erit ſimulata,ſed ſi probo uerba
reſpicientia tempus futurum, puta,quia emptor,& uen-
ditor dixerunt,quòd ſi unquam contingat eos facere uẽ
ditionem de tali re,quòd nolunt.quòd ſit uenditio, ſed
pignus, quantuncunque ille contractus uenditionis ſit
factus ex interuallo poſt proteſtationem; tamen erit
probata ſimulatio.Pe.de Bellaper.& Cy. dant alium in-
tel.ad §. locator horrei.& dicunt, quòd ibi proteſtatio
fuit in mẽte retenta.unde nimirũ,ſi nihil operatur.l.ſi re
petendi.inf.de condi.ob cau.¶Bal. hic dat alium intel-
lectum ad illum tex.dicens,quòd ibi poſt proteſtationẽ
20 ſecutus eſt actus facti.† qui eſt fortior, quã actus uerbi
c.cauete.22.q.5.ſed Io.de Imo.in d.§.morte.damnat iſtã
ſol.quia ſi proteſtatio præcedens facit ceſſare uolunta-
tem in actu ſubſecuto.non refert,an ſequatur actus uer-
bi,uel facti: quia non debet ille actus operari ultra intẽ
tionem proteſtantis.l.non omnis.ff.ſi cer.pet.¶Barto.in
d.§.morte.dat alium intellectum ad.d.§.locator horrei.
dicens, quòd ibi aduerſarius non conſenſerat proteſta-
tioni. unde non eſt mirum,ſi per actum contrarium poſt
ea ſubſecutum ex interuallo uideatur receſſum à prote
ſtatione non acceptata per aduerſarium, & cum iſto in-
tellectu tranſit Imo.in d.§. morte.¶Et ex his infertur ad
21 quęſtionem quotidianam.Ego † eram accuſatus de quo
dam maleficio,pro quo ueniebat imponenda magna pę
na pecuniaria,uolebat me carcerare iudex,niſi fideiube
rem.ego requiſiui quendam ſocium meum,qui oſtende-
bat ſe eſſe amicum meum,ſed erat amicus uerbis, & non
factis,& rogaui eum,ut uellet fideiubere pro me.Ipſe di
xit,quòd erat contentus,ſed antequam fideiuberet, iuit
ad iudicem,& dixit ſibi. Domine iudex ego ſum requiſi
tus,ut fideiuberem pro tali, & non fui auſus ſibi dicere
contrarium,ſed ego proteſtor coram uobis,quòd ſi con
tingat me fideiubere pro illo, ego nolo obligari quo-
uis modo: nunquid, ſi poſtea fideiubeat, teneatur.
Angel. in l. mora. ff. de uſu. determinat, quòd in quæ-
ſtione facti fuit deciſum,quòd non, per egregium & ua
lentiſsimum Doctorem. Alij diſtingunt,an iudex con-
ſenſerit proteſtationi,uel non,ut primo caſu non tenea
tur,ſecundo ſic.De qua quæſtione uidete per Bar. & cæ
teros in d.§.morte.& per alios Doc.hic.& per Cano.in
c.cauſam matrimonij.ext.de offic.deleg.¶In glo.ſuper
22 uer.maximè in fi.†De hac materia,an credatur literis ſi-
gillatis,uidete per Ioan.And.in addi.Spe.in ti.de inſtr.
edi.§.nunc dicendum.in addi.magna. per eundem Ioa.
And.& per alios in c.2. extra de fide inſtr. per Bar.in l.
ſi procuratorem.ff.de procu.per eundem in l.1.§.ſi quis
neget.ff.quemadmo.teſt.ape.& per eundẽ in l.ſi publica
nus.§.1.ff.de publi.& per Bal.hic, & per eundem Bald.
in l.1.ad fi.inf.de procur. per eundem in commento pa
cis Conſtantiæ.in uer.ſigillo muniri.& dicit Bald.in Au
23 then.dos data. in lectura magna.inf.de dona. ante nupt.
b quòd † ad ſignum [b] cognoſcuntur ballæ mercatorum.

ADDITIONES.

a ¶Confeſsio facta in iudicio. Adde,quòd confeſsio in
una cauſa præiudicat in alia.glo.in l.& quia.§. fi. in uer.
præiudicet.ff.de interrog.act.& Iac. in l.magiſtratibus.
ff.de iuriſdi.omn.iud.Et ſemel factam per me in uno iu
dicio poſſum negare in alio.glo.in Auth. item ſi poſſeſ
ſor.inf.qui pot.in pig.hab. Et confeſsio non requirit te
lam iudicij.Innoc.in c.qualiter,& quando. ext.de accu.
Panor.& Pet.de Anch.in c.at ſi clerici.ext. de iudi. Iac.
in l.ſi debitori.ff.de iud.& ibi dicit, quòd confeſsio fa-
cta per reum ſuper libello inepto procedit, & eſt uali-
da.Et quòd confeſsio clerici facta coram iudice ſæcula
ri non ualet.Idem Iac.alle.l.magiſtratibus. & ibi,quòd
confeſsio extraiudicialis eſt ſufficiens ad torturam. &
adde glo.& Bar.in l.capite quinto. ff. de adult. Et adde,
quòd ubi reus fatetur ſe debere, non eſt opus iudicio.
l.ſi reus paratus.ff.de procur. Et ubi habemus confeſsio
nem, non curamus de ineptitudine libelli, nec de ordi-

ne iudicii.Ita dicit hic Bal.in l.2.quasi in fine c ommenti.inf.de re iud.& Iaco.in d.l.si debitor.

b ¶Quòd ad signum. An in scriptura notarii requiratur signum. Vide Alex.in apostil.in rub.consti.Digesto.& de materia signorum. Vide latè per Ioan. Amad.Tanam in rub.ff.sol.matri.

In l. In bonæ fidei.

S V M M AE.

1 *Pactum incontinenti appositum iuxta contractum prodest ad agendum, sed appositum ex interuallo prodest ad excipiendum.*
2 *Pactum incontinenti appositum iuxta contractum uestitur cohærentia ipsius contractus. Limita ut nu.3.& 5.*
3 *Commodatum contrahitur circa res, quæ realiter traduntur.*
4 *Factum de per se non potest interuenire loco pretij in contractu uenditionis.& nu. 9.*
6 *Pactum non potest informare actionem ueterem.*
7 *Facta omnia sunt incerta.*
8 *Agi debet actione ex stipulatu ad ea, quæ sunt incerta.*
10 *Pacto incontinenti apposito iuxta contractũ producuntur duo effectus.*
11 *Contractus innominatus oritur, uendita domo cum pacto de retrouendendo.*
12 *Actio, præscriptis uerbis, oritur ex pacto immediatè apposito iuxta contractum, ubi non potest resultare contractus innominatus habita relatione pacti ad contractum.*
13 *Ex, dictio denotat causam immediatam.*
14 *Actio, præscriptis uerbis, qualiter oriatur ex pacto.*
15 *Querela inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium. Remedium subsidiarium quãdo concurrat cum alio remedio.*
16 *Actio an nascatur ex pacto.*
17 *Contractus innominati non possunt fieri per se.*
18 *Pœnitentia non habet locum, quando pactum fit in consequentiam contractus nominati, & est de appendicijs ipsius contractus.*
19 *Traditio requiritur ad implementum.*
20 *Pactum dicitur incontinenti appositum, siue antecedat contractum, siue subsequatur.*
21 *Argumentum ab etymologia uocabuli ualet.*
22 *Pactum tendens ad agendum non prodest ad excipiendum.*
23 *Inducta ad unum effectum non debent operari contrarium, limita, ut ibi.*
24 *Pactum si esset factum ad producendum mihi actionem, & tibi exceptionem, si non producat mihi actionem, non etiam producet tibi exceptionem.*

1 IN bonæ fidei ¶ Pactum † incontinenti appositum iuxta contractũ prodest ad agẽdum, sed appositum ex interuallo prodest solùm ad excipiendum.h. d. ¶ No.
2 1.ex isto tex. † quòd pactum incontinenti appositum iuxta contractum uestitur cohærentia ipsius contractus, & duos operatur effectus. primus effectus est, quòd pactum incontinenti appositum informat actionem ueterem descendentem ex principali contractu, ita quòd ipsa uetus actio dabitur ad id, quòd deuenit in pactum. Alius effectus est: quia tale pactum incontinenti appositum parit nouam actionem.s.præscriptis uerbis, ut hic. & in l.2.inf.de pac. inter emp. & uendi. quod intelligatis procedere, quando ipsum pactum dat legem contractui, aliàs autem non uestiretur cohærentia contractus. uerba sunt subtilia Iurisconsulti in l.iurisgentium.§.quinimò.uer.ea enim.ff. eo.de pac.Et ideo Bar.in d.§. quinimò.dicit, quòd si commodo tibi librum cum pacto, ut uadas pro me Romam, tale pactum non uestietur cohærentia contractus: quia nullo modo congruit commoda
3 to. † Nam commodatum contrahitur circa res, quę realiter traduntur.§.item is cui.Insti.quibus mo. re cõtrahi. oblig.unde illud factum, scilicet ire Romam nullo modo potest uenire in contractu commodati: ergo pactum de eundo Romã nõ dat. legẽ cõtractui. Aliqui Mod.clarius loquuntur dicentes, ꝙ si illud, qđ deuenit in pacto, nõ põt uenire in contractu principali: tunc pactum non uestitur cohærentia contractus. Sed Bar. de Saly.in l. petens.inf.eo.in prima positione tenet contrarium, per l.
4 fundi partẽ.ff.de contrah.emp.inducendo hoc mõ.† Nã factum de per se non potest interuenire loco pretii in contractu uenditionis.l.tenere.in §.i.ff.de act.emp.& tamen si factum apponatur iuxta cõtractum uenditionis, pactum, in quo uersatur illud factum, uestietur cohęrentia contractus, & informabit actionem ueterem d.l.fundi partem. Sed defendendo Bar.potestis respondere, ꝙ in casu.d.l.fundi partem. quando maior pars pretii consistit in pecunia, tunc residuum pretij bene potest consistere in faciendo: quia illud factum cẽsetur pars pretij. d.l.fundi partem. secus est in cõtractu commodati: quia factum non potest in ipso contractu uenire, neque principaliter, neque in consequentiam. Addit hic Bal. iuxta prædicta, quòd, quando pactum se non contingit cum contractu, iuxta quẽ apponitur, nunquam illud pactum uestitur cohærentia contractus. per l. si tibi decem.ubi Bar.idem tenet.ff.eo.tit.Et ideo Raph.Ful. in d. l. fundi partem, dicit, quòd, si propter pactũ, de quo ibi, ille fundus non fuisset uenditus uiliori pretio, certè pactum nõ fuisset uestitum, nec informasset actionem ueterem. Angel.tamen in d.§.quinimò.tenet, quòd quamuis pactum se non contingat cum contractu principali; tamen uestietur quantùm ad hoc, ut pariat actionem præscriptis uerbis. Sed eius doctrina non est uera, ut patet per præ-
5 dicta.et ipse Bal.in l. petens.inf.eo.dicit, † ꝙ qñ pactum appositũ incontinenti nõ fit ex eadẽ causa cũ contractu principali, tũc nõ uestit̃ cohærẽtia cõtractus, imò remanet nudũ, tanq̃ nõ habẽs causã subsistẽtẽ. Accipe exẽplũ. Dono tibi decem per stipulationem cum pacto incontinẽti apposito, ꝙ deueniat̃ ad diuisionẽ, uel pmutationẽ: certè causa donatiõis nullo mõ põt adaptari ad diuisionẽ, uel permutationem, & ideo tale pactum non uestitur cohærentia contractus principalis, secus si pactum fiat ex eadem causa, ex qua fuerat factus contractus principalis: quia tunc bene uestitur.& ideo Pau.de Ca. in d. l. petens.damnat exemplum ibi per Bartol. datum ad illã l.dum exemplificat hoc modo, tu promittis mihi decẽ per stipulationem cum pacto incontinenti apposito, ꝙ uadas pro me Romam: nam dicit Paulus, quòd tale pactum non uestietur cohærentia stipulationis: quia fuit interpositũ super re æquè principali, & sic nõ dat.legẽ contractui. Item non apparet, quòd tale pactum fuerit factum ex eadem causa cum contractu principali. Et ideo ipse Pau.dat aliud exemplum. Tu per stipulationem promisisti mihi scribere librum cum pacto incontinenti apposito, quòd tu deberes mihi illum librum miniare, uel ligare, uel corrigere: nam tale pactum bene uestitur cohęrentia stipulationis: quia est de accessoriis ad contractum principalem; & fuit factum ex eadem causa cum contractu principali.& hoc etiam tenuit Raph.Ful. in l.
6 lecta.ff.si cer.pe.¶† Sed circa prædicta dubitatur, quid si pactum respiciat contractum; sed tamen pactum non potest informare actionem ueterem, quia actio uetus non potest dari ad id, quod deuenit in pacto, ut ecce. Ego stipulatus sum à te mihi dari decem cum pacto incontinenti apposito, quòd uadas pro me Romam. Nam ad illa decem competit mihi certi cõdictio ex stipulatione. Insti.de uerb.obli.in prin. Sed ad factum, idest, ut uadas

uadas Romam, non potest dari ista certi condictio,
7 † quia omnia facta sunt incerta. l. ubi autem non appa-
8 ret.§.quid quod in faciendo.ff.de uer.ob.† Vnde ad ea,
quæ sunt incerta, debet agi actione ex stipulatu, non au
tē certi condictione ex stipulatione.ut Insti.de uer.obl.
in prin.Bar.in l.lecta.in ulti.col.ff.si cer.pet. dicit, quòd
hoc casu pactū non informabit actionem ueterem: quia
non est apta informari, nec est apta competere ad id,
quod deuenit in pacto: sed tamen ipsum pactum uesti-
tur cohærentia stipulationis, & dicitur inesse ipsi stipu-
lationi; unde perinde est, ac si utrunque fuisset deductū
in stipulationē, ita quòd ad illa decem dabitur mihi cer
ti condictio ex stipulatione, & ad factum, ut uadas Ro-
mam, dabitur mihi actio ex stipulatu: habebo ergo duas
actiones, et cum ista doctrina transit Ang. in d.§. quini-
mo.¶Sed quidam Moderni reprehendunt dicentes, ꝙ
imò hoc casu ad factum dabitur certi condictio infor-
9 mata à pacto: & dant simile.† In uenditione factū nō po-
a test [a] principaliter uenire loco pretii.l.tenetur.in §.1. ff.
de act.emp.& tamen si simul cum pretio ueniat factum,
ad illud factum poterit agi actione ex uendito infor-
mata à pacto.l.fundi partem. ff. de contrahen. emp. Ita
in proposito, ad illud factum, ut uadas Romam, pote-
rit agi certi condictione informata à pacto. Vos addite
quòd Saly.in l.petens.inf.eo.facit istud motiuum, & re-
spondet, quòd in quæstione nostra factum, scilicet ire
Romam, bene poterat uenire in contractu stipulationis:
quia super ipso facto bene poterat concipi stipulatio, &
ideo pactum bene uestitur cohærentia contractus stipu
lationis, sed tamen actio.s.certi condictio non potest in
formari à pacto: quia in ea actione non poterat uenire
factum. Sed in contrario, scilicet in l. fundi partē. illud
factum principaliter poterat uenire in contractu. Sed
certè in hoc uidetur malè loqui, quia fateor, quòd factū
non potest succedere loco totius pretii uenditionis; sed
quando maior pars pretii est in pecunia, residuum pre-
tii bene potest consistere in facto. & ita loquitur illa l.
fundi partem. unde sequamini audacter opin.Bar.supe-
rius relatam.¶In glo.super uer.actio in fi. Ex hac glos.
10 colligitis, † quòd ex pacto incontinenti apposito iuxta
contractum producuntur duo effectus. Primus est quia
pactum informat ueterem actionem, ita quòd illa uetus
actio datur ad id, quod deuenit in pacto. Secundus ef-
fectus est: quia ipsum pactum parit nouam actionem,
scilicet præscriptis uerbis. Domini ultramontani repre
hendunt istam gl.mouentur: quia nō reperitur iure cau
tum, quòd actio præscriptis uerbis competat, seu oria-
tur, nisi in contractibus innominatis, qui numerantur in
l.naturalis.ff de præscr. uer. ergo non est uerum, quòd
ista actio præscriptis uerbis oriatur ex pacto, nisi quan
do, habita relatione pacti ad contractum, resultat con-
tractus innominatus. Ita intelligitur l.2. hic in glo. alle.
Secundò mouentur: quia si ad id, quod deuenit in pa-
cto, detur actio uetus informata, ut uult ista gloss. certè
nō debet simul competere actio præscriptis uerbis, quæ
est subsidiaria.l.quoties.ff.de præscr.uer. Vbi ergo habi
ta relatione pacti ad contractum resultat contractus in
11 nominatus. † ut ecce ego uendo tibi istam domum cer-
to pretio cum pacto incontinenti apposito, quòd illam
mihi retrouendas, hic resultat contractus innominatus,
habita relatione pacti ad contractum, hoc modo, uēdo,
idest facio, ut reuēdas, & ita ut facias, non est ergo mirū
si oriatur actio præscriptis uerbis. & ita loquitur l.2.inf.
de pac.inter empt.& uen.& l.auia.inf.de iur.dot. Sed si
habita relatione pacti ad contractum non resultaret cō
tractus innominatus, ut est dare exemplum, quando cō
tractus, & pactum sunt pro eodem, tunc ex pacto nō ori
retur actio pręscr.uer. Et ita tenendo facilè esset respon
dere ad d.l.quoties. quia uetus actio informata à pacto
datur ad id, quod deuenit in pacto, tanquā illud sit pars
cōtractus.d.l.fundi partem. & ista uetus actio oritur ex
contractu principali, & informatur à pacto, i.impingua-
tur, & extēditur à pacto, ita quòd competit ad id, quod
deuenit in pacto, sed actio præscriptis uerbis oritur ex
alio fonte. s. quia, habita relatione pacti ad contractum,
resultat cōtractus innominatus. Cum ergo uetus actio,
& actio præscriptis uerbis oriantur ex diuersis fontibus,
non est mirum, si possint concurrere, ut inf.probabo. Se
cus si orirentur ex eodem fonte, quia tunc non possent
concurrere.d.l.quoties. Sed Ia.But.Bartol.& omnes Do
ctores Citramontani confitentur dominos ultramonta-
nos bene dicere, inquantum uolunt, ꝙ ubi pōt resultare
contractus innominatus habita relatione pacti ad con-
tractum, quòd tunc oritur actio præscriptis uerbis, quæ
oritur ex contractu innominato.l.naturalis. Sed addunt
12 Doctores Citramontani, † quòd etiam ubi non potest re
sultare contractus innominatus habita relatione pacti
ad contractum, tamē ex pacto incontinenti apposito iu
xta contractū oritur præscri. uerbis actio, quæ est alia,
& alterius naturæ, quàm sit actio præscriptis uerbis, quę
oritur ex contractibus innominatis, & dicunt non pos-
se resultare contractum innominatum, quando contra-
ctus principalis, & pactum sunt pro eodem. Mihi autem
uisum fuit ad excitandum animos dormientium tenere
opi.dominorum ultramontanorum, quæ maxima ratio-
ne uidetur mihi suffulta. Nā omnes leges quæ loquūtur
de isto pacto incontinenti apposito, & quòd compe-
tat actio præscriptis uerbis, loquuntur, quando habi-
ta relatione pacti ad contractum resultat contractus in-
nominatus, ut patet in l.2.inf.de pac.inter empt.& uen.
& in l.auia.inf.de iu.do.& in l.si uir uxori.ff. de præscr.
uer. Videamus nunc motiua dominorum citramontano
rum. In primis adducunt istum tex.& eum inducunt hoc
13 modo. Nos habemus, † quòd dictio, ex, [b] denotat causā
b immediatam.l.1.§. ex incendio. ff. de incen.rui.& nau.
unde cum iste tex.dicat ex pacto actionem nasci, debe-
mus dicere, quòd actio præscriptis uerbis oritur imme
diatè ex ipso pacto, non autem ex contractu innomina-
to resultante habita relatione pacti ad contractū: quia
ita dicendo actio præscriptis uerbis non oriretur ex pa
cto, sed propter pactum. Sed Raph. Fulgo.ita respondet
ad istum tex.dicens, quòd actio præscriptis uerbis, quæ
competit ex contractu innominato resultāte habita re-
latione pacti ad contractum, dicitur oriri ex pacto ex
eo, ꝗa promissio est hinc inde reciproca: nam ex promis
sione tua oritur mihi actio, non autem ex promissione
mea facta ad tui utilitatem: nam esset absurdum, quòd
ex promissione mea facta ad tui fauorem oriretur mi-
hi actio. Accipe simile, ego uendo tibi librum certo
pretio, certè ex mea uenditione, & ex promissione de
tradendo rem uenditam non oritur mihi actio ex uen-
dito, sed oritur mihi ex promissione tua: quia promisi-
sti mihi soluere pretium. Ita in proposito: ex isto pacto,
quòd uadas pro me Romam, oritur mihi actio ex pro-
missione tua, ut uadas Romam, & sic in omni contractu
14 innominato oritur actio ex una parte. Subdit Fulg. † ꝙ
licèt actio præscriptis uerbis oriatur ex pacto, tamen ori
tur ex diuerso fonte, & ideo concurrit cum ueteri actio
ne informata: nam uetus actio informata oritur ex eo,
quòd pactum censetur pars contractus. d. l. fundi par-
tem: actio uerò præscriptis uerbis oritur considerato pa
cto de per se relato ad principalem contractum, & ideo
non est mirum, si concurrant istę duæ actiones: nam nos
15 uidemus, † quòd actio subsidiaria bene concurrit cum
alia, quando oriuntur ex diuersis fontibus: accipite exē
plum. In querela inofficiosi testamenti, quæ est remediū
subsidiarium.l.fi.inf.de lib.præt.uel exhęr.& tamen con
currit cum bonorum possessione contra tabu. nam si fi-
lius

lius emancipatus in ſuo teſtamento prætereat patrem,
ipſe pater tanquam pater habebit querelam. l. pater fi-
lium.ff.de inof.te.& tanquam manumiſſor habebit bo-
norum poſſeſſionem contra tabulas.l.1.in fi. ff.ſi quis à
pa.fuę.manu.Vel pulchriùs poteſt reſponderi ad iſtum
tex.ſecundùm eundem Fulg.ꝙ dum littera dicit, ex pa-
cto actionem naſci,non loquitur de actione pręſcriptis
uerbis,ſed debet intelligi, ꝙ ex ipſo pacto oritur actio
informata,quæ eſt uetus actio, & iſta actione informa-
ta poteſt agi ad id,quod deuenit in pacto,& iſtam ſuam
opi.probat per l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.eo.ubi tex.
ex pacto interuallo appoſito negat actionem naſci,ne ex
pacto actio naſcatur,à contrario ſenſu uult illa litera,ꝙ
ſi pactum eſſet appoſitum incontinenti iuxta contractũ,
ex ipſo pacto oriretur actio informata, quæ daretur ad
id,quod deuenit in pacto.Sed Pa.de Ca.in d. §. quini-
mò.reprehendit,ꝙ hoc non eſſet informare,ſed nouam
producere actionem,contra tex.in d.§. quinimò. Et ad
illummet tex. dum dicit,ne ex pacto, reſpondet Pau. ꝙ
debet exponi.i.propter pactum. Sed iſta reſponſio non
placet,quia domini Vltramontani eodem modo poſſẽt
reſpondere ad iſtum tex.ſed ſi uultis reſpondere ad mo
tiuum Fulg.dicatis,ꝙ in illo.§. quinimo. uer.ne ex pa-
cto,poteſtis dicere,ꝙ argumentũ à contrario non debet
ibi ſumi,prout accipit Fulg.quia reſultaret abſurditas,
& eſſet contra tex.in d.§.quinimò.Sed debetis recipere
argu.hoc modo,ꝙ ſi pactum eſſet incontinenti appoſitũ
informaret actionem ueterem, non tamen illa actio in-
formata oritur ex illo pacto, imò oritur ex principali
contractu,& informatur à pacto.i.impinguatur,& extẽ-
ditur,ut competat ad id,qnod deuenit in pacto.Secũdò
Doc.citramontani pro opin.adducunt.l.frumenti. ĵ. de
uſu.ubi ſtipulatio,& pactum incontinenti appoſitũ erãt
pro eodem.ſ.pro creditore:ergo non poterat ibi reſul-
16 tare contractus innominatus,†& tñ ille tex. dicit ex pa-
cto actionem naſci. Sed ego reſpondeo ad illum text.
ꝙ licèt dicat actionem naſci ex pacto, tamen non dicit,
ꝙ competat actio præſcriptis uerbis:intelligant ergo,ꝙ
in caſu huius.l.competit actio informata, quæ datur ad
hoc,quod deuenit in pacto.Tertiò Doct.Citramontani
adducunt.l.auia,inf.de iu.do.ſed reſpondeo ad illam.l.
quòd ibi pactum ueſtitur rei traditione,non autem co-
hærẽtia contractus.Pro opi.Doc.Citram. adducũt tex.
mirabilem in l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam.ff.de
cont.em.Nam ibi non interuenerat traditio ex parte uẽ
ditoris, ergo contractus innominatus non erat ꝑfectè
adimpletus.l.naturalis.ff.de præſcr.uer.& tñ ille tex. di
cit,ꝙ actio p̃ſcriptis uerbis oritur ex illo pacto tacitè re
ſultante ex illis uerbis conditionalibus.l.ſi emptor im-
petraret locum à cãpanis. poteſtis hoc argumentũ Sal.
fortificare,& dicere,ꝙ ibi contractus fuit celebratus per
17 dictionem,ſi,& nos habemus,†ꝙ contractus innominati
non poſſunt fieri per ſe, qñ ex implemento nihil adeſt
aduerſario.l.ſi intra.ff.eo.de pact.& l.ſi quis cum debi-
tore,& ibi no.ff.de iureiu.ergo bene patet,ꝙ actio præ-
ſcriptis uerbis ibi non oritur ex contractu innominato
reſultante habita relatione pacti ad contractum, ut uo-
lnnt domini Vltramontani, ſed oritur ex ipſo pacto in-
continenti appoſito.Sed illi,l.poſſetis reſpondere,ꝙ ibi
pactum non ueſtiatur cohęrentia contractus,qđ probo.
Doc.cõiter in l.petẽs, inf.eo.& in l.lecta.ff.ſi cer.pet.di-
cũt,ꝙ qñ principalis cõtractus fit ſub conditione, tunc
non ueſtit pactum appoſitum iuxta ipſum contractum,
& in d.l.labeo ſcribit,fnit contractus celebratus ſub cõ
ditione. Quintò pro iſta opi.adducunt Mod. ſubtile fũ
damentum,& dicunt,ꝙ ſi actio præſcriptis uerbis orire
tur ex contractu innominato reſultante habita relatio-
ne pacti ad contractum,illũ,qui promiſiſſet per pactum
poſſet pœnitere,anteq̃ alius pro parte ſua adimpleuiſ-
ſet contractum. l.ſi pecuniam,in prin.ff.de cõd. ob cau
& tamen non eſt licita pęnitentia.d.§.quinimo,ergo nõ
eſt uera opi.dominorum Vltramontanorum. Sed ĩnde-
18 bitis,†ꝙ qñ pactum fit in conſequentiam contractus no
minati & eſt de appẽdiciis ipſius cõtractus,nunq̃ hẽt ibi
locũ pœnitẽtia.Hic eſt tex.ſing.& ibi Bald.in l.1.inf.de
re.perm.Sextò Bal.cõtra opi.Doc.Vltram.adducit tex.
in l.unica.§.accedit,inf.de rei ux.ac.& l.ex morte, in fi.
inf.de don.ante nup.inducendo hoc modo. Nã ſi extra
neus promittat dotẽ ꝓ muliere cum pacto incontinenti
appoſito,ꝙ ſibi reddatur ſol.mat.ex illa promiſſione ſo
la habita relatione ad pactum non põt reſultare contra
19 ctus innominatus impletus:q̃a†ad implementum req̃rĩt
traditio.l.naturalis.ff.de p̃ſc.uer.actio ergo cõpetens ip
ſi promittenti dotem oritur ex pacto, nõ autẽ oritur ha
bita relatione pacti ad promiſſionẽ. Sed ad iſtud argu-
mentũ poſſetis rñdere,ꝙ iura alleg.per Bal.non aperiũt
ꝙ ex ſola promiſſione ipſe extraneus poſſit agere ſm̃ for
mã pacti.Et oſtẽdo uobis,ꝙ hoc caſu pactum nõ ueſtia-
tur cohærentia promiſſionis: q̃a illa promiſſio produ-
cit actionẽ marito,unde non debet ueſtire pactum ad fa
uorem alterius.ſ.extranei.l.ſi tibi,inf.loc.quinimò ſi ex
traneus tradat dotem pro muliere extranea cum pacto,
de quo ſup.iuxta.l.legem.s̃.eo.certè ipſa traditio,& cõ-
tractus dotis ſui natura producunt actionem mulieri
ad repetendum dotem ſol.mat.unde non debet hoc ca
ſu pactum ueſtiri ad fauorem tertii extranei.d.l. ſi tibi.
Vnde reſpondebitis ad iura Bald.ꝙ ibi pactum ueſtitur
traditione,uel ueſtitur rei interuentu, ſi ipſe contractus
dotis incepit à promiſſione,ut uidiſtis in d.l.legem.Ha
betis defenſatam opi.Doc.Vltramõtanorum. In iudicã
do non recedatis ab opi.gl.¶In gl.ſuper uer.incontinẽ-
ti,in fi.Odof.Bar.Bal.& Ang.hic,& Bal.in l.petens,infra
eod.ſequuntur opi.huius glo.per l. 3. infra de ędi.act.
20 ubi tex.dicit,†quòd pactum dicitur incontinenti appoſi
tum,ſiue antecedat contractum, ſiue ſubſequatur, & ſic
præſupponit contractum fuiſſe habitum pro abſoluto,
ſed fuit pactum appoſitum,antequam partes diuerterẽt
ad extraneos actus.Ad idem adducunt.l lecta.ff. ſi cer.
peta.ibi, ſtipulationi ineſſe creduntur, ideſt uidentur,
quæ uerba important fictionem.l.oſſa.§.fin. ff.de reli.&
ſum. fu. & ſic præſupponit ille text, quòd pactum fuit
appoſitum poſt perfectam ſtipulationem,antequam ta-
men partes diuerterent ad extraneos actus. Vos pote-
ſtis confirmare iſtam ſententiam hoc modo. Nam con-
tractus non habet nomen contractus, antequam partes
habeant illum pro abſoluto, imò in illo momento, in
quo partes habent ipſum pro abſoluto,recipit nomen,
& perfectionem.l. contractus,& ibi not.inf.de fi. inſtr.
& ideo tex.in l.petens,infra eo.dicit, quòd cohærentia
ſtipulationis ueſtit pactum,& ſic præſupponit, ꝙ ſtipu-
latio erat iam perfecta:alioquin non haberet nomẽ ſti-
pulationis.Sed dñi Vltramontani reprehendunt iſtam
gl.& Cy.ſequitur eorum opi.mouentur arguẽdo ab ety
21 mologia uocabuli.†quod arg.eſt ualidum[c]l.2.§. appel-
c lata.ff.ſi cer.pe.Nam dicitur incontinenti,quaſi in actu ſi
mul ſe tenenti.Barto.de Sal.concordat opi.hoc modo.
Aut conſtat partes habuiſſe contractum principalem
pro abſoluto,& tunc non dicetur pactum appoſitum in
cõtinenti,& ita procedat opi.dominorum Vltram. Aut
hoc nõ conſtat,& tunc procedat opi.gl.nr̃æ:nam in du-
bio non p̃ſumuntur partes habuiſſe cõtractum pro ab-
ſoluto,niſi hoc expreſsè dicant, uel incipiãt diuertere
ad extraneos actus,&no.bene iſtã concordiã.¶In gl.fi.
22 in fi.Habetis ex iſta gloſſ.no.colligere, ꝙ pactum ten-
dens ad agendum non prodeſt ad excipiendum, quia
non eſt ordinatum ad hoc,ut ecce tu uẽdidiſti mihi fun
dum certo pretio, & ex interuallo poſt uenditionem
fuit appoſitum pactum, quòd tu uenditor debe-

c Iac.ſup.j.Cod.

res mihi dare fideiussorem pro euictione. Istud pactum principaliter tendit ad agendum.i.ad obligandū te uenditorem, ut des mihi fideiussorem: certè si tu uenditor re tradita agas ad pretium contra me, nō potero me defendere per exceptionem illius pacti.s.quia non dedisti mihi fideiussorem. & hanc opi. reperio teneri per Ang. in suo cons.73. inci.plures creditores.ubi mouetur: qa
23 actus agentium &c.l.non omnis.ff.si cer.pet.†Item quia inducta ad unum effectum nō debet operari contrariū. l.legata inutiliter.ff.de adi.leg.Sed Sal.determinat totū contrarium dicens, q̄ in exemplo sup. dicto potero me defendere per uiam exceptionis illius pacti, per l. pacta conuenta.ff.de contrah.emp. ¶ Limitabitis tamen istud dictum Sal.procedere,nisi pactum ex interuallo factum tenderet ad resolutionem uenditionis,ut ecce:uenditor mihi tradidit rem,& ego iam sibi solui partem pretij:deinde ex interuallo est factum pactum inter ipsum uenditorem,& me de resoluendo ipsam uenditionem; certè si agat uenditor ad residuum pretii contra me,non potero me defendere per exceptionem illius pacti de resoluendo, ut seruetur æqualitas inter nos.Ista est gl.ord.in l.2. §.quando li.ab emp.disce.& est de mente gl.in l.ab em
24 ptione.ff.de pac.Fortius dico uobis, † q̄ si pactū esset factum ad producendum mihi actionem,& tibi exceptionem,si non producat mihi actionem, non etiam producet tibi exceptionē.Ad hoc pondero gl. sing.in l.cū antea.in uer.ueluti pacti.iunct. uers.altera autē.§.de arbit.

ADDITIONES.

a ¶Factum non potest.Adde,quòd factum per extraordinarium auxilium dicitur non posse fieri.Pet.de Anch.in solemni repe.c.pastoralis.nu.3.ext.de cau.pos.& prop.
b ¶Dictio,ex. Adde, quòd ista dictio aliquando ponitur pro exceptione.ff.quando appel.sit. l.1.§.biduum. & q̄ denotet causam immediatam. adde l.non dubium. C. de legi.& c.si seru.exte.l.4.gloss.in l.cum oportet.C.de bo.quæ li.adde l.Lucius.ff.de hæred.insti. & Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu.ubi pulchrè per eum.
c ¶Est ualidum. No. quòd ualet argumentum ab etymologia uocabuli.ut Insti.de testa.in prin.& Insti. qui. mo. ius pa.po.sol.§.sed si ab hostibus. uer. dictum est.

In l.Si pacto quo.

SVMMAE.

1 Stipulatio pœnalis non uestit nudam conuentionē præcedentē. Et qualiter purificetur. nu.19. & 21.
2 Pactum nudum præcedens non uestitur à stipulatione pœnali subsequenti.
3 Stipulatio una, & eadem non potest obligationem præcedentē nouare,& tollere.
4 Principale nunquam uestitur à suo accessorio.
5 Mora pōt purgari offerendo principale,lite conte.super pœna.
6 Mora,seu pœna non cadit,ubi non est petitio. & nu. 18.
7 Pœna,& mora purgantur,quando est dies apposita,aliàs non num.8.
9 Missio in possessionem,seu executio qualiter debeat fieri.
10 Iudex,qui tenutam dedit parte non citata, an reuocet parte non citata.
11 Iudex quæ facere possit parte non citata.
12 Pactum nudum super pœna non uestitur cohærentia stipulationis continentis eandem pœnam.
13 Ordo, qui consueuit seruari in executione sententiæ definitiuæ,an debeat seruari in executione sentētiæ interlocutoriæ.
14 Stipulatio pœnalis nouat obligationem præcedentem. Et est interpretanda in fauorem ipsius promissoris.nu. 15.
16 Causæ duæ lucratiuæ non possunt simul concurrere.
17 Pœna non committitur sine mora.
20 Actionem non habens qualiter possit experiri.
22 Mos iudiciorum est,q̄ sine actione nemo experiatur.
23 Mora potest purgari post litem contestatam.
24 Interpellatio extraiudicialis solet ut plurimum p̄cedere litē.

1 SI pacto quo. ¶ Stipulatio † pœnalis non uestit nudam conuentionem præcedentem, licèt debitor possit soluere id,quod in conuētione nuda conuenit. Et executio minorum non debet fieri, nisi seruato iuris ordine. h. d.
2 ¶No. 1. ex isto text. † quòd pactum nudum præcedens non uestitur à stipulatione pœnali subsequenti. ¶Nam uidetis tamen, quòd ex prima conuentione nuda non potest agi, & istud notabile cōprobo uobis ultra Doct. hoc mō.Aut sumus ante purificatam conditionem stipulationis pœnalis,& tunc uerum est dicere, q̄ ipsa stipulatio pœnalis non uestit conuentionē nudam p̄cedentē: qa Doc.cōiter in l.lecta.ff.si cer.pe.& in l. petens.§.eo.dicunt,q̄ cōtractus conditionalis non uestit pactū nudū appositum iuxta ipsum contractum.Aut sumus in casu, in quo stipulatio pœnalis purificata nouat obligationem præcedentem,sicut in l.obligationum ferè.§.fi.hic in gl.
3 all.& tunc pactum non uestitur:† quia una, & eadem stipulatio non potest obligationem præcedentem nouare,& tollere,item & eam uestire: quia ista sunt cōtraria. Aut sumus in casu, in quo stipulatio pœnalis commissa non nouat obligationem præcedentem, & adhuc idē est dicendum.s.q̄ non uestiat pactum nudum:quia absur
4 dum est,† q̄ principale uestiatur^a à suo accessorio, & in
a illud influat.l.quod per manus.ff.de iur.codi. & in l. ex pupillari.ff.de uulg.& pupil.contra hoc ultimum tamen facit.l.nuda.inf.de contrahen.& commit. stipu. ¶No. 9.
5 †lite contestata super pęna potest purgari offerēdo principale.& est ratio secundùm Sal.hic:quia ista mora,; seu pœna committitur per litis contestationem: unde est licita purgatio moræ quandocunque usque ad sententiā; tex.est sin.in l.si maior.inf.ti.i.sed ipse Bal.in l.uniça.inf. de is quæ pę.no.ubi dicit,quòd in casu huius.l.nō est bona mora, sed fuit cessatio facta citra moram', quod pro
6 bat hoc modo.† Vbi non est petitio, ibi non cadit mora, seu pœna.l.si pupillus.ff. de uer.obli.& l. lecta. uer. sed cum sortis. ff.si cer. pe. Sed ex prima conuentione nuda in casu.l.nostræ non poterat agi, nec fieri petitio, ergo non cadebat mora.¶Et ex hoc infert sing.in d. l. unica,
7 quòd † si in casu huius.l.fuisset apposita dies,& pœna,nihilominus fuisset licita purgatio moræ. & licèt Sali. hic uideatur uelle contrarium; tamen plus placet dictum Bald.ex quo colligitis sing. limitationem ad l.magnā.§. de contrahen.& com.sti.Ex præmissis habetis pulchram limitationē ad d. l.magnā.inf.de contrah.& com.stip.&
8 ad similia iura dicentia, quòd † ubi est dies,& pœna non est locus purgationi morę:nam debent limitari,nisi dies & pœna sit apposita in conuentione nuda. Quod est be-
9 ne notandum. ¶ Not. ulterius secundùm Bald. † quòd missio in possessionem, seu executio debet fieri,seruato
b iuris ordine ^b.Et ideo si fiet de facto parte non citata,debet reuocari de facto sine partis citatione, ad hoc all. Bal.pulchram glo.in c.excommunicatos.11.q.3.& Inno. in c.querelā.extra de elec.ad idē allego uobis glo.ordi. in l.si uerò in princ.ff.de euic.ubi gl. dicit, quòd si iudex dederit tenutam sine citatione partis,debet eam reuocare non citato eo,pro quo dedit tenutam.& Bal.in l. dies festos.inf.de fer.dicit illam glo. esse singu. ¶De hac materia tractat Bal.in l.fi.infra de edi.Di. Adr. tol. & idem Bald.in rub.inf.de rescin.uend. & in l. 2.inf. de serui. & aqua.& in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pac. sed in contrarium all.Bal.in l.si deserta.§inf.si prop.pu.pen.
10 ubi dicit,† q̄ licèt iudex fuerit facilis in dādo tenutā sine citatione

citatione partis,non tamen debet eam reuocare,nisi citato eo,pro quo dedit tenutam.Sed saluate Bald. à cõtrarietate hoc modo.Aut iudex dedit tenutam ĩ bonis alicuius eo non citato,& tunc illam tenutam põt reuocare,ẽt non citato eo,pro quo dedit tenutam,& ita intelligatur Bal.hic.Aut dedit tenutam, non omissa citatione,sed omissa aliqua iuris solemnitate, & tunc non debet reuocare illam tenutam sine citatione partis, cuius interest.Ita loquatur Bal.in d.l.si deserta. Limitabi-
11 tis tamen† prædicta procedere,nisi actum factum parte non citata iudex fuisset facturus,etiam parte præsente, & contradicente,puta:quia tibi non citato præcepit,ꝙ non procederes in opere inchoato:quia uidebat partes esse paratas ad arma,iuxta l.æquissimum.ff.de usuf. nã hoc casu tale præceptum nõ debet reuocare, nisi prius citato eo,ad cuius instantiam factum fuit.Ita dicit sing. Io.An.in addi.ad Spe.in ti.de sentẽtiæ pro!.§.spẽs,uer. habeo de præcepto,& sequuntur Angel.& Imo.in l.de unoquoq;.ff.de re iu.¶In gl.1.ĩ fi.Doc.dicunt hãc.l.posse exemplificari in duobus pactis tantùm,quorũ unum fuit nudum de permutando,& aliud de pœna, & istud secundum erat uallatum stipulatione.Ex lec.tamen hu-
12 ius gl.habetis colligere, † ꝙ pactum nudum sup pœna non uestitur cohærentia stipulationis continentis eandem pœnam,bene facit,quod no.Bar.in l.lecta.ff.si cer. pet.ubi dicit,ꝙ quando pactum nudum continet idem, quod contractus,nunq̃ uestitur cohærentia contractus, sed contra istam gl.insurgit Bald. fortiter arguens hoc modo.Aut iste agens non impleuit contractũ pro parte sua,& tunc non competit sibi actio ad pœnam.l. q̃ro. §.inter locatorem.ff.loc.Aut impleuit contractum pro parte sua,& tunc,non hẽt necesse agere ad pœnã stipulatam,quia potest agere ad implendam permutationẽ. l.ex placito.j̃.de re. perm.Ad hoc pulchrum arg.respõdent Pa.de Ca.& Raph.Fulg.ꝙ licèt iste agens actualiter non impleuerit contractum de permutando, tamen obtulit se paratum adimplere,licèt aduersarius, quẽ pœnituit conuentionis,noluerit accipere,unde licèt ꝑ talem oblationem non fuerit uestitum pactum nudũ de permutando.ut uult gl.ord.cõiter approbata in l. iuris gentium,in prin.in uer.facio.ff.eo.de pac.tñ talis oblatio sufficit,quantùm ad effectum possendi petere pœnã: quia ex quò non stetitper agentẽ,quo minus impleret, habetur pro implente.l.iure ciuili.ff. de cond. & dem. Alioquin sequeretur, ꝙ esset in potestate promittentis pœnam dicere se nolle petmutare,& euadere pœnã,cõtra l.in executione.§.fi.ff.de uer.obl.¶In gl.in uer.solẽnẽ.ibi.§.in uenditione.d.Fran.Tig. colligit ex ista glo.
13 †ꝙ ordo,qui consueuit seruari in executione snĩæ definitiuæ,ut primò capiant bona mobilia, deinde immobilia,non debet seruari in executione interlocutoriæ. s.qñ agitur de missione in possessionem ex primo decreto.SedDoc.communiter tenent contrarium seq.gl. huic contrariam in l.præsenti,in uer.solitus ordo.s̃. de his,qui ad ec.confu.& in l.1.j̃.de præt.pig.de quo per Bal.ĩ l.2.ff.si ex nox.ca.aga.per eũdem in l.2.j̃. quando fis.uel pri.In ea.gl.ibi,uel dicit,ista bona.¶In ea.gl. ibi,
14 obligationum ferè,in fi.Ex hac gl.colligitis,†ꝙ stipulatio pœnalis nouat obligationem præcedentem.Bart.in l.ita stipulatus.hic in gl.all.refert septẽ opi.in hoc articulo,& ipse ponit octauam,quæ talis est. Aut obligatio p̃cedẽs descendebat ex causa onerosa, & tũc nõ nouatur per stipulationẽ pœnalem sebsequentẽ.l.p̃dia. ff. ff.de ac.em.& l.si qs à socio.ff.ꝓ so. Aut obligatio p̃cedens descendebat ex causa lucratiua,& tunc stipulatio pœnalis nouat obligationem præcedentem,& ita intelligit.l.obligationum ferè.§.fi.hic in gl.all.rõ diuersitatis hic sñ eum est:quia ille,qui promittit ex causa lucratiua,non uidetur uelle iactare suum.l.cum de indebito
15 ff.de pro.unde stipulatio pœnalis est† interpretanda in fauorem ipsius promissoris.s.ꝙ si non impleret primam promissionẽ,ipse solueret pœnam, & ꝙ creditor debeat esse contentus de illa pœna:qñ uerò obligatio p̃cedens est ex causa onerosa;tunc interpretari debemus,ꝙ stipulatio pœnalis sit ad fauorem creditoris,ut si debitor nõ impleat primam promissionem, sit in electione creditoris agere,uel ex prima promissione, uel ex stipulatione pœnali:non tamen intelligatis, ꝙ utrunq; possit exigere,ut habetur in d.l.prædia.Sal.hic dicit, ꝙ ista opi. fuit Rich.de Sal.patrui sui,qui assignabat aliam rõnem diuersitatis dicens,quòd quando obligatio præcedens est ex causa lucratiua,tunc stipulatio pœnalis iõ nouat
16 obligationem præcedentem:†quia duæ causæ lucratiuæ concurrere non possunt circa eandem, & pœna succedit loco rei.l.omnes debitores.ff.de act. & obli. Sed ista rõ Sal.mihi non placet:quia uerum est, ꝙ duæ causæ lucratiuæ non possunt cõcurrere quantũ ad exactionem,sed tñ una & eadem res potest mihi deberi ex duabus causis lucratiuis,tex.est in l.inter stipulantẽ. §. pe. ff.de uer.obl.unde sequamini Bar.quia sua opi.facilius defenditur à contrariis,quàm aliæ opi.¶In ea.gl.ibi:respondeo non.Doc. communiter reprehẽdunt istam gl. dicentes,quòd.l.fi.inf.de noua.loquitur in stipulationibus coæqueuis:nos uerò hic loquimur in stipulatione pœnali,& accessoria.¶In ea.glo.ibi,si ita stipulatio,Sed ibi erat unica stipulatio pœnalis, & ad pœnã ille agere non poterat iure ita prohibente,unde fingitur ibi facta stipulatio operarum, & ad ipsas operas tamen agi põt. ¶In ea.gl.in fi.de hoc dicite ut in l.ita stipulatus, hic alle.Extra gl.opponitur fortiter,& imò uidetur,quòd ad
17 istam pœnam nullo modo possit agi : † quia pœna non committitur sine mora.l.ita stipulatus.ff. de uerb. obl. Sed in casu.l.nostræ non poterat agi ad id,quod deue-
18 nerat in pacto:quia erat nudum,& ubi† non habet locũ petitio,ibi non cadit mora.l.si pupillus.ff.de uer. obli. Sol. dicunt Doct.ꝙ ista pœna non committitur ex mora,sed committitur ex conditionis euentu,quod procedit, quando stipulatio pœnalis incipit à præsenti conuẽtione nuda,ut hic.Sicut in simili uidemus,qñ stipulatio pœnalis incipit à præsenti conditione.l.in illa stipulatione si calendis.ff.de uer.ob.Quando uerò stipulatio pœnalis incipit à præsenti conuentione uestita,
19 tunc bene committitur ex mora.¶†Sed pulchrum est uidere qualiter purificetur ista stipulatio pœnalis, de qua
c in l.nostra.Dy.in regula,non est in mora,extra de re.iu. lib.6.dicit,quòd ista stipulatio pœnalis purificatur per litis contestationem,siue litis contestatio fiat super conuentione nuda, siue sup stipulatione pœnali,& lex permittit,ut dispensatiuè contestetur lis de facto, simile in l.nuda,infra de contrahen. & com. stipu. nam regulam
20 habemus,† quòd quando actionem non habeo, tamen speratur mihi nasci in contestat.litis : tunc sine actione possum experiri.l.si Titius.ff.de uer.obl.Bar.autẽ in d.
21 l.ita stipulatus,dicit,quòd † ista stipulatio pœnalis, de qua hic,purificatur per solam interpellationem extraiudicialem. Adducit istum tex.ibi, more iudiciorum
22 exiges,†sed mos iudiciorum est, quòd sine actione nemo experiatur.l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego. gest. Secundò adducit.l.si cum dies.§.fin.ff.de arb.iunc.l. 1. infra de arb.Sed Docto.magis communiter sequuntur opi.Dy.pro qua adducit Bal.duo bona fundamenta Primum est,quia si per interpellationem extraiudicialem fuisset commissa stipulatio pœnalis,de qua hic,certè nõ fuisset licitum purgare moram,nisi usque ad litem con
23 testatam.l.si insulam.ff.de uerb.ob.& tamen uidetis,†ꝙ in l.nostra,etiam post litem contestatam potest mora purgari. Item si per interpellationem extraiudicialem iste creditor potuisset sibi uerè acquirere actionem

ad quid, lex fuisset ita fatua, quod permisisset agi sine actio
24 ne? † cum vt plurimum interpellatio extraiudicialis soleat præcedere litem, l. quidã Hiberus. ff. de ser. ur. præd. Ad motiua Bar. respondete, & primò ad istam l. quòd hoc ideo dicit more iudiciorum: quia uoluit ostendere, quód causa cognita, & parte citata peteretur ista pęna, non autem de facto procederetur, ut in fin. l. ¶ Ad l. si cum dies. §. fi. potestis respõdere, quod ibi est speciale fauore finiendarũ litiũ, ne ex laudo, quod est adinuentum ad finiendam litem, noua lis insurgeret.

ADDITIONES.

a ¶ Principale non vestitur. Quia si non tenet principale, nec accessorium. Pet. de Anch. in c. inter dilectos, nume. 21. extra de fi. instru.

b ¶ Seruato iuris ordine. Adde, quod etiam debet fieri pro mõ debiti declarati. Pet. de Anch. in c. quoniam. §. si autem, nu. 2. extra vt lite non contest.

c ¶ Stipulatio pęnalis, quare stipulatio pęnalis aliter interpretetur in materia compromissi, quàm in alijs dispositionibus. Vide per Pet. de Anch. in c. per tuas, nu. 6. extra de arbi.

In l. pactum quod.

SVMMAE.

1 *Pactum de futura successione acquirenda non valet. Fallit vt nu. 2. 3. 7. & 9.*

2 *Statutum non valet, neq; consuetudo, quotiescunq; pactum non valet, eo quòd est contra bonos mores.*

3 *Pactum de succedendo an firmetur iuramento, & 4.*

5 *Iurans non reuocare procuratorem an possit reuocare.*

6 *Iurans accipere vnam in vxorem si postea contrahit cum alia per verba de præsenti, valebit matrimonium, & tenetur magis accipere secundam, quàm primam.*

8 *Pater potest per epistolã, uel aliter declarare, quomodo vult filios suos succedere.*

9 *Pactum de succedendo valet inter milites, & fauore piæ causæ, & 10.*

11 *Fauendum magis est piæ causæ, quàm militibus.*

12 *Pater diuisit bona inter filios, & illi iurauerũt stare illi diuisioni, si postea vult condere testamẽtũ, an possit immutare.*

PActum quod. ¶ Pactum, quod pater fecit in instrumẽto dotali, quod filiam institueret æqualiter cum fratre, non valet. ¶ No. 1. ex
1 isto tex. quod † pactum de futura successione acquirenda non ualet, concor. l. stipulatio hoc mo-
2 do concepta. ff. de uerb. oblig. ¶ † Ista regula fallit primò, quando tale pactum esset approbatum per statutũ, vel consuetudinẽ: nam tunc tale pactum de succedendo ualeret. Ita dicit Bal. in l. cum Archimedoram. C. ut in poss. le. mouetur per c. mulier, & c. 1. §. filij, in tit. si de feudo defuncti fuerit controuer. Sed ista opin. non est vera, quia quotiescunq; pactum non ualet, eò quia
a est contra bonos mores, [a] ibi non valet statutum, neq; consuetudo. Ita tenet Bart. in l. omnes populi, in 3. q. princi. ff. de iust. & iur. Et ego allego Bal. tenentem totum contrarium in l. 2. C. quæ sit lõ. consue. & sic fuit sibi contrarius, & tenebitur secunda opin. Ad c. proxi. alle. respondet, quod loquitur de pacto de non succedendo: quod non est ita reprobatum, sicut pactum de succedendo, ut patet ex d. c. quamuis, extra de pact. lib. 6.
3 ¶ † Secundò fallit regula, l. nostræ secundũ Bal. in c. 1. §. moribus, in tit. si de feu. defun. fue. contro. ubi dicit, quod si pactum de succedendo esset iuratum, deberet seruari. Sed omnes Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta, & hic tenent contrarium, & Bal. in l. pactum, in 5. opi. C. de col. Et ego allego glo. in l. si quãdo, in. §. 1. in uers.
4 prægrauari. C. de inof. test. † quia istud pactũ de succedendo est contra bonos mores: quia inducit votum captandæ mortis. Ad hoc alleg. tex. aureum, in l. de fidei commisso. C. titu. 1. ergo non firmatur iuramento, reg. non est obligatorium, extra de re. iur. lib. 6. Possetis excusare opi. Bald. in d. c. moribus, & dicere, quòd istud pactum de succedendo non firmatur iuramento, tamẽ ueniens contra tale iuramentum erit periurus. Ita tenet Imo. in repe. c. cum contingat, in primo membro,
b extra de iureiur. Accipite simile: [b] si † ego constituo
5 procuratorem, & iuro ad sancta Dei euangelia eum nõ reuocare, & postea reuocem, valebit quidẽ reuocatio, sed tñ erit periurus. Ita uult glo. in c. fi. in uers. reuoca
6 tus, extra de procu. lib. 6. Addite aliud simile: † si ego iurem, quod capiam Margaritam in vxorem meam: si postea contraham matrimonium cũ alia per verba de præsenti valebit matrimonium, & teneor magis capere secundam, quàm primam, sed ero periurus, c. sicut ex literis, extra de spon. & dicit Host. in c. quemadmodum, extra de iureiur. quod licèt lex ciuilis quandoq; reprobet iuramentum, tamẽ veniens contra iuramentum de iure canonum erit periurus. Ad regulã, non est obligatoriũ. respon. Imo. in loco præall. quod istud pactum de succedendo nõ est contra bonos mores naturales, sed contra bonos mores ciuiles inductos artificio iuris ciuilis. Sed disputando possetis attẽtare, quod imò tale pactũ de succedẽdo est contra bonos mores ẽt de iure canonũ: quia inducit uotũ captãdæ mortis, quod quidẽ uotum est reprobatũ ẽt de iure canonum, tanquã sit cõtra bonos mores, c. nec captandæ, & c. detestãda, extra de
7 conces. præb. lib. 6. ¶ † Tertiò fallit sm̃ quosdã, si pater decederet intestatus. Nã tũc tale pactũ esset seruandũ, unde si pactũ de succedendo contineret, quod filii deberẽt succedere pro aliis portionibus; quia essent successuri
8 ab intestato, tale pactũ deberet seruari: † quia nõ refert an per epistolã, uel aliter pater declaret, qũo uult filios suos succedere, l. fi. C. fa. erci. & ideo si pater decederet ab intestato: tale pactum esset seruandum in uim su
c premi iudicii. [c] Sed Pau. de Cast. hic tenet cõtrarium, & in stricta rõne opi. sua est uerior, per l. licèt, arguendo à speciali. C. eo. & istam opi. teneatis in secreto iuris.
9 licèt Alex. de Imol. hic teneat primã opi. ¶ † Quartò, & ultimò fallit inter milites, ut uidebitis, in l. licèt C. eo.
10 Hinc Bald. in l. fi. in antepe. col. C. eo. dicit, quod † tale pactũ de succedẽdo ualeret in fauorẽ piæ causæ: quia magis est fauẽdũ piæ causæ, quàm filiis, & sic si ualet fauore militũ, multò magis debet ualere piæ causæ. Sed Lud. Ro. in sua solẽni repe. Auth. similiter. C. ad l. fal. reprehẽdit Bal. mouetur: quia magis fauemus filiis, quàm piæ causæ, ut no. gl. in l. si ad declinandam. C. de epi. & cle. Vos tenebitis opi. Bal. quia sm̃ Bar. in l. 1. C. de sacrosan. ecc. magis fauemus piæ causæ, quam filiis, nisi fauendo pię causæ tollerẽt legitima filiis, & ita loquitur glo. in d. l.
11 si quis ad declinandũ. † imò magis fauemus piæ causę, quàm militibus, ut not. in l. captatorias. C. de te. mili. iuncto. c. cum tibi, secundùm unum intellectum, extra de testa. ¶ In glo. nihil est. Formo uobis pulchram q.
12 in qua consului superioribus diebus. † Quidam pater habens plures filios assignauit unicuiq; partẽ suam, & diuisit eos in eorũ pñtia, & ipsi inter se promiserunt, & iurauerunt ad sancta Dei euangelia seruare diuisionẽ: postmodũ pr̃ cõdidit testamẽtũ, in quo mutauit multa de illis, quæ continebant̃ in diuisione: decessit ille pr̃, & orta fuit magna cõtẽtio inter filios, ꝓpter testamẽtũ: dicebat̃, quod pr̃ non poterat immutare dictã diuisionẽ, & quamuis hoc facere potuisset; tñ filij propter promissionẽ, & iuramentũ debebãt illã seruare. Ego consului, quod

quòd pater potuit mutare, mouebar: quia illa promissio iurata facta inter eos intelligebatur prætextu actus sui natura mutabilis. Nam illa diuisio habebat uim supremi iudicii, quod est mutabile. Ad hoc allegaui Albe. de Rosa. in terminis in l. quoties, infra famil. ercisc. quod not.

ADDITIONES.

a ¶Quia est contra bonos mores. Adde, ꝙ non ualet statutum, neq; consuetudo disponens cessionem famosam & contra bonos mores, ut dicit Ang. de Are. in §. fi. Inst. de actioni.

b ¶Accipite simile. Et de isto simili, uide in terminis Bar. in l. cum precario. ff. de prec. & d. Ale. consulenté, in 2. uol. in cons. 18. inci. uisis capitulis, initis inter dominos de corrigia in 1. col. in fi. & in ultima. Et Roma. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obl.

c ¶In uim supremi iudicii. Adde, ꝙ libertatem supremi iudicii quis sibi auferre non potest. l. cum duobus. §. idē respondit societatem. ff. pro soc.

In l. Cum proponas. j.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum conditionale reciprocum inter fratres potest remitti per pactum.*

2 *Renunciari potest iuri de futuro in præsentia partis.*

3 *Tacens quomodo sibi præiudicet.*

1 CVm proponas. j. ¶†Fideicōmissū conditionale reciprocum inter fratres pōt
2 per pactum remitti: h. d. No. summariū. in glo. unica. ibi. §. libertis. Sed certè ibi interuenit expressus consensus, & expressa renunciatio unde Doct. communiter tenent, ꝙ in q. huius gl. iste frater præsens, & tacens non sibi præiudicabit: quia etiam eo contradicente potuisset fieri alienatio, ergo præsentia sua, & taciturnitas non sibi nocebit, per no. per glo. in l. Gaius. ff. de pig. act. & per ea, quæ habentur in l. Titia cum testamento. in §. Lucia. ff. de leg. 2. Addit Salyc. aliam rationem: quia istud erat ius de futuro, quod ex expressa renunciatione tolli non potuisset. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. Sed ista ratio non
2 placet, †quia iuri de futuro in præsentia partis bene potest renunciari, ut declaraui uobis in l. 1. sup. eo. ¶Ad-
3 dit hic Bal. †quòd, quia iste frater erat præsens, & tacēs licèt sciret fideicommissum iniunctum, quòd præsumitur tacuisse per dolum. l. si fine, inf. ad Vell. & ideo non posset reuocare alienationem bonorum, quæ subiacebant restitutioni, sed bene remanebit sibi saluū ius agēdi ad pretium illarum rerum contra fratrem, uel eius hæredem. Sed ista opi. non est uera: quia non debemus in casu isto præsumere dolum, imò debemus præsumere, quòd iste frater tacuerit, eò quia sciebat, quòd sua contradictio erat uana, quia non poterat impedire alienationem istarum rerum, quin ualeret, saltem pro uita alienatoris, Auth. res quæ, inf. com. de le. Vel debemus præsumere, ꝙ tacuerit: quia sciebat ius suum durare, ut in simili dicitur in l. sicut. §. non uidetur. ꝟ. qui mo. pig. uel hyp. sol. cum ergo possimus capere alias coniecturas, non debemus præsumere dolum. l. meritò. ff. pro so. Addo uobis, ꝙ Bal. in l. 1. inf. de bo. ma. dicit, ꝙ Doc. cōmuniter reprobant istam gl. Et sic ꝑ gl. all. tex. in l. si seruus communis. ff. de do. inter ui. & ux. respondebitis, ꝙ ibi res, quæ alienabatur erat præsentis, & tacentis, unde interueniente coniunctione personarum illa taciturnitas nocet. Sed in q. huius gl. res, quę alienabatur, erat ipsius alienatoris, licet subiaceret restitutioni fideicom
b missi. Ego materiam istam sępe iudico in practica, qñ sunt duo fratres habentes bona communia, & unus ipsorum habet filiam nubilem, quam dotat de bonis cōmunibus præsente, & tacente altero fratre: nunquàm ipse frater tacens sibi præiudicabit: si tamen expressè cōsentiret, imputaretur ei, & uideretur donare. Ita dicunt Pau. de Ca. in suo cons. 122. facit etiam ad aliam q. quā ponit Bal. in l. 1. inf. de bo. mater.

ADDITIONES.

a ¶Per pactum remitti. Adde eundē Iac. in l. 1. nu. 2. ꝟ. eo.

b ¶In practica. Et de similibus quęstionibus, uide per eū in l. profectitia, in §. si quis certam. ff. de iu. do.

In l. Pactum quod bona.

SVMMAE.

1 *Pactum sine scriptura tantum ualet, quantum cum scriptura*

2 *Contractus societatis potest fieri sine scriptura*

3 *Solutio canonis publici non potest probari, nisi per scripturam.*

PActum quod bona.
1 ¶†Tantum ualet pactum sine scriptura, quantum cum scriptura. h. d. per hanc. l.
2 dicit Lu. Bo. suo cons. 105. † ꝙ cōtractus societatis pōt fieri sine scriptura, sunt tñ aliqui casus, in quibus actus nihil ualeret sine scriptura, quos casus numerat gl. magistra in c. 1. extra de censi. lib. 6. Bal. ponit alios casus in l. gesta, inf. de re iudi. & in l. humanū. ꝟ. de
3 legi. Addite, †quòd solutio canonis publici non potest probari, nisi per scripturam. Iste est tex. no. in l. 1. inf. de apo. pub. li. 10. Aliam causam habetis exigentem scripturam in l. pe. inf. de fidei. & in l. fi. & in Auth. sed nouo, inf. si cer. pet.

In l. Si creditores.

SVMMAE.

1 *Creditor recipiens ab uno ex debitoribus an dicatur diuidere debitum.*

2 *Pactum tacitum, & eius exceptio acquiritur absenti, & ignoranti.*

3 *Vnus ex pluribus obligatis insolidum si soluit partem debiti exprimendo, quòd soluit pro parte sua, inducitur diuisio obligationis, & sibi intelligitur factum pactum de non petēdo residuum.*

4 *Creditor potest recipere partem debiti, remanente in reliquo altera parte firma.*

5 *Mentem alteram quandocunq; assumere possumus. non debemus assumere coniecturam remissionis, seu donationis.*

6 *Quemque, dictio est partitiua, & significat aliquem, non oēs.*

7 *Creditor si dicat peto à te quinque pro parte tua, an hoc casu uideatur diuidere obligationem.*

8 *Vnus ex pluribus fideiussoribus non potest inuitus exigi insolidum per epistolam Diui Adriani.*

9 *Liberalis nemo existit in necessitatibus.*

10 *Fideiussor dicitur debitor.*

11 *Verba, suo nomine, quid importent.*

12 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates quando sit ualidum.*

13 *Legatarius potest renunciare fauori suo.*

1 SI creditores. ¶† Si creditor sponte recipiat partem debiti ab uno ex reis insolidum obligatis uidetur diuidere obligationem, & tacitè pacisci de non petendo residuum ab eo, & de conueniendo alios debitores pro uirili. h. d.

2 ¶ Not. hic bene probari,† quòd tacitum pactum, & eius exceptio acquiritur absenti, & ignoranti. Hinc dicit eleganter Saly. quòd interim, antequam alij debitores acceptent huiusmodi tacitum pactum, nō posset creditorē pœnitere per rationem. l. si. ff. eo. & l. si post mortem. in §. fi. ff. de bo. pos. cōtra ta. facit tex. in c. si tibi absenti. extra de præben. li. 6. & quod not. Barto. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de uer. obli. & Bal. in l. cum à socero. inf. de iu. dot. & nota bene dictum Saly. ¶ No. † quòd,

3 quando unus ex pluribus obligatis insolidum soluit partem debiti exprimendo, quòd soluit pro parte sua, inducitur diuisio obligationis, & sibi intelligitur factum tacitum pactum de non petendo residuum. ¶ Secus si plus uel minus, quàm fuisset portio sua, ipse soluisset: quia ex hoc non diceretur facta obligationis diuisio, nec haberet locum. l. nostra. Ista est glo. sing. reputata in l. inter eos. in §. 1. in uer. soluit. ff. de fideius. & ibi per Ang. Et ita uolunt hic Bal. & Saly. & Io. de Imo. in l. 2. ff. de duo. reis. ¶ Item intelligatis procedere istū tex. quando debitor soluit, & creditor recipit tanquam partem spectantem ad ipsum soluentem, ut probat ista litera ibi, ex sua persona, & in hoc iste tex. est sing. secundū Pau. de Cast. secus si simpliciter fuisset facta solutio de parte: quia tunc non induceretur diuisio obligationis, sed intelligeretur solutum in æstimationem debiti. Ita uolunt hic Cyn. Oldra. Rapha. Fulgo. & Pau. de Cast. & idem Pau. in l. si ex toto. in §. 1. ff. de leg. primo. Ratio differentiæ secundùm Bald. hic: quia, quando unus ex pluribus obligatis insolidum expressè dicit, quòd soluit pro parte sua, iste est actus contrarius obligationi insolidum: ideo de necessitate inducit diuisionem obligationis. & ita loquitur ista. l. Secus quando soluitur pars simpliciter: quia talis actus non est contrarius obligationi insolidum, & non potest conuenire naturæ obligationis insolidum, quæ est indiuidua omni respectu,

4 cum contineat certam quantitatem:† nam potest creditor recipere partem, & liberare soluentem ab illa parte tantùm, remanente tamen obligatione firma in residuo contra eundem. ¶ Confirmatur sententia prædicta optima ratione: quia oportet, quòd ista diuisio obligationis, quæ inducitur ex perceptione partis debiti, descendat ex tacita mente creditoris recipientis, & debitoris sol-

5 uentis: & nos habemus, † quòd quandocunque alteram mentē assumere possumus, non debemus assumere coniecturam remissionis, seu donationis. l. si cum aurum. ff. de solu. & l. cum de indebito. ff. de proba. facit. l. nouissimè, in fin. cum l. seq. ff. quod fal. tuto. ubi idem disponitur, quando creditor recipit partem ex necessitate, puta, quia debitor non est in plus soluendo. Prædicta limitat Sal. nisi præcessisset limitata petitio actoris, puta, quia actor petijsset ab uno ex reis debendi certam quantitatē pro parte sua: nā tunc solutio simpliciter facta intelligeretur facta secundùm petitionem præcedentem. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de inter. act. ¶ In glo. super uer. prouidebit. ibi, quemlibet admitto pro parte. Ista sol. non est bona: quia secundùm eam ista. l. esset de indubitabili. Præterea communis litera huius legis ha-

6 bet istam dictionem, quenquam, † quæ est dictio partitiua, & sic significat aliquem, non autem omnes. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. act. ¶ In ead. glo. ibi, insolidum unum conuenit. Ista secunda solutio nihil ualet: quia in l. reos. hic in gl. allegata, dicitur idem esse, si conueniat unum pro parte. Vnde pro uera sol. huius contrarij dicitē, quòd aut creditor recipit ab uno ex pluribus obligatis insolidum partem suam: & hoc casu uidetur diuidere obligationem, & ita loquitur. l. nostra. Aut non recipit partem, sed solùm conuenit unum pro parte: & tunc ex hoc non inducitur diuisio obligationis. ita loquitur. l. reos. hic allega. quod procedit indubitā

7 ter, quando simpliciter petiit partē. ¶ Sed ponamus, † quòd ipse creditor dicat hoc modo: peto à te quinq; pro parte tua, an hoc casu uideatur diuidere obligationem. Bald. in l. si ex toto. ff. de lega. 1. determinat, quòd hoc casu inducetur diuisio. Idem uult hic Pa. de Ca. licèt de Bald. mentionem non faciat. & secundùm istam opin. non esset constituenda differentia inter solutionem, & petitionem. quod esset cōtra istū tex. & contra d. l. reos. & etiam contrarium huius tenet Bart. hic. & in d. l. si ex toto. & in l. ex duobus. ff. de duob. re. Hanc etiam opinio. quam tenet Pau. de Cast. reprehendit Sal. hic: quia, quando creditor petit partem ab uno pro sua uirili, ita demū uidetur uelle diuidere, si ille soluat, & non alias. d. l. reos. Limitabitis tamen prædicta, nisi creditor conueniat omnes debitores quemlibet pro sua uirili. Nam tunc uidetur uelle diuidere obligationem. l. liberum. infra de fideius. quæ lex est singularis, secundùm Imol. in l. 2. ff. de duob. re. Idem est, si omnes conueniat simpliciter: quia tunc uidetur eos conuenire pro æquis portionibus, nisi aliud protestetur. l. 1. inf. si plu. una sententia fue. condem. & ita uult Imo. in l. ex duobus. ff. de duob. re. ¶ In ea. glo. ibi, sit non soluendo. Ista sol. destruit istū tex. & tex. d. l. reos. ¶ In ea. glo. ibi. inter eos. §. 1. Ille tex. uehementer obst. huic l. sed Bar. respondet, quòd illa l.

8 inter eos. in §. 1. loquitur in pluribus fideiussoribus, † quo casu licèt unus soluat pro parte sua; tamen non inducitur diuisio obligationis. Et est ratio: quia unus ex pluribus fideiussoribus non potest inuitus exigi insolidum propter beneficium epistolæ Diui Adriani. §. si plures. Insti. de fideius. unde ex tali recessione partis creditor

9 non uidetur diuidere uelle:† quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adim. legat. sed quando sunt plures rei debendi, bene potest unus exigi insolidum etiam inuitus. Ex hoc infert Barto. quòd cum hodie plures rei debendi habeant beneficium diuisionis, sicut fideiussores in Auth. de duob. re. in princ. idem esset in pluribus reis debendi, ut in fideiussoribus, nisi renunciassent beneficio diuisionis, sicut fit hodie communiter in omnibus instrumentis. ¶ Aduertite quia Bar. uidetur hic sentire, quòd quamuis unus ex fideiussoribus expressè diceret hoc modo: ego soluo pro parte mea; tamen ex hoc non induceretur diuisio obligationis. Sed ipse Bar. tenet expressè contrarium in l. quoties unus. ff. de sol. & hanc opi. Bar. secuti sunt Ang. Raph. Cuma. & Pau. de Ca. in d. l. inter eos. in §. 1. mouentur per istū tex. qui utitur hoc uerbo, creditores, & debitores, sed

10 nos habemus, † quòd fideiussor bene dicitur debitor.

a l. & magis. ff. de sol. & ita uult Barto. in l. 1. ff. si cer. pet. & secundùm istam opi. non esset fienda differentia inter fideiussores, & reos debendi. Bal. in d. l. si ex toto. & Ioan. de Imo. in l. inter eos. in §. 1. tenent opin. Bar. hic. moue-

11 tur Imol. quia in d. l. inter eos. in §. 1. sunt † ista uerba, suo noīe, quòd idē uidetur importare, ac si dixisset soluo pro parte mea. Sed Pau. de Cast. ibi dicit, quòd ista non sunt paria: quia illa uerba, suo noīe, importāt, quòd fideiussor soluit ex sua propria obligatione, nō aūt ex obligatiōe debitoris principalis. Vnde pro concordia istarum opi. sic concludite, quòd aut unus ex fideiussoribus expressè dicit: ego soluo pro parte mea, & tunc intelligetur liberatus à residuo. Et ita intelligatur opi. Barto. in d. l. quoties unus. Aut unus ex fideiussoribus simpliciter soluit partem: & tunc non erit liberatus à residuo, si alii confideiussores reperiantur non esse soluendo. Et ita intelligitur

gitur text.in d.l.inter eos. in §. 1. Aut loquitur quò ad alios fideiussores non soluentes; & tunc nunquam intelligitur quò ad eos facta diuisio. Et ita intelligatur alia opi.contraria.¶In ea.glo.ibi,ut in ultima uoluntate speciale.Hanc sol.sequuntur Bar.& Bal.hic.& Ang.& Imo. in l.si ex toto.hic in glo.alleg.Sed Cyn.& Sal.reprehen
12 dunt:† quia bonum est argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, ubi non apparet de diuersitate rationis.l.seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de leg.1.Item tex.in l.si ex toto.in §. 1. parificat duos reos cõstitutos in ultima uoluntate, & in contractu.Item ista diuisio,de qua loquitur. l. nostra descendit ex tacita mẽte creditoris recipientis. Quæ ratio militat etiam in ulti
13 ma uoluntate:† quia legatarius bene potest renunciare fauori suo.l.pactum inter hæredem.ff.eod. unde soluite contrarium de d.l.si ex toto.prout dixi in tex.

ADDITIO.

a ¶Quòd fideiussor. Adde.quòd fideiussoribus relaxatur, si constet de innocentia, quamuis sit conclusum in causa.Benedic.de Plumb.in l.qui pœnæ.nu.2. uersic.& hæc induco.ff. de manumis.

In l.Licèt inter.

SVMMAE.

1 *Pactum de futura successione inter priuatos non ualet etiam in uim donationis causa mortis.*
2 *Hæreditas non potest conferri per donationem causa mortis, sicut nec per codicillum.*
3 *Donatio an dicatur,si quis dicat: utere rebus meis post mortem meam.*
4 *Fideicommissum an inducatur donatione causa mortis.*
5 *Bona omnia possunt donari per donationem causa mortis. Et uniuersitas bonorum.nu. 6.*
7 *Donatio solet afferre emolumentum.*
8 *Donatio facta inter fratres ultimo superstiti an ualeat,& an indigeat insinuatione.*
9 *Donatio propter nuptias fit respectiuè,& indiget insinuatiõe.*
10 *Donatio causa mortis non poterat fieri,nec ualebat,nisi interueniente traditione,uel stipulatione solemni.*
11 *Donatio causa mortis an possit fieri nudo pacto.*
12 *Correctio iurium est euitanda.*
13 *Pactum factum inter milites qualiter ualeat.*
14 *Milites possunt testari,quomodo uolunt,, & quomodo possunt.*
15 *Nominans actu aliquem inter uiuos,& hæredem suum,an ex hoc uideatur eum instituere hæredem.*
16 *Armatus stans cum alio dicitur sibi præstare opem, & auxilium,quantuncunque nihil aliud faciat,nisi stare armatus.*

LIcèt inter. ¶Pactum de futura successione inter priuatos nõ ualet,etiam pro donatione causa mortis:sed inter milites ad discrimẽ belli pergentes tale pactum ualet in uim supremi iudicii.h.d.i sta.l.quæ est sing.secundùm Doc.¶ No. 1.
1 † quòd pactum de futura successione non ualet inter priuatos,etiam in uim donationis causa mortis.Et est ratio secundùm glo.hic:quia intentio paciscentis erat relinquere totam hęreditatem,ut patet ex isto tex.ibi,rebus suis,& ibi,res suas:quæ uerba tanquam generalia.l. 1.ff.si cer.pet. possunt comprehendere uniuersam hære
2 ditatem.Et nos habemus,†ꝙ hæreditas non põt conferri per donationẽ causa mortis, sicut nec per codicillũ.l. 2.inf.de codi.bñ faciũt no.in l.his uerbis.ff.de hær.inst. ubi si dicã. Relinquo tibi bona mea, nullo alio hærede instituto,comprehendetur tota hæreditas. Et per prædi
3 cta deciditur quæstio.† Quidam dicit alteri, utere rebus meis post mortem meam, an ista erit donatio causa mortis.Bal.in l.in donationibus.inf.ad l.Fal.format quęstionem,& se remittit ad hic no.& per prædicta apparet
4 decisio,quòd non erit donatio causa mortis.† Sed contra prædicta arguitur:quia per talem donationem causa mortis debet induci fideicommissum,sicut quando legatur hæreditas.l.mulier.§.fin. ff. ad Trebel. Et sicut uidemus in simili,quòd si hæreditas directò detur in codicillis, licèt non ualeat iure directò, tamen trahetur ad fideicommissum.ut no.in l.Scæuola.ff.ad Trebell. & in l. uerbis ciuilibus.ff.de uul.& pup.No.in l.si idem.inf. de
5 codi. & maximè, † quia per donationem causa mortis possunt donari omnia bona, ut uult glo.in l.fi. inf. eod.
6 & Bal.in l.etiam.inf de exe.rei iud.† ubi dicit: per donationem causa mortis posse dari uniuersitatem,quo casu detrahetur trebellianica: unde pro certo ista prima ratio gl.non est bona.quia in ista.l. erant uerba generalia trahibilia ad multos sensus.Secunda ratio assignatur
7 hic per gl. † quia donatio solet afferre emolumentum. l.hæreditatem. ff. manda. sed in casu. l. nostræ afferret onus propter vicissitudinem. Raph. Fulg.hic impugnat istam rationem: quia onus nõ habet impedire donationem.l.cũ hic status.§.si ambo. ff.de do.inter ui.& ux. Ex ista tamen ratione glo.Oldr.suo consi.139.& Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de instr. edi. §. porro. in ulti.addi.&
8 Saly.ſ.eo.in l.fi.determinãt pulchrã.q.† Duo fratres habẽtes bona cõia paterna in inuicẽ sibi fecerũt donationẽ ea cõditione,ꝙ si unus ex eis præmoreretur,bona remanerent superstiti,& illa donatio non erat insinuata,consuluerunt præfati Doctores,quòd quia dicta donatio nõ erat mera donatio, sed reciproca & uicissitudinaria, ꝙ ualebat,etiam sine insinuatione. Addo Ange.idem uolẽtem in l.sancimus.inf.de dona.& eundem Ang. suo consi.169.incip.in Dei nomine,& suæ Matris gloriosæ uisis instrumentis.Et Lud.Ro.in l. Attilius Regulus.ff.de dona.refert,quòd suis temporibus de hoc fuit ardua quæstio, & contra decisionem præfatorum Doctorum allegat tex.in l.fi.§.filium modo.cum Auth.sua.inf. de don.
9 ante nup.ubi † donatio propter nuptias fit respectiuè ad dotem, & est mutua donatio respectiuè ad dotem,& tamen ista donatio propter nuptias indiget insinuatione. Ipse Lu. Ro. dicit se nescire aliter respondere ad illum tex.nisi, quòd iura dicentia de donatione propter nuptias,sint adeo exorbitantia, quòd non debent trahi ad alios casus, etiam per identitatem rationis. Ego aliter responderem, & dicerem, quòd in casu domini Ludo. Roma.non est mutua donatio: quia dos datur, ut restituatur, nos uerò loquimur,quando est mutua donatio. Tertiò loco Pe.de Bellaper. & Cy.assignant aliam rationem, quare in casu huius. l. non ualeat istud pactum in uim donationis causa mortis,& dicũt rationem eẽ, quia hic non interuenerunt quinque testes.l.1.& l. fi. inf. de dona.cau.mor. Sal. impugnat istam rationem Petri: qa hic debebant sufficere duo testes in milite.l.milites.inf. de testa. mili.Sed ista reprehensio est indigna: quia Petrus de Bellaper.loquitur de pacto inter priuatos,unde ineptum est argumentum de milite: sed ratio Petri alia ratione potest impugnari, quia est diuinare. Quarto
10 loco Bal.assignat elegantem rationem dicens,quòd † secundùm ista iura donatio causa mortis non poterat fieri,nec ualebat,nisi interueniente traditione, uel stipulatione solemni.l. inter mortis. & l. Seia. ff. de do. cau. mor. & in l. nostra non interuenit solemnis stipulatio, imò erat pactum nudum. Raph. Fulgo. ex hoc loco in-
11 ferit:† quòd cum hodie donatio causa mortis [a] possit fie
a ri etiam nudo pacto,ut uult glo.reputata singu. in l.cum post.§.Mæuio.ff. de leg. 2. hodie l.nostra in primo casu
12 erit correcta.Quod mihi non placet: † quia iurium cor-

rectio est euitanda, per iura uulgaria: respondeatis ergo, quòd. l. si quis argentum. inf. de dona. ubi dicitur, quòd hodie pacto nudo potest fieri donatio, non habet locum in donatione præsumpta, seu tacita: quia oritur ex pacto nudo. Ita communiter uolunt Doc. in l. iurisgentium. in
13 prin. ff. de pac. ¶No. ulterius, quòd ista. l. infert, † quòd istud pactum factum inter milites ualet in uim supremi iudicii. & dicit hic glo. quòd ista erit quędam ultima uoluntas in genere. & in hoc ista gloss. est singu. secundùm Ang. in l. 3. §. genera. ff. de acqui. pos. Sed Pe. & Cy. di-
14 cunt, quòd erit testamentum: † quia milites possunt testari, quomodo uolunt, & quomodo possunt. l. milites, inf. de testa. mi. Ex hoc infert, quòd ista ultima uolũtas erit mutabilis usque ad ultimum uitę spiritum. l. 3. §. fi. cum. l. seq. ff. de adi. le. Frã. Tig. dicebat, quòd in casu huius. l. ista hæreditas inter milites defertur ex pacto, & ex conuentione, in tãtùm quòd non poterit reuocari: quia speciale est in casu isto, ut hæreditas ex pacto deferatur, licèt regulariter sit contrarium. l. hæreditas. inf. de pac. cõuen. super do. Vos autem sequamini opi. contrariam, & dicatis, quòd ista hæreditas defertur uirtute ultimæ uoluntatis, quæ mutabilis est: alioquin sequeretur, quòd ꝑ istud pactum auferretur libera testandi facultas, contra, l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. obli. & ideo esset magis odium, quàm priuilegium. & in hanc opi. inclinat Raph. Fulg. per l. ex eo. inf. de inut. stipu. Dicit etiam Bar. per istam. l. in l. tale pactum. §. fi. ff. eo. de pac.
15 † quòd si in actu inter uiuos aliquis nominet aliquem, ut hæredem suum, ex hoc uidetur eum instituere hæredẽ. quod procedit in milite, ut hic. Idem inter liberos. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. inf. de testa. Idem ad pias causas. c. fi. extra de succes. ab intest. ¶Vltimò per istum tex. cum sua glo. in uer. pergentes. dicit no. Barto.
16 in l. 1. infr. de ser. fug. † quòd ille, qui stat armatus cum alio, dicitur sibi præstare opem, & auxilium, quantuncũque nihil aliud faciat, nisi stare armatus. all. Inno. in c. 1. extra de cle. percus.

ADDITIO.

a ¶Donatio causa mortis. Adde, ꝙ donatio, simpliciter facta in morte, ualet ut donatio inter uiuos simpliciter. Benedic. de Plumb. in l. mortis causa. num. 1. uer. in tex. ff. de manumis.

In l. Traditionibus.

SVMMAE.

1 *Dominium qualiter transferatur.*
2 *Quasi traditio sufficiens ad translationem dominij fit multis modis.*
3 *Traditio dominij debet fieri ex causa idonea.*
4 *Error in causa traditionis non habet impedire dominij translationem.*
Emptor non est dominus rei emptæ, nisi soluto pretio, uel habita fide de eo.
5 *Fides, in dubio præsumendum est, quòd habita sit de pretio.*
6 *Dominium utile acquiritur per ꝑscriptionem, non directum. & nu. 8. limita ut nu. 9. 10. 11. & 12.*
7 *Exceptio est exclusio actionis.*
8 *Reus probat exceptionem præscriptionis post probatam intentionem actoris.*
9 *Dominium directum ex qua præscriptione acquiratur.*
11 *Iudicium constituitur longa patientia.*
13 *Venditio pacto adiectionis in diem, & legis commissoriæ quomodo resolutur.*
14 *Dominium ubicunque transfertur sine traditione, est utile, & non directum.*
15 *Dominium transfertur sine traditione per donationem causa mortis.*
16 *Princeps ex solo titulo transfert donationem in alium.*

Traditionibus. ¶Hanc. l. sæpe uidi dari in pũctis. hẽt tres regulas, duas affirmatiuas, & unam negatiuam. Et quęlibet pars habet suam glo. hoc dicit. † Solo consensu,
1 seu contractu non transfertur dominium, nisi demum traditione secuta, si tradens sit dominus, aliàs autẽ transfertur usucapiendi conditio. h. d. Not. summarium. ¶In
2 glo. ibi. §. interdum. † Aduertite: quia secundùm Docto. ista quasi traditio sufficiens ad translationẽ dominii fit multis modis. Primò, quando res dimittitur apud aliũ. §. interdum. hic in glo. alleg. Secundò per traditionem clauium. l. clauibus. ff. de contrahen. emp. Quãdoq; per constitutionem precarii, ut uult gl. in l. ab emptione. ff. eo. de pactis. Qñque per traditionem instrumentorum. l. 1. inf. de dona. Multos alios casus uidete in l. 3. in principi. ff. de acquiren. posses. & per Anto. de But. in c. fi. extra de causa posses. & proprie. ¶In eadem gloss. ibi, &
3 idonea. † Dicitur autem idonea secundùm Docto. quando est sufficiens ad translationem dominij. alioquin, si traderem tibi rem ex causa depositi, non esset causa idonea ad transferendũ dominiũ. l. licèt. in §. 1. ff. depos. Itẽ
4 est idonea siue sit uera, siue putatiua: † quia error in causa traditionis nõ habet impedire trãslationem dominij toto tit. ff. de condi. indebi. sed error in causa dominii bene habet impedire translationem dominii. Ita not. docet Bartol. in l. 1. ff. de offi. procu. Cæsa. ¶In eadem glo. ibi, nisi satisfiat de pretio. Videtur uelle ista gl. quòd sit speciale in uenditione, ut non trãsferatur dominium in emptorem, nisi soluto pretio, uel habita fide de pretio. Idem uidetur uelle gloss. in l. prima, in fin. ff. de rerum permu. Contrariam opinionem tenuit gloss. in l. si seruus. §. locaui. ff. de furt. & illa gloss. est communiter approbata: quia uult idem esse in aliis contractibus nominatis. Et no. bene illam glo. in d. §. locaui. In dubio
5 debemus præsumere, † quòd habita fuerit fides de pretio. Ita uult glo. in l. quod uendidit. ff. de cõtrahen. emp. & gl. in l. procurator. §. pe. ff. de tribu. in tantum ꝙ si ego uenditor simpliciter tradã rẽ emptori nõ exprimẽdo, ꝙ nolo habere fidem de pretio, dominium erit translatum in te emptorem. Et licèt postea ego interpellem emptorem super pretio sibi dicẽdo expresse, ꝙ nullo mõ uolo habere fidem de pretio, tamen dominiũ, quod est semel translatum in emptorem, non retransferetur in me uenditorem, nec potero uendicare rem, quam tradideram. Ita dicit eleganter Bal. in l. inciuile. inf. de rei uẽdi. ¶In
6 glo. 2. in fi. uult ista glo. † quòd per præscriptionem acquiratur utile dominium, non autem directum. & hoc probatur in l. si quis emptionis. hic in glo. alleg. ubi dicitur, quòd de eo, qui præscipsit, datur exceptio. & nos ha
7 bemus, † quòd exceptio est actionis exclusio. l. 1, ff. de excep. ille ergo, cuius rem præscripsi, adhuc habet rei uendicationem contra me: ergo habet directum dominium. l. in rem. in prin. ff. de rei uen. Non obstat, si dicatur: quia ista potest esse exceptio intentionis, & facti, de qua per gloss. ordi. in l. qui se debere. ff. de con di. ob caus. quia respondeo, quòd hoc non est uerum, ut probatur in l. emptor. inf. de præscrip. lon. temp. ubi
8 dicitur, † quòd reus probat exceptionem præscriptionis post probatam intentionẽ actoris: ergo ꝑsupponitur actio in agente. Cõcludite ergo, quòd per præscriptionem longi tꝑis acquiritur utile dñium, & non directum. pro hoc alleg. tex. in l. 1. in fin. in uerbo utilẽ. ff. de aqua plu. arc. & in l. si duo patroni. §. idẽ Iulianus. ff. de iureiu. &. ita tenent Doc. hic. & in Auth. nisi tricennale. inf. de bonis

bonis mater.& Io. And.in Mercurialibus.in regula,pos-
sessor.extra de regu. iur.lib.6.¶Hanc communem con-
clusionem limitabitis primò, nisi esset præscriptio tan-
ti temporis, cuius initij memoria non extat in con-
9 trarium. Nam per † talem præscriptionem acquirere-
tur directum dominium. Ita dicit hic eleganter Bald.
& sequitur Saly. & est ratio : quia tempus,de quo sup.
æquiparatur constituto, & traditioni. l. hoc iure. §. du-
ctus aquæ.ff.de aqua quoti. & æstiua. unde per præscri-
ptionem tanti temporis acquiritur directum dominiū,
10 sicut per traditionem. † Secundò limitabitis, nisi statutū
disponat,q; per præscriptionem acquiratur dñium:nam
tunc intelligeremus de directo. Ita eleganter dicit Bart.
11 in l. usucapio. ff. de usucap.† Tertiò litabitis,nisi is,cōtra
quem præscribitur,fuerit sciens : nam tunc ex longa pa
tientia tanti temporis uidetur consentire.per no.in l.pe
nul.inf.communi diui.Istam limitationem ponit Bar. in
12 d. Auth.nisi tricēnale.† Quartò limitabitis, nisi quis præ
scribat titulo sententiæ latæ super secundo decreto : nā
tunc acquireret directum dominium.Ita dicit Bald.in l.
possessionem,inf.de bon.auctor. iudi.poss.alleg.l.& ge
neraliter.ff.de noxa.Sed Ro.in l.Prætoris officiū. ff. de
damno infec.tenet contrarium.& cōtra opi.Bal. est tex.
cum glo.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec. ¶ In gl.
13 fi.ibi:& adiectionis in diem.† Et est ratio secūdùm Doc.
a quia istud pactū.legis cōmissoriæ a.& adiectionis in diē
resoluit contractum ipso iure,& sic traditio facta rema-
net sine causa:unde nō est mirum,si re transfertur domi-
nium in uenditorem. Aduertite tamen : quia ad hoc,
ut istud pactum operetur istum effectum, duo requi-
runtur. Primum est, quòd debet fieri per uerba di-
recta, puta sit inemptus; secus si fieret per uerba obli-
qua, puta, reuertatur ad me. Ista est gloss. ordina.ap-
probata per Bar.& omnes in l.1.in glo.mag.in fin. ff. de
dona.Secundum requisitum est : quia oportet,quòd ip-
sum pactum sit appositum incontinenti in ipso contra-
ctu,& re integra ante traditionem; secus si ex interual-
lo:quia tunc non operaretur retranslationem dominii.
Ista est glo. quæ rarò alibi reperitur secundùm Paul. de
Cast.in l.ab emptione.ff.de pactis.& ita tenet Bal.in l.1.
inf.communia de leg.& not.bene prædicta.¶ In eadem
glo.ibi,in ecclesia. Addite, quòd Sal. in Auth. donatio-
14 nem.inf.de iure do.dicit, † quòd ubicunque dominium
transfertur sine traditione,illud est utile,non autem di-
rectum.facit.l.cum ueterum.de dona.ante nup.& l.si cū
uenderet. ff.de pig. act.& l.si mortis causa res donata sit.
ff.de dona.cau.mor.¶In ea.gl.ibi,si quis sub hoc.Hanc
primam opi.tenent.Pe.& Cy. & dicunt esse spāle in an-
cilla fauore castitatis, & odio prostituentis. sed Raph.
Ful. dicit idem in alijs rebus, cum non sit dare rationē
diuersitatis.& opi.Ful.probatur in l.1.& 2.ff. de ser. ex-
por.Bart.de Sal.sequitur secundam opi. hic in gl. rela-
tam.dicens, q; istud pactum manuum iniectionis demū
operatur translationē dominii interueniente iniectio-
ne manuum,seu apprehensione:quia etiam, si per mille
manus ambularet ancilla,licebit uēditori propter istud
pactum propria auctoritate inijcere manus in personā
ancillæ.¶In ea.gl.ibi.§. surdo. Addite aliam causam in
15 donatione causa mortis : † quia per eam transfertur do-
minium sine traditione per tex.sing.cum sua glo.in l.2.
ff.de publicia.Et ita uult Bal.in l.2. inf. si quis alteri uel
sibi.quod limitetis,ut per Ang.in Auth. de hære. & fal-
ci.Addite alium casum in l. in rebus. inf. de iure dotiū.
& multos alios, qui ponuntur per gl. & Doc. in l. 3. in
prin.ff.de acqui. posses. Ego in tractatu meo feudorum
16 addidi alium casum elegantem,dum dixi, † quòd Prin
ceps ex solo tit.transfert dominium in alium sine tradi-
tione, quando cōstat de præcisa intētione Principis. &
ibi allegaui pulcherrimas auctoritates.

ADDITIO.

a ¶Pactum legis commissoriæ. Not.differentiam inter pa
ctum legis commissoriæ,& adiectionis in diem.Nam pa
ctum legis commissoriæ est, ut si uendo tibi domum, &
si nō solueris in mensem, uolo,q; sit inempta. Pactū au-
tem adiectionis in diem tale est.uendo tibi domum,& si
potero habere maius pretium usque ad mensem, ego re
petam ipsam domum.

In l. Cum proponas.ij.

SVMMAE.

1 Agere nō potest ex nudo pacto transactionis, qui perfectè non impleuit.

2 Frangenti fidem fides frangatur eidē, quomodo intelligatur. Fallit ut nu.3.4.5.& 6.

7 Pacto inito inter duos de se non offendendo, uno offendente, an alter offendet sine metu pœnæ, ubi pœna erat apposita.

1 CVm proponas.ij. ¶† Ex nu
do pacto
transactionis non potest agere is,qui per
fectè non impleuit, sed cōtra aduersariū
non seruantem transactionem potest age
re actione prima, super qua fuerat transactum. Hoc di.
2 ¶†No.illud uulgatum, quòd frangenti fidem fides fran
gatur eidem. Quod intelligatis procedere, etiam si in-
teruenisset iuramentum.tex.est no.in c.peruenit.il.2.ex
3 tra de iureiur.† Fallit ista regula in treuga:quia duran-
te tempore treugę,frangenti mihi fidem non est licitum
mihi frangere.Ita dicit Vicen.in c.1.ext.de treu. & pac.
& Io.And.in addi.ad Specul.in rubr.de treuga & pace.
& dicit ita seruari in Hispania.Io.de Imo.in l.qui seruū.
ff. de uer.ob. dicit,quòd ista fallentia potius procedit
de consuetudine, quàm de iure.de hoc per Ang. in l. si
4 ex legati causa ff.de uer.ob. † Secundò fallit, si esset fa-
cta executio contractus, puta, ego uendidi tibi librum,
& tradidi,ut deberes mihi soluere pretiū, tu non soluis
mihi pretiū,certè nō potero amplius uendicare librum.
Ita eleganter dicit Bal.in l.inciuile. & per illā,l.ȝ.de rei
uend. & hoc procedit in cōtractibus nominatis;in cōtra
ctibus autē innominatis datū ob cām causa non secuta,
repetitur per condic.ob causam.l.3.ff.de condi.ob cau-
5 sam.¶†Tertiò fallit in re separata : nam licèt circa idem
uel connexum,uel respectiuū nō tenearis seruare fidem
mihi non seruanti, tamen quando obligationes non sūt
respectiuę una ad alteram,ut ecce,tu promisisti mihi Sti
cū,& de hoc apparet instrumentū,ego ꝑmitto tibi equū
ex causa uenditionis,uel commodati:istæ obligationes
non sunt adinuicem respectiuæ : unde licèt non serues
mihi fidem in Sticho; non tamen est licitum mihi fran-
gere tibi fidem in illo equo.Ita uolunt hic Cyn. Sal. &
Ant.de But.& dominus Panor.in præalleg. c. peruenit.
6 † Quartò,& ultimò fallit, si ille,qui fregit mihi fidē,iam
præstitit mihi pœnam,quam incurrerat ratione fractio-
nis fidei.Nam tunc non est licitum mihi frangere sibi fi-
dem:quia illa præstatio pœnæ succedit loco rei. l. præ-
dia.ff.de act.emptio.& ideo satis dicitur seruasse fidem.
7 ¶Ex præmissis infertur ad q.Duo fecerunt pacem ad in
uicem,& promiserunt sub pœna se non offendere, dein
de unus offendit alium,nunquid offensus de cætero sine
metu pœnæ poterit offendere offendentem. Bal.Sali.&
Doct.communiter hic determinant quòd sic.per l. cum
pater. in §. illi.ff.de re iud.& ita tenet Bar. in l.cū pater.
§. libertis. ff. de leg. 2. de qua materia plenè habetur in
l.semel mora.ff.sol.mat.

In

In l. pactum curatoris.

SVMMAE.

1 *Administrator potest recipere solutionem, sed debitum liquidum non potest remittere.*
2 *Minor consentiens remissioni debiti factæ à curatore an restituatur.*
3 *Donatio non est permissa administratori. Fallit ut nu. 4.*
Remissio debiti est donatio.
5 *Curator potest remittere debitum usurarium, & exonerare conscientiam defuncti.*
6 *Procurator an possit renunciare exceptionibus competētibus domino. & nu. 7.*
8 *Procuratoribus quæ possint obijci.*
9 *Litigare coram iudice suspecto est periculosum.*
10 *Tutor an possit facere pacem de occisione patris pupilli, uel cum inimicis ipsius pupilli.*

1 PActum curatoris. ¶ † Administrator potest recipere solutionem, sed non
potest remittere debitum liquidū. Hoc
dicit. ¶ In tex. ibi adultæ ætatis suffragiū.
2 Declaretis text. hoc modo. † Curator remisit debitori
adulti debitum liquidum, & ipse adultus consensit sine
iuramento: certè ipso iure tenet remissio, sed succurritur adulto remedio restitutionis in integrum, & ita intelligitur ista litera: sed si solus curator remisisset debi-
3 tum liquidum, remissio nihil ualuisset. ¶ † Nota, quòd
legitimus administrator quantuncunque habens liberā
non potest remittere debitum liquidum pertinens minori: quia talis remissio esset donatio, quæ non est permis
4 sa administratori. ¶ † Fallit hæc regula in debito usurario, uel simili: quia tunc solus curator posset tale debitū
etiam liquidum remittere pro exoneratione conscientiæ, ut uidebitis in l. Præses. inf. ti. seq. alios casus numerat glo. in l. contra iuris. in §. fi. ff. eo. & ibi glo. inter cæteros casus numerat unum, scilicet quando debitum nō
est liquidum. Nam tunc administrator potest illud remittere. sed Bal. in l. 1. supra eo. tenet oppositum. & Sali.
5 dicit hic se dubitare. ¶ † Concludite, quòd si remissio debiti nō liquidi fiat animo donādi per administratorem,
nihil ualebit: quia etiam debiti non liquidi est donatio.
Ita tenet eleganter Bartol. in l. 1. ff. de transac. Item si esset debitum non liquidum, quod speraretur posse liquidari, non posset administrator illud remittere, & talis
remissio non haberet omnino bonam fidem, & ita intellige not. per Fulgo. in d. l. contra iuris. in §. fi. ¶ Per præ
6 dicta infertur ad aliam quæstionem, † utrùm procurator
posset renunciare exceptionibus competentibus domino. Bal. & Sali. hic determinant quòd non, siue sit exceptio peremptoria, siue declinatoria: quia ꝓcurator expressè non poterit renunciare, tacite autē non opponendo
iuxta ordinē processus bene poterit renunciare sīn eos.
l. penul. & fi. infr. de excep. Sed aduertite, quia Bartol.
in exceptione declaratoria expressè determinat contrarium in l. fin. in prin. ff. de his quæ in frau. cre. ubi di-
7 cit, † quòd procurator exceptioni declinatoriæ domino competenti potest renunciare, quia ista non est donatio. l. si fideiussor. in §. quædam. ff. mand. Et hanc opinionem tenuit Ant. de But. in c. cum olim. & per illum
tex. extra de offi. dele. & idem Ant. de But. hoc uoluit
in c. 1. extra ut lite nō cōtesta. Sed possetis saluare opi.
Bal. & Sal. in duobus casibus. Primus est, quando in mā
a dato procuratorio [a] essent ista uerba, talis dominus cōstituit talem procuratorem ad agendum, defendendum,
&c. saluis tamen & reseruatis ipsi domino quibuscunq;
exceptionibus sibi competentibus: nam tunc procurator non posset renunciare exceptioni declinatoriæ domino competenti, per no. per Canon. in c. fi. extra de di
8 latio. Ego addo, † quòd quando curator producit tale
mandatum limitatum, aduersarius debet esse cautus, ut
opponat, ꝙ tale mandatum non est legitimum, qđ est
notandum: quia aliquando domini constituentes procuratores dicunt. Ego constituo talem procuratorē, &
promitto habere ratum, & gratum quicquid legitimè
gestum fuerit per eum: nam tale mandatum est limitatū,
ideo debet admitti. Ista est glo. singularis in c. relationi.
21. q. 1. & illam glo. Io. de Imo. reputat singularem in d.
c. fi. & Bal. allegat eam in l. si procurator. in fine commēti. inf. de procura. ¶ Item quando esset exceptio suspitionis; tunc procurator non posset in præiudicium domini illi exceptioni renunciare ꝑꝑ magnitudinem præ
9 iudicij: † quia ualde periculosum est coram iudice litigare suspecto. l. apertissimi. ¶. de iudi. Istud est notabile dictum Io. de Imo. in d. c. cum olim. il 1. extra de offi. de
leg. quod nunquam exeat memoria uestra. ¶ Vltimò Ia.
10 But. inducit hanc l. ad quæstionem, † utrùm tutor possit
facere pacem de occisione patris pupilli, uel cum inimicis ipsius pupilli. & concludit quòd non, si esset dedecus ipsius pupilli, uel familiæ suæ, secus si esset utilis pupillo, puta, quia inimicus est potentior, uel æquè potēs,
sicut pupillus. Nam tunc propter dubium euentum sustinetur pax, & ualebit in uim trāsactionis. Et ita etiā uolūt hic Bal. & Sal. & dicit hic Pa. de Cast. ꝙ ita tenet Baudinus in trac. maleficiorum. Ego addo Ang. idem tenentem in l. si nō conuicij. in ult. q. inf. de iniu. & idem tenet
Spe. in tit. de homici. in §. 1.

ADDITIO.

a ¶ Procuratorio. Adde, quòd procurator est, qui mandato domini administrat, uel procurat in causis. Vide latè per Ioan. de Gras. in tract. de substantialibus procuratorij. super uer. procuratoris. nu. 1.

In l. Filius paciscendo.

SVMMAE.

1 *Pactum, uel solutio facta filio non nocet patri.*
2 *Filius uiuente patre censetur quodammodo dominus.*
3 *Filius non potest accipere solutionem à debitoribus paternis, nec eos liberare uiuente patre.*
4 *Libellus quomodo sit formandus, & qualiter debeat concludere, quando coniuncta persona agit pro coniuncta.*
5 *Procurator constitutus ad aliquid uendendum, an possit recipere solutionem.*
6 *Negotiorum gestor an possit recipere solutionem.*
7 *Filius potest recipere solutionem ex contractu celebrato super re patris.*

1 FIlius paciscendo. ¶ † Pactum, uel solutio
facta filio non nocet patri. Hoc dicit. Ra-
2 tio dubitandi in hoc potuit esse: † quia filius uiuēte patre quodammodo dominus
censetur, l. in suis. ff. de libe. & posthu. Sed ratio decidendi est ad oppositum: quia licèt quò ad quid censeatur
dominus; tamen quantùm ad administrationem bonorū
3 nō reputatur dn̄s. † Et ideo nō pōt recipere solutionē à
debitoribus paternis, nec eos liberare uiuente patre, facit. l. iusiurandum. quod ex conuentione. ff. de iureiuran. ¶ Nota, quòd licèt filius censeatur coniuncta persona. l. exigendi. inf. de procura. tamen non potest recipere
4 solutionem à debitoribus paternis. † Et ideo, quando coniun-

coniunctus agit pro coniuncto, sit cautus in libellando, ut non petat reum condemnari ad soluendum ipsi agenti, sed petat eum condemnari ad soluendum illi, cuius nomine agitur. Ita dicit eleganter Bartol. in
5 l.uerò procuratori.in §.primo.ff.de solutio. † Quid autem in procuratore constituto ad uendendum. Conclu dite, quòd potest sibi solui ex illo contractu cum eo celebrato. Ita dicit not. Bartol. in l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de uerb. obli. ¶Quod limitetis, nisi fuisset constitutus procurator ad uendendum cū ista dictione taxatiua, tantùm: nam tunc non posset sibi fieri solutio ex contractu cum eo celebrato. Ita est tex. singularis, quem didici in singularibus domini Lud. Roma. in l. 1. §. igitur præposito. ff. de exerci. Aduertite tamen, quia licèt, quando procurator habens mandatum ad contrahendum nomine domini possit recipere solutionem ex illo contractu; tamen non poterit agere contra debitorem illius cōtractus, nisi caueat de rato, scilicet dominum ratum habiturum. text. est aureus in l. non solùm. §. sed inter-
6 dum. ff. de procurato. † An autem negotiorum gestor possit recipere solutionem. Videte tex. singularem, & Bartol. ibi, qui bene declarat in l. filiæ. ff. de solutio.
7 † Item filius ex contractu celebrato super re patris bene posset recipere solutionem. argu. l. quod seruus. ff. de solu. & l. quod seruus. ff. deposi. Idē in monacho per nota. per Inno. c. cum olim. extra de priuile.

In l. Si actionem.

SVMMAE.

1 *Pactum factum uni ex hæredibus non prodest alijs. Et qualiter intelligatur factum. nu. 2.*
3 *Sorore maritata faciente pactum de non petendo hæreditatē, intelligitur de parte fratris, non de parte suorum aliorum fratrum, & si renunciet hæreditati paternæ, eius portio accrescit omnibus fratribus.*
4 *Pactum factum hæredi putatiuo an prosit uero hæredi.*
5 *Pactum factum contemplatione certæ personæ non egreditur illam.*

1 SI actionem. ¶† Pactum factū uni ex hæredibus non prodest alijs. Hoc dicit secundùm primam lecturam. ¶Not. ex ista l. secundùm primū
2 intellectum, † quòd legatarius, seu creditor hæreditarius faciens pactū de non petendo uni ex hæredibus defuncti intelligitur sibi facere de parte, quā uis de parte nullam mentionem faciat. Et ex hoc loco
3 Bald. decidit hic not. quæstionem. † Mortuo patre soror maritatur ab uno ex fratribus, & ipsa soror facit pactum de non petendo hæreditatem paternam ipsi fratri: certè intelligitur fecisse tale pactum pro portione spectante ad ipsum fratrem, unde ab alijs fratribus poterit petere portionem sibi contingentem. Aduertite, quia ipse Bal. in l. pactum. in 8. & 9. quæst. inf. de colla. uidetur hoc limitare dicens, quòd si soror maritatur ab uno fratre, & simpliciter renunciet hæreditati paternæ, tunc portio sua tanquam deficiens accrescit omnibus fratribus. Qd procedit, quando talis renunciatio fuisset facta ante aditam hæreditatem per sororem. Secus si iam adiuisset hæreditatem, & renunciasset hæreditati paternæ uni ex fratribus, qui maritauit eam: nam tunc non posset habere locum ius accrescendi, per regulam. l. 1. §. fi. ff. de usufru. accre. & ideo omne emolumentum, quod pertinebat ad ipsam sororem, acquiritur illi soli fratri, cui renūciauit, secundùm Paul. de Cast. hic, & eundem Pau. in l. planè. §. si duobus. ff. de legat. 1. & cum prædictis decisionibus concordat Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de testam. in addit. mag. Et not. bene prædicta, quæ sunt quotidiana. Habetis expeditam primam lect. ¶Hoc loco legitur hic in glo. in uerbo, uel si remisit. & secundùm istam le-
4 ctu. hoc dicit in summa. † Pactum factum hæredi putatiuo non prodest uero hæredi. Concordat l. si tibi decem millia. §. cum possessor. ff. eo. Sed huic lectu. uehementer obstat. l. si post. in fi. ff. de consti. pecu. Bartol. hic, & ubique respondet, quòd in d. l. si post. pactum fuit factum uero hæredi, cui postea fuit euicta hæreditas per querelam, uel contra tabulas: quo casu pactum semel ritè interpositum, quod habuit subsistentiam ab initio, acquirit ius hæreditati, & ideo transit ad quencunque transeat hæreditas. & hanc solutionem sequuntur Bal. & Angel. & est de mente glo. in l. si hæres pecuniam. ff. ad Trebel. Bar. de Sal. impugnat istam solutionem: quia tex. in d. l. si post. in prin. loquitur in uero hærede; in fine autem text. dicit idem in possessore. ergo finis illius legis non intelligitur in uero hærede. Vnde ipse Sal. respondendo ad contrarium dicit, quòd in l. nostra fuit factum pactū
5 contemplatione certæ personæ, † quo casu non egredit illā personam, sed in d. l. si post. in fi. fuit pactū simplex, & simpliciter cōceptū, quo casu attendere debemus, an possessor, cui fit pactū sit bonę fidei possessor: & hoc casu pactum factum bonæ fidei possessori prodest uero hęredi, & ita loquitur in l. si post. in fi. Si uero possessor, cui fit pactum, esset malę fidei, tale pactum non prodesset uero hæredi. d. §. cum possessor. Ratio differentiæ, quia bonæ fidei possessor cogitatione domini possidet. l. apud antiquos. inf. de fur. & ideo potest mouere actiones. l. si bonæ fidei. ff. de peti. hæredi. Et omne illud, ex quo factus est locupletior, tenetur restituere uero hęredi. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hær. ergo ipsi uero hæredi debet posse acquirere per pactum. Raph. Ful. & Pau. de Cast. reprehendunt istam solutionem Sal. dicentes non debere constitui differentiam inter prædicta: imò tam in casu. l. nostræ, quàm etiam in casu dicti. §. cum possessor. & in l. si post. possumus ponere causam in bonæ fidei possessore. Vnde ipsi aliter respondent dicentes, ꝙ in l. si post. in fi. ff. de consti. pecu. loquitur in pacto obligatorio facto hæredi putatiuo creditoris: quo casu nō est præsumendum tale pactum fuisse factum contemplatione personæ, imò magis propter p̄cedētem obligationem hæreditariam, & ideo tale pactum transit ad uerū hæredem; lex uerò nostra loquitur in pacto liberatorio facto hæredi putatiuo debitoris. Et tale pactum nō prodest uero hæredi ipsius debitoris: quia nō sequitur. Volo donare, uel remittere isti, ergo uolo remittere illi Dominus Alex. de Imo. damnat istam solutionē dicēs, quòd text. in d. §. cū possessor. dicit, ꝙ pactum non prodest, nec nocet uero hæredi. & glo. ibi uidetur intelligere de hærede putatiuo tam debitoris, quàm creditoris. Mihi uidetur, quòd intellectus Rapha. & Pau. optimè procedat intelligendo hoc modo, quòd aut pactum liberatorium fit ab hærede putatiuo creditoris, & fit debitoribus hæreditariis: & tunc dico, quòd tale pactum non nocet uero hæredi ipsius creditoris. §. cum possessor. Aut loquimur in hærede putatiuo debitoris, cui est factum pactum liberatorium de non petendo, & tale pactum non prodest uero hæredi ipsius debitoris. d. §. cū possessor. & ita intelligendo uerba tex. dicti. §. cum possessor. ibi non prodest, neque nocet, procedunt de plano, & nihil impropriamus, nihilque subaudimus. & intellectus Sal. diuinat ad illum. §. dum intelligit eum in malæ fidei possessore. Et intelligere. dictum §. cum possessor, in pacto obligatorio facto hæredi putatiuo creditoris, ut uult dominus Alexan. non esset tunc tractandum, an tale pactum noceat uero hæredi, sed an prosit: unde mihi placet Raph. & Pau. ¶In ea. gl. ibi, uel

tertio. Ista transit sine scrupulo dubitationis. Quartam accommodauit Pet. de Bellaper. ad istum tex. dicens, quod istud pactum liberatorium non fuit factum cohæredibus defuncti, sed fuit factum quibusdam amicis stipulantibus, & recipientibus nomine hæredum defuncti, qui erant absentes: unde non est mirum, si tale pactum eis non prosit: quia alteri stipulari, uel pacisci nemo potest. l. quod tutela. §. fina. ff. de regu. iur. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. obligatio. Vos dicite, quòd istud dependet ab illa pulchra dubitatione, utrùm si ego promittam alicui stipulanti, & recipienti nomine tertij absentis, acquiratur actio illi tertio. de quo per Barto. & cęteros in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerbo. obliga. Et est de hoc gloss. quæ reputatur singularis in l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. 1. quæ dicit, quòd quando per stipulationem promitto tibi stipulanti, & recipienti nomine Sempronij absentis; tunc mediante exceptione per te fienda acquiretur actio ipsi Sempronio. Quod no. quia in instrumentis publicis plerũque apponũtur talia uerba: quia ergo intellectus Petri est dubitabilis, & diuinatiuus, tenete uel primam, uel secundam lecturam, quam superius declaraui.

In l. Debitorum.

SVMMAE.

1 *Pactum factum inter debitores, uel inter hæredes debitoris nõ præiudicat creditori.*
2 *Debitores non possunt inter se pacisci in præiudicium creditoris.*
3 *Subditi non possunt facere pactum, ligam, uel confœderationẽ in præiudicium sui Superioris.*
4 *Dominus non potest pacisci in præiudicium suorum subditorum, nec transferre suos subditos inuitos in alium.*
5 *Cessione facta ob certam causam, si causa non adimpleatur, instrumenta tradita cessionario possunt repeti.*
6 *Cessionarius habens utiles actiones præfertur hæredi habenti directas.*

DEbitorum. ¶Bar. dicit, quod ista. l. debitorum, est summarium. & l. sequens est casus in terminis. Hoc dicit.
1 † Pactum factum inter debitores, uel inter debitoris hæredes non habet præiudicare creditori, quò minus possit agere aduersus ipsos hæredes debitoris pro portionibus hæ-
2 reditariis, cum l. seq. ¶Nota ex ista. l. † quòd debitores nõ possunt inter se pacisci in pjudiciũ creditoris. Ideo si duo tanquam principales debitores, & quilibet insolidum obligauerint se erga me: deinde unus ipsorum fecit alteri in absentia mea instrumentum indemnitatis, idest de conseruando eum indemnem, confitendo eum non fuisse debitorem principaliter obligatum, sed fideiussorem: tale pactum, talisque confessio non præiudicabit mihi creditori secundùm Bald. & cæteros: quod est bene notandum; optimè facit tex. in Auth. de
3 duo. reis. in prin. Item per istam. l. dicit Bal. † quòd subditi non possunt facere pactum, ligam, uel confœdera-
a tionem in præiudicium sui Superioris [a]. An autem in eorum præiudicium possint hoc facere, dicite, ut per Bal.
4 in l. si quis ex consensu. sup. de epis. audi. Addit Bal. † quod dominus non potest pacisci in præiudicium subditorũ suorum, nec transferre subditos suos inuitos in alium. Allegat glo. ord. in l. inuitus. ff. de fideicom. lib. De materia illius glo. tangitur in l. 1. inf. de noua. & in l. 2. ff. solu. ma. & in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. inde.
5 Item ex l. pacto successorum. colligit Sal. † quod quñ cessio actionum fit ob certam causam, si illa causa non adimpleatur, instrumenta tradita ipsi cessionario possunt repeti. Nam uos hic uidetis, quod inter hrdes debitoris fuit conuentũ, quòd unus ex eis exigeret oĩa nomina debitorũ illius hæreditatis, & quòd ipse solus deberet solue re omnibus creditoribus hrditarijs: certè si ob hoc tradãtur sibi instrũ, in quibus appareat debitores esse obligatos, ob hãc traditionẽ intelligitur facta cessio actionũ. l. 1. inf. de dona. Et si nõ adimpleat causã: scilicet quia non soluat creditoribus hæreditariis, illa instrũ sibi cõsignata poterũt repeti. Et ex hoc loco ipse Sal. infert ad singularem limitationem. l. 4. inf. de nouat. ibi in tri-
6 bus casibus ibi in tex. expressis, cessionarius † habẽs utiles actiones pręfertur habenti directas. Nam illa lex debet limitari, nisi cessio fuisset facta ob certã causã, quæ non fuisset secuta, nec adimpleta. Nam hoc casu habẽs directas semper pferetur habẽti utiles, etiam in casibus fallentiarum &c. de quibus in d. l. 3. & ipse habens directas poterit eas semper intentare. Quod nunquam exeat memoria uestra.

ADDITIO.

a ¶In præiudicium sui Superioris. Domino autem accusato, & condemnato pendente appellatione, an debeãt ei obedire. uide p Pe. de An. in c. nõ debet. n. 5. ext. de test.

In l. Petens ex stipulatione.

SVMMAE.

1 *Pactum pluribus modis uestitur.*
2 *Pactum appositum iuxta contractum stricti iuris informat ueterem actionem, & non parit nouam. & nu. 30.*
3 *Ex, dictio denotat causam immediatam, aliquando remotam & num. 26.*
4 *Placiti, uerbum est generale importans omnem conuentionẽ.*
5 *Statim, dictio quomodo accipiatur.*
6 *Secundum, dictio quomodo accipiatur.*
7 *Pactum nudum appositum iuxta contractum stricti iuris uestitur cohærentia ipsius contractus.*
8 *Actio ex uendito est bonæ fidei.*
9 *Pactum appositum iuxta ipsum contractum, siue antecedat ipsum contractum, siue sequatur, uestitur cohærentia contractus; dummodo incontinenti sit appositum.*
Et hoc dummõ partes nõ diuertant ad extraneos actus. n. 10.
11 *Libelli huius conclusio ualet, & sustinetur. peto pro me sententiam ferri.*
12 *Clausula, peto mihi iustitiam ministrari, quando prosit, & sit utilis.*
13 *Libellus, quando habet duo capita, & per unum redditur ineptus, & per aliud aptus, sustinetur ex capite habili. Idem in sententia. nu. 14.*
15 *Præscribi an possit iuri declarandi, & an iuri offerendi. n. 17.*
16 *Ratihabitio non conualidat actum in præiudicium tertij.*
18 *Apponi potest ad implementum contractus, seu stipulationis id, quod dependet à uoluntate utriusque partis.*
19 *Actus deficiens in sui forma à principio non potest conualidari ratihabitione.*
20 *Actus subsequens declarat intentionem actus præcedentis.*
21 *Stipulatio usurarum si deducatur in pactum incontinenti appositum, ex illo pacto nascitur actio.*
22 *Pactum omne largè loquendo est contractus.*
23 *Informare quid dicatur.*
24 *Pactum appositum incontinenti iuxta stipulationem, quòd uestiatur cohærentia stipulationis, & informet ipsam stipulationem, quomodo intelligatur. & nu. 25.*
Et operatur tres effectus. nu. 28.
27 *Vincula duo fortiora sunt uno.*

Stipu-

29 Stipulatio dandi non eſt apta competere ad faciendum, & nu.31.
32 Pactum quando non ueſtiatur cohærentia ſtipulationis.
33 Promisſio dotis facta per extraneum pro muliere ueſtit pactũ incontinenti appoſitum, in quo continetur.
34 Pactum an ueſtiautr ſaltem rei interuentu.
35 Contractus innominatus reſultat ex cauſa finali.
36 Pactum reciprocum quid operetur.
37 Soluens pœnam non dicitur implere contractum.
38 Actio datur ad intereſſe ei, qui impleuit contra non implent in contractibus innominatis.
39 Modus poteſtatiuus non trahitur retro.
40 Pactum quando dicatur ueſtiri cohærentia contractus.
41 Pactum ueſtitur cohærentia contractus conditionalis.
42 Obligatio tam ciuilis, quàm naturalis quòd ſit nata uſque ab initio, quomodo intelligatur.
43 Pactum qualiter dicaturu eſtiri rei interuentu.

PEtens ex ſtipulatione.
¶Barto.& cæteri Doct.exordiuntur hanc
eſſe ſubtilem,& difficilem legem,& Bal.
dicit eam eſſe ponderoſam.Pro faciliori
1 intelligentia materiæ poteſtis præuidere,†quòd aliquã
do pactum ueſtitur rei interuentu,& de iſto ueſtimento
habetur in l.ex placito,infra de rerum permu. Aliquan
do uerò ueſtitur rei traditione,& de iſto ueſtimento ha
betur in l.ĩ traditionibus.ff.eo.titu.Aliquando uerò pa
ctum ueſtitur cohærentia contractus bonæ fidei.Aliquã
do cohærentia ſtricti iuris,& de iſto ueſtimento loqui-
tur.l.in bonæ fidei,ſupra eod.& l.noſtra, quæ loquitur
de contractu ſtricti iuris.Reliqua euidentia per uos con
cipietis. Ex diſcurſu materiæ nunc deuenio ad diuiſio-
nem.Et licèt Bal.hic dicat hanc.l.non poſſe diuidi:quia
uno ſtructu literę eſt compoſita, & ſic non eſſet diuide-
re,ſed ſcindere per fruſta, tamen ſecundùm Salicet.po-
teſt diuidi ĩ tres partes.In prima ponitur thema, ex quo
reſultat quæſtio.In ſecunda ponitur altior indagatio.In
tertia ponitur reſponſio,ſeu ſolutio. Secunda pars eſt
2 ibi,ſeu.Tertia ibi,rectè.In ſumma hoc intendit. † Pactũ
appoſitum iuxta contractum ſtricti iuris informat uete-
rem actionem,non nouam parit. Hoc dicit ſecũdùm ter
tiam lecturam,quæ eſt communis.¶In text.ibi, petens,
quando dicatur quis petere, habetur in l. amplius non
3 peti.ff.rem ra.habe.¶In text. ibi,ex,†iſta dictio denotat
cauſam immediatam,& aliquando remotam.l.1.§.ex in
cendio.ff.de incen.rui.naufra.habetur in l.dubium,ſup.
de legibus.¶In tex.ibi,ſtipulatione.;Quid ſit ſtipulatio,
& qualiter concipiatur,habetur in l.1.in prin.ff.de uer-
bo.obl.& Inſt.de uerb.obl.in princ.¶In text.ibi,placiti.
4 †Iſtud eſt dubium generale importans omnem conuen-
tionem.l.1.ff.eod.de pac.Videbitis in l.ſi quis maior,in
uerbo,placitis,infra titu.1.ibi,ſtatim, exponetur incon-
5 tinenti,†& de iſta dictione,ſtatim,[a]habetur in Authen.&
a conſequenter,in uerbo,ſtatim,inf.de ſen.& interlo.om.
iudi.Aliquando exponetur,ſtatim.i.ſummariè.l.momẽ-
taneæ,infra unde ui.Et ita not.Bar.in l.res quæ in §.1.ff.
de iure fiſ.Aliquando capitur pro triduo,ut in l.fi. ſup.
de erro.aduo.uidebitis in l.fi.inf.de iudic.De dictione,
b incontinenti,[b]quemadmodum capiatur in iure noſtro,
uidete plenè per Bal.in l.lecta.ff.ſi cer.peta.¶In tex.ibi,
rectè,de differentia inter dictionem,rectè,& dictionem,
ritè,habetur per gloſſ.in l.2.ff. de inofficio. teſtamen.&
& per Bartol.& Docto.in d.l.lecta.¶In tex.ibi,primum.
6 †De iſta dictione habetur in l.ſecundum, infra de con-
trahen.& committen.ſtipul.& in l.penul.inf.de inſtit. &
ſubſtitut.ſub condi.factis,& per Canoniſt.in cap.Abba-
te Sancti Siluani,extra de uerb.ſignificatio.¶ Nota pri-
7 mò ex iſto text.†quòd pactum nudum appoſitum iuxta
contractum ſtricti iuris ueſtitur cohærentia ipſius con-
tractus,& perinde eſt,ac ſi contineretur intus in ipſo cõ
tractu.l.lecta,uerſicu.dicebam.ff.ſi cer.petat.Ideo infor
mat ueterem actionem deſcendentem ex ipſo contra-
ctu ſtricti iuris;adeo quòd ipſa actio deſcendens ex ip-
ſo contractu datur ad id,quod deuenit in pacto,ut hic,
& uidiſtis in l. in bonæ fidei, ſupra eodem.idem eſt, ſi
iuxta ipſum contractum, puta,uenditionis apponeretur
ſtipulatio:nam illa ſtipulatio informaret actionem uete
rem deſcendentem ex contractu uenditionis, adeo,
quòd actione ex uendito poſſet agi ad id, quod deue-
nit in ſtipulatione appoſita iuxta ipſam uenditionem,
tex.eſt no. & ibi Dyn.ſecũdùm communẽ lectu.in l.prę
dia.ff.de actio.emptio. & hoc eſt ualde utile in practi-
ca propter priuilegia, quæ habet actio ex uenditione,
8 †quæ eſt bonæ fidei,iuxta ea, quæ habentur in §. actio-
num, Inſtitut.de actio. quæ priuilegia non habet actio
deſcendens ex ſtipulatione,quia eſt ſtricti iuris. ¶No-
9 ta ſecundò ex iſto text.ibi, ſeu, † quòd pactum appoſi-
tum iuxta contractum,ſiue antecedat ipſum contractum
ſiue ſequatur, tamen ueſtitur cohærentia contractus,
dummodo incontinenti ſit appoſitum. Et ex iſto text.
10 in uerbo,poſt,ego colligo, † quòd etiam quando con-
tractus fuit abſolutus à partibus, pactum incontinenti
appoſitum ueſtitur cohærentia ipſius contractus, dum-
modo partes non diuerterint ad extraneos actus. Et
ita induxi uobis iſtam l. in l. uel in bonæ fidei, ſupra
11 eodem. ¶ Nota finem l. quòd ualet, & ſuſtinetur
iſta concluſio libelli, peto pro me ſententiam ferri.
Idem uult Bald.in l.edita, in repetitione Paduana, ſu-
pra de edendo. Idem eſt,ſi ego dicam, peto, quod iu-
ſtum eſt decerni, ſecundùm Bald. hic. Quid autem ſi
dicam,peto per uos dominum iudicem declarari actio
nem mihi competere,uidete per Bartol. in l.ſi finita. §.
eleganter.ff.de damno infect. Quid autem ſi in conclu-
ſione libelli ego dicam hoc modo: peto mihi iuſtitiam
miniſtrari. Concludite, quòd talis concluſio compre-
hendit omnem actum,& modum agendi,qui poſſit re-
ſultare ex narratione facta in libello. Ita dicunt Ca-
noniſtæ.in cap.ſecundo,extra de ordi.cogn. Et iſta con
cluſio eſt valde utilis,de qua videte per dominum Pa-
normita.in cap.primo,extra de offic. delegat. & in di-
cto cap.ſecundo,extra de ordin. cogn. & per Angel. in
aliquibus lectu.in l.in cauſis, infra de accuſatio. Et per
eundem in l.prima.ff.de edendo.& per Bal.in l.incerti,
in decimaquinta quæſtione,infra de interdictis. Addo
12 uobis,†quòd iſta clauſula [c], peto mihi iuſtitiam mini-
c ſtrari,tunc prodeſt,& eſt utilis, quando aliquo modo
ipſi agenti competit actio,ſecus ſi nullo modo ſibi com
peteret. Vnde in quæſtione facti, cum quidam fidei-
commiſſarius, cui ueniebat reſtituenda hæreditas per
fideicommiſſum, intentaſſet rei uendicationem cum
publiciana contra bonorum poſſeſſorem hæreditario-
rum ante reſtitutionem uerbalem, & in fine libelli
appoſuiſſet iſtam clauſulam, peto mihi iuſtitiam mi-
niſtrari. dixi, quòd per illam clauſulam non pote-
rat ſuſtineri libellus, quia fideicommiſſarius ante
factam ſibi reſtitutionem uerbalem non habet ali-
quod ius in hæreditate: nec ius dominii, uel qua-
ſi. l. facta, in princip.ff.ad Trebellian.ergo ante reſti-
tutionem ſaltem uerbalem non debet poſse agere rei
uendicatione, uel publiciana, & ad hoc in propriis
terminis allego uobis Paul. de Caſtro ſuo conſil.
13 166. ¶ Addite, † quòd quando libellus habet
duo capita, & per unum redditur ineptus,& per aliud
redditur aptus: ſuſtinetur ex capite habili. Iſtud

est singulare dictum Host.in c.ad dissoluendū,extra de despon.impub.& hoc dictum commemorat,& commēdat solemnis Doctor Pet. de Ancha. in c.cum ex officij, extra de præscrip. † sicut in simili dicimus, quādo
14 in una sententia exprimuntur duę causę; quarum vna est falsa, & alia vera, sustinetur ipsa sententia ex causa vera. Ita not. canon.in.c.in præsentia. extra de renuncia. & in.c.sicut. extra de re iudi.¶ In glo.j.ibi,cōuenit,vel conueniet. Ista lectura satis congruit huic literæ,dum dicit, placitij seruandi causa. & exemplificabitis hoc modo. Nam si pactum antecessit: deinde debitor per stipulationem mihi promittit id, quod nudo pacto conuenerat, vel si stipulatio pręcedat, deinde pactum subsequatur, puta,quia ego promitto tibi per stipulationem id, quod nudo pacto conueniet inter nos: certè istis duobus casibus dicetur stipulatio interposita gratia placiti seruandi, adeo quod ex ipsa stipulatione poterit agi ad id, quod deuenit in pacto, & meritò: quia id,quod propriè continetur in stipulatione referente, videtur etiam contineri in pacto, ad quod fit relatio.l. asse toto.ff. de hæredi. insti. &.l. institutio talis.ff.de condi. insti. Hanc tamen lecturam glo. reprobat duabus rationibus. Et ex pri-
15 ma ratione habetis colligere secundùm Bal.† quòd iuri declarandi nunquam pręscribitur. Quod limitetis secundùm Angel.nisi declaratio veniret fienda in præiudiciū tertij: nam tunc non posset fieri ex interuallo, l. debitorum,& l.pacto successorum.ꝯ.eo. bene facit tex. cum glo.in l.si indebitum.ff.rem ra. habe. & quod habetur in l.fi.C.ad Macedo. in quibus iuribus habetur,
16 † ꝙ ratihabitio non conualidat actum in præiudicium tertij.Item intelligatis dictum Bal.procedere, quando declaratio veniret fienda de cōsensu vtriusque partis nam tunc sicut facultas contrahendi non tollitur præscriptione,l.si quis postquā.ff.de fideiusso.ita ēt nō pręscribitur facultati declarandi ipsum cōtractū: alioquin si præsupponeremus ex antecedenti contractu, uel ex ultima uoluntate,ꝙ cōpeteret alicui facultas declarandi ēt inuito aduersario,certè dictum Bal. non procederet:quia talis facultas deducta ad actum pareret ius deducibile in iudiciū.s.ius offerēdi, & sic ei præscribi posset,l.cum notissimi.§.penul.ꝯ.de præscrip.30. vel. 40. annorū,habetur per Bar.in l.pignori.ff.de vsucap. & ꝑ Bal.& alios Doct.in l.licèt.ꝯ.de iure delibe. faciūt no. in l.fi.§.sed & si quis.ꝯ.communia de leg.& tex.in l.ꝙ si nolit.§.si quis ita.ff.de ędili edic.& quod not.ꝑ Bar.in l.si quando,in.§.hæres.ff.de lega.j. & in l. si quis sic sti-
17 pulatus.ff.de uerb.obl.† Amplius dico vobis, ꝙ & si in aliqua venditione esset appositum pactum de retrouēdendo per hæc verba, ꝙ quotiescunq; uenditor offeret pretium per emptorem exbursatum, quòd ipse emptor teneatur retrouendere,tamē hoc casu iuri offerendi præscriberetur spatio 30. annorum. Ita nota. dicit Angel.suo consi.43.incip. Iulius, & Franciscus. Aduertite tamen,quia Guido de Suzaria, & quidam alii Docto. antiqui conati sunt defensare istam lecturam ab impugnatione huius glo.& dicunt, quòd aut facultas declarandi dependet à tertio:& tunc bene potest fieri ex interuallo,l.cum apud Sempronium.ff.iudic. solui. Aut declaratio venit fienda ab ipsis partibus contrahentibus: & tunc imputandum est eis, si eam non faciant incontinenti, & ita procedat ista prima lectura, quam ponit ista gloss.Sed Bartol. de Sali. dicit, quòd ista est vna truffa: nam in l. asse toto, & in l. institutio talis,superius alleg. erat in potestate testatoris statim & incontinenti facere declarationem.tamen nihil imputatur sibi, quare eam non fecit incontinenti; imò si faciat eam ex interuallo bene ualebit, ut probatur in dictis iuribus.Bart.quoq; damnat istam opin. antiquorum, per l. qui pecuniam. ff. si cert. peta. & per l. si ita fuero.§.fin. cum l. seq. incipiente,cum enim. ff. de noua. & per alia iura, quæ hic allegat, in quibus patet,
18 † quòd id,quod dependet à voluntate utriusq; partis, potest ex interuallo apponi ad implementum contractus, seu stipulationis. Bald.hic dicit se admirari de domino,& præceptore suo Bart.quia incongruè uidetur loqui. Nam secundùm Bald. iura allegata per Bartol. non loquuntur,quādo stipulatio erat incerta,imò in iuribus allegatis per eum stipulatio erat certa, & non suspendebatur forma stipulationis,sed causa. Sed in proposito nostro quando per stipulationem tibi promitto id,quod nudo pacto conueniet inter nos, suspenditur forma stipulationis,quod fieri nō potest:quia id,quod est de forma,debet interesse in ipso actu:nam id,quod est de forma,non potest diu stare in suspenso,c. dudū, extra de reb.eccle.non alie. lib. 6. & l. obligari. §. tutor.ff.de auct. tut.Sed dominus Bal.non aduertit:nam opinio Bar.optimè probatur in l.quidam cum filium. §.fi.ff.de uer.oblig.& in l.si ita stipulatus fuero à Seio. ff. de fideius. Nam in his iuribus forma, & certitudo obligationis,seu stipulationis suspenditur. Ipse tamen Bald.etiam reprehendit opi. dictorum antiquorū Docto.mouetur,quia quando stipulatio expressè se refert ad id,quod deueniet in pacto, semper ualet, licèt pactū fiat ex interuallo, seu declaratio & certificatio fiat ex interuallo,allegat l.hæc uenditio.§.fi.ff. de contrahen. emp. Et sic remanet confusa opinio antiquorum superius relata. Solus Raph. Fulg. conatus est defensare istam primam lecturam ab impugnatione gloss. & dicit, quòd tempore stipulationis actum erat inter partes, quòd declaratio deberet fieri statim. & incontinenti post stipulationem: quod est diuinare, ideo non placet ista opinio Fulg. ¶ Aduertite inquantùm Bald. hic dicit opin. antiquorum, & hanc primam lecturam hic in gloss. relatam posse procedere, quando stipulatio incerta esset simpliciter concepta non habendo respectum ad aliquod pactum declaratiuum subsequendum, puta, quia stipulatus sum à te decem non exprimendo aureos, uel equos, uel aliquid aliud: nam hoc casu stipulatio est nulla, l. triticum, & l. ita stipulatus. ff. de verbo. obliga.unde declaratio ex interuallo subsecuta non facit eam conualescere, l. 1. §. si filius. ff. de leg. 3. & l. cum minor.
19 ff.de seruis expor. † nam actus à principio deficiens in sui forma non potest ratihabitione conualidari, l. obligari, in. §. tutor. ff. de auctori. tuto. Sed Moderni Docto. dicunt hanc opinionem posse procedere, quando constabat de mente contrahentium, quòd non habuerunt animum ad aliquod pactum declaratiuum subsequendum. Cæterùm si essemus in dubio, quia non constaret de mente partium: tunc pactum ex interuallo subsecutum bene posset declarare stipulationem incertam præcedentem: unde si hodie stipulor à te decem ita simpliciter loquendo: deinde ex interuallo declaremus, quòd illa decem sint decem ducati: talis declaratio validat stipulationem incertam, quia præsumitur retro, quòd animus noster fuit talis, uel præsumitur, quòd uoluimus suspendere ipsam stipulationem incertam in euentum illius pacti
20 declaratiui, quod postea fuit subsecutum: † quia
c actus subsequens declarat intentionem actus [c] præcedentis, l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad senatuscon. Macedo. Addunt Raph. Fulg. & Paul. de Cast. quòd tale pactū ex interuallo subsecutū habet vim cōfessionis pro stipulatore,l.tale pactū, in prin.&. §. qui,prouauit,in fi.ff.de pact. unde si hodie stipulor à te decem ita

ita simpliciter loquendo non exprimendo aureos, uel equos, uel aliam rem, deinde ex interuallo declarauimus, quòd illa decem sint decem ducati, ego stipulator potero agere ex prima stipulatione ad decē aureos, etsi tu promissor excipias, quòd stipulatio mea fuit incerta, ego replicabo de pacto declaratiuo ex interuallo subsecuto, & dicam, quòd illud pactum habet uim confessione, & q tu promissor uideris fuisse cōfessus, q stipulatio mea fuit certa, & quòd fuit intellectum de decem ducatis, & per hanc uiam obtinebo, & ista potest esse illa coniectura, de qua in d.l. triticum, faciunt no. in l. ueteribus. ff. de pac. ¶In eadem gl. ibi, præterea ageretur ex pacto. Hæc est secunda ratio glo. contra primam lecturam, quam rationem declaretis hoc modo. Nam si stipulatus essem à te id, quod conuenimus per pactum incontinenti appositum, & pactum statim, & incontinenti sequatur, nō ageretur ex illo pacto, sed ageretur ex stipulatione prima, in qua uideretur contineri omne illud, quod continetur in pacto. l. asse toto, & l. illa institutio. ff. de hær. inst. & tamen in litera istius legis innuitur, quòd ageretur ex pacto: quia hic ponderatur, an pactum statim sit appositum, quod solet ponderari ad hunc finem. s. quòd ex ipso pacto incontinenti apposito oriatur actio. l. in bonæ fidei, & ibi uidistis, sup. eod. ¶Et ex ista glo. habetis colligere, quòd agitur ex declarato, non autem ex declarante. ¶Sed aduertite, quia Bal. hic simul, & semel reprobat istam glo. & fundat pulchram opi. dicens, quòd quando pactum continet idem, quod stipulatio, siue illud pactum sit declaratorium stipulationis, quæ erat ambigua, non tamen nulla, siue stipulatio sit certa, tale pactum uestitur cohærentia stipulationis, intantùm quòd ex ipso pacto incontinenti appposito iuxta stipulationem nascitur actio, & pro hac sua opi. adducit. l. duo societatem contraxerunt, ut grammaticam docerent. ff. p soc. ubi si duæ contrahendi formę concurrant circa idē, ex utroque contractu oritur actio. Secundò confirmat suam opinionem, per l. lecta. uersi. dicebant. ff. si cert. pe.
21 ubi si stipulatio usurarum deducatur in pactum incontinenti appositum, ex illo pacto nascitur actio, licèt cōtineat idem, quod stipulatio. Tertiò mouetur per l. nam postea. §. si incerta, & l. sed si possessori, in prin. ff. de iure iuran. ubi post iuramētum creditoris nascitur sibi actio in factum habens executionem paratam, & non solū nascitur sibi actio ex contractu, sed etiam ex iuramento, licèt contineat idem, quod contractus. Vos autem sequamini glo. istam, quam etiam sequitur Bar. in l. lecta, ubi dicit, quòd quando pactum appositum iuxta contractū continet omnino idem, quod continetur in contractu, tunc tale pactum non uestitur cohærentia contractus, nec ex eo nascitur actio. Et tenendo istam opinionem respondebitis ad subtilia motiua Bal. & primò ad l. duo societatem, quòd ibi illi duo contractus erant ambo pfecti, & nominati, nec poterat uideri, quòd primus intelligeretur celebratus gratia implendi stipulationem, & ideo uterque contractus remanet de per se ualidus, & quilibet ipsorum producit actionem de per se. Sed in proposito nostro pactum non est contractus perfectus, & nominatus producens actionem, nisi quando inconti
22 nenti apponitur, †licèt largè loquendo omne pactum sit contractus, ut dicit glo. nota. in d. l. 1. in glo. magna, in fi. ff. de actio. & obliga. meritò ergo non dispensatur ī eo, ut, si contineat idem, quod contractus, uestiatur cohærētia ipsius contractus: imò intelligitur apponi gratia implendi contractum. Accipite simile in numeratione pecuniæ facta incontinenti cum stipulatione. Nam non inducit contractum mutui producentem actionem: imò quia ipsa numeratio est actus indifferens, & potest aliquando importare mutuum, aliquando intelligitur fieri gratia implendi stipulationem, ideo si incontinenti fiat cum stipulatione, intelligitur fieri gratia implendæ stipulationis, adeo quòd actio nascitur ex ipsa sola stipulatione, non autem ex ipsa numeratione. l. si ita fuero. §. fina. & l. cum enim. ff. de noua. Ad l. lecta, uersi. dicebām respondebitis, quòd ibi pactum non continebat omnino idem, quod stipulatio, sed diuersum, saltem in tempore. Ad l. nam postea. §. fina. respondete, quòd ibi iuramentum non fuit incontinenti præstitum, unde cessat præsumptio illa, uidelicet, quòd uideatur præstitū gratia implendi contractum. Sequamini ergo gloss. & Bart.
23 Et hanc sententiam confirmetis, † quia informare nihil
d aliud est, quàm extendere, seu nouam formam dare contractui, seu actioni natæ ex contractu. ¶Sed quando pactum incontinenti appositum continet idem, quod stipulatio præcedens, non potest sibi nouam formam dare. Corroboretis istam opinionem alia ratione, nam pactū incontinenti appositum iuxta contractum non uestitur cohærentia ipsius contractus, quia uidetur inesse ipsi contractui. l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. Sed in proposito nostro quando pactum fuit appositum incontinenti iuxta stipulationem, & cōtinet idem, qđ stipulatio, si id, quod deductum est in pacto, esset deductum in stipulationē, stipulatio esset nulla. l. qui bis. ff. de uerbo. obligatio. ¶In eadem gloss. ibi, alii quòd pepigi. Hanc secundam lecturam reprobat Barto. quia in exemplo glo. pactum esset declaratorium stipulationis, unde deberet operari effectum suum, etiam si ex interuallo fuisset appositum, quia nos habemus, quòd declaratio bene potest fieri etiam ex interuallo. l. hæredes palam. §. si notam. ff. de testa. ergo ista lectura repugnat huic literæ, quæ ponderat, quòd istud pactum fuit appositum incontinenti. Præterea secundùm Barto. istud pactum, de quo loquitur ista gloss. tenderet ad replicandum, & ad hunc effectum bene sufficit pactum etiam ex interuallo appositum. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. eodem, de pac. Vnde in exemplo dato per istam gloss. Ego stipulator ago ad decem libras imperialium, & si reus excipiat, quòd stipulatio non continet istam monetam, & consequenter, quòd debet intelligi de minori moneta. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. & l. nummis. ff. de legat. tertio. ego stipulator replicabo de pacto postea subsecuto, etiam ex interuallo, quod pactum est declaratiuum stipulationis. Bald. quoque damnat istam lecturam, quia secundùm eum in exemplo gloss. stipulatio non erat adeo incerta, quòd esset nulla, puta, quia ego simpliciter stipuler à te decem non exprimendo aureos, uel equos, uel libras, uel aliquid aliud, quo casu stipulatio est nulla. l. triticū, & l. ita stipulatus. ff. de uerbo. obligatio. hoc casu, si pactum declaratoriū apponeretur incontinenti, bene operaretur effectum declaratiuum stipulationis: cæterùm, si ex interuallo apponeretur tale pactum declaratiuum certè non conualidaret stipulationem nullam, quia peccatum erat in forma. l. obligari. §. tutor. ff. de auctorita. tutorum. Non obstat, quòd tale pactum tendat ad replicandum, quia hoc procederet, quando prima actio esset orta, quia tunc bene iuuaretur replicatione. dicto §. pactus. Sed quando stipulatio est adeo incerta, quòd nulla est, tunc nullam producit actionem, & ideo pactum declaratorium appositum ex interuallo non debet prodesse ad replicandum d. §. pactus, uer. ut puta, & ibi gl. Vos autem dicite, quòd imò hoc casu pactum declaratorium appositum etiam ex interuallo etiam operaretur effectum, quia induceret coniecturam, & præsumptionem, ut declaraui in reprehensione, quam sup. feci ad primam lectu. Item saltem operaretur confessionem debitoris. l. tale pactū. §. qui prouocauit, in uers. confessi. ff. eodem, ut plenè declaraui in prima lectura huius glo. In eadem gloss. ibi, tertii cum hi. Hanc lecturam sequuntur Bart. & domini

Vltramontani. Sed contra eam fortiter facit: quia in exẽplo huius glo. stipulatio non esset interposita causa placiti seruandi, ut requirit ista litera. Sed ad hanc obiectionem Bartol. defensando istam lecturam respondet, quòd hic præcesSit pactum de aliquid dando, uel faciẽdo, deinde illud pactum fuit deductum in stipulatione: nam erat de more uolentium stipulari, quòd primò deducerent in pactum id, quod erant deducturi in stipulationem, & deinde illud pactum uallare per stipulationem. l. iurisgentium, §. quod ferè. ff. eod. titu. & iuxta ipsam stipulationem fuit postea appositum aliud pactum, scilicet de eundo Romam. unde ad id, quod deuenit in isto ultimo pacto, agitur ex stipulatione informata. Bartol. de Sal. aliter respondet dicens, quòd usque à principio principalis promissio fuit concepta per stipulationem, & licet habito respectu ad ipsam stipulationem dicatur interposita propter se; tamen habito respectu ad pactum, dicitur bene interposita gratia placiti seruandi. & istud magis placet. Alij dicunt, quòd principalis promissio bene fuit concepta per stipulationem. Sed hæc ideo dicitur secuta propter præfationes, quæ aliquando fiunt, antequam firmetur stipulatio. Sed hoc non placet: quia nõ diceretur stipulatio interposita gratia placiti seruandi, sed diceretur interposita gratia formandi præfationes nondum conclusas. bene facit, quod not. gloss. in l. eleganter. in princip. in uerbo, & puto. ff. de condi. indebi. Aduertite tamen, inquantùm Bartol.

24 † dicit simpliciter, quòd pactum appositum incontinenti iuxta stipulationem uestitur cohærentia stipulationis, & informat ipsam stipulationem: nam dicit Paul. de Castro hoc procedere, quando pactum est de appendicijs pertinentibus ad ipsam stipulationem; secus, si non esset de appendicijs, sed esset pactum penitus extraneũ: tunc enim non uestiretur cohærentia stipulationis. ¶ Accipe exemplum de utroque. Tu per stipulationem promisisti mihi dare librum, & incontinenti fuit appositum pactum, quòd tu deberes pro me ire Romam: nam istud ire Romam non est de appendicijs stipulationis libri: & ideo istud pactum non uestietur cohærentia stipulationis. l. iurisgentium. §. quinimò. uersic. ea enim. ff. eodem. Sed quando pactum incontinenti appositum est de appendicijs stipulationis, puta, quia per stipulationem tu promisisti mihi dare librum, & incontinenti fuit appositum pactum, quòd tu deberes mihi miniare, & ligare ipsum librum: nam hoc casu tale pactũm inde uestitur cohærentia stipulationis, & informat ipsam stipulationẽ, ut declaraui uobis in l. in bonæ fidei. supra eodem. Et notetis bene istam doctrinam Paul. de Castr. ¶ Habetis etiam ex ista tertia lectura colligere unum

25 aliud, † quòd ex pacto incontinenti apposito iuxta stipulationem nedum informatur actio uetus, sed etiam ex ipso pacto oritur actio præscriptis uerbis, quantuncunque habita relatione pacti ad stipulationem non resultet contractus innominatus. Sed domini Vltramontani non possunt hoc pati dicentes, quòd demum oritur actio præscriptis uerbis, quando habita relatione pacti ad contractum resultat contractus innominatus, de qua materia plenè tractaui uobis in scriptis in l. in bonæ fidei. supra eodẽ. ¶ Quartam lecturam posuerunt domini Vltramontani ad istam legem dicentes, quòd hæc stipulatio erat interposita de permutando Codicem tuum cum meo, & incontinenti fuit appositum pactum, quòd tu dares mihi tuum Codicem ligatum, & ista stipulatio fuit reciproca: quia ambo fuimus stipulati ad inuicem de permutando, ideo stipulatio potest informare pactum interpositum pro me, & dabitur mihi uetus actio informata ad id, quod deuenit in pacto. Item quia habita relatione pacti ad stipulationem resultat contractus innominatus, dabitur mihi ex ipso contractu innominato actio præscriptis uerbis ad id quod deuenit in pacto, quando adimpleuero pro parte mea. l. ex placito. inf. de rer. permu. Item ex ipso pacto incontinenti apposito dabitur mihi alia actio præscriptis uerbis, secundùm Bartol. & alios Docto. & sic dabuntur mihi diuersæ actiones, quæ oriuntur ex diuersis fontibus, & diuersis respectibus, ut declaraui uobis in l. in bonæ fidei. sup. eod. Et ista lectura bene congruit huic literæ: quia in exemplo supra dato stipulatio bene intelligitur interposita gratia placiti seruandi: quia ego promisi permutare, ut tu adimpleres id, quod deuenit in pacto. Sed si poneremus exemplum, prout hic refert Cyn. dominos Vltramontanos uoluisse, scilicet, quòd tu per stipulationem promisisti permutare Codicem tuum cum meo, & ego per pactum aliquid promisi tibi, hoc casu uetus actio, scilicet actio ex stipulatione non informaretur per pactum: quia stipulatio, quæ est ad fauorem mei stipulatoris, non deberet uestire pactum factum in tui fauorem contra me stipulatorem. l. quod fauore. sup. de legi. unde hoc casu non ageretur actione ueteri informata, sed quia resultat contractus innominatus, bene posset agi actione p̃scriptis uerbis ad id, quod deuenit in pacto, quando secutum esset implementum. d. l. ex placito. & ideo Iacob. de Rauen. Pet. & Cy. istum tex. dum dicit ex stipulatione, quæ placiti &c. exponunt. i. actione præscrip. uerbis propter stipulationem, ut sustineant exemplum proximè datum. Sed certè hoc est uiolare istam literam, quæ dicit ex sti-

26 pulatione, & nos habemus, † quòd dictio, ex, denotat causam immediatam. l. prima. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufrag. intelligatis ergo dominos Vltramontanos uoluisse ponere exemplum, sicut dixi supra, dum dixi, quòd stipulatio erat reciproca de permutando. Et hoc modo ista lectura bene congruit huic literæ. Et dicit Raph. Fulgo. quòd fortè ista fuit mens gloss. in tertia lectura: quia non exprimit, quòd stipulatio esset pro uno & pactum pro eodem. Et si ita intelligatis istam gl. in tertia lectura non probat id, ad quod allegatur, scilicet quòd ex pacto incontinenti apposito iuxta stipulationem oritur actio præscriptis uerbis, quantuncunque habita relatione pacti ad stipulationem non resultet contractus innominatus. Quintam lecturam accommodauit Bartol. de Salic. dicens, quòd in l. nostra, stipulatio incepit à præcedenti conditione: quia dictum fuit hoc modo, si Stichum tibi non dedero, promitto tibi decem nomine pœnæ, & incontinenti post ipsam stipulationem pœnalem nudo pacto ego promisi tibi eundem Stichum. Vnde dicit ista lex, quòd stipulatio pœnalis committitur, & agi potest ad ipsam pœnam, iuxta ea, quæ uidistis in l. si pacto quo pœnam. habetur in l. nuda. infra de contrahen. & committen. stipul. Et ex hoc infert ipse Salic. pulchram limitationem ad l. ita stipulatus. ff. de uerbo. obliga. ubi dicitur, quòd quando stipulatio pœnalis incipit à præcedenti conditione, nunquam committitur, nisi demum quando certum est me darè non posse id, quod fuit deductum in conditionem: nam hoc debet limitari, nisi post ipsam stipulationem conditionalem nudo pacto sit promissum id, quod deductum erat in stipulatione pœnali: nam hoc casu illa stipulatio pœnalis committetur perinde, ac si incepisset à præcedenti conuentione, & hanc lecturam sensit ẽt Ang. secundùm quam hic est casus concordans cum d. l. si pacto quo pęnam; per istam tamen legem ampliatur id, quod habetur in d. l. si pacto. Et alio modo limitatur illa l. si pacto quo pęnam, ut procedat, q̃ñ post stipulationem conditionalẽ fuit incontinenti appositum pactũ nudum; alioquin si pactũ nudum non esset uicinũ: perinde esset, ac si stipulatio pœnalis incepisset à præcedenti conditione, & cõmittetur secundũ regulã d. l. ita stipulatus.

Se

Sed Raph.Fulg.reprehendit istam lec.dicens,quòd d.l. si pacto quo ad pœnam, generaliterq́ loquitur siue incontinenti,siue ex interuallo conuentio nuda sit appositaad stipulationem.Præterea dicunt Mod.quòd iste intellectus Sal.non congruit huic litteræ, quia hic nihil penitus tractatur,quando,& qualiter committatur pęna,sed solùm hic tractatur,an possit agi ex stipulatione . Sextã lect.adinuenit hic Ang.dicens, q̀ hæc stipulatio idẽ cõtinebat,quod pactum , & pactum nudum fuerat adiectũ pro causa stipulationis,exemplum. Tu per stipulationẽ mihi promittis decem , quia eadem tu mihi promiseras pacto nudo,& dubium faciebat,quia uos scitis,q̀ aduersus stipulationem sine causa conceptam obstat exceptio doli.l.2.§.circa.ff.de excep.doli.Et uidebatur , q̀ pactũ nudum,de quo.s. non esset efficax causa ad ualidandũ stipulationem.& tamen deciditur hic contrarium,& est
27 ratio decidendi,secundùm Ang.† quia duo uincula sũt fortiora uno,Auth.itaq;.§.comm.de succ.& alibi tex.dicit,q̀ duplex funiculus difficilius rumpitur.c.1.extr. de treug.& pac.Sed Mod.Doct.reprehendunt istum intellectum,quia iste tex.ponderat,q̀ ista stipulatio fuit statim, & incontinenti interposita,& in exẽplo Angeli quantũcunque post conuentionem nudam fuisset ex interuallo interposita stipulatio;tamen ipsa stipulatio haberet causam efficacem.s.obligationem naturalem,quæ erat orta ex pacto nudo,imò si pacto nudo aliquid mihi promiseris,& deinde per aliud pactum nudum, etiam ex interuallo appositum mihi illud idem promittas , certè potero agere ex secundo pacto nudo.§.de constituta,Inst. de actio.& l.1.§.debitum.ff.de const.pecu.& l.fi.inf.ad l. Falc.unde tenete tertiam lecturam hic in glo.positam,q̃ communis est,declarando tamen,& intelligendo eam, ut ibi dixi.¶Nunc redeundo ad tertiam lec.hic in gl.po
28 sitam habetis ex ipsa colligere,† quòd pactum appositũ incontinenti iuxta stipulationem , uel alium contractũ stricti iuris operatur tres effectus . Primò enim uestitur cohærentia contractus, item informat ueterem actio-
c nem,* & nouam parit.Et idem tenuit gl. in l.in bonæ fidei,sup.eo.& in l.iurisgentium.§.quinimò.ff.eo.Sed quidam Doct.Papienses , inter quos erat subtilis Doctor d. Pet.de Besutio,tenebant contrarium. Mouebantur primò per d.l.in bonæ fidei,& per dictum.§.quinimo, ubi cum magno ministerio tex.illi loquuntur de contractibus bonæ fidei.Secundò adducebant tex.singularem in l.Titius.ff.de præscr.uer.ubi probatur,quòd pactum potius transformat,quàm informet contractum . Tertiò mouebantur,quia stipulatio,&reliqui contractus stricti iuris non recipiunt extensionem.l. quicquid astringendæ.ff.de uerb.obl.ergo nec informationem,quia informare nihil aliud est,quàm extendere.d.§.quinimò.Amplius dicunt ipsi,quòd pactum nunquam uestitur cohęrentia contractus,quia tale uestimentum non reperitur scriptum in §.fi.Inst.de oblig.nec in l.1.ff.de act.& obli. Præterea dicunt ipsi,si uera esset opinio huius gl.resultaret unum monstrum:quia una, & eadem stipulatio esset dandi,& faciendi,si præsupponamus stipulationem esse factam de aliquid dando , & pactum incontinenti appositum continere aliquid faciendi contra distinctionem,quam facit Iurisconsu.in l.2.ff.de uerb.oblig.Non obstat secundùm eos.l.lecta.ff.si certum pet.quia ibi pactum non informat stipulationem , imò reformat , sicut in simili habetur in l.1.§.cum adiicit.ff.de uerb.obl.De claro;nam in l.lecta,stipulatio sortis,& usurarum reformatur per pactum,& reducitur ad terminos, & dilationes deductas in pacto, quasi partes uideantur recessisse à prima stipulatione,& eam reformasse per pactum. Et hanc opinionem sequitur Pau.de Cast.dicens , quòd in d.l.lecta,non erat pactum stipulatione uestitũ:imò erat noua stipulatio,quasi partes uideantur recessisse à prima.Vos autem sequamini opinionem huius gloss. quæ est communiter approbata , & dicatis , quòd in l.lecta, erat informatio,non autem reformatio,quod probo,qa reformatio est circa substantialia.l. iurisgentium. ff. de pactis,& in l.lecta , illud pactum non concernebat substantialia,sed accidentialia,puta terminos,&dilationes. Ad l.1. §. cum adiicit. ff. de uerbo. obliga. respondeatis , quòd ibi stipulatio erat nulla propter diuersitatem,quæ erat inter interrogationem, & responsionem , & ideo pactum non potest eam informare , imò est ibi noua stipulatio , quasi partes uideantur recessisse à prima interrogatione,& de nouo consensisse,sed in l.lecta, supra allegata stipulatio erat ualida, & ideo pactum in continenti appositum iuxta illam stipulationem bene potest illam informare . Sed aduertite, inquantùm ista glo.uult , quòd pactum incontinenti appositum informet actionem ueterem:nam Doctores Papienses,ut hic refert Paul.dicunt,quòd non informat,imò accumulat ei aliam actionem ex stipulatione.Sed attendite pro intelligentia,quòd si stipulatio continet aliquid dari, pactum uerò incontinenti appositum continet aliquid fieri,non est nouum,quòd tale pactum nõ informet actio-
29 nem ueterem,quæ nascitur ex stipulatione,† quia stipulatio dandi non est apta competere ad faciendum,sed si proponas tam stipulationem, quàm pactum continere aliquid dari,uel quòd ambo contineant aliquid fieri , tunc procedit dubitatio nostra . Et nihilominus præfati Doctores dicunt,quòd hoc casu pactum non informat ueterem actionem ex stipulatione , imò noua actio ex stipulatione ei adiũgitur.nam si ego stipulor à te,ut scribas mihi librum,& per pactum incontinenti conuenit, ut faceres mihi miniari ipsum librum; tale pactum dicitur inesse stipulationi , adeo quòd tot sunt stipulationes,quot sunt res , & unaqueque ipsarum parit propriã actionem.l.scire debemus.ff.de uerbo. obligatio. secus est in aliis contractibus,quia non censentur tot contractus,quot sunt res.l.si duos.ff.de contrahen. emptio. & uẽditio. Ex hoc inferunt, quòd ex isto pacto incontinẽti apposito de faciendo miniari librum non oritur actio præscriptis uerbis , quia sufficit , quòd oriatur actio ex stipulatione,&ex eodẽ fonte non debet nasci actio præscriptis uerbis. l. quoties. ff. de præscrip. uer. & dicit Paul.de Castr.hoc esse satis tolerabile. Et not. bene istã subtilitatem,quia destruit gloss.nostram.Vos autem se-
30 quamini communem sententiam,& dicite,† quòd pactũ incontinenti appositum iuxta stipulationem informat ueterem actionem, ut uult ista gloss.,ita quòd potest ad id,quod deuenit in pacto,agi actione orta ex stipulatione informata.Ad motiuum præfatorum Doctorum Papiensium respondebitis,quòd quando duę diuersę res, & æquè principaliter promittuntur , tunc bene sunt tot stipulationes,quot sunt res,& ita loquitur.d.l.scire debemus , sed quando una ex rebus promissis est de appendiciis alterius , & descendit ex eadem causa , ut in proposito nostro, scilicet quando per stipulationem tu promittis mihi scribere librum, & per pactum incontinenti appositum promisisti eum facere miniari , istud pactum est de appendiciis primæ stipulationis , & isto casu non censentur tot stipulationes , quot sunt res , imò per istud pactum adiungitur stipulationi , & est una stipulatio , non autem plures . & ita uult pulchra gloss.in d.l.scire debemus. in uerbo iuxta . Confirmo istam sententiam ex no.per Barto.in d.l.scire debemus, dum dat intellectum ad dictam l.si duos ,dicens, quòd quando est facta stipulatio,& deinde aliquid promittitur respectiuè ad ipsam primam stipulationem, tunc nõ censentur plures stipulationes , sed una . Et prædicta procedunt,quando tam stipulatio , quàm pactum continet vtrunque vel dari , vel fieri ; cęterum si stipulatio con-

contineret aliquid dari, & pactum incontinenti appoſi
tum contineret aliquid fieri ; tunc eſſet opus fateri, ꝙ
31 cenſerentur plures ſtipulationes : † quia actio ex ſtipu
latione, in qua verſatur dari, non eſt apta competere
ad factum, quod uerſatur in pacto. ¶ Poſſetis etiam di
cere, quòd iſta gloſſ. accepit ſtipulationem largè: & in
genere pro tali ſtipulatione : quamuis ſtrictè loquẽdo
ſint plures, & ita exponit glo. in l. cum illud. ff. quan. di.
lega. ced. ¶ In eadẽ glo. ibi, ſi ut ei aliquid fieret. Quæ-
ſtio huius glo. talis eſt, quòd ſi mutuo tibi centum ſine
vſuris : & per ſtipulationem promittas mihi reddere,
quo caſu occultatur mutuum, & ex ſola ſtipulatione
oritur actio, l. cum enim. ff. de nouatio. Et incontinenti
iuxta ipſam ſtipulationem fuit appoſitũ pactum, quòd
tibi aliquid facerem : tale pactum non informat actio-
nem deſcendentem ex ſtipulatione, & ita ſequuntur
Doctores, quia ſtipulatio eſt pro me creditore : unde
non debet veſtire pactum pro te contra me ſtipulato-
rẽ, l. quod fauore. C. de legibus, & Bar. pro hoc allegat
caſum in l. ſi tibi. C. locati, ſed an hoc caſu pactum veſtia
tur, ut nouam pariat actionem, glo. in l. iuriſgentium. §.
quinimo. ff. eo. determinat ꝙ nõ, & illam gl. ſequuntur
Bar. Bal. Sali. Raph. Fulg. & Pau. de Caſt. Sed aduertite,
32 † quia ſi pactum appoſitum iuxta ſtipulationem de cen
f tum tibi mutuatis eſt, ꝙ vadam ꝓ te Romã: f tunc uerũ
eſt dicere, quòd tale pactum nõ ueſtitur cohærentia ſti-
pulationis: quia eſt multùm extraneum à ſtipulatione,
nec dat legem ipſi ſtipulationi. Cæterùm ſi præſuppo-
natis pactum incontinenti appoſitum eſſe de appendi-
diciis ſtipulationis: tunc contra hanc glo. ita intellectã
uidetur caſus in l. ex morte, in fi. C. de dona. ante nup.
33 & in l. unica. §. accedit. inf. de rei uxo. actio. † ubi pro-
miſsio dotis facta per extraneum pro muliere ueſtit pa
ctum incontinenti appoſitum: in quo continetur, quòd
illa dos redditur ipſi promiſſori, & ex ipſo pacto profi
ciſcitur actio præſcriptis uerbis. Sed Bal. reſpondet ad
dicta iura : quòd ibi pactum non ueſtitur cohærentia
promiſsionis, ſed ueſtitur rei interuentu ſecuta tradi-
tione, ita quòd ipſe extraneus, ſoluto matrimonio, pote
rit ex ipſo pacto agere ad reſtitutionem dotis. Sed
alii tenent, quòd ibi ueſtiatur cohærentia contractus,
& hoc probat Bald. ſubtili ratione : quia ſi incontinen-
ti non ueſtiretur, lex fingeret tacitam ſtipulationẽ pro
muliere, quæ quidem ſtipulatio præferretur nudo pa-
cto extranei. Sed poteſtis huic rationi reſpondere,
quòd tunc lex fingit tacitam ſtipulationem pro mulie-
re, quando extraneus nihil paciſcitur: quia nihil paciſcẽ
do uidetur donare mulieri, ſed quando incontinenti
paciſcitur ſibi dotem reddi, & ſic apparet, quòd nõ aĩo
donandi, tunc non fingitur tacita ſtipulatio ad fauo-
rem mulieris. Pau. de Caſt. tenet, quòd in iuribus pro-
ximè allegatis pactum ueſtiatur cohærentia cõtractus,
& dicit, quòd eſt ſpeciale ibi, quòd contractus pro uno
ueſtiat pactum pro alio, quando idem eſt reſtituendum
quod per contractum, ſeu ſtipulationem erat promiſ-
ſum, & eius natura eſt, quòd reddatur, ſicut eſt dos ſo-
luto matrimonio, ſed præcedens ſolutio magis placet.
Angel. autem tenet contra gloſſ. noſtram dicens, quòd
mutuum ſit fauore debitoris : unde debet ſibi veſtire
pactum. Sed iſta opi. non eſt bona, quia ſequeretur,
quòd traditio, quæ fit ad fauorem recipientis, ueſtiret
pactum contra tradentem, quod eſſet contra caſum, l. ſi
certis annis. C. eo. Vel dicite, quòd conſideratur, an con
tractus producat actionem, & eius fauore dicitur fa-
ctus ad finem, ut ueſtiat pactum: quod ſenſit glo. in d.
§. quinimo, dum ponit exemplum in contractu, ex quo
una pars agit, & eſt factus ad fauorem aduerſarii, & illi
aduerſario non ueſtit pactum: & iſta eſt pulchra conſi-
deratio. ¶ Item contra hanc glo. videtur tex. in l. lecta.
ff. ſi cer. pet. ubi ſtipulatio ſortis, & vſurarum erat pro
creditore, & pactũ, per quod dilatabatur ſolutio, erat
ad fauorem debitoris, & tamen illud pactum veſtitur
cohærentia ſtipulationis. Sed reſpondebitis ex mente
Bar. in d. l. lecta, quòd ibi pactum continebat duo, ſcili
cet pecuniam ſolui, & ad certam diem ſolui. l. Celſus. ff.
de arb. & inquantùm continebat pecuniam ſolui, erat
fauore creditoris. Sed iſta ſolutio Bar. uidetur dubia :
quia in d. l. lecta, pactum fiebat principaliter in fauorẽ
debitoris : quia per illud pactum dilatabatur ſolutio,
& licèt in conſequentiam in ipſo pacto contineretur
ſolui, tamen totum illud pactum debet iudicari in fauo
rem debitoris; quia debemus inſpicere id, quod princi
paliter agimus, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum peta.
Ideo Lud. Rom. in d. l. lecta, dicit, ꝙ ibi pactum non in-
formatur ad finem actionis producẽdæ: quia ſatis erat
prouiſum creditori de actione nata ex ſtipulatione ſor
tis; & uſurarum, ſed illud pactum modificat ſolutionẽ,
& hoc reſpectu dicitur ineſſe ſolutioni, & tenete bene
menti iſtum intellectum ad d. l. lecta. Aduertite etiam
inquantùm Bar. pro opinione glo. noſtræ allegauit tex.
in l. ſi tibi, infra locati. Nam ſecundùm Bal. illa lex fuit
hic impertinenter allegata per Bar. quia glo. noſtra lo
quitur de pacto appoſito inter contrahentes. ſed illa l.
ſi tibi, loquitur de tertia perſona : nam ibi ſolutio fie-
bat cum uno, & pactum cum alio. Item ibi illud pactũ
fuerat appoſitum ex interuallo poſt contractum loca-
tionis: nã ſi incontinenti iuxta locationem fuiſſet appo
ſitum pactum : tale pactum fuiſſet ueſtitum cohæren-
tia contractus locationis, & conductionis, cum talis cõ
tractus ſit reciprocus, & ultro citroq; obligatorius.
¶ Sed pro complemẽto materiæ quæſtionis huius gl.
34 † quæro, an pactum ſaltem ueſtiatur rei interuentu. Cõ
cluſio doctorum eſt, quòd ſic, quando habita relatione
pacti ad contractum reſultaret contractus innomina-
tus : nam tunc ex ipſo pacto orietur actio præſcriptis
uerbis ſecuto implemento l. naturalis. ff. præſcrip. uer.
& ita ſeruatur opinio dominorum Vltramontanorum.
Sed aduertite, quia in quæſtione gloſſ. noſtræ, quando
mutuaui tibi pecuniã ſine uſuris, & ſtipulatus ſum eam
mihi reddi, & incõtinenti per pactum promiſi aliquid
tibi facere: certè non poteſt reſultare contractus inno-
minatus: quia tua promiſsio, & reſtitutio pecuniæ mihi
debitæ non fit reſpectiuè ad illud pactum, ſed fit ex eo,
quia in omnem euentum tenebaris mihi promittere, &
reddere, non autem fit ex eo, quòd tibi per pactũ pro-
35 miſi aliquid facere, & nos habemus. † ꝙ contractus g in-
g nominatus reſultaret ex cauſa finali, ut not. in l. 3. §. fin.
ff. de dona. Sed ſi præſupponeremus, ꝙ tu, qñ mutuaui
pecuniam, promiſeris mihi per ſtipulationem vſuras,
quæ non deberentur citra vinculũ ſtipulationis, l. 3. C.
de uſuris, hoc caſu ex illa promiſsione tua relata ad
pactum, per quod conueni aliquid tibi facere, bene re-
ſultaret cõtractus innominatus: & ſecuto implemento
ex parte tua illud pactum ueſtiretur ad tui fauorẽ rei
interuentu. Et iſta eſt intentio glo. noſtræ & Bart. licèt
per paucos declaretur, & ſecundùm prædicta debent
intelligi not. per Bartol. in l. 1. ff. de donatio. ſecundùm
Imol. ibidem. ¶ In eadem gloſſ. ibi l. nuda. De hoc
articulo, an pactum nudum veſtiatur à ſtipulatione pę
nali, ego plenè tractaui uobis in l. ſi pacto quo pœ-
36 nam, ſupra eodem. Sed ponamus, † quòd pactũ nu
dum fuiſſet reciprocum, puta, conuenimus per pactum
tu & ego de permutando codices noſtros, & ſubiecta
fuit ſtipulatio pęnalis, ſi non permutares. Tu, quia
noluiſti permutare, ſoluiſti mihi pęnam, an pactum in
tui fauorem ueſtietur rei interuentu, ita quòd poſſes
agere contra me, ut dem tibi codicẽ meum. Bar. & Do-
ctores determinãt cõmuniter ꝙ ſic : q̃a illa ſolutio pę-
næ

nę facta per te succedit loco rei.l.prædia. ff. de act. empti.unde perinde est, ac si tu dedisses mihi codicem tuũ. quo casu indubitanter posses agere contra me,l.ex placito.inf.de rerum permuta. Et prædicta intelligũtur procedere, quando pœna per te soluta accederet ad ualorē libri tui,alioquin illa pœna non succederet loco rei.l.fistulas.§.qui fundum.ff.de contrahen. emp. Eandem sententiam tenuerunt Doctores in dicto. §. quinimo. & ita seruatur opinio dominorum Vltramontanorum.Sed iudicio meo domini Vltramontani nō contradicunt huic glo. quia glo. nostra uult, quòd pactum nudum de permutando codicem non uestitur cohærentia stipulationis pœnalis:& domini Vltramontani dicunt, quòd uestitur rei interuentu ad fauorem promissoris, ut possit postea agi ad id,quod deuenit in pacto: & ita Doctores cōmuniter sequuntur. Sed ambo Salic. in d.l.si pacto quo pęnam. dicunt quòd ista solutio pœnæ non habet uestire pactum in fauorem ipsius soluentis.Mouentur,quia secũdùm hoc sequeretur, quòd mora,& pœna esset proficua moroso,contra.l.siue hæreditaria.ff.de nego.gest. Secun-
37 dò mouentur: † quia ille, qui soluit pœnam,non dicitur implere contractum, imò potius discedere à conuentione.d.l.si pacto quo pœnam.Hanc eandem opi.tenuit Raphael Fulg.hic.& in d.§. quinimo.quia licèt tu solueris mihi pęnam,tamen potest mea interesse potius habere librum meum, quàm pœnam ipsam, & potius habere li-
38 brum tuum,quàm pœnam ipsam:& nos habemus,†quòd in contractibus innominatis ei,qui impleuit, contra non implentē datur ad interesse actio. l.naturalis. in §. 1.ff. de præscrip.uer. ergo illa solutio pœnæ non est sufficiēs implementũ non satisfacto mihi aliter de interesse meo. Sed ad istud motiuum potest faciliter responderi, quòd communis opi.Doc.debet intelligi,quando solutio pœnæ accedit ad ualorem libri tui,& ad totũ interesse meũ. Pau.de Cast.in d.§.quinimo.tenet etiam contra communem opi. quia secundùm eum illud,quod dicitur, quòd pœna succedit loco rei, debet intelligi quantùm ad me recipientem ipsam pœnam, ut non admittar postea ad petendum rem.d.l.prædia. sed quantùm ad ipsum soluētem non succedit loco rei, nec est sufficiens implementum,alioquin sequeretur,quòd mora esset proficua moroso,contra.d.l.siue hæreditaria. Bald. quoque multùm subtiliter insurgit contra communem opi. dicens, quòd aut ego impleui pro parte mea, puta,quia dedi tibi codicem meum,& tu soluisti mihi pœnam,& isto casu frustra quæritur,an ista solutio pœnæ dicatur sufficiens implementum : quia tu non potes amplius agere contra me. Aut ego non impleui contractum permutationis ex parte mea,& tunc pœna non est mihi debita, neque commissa, & si tu eam mihi soluisti, tu mihi indebitè soluisti. l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& posses eam repetere: ergo ipsa solutio pęnæ non debet opari implementũ,& repetitionem,l.qui hominem.§.fi.ff.de solut. Sed si uultis sustinere communem opinionem,potestis respondere ad motiuum Bal.quòd ego obtuli tibi codicem meũ. & tu recusasti accipere, & ideo commissa est pœna contra te nō implentem: & ideo si mihi soluas illam pœnã, non diceris indebitè soluere:qa per te stetit,quò minus contractus solueretur.l.in executione.§. fi. ff. de uerbo. obli. uel si ego non obtuli tibi codicem meum ; tamen si mihi præstitisti pœnam,dicetur rectè soluta: ex quo eam accceptaui,tanquam pro implemento:nam implementũ primæ conuentionis,cuius loco succedit illa pœna, potest hincinde quandocũque fieri.l.ex placito.inf.de rer. permut. & sic non obstat motiuum Bald. ¶ In eadem gl.ibi postea nascit̄ ciuilis.Domini Vltramōtani damnāt istã gl.qa in quęstione huius gl.habita relatione ꝑmutationis ad pactũ pōt resultare contractus innominatus : ergo ille,qui impleuit ꝑ parte sua, potest agere actione præscriptis uerbis ad id, quod deuenit in pacto. d. l. naturalis.& Bar. & cæteri Doct.communiter sequuntur istam opinionem dicentes, quòd in quæstione hic formata per glo. pactum non uestitur cohærentia contractus,& est ratio,quia istud uestimentum,quod fit ratione cohærentiæ contractus, fit statim : & cum conuentio de permutando sit nuda,non potest uestire pactum incōtinenti appositum, sed bene uestitur rei interuentu. Nō obstat,si dicatur, quòd impleto postea contractu fingitur retro impletus & uestitus à tempore, quo fuit cele-
39 bratus : quia respondet eleganter Iacob. Butri. † quòd modus potestatiuus non trahitur retro, sicut nec conditio potestatiua.l.qui balneum. & l. potior. ff.qui potio. in pigno. habea. Bald. insurgit contra istam gloss. subtiliter dicens,quòdin quæstione gloss. contractus permutationis semper est in fieri, donec impleatur : & ille,qui implet permutationem,dicitur contrahere: quia semper usque ad illum punctum est in potestate sua dissoluere permutationem. argumen.l.quoties. in §. planè. ff. solu.matrim.ergo totum illud tempus dicitur incontinēti.Ex ista ratione Bal.sequeretur,quòd si per decem annos contractus permutationis stetisset nudus, & postea impleretur, quòd tale implementum uestiret pactũ interpositum iam decem annis retro: quod est absurdum, per ea, quæ uidistis in l.bonæ fidei . sup. eod. Aduertite etiam,quia ista glo.uidetur uelle, quòd si contractus permutationis incipiat ab executione, quòd tunc pactum appositum iuxta ipsum contractum uestitur cohæ-
40 rentia contractus. † Sed tamen Docto. ut plurimùm tenent, quòd tunc pactum dicatur uestiri cohærentia contractus, quando fuit appositum iuxta contractum nominatum : sed quando est appositum iuxta contractum innominatum, ut in proposito nostro : tunc non dicitur uestiri cohærentia contractus, maximè, si ipse contractus innominatus incipiat à traditione, imò tũc dr̄ uestiri rei traditione,ut habeť in l.in traditionibus. ff. eo.tit.
41 ¶In eadem gl.ibi.l. in uenditione.uult ista gl.† quòd pactum uestiatur cohærentia contractus conditionalis.Sed Bar.in l.lecta.ff.si cer.peta. & in l. iurisgentium.§. quinimo.ff.eo.intelligit hoc procedere post purificatam conditionem:nam illa conditio purificata trahitur retro,ita quòd actio fingitur nata ex contractu usque à princi. l. potior.& l.qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab. & ita de-
42 bet intelligi ista glo.dum dicit,† quòd obligatio tam ciuilis, quàm naturalis est usque ab initio nata:nam debetis intelligere, quòd purificata conditione fingitur re-
h tro fuisse nata h usque à principio. Et nisi ita intelligatis istam l.diceret contra casum.l.cedere diem.ff de uerbo. sig.Pro ista opinione optimè facit tex. in d. §.quinimo. uersi. ut puta, ubi pactum appositum iuxta contractum dotis uestitur cohærentia ipsius contractus, adeo quòd informat ueterem actionem, & nouam parit. Et tamen actio de dote non est nata mulieri constante matrimonio, sed demum sibi nascitur soluto matrimonio. Plus probatur in illo uersicu. utputa. quòd quantuncunque conditio purificata non trahitur retro,adhuc tamen pactum uestitur : nam soluto matrimonio non fingitur retro actio fuisse nata mulieri usque à principio , imo incipit nasci soluto matrimonio. l. de diuisione. & l. fructus.ff.sol.ma.& tamen ex ipso pacto incontinēti appositum iuxta contractum dotis nascitur actio ipsi mulieri. Si uerò conditio uenditionis pendeat; tunc pactum non uestitur cohærentia contractus conditionalis. Ad hoc allegat Bar. glo.in l.pacta conuenta.ff.de contra. emptio.
43 dicit tamen Bar.† ꝙ pactum dicitur uestiri rei interuentu hoc mō:ego uēdo tibi talem domũ conditionaliter, i.facio istum contractum conditionalem, ut uadas pro me Romam.Sed Bar. de Saly. reprehendit istam opinionem dicens, quòd ipsum uendere domum condition-

liter non est implementum contractus innominati resultantis, sed requiritur traditio. l. Iulianus, §. ferri. ff. de actio. empti. & Bar. sentit hoc in ista. l. dum dicit. quòd si promitto tibi per stipulationem decem pacto apposito de eundo Romam: illud promittere decem non est implementum contractus innominati. Idem Saly. post Cy. in l. in bonæ fidei. sup. eo. & Pau. de Cast. in d. §. quinimo, etiam tenent contra opin. Bar. dicentes, quòd attenta opinio. ipsius Bar. sequeretur, quòd deficiente conditione uenditionis uenditor locupletaretur cum aliena iactura, quia cõsequeretur totum illud, quod deuenit in pacto, contra. l. nam hoc natura. ff. de cõdictione indebiti. Ad. l. si in uenditione, per quam mouetur Bart. ipsi respondent, quòd ibi non dicitur ex pacto agi posse; sed bene dicitur ibi pactum ualere. Vel aliter ibi ex illo pacto non resultabat contractus innominatus; & si pur uelimus dicere, quòd ibi resultabat contractus innominatus, dicit notabiliter Sali. quòd ibi illud pactum, per quod conuenerat, quòd res uendita sub cõditione esset periculo emptoris, habet unũ aliud tacitum pactum cõtinens, quòd & si res pereat, & conditio deficiat, tamen emptor possit cogi ad soluendum pretium, & sic ibi illud pactum non uestit, sed demonstrat uoluntatem contrahentium, quòd uoluerunt à prima conditione recedere. Sed Paul. de Cast. & Raph. hic in hoc tenent contrariũ dicentes, quod non vñr partes recedere uoluisse à prima conditione: quia bene sufficit, quod illud pactũ operaretur, quod periculum interitus spectet ad actorẽ pendente conditione, ubi de iure circunscripto tali pacto debebat spectare ad uenditorem. l. necessariò. §. quòd si pendente. ff. de peri. & cõmo. rei uendi. Reliqua spectantia ad intellectũ d. l. in uenditione, dicite, ut per Doctores in d. §. quinimo. ¶In eadem glo. in fi. Bartol. intelligit hanc gl. procedere in obligatione non correlatiua, puta. Tu promisisti mihi per stipulationẽ decẽ, & per pactum incontinẽti appositum iuxta stipulationem tu promisisti mihi ire Romam: certè licèt liberem te per acceptilationem à principali obligatione de decem, non tamen intelligeris liberatus ab illo pacto de eundo Romam: quia istæ promissiones non sunt correlatiuæ, & ita intelligantur iura hic in glo. allegata. In correlatiuis autem secus est, secũdùm Bartol. accipe exemplum in uẽditione, quæ est correlatiua, quia est pro emptore, & pro uenditore, unde si iuxta ipsum contractum correlatiuum sit appositum pactum, censetur pars pretii. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. unde si per acceptilationem ego liberem te à principali obligatione, tu eris etiam liberatus à pacto. l. fi. ff. de acceptil. sed Petrus & Cy. in l. in bonæ fidei. supra eodem. tenent gl. nostram etiam in correlatiuis: quia licèt, si alter ex contrahentibus sit liberatus ab obligatione contractus alternatiui, intelligatur etiam liberatus alter. d. l. fi. tamen, si unus sit liberatus à parte obligationis correlatiuæ, non tñ intelligeretur liberatus alter. l. pars. ff. de accept. Fallit secũdùm Bal. hic, nisi pactũ esset circa naturalia contractus, puta, quòd uẽditor teneatur de euictione nam facta liberatione à principali contractu intelligetur etiam liberatus ab illo pacto de euictione. l. si cũ Hermes. inf. loca. Ego ad hoc allego pulchram. glo. in l. si patronus. §. patronum. in uerbo. in Fauiana. ff. si quid in in fraud. patroni.

ADDITIONES.

a ¶De dictione, statim. Adde c. sicut, de uerb. sig. li. 6. & in Auth. de incest. nupt. §. 1. Bartol. in l. Imperator. ff. de iure fisci.

b ¶Incontinenti. Adde Docto. in l. fi. de erro. aduo. Petr. de Ancha, & Cano. in c. cum sit. nu. 2. extra de appel.

c ¶Ista clausula. Adde de ista clausula Ant. de But. Petr. de Anch. Panor. in c. cum dilectus. de or. cog. Lanfran. de Oriano in solemni repet. c. quoniam contra. uer. confessiones. de proba. Pau. de Cast. consi. 163. Ant. de But. in c. 2. de ord. cog. Alex. consi. 42. in 4. uol. Idem consil. 121. in 1. uol. Bal. & Pau. de Cast. in l. fi. ff. de iusti. & iur.

d ¶Intentionem actus. Adde, quòd actus in dubio interpretatur in deteriorem partem. Pet. de Anc. in c. Osius. nu. 2. ext. de elec.

e ¶Informare. Adde, quòd informatio iudicis sine iuramento ualet ad inquirendum. glo. est fin. in c. 1. §. si duo. de pac. tenen. in usibus feu. Lan. de Fan. in l. quorum, de pigno. Alex. consi. 93. in 4. uol.

f ¶Informat ueterem actionem. Adde, quòd pactum præcedens inficit sequentem contractum. uide per Benedi. de Plumb. in l. is qui suis. §. si ab ignoto. nu. 5. uer. & adde. ff. de manumis.

g ¶Pro te Romam. Adde, quòd tale pactum hominis executiuum intelligitur debere ad effectum deduci. Benedic. de Plumb. in l. causam. §. puellam. num. 2. uer. secundò nota.

h ¶Quod contractus. Adde, quòd contractus non habet secũ admixtam aliquam industriam, sed omnino dependet à mera fortuna. uide per dominum Guil. de Bont. in suo tract. de usur. nu. 13.

i ¶Fuisse nata. Adde tu, quòd non obligat dictum, nisi sit promissum. ff. de ædi. edic. l. sciendum. §. dictum. gl. Bald. & Doc. in l. suus. C. de repud.

In l. Si certis.

SVMMAE.

1 *Præstatio diuturna non confirmat pactum inualidum.*
2 *Differentia quando sit facienda inter scienter, & ignoranter soluentem.*
3 *Traditio rei non uestit pactum contra ipsum tradentem.*
4 *Legata alimentorum ad refectionem uiarum, pontium, ualẽt etiam rupto testamento. Idem in pijs causis.*
5 *Causa dotis an sit ita pia, sicut alimentorum.*
6 *Vita hominis consistit in alimentis.*
7 *Causa alimentorum est pia.*
8 *Lex exorbitans potest extendi de casu ad casum ratione publicæ utilitatis.*
9 *Causa dotis, & causa alimentorum parificantur.*
10 *Dispositio l. 1. inf. de fideicom. ubi habeat locum.*
11 *Legata pia relicta coram duobus testibus ualent.*
12 *Legata pia an debeantur, quando testamentum est imperfectum ratione uoluntatis.*
13 *Solutio, quæ fit de debito, an inducat confessionem.*
14 *Præstatio diuturna ad hoc vt obliget, quæ requirantur.*
15 *Pactum nudum geminatum parit actionem.*
16 *Filius præsumitur adiuisse, qui passus est diu patrem suum adiuisse hæreditatem sibi delatam. & nu. 20.*
17 *Soluens quinque, qui erat obligatus ad decem annos, an præscribat reliquum.*
18 *Seruitus itineris an acquiratur mihi spatio decem annorum te patiente me transire per tuam possessionem.*
19 *Sciens, & patiens non uidetur consentire ad damnum suum. & nu. 21. & 22.*
23 *Articulandi modus, quando quis fundat se ex præstatione diuturna.*
24 *Possessorium potest intentari pro annuis præstationibus. Et quomodo. nu. 25.*
26 *Libellus qualiter sit formandus in possessorio.*

SI certis. ¶Ista est repetibilis lex: Et uidi multotiens eã repeti. In summa hoc intendit. † Præstatio
1 diuturna non confirmat pactum inualidum, nec obligat soluentem in futurum. Hoc

Hoc dicit.Et intelligatis hanc.l.procedere,siue scienter, siue ignoranter facta fuerit huiusmodi præstatio : quicquid dicat hic gl.
2 † Nã differentia inter sciẽter, uel ignoranter soluentem tunc est fienda, quando agitur de repetitione soluti.l.1.& per totum.ff.de condic.inde. sed quantùm ad effectum.l.nostræ,non est constituenda differentia inter soluentem ignoranter,uel scienter,secun-
3 dùm Doc.hic.¶Not.1.hic bene probari, † ꝙ traditio rei
a non uestit pactum a contra ipsum tradentem, & ad hoc istam.l.allegauit glo.in l. ex placito. inf. de rerum permut. sed in fauorem ipsius tradentis bene uestit pactũ. l.in traditionibus.ff.eo.tit.Et hoc, tenendo opinionem Bar.& sequacium, qui dicunt nullam esse differentiam inter uestimentum rei traditionis, & uestimentum rei interuentionis. & quòd traditione rei ita demum uestitur pactum, si habita relatione traditionis ad pactum resultet contractus innominatus,& non aliàs,ut declaraui in d.l. traditionibus. §. eodem,sed tenendo ꝙ sit differentia inter uestimentum rei traditionis, & uestimentum rei interuentus,& quòd traditione rei uestiatur pactum,etiam si habita relatione traditionis ad pactũ non resultat contractus innominatus, potestis dicere, quòd in casu.l.nostræ.hoc ideo traditio rei non uestit pactum: quia pactum nõ fuit appositum iuxta traditionem, nec traditio facta incontinenti post pactum : imò ex interuallo traditio fuit facta post pactum.¶In glo.prima ibi, duplici fauore. & hanc sequuntur communiter Doctores hic,& in l.Lucius.§.testamẽto.ff.de lega.2.& in l.qđ de bonis.ff.ad leg.Fal.& in l.nõ dubium. inf. de testam.
4 & dicunt Doctores,† quòd illa.l.1.inf.de fideicom. quæ loquitur in legato alimentorum, haberet etiam locum in legato facto in minus solemni testamento ad refectionem uiarum,uel pontium,uel dotis: quia istæ causæ habent eundem fauorem.tex. est notab. in l. quidam in testõ.ff. de lega.2.& in l.uirilis.in fi.ff.de lega.pst.& in l. cũ post.in §.gener. ff. de iure dot.& in l. si tibi annuum. ff.de ann.lega. & ita etiam uult Bar. in sua disputatione incipiente;mulier habens amplũ patrimonium.¶ Addit Ang.hic in repetitione:quòd idem esset in legato facto pro redemptione captiuorum: & idem in aliis legatis piis.l.si quis pro redemptione.inf.de donat.& idem uoluit Ant.de But.in c. peruenit.extra de censibus.Bar. de Salic.hic determinat contrarium.Mouetur: quia dispositio dictæ.l.primæ.inf.de fideicom.est exorbitans,& cõtra iuris regulas; ergo non debet extendi de casu ad casum.l.quod uerò contra. & l.ius singulare.ff. de legi. ma
5 ximè quia secundùm eũ non est amodo eadẽ ratio.† Nã causa dotis non est pia : uel saltem non est ita pia, sicut causa alimentorum:credo, quòd dixerit, quòd non est ita pia propter tex. in l.cum his.§.si mulier.ff. de condi. indeb.ubi tex.probat,quòd causa dotis est pia . Itẽ probat etiã, ꝙ sine legato aliquo mulier bene peteret dotẽ suam actione de dote : † sed in alimentis consistit uita hominis.l.uel necare.ff.de liber.agno. † Item causa alimentorum est pia.l.cum hi.ff.de transact. Præterea absque aliquo legato possessores prædiorum bene poterunt cogi contribuere ad refectionem pontium,& uiarum.l.ad instructionem.sup.de sacrosan.eccles.Vos autem sequamini opin.Bart.contra Saly. quia in dictis le-
8 gatis uersatur publica utilitas,† & ratione publicæ utilitatis quandocũque exorbitans bene potest extendi de casu ad casum.Ita dicit Bar.in l.2.§.exercitium.ff.de his qui not.infa.notatur in l.si constante.in prin.ff.sol.matr.
9 † Item causa dotis, & causa alimentorum parificant. Ita dicit Bar. in l.fi.ff.de his quib.ut indig.Non obstat motiuum Saly. dum dicit. quòd mulier absque legato bene poterit petere dotem:quia respondeo,quòd Bar.non loquitur de legato dotis facto à marito uxori, iuxta tit.de dote prælegata : sed loquitur,quando legatum in causã dotis esset factũ ab extraneo mulieri : quo casu mulier non habet aliquam actionem, nisi propter legatum. Et ex hoc infero,quòd dictum Bar. non habet locum in legato dotis facto à patre filiæ suæ: quia circunscripto legato haberet remedium,de quo in l.fin.inf.de dòt.pro-
10 mis. & in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. † Et sic ego elicio uobis pulchram conclusionem, quòd dispositio legis primæ. inf. de fideicom. habet locum nedum in legato alimentorum facto in minus solemni uoluntate: sed etiam in legato dotis, & in legato facto ad refectionem uiarum,uel pontium.¶ Addite,quòd Ang. hic in repetitione sua dicebat, quòd ista l. prima, de fideic. habet locum in legato alimentorum facto pauperi: quia tunc bene dicitur factum in piam causam: cæterùm si esset factum diuiti,non haberet locum dispositio illius. l. primæ.quia non dicitur factum in piam causam. l. illud. cum sua glo. supra de sacrosan.eccles. Sed ista limitatio non procedit,quia si restringeremus illam.l.1.inf. de fideicom.ut procedat solùm in legatis pijs,seruiret nobis
11 de uento: † quia legata pia debentur,etiam si sint relicta solùm coram duobus testibus,ut notatur. in c. relatum. extra de testa.& in l.1.supra de sacro.eccle.ergo non requireret præstatio triennalis,sicut requiritur in l.1. de fideic.¶ Addit ipse Ang. aliam limitationem dicens, ꝙ d.l.1. de fideicom. habet locum, quando testamentum est imperfectum ratione solemnitatis, secus si esset imperfectum ratione uoluntatis.l.si is qui. ff. de testamen.
12 Vos dicite,quòd hoc dependet ab illa dubitatione, † scilicet,utrùm legata pia debeantur, quando testamentum est imperfectum ratione uoluntatis, de quo per Bartol. in l. in testamento. ff. de fideicommis.liberta. & plenissimè per dominum Ludo.Roma.in repetitione Auth.similiter.inf.ad leg.falci,ubi ponit omnia priuilegia,quæ habent legata facta ad pias causas. Subiiciebat hic idẽ Ang.in sua repetitione, quòd illa.l.1.de fideicõ. non habet locum, quando testamentum est inualidum ex eo, quia testator erat inhabilis ad testãdum:quod intelligatis uerum,quando patiebatur defectum iurisgentium,secus si patiebatur defectum iuris positiui,per ea quæ not. Bartol.in repetitione.l.1.sup. de sa. san.ecc. ¶In eadem glo.ibi.l.cum fidem. Soluite istud contrarium,quod ibi una tñ præstatio conualidat,& confirmat obligationem præcedentem,contra quam tñ obst.exceptio,& sic excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ ; hic aũt obligatio erat penitus inualida. ¶In glo. fi.in fi.Doct.cõiter sequuntur solutionem,quam dat glo. in d.l.cum de in rẽ uerso.Sed Ang.hic in repetitione sua,& idem Ang.in repetitione. l. sciendum. ff. de uer. ob. dicit,ꝙ communis intellectus, qui uult,quòd illa.l.cum de in rem uerso.intelligatur, ꝙ per illam pstationem decennalem uniformem præsumatur tit.obligationis allegatus p agentẽ,nõ procedit,nec probatur iure,imò secundùm eum confunditur per illam.l.cũ de in rem uerso, in uer. Imperator. ubi unica tantùm præstatio sufficit ab obligandum in futurum. vnde dicit ipse,quod d.l.cum de in rem uerso. in prin.non probat communem intellectum: nam ibi uerè cõstabat de obligatione cõtracta cum filio,sed dubitabatur de qualitate.i. dubitabatur, an illa pecunia fuisset uersa in utilitatem patris, & sic dubitabatur de qualitate uersionis,unde dicitur ibi, quòd per præstationem decẽnalem usurarum factam per patrem præsumitur qualitas uersionis in rem patris : nam ibi agebatur de in rem uerso contra hæredem patris,non autem de peculio:illa ergo præstatio decennalis facit præsumi qualitatem uersionis.Nec mirum,quia qualitas potius præsumitur, quàm substãtia,ut habetur in l.talis scriptura. ff. de leg. 1.& in l. si filius. supra de petitio. hæredit. Non obstat uersi.Imperator,superius allegatus: quia ibi solutio continebat distinctam confessionem debiti dotis annexam solutioni.

ſolutioni: nam ibi erat ſoluta pars dotis, uel uſurarum
pro dote, ad quod quidem debitum contrahendum ſuf-
ficit ſimplex conſenſus, ſeu nudum pactum. l. ad exactio
nem. inf. de iu. dot. Dicit tamen Ange. quòd propter hoc
non recederet à communi intellectu, & iſtum intellectũ
Ang. poſuit etiam Fulgo. in d. l. cum de in rem uerſo. nul
lam tamen faciens mentionem de Ang. Subiicit tamen,
quòd non eſt recedẽdum à communi intellectu. Sed cer
tè intellectus Ang. & Fulgo. nõ procedit, quòd quamuis
in d. §. ucr. Imperator. ſolutio fuerit facta cum expreſsio
13 ne cauſæ dotis; † tamen talis ſolutio b non inducit con-
b feſsionem: licèt inducat præſumptionem. ſ. quòd ſoluẽs
cauſam, propter quam ſoluebat, crediderit eſſe ueram:
ergo talis ſolutio non habet uim confeſsionis, ſed præ-
ſumptionis, ſecundùm Bal. & Sali. hic. Præterea quòd in
tellectus Ang. & Fulgo. non procedat, probatur ſic. Nam
in d. l. cum de in rem uerſo. in princi. oportet intellige-
14 re, † quòd ſolutio fiebat cum expreſsione cauſę: quia
pater ſoluebat pro pecunia data filio: & tamen ibi requi
ritur præſtatio diuturna: nam ſi fuiſſet pręſtatio ſimplex,
& ſimpliciter facta, non obligaret ſoluentem ad ſoluen-
dum in futurum: quia præſtatio, uel alius actus non pro-
bat, niſi quatenus de neceſsitate ex eo infertur. l. ad pro
bationem. inf. loc. & l. neque natales. inf. de probat. & c.
in præſentia. extra de probat. Non obſtat quod dicitur,
quòd iſta præſtatio habet uim conſenſus, ſeu nudi pacti.
& in dote ad obligandum ſufficit nudus conſenſus. d. l.
ad exactionem: quia reſpondeo, quòd hoc eſt contra
iſtum tex. nam ſi in caſu. d. l. noſtræ iſta præſtatio haberet
uim pacti, redderet præcedentem obligationem effica-
15 cem: quia nos habemus, † ꝙ licèt unum ſolum pactũ nudũ
non ꝓficiat ad agendum, tñ pactum nudum geminatum
bene parit actionẽ. l. 1. §. debitũ. ff. de cõſti. pec. & §. de cõ
ſtituta. Inſt. de act. Item Ant. de But. in c. peruenit. ext. de
cenſi. damnat etiã opinio. Ang. ſuperius relatam per tex.
in d. uerſ. Imperator. Io. de Imol. in l. 1. in fi. ff. de aq. plu.
arcen. ſimiliter reprehendit Ang. per tex. in l. qui in alie
16 na. §. ſed ſi non adierit. ff. de acquiren. hæredi. † ubi ſi fi-
lius patiatur diu patrem poſsidere hæreditatem ipſi fi-
lio delatam: ex hoc præſumitur ipſe filius adiuiſſe illam
hæreditatem. & ſic præſumitur ſubſtantia obligationis
non ſolùm qualitas, ut dicebat Ang. Pręterea ſecundùm
Imo. in d. l. cum de in rem uerſo, nõ dubitabatur de qua
litate uerſionis, ut dicebat Ang. ſed dubitabatur, an uſu-
ræ fuiſſent deductæ in ſtipulationẽ, ſicut requiritur à
lege. l. 3. inf. de uſur. unde non recedatis à communi in-
tellectu dato ad d. l. cum de in rem uerſo. & hic poteſtis
17 elicere aliam concluſionem. † Quid autem econtra, ſi il-
le, qui mihi tenebatur in decem annuis, ſoluit mihi pluri
bus annis quinque tantummodo, an intelligeretur libe-
ratus ab alijs quinque annuis. Videte per Cy. in l. cũ no-
tiſsimi. §. in his. inf. de præſcrip. 30. uel. 40. ann. per Bar.
in l. ſi prius, ff. de aqua pluuia. arcenda. per Specul. in
titu. de præſcrip. §. primo. uerſicu. quid ſi non deberem.
per Canon. in cap. auditis. extra de præſcript. & in cap.
cum olim. extra de cenſib. & per Bald. eleganter in cap.
18 querelam. extra de electio. † Penultimò dubitatur de ele
ganti quæſtione. Ego te ſciente, & patiente tranſiui per
fundum tuum pro eundo ad fundum meum, tu poſtea
non uis pati, quòd tranſeam: ego allego in iudicio, quòd
tu conſtituiſti mihi ſeruitutem per illum fundum tuum,
uel per ſtipulationem, uel per uenditionem, uel alio ti-
tu. & ad probandum ipſum tit. ego probo, quòd illo iu-
re fui uſus per decennium te ſciente, & patiente, an ex
hoc præſumetur titu. per me allegatus: quia re uera ti-
tu. non habeo. Ia. de Are. Ia. But. Pet. Cy. Bal. & Ang. hic.
& idem Bal. in lectura antiqua in d. l. cum de in rem uer
ſo. & Bal. & Ang. in d. l. qui in aliena, determinant ꝙ nõ:
quia. l. cũ de in re uerſo. loquitur in præſtatione, ex qua
19 magis induciť conſenſus, quã ex ſimplici patientia: † quia
ſciens, & patiens nõ uidetur conſentire ad damnum ſuũ.
l. qui uas. §. uetare. ff. de furt. Contrariam opinionem te-
nuit gl. in d. l. cum de in rem uerſo. & in l. ſeruitutes. la
grande. ff. de ſeruitu. titu. generali. & hanc opinionem ſe
quuntur hic Raynerius de Forliu. & Dy. in §. ęquè. Inſti.
de actio. & Bar. in d. l. cum de in rem uerſo. & Bal. ibi in
lectura ordinaria. & Inn. in c. ſi diligenti. extra de præ-
ſcript. & dominus Ant. de But. in d. c. peruenit. & domi-
nus Florianus de Sancto Petro: & Rapha. Fulg. in d. l. cũ
de in rem uerſo. & ſequitur hic Salic. cum modificatio-
ne tamen, ut inf. dicam. Et pro hac ſententia adducitur
tex. in d. l. 1. in fi. de aqu. plu. arcen. ibi ne iure impoſitũ.
optimè facit. l. 1. inf. de pat. pote. nam hoc caſu non agi
tur de magno præiudicio, quia non agitur de amiſsione
dñii, & in iſtis, q̃ non ſunt magni p̃iudicij, facilius p̃ſumi-
20 tur. † Nam ſi filius patiatur patrem diu poſsidere hæredi
tatẽ ipſi filio delatam, p̃ſumetur filius ſolẽniter adiuiſſe,
quia non agitur de magno præiudicio: ſolũ eñ perdidit
ſpem, quam habebat: quia ſi fuiſſet factus ſui iuris, ante-
quam adiuiſſet, ſibi ſoli acquiſiuiſſet, non autem patri, &
in hoc non patitur magnum præiudicium: quia habet
ſpem illam hæreditatem adhuc habendi ſuccedendo
21 patri. l. ſcripto. ff. unde liberi. † Salicetus concordat iſtã
opinionem hoc modo, ut iſta opinio procedat, quando
appareret me fuiſſe uſum tanquam ex cauſa ſeruitutis
debitæ, ſecus ſi probaretur de ſimplici uſu. & iſta cõcor
dia non eſt mala. Io. de Imo. in d. l. qui in aliena. dicit, ꝙ
prima opinio eſt uerior de iure. & iſta ſecunda opinio
ſeruaretur in practica. Ego addo, quòd Angel. in d. §.
æquè. Inſti. de action. ubi dicit. hanc ſecundam opinio-
22 nem eſſe communem, † addite, quòd Alber. de Roſa. in
rub. ff. de mune. & honori. in uerſ. ſed pone quidam ha-
bet homines, dicit quòd. l. cum de in rem uerſo. ſupe-
rius allegata mille animas in fornacem miſit. Limitabi-
tis tamen. d. l. cum de in rem uerſo. procedere, niſi age-
retur de præiudicio tertii: nã tunc non ſufficeret decen
niũ: ſed requireretur. 30. anni. c. peruenit. ext. de emp. &
uendi. ¶ Item limitabitis eam, niſi ageretur de obligan-
do hominem ad ſeruitutem perſonalem, puta ad ius ua-
ſallagii in uaſallo, uel ad ius ſubiectionis in ſubdito: nã
tunc requirerentur. 30. anni. Ita notabiliter dicit Bar. in
l. litibus. inf. de agric. & cenſi. lib. 11. ¶ Aduertatis etiam
ad unum, quòd illud, quod dicitur, quòd per præſtatio-
nem decennalẽ præſumitur cauſa allegata per agentẽ,
debet intelligi, & limitari, ſi illa cauſa allegetur per agẽ
tem, alioquin non præſumeretur. ar. l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adulter. optimè faciunt
no. per Bar. in l. cum quid. ff. ſi certum pet. Ita tenet hic
Bal. Vos addite Ange. idem uolentem in d. l. cum de in
23 rem uerſo. † ideo ſit cautus actor, ut alleget cauſam, ſeu
tit. obligationis, & ad probationem talis cauſæ probet
proteſtationẽ decennalem ſibi factam: quia ex hoc præ-
ſumetur cauſa allegata, ſeu tit. allegatus per agentẽ. Cõ-
ſulo tamen actori, ut potius intentet iudicium poſſeſ-
24 ſorium: † quia pro iſtis annuis præſtationibus bene po-
teſt intentari poſſeſſorium. c. querelam. extra de elect. di
cit tamen hic Cy. quòd aduerſus querelam opus eſt que
rela, & uult, quòd illa decretalis emanauerit cum errore
25 canonum: ſed cõmuniter tenetur, quod prius dixi. † In-
telligatis tamen tunc poſſe intentari poſſeſſorium, quan
do aliquę præſtationes fuerunt factæ parti. Et Ang. hic
in repetitione uidetur uelle, quòd ſufficiat una ſola p̃ſta
tio, & deinde ſequuta ſit denegatio. Sed Ant. de But. in
d. c. querelam. uidetur uelle, ꝙ imò requirantur plures
præſtationes. Io. de Imo. in d. c. querelam. pro opinio-
ne. Ang. alle. bonum tex. in c. cum de beneficio. extr. de
præb. li. 6. ¶ De hac materia tangitur per Bar. in l. 2. ff.
26 quorum bono. † Et in poſſeſſorio formabitis libellum
hoc

hoc modo. Domine iudex ego dico, ꝙ Titius per ſpatiũ decem annorum proximè præteritorum præſtitit mihi ſingulis annis talem penſionem uniformiter.& licèt per tempus prędictum fuerim in poſſeſsione, ſeu quaſi percipiendi dictam penſionem annuam pacificè,& quietè, tamen ab aliquo tempore citra ſe retraxit à dicta ſolutione, ſeu præſtatione denegando mihi ſoluere priuando me dicta poſſeſsione, ſeu quaſi. Quare peto me reſtitui, & reintegrari in eum ſtatum, in quo eram ante denegationẽ prædictam, & dictum Titiũ cõdemnari ad mihi ſoluendũ,& ius iuſtitiãq; mihi miniſtrari requirẽdo, ſecundùm materiam ſubiectam.

ADDITIONES.

a ¶Non ueſtit pactum. Adde, quòd nec transfert dominium, niſi iuſta cauſa præcedat. Pet.de Anc.in c.ex parte.il 2.nu.1.ext.de confeſ.

b ¶Solutio, Adde, quòd ſolutio, & promiſsio ſunt paria, Pet.de Anc.in c.nulla.nu.2.ext.de conceſ.præb.

In l.Si quis in conſcribendo.

SVMMAE.

1 *Renunciare quilibet poteſt priuilegio fori, & iuri ſuo per pactum. Limita vt nu.15.*
2 *Verba, confiteor me nõ uſurum fori priuilegio, quid operẽtur.*
3 *Exceptio, quæ non poteſt opponi coram delegato, non poteſt opponi coram arbitro.*
4 *Arbiter poteſt reſeruare exceptionem oppoſitam ante litem conteſtatam.*
5 *Iudex, qui admittit exceptionem, quam non debebat admittere, & abſoluit reum ab inſtantia iudicij, facit litem ſuam. Limita, ut nu.6.*
7 *Arbiter malè pronuncians an faciat litem ſuam.& nu.8.*
8 *Arbiter poteſt modicè lædere partem, non immodicè.*
9 *Clericus an poſsit renunciare priuilegio fori ſui.*
10 *Iuriſdictiones clericorum, & laicorum ſunt diſtinctæ de iure ciuili.*
11 *Renunciari an poſsit priuilegio conceſſo ratione miſerabilitatis perſonæ.*
12 *Iudex incompetens non poteſt fieri competens per pactum.*
13 *Coueniri quis poteſt in omni loco, in quo eſt deſtinata ſolutio.*
14 *Reſpondere, uerbum an importet reſponſionẽ ſatisfactoriam.*
16 *Iurans quilibet præſumitur accedere certificatus.*
17 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
18 *Vſusfructus eſt ſeruitus, & poteſt eſſe ſeruitus ſeruitutis.*
19 *Pactum legis commiſſoriæ eſt reprobatum in pignoribus. Et quid ſi iuretur.*
20 *Conſenſus, quem ſeruus facit contra dominum, non ualet.*
21 *Filiatio eſt de iure naturali.*
22 *Renunciare an quis poſsit ſuæ defenſioni in criminalibus.*
23 *Compromiſſum poteſt fieri de uno articulo emergenti, ſeu incidenti.*
24 *Continentiæ cauſæ non debent diuidi per diuerſos arbitros.*
25 *Arbitri qui habeant iuriſdictionem.*
26 *Articulus iuris non poteſt deduci in compromiſſum, ſaltem quando decidi poteſt per tex. legis.*
27 *Compromiſſum poteſt fieri ſuper articulo iuris, in quo ſunt uariæ opiniones.*

SI quis in cõſcribendo.

1 ¶ † Quilibet poteſt priuilegio fori, & alteri ſuo priuilegio renunciare per pactũ.ad hoc allegatur.h.d.¶ No.1.ex iſto
2 tex.† quòd per iſta uerba, confiteor me non uſurum fori priuilegio inducitur pactum de non utendo illo priuilegio. Quod uerum intelligatis, quando confeſsio emanat in pſentem: nam tunc confeſsionis habet uim.l. tale pactum.in prin.ff. eo. tit. nam & quandoque pactũ hẽt uim cõfeſsionis. d. l.tale pactum.§.qui prouocauit.
3 ¶No. 2. ſecundùm Saly. † ꝙ exceptio, quæ non poteſt opponi coram delegato, non poteſt etiam opponi corã arbitro. Et ex hoc loco ipſe infert, quòd eodem tempore quo exceptio uenit opponenda corã delegato, debet etiam opponi coram arbitro: bene facit quòd uult glo.
4 in l.1.ff.de arbit. Ex qua colligit ibi Romanus, † ꝙ ſicut iudex exceptionem oppoſitam ante litem conteſt. poteſt reſeruare in meritis, ita hoc poteſt facere arbiter.
5 quod notetis.¶ Nota tertiò, † ꝙ iudex, qui admittit exceptionem, quam non debebat admittere, & abſoluit reum ab inſtantia iudicii, facit litem ſuam; licèt actio, ſeu ius actoris non pereat.& dicit hic Bar. notabiliter, quòd tenetur ad intereſſe totale. allegat. l. penul. §. in eum.ff. ne quis eum qui in ius uoca. eſt ui. exi.& l. cum
6 quærebatur.ff.iudica.ſolui. † Sed Bal. hoc intelligit uerum, quando iudex fuit in dolo, aliàs autem teneretur ſolùm, inquantùm pars fuit læſa. l. ſi filius. ff. de iudic. Idem uoluit Bal.in l.ſi quando, inf.de teſtib.¶ Addit Pa. de Ca. idem eſſe, ſi nõ fuiſſet in dolo,& eſſet parti ualde difficile renouare inſtantiam: nam tunc iudex teneretur ad intereſſe totale, nihil tamen allegat. Ad præmiſſa uidete Ang.in lectura Florentina in l. mancipia.inf.de ſeruis fugit. ubi dicit, quòd quando negligentia iudicis eſſet adeo diſſoluta, ꝙ cauſaret dolum, tunc iudex bene teneretur ad intereſſe totale partis. Reſtat mõ reſpondere.l. cum quærebatur. allegatæ per Bart. cui reſpondebitis, ꝙ ibi agebatur ex contractu .i. ex promiſsione iudicatum ſolui: nos autem loquimur, quando iudex te-
7 netur ex quaſi delicto.¶ † No. quòd arbiter malè pronuncians facit litẽ ſuam, ſicut iudex, facit optimè l.fi. cũ ſua glo.ff. de uar.& extraor. cognitio. Fallit in arbitro, qni iurauit bene iudicare; quia ille ſolum Deum habet ultorem. Auth. decernimus, inf. de arbitris. ſecũdũ Bal.
8 † An autẽ arbitrator in malè pronunciando faciat litem ſuam. Bar.in d.l.fi.de uari.& extraord.cognitioni. & idẽ Bar.in l.fin.ff.ſi mẽſ.falſ.mo. dixerit. determinat, quòd ſic.ſi dolo, uel lata culpa immodicè ligat partem. Secus
a ſi modicè a, quia uidetur ſuper hoc habere poteſtatem. l.ſed ſi de meis.§.fi.& ibi gl.ff.de arb. de hac materia tãgitur per Bal.in c.1.in titu.de inueſti.in mar. facta. & in l.executorem.inf.de execut.rei iudic.& in l.fi. inf.de cõtrahenda emptio. ¶ In gloſſ. in uerbo dignitatis. ibi, & de tali ſacerdotio. Salicetus impugnat iſtam expoſitionem: quia iſta. l. eſt de uerbo ad uerbum in l. ſi quis in conſcribendo. ſup. de epiſ. & cle. Et ſi non intelligeretur de ſacerdotio ſpirituali, eſſet malè ſitua-
9 ta in illo ti.de epi.& cle. unde dicunt † alii, quòd licèt de iure ciuili clericus poſsit renunciare priuilegio ſui fori per pactum; tamen de iure canoni. ſecus eſt. c. ſi diligenti. extra de fo. compe. Sed iſta ſolutio mihi non placet:
10 † quia etiam de iure ciuili diſtinctus eſt forus clericorũ, & laicorum, & diſtincta eſt iuriſdictio inter clericos, & laicos. Authen.clericus. & Authen. ſtatuimus. ſupra de epiſco. & cler. Vnde uidetur, quòd etiam de iure ciuili non poſsit clericus renunciare priuilegio fori per pactum, & ſe ſubmittere foro temporali: unde mihi placet opi.Iac.But.qui dicit, ꝙ iſta.l. poteſt intelligi in ſacerdote ſpirituali, qui habebat priuilegium ſpeciale, ut non poſſet conueniri corã ordinario ſuo.ſ. Epiſcopo,& habebat unum certum iudicem particularem: nam tali priuilegio bene poterit renunciare per pactum,& ſe ſubijcere ordinario ſuo, id eſt, Epiſcopo.& hoc etiam eſt de mẽte Bar. licèt non ita clarè loquatur.¶ In glo. magna ibi. l.ſi cum uenerit. Vera ſolutio eſt, ꝙ quandoq: aliquis eſt iudex competens, ſed aliqua ratione poteſt declinari,& tunc

tunc tali priuilegio bene potest renunciari per pactum.
11 Ita intelligitur ista lex.† Fallit in priuilegio concesso ratione miserabilitatis personæ:quia tunc tali priuilegio non potest renunciari per pactum.Ita singulariter determinat Cy.& sequitur Bal.in l.unica.inf.quando Impera
12 tor inter pupillos, uel uiduas.† Aliquando uerò iudex est penitus incompetens ,& tunc per pactum non potest effici competens,neque eius iurisd.prorogari irreuocabiliter.& ita loquitur l. si cum uenerit, hic allegata . Et per hoc dicit hic Bartol. quòd illa uerba,quæ solent apponi in instrumentis hoc modo. & talis debitor uoluit posse conueniri Romæ,Neapolii, Florentiæ , & ubique locorum, nihil prosint. Sed cautela est , quòd scribatur hoc modo.& talis debitor promisit soluere Romæ, Florentiæ,Mediolani,& ubique locorum,ubi fuerit conuē-
13 tus: † nam hoc casu in omni loco , in quo fuit destinata solutio.poterit conueniri:qa uidet ibi contraxisse,l.contraxisse.ff.de actio.& obligatio.Raph.Ful.dicit,q sufficerēt ista uerba,pmisit rñdere Romę,Florentię &c.p c.dilecti filij,extra de fo.cōpe.Amplius audet dicere , q sufficerent ista uerba,uoluit posse cōueniri Romę, Florentię &c.per l.in bonæ fidei.in fi.ff.de eo, quod certo loco . Sed certè ille tex.non dicit,quòd hoc casu possit conueniri in loco , in quo aliàs de iure conueniri non potuisset,sed bene dicit , quòd poterit conueniri in alio loco aliàs idoneo actione arbitraria.Non obstat.c.dilecti filii.quia ibi iudex erat competens rōne delegationis citra mare,licèt Anglicis esset concessum in priuilegium, quòd non possent conueniri citra mare, & tali priuilegio intelligitur renunciatum ex eo, quòd ille promise-
14 rat ibi respondere.Vel dicatis ibi,† quòd istud uerbum, respondere,ponitur pro soluere, & sic importat responsionem satisfactoriā,non autem cōtradictoriam,ut uult glo. parua,quam pauci libri habent,in l.3.in uerbo , respondere.inf.de procur.& ita uult Bal.in l. eam quam.in fi.primæ col.inf.de fideicom. unde sequamini opi. Bar. superius relatam.De hac materia tangit etiam Bart. in l. Titium,& Męuium.in §.altero.ff.de admini.tuto.& Bal. in l.non codicillum.inf.de test. & pleniùs in l. si quis in conscribendo.sup.de epi.& cle.& Canon.maximè Ant. de But.& Imo.in c.1.extra de iudic.¶In eadem glo.ibi.
15 Item fallit hęc regula.†Limitabitis notabiliter hāc regulam dicentem , quòd quilibet potest renunciare fauori suo , ut procedat , quando quis fuit certioratus de suo præiudicio; alioquin renunciatio non ualeret. Ita dicit notabiliter Host. in summa sua in tit.de fideiussor.& sequuntur Canon.in c.quamuis.extra de pactis.li.6.Limitabitis tamen , nisi quis iurasset super renunciatione :
16 † quia ad iurandum [b] quilibet præsumitur accedere cer
b tificatus.Ita dicit Io.And.in nouella. & cæteri sequūtur in d.c.quamuis. & no. bene hoc pro limitatione. l. nostræ. ¶In eadem glo.ibi.l.de die.Huius fallentiæ est ratio,secundùm Doct.quia ibi ius renunciatum concernebat fauorem publicum mixtum cū priuato, & fauor publicus non poterat separari à priuato,ut habetur in l. 1. ff.sol.ma. & eodem modo soluit contrarium de §. ueterani.alle.in glo.& de §.sed quia ueremur.& de l. quos prohibet. hic in gl.alle. ¶In eadem gl.ibi,§. eleganter. Sed ibi renunciatio erat contra bonos mores , & ideo non ualet.& per hoc tollitur contrarium de l.si unus. §. pacta q̄ turpē.ff.eo.tit.& aliud contrarium de l.conueni re.ff.de pact.dota.¶In eadem glo.ibi, non fuerunt uerba pacti . Quasi uelit glo. quòd ibi fuerunt uerba enunciatiua.sed tamen Doc. dicunt idem esse,si fuissent uerba pacti.& est ratio: quia interest rei publicæ,quòd ciuitas repleatur liberis hominibus.l.1.ff.sol.ma. & Rapha.
17 Ful.assignat aliam rōnem:† qa nemo est dominus membrorum suorum.l.liber homo.ff.ad l.Aqui.& c.contingit.extra de sen.exc.¶In eadem glo.ibi.l.sed & si quid.

in fi.ubi dicitur,q proprietarius in præiudicium usufructuarij non potest etiam consentiente fructuario consti-
18 tuere seruitutē alteri,&est rō:quia†usus fructus est seruitus,& nō pōt esse seruitus seruitutis.l.1.ff.de usuf.lega. & ita not.in l. pactum inter hæredem. ff.eo. de pactis. ¶In eadē gl.ibi,de pactis pignorum.l. fi. Huius fallētiæ est ratio: quia debitor cupiditate habendi pecuniam fa
19 ceret mille mala pacta.† Ideo statuit lex,q pactum legis commissoriæ sit reprobatum in pignoribus,si tamen iuramentum esset interpositum, esset seruandum,tex.est singu.in c.significante,extra de pigno.¶ In eadem gloss. ibi. de quæstionibus. l. seruos. huius fallentiæ est ra-
20 tio , secundùm Doct. † quia seruus tenetur ad reuerētiā domino.unde suus consensus,q torqueatur cōtra dominum,non ualet:quia esset contra ius reuerentiale.l.alia. §.eleganter.ff.so.ma. ¶ In eadem glos.ibi.l. abdicatio.
21 Huius fallentiæ est ratio secundùm omnes Doc.quia filiatio est de iure naturali,ideo per pactum tolli non potest.l.ius agnationis.ff.eo. ti.imò non ualeret, quandocūque esset interpositum iuramentum.Ita dicit Bal.in l.pe. inf.ut in poss.lega.¶In eadē gl.ibi l.cum precario.dicite ultra gl.q ibi pactū erat contra substantiam contractus, ideo non ualet,ut uult Bart.in l.ubi ita donatur.ff.de dona.cau.mor.ultra istā glo.circa istā materiam uidete gl. meliorē de corpore iuris in §.quia uerò.in Auth.ut fine
22 prohibit.matres debi.& cre.†An autem in criminalibus quis possit renunciare suæ defensioni.uidete glo. singularem in l.pactum quod inter hæredem.ff.eo.ti.¶In gl. pe. in fi. Ista ultima placet doctoribus , ex qua colli-
23 git eleganter Bartol. † quòd de uno articulo emergēti, seu incidenti potest peti fieri compromissum.unde si statuto cauetur,quòd causæ inter affines debeant compromitti,& disputetur inter partes,nunquid illa causa sit cōpromittenda,uel nō: de hoc articulo incidenti,seu emergenti poterit peti fieri compromissum , secundùm Bart. Subijcit tamē se hoc non determinare pro firmo. Raph. Fulg.dicit,quòd ita obtinuit in quæstione facti. & Doct. communiter transeunt cum Bartol. Sed ego contra istā determinationem Bartol. arguo duobus modis. Primò
24 sic.† continentia causæ non debet inuito aduersario diuidi per diuersos arbitros,l.nulli.inf.de iudic.sed si fieret sīn doctrinam Bartol. continētia causæ diuideretur.Ad hoc motiuum possetis respondere,quòd arbitri,qui eliguntur ex necessitate statuti,succedunt loco iudicis, secundùm Bal.in l. si iudex, ad finem commenti. ff. de his
25 qui sunt sui,uel alie iu.†Et propterea tales arbitri habēt iurisdictionem.l.fi.& ibi Bartol.& omnes inf.de iudic.& ab eis potest appellari.l.arbitro,ff.qui satisdare cog.ideo idem iudex uidetur cognoscere , sicut quando delegat unum articulum causæ.Auth.ad hoc.inf.de iudi. & c.super quæstionum.in §.1. extra de of. del. ergo continētia causæ non dicitur diuidi.Secundò arguo fortius contra Bart.Nam mens dicti statuti disponentis,quòd causæ inter affines compromittantur, fuit minuere lites: ad hoc allego pulchrum tex.in l.q̄uis.ff.de arbit. Sed si super articulo emergenti,seu incidenti posset peti fieri compromissum,ut uult Bartol.lites non minuentur,sed protelabuntur , & lites ex litibus orientur, ergo dictum Bartol. non uidetur uerum.Solutio,potestis dicere defensando Bartol. quòd si petendo fieri compromissum super illo articulo emergenti lis principaliter protelaretur, fortè dictum Barto.non procederet. & ideo ipse sanè locutus fuit,dū dicit se hoc non ponere pro firmo.Addite,quòd quamuis Doctores teneant hanc secūdam lecturam gl. tamen ego credo eam dubitabilem: quia nos habemus,
26 †q articulus iuris non potest deduci in compromissū,saltem qñ pōt decidi per tex.legis.Ita dicit Bal.in l.cū proponas.inf.de reb.cred.& in l.ancillæ.inf.de furt.sed nos habemus hic tex.decidentē,quòd renunciatio priuilegij
fori

fori ualet. Quare ergo debet super hoc posse fieri compromissum, cum sit articulus iuris, uos potestis dicere, quòd erat dubitatio ante hanc. l. conditam, & illã. Et erat quæstio coram arbitris, coram quibus pendebat ista questio, & ideo dicit notabiliter Bal. in d. l. cum pro
27 ponas, †quòd super articulo iuris, in quo sunt uariæ opiniones Doctorum bene posset fieri compromissum, qđ notetis.

ADDITIONES.

a ¶Si modicè. Adde, quòd arbiter potest ferre sententiã secundùm quod sibi uidebitur, quamuis non secundùm leges, ut ff. de arb. l. qualem, & ibi Doc. & gl. ord. & per Inn. ext. de const. c. 1.

b ¶Quia ad iurandum. An iurans aliquid generaliter teneatur ad specialia. Vide per Io. de Tur. Cre. in §. quæritur, nu. 6. 22. q. 5. Et an iurans per falsos Deos, & mẽtiẽs peccet, uide per eundem in c. monet, nu. 1. 22. q. 1.

In l. De quæstione.

SVMMAE.

1 Pactum, quo disponitur de hæreditate uiuentis certo modo diuidenda, non ualet, & nu. 5.
2 Consanguinei dicuntur habere spem in successione.
3 Spes habendæ hæreditatis, de qua intelligatur.
4 Spes quid dicatur secundùm Augustinum.
6 Electio Abbatis an possit fieri de consensu Abbatis uiuentis, & monachorum.
7 Minor an possit alienare sine decreto.
8 Consensus præstitus in contractu celebrato super successione uiuentis potest mutari per illum, qui præstitit consensum.
9 De hæreditate uiuentis, quam spero habere, nihil possum disponere, neque donando, neque aliter alienando, &c.
10 Obligare an quis possit omnia bona sua.
11 Filia si renunciat fratribus paternam hæreditatem patre præsente, & consentiente, si postea pater illi legat aliquid, an habebit illud.
Pater potest mutare propositum.
12 Pactum factum fauore liberationis ualet.
Filius faciendo pactum liberationis patre uiuente, an (sibi p... iudicet.
13 Statuto cauetur, quòd mulier uel minor non contrahat sine cõsensu duorum propinquorum, an poterint duo super re sua cõtrahentes sibi præstare consensum.
14 Donare uidetur ille, qui consentit donari rem suam, non ille qui donat.
15 Promissio omnium bonorum post mortem, an ualeat.
16 Hæreditas non potest dari per donationem causa mortis, sicut nec per codicillos.
17 Promissio, quòd mihi succedas non ualet.
18 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, an ualeat, & nu. 19 & 20.
Et quid si firmetur iuramento, nu. 37.
21 Viuentis non est hæreditas.
22 Donatio dicitur causa mortis, quotiescunque in donatione fit mentio mortis.
Et quid si in ea est pactum, q non possit reuocari, ibidem.
23 Donatione omnium bonorum post mortem, an ueniant præsentia, uel futura.
24 Donatio causa mortis sui natura est reuocabilis.
25 Bona futura an ueniant in obligatione generali omnium bonorum.
26 Bonorum appellatione an ueniant futura.
27 Donatio est inter uiuos, quando donat quis omnia bona sua non facta mentione de morte.
28 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an ualeat. & num. 33. & 34.
29 Testamentum potest facere ille, qui nihil hẽt in bonis, et n. 30.
30 Dominium non transfertur per contractum uniuersalem sine traditione.
31 Testari potest donans omnia bona sua tam præsentia, quàm futura.
32 Veniunt multa in consequentiam, quæ principaliter per se nõ uenirent.
35 Patrimonium est nomen uniuersale recipiens augmentum, & diminutionem.
36 Pactum de futura successione oblatum in ecclesiam, an ualeat
38 Donatio omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum reseruato usufructu, an ualeat.
39 Vsusfructus finitur morte.
40 Pactum de futura hæreditate, an ualeat.
41 Transeunt multa cum uniuersitate, quæ de per se non transirent.
42 Pactum, quòd si hæreditas talis tibi ueniat, dabo tibi centum, an ualeat.
43 Statuto cauetur, quòd existentibus masculis fœmina dotata non succedat, an pater tempore, quo dotat filiam, possit per pactum sibi reseruare ius succedendi.
44 Ius iam quæsitum facilius impeditur, quàm tollatur.
45 Hæreditas non potest dari pactionibus.

DE quæstione. ¶Diuiditur in quinq; partes. In prima ponit qõnem. In secũda arguit ad partes. In tertia ponit decisionẽ. In quarta ponit unam exceptionem. In quinta ponit extensionem. Secunda pars est ibi, faciebat. Tertia ibi, sed nobis. ¶Quarta ibi, nisi. Quinta, & ultima ibi,
1 iubemus. In summa hoc intendit. †Non ualet pactum super hæreditate uiuentis certo modo diuidenda inter ipsos paciscentes, nisi interueniat consensus illius, de cuius hæreditate agitur, & in illa uoluntate perseueret usque ad mortem. h. d. ista singularis. l. ¶No. primò ex isto
2 tex. †q consanguineus proximior in hæreditate consanguinei uiuentis dicitur habere spem. Dicit tamen hic Bar. q talis spes est uana, per tex. in l. post emancipationem, in §. 1. ff. de liber. leg. & per rationem, quia illud dicitur nobis debitum spe, quod non dependet à uoluntate alterius, sed depe... ab aliquo futuro euentu. l. 2. ff. de statu lib. Ista ergo spes in hæreditate consanguinei uiuentis non est considerabilis de iure. Idem & pleniùs uult ipse Bar. in l. is potest, ff. de acq. hær. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 7. quæst. & in solutione primi contrarii. ff. de uerb. obl. & notetis bene istud fundamentũ ad cognoscendum, quando aliquid dicatur nobis debi-
3 tum spe, †nam debet intelligi de spe approbata, & considerabili à iure, aliàs autem non dicitur nobis debitum spe, nec possumus de hac disponere, sicut de eo, quod habemus in uera spe, iux. l. spem, infra de donationibus, sed reperio, quòd Ange. in d. §. duo fratres, reprehendit Barto. dicens, quòd hæreditas ascendentis, & hæreditas collateralis dicitur nobis debita spe, sed hæ-
4 reditas descendentis non dicitur nobis debita spe, † quia spes, secundùm beatum August. nihil aliud est, quàm expectatio futuræ beatitudinis, sed quãdo succedimus nostris descendentibus, est nobis tristitia magna. l. fi. infra de instit. & substitutio. sub conditione factis, & Ioan. de Imo. in d. §. duo fratres, pro opinione Ange. allegat istũ tex. & pro eo, qđ est dictum de morte descendentis, allegat dictam l. post emancipationẽ in §. primo. Vos sustinebitis Bartol. quia illud dicitur nobis debitum spe quod habet initium ab aliqua causa de præterito, ut declarat Bartol. in locis allegatis. Non obstat illud, quod dicit allegando sanctum Augustinum: quia illud intelligitur loquendo spiritualiter, nos autem hic lo-

quimur iuridicè, & secundùm leges. An autem substi-
tutio pupillaris dicatur debita substituto uiuente pu-
pillo, notatur in l.qui cum tutoribus. ff. de transactio.
5 ¶ Not. secundò, † quòd pactum factum super hæredi-
tate uiuentis certo modo diuidenda non ualet, quando
fit sine consensu illius, de cuius hæreditate agitur, & est
ratio, quia tale pactum est contra bonos mores, ut hic.
¶ Ideo dicunt Bal. & Salic. quòd tale pactum non firma
retur iuramento, reg. non est obligatorium. de reg. iu. li.
6. Secus si fieret cũ consensu illius, de cuius hæreditate
agitur: quia tunc bene ualeret pactum, ut in hac l. in uer-
6 si. nisi, & ex hoc infert Bar. de Sali. † quòd cum consensu
Abbatis præsentis, & monachorum posset fieri electio
Abbatis futuri, & ita etiam uult Albe. de Rosa. hic. alle-
gat tex. cum glo. in c. si transitus. 79. dist. de hoc uidete
per Canoni. in c. ex parte. il 1. extra de officio dele. Item
7 per istam. l. dicit hic Bald. † quòd minor posset alienare
etiam sine decreto rem immobilem illius, qui instituit
a eum hæredem, si interueniat consensus * illius, quod no
tetis: optimè facit tex. in l. fi. ff. de rebus eorũ. ¶No. sub-
8 sequenter, † quòd consensus præstitus in contractu cele
brato super successione uiuentis potest mutari per illũ,
qui præstitit illum cõsensum. & sic talis consensus est am
bulatorius usque ad ultimum uitæ spiritum, & in hoc
9 iste text. est ualde notabilis. ¶Vltimò notetis, † ꝙ de hæ-
reditate uiuentis, quam spero habere, nihil disponere
possum, neque donando, neque aliter alienando, neque
10 etiã hypothecando, seu pignorando. Hinc colligatis, † ꝙ
licèt quis possit obligare omnia bona sua præsentia, &
futura. l. fi. inf. quæ res pign. oblig. possunt. tamen non po
test obligare bona hæreditatis illius: qui uiuit, cuius suc
cessionem habere sperat. Et aduertite: quia id, quod hic
dicitur de donatione, uel alio contractum, erat bene cau
tum de iure Digest. tex. est in l. quidam. in fi. ff. de dona.
sed illud, quod hic dicitur de pacto futuræ successionis
certo modo diuidendæ, non reperitur alibi secundùm
Doc. ¶Addo uobis, quòd per istum text. dicit eleganter
11 Bal. in c. ad nostram. il 2. extra de iureiuran. † quòd si fi-
lia renunciat hæreditati paternæ cum iuramento in ma
nibus fratrum suorum ad eorum commodum patre præ
sente, & consentiente. deinde pater faciendo testamentũ
leget ipsi filiæ aliqua, uel instituat eam in aliqua parte,
poterit petere sibi relictum: quia uidetur illud petere
ex noua causa. Item quia licèt pater cõsenserit illi renũ
ciationi; tamen potuit mutare propositum, per istũ text.
in uersi. nisi. Subiungit Bald. ibidem, quòd quamuis ista
l. omnibus sit nota; tamen à nemine alio fuit ad hoc spe-
cialiter allegata. ¶In glo. super uerbo, alienæ. ibi, tu dic.
& istam opi. sequuntur Bal. Bartol. & Sali. Idem dicunt.
quando parentes paciscuntur super hæreditate descen-
dẽtium per rationem generalem, de qua hic. & ita tenea
tis. Sed contra istam opi. alle. uobis text. in l. & suum. §.
idem probat si filius. ff. eo. de pact. sed dicite, ꝙ nõ est spã
12 le in filio, licèt ille tex. de filio loquatur, † imò ubicunq;
fit pactũ liberatiõis, tale pactũ ualebit fauore ipsius libe
rationis. & istã sñiam teneatis, licèt Raph. Fulg. hic dicat,
quòd filii bene possunt inter se pacisci de hæreditate pa
tris uiuentis certo modo diuidenda inter se: quia nõ est
uerisimile, quòd insidientur uitæ patris. Sed ista opin. cõ
funditur per iura hic in glo. alle. unde non recedatis à sẽ
tentia huius glo. ¶In glo. super uerbo, declarabatur. ibi,
diuidant æqualiter. Sed istud pactum uidetur esse super
uacuum: quia isti bene erant successuri æqualiter, nisi cõ
trarium fuisset dispositum per illum cõsanguineum, uel
patruũ, uel parentẽ fuisset aliter dispositũ, ergo istud pa-
ctum tanquam superuacuum nihil debet ualere. l. iuris-
gentium. §. sed si fraudandi. ff. e. de pac. Soluite, quòd isti
pepigerunt inter se, quòd diuisio fieret inæqualiter, nõ
autem æqualiter, uel aliter erãt fortè successuri pro por
tionibus inæqualibus, ut quandoque contingit, maximè
de iure. l. illam. inf. de collat. ¶In gl. super uerbo, obser-
uari. in fin. De materia præbendarum uacaturarum: quia
non est materia nostra, dicite ut per Canon. in c. 2. extra
de conces. præben. circa id autem, quod tangit glo. de
feudo, dicite. ut habetur in c. 1. in tit. qui successores te-
neantur, & in c. moribus. in tit. si de feudo def. fue. con-
tro. in libell. feudo. ¶ In glo. super uerbo, accommoda-
ri. ibi, hic non. Circa passum huius glo. dicit hic magi-
straliter Bar. quòd si ille, qui non potest explicare actum
per se, habet plenum ius in re, tunc sicut non potest ex-
plicare actum per se, ita non potest consentire alteri. l.
si fundus. §. 1. uersi. uoluntas. ff de pigno. Aut ille, qui cõ
sentit alteri, nõ hẽt perfectum ius in re, & hoc casu licèt
nõ possit explicare actũ per se, tamen potest consentire
alteri facienti illum actum. l. 1. inf. de communi ser. ma-
nu. Per prædicta infertur ad determinationem quæstio-
13 nis quotidianæ. † Statuto cauetur, quòd minor, uel mu-
lier non possit contrahere sine consensu duorũ suorum
propinquorum, nunquid hoc casu poterit consentire al
teri contrahenti super re ipsius mulieris (non adhibita
præsentia suorum propinquorum) per prædicta dicen-
dum est, quòd non. & ita tenet expressè Bal. reprehendẽ
do Ia. But. in l. 2. inf. si aduer. donat. sed ipse Bal. uidetur
uelle contrariũ in rub. huius tit. ubi dicit, quòd aliud est
consentire, & aliud est contrahere. sed dicatis, quòd in
rub. prædicta non loquitur de consentiente ei, qui con-
trahit super re ipsius consentientis. Addite notabile di-
ctum Bald. in l. & si liqueat, inf. de inoffi. donatio. ubi di
14 cit, † quòd non ille, qui donat, sed ille, qui consentit
donari rem suam, uidetur donare. de quo per eundem
in l. si ut proponis. inf. de communi seru. manumis. ¶In
eadem gloss. ibi, post mortem meam. Ex hac gloss. ha-
15 betis colligere multa notanda. Primum est, † quòd si
quis dicat, promitto tibi omnia bona mea post mor-
tem meam, talis promissio ualet. Idem si dicat, do-
no tibi omnia bona mea post mortem meam; secus si
uerba saperent donationem hæreditatis. Nam nos habe
16 mus, † quòd hæreditas non potest dari per donationem
causa mortis, sicut nec per codicillos, ut declaraui uo-
bis plenè in l. licèt. sup. eo. Hinc dicit tamen notabiliter
17 Barto. quòd si ego dicam, † promitto tibi, quòd sis hæ-
res meus, uel quòd debeas mihi succedere, talis pro-
missio nihil ualet: quia tollit mihi liberam testandi fa-
cultatem, contra. l. cum donatio. inf. de transac. & l. stipu
18 latio hoc modo concepta. ff. de uer. ob. † Idem si dicam,
dono tibi hæreditatem meam: nam talis donatio nihil
ualebit: quia hæreditas est nomen iuris, & recipit dona-
tionem, & augmentum. l. item ueniunt, in §. fructus. ff. de
19 petitio. hære. † & sic talis donatio resolueretur in dona
tionem omnium bonorum præsentium & futuorum, &
intelligeretur donatũ, quicquid supererit post mortem
meam: unde talis donatio nihil ualebit, quia hæreditas
nõ defert pacto. l. hæredes. s̃. de pact. conuen. tam super
do. Sed ipsemet Bar. uidetur uelle contrarium in l. quæsi
tum. §. si seruus. ff. de leg. 1. ubi dicit, quòd si ego dicam,
dono tibi hæreditatem meam, ista uerba exponentur,
idest bona mea, per id, quod no. glo. in d. §. si seruus. dũ
exponit uerbum, hæreditati, idest bonis. & cum isto di-
cto Bartol. pertranseunt Angel. & Paul. de Castr. ibi, &
20 Ludo. Roma. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. † Se-
cus secundùm Romanum si ego dixissem, dono tibi
hæreditatem meam post mortem meam: nam tunc
propriè intelligeretur de hæreditate, quæ post mor-
tem defuncti repræsentat eius personam, & sic non expo
neremus hæreditatem, idest bona. Vos sequamini Bart.
21 hic. † Nam si dicam, dono tibi hęreditatem meam: intelli
gitur propriè de hæreditate post mortem: quia uiuen-
tis non est hæreditas. l. 1. ff. de hæredi. uel actio. uendi.
nisi

nisi constaret de mente ipsius donantis,quòd intellexit de bonis præsentibus, nam tunc impropriamus uerba, si exponimus hæreditatem.i. bona, & sic ualebit donatio,& ita intelligo Bar.in d.§.si seruus,nec est hoc diuinare,quia ipse Bar.in d.§.si seruus,dicit,quòd donās ibi errauerat in uocabulo,& sic uult dicere,quòd constabat de mente donantis,quòd uoluit donare bona , non autem hæreditatem propriè loquendo.¶Secundò not.ex
22 ista glo.quòd si quis dicat,†ego promitto,uel dono tibi omnia bona mea post mortem meam , resultabit donatio causa mortis,quia regulam habemus,quòd quotiescunque in donatione fit mentio mortis, illa dicitur mortis causa donatio.l.Seia.ff.de dot.præleg.& l.Seia.ff.de donatio.causa mort.notatur in l.quæ dotis.ff.so.mat.& per Bal.in l.2.inf.de iure do.fallit,nisi in donatione causa mortis agatur expresse,quòd illa donatio non possit reuocari . Nam tunc propter istud pactum de non possendo reuocare,censetur donatio inter uiuos.tex.est notabilis in l.ubi ita donatur.ff.de dona.cau. mort.& licèt ista sit communis opinio,tamen ego allego uobis text. probantem,quòd quamuis sit appositum pactum de nō reuocando;tamen adhuc erat donatio causa mortis.Ita probatur in l.si senatus,in §.mortis.ff.de dona.cau.mor. & adhoc allego uobis tex.in l.sed interim,in §.1. in gl. magna.ff.de don.inter uir.& ux.ubi glos.dicit,quòd est donatio causa mortis,sed est similis donationi inter ui-
23 uos,& nos habemus,†quòd nullum simile est idem.l.qđ Nerua.ff.depos.Sed pro declaratione præmissorum quęro,utrùm quando quis donat omnia bona sua post mortem suam , in tali donatione ueniant solùm præsentia , an uerò etiam futura.Cyn.Bar.Raph.Ful.& Pau. de Ca. hic determinant,quòd uenient tantummodo pręsentia, ar.l.si ita.ff.de auro,& argen.leg.Sed Bar.de Sali. & dominus Richar.de Sal.ambo tenent oppositum. Mouentur,quia uerbum,bona,relatum ad tempus mortis meæ debet uerificari sm̄ tēpus illius uerbi.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.ergo debet intelligi de omnibus bonis,quæ ego reperiar habere tempore mortis. Secundò pro hac parte adducūt tex.in l.hæreditas, infra de pac. conuen. tam super do. Vos autem sequamini opinio. Bar.ad §.extraneus,quòd illa uerba,post mortem , non sunt referenda ad uerbum,bona,sed ad uerbum, dono, & est sensus,quòd ego bona,quæ nunc habeo, dono tibi post mortem meam.Ad l.hæreditas,respōdete,quòd ibi apparebat de mente proferentis, quòd uolebat uerba ipsa habere uim testamenti , unde non est mirum,si ueniant etiam futura,sicut solent uenire in ultimis uoluntatibus.Tenete ergo opinionem Bar.quæ indubitanter procedit,quando per uerba prolata induceretur donatio inter uiuos,puta quia dictum fuit,ego inter uiuos dono tibi omnia bona mea post mortem meam,uel si facta est donatio causa mortis , tamen fuit appositum pactum,quòd non posset reuocari, quo casu transit in donationem inter uiuos , ut dixi supra . Nam istis casibus uenient tantummodo præsentia , & non futura , quia si comprehenderentur etiam futura, donatio esset nulla,ut statim probabo, ergo in dubio debemus interpretari actum , ut potius ualeat,quàm pereat.l.quoties. ff. de rebus dubiis . Cæterùm si uerba essent simpliciter prolata,ut quia dictum fuit , ego dono tibi omnia bona mea post mortem meam , an hoc casu ueniant tantummodo præsentia,an uerò etiam futura.Barto.hic tenuit, quòd ueniant tantummodo præsentia,& ita uidetur uelle Raphael,& Paul. de Castr. ut supra allegaui , quibus addo dominum Petr.de Ancha.& Imol.idem uolentes in Rubrica extra de testamentis.Sed multi ModerniDocto.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb. obli
24 gatio.tenent contrarium , † quia donatio causa mortis [b] b sui natura est reuocabilis.§.primo, Institut. de donatio.

unde non uidetur agi dè magno præiudicio, etiam si teneamus,quòd comprehendantur etiam futura . Nam in
25 simili uidemus,† quòd quia in obligatione generali nō agitur de magno præiudicio , ideo in tali obligatione ueniunt etiam futura.l.fina. infra quæ res pignori obligari possunt.Item uidemus aliud simile,quòd in ultimis uoluntatibus, quæ sunt reuocabiles usque ad ultimum
26 uitæ spiritum.l.tertia.ff.de adimendis leg. † appellatione huius uerbi,bona,ueniunt etiam futura,tex. est cum sua gloss.in l.quoties.§.fina.ff. de usufruct. Et in secreto iuris ista sentētia apparet mihi uerior.Quam si uultis tenere, ad dictā l.si ita, respondebitis , quòd ibi non fuit prolatum istud uerbum, bona , sed dictum fuit , uestes meas,& libros tibi lego.& sic testator descendit ad spe-
27 ciem.¶Vltimò habetis notare ex ista gloss.†quòd si ego promitto tibi , uel dono omnia bona mea , nulla facta mentione de morte , erit donatio inter uiuos , & non uenient,nisi bona præsentia,non autem futura propter magnitudinem præiudicii,& in hoc istam gloss. Docto.
28 communiter sequuntur . † Videamus nunc, an quando quis donat alteri omnia bona sua præsentia , & futura , ualeat talis donatio,uel non. Barto. hic dicit talem donationem nihil ualere,quia impedit liberam testandi facultatem,quasi inuitetur hæres ad repudiandam hæreditatē,ex quo nihil est habiturus. ¶Item quia talis donatio est contra bonos mores, quia ponere quem in tali statu , quòd nunquam aliquid habeat,quod sit suum , est expectare tristem exitum, & aduersam fortunam hominis,contra.l.inter stipulantem,in §.sacram. ff.de uerbo.obligatio. & hanc opinio. sequitur hic Bald. dicens hanc esse communem sententiam,& placet domino Pa. de Castr.Sed ambo Salyceti tenent contrarium.Mouentur,quia si præsupponamus, quòd in tali donatione ueniant præsentia tantùm, ita quòd intelligatur facta donatio de bonis pręsentibus tantùm,quo casu omnes fatentur donationem ualere,quia poterit donator de nouo acquirere, & de illis nouiter acquisitis testari . Sed nonne secundùm Salicet.potest euenire, quòd donator nihil amplius acquireret?certè sic, sicut ergo ualet donatio omnium bonorum pręsentium tantùm , ita etiam debet ualere donatio omnium bonorum pręsentium,& futurorum.Hanc opinionem secutus est Angel. in dicta l.stipulatio hoc modo concepta, & in disputatione sua incipiente,in refulgenti,& idem Ange.in suo cons.172. incipien.In nomine Dei amen.uisis instrumentis,& motiua Angel.sibi appropriauit Romanus in dicta l. stipulatio.mouetur ergo Ange.quia ista non est bona consequètia.Inuitatur hæres ad repudiandum hæreditatem , ergo aufertur libera testandi facultas : quia nos habe-
29 mus,†quòd etiam ille,qui nihil habet in bonis, potest facere testamentum.l.qui soluendo non erat,& l.si is qui soluendo non est.ff de hæredibus instituendis.nec iste, qui nihil habet in bonis,annumeratur inter personas in testabiles,de quibus per gloss.& Doct.in l.si quæramus. ff.de testamentis.& Institu.quibus non est permissum fa
30 cere testam.per totum, † nam poterit testari de alienis. l.cum alienam,infra de legatis . & Institut.de legatis. §. non solū.Confirmatur hęc opinio,quia per contractum uniuersalem non transfertur dominium sine traditione,gloss.singularis in l.prima in uerbo,uniuersę. ff. pro do.& probatur in l.si tibi,ubi Bald. ponderat ad hoc illum text.infra de his qui à non domino manumittun-
31 tur.†cum ergo donator remaneat dominus rerum donatarum,adhuc poterit facere testamentum,licèt actione personali teneatur donatario ad tradendum,ut uult gl.ordi.in Authen.si qua mulier, in uerbo, diuidere,supra de sacrosanct.eccles.& propterea ipse Angel. damnat opin.Bar.qui dicebat,quòd quis potest ecclesię omnia bona sua donare tā pñtia,quam futura . Mouebatur

Bart.quia quis p̃t dedicare se & sua ecclesiæ. Auth. ingressi,supra de sacr.sanct.eccl. ergo eodẽ mõ debet posse donare ecclesiæ omnia bona sua præsentia & futura:nam sm̃ Ang. est magna rõ diuersitatis inter istos casus:quia quãdo dedicat se & sua ecclesiæ, facit actũ licitum:sed quando donat ecclesiæ omnia bona sua tã p̃ntia,q̃ futura,facit actum illicitum: quia aufert sibi liberam testãdi facultatem, contra d. l. stipulatio hoc mõ concepta. Vos possetis respondere alio modo ad motiuum Bartol. & dicere,quòd,quando quis dedicat se,& sua ecclesię,nõ est mirum,ꝙ ueniant tã præsentia, q̃ futura:quia hoc casu bona ueniunt in cõsequẽtiam: nos aut loquimur,qñ bona principaliter veniũt, & nos
32 habemus,† ꝙ multa veniunt in consequẽtiam,quæ principaliter per se nõ uenirẽt,c.ex literis,extra de iure patro.& l.quædam.ff.de acq.rerum dom.Ex pręmissis ha
33 betis elicere duas conclusiones.Prima est, † quòd donatio omnium bonorum p̃ntium & futurorum facta priuato nihil valet, & ista ẽ cõis opinio, vt attestatur hic
34 Bal. Secunda conclusio est Ang. contra Bar. † ꝙ donatio omnium bonorum ꝓpræsentium & futurorum facta ecclesiæ nõ valet: quia ex solo titulo transfertur dñiũ in ecclesiã,l.fi.§.de sac.san.ecc. vnde donator remaneret sine bonis actu & habitu: quia immediatè cum aliquid acquireret,transferret ipso iure in ecclesiã, & sic auferret libera testandi facultas saltẽ ꝑ indirectum.Mihi ãt uisum fuit defensare opi.Bar.& dicere,ꝙ donatio omnium bonorum p̃ntium,& futurorum facta ecclesiæ ualebit:pro hoc adduco uobis tex.in l.iubemus nulli. §.de sac.sanc. eccl. vbi dicitur,ꝙ quis põt donare suum patrimoniũ ecclesię,& ita colligit ibi Bald.mõ nos ha-
35 bemus,ꝙ† istud nomen,patrimonium,est nomẽ uniuersale recipiẽs augmentũ, & diminutionẽ: sicut diximus in peculio,l.peculium nascitur.ff.de pecu.& l.si peculium. ff. de pecu. lega.unde intelligetur de toto patrimonio: quod erit tempore mortis meæ, & quòd talis donatio ualeat,tenet Bal.in Auth.si qua mulier.sup.de sac.san.ecc.& ita ẽt sancit in l.1. in lectura antiqua.ff.ꝓ soc.alioquin priuilegium concessum ecclesiæ per d.l. fi.sup.de sa.san.ecc.resultaret in lęsionem ecclesiæ contra l.quod fauore. sup.de legib.Addite quòd pro opi. Bar.volẽtis,ꝙ donatio oĩm bonorum p̃ntium & futuro
36 rum facta ecclesiæ valeat, facit, quia pactum de futura successione in ecclesiam collatum ualet. Ita dixi uobis in l.licèt,sup.eo.præterea ille,q. defectu personę nõ habet,nec habere põt bona,ut monachus,uel obses, testari non põt.Auth.ingressi.sup.de sac.sanc.ecc. & l. obsides.ff.de testamen.ille aũt qui non habet bona nõ quidem defectu personæ; quia donauit omnia bona sua præsentia & futura ecclesiæ,bene potest testari,saltem de alienis,d.l.cum alienã.sed quæro,dixi.§. cõem sentẽtiam Doctorum velle,quòd donatio oĩm bonorũ præsentium & futurorum facta priuato in totũ est nul-
37 la. † quid si interpositum esset iuramentum in tali donatione, an hoc casu ualebit donatio, saltem respectu bonorũ præsentium?Dñs Fran.de Aretio suo conf.54. incipi. In Dei nomine amen, & suæ matris gloriosissimæ. In casu magistri Blasii de Tortona, tenet ꝙ sic, in ultima columna illius consilii.Mouetur, quia iurm̃ facit valere actum meliori mõ: quo ualere põt,l. cũ pr̃.§. filius matrem.ff.de leg.2.& etiam hoc est de mente dñi Panor. suo conf. 18. incipien. casus, quædam domina Dominica.vbi videtur uelle: quòd quando iuramentũ est interpositum,donatio ualet tam respectu præsentiũ, quàm futurorum, sed id,quod dixit de futuris non puto uerum.Ideo mihi magis placet opinio domini Fran
38 ci. de Aretio.Sed ponamus † quòd donator: qui donauit omnia bona sua tam præsentia, quàm futura, reseruauerit sibi vsumfructum illorum bonorum, an tunc donatio erit ualida. Pau.de Cast.suo consi.99. tenet,
39 ꝙ non ualebit. Mouetur, † quia cum usufructus finiatur morte.§.finitur. Insti.de usufructu. non poterit donator testari de illo usufructu, neq; etiam de fructibus perceptis, si extarent tempore mortis donatoris: quia uenirent sub donatione futurorum. Sed uos determinabitis totum contrarium:quia si extarent fructus percepti tẽpore mortis donatoris,spectarent ad hæredem ipsius donatoris,non autem ad donatarium: ad hoc allego uobis tex.in l.defuncta.ff.de usuf.ergo poterit de illis testari.& hanc opinionem tenet Alex.de Imo.in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.ob. & dominus Fran.de Are.in preallegato consi.54. ¶In gl. pen. aduertite: quia ista gl.opponit de multis iuribus, & nõ
40 soluit.† unde Barto. hic reassumit istam materiam per modum distinctionis hoc modo. Aut enim fit pactum de hæreditate incerti hominis: & tunc tale pactum bene ualet,& ita loquitur.l.3.§.de illo.ff.pro soc. & est ratio secundùm Salice. quia non est uerisimile captari mortem alicuius in specie propter illud, quod morte multorum facile potest euenire. Idem est si fiat pactum de hæreditate: quæ ueniat in necessariam consequentiam contractus præambuli, & ita intelligitur.l. si quis seruum. ff. de actio.empti. & est rõ propter necessariã consequentiam,l.3.§.scio.ff.de minorib. Idem si veniat sub uniuersitate contractus uniuersalis præcedentis. Et ita loquitur in l. 2. §. illud. ff. de hæredit.
41 vel act. vend. & est ratio. † quia multa transeunt cũ uniuersitate,quæ de per se non transirent,l.quædam ff. de acqui.rerum domi.& c.ex literis,extra de iure patro.si uerò fiat pactum de hæreditate certi hominis uiuentis;tunc si illud pactum tendit ad liberationem, bene valet,& ita loquitur,l.& sententiæ,in.§.2.& in. §. idem probat si filius.ff.eo. Si verò tendit ad alium finem,puta quia fit pactum de hæreditate hominis viuentis certo modo diuidenda inter paciscentes, & hoc casu tale factum nihil ualet per rationes quæ hic ponuntur in tex. nisi ille, de cuius hæreditate agitur, consentiat. ¶ Sed moueo uobis pulchram quæstionem: quam ha-
42 bui de facto. Ponamus, † quòd pactum factum non contineat diuidi bona uiuẽtis, uel alienari bona ipsius uiuentis: sed continet aliquid aliud, puta quia tu & ego pacti sumus, quòd si hæreditas Titii nobis obueniat, dabo tibi centum, an tale pactum erit ualidum, videtur quòd non, quia militat vna ex rationibus hic positis in tex. In contrarium fortiter facit:quia iste tex. in fine solùm prohibet pactum fieri per contractum de diuidenda certo modo hæreditatem hominis viuentis, sed in quæstione prædicta illa centum ego possum sibi dare de bursa mea. Et ista pars apparet
43 mihi uerior. ¶ Vltimò dubitabatur. † Statuto cauetur, quòd (existentibus masculis) fœmina dotata non succedat, nunquid pater tempore: quo dotat filiã, possit per pactum sibi reseruare ius succedendi. Bartol. hic notabiliter determinat quòd sic, per tex.in.§. fin. Instit, de legit. ag. successio. Sed Bald. hic & Paul. de Cast. dicunt hoc esse uerum, si masculi consentiant huic pacto; alioquin si non consentirent, non posset pater ius eis quæsitum uigore statuti tollere, l. fin. ff. eod. & l. si post mortem,in.§.fi.ff. de bon. possess. contra tab.& hanc opin. tenuerunt Ioan. de Imol. & dominus Ludo. Roma. in d. l. stipulatio, hoc modo concepta, & Dominicus de san. Gemin. in c. quamuis,extra de pact. lib. 6. Alii uerò sunt qui indistinctè tenent opinio. Bar. Mouentur: quia sicut pater testando posset instituere filiam non obstante statuto, quando statutum non prohibet eam succedere, etiam ex testamento secundùm Doct. communiter,ita uidetur,quòd pater possit hoc facere ꝑ pactũ,maximè quia

quia ipsis filiis masculis non est perfectè ius quæsitum, sed solùm est eis quæsita quædam species succedendi, ut dixi uobis in primo notabili huius.l. Vos confirmabitis istam sententiam, quia ex quo ius non est adhuc perfectè quæsitum ipsis masculis, potest pater à princi-
44 pio resistere,& impedire ius acquirendi, quia †faciliùs impeditur, quàm tollatur ius iam quæsitum.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui, uel ali.iu.uidistis in l.seruus, su.eo.Sed,si postquam filia est dotata, pater ex interuallo uellet per pactum sibi reseruare ius succedendi, nõ posset hoc facere,nisi consentientibus filiis masculis:qa postquàm filia est dotata,iam est quæsitum ius masculis uigore statuti,saltem in his,quæ ut extraneæ iudicatur, & talis spes est bene considerabilis à iure: quia emanauit ex causa de præterito.s.uirtute dicti statuti, per no. per Bar.in l,qui Romæ.§.duo fratres,in 7.q.ff.de uerbo. ob.præterea cum filia dotata simul sit exclusa uigore statuti prædicti,inuitaretur hoc casu per pactum ad succe
45 dendum,& nos habemus,†quòd pactionibus hereditas dari nõ potest.l.hæreditas.ↄ.de pac.conuen.tã super dote.& l.cum donationibus,inf.eo.

ADDITIONES.

a ¶Si interueniat consensus. Adde,ꝙ consensus coactus, uel extortus nõ est consensus,nec alicui præiudicat. Io. de Turr.Cre.in c.notificasti, nu.1.33.q.5. Et dr̃ consensus in idem sensus idem.29.q.in summa,nu.6.

b ¶Donatio causa mortis.Adde,ꝙ talis donatio cã mortis non indiget insinuatione,ut pulchrè per Pe.de Anc. in c.donatio,nu.14.ext.de don.inter ui.& ux.

c ¶Quia cũ vsusfructus. Adde,ꝙ usufructus est ius utẽdi, fruendi alienis rebus salua rerum substantia,ita pulchrè Pe.de Anc.in c.1.nu.2.de eccl.ædific.

In Rub. De transactionibus.[a]

¶In glo.Rubricæ nihil est.

ADDITIO.

a ¶De transactionibus.Transactio quid dicatur,uide per Io.de Turr.Cre.in c.si illic,nu.2.23.q.4.

In l.Neque pactio.

SVMMAE.

1 *Pactum,seu transactio cum uno non porrigitur ad alium,quantuncunque habentem ius connexum.*
2 *Communiter geri quid dicatur.*
3 *Testator si iusserit,quòd hæredes communiter morentur,debet intelligi,quòd communiter debent morari, & quòd fructus æqualiter colligantur,& fiant expensæ æquales.*
4 *Pactum factum cũ maiori parte non prodest minori, & nu.5.*
5 *Quietantia facta uni obligatorum insolidum an porrigatur ad omnes.*
7 *Quietantia siue liberatio est latè interpretanda.*
8 *Debitor unus,au liberetur à toto aliis remanentibus obligatis.*
9 *Transactio non pertinet ad naturam actionis.*
10 *Tutelæ administratio diuidi potest à iudice,& à testatore, & quomodo tutores tunc teneantur.*
Tutores plures de mala administratione quomodo teneantur & quæ beneficia habeãt adinuicem,& an unus pro alio teneatur,& nu.11.& 13.& 17.
12 *Simile nullum est idem.*
14 *Tutor gerens,contra quem egit pupillus, an aget postea contra non agentem.*
15 *Tutor,qui nihil administrauit,quando conuenitur, an poteri se defendere exceptione ordinis.*
16 *Liberalis nemo existit in necessitatibus.*
18 *Tutor conuentus pro communi culpa an habeat beneficium cedendarum actionum.*
19 *Minor quando transigit,ubi erant plures, & communi culpa tenebantur,ubi in maiori summa conuentus erat damnificatus,& agit contra tertium,an tertius tutor opponere possit beneficium diuisionis,ut pro uirili solùm teneatur, & beneficium cedendarum actionum.*
20 *Tutor, qui non gessit,conuentus quæ remedia habeat.*
21 *Tutores plures datiui, & testamentarii quomodo teneantur, et quæ beneficia habeant, conueniãtur. Et si unus soluit totum,quomodo sibi consuletur, nu.22.*
23 *Error,qui potest opponi ad impediendum litis ingressum, potest post lit.cont. opponi ad merita.*
24 *Exceptio ordinis uenit opponenda ante litem contestatam. Et quando non habeat locum inter tutores,nu. 26.*
25 *Tutores plures,quorum unus gessit,alter non,qũo teneantur & conueniantur,& qui non gessit,quæ opponere potest, & nu.31.*
27 *Beneficium diuisionis,& beneficium cessionis actionum qualiter differant.*
28 *Defensio faciliùs permittitur,quàm impugnatio.*
29 *Beneficium diuisionis, quando habeat locum inter tutores qui dolosè administrauerunt.*
30 *Beneficium cedendarum actionum non competit doloso.*
32 *Tutor soluens totam quantitatem, intelligitur soluere principaliter,ut liberet contutorem,sicut semetipsum. Idem in correo debendi.*
33 *Fideiussores si sunt duo,& unus soluit insolidum,qualiter intelligatur soluere.*

Neq; pactio. ¶Pactũ, seu transactio cum quibusdã ex tutoribus, uel curatoribus non habet aliis prodesse.h.d.Et pro declaratione p̃supponatis casũ hoc modo.Erant tres tutores,uel cura.qui damnificauerant minorem in cẽtum ex eorum mala administratione,&minor transegerat cũ duobus ex eis pro uigiti:dicitur hic, ꝙ põt nihilominus agere contra tertiũ,sed non bene declaratur hic in tex. an possit agere contra tertium in totum,an uerò pro residuo,an uerò pro uirili,sed hoc declarabitur inf.¶No.
1 1.ex.isto tex.†ꝙ pactum,seu transactio cum uno nõ porrigitur ad alium quantuncunq; habentem ius connexũ, nisi intersit paciscentis porrigi.l.fideiussoris, & l. idem
2 in duobus.ff.de pactis.¶No.2.†ꝙ illud dicitur communiter geri,quod geritur à pluribus insolidum,& promis
3 cuè.Et hoc facit ad pulchram quæstionem.†Testator iussit in testamento, quòd hæredes sui deberent habitare communiter, qualiter debeant intelligi ista uerba,Bart. no.in l.Quintus.ff.de annuis leg.dicit,quòd ista uerba, morari cõmuniter,debent intelligi,quòd fructus æqualiter colligantur, & equaliter expensæ fiãt, unde licèt unus ex hæredibus haberet ampliorem familiam,quàm alius,tamen non deberet plus conferre, & notetis bene
4 istam doctrinam Barto.¶Not. 3. quòd pactum factum cum maiore parte non prodest minori. ¶ Not.ultimò,
5 †quòd pactum,seu transactio facta cum quibusdam nõ prodest aliis,& insolidum obligatis.Quid autem si liberatio fuisset facta per acceptilationem. Cyn. & Raynerius dicunt, quòd hoc casu prodesset aliis insolidum obligatis,per l.si ex pluribus.ff de acceptilationibus. & per l.quarta.§.nunc de effectu.ff. de liberatione legata. Sed Barto.hic,licèt de Cyn.mentionem non faciat, dicit, quòd si acceptilatio sit facta ex causa transactionis,tunc non extendetur ultra naturam transactionis. l. age, infra eodem, si uerò fiat ex alia causa acceptilatio, tunc secus esset, quia bene prodesset aliis. Ad

6 dit Pau.de Cast.† quòd eo ipso,quòd acceptilatio fit ex mera liberalitate uni ex pluribus obligatis insolidum, uidetur fieri pro tota summa,ad quam ille mero iure te nebatur. licèt potuisset opponere beneficium diuisio-
7 nis.Et ideo talis acceptilatio prodest aliis: † quia libera
a tio a est latè interpretanda, si autem acceptilatio fiat ex causa transactionis,non proderit aliis; quia sortitur naturam ipsius transactionis. & nõ egreditur naturã eius. l.si stipulatus.ff.de usur.quod limitat Raph.Ful.nisi post trãsactionem secuta sit acceptilatio super toto:nam secundùm eum non potest unus à toto liberari personaliter aliis remanentibus obligatis.sed uos de hoc dicite, ut in d.§.nunc de effectu.& in l.& pro iusiurandũ. §.si lega
8 torum.ff.de accep.ubi Doc.notant,† quòd imò unus potest liberari à toto aliis remanentibus obligatis.¶ In gl. magna ibi,propter unitatẽ actionis. Pro ista ratione dubitandi facit.l.fi.inf.de duob. reis. Sed ratio decidendi est ad oppositum:quia.l.fin.inf.de duob. re. loquitur in petitione, seu exactione. & ista pertinent ad naturam
9 actionis,sed.l.nostra loquitur de transactione, † & trãsactio non pertinet ad naturam actionis.¶In eadem gloss. ibi,in eo quod accepit.Aduertite: quia in eo quod accepit ex causa transactionis,sibi præiudicat in uim solutionis:non autem iure pacti, uel transactionis: unde nõ intelligatis istum tex.in fi.quòd adultus posset agere cõtra tertium curatorem iterum ad id, quod accepit ab aliis duobus curatoribus: quia in eo, quod accepit ab eis,sibi præiudicauit in uim solutionis.¶ In eadem glo. ibi,uel testatorẽ,cõiũgite istos duos casus simul, & dici-
10 te,† q̃ qñ administratio tutelę est diuisa à iudice,uel à testatore,puta,q̃ unus ex tutoribus administret bona,quæ sũt in ciuitate,& alius administret bona, q̃ sũt extra ciuitatẽ, tunc quilibet tenetur pro sua ppria mala administratione, non autem unus tenetur pro mala administratione alterius.l.secunda.inf.de diuid.tut.& si uterque ipsorum malè administrauit,& unus ex eis conueniatur pro sua mala administratione,& cum eo sit transactum;alius bene poterit conueniri pro sua propria mala administratione.Et attendite quia hoc casu,quando est tutela diuisa per iudicem, uel testatorem, non est tractandum de beneficiis,de quibus dicam infra:quia illa beneficia habent locum,quando omnes tutores tenentur insolidum, & quando unus conuenitur pro mala administratione
11 alterius,ut uobis declarabo inf.† Est tamen unus casus, in quo quantuncunque tutela non sit diuisa;tamen unus tutor non tenetur pro mala administratione alterius, quantuncunque ille malè administrans non sit soluendo,imò prius est agendum contra magistratum:qui illũ dedit.Accipe exemplum, quando sunt tutores diuersæ speciei,puta, q̃a unus est datiuus,& alter testamẽtarius, casus est singularis in l.Lucius.§.cum testamẽto.ff.de admin.tuto.& licèt glo.ibi intelligat illum tex.in casu,quãdo tutela erat diuisa, tamen iste intellectus non est bonus,per tex. in d. §. cum testamento, ibi, ac si in partes dimidias: nam iurisconsultus ibi æquiparat illum casũ
12 cum casu, quando esset diuisa tutela .† & nullum simile est idem,l.quod Nerua. ff.depositi. Est & alius casus, in quo quantumcunque tutela non sit diuisa à testatore, nec à iudice, tamen unus tutor non conuenitur pro mala administratione alterius, scilicet quando unus gessit,& alter non, & gerens non est soluendo: nam agetur primò contra magistratum, qui eum dedit,quàm agatur contra contutores.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tute.& rat. distrah.& ita uult hic Bartol.& secundùm Pau. de Cast. quando omnes gesserint,sed dolo,uel culpa unius tantũ ex eis damnum contigit: nam perinde est,ac si unus gessisset,& alter nõ.d.§.nunc tractemus.¶In ea.gl.ibi,nisi in casibus ibi dictis. Nã in illa.l.2.tam in tex.q̃ in gl.in uer. prodiderunt,ponuntur certi casus, in quibus non obstãte,q̃ tutela sit diuisa à testatore, uel à iudice;tñ unus tu-
13 tor tenetur pro mala administratione alterius:†unde dubitatur an in illis casibus exceptuatis,uerbigratia,qñ unus ex tutoribus dolo neglexit facere remoueri aliũ tutorẽ suspectũ, an hoc casu, si agatur cõtra illũ suspectũ malè administrantẽ,& cum eo sit transactũ,an, nõobstante illa transactione,poterit deinde agi contra alium, qui dolo omisit facere remoueri alium ut suspectum. Richar. de Saliceto, & Raph. Fulg. determinant, quod sic dicentes,quòd idem erit hoc casu, sicut quando tutela nõ est diuisa,& omnes tenentur insolidum.sed Bar. de Salice, hic est in opinione contraria dicens,quòd in casibus exceptuatis in d.l.2.inf.de diuide.tute.pro principali malè administrante alius tutor demũ tenetur in subsidiũ, scilicet inquantùm principalis malè administrans est nõ soluendo, unde in eo, quando plus soluere poterat; quàm ex transactione præstiterit, imputabitur pupillo, quare transegit pro tam modico.& non exegit inquantum soluere poterat ille principalis malè administrans, Plus audẽt dicere quidam Moderni,inter quos est Alexan.de Imo. q̃ hoc casu pupillus præiudicat sibi in totùm:quia agendo contra illum principalem malè administrantem,& transigendo cum eo, uidetur eum approbasse tanquam idoneum, ita; quòd non potest amplius agere contra alium,contra quem agere non poterat,nisi in subsidium.s. quatenus ille principalis administrans esset non soluendo.Et ipse Alex.de Imol.ad hoc addu-
14 cit doctrinam Cy.& Raynerii uolentium hic, † quòd quando unus ex tutoribus gessit tutelam, & alter non, & deinde pupillus agat contra eum, qui gessit,& administrauit,non poterit postea agere contra alium, qui nõ gessit: quia agendo contra eum, qui administrauit,& transigendo cum eo, uidetur eum approbasse ut idoneum, adeo quòd non potest postea habere regressum contra alium,qui nihil gessit. Ego putarem istam opin. Alex.non esse tutam.Nam Cyn.& Ray. loquuntur, quãdo tutela non est diuisa, quo casu omnes tenentur insoli
15 dum, † ita quòd usque ab initio bene potuisset conueniri ille,qui nihil gessit;licèt posset se defendere per exceptionẽ ordinis.l.1.& 2.inf.si tut.non gesse.unde agendo cõtra principalẽ,qui administrauit, uidetur agere,& magis uoluntariè eum approbasse,ut idoneum: sed nos loquimur, quando tutela est diuisa à testatore, uel à iudice: quo casu ipse principalis administrans usque ab initio tenebatur solùm pro parte sua, unde si pupillus agat contra eum pro illa parte, hoc facit ex necessitate.
16 ergo non uidetur eum approbasse ut idoneum. † quia
b in necessitatibus nemo liberalis b existit.l.rem legatam. ff. de adimen. & transfer. lega. unde in eo,quod ipse principalis administrans est uerè soluendo, transactio præiudicat minori,in residuo uerò poterit minor habere regressũ cõtra aliũ: q. dolo omisit facere remoueri eũ ut suspectũ;nõ est ergo uerũ,q̃ hoc casu pupillus,seu adultus excludatͬ beneficio approbatiõis,sed tñ iste,qui dolo omisit remouere alium ut suspectum, bene poterit se defendere alio remedio,ut patebit ex inf. dicendis.¶In
17 ead.glo.ibi,sed in alijs duobus.Aduertite,† quia in istis duobus casibus, in quibus tutela, seu administratio tutelæ non est diuisa,uel est diuisa per ipsos tutores, omnes tenentur insolidum,sed quilibet tenetur pro mala administratione alterius,siue omnes gesserint,siue nullus,siue quidam gesserint, & quidam non,siue gesserint cum dolo,siue sine dolo, & cum culpa.Ita uult hic Pau.de Cast. allegans.l. diuus.ff.de admist. tuto. tamen hoc casu ipsi conuento competunt beneficia de quibus.inf.¶In eadẽ glo.ibi in primo.intentio huius glo.est dicere,quòd quãdo omnes tutores sine dolo gesserint, quilibet tenetur insolidum, & quilibet insolidum potest conueniri, si tamen unus conueniatur pro communi culpa.poterit oppone-

opponere beneficium diuisionis,ideſt quod alius contu tor, qui etiam culpam cōmiſit, conueniatur pro parte ſua,& demum ipſe in ſubſidium.Et ſi ita figuramus caſū in l.noſtra. ſ. quòd iſte pupillus,uel adultus egerit contra duos ex tutoribus, uel curat. & cum eis tranſegerit, tunc præiudicat ſibi pro uirili illorū duorum: ita quòd per exceptionem diuiſionis poterit opponere,& dicere tertius tutor, ſeu curator, quòd non poteſt conueniri,niſi pro ſua uirili, non autem debet conueniri pro toto eo, quod deeſt ipſi pupillo. & iſta appellatur ex-
18 ceptio, ſeu appellatur beneficium diuiſionis, † & ultra iſtud beneficium habet hoc caſu ille tutor, qui conueniτur pro communi culpa,aliud beneficium. ſ. beneficium cedēdarum actionū.Nam poterit dicere,& opponere aduerſus minorem,ſi tu uis, quòd ſoluam tibi inſolidum, cedas mihi actionem contra alios contutores, & hoc caſu dicit Bartol. quòd debet fieri ceſsio pro parte conſocii,ſeu pro partibus conſociorum.ut habeť in l.2.in prin. inf.de diuid.tute.& in l.1.§.nunc tractemus.ff.de tute.& ratio.diſtr.& ſi ita figuramus caſum, reduco uobis hanc
19 l.ad terminos practicæ.† Ponamus, quòd minor tranſegerit cum duobus ex curatoribus pro uiginti, ubi per omnes ex omni culpa erat damnificatus in centum, & deinde agat contra tertium curatorem ad integra octoginta, poterit ipſe tertius conuentus opponere beneficium diuiſionis, ut non conueniatur, niſi pro ſua uirili. Item poterit opponere beneficium cedēdarum actionū, & hoc caſu,q̄a minor non poterit ipſi tertio curatori cedere actiones aduerſus illos duos:cū q̄bus tranſegit,poterit dicere tertius curator.amice ego nō poſſum conueniri,niſi ꝓ mea uirili,& ſi ſoluerem totum illud, qđ tibi deeſt,ſcilicet integra octoginta, licèt tu tenereris mihi cedere actiones contra alios duos curatores,ſed cedere non potes,quia tu remiſiſti per tranſactionem,ideo non teneor tibi,niſi pro mea uirili: quia culpa tua excluſiſti te à cedendo mihi actiones.l.Stichum. §.pen.ff.de ſolu.
20 †Eſt & tertium beneficium, quod appellatur beneficiū ordinis,quod habet locum, quando unus ex tutoribus geſsit,& adminiſtrauit tutelam,& alius non.Nam ſi primò conueniatur ille,qui nihil geſsit, poterit ſe defendere per exceptionem ordinis dicendo, quòd prius debet conueniri ille,q̄ adminiſtrauit.l.1. & 2.inf.ſi tut.nō geſſ. Item iſtud beneficium poſſet habere locum,quādo omnes tutores geſſerunt; tamen ſint tutores diuerſæ ſpe-
21 ciei,† puta quia unus eſt teſtamentarius, alter datiuus: nam ſi pro malè adminiſtratis per datiuum conueniatur teſtamentarius, poterit ſe defendere per exceptionem ordinis,ſcicet quòd primò conueniatur datiuus,& magiſtratus, qui eum dedit. l. Lucius. §. cum teſtamento.
22 ff.de admini.tuto. †Item iſtud beneficium poteſt etiam habere locum,quando omnes geſſerunt; ſed tamen dolo uel culpa unius tantùm euenit damnum: nam tunc ſi conueniantur illi, quorum dolo, uel culpa non euenit damnum,poterunt ſe defendere per exceptionem ordinis,ut primò conueniatur ille,cuius dolo, uel culpa dānum contigit,per ea quæ dixi ſupra. ¶Habemus etiam quartum beneficium, ſcilicet beneficium utilis actionis neg.geſt.puta ſi ille tutor, qui poterat ſe defendere per exceptionem cedendarum actionum,non oppoſuit ipſam exceptionem,imò ſoluit totum: nam poterit agere utili actione neg.geſt.contra contutorem,quatenus ſoluit pro eo.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tute.& rationi.diſtrah.¶Sed aduertite quia glo. & Doct.uidentur ineptè loqui,dum dicunt,quòd hoc caſu, & ſequentibus tranſactio præiudicat pupillo:nam contra ipſum pupillū non opponitur exceptio tranſactionis, ſed bene opponūtur exceptiones,de quibus ſupra,ſolutio,fateamini contrarium.& ſic l.noſtra clarè procedit, dum uult,quòd tran-
23 ſactio non præiudicet contra tertium curatorē, † & iſta inueſtigatio eſt magnæ utilitatis: quia ſi poſſet opponi exceptio tranſactionis,opponeretur ante lit.conteſt.ad impediendum litis ingreſſum.l.fratris.inf.eo.poſſet etiā opponi poſt litem conteſtatam ad merita.l.eleganter.§.
24 ſi quis poſt.ff. de condic. indeb. †ſed exceptio ordinis uenit opponenda ante litem conteſtatam: nam poſt litis conteſtationem non poſſet opponi.Ita no.Bart.in l.fundi,& in l.fundum.ff.de except.titu.generali.optimè facit tex.cum gloſſ. in l.ſi mancipium.in §.1.ff.de euictio. ¶In eadem gloſſ.ibi, unus geſsit, & alius non. Pro de-
25 claratione gloſſ.aduertite:† quia quando unus ex tutoribus geſsit,& alter non; licèt omnes teneantur inſolidū, ut aliquando dixi ſupra, tamen prius eſt conueniendus ille,qui geſsit. unde ſi primò conueniatur ille,qui non geſsit,poterit opponere beneficium ordinis, ſcilicet ꝙ
c prius cōueniatur & excutiatur ille qui adminiſtrauit c. l.prima & ſecunda.inf.ſi tut. non geſſe. & dicto. §. nunc tractemus.ubi omnia iſta beneficia probantur,quod intelligatis procedere,quando nō ſuo mandato alius adminiſtrauit. Cæterùm ſi de ſuo mandato alius adminiſtraſſet,non haberet locum inter eos exceptio ordinis. l.tres tutores.§.non ſolùm.ff.de adminiſt.tut. Item intelligatis prædicta,quando agitur de geſtis, uel de neglectis,quæ ſunt connexa cum geſtis; †ſecus ſi ageretur de
26 neglectis, quæ ſunt ſeparata ab his quæ geſta ſunt: nam tunc non haberet locum exceptio ordinis. l. tutorem qui tutelam.& l.tres tutores.uerſiculo item in eo. ff. de adminiſt.tuto. & l.tutores qui. §.in eū,illo eo.titu.unde ſi in caſibus,in quibus habet locum exceptio ordinis, iſte tertius,de quo loquitur.l.noſtra,fuiſſet ille, q̄ nihil geſsit,nihilque adminiſtrauit,non poſſet in aliquo conueniri propter exceptionē ordinis,& hoc eſt,quod uult iſta glo. dum dicit, quòd electo gerente cæteri liberantur. Subdit hic Cynus,quòd hoc caſu, quando actū fuit cum eo,qui geſsit, & cum eo fuit tranſactum, non poterit agi contra alium, qui nihil geſsit etiam in eo in quo ille,qui geſsit,eſt non ſoluendo:quia eo ipſo,quòd actū fuit cum eo,qui geſsit, & cum eo fuit tranſactum, fuit approbatus ut idoneus,ad hoc allegat Cy. l. uir ab eo. ff.de iure dot.Raph.Fulg.dicit quòd melius facit.l.ſi pupilli.hic in glo. allegata. Si uero illi,qui nihil geſſerūt, fuerunt prius cōuenti & ſum eis tranſactum,tunc habet locum. l. noſtra. nec habet tūc locum exceptio ordinis. & ita poteſt exponi iſte text. dum dicit cōmuniterue. i. quòd non diuiſerunt tutelā;tamen unus geſsit, & alius non,& hoc caſu tranſactio facta cum illis, qui nihil geſſerunt, non nocet,niſi in receptis, pro reſiduo uerò totius damni,& malæ adminiſtrationis poteſt adultus agere contra tertium tutorem,uel curato.qui geſsit, & adminiſtrauit,nec poterit ſe defendere per exceptionem ordinis ſecundùm Doc. ¶In eadem glo.ibi,quod eſt uerius.Et ſic uidetis glo. iſtam ſequi opinionem Hugolini gloſſatoris,qui dicebat,quòd etiam inter eos,qui dolo sè adminiſtrarunt, habet locum beneficium diuiſionis, licèt non habeat locum beneficium ceſsionis actionū, & iſta eſt communis opinio. Ratio differentiæ ſecundū dominos Vltramontanos,& Bar.in l.ſi plures. ff. de ad-
27 miniſtr.tuto.& Cyn.& Bal.hic.† quia beneficium diuiſionis eſt mera defenſio,beneficium autem ceſsionis actionum tendit etiam ad impugnationem, inquantùm concludit eum,cui eſt facta ceſsio, poſſe agere contra con-
28 tutorem actionibus ſibi ceſsis.Et nos habemus,ꝙ† facilius permittitur defenſio, quàm impugnatio.c. cum inter. extra de exceptioni. Salice. addit aliam rationem: quia ſi non haberet locum beneficium diuiſionis, dolus alterius contutoris remaneret impunitus, contra. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Sed Paul. de Caſtr. hic pro opinione Azonis allegat. l. in magiſtratus.ff.de magiſtrat.conuenien. & dicit quòd alii

alii ad hoc nō allegant illam l. Sed pace sua Salice. hic allegat illammet legem, & conatur ei respondere, & ipsemet cōfitetur, quòd suæ responsiones non sunt sufficiētes, & si bene considerabitis, glo. ista in inf. dicendis uidetur approbare opinionem Azonis. Quia tamen opin. Hugolini est communis, & probatur in l. si plures. ff. de administ. tut. ideo nō recedatis ab ea. & ad l. in magistratus. allegatam per Paul. respondebitis, quòd non loquit in tutoribus: sed in magistratibus, & in ista materia magistratus non æquiparabitur tutoribus, ut uult gl. magna in l. Imperatores. ff. ad municip. dū allegat. l. Lucius. in §. 1. ff. de administra. tuto. ¶Concludamus ergo, †q
29 etiam inter tutores, qui dolo administrarunt, habet locū beneficium diuisionis, quod est uerum, quando unus ex tutoribus conuenitur pro communi dolo, secus si conueniatur pro suo dolo proprio: quia tunc non posset se iuuare beneficio diuisionis, secundùm Bartol. hic, quem cæteri sequuntur. per l. 1. & 2. inf. si tut. non gesse. ¶In eadem glo. ibi non præiudicat nisi in accepto. Aduertite, quia istamet glo. inf. ante uersi. loquitur. uult, quòd isto casu adultus possit agere contra tertium curatorem ad totum illud, quod sibi deest, & in ueritate non reperio in hoc glo. istam bene à Doctori. declaratam, & fortè ex toto non bene dicit: nam si præsupponamus, quòd id, quod adultus accepit à duobus ex curatoribus, contra quos egit, & transegit, accederet ad uirilem illorū duorum, tunc gl. posset bene dicere. sed si præsupponamus, quòd non accedat ad uirilem, & adultus uelit agere cōtra tertium curatorem ad totum illud, quod sibi deest: tunc ipse tertius curator, quantuncunque fuerit in dolo, tū poterit se defendere per beneficium diuisionis, qđ competit etiam doloso secundùm communem opinionem superius relatam, & ideo mirandum est, quòd glo. ita dixerit. Nisi dicamus, quòd fortè uoluit in hoc approbare opinionem Azonis, qui dicebat, quòd inter dolosos non habet locum beneficium diuisionis; & tamen cōmunis opinio uult oppositum. Prædicta intelligatis procedere, quando omnes sunt soluendo: cæterùm si illi, cum quibus transegit adultus, non essent soluendo, bene posset habere recursum contra tertium curatorē, quatenus illi primi non essent soluendo, nec poterit ipse tertius curator, qui etiam fuit in dolo, se defendere be-
30 neficio cessionis actionum: † quia tale beneficium non
d competit doloso [d], ut supra conclusi. Et ex hac gl. ita defensata apparet, quòd doctrina Cyn. & Rayn. dum allegant. l. uir ab eo. ff. de iure dot. non est usquequaque uera: quia quatenus non est soluendo ille, contra quē primò fuit actum, & transactum, potest agi contra alium cōtutorem, si non obstet exceptio cedendarū actionum; secus si obstat: accipe exemplū. Minor egit primò cōtra tutorem, qui solus administrauerat, & cum eo transegit: nam si pro eo, quod sibi deest, uelit postea agere contra alium tutorem, qui nihil administrauit, poterit ipse ultimo loco conuentus se defendere, & dicere aduersus minorem. Tu teneris mihi cedere actiones contra tutorem, qui administrauit, sed eas cedere mihi non potes culpa tua: quia tu transegisti cum eo, & liberasti eum, ideo non potes agere contra me. l. Stichum. §. pen. ff. de solut. & in hoc casu, uel simili posset procedere illa l. uir ab eo. Est bene uerum, quòd non poterit ipse minor allegare, & dicere, quòd transegit pro modico cum illo tutore: quia uidebat illum non esse soluendo, & ita eleganter declarat illam. l. uir ab eo. Bar. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. ff. de fideiusso. Ex præmissis infero ad quæstionem, quam tetigi supra circa principium hu
31 ius glo. dum quærebam, † an in casibus exceptuatis, de quibus in tex. & gl. in l. 2. §. 1. inf. de diuid. tut. si cū principali malè administrante fuerit actū, & transactum, an in subsidium poterit agi contra alium contutorem, & retuli Alex. de Imo. dicere, quòd nō: quia eo ipso, quòd actum fuit contra principalem malè administrantem, & fuit transactum cum eo, uidetur approbatus tanquam idoneus per doctrina Cyn. & Rayner. Sed mihi uidetur, quòd doctrina ipsorum non bene militet in casu isto, quod probo, quia aut iste, qui conuenitur ultimo loco, conuenitur ex suo proprio dolo: & tunc non poterit se iuuare beneficio cedendarum actionum, quia tale beneficium non competit doloso, ut dixi supra, & sic poterit iste ultimus exigi, quatenus principalis administrans est non soluēdo. Aut iste, qui ultimo loco conuenitur, cōuenitur ex culpa sua, puta, quia per culpam omisit facere remoueri alium, ut suspectum: & tunc poterit se defendere beneficio cedendarum actionum, & dicet aduersus minorem: amice tu teneris mihi cedere actiones contra alium tutorem; sed cedere non potes: quia remisisti per transactionē, ergo non potes agere cōtra me. d. l. Stichum. §. penul. Et si dicas, ad quid petitur cessio actionum, cum præsupponamus illum primum tutorem, cum quo transactum fuit, non esse soluendo? respondete, quòd imò cessio actionum uenit fienda contra illum, qui non est soluendo: quia poterit peruenire ad pinguiorem fortunam. l. prima. §. nunc tractemus. ff. de tute. & rationi. distra. ¶In eadem glo. in fin. Istæ rationes assignatę hic in gl. nihil ualent, sm̄ Doct. nam prima ratio, q tutor obligetur ex necessitate, & fideiussor ex uolūtate, nō procedit, uel q tutor teneat̄ actione bonæ fidei, & fideiussor actione stricti iuris, nō procedit ista ratio: quia si sint duo rei promittendi; bene tenerētur actione stricti iuris, & tamen si unus soluat totum, habebit utilem actionem negotiorum gestorum contra conreum absque aliqua cessione. l. prima. inf. de duob. reis. Item alia ratio, quam assignat ista glo. dum dicit, quòd fideiussor soluens habet actionem mandati contra debitorem principalē, nō procedit: quia non est generalis. Ponamus, quòd debitor principalis non sit soluendo. certè inanis erit actio competens fideiussori, qui soluit. l. nam & is. ff. de dolo. uel finge, quòd fideiusserit pro naturaliter tantùm obligato: certè ille debitor principalis non poterit conueniri efficaciter. l. Marcellus. ff. de fideiuss. Ideo teneatis rationem differentiæ assignatam per gloss. in l. ex facto. ff. de
32 neg. gest. quæ talis est. ¶†Nam tutor soluens totam quātitatē, uel conreus debēdi intelligitur soluere principaliter, ut liberet cōtutorē, uel conreū sicut semetipsum. & ideo cū gerat principaliter negotiū cōtutoris, & conrei, non est mirum, si habet utilem actionem negotiorum gestorum contra ipsum conreum, uel contutorem etiā
33 absque aliqua cessione. † Sed si sint duo fideiussores, & unus soluat insolidum, non intelligitur soluere principaliter animo liberandi confideiussorem, sed potius animo liberandi debitorem principalem, ideo non habet utilem actionem contra confideiussorem, nisi sibi cedatur per creditorem. l. ut fideiussor. hic in glo. alleg.

ADDITIONES.

a ¶Quia liberatio. Quid autem importet liberatio facta in ultima uoluntate. uide per Pet. de Ancha. in c. Ioan. nu. 17. ext. de testam.

b ¶Nemo liberalis. Adde, q liberalitas accipitur dupliciter. Ioan. de Turre Cre. in c. liberalem. nu. 5. 86. distin. & ibidem nu. 3. dicit eam esse partem iustitiæ.

c ¶Qui administrauit. Adde, quòd tutoris, & curatoris auctoritas non curatur in his, quæ non sunt in administratione. Dictum est singulare Benedic. de Plumb. in l. seruus furiosi. nu. 2. uersi. secundo. ff. de manumis.

d ¶Nō competit doloso. Quia dolus, & culpa priuat quē iuris beneficio dictum est elegans Pet. de Anc. in commento. c. Raynaldus. nu 45. ext. de testa.

In

In l. Cum te proponas.

SVMMAE.

1 Transactio ut sit ualida, quid requiratur.
2 Transigere propriè dicitur actor, reus impropriè. Et quid sit transigere. nu. 4.
3 Statutum loquens de transigente an comprehendat reum.
4 Reus dicitur actor in suis exceptionibus.

CVm te proponas. ¶ Valet trāsactio
facta etiam timore futurę litis. Hoc dicit.
1 ¶ Nota, † quòd ad ualiditatem transactio
nis requiritur, quòd lis sit mota, uel ꝙ
speretur moueri. Et ideo tabelliones in instrumento
transactionis consueuerunt apponere ista uerba, & di-
ctæ partes occasione litis tam præsentis, quàm futuræ
deuenerunt ad hanc transactionem &c. ¶ In gl. in fi. cum
qua omnes transeunt, ego colligo ex ista glo. † ꝙ actor
2 dicitur propriè transigere[a], reus autem impropriè. Et ex
a hoc uidetur inferendum, † quòd in statuto loquente de
3 transigente non comprehendatur reus: quia uerba statu
ti debent intelligi propriè, non autem impropriè. l. 3. §.
hæc uerba. ff. de nego. gest. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de
exercit. Ego putarem comprehendi in tali statuto etiā
reum: † quia reus in suis exceptionibus dicitur actor. l.
4 in exceptionibus. ff. de probat. & transigere nihil aliud
est, quàm à lite recedere: & hoc etiam conuenit reo. &
notabitis istam gloss. quam nemo ponderat ad prædi-
cta.

ADDITIO.

a ¶ Transigere. Transigere quare non liceat de spirituali
bus. Vide per Pet. de Anch. in c. super eo. nume. 2. extra
de transact.

In l. Age cum.

SVMMAE.

1 Lex, uel Superior quando aliquid præcipit, quod tendit ad cō modum eius, cui præcipitur, illud dicitur consilium, & non præceptum.
2 Principum rogamina habentur pro præceptis.
3 Rogationes Ducum an sint species uiolentæ.
4 Iudex ex officio suo potest cogere partem ad declarandum suam generalem exceptionem, & etiam libellum.
5 Iudex potest supplere in iure, & facto in his, quæ sibi constant ut iudici.

AGe cum. ¶ Si petitio est generalis
& prosecutio specialis, &
transactio etiam specialis, non præiudi-
cat etiam, nisi in prosecutis. h. d. secundùm
communem intellectum. ¶ Not. ex isto
1 tex. iuncta glo. 1. † quòd quando à Supe-
riore, uel à lege aliquid præcipitur, quod tendit ad com
modum eius, cui præcipitur, illud est consilium, & non
præceptum. facit pro hac opinione tex. cum Bart. in l. 2.
§. fi. ff. manda. & econtra, quando superior rogat in his,
quæ spectant ad commodum ipsius rogantis, tale roga
2 men habet uim præcepti, † & ideo rogamina Principū
habentur pro præceptis. Ista est glo. singul. in l. 1. in uer-
bo, quemadmodum. ff. quod iussu. Et ideo Bal. in l. om-
3 ne uerbum. inf. commu. de leg. dicit, † quòd rogationes
Ducum sunt species uiolentę iubendi. Sed dominus Ab
bas Sicul. in c. Abbas. ext. quod met. cau. dicit, quòd illa
glo. l. 1. §. 1. ff. quod iussu. debet intelligi, quando Prin-
ceps est talis conditionis, quòd consueuit insæuire con
tra illos, qui non parent rogaminibus suis. & istam limi
tationem perpetuò notetis. ¶ Not. ulterius ex isto text.
4 † quòd iudex ex suo officio, etiam parte non opponen-
te, potest cogere reum ad declarandum suam exceptio
nem generalem, & obscuram. & eadem, & fortiori ra-
tione potest ex officio cogere actorem, ut declaret suū
libellum generalem, & obscurum: quia ipsius interest, ut
certam possit ferre sententiam. Ita dicit hic eleganter
Bald. Idem tenuit ipse Bal. in l. 1. in fi. inf. ut quæ desunt
aduo. par. ¶ In gl. super uerbo, iudicij. ibi, ut iudici. ¶ No
5 tetis glo. quæ semper allegatur, † quòd in his, quæ con-
stant iudici, ut iudici, puta quia appareret ex actis, & ex
processu, iudex potest supplere in fauorem partis, etiam
in facto. ego allego Inn. ita uelle in c. ex insinuatione. ex
tra de appel. & in c. in præsentia. ext. de renuncia. & hoc
uult Ang. & expressè in l. si unus. §. pactus ne peteret. in
ult. col. ff. de pac.

In l. Actione.

SVMMAE.

1 Actio de dolo datur contra transactionem dolo factam.
2 Contractus quando est dolo initus, est in potestate dolum passi facere obseruari contractum aduersario inuito.
3 Pœnitentiæ non est locus in transactione.
4 Conditio non debet scindi.
5 Dolus remittitur, quando liberatio est facta inter uiuos.
6 Testatore remittente redditionem tutelæ, talis remissio non extenditur ad ea, quæ dolo sunt acta, & quid operetur talis remissio.

1 ACtione. ¶ † Si actor dolo fuit inductus
ad transigendum, & liberauit
reum, nullum aliud remedium habet, nisi
actionem de dolo. Hoc dicit secundùm unū
2 intellectum. ¶ Nota, † quòd quando contra
ctus est nullus ratione doli, est in faculta-
te dolum passi facere obseruari illum contractum inui
to aduersario, qui dolum commisit, tex. est notabilis in
l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. empti. Et ita
etiam uult Bar. post glo. in l. eleganter, in princ. ff. de do
lo. quod notetis & uidete bonam gl. in l. à Diuo Pio re-
scriptum est, si libertina. ff. de ritu nupt. Sustinendo opi-
nionem Placentini potestis dicere, quòd in casu huius
l. iste, qui conuenit non agere, uel petere, non potest im
plere perfectè: quia si nō agit hodie, poterit agere cras,
uel hinc ad annum, ergo perfectè non potest implere, ut
uult glo. in l. 1. in fin. glo. magnæ supra tit. 1. ergo sibi nō
datur actio præscriptis uerbis, quia illa non datur, nisi
perfectè adimplenti. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. uer.
non etiam potest agere condictione ob causam ex capi
3 te pœnitentiæ: † quia in transactione non est locus pœ
nitentiæ. l. quamuis. inf. eo. non etiam potest agere con-
dictione ob causam ex capite causæ non secutæ: quia
talis condictio non datur, nisi aduersarius sit in mora. l.
dedit. §. 1. & 2. ff. de cond. ob causam. Et in casu nostro
aduersarius non potest dici in mora: quia altera pars,
quæ conuenerat non agere, & non petere, nunquam po
test perfectè implere: ergo non constituit aduersarium
in mora. Et quòd requiratur mora aduersarii, alle. duos
text. primum. in l. si pecuniam, ibi, per te non steterit,
alium in eadem l. §. sed ubi accepit, uers. ꝙ si moram nō
fecerit. ff. de cond. ob causam. & pro sentētia Bar. defen
santis Placentinum adduco unum fundamentum: nā si
obligo

obligo mihi unum sub conditione, si aliquid fecero, nõ sufficit, quòd illud faciam pro parte, nisi perficiam in to-
4 tum: † quia conditio non debet scindi. l. cui fundus. ff. de conditi. & demonstra. ¶In glo. fi. in fin. Signabitis hanc glo. quæ uult, quòd si in ultima uoluntate quis relinquat liberationem tutori, uel cura. suo, non uidetur eum libe
5 rasse à dolo, si fortè dolosè aliqua administrasset; † secus si liberatio esset facta inter uiuos: quia tunc intelligeretur etiam dolus remissus, & hanc glo. pro singulari põderat dominus Bal. in l. cum necessitatem. C. de fideicom. & Bartol. sequitur istam glo. in l. Aurelius. §. cuius.
6 ff. de liber. lega. ¶Nota, † quòd si testator prohibeat, ne ille, qui fuit tutor, uel cura. suus, reddat rationẽ administrationis, talis prohibitio, taleque relictum non se extendit ad ea, quæ fuissent per dolum, uel latam culpam malè administrata: quia de illis teneretur reddere rationem, secus si per culpam leuem, uel leuissimam malè administrasset: quia de illis non teneretur reddere rationẽ. Ita uolunt Bal. & Imo. in l. si seruus uetitus. ff. de lega. 1. ubi tex. probat, quòd tale legatum, secundùm quod rationes non exigẽtur, operatur, ne fiat scrupulosa inquisitio contra illum. Videte tex. & Bartol. in l. quidam decedens. ff. de administ. tuto.

In l. Cum te transegisse.

SVMMAE.

1 Transactio etiam sine scriptura ualet.
2 Confessio facta in libello, uel supplicatione oblatis Principi facit fidem cõtra ipsum confitentem, & præiudicat confitẽti perinde, ac si esset facta in libello conuentionali.
3 Confessio facta in absentia aduersarij non facit fidem contra confitentem.
4 Scriptura, quæ fit de contractu, ad quid fieri præsumatur.

1 CVm te transegisse. ¶† Valet trãsactio etiam sine scriptura. Hoc di. ista. l. ¶Nota
2 ex ista. l. † quòd confessio a facta in libel-
a lo, uel supplicatione Principi oblato, uel oblata facit fidem contra ipsum confitentem, & præiudicat confitenti perinde, ac si esset facta in libello conuen
3 tionali. ¶Addite. l. 2. ĩ. de insti. & subst. sub cõd. fac. † Se
b cus in cõfessiõe facta uiua uoce in absentia aduersarii b; quia non facit fidem contra confitentẽ. Ita notat Bar. in l. certum. §. si quid absente. ff. de confessis. Nota ultimò,
4 † quòd scriptura, quæ fit de contractu, præsumitur fieri ad probationem, non autem ad substantiam. Ita probatur hic. ¶Sunt tamen aliqui casus: qui ad eorum substantiam requirunt scripturam, adeo quòd sine scriptura nihil ualerent, gl. est magist. in c. primo. ext. de censi. lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶Quòd confessio. Adde, quòd confessio, & sententia faciunt rem notoriam. Pet. de Anch. in c. uestra. nu. 9. ext. de cohab. cler. & mulie.

b ¶In absentia aduersarij. Vide per eundem Iac. in l. 2. inf. de insti. & substi. & an talis confessio præiudicet. Vide latè per Pet. de Anch. in c. si cautio. nu. 5. ext. de fi. instr.

In l. Cum mota.

SVMMAE.

1 Agi qualiter debeat contra non obseruantem transactionem.
2 Stipulatio apposita contractui innominato sequitur eius naturam.
3 Effectus transmissionis ad hæredes inductus per litis contesta. extinguitur per transmissionem.
4 Actio quæ dicatur natiua, & etiam quæ datiua. nu. 5.
6 Suscipere, uerbum, & uerbum, accipere, si apponuntur in contractu innominato capiuntur pro dare.
7 Verba quando sunt dubia: quia non constat, an importent conditionem, an uerò modum, in dubio interpretari debemus, quòd importent modum.
8 Ablatiui absoluti important conditionem.
9 Modus non impedit natiuitatem obligationis, & actionis.
10 Actio de dolo quando oriatur contra non dantem ex contractu innominato, facio, ut des.

CVm mota. ¶Diuiditur in duas. In prima ponitur unum dictum exclusiuum. In secunda dat reme
1 dium. Secunda ibi, uerum. h. d. † Querela per transactionem extincta nõ potest suscitari per hæredes transigentis; sed contra aduesarium non seruantem promissa agetur ex stipulatione, si fuit interposita, aliàs autem agetur præscriptis uerbis ad interesse. h. d. ista notabilis lex. ¶Nota ex isto tex. hic bene
2 probari, † q; stipulatio continens rem dari apposita in contractu innominato sortitur naturam ipsius contractus innominati, declaro. Nam in stipulatione, rem dari non succedit obligatio ad interesse contra nõ dantem, imò præcisè cogitur dare, l. ubi autem non apparet. §. fi. ff. de uer. obligat. & tamen quia stipulatio rem dari fuit apposita in contractu innominato, idest in transactione sortitur eius naturam, adeo quòd ipsa actio ex stipulatione datur ad interesse, sicut contingit in cõtractibus innominatis. tex. est hic notabilis. ¶Opponitur, q; hęredes matris possint agere querela inofficiosi ex eo, quòd aduersarij fregerint fidem, per l. cum proponas. sup. tit. 1. & per l. si instituta. ff. de inoffi. testa. Soluit Bar. quòd in casu legis nostræ ista querela desiit esse præparata propter transactionem per matrem celebratam. Et
3 ex uerbis Barto. habetis notare, † quòd effectus transmissionis ad hæredes inductus per litis contestationem extinguitur per transactionem. & ad hoc Ange. in l. fi. ff. de priu. delic. dicit istum text. cum sua glo. esse singularem. Sed intelligatis hoc procedere, quando transactum fuit super instantia sola, & ita intelligitur Bartol. in l. prima, inf. de præscript. longi tempo. ¶Item secus si esset perempta instantia per lapsum triennii: nam tũc fieret trãsmissio ad hęredes, & duraret effectus trãsmissionis, sicut duraret uitium litigiosi, ut uidistis per glo. in uerbo iudicii. in l. properandum. §. & si quidam. infr. de iudi. ¶Quia in l. nostra dubitatur, nunquid ista actio præscriptis uerbis sit natiua, an uerò datiua: in qua dubitatione Bartol. hic dicit, quòd est datiua. sed Bal. Ang. & Raph. Fulgo. tenent, quòd sit natiua: do uobis regulam magistralem,
4 † q; illa actio dicitur natiua a, quæ habet præexistentem
a materiam, ex qua oriatur. Ista regula probatur in l. iurisgentium. post prin. ff. de pactis. Accipe exemplum, ego uendo tibi librum, uel loco tibi domum, ex ipso contractu oritur obligatio, & actio. Et dicitur natiua: quia ha-
5 bet materiam præexistentem, ex qua oriatur. † Quando uerò actio non habet præexistentem materiam, ex qua oriatur, dicitur datiua. Exemplum, ego cedo tibi actiones meas, quas habeo contra debitorẽ meum absentẽ, tu, q; es cessionarius, potes agere utili actione contra illũ debitorẽ, & ista actio utilis est datiua: quia non habet pexistentem materiam, ex qua oriatur: quia inter te cessionarium, & illum debitorem, cõtra quem cessi tibi iura, nullum negotium gestũ est. Ita dicit Bar. in l. 1. inf. de actio. & obli. quod notetis. ¶ In glo. 2. Ex hac glo. iuncto tex.
6 habetis colligere, † quòd uerbum, suscipere, & uerbum, accipere, si apponantur in contractu innominato, capiuntur

tur pro dare, ideſt dominium transferre. §. ſic itaque. Inſtit.de actio. Non obſtat.l.naturalis.in § primo. ff. de præſcrip.uerb.ubi uidetur probari contrarium:quia reſpondeo diſtinguendo,aut enim uerbum,accipere, uel ſuſcipere, addiicitur obligationi certæ ſpeciei in contractu: innominato& tunc non capitur pro dare, nec importat trãſlationem dominij. Ita loquitur l.naturalis. in §.1.Aut adijcitur obligationi generis,& tũc capitur pro dare, & importat translationem dominii. & ita capitur
7 hic.¶ Nota,† quòd quando uerba ſunt dubia: quia non conſtat,an importent conditionem,an uerò modum, in dubio debemus interpretari, quòd importent modum, ſecundùm Doctores ad hoc allegantes.l.quæro.§.interlo cutorem.ff.locati.Non obſtat.l.à teſtatore.ff.de cõdi. & demõ.ubi vr̃ ꝑbari,ꝙ in dubio uerba importãt conditionẽ,qa rñdeť,ꝙ ibi hoc ꝓuenit ex natura uerborũ ablatiuorũ abſolutè poſitorũ. Hinc allegamus illã l. à te-
8 ſtatore, † ꝙ ablatiui poſiti abſolutè important conditionem.ad quod concordat l.ab emptione.ff.de pactis. De hac materia uidete notabiliter per Bal.in l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cau. Iſta inueſtigatio eſt magnæ utilitatis:
9 † quia modus non impedit natiuitatem obligationis, & actionis.l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de cond. & demon.ſecus eſt in conditione: quia impedit natiuitatem obligationis,& non naſcitur actio, niſi purificata condi-
10 tione.l.cedere diem.ff.de uerb.ſigni. ¶Nota, † quòd ex contractu innominato,facio ut des, oritur actio de dolo contra non dantem,quando ex illo facto,ſeu implemento facti nihil adeſt aduerſario.& ita loquitur.l.naturalis.§.ꝙ ſi faciam.ff. de præſcrip.uerb.Quando uerò ex implemento facti aliquid adeſt aduerſario;tunc ex contractu innominato, facio ut des,naſcitur actio præſcriptis uerbis: ita intelligatur iſta lex, de hoc notatur in l. cum proponas.inf.de dolo.

ADDITIO.

a ¶Actio dicitur datiua.De actione datiua,& natiua uide per eundem Iaco.in l.iuriſgentium,in prin.ff.de pac.

In l.Tranſactionis.

SVMMAE.

1 *Procurator datus ad lites non poteſt tranſigere, nec recipere ſolutionem,nec compromittere.*
2 *Minor 25.annorum eo ipſo,quòd compromittit in alium,dicitur lædi.*
3 *Cõſuetum ex ſtatuto loci intelligitur interueniſſe in mãdato.*

1 TRanſactionis. ¶†Procurator cõſtitutus ad litem non poteſt tranſigere. h. d. Nota ſummarium. Item procurator datus ad litem nõ poteſt gratis paciſci. l.ſed ſi tantùm.ff.de pac.Item non poteſt recipere ſolutionem, tex.eſt notabilis in l.hoc iure. ff. de ſolu. item non poteſt compromittere de iure,& facto,quia tale compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis.§.1.in Auth.ut differen.iud.Item procurator ad lites conſtitutus non habet poteſtatem compromittendi etiam de iure tantũ, ita uult Bar. in l.mandato generali.ff.de procura. & omnes Canon. in c. per tuas.extra de arbit.& ita teneatis.licèt Ang.in d.l.man-
2 dato generali, teneat contrarium & malè. † Et nota, ꝙ minor.25.annis eo ipſo, quòd compromittit in alium, dicitur lædi, adeo quòd poteſt petere reſtitutionem in integrum.l.ſi minor.25.annis filio.in §.primo.ff. de minor.limitabitis hanc.l.niſi ſtatuto loci caueretur,ꝙ partes cogantur ad compromiſſum, quia tunc procurator
3 poſſet compromittere.ratio eſt: † quia id,quod uniuerſaliter eſt conſuetum ex forma ſtatuti loci, intelligitur ueniſſe in mandato procuratoris. ar. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff.de ædili. edicto.& l. uel uniuerſorum. ff.de pig.actio.Notatur per Angel.in l. bene à Zenone. inf.de quadri.præſcrip.& per Barto. in l.fi.ff.de his quæ in frau.credi.

In l.De alimentis.

SVMMAE.

1 *Tranſactio alimentorum futurorum requirit auctoritatem iudicis.*
2 *Alimentare qui ſe poteſt aliunde, an poſsit petere alimenta alia ſibi debita à patre,uel iure actionis. & nu.3.*
4 *Pater tenetur reddere pecuniam à filio mutuo acceptam cauſa alimentorum.*
5 *Monachus non poteſt petere ab Abbate alimenta præterita, ſed bene futura.*
6 *Vxor mortuo uiro qualiter debeat agere ad alimenta.*

1 DE alimentis. ¶† Super alimentis de ꝑterito poteſt liberè tranſigi, ſuper futuris autẽ nõ poteſt tranſigi ſine Prætore.hoc dicit.¶Nota ex iſta. l. quòd ille,qui aliunde ſe alimenta-
a uit, poteſt nihilominus alimenta a de ꝑterito petere ab eo, qui tenebatur eum alimentare, quod uerum intelligatis,ſi illa alimenta debebantur iure actionis,ueluti ex
2 promiſsione inter uiuos, uel ex ultima uoluntate, † ſecus ſi officio iudicis deberentur, ut eſt dare exemplum in patre,qui tenetur alimentare filium:nam ſi filius aliunde fuit alimentatus,non poterit alimenta pręterita petere à patre, ita bene futura. l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſcẽ. Fallit,ſi filius accepiſſet pecuniam mutuam ab
4 aliquo pro ſe alimentando: † nam pater teneretur eam reddere. Ita dicit Bartol.in l.fi.ff.de in rem uerſo. quod
5 nota.†Item monachus non poteſt petere alimenta pręterita ad Abbate,ita bene futura.Ita dicũt domini de Rota ſua concluſio.300. incipiente. item quòd monachus. Notatur in c.ex parte.extra de accuſati.per hanc l. dicit Bal. quòd uidua,cui deberentur alimenta, ſi aliunde ſit alimentata,quam per hæredes defuncti, poterit ab ipſis hæredibus petere alimenta ꝑterita, ſed Pau. de Caſt.de hoc melius loquitur in.l.diuortio.ff.ſol. mat. ubi dicit, quòd ſi uidua in primo anno mortis mariti ſui fuit aliũde alimentata, non poterit petere alimenta ab hæredibus uiri: quia ita demum teneretur eam alere, ſi non habent unde ſe alat, ut notat gloſſ. in dicta l. diuortio. Notatur etiam in l. unica. §. exactio.inf.de rei
6 uxor.actio. †Vnde cautela eſt ſecundùm eum, quòd uidua mortuo uiro ſtatim interpellet hæredes uiri, quòd præſtent ſibi alimenta,uel reſtituant ſibi dotem,& ſi neutrum faciant, poterit capere pecuniam mutuam ab aliquo,& hæredes uiri tenebuntur eam reddere, ſi uidua conſumpſit illã pecuniam pro ſe alimentando,qđ note.

ADDITIO.

a ¶Alimenta. Qualiter differant alimentum corporale. & ſpirituale.uide per Ioan.de Turre Cre. in c. peracta num.3.de conſec.diſt.2.

In l.Si ſuper poſſeſsione.

SVMMAE.

1 *Tranſactio conditionalis ualet.*
2 *Actor non poteſt purgare moram ad conſeruandum ſibi actionem,*

Mor

3 *Mora non purgatur in dispositione conditionali.*
4 *Timens sibi uim inferri potest adire iudicem, ut prouideat, ne uis sibi inferatur, idem in timente de excussione. nu. 5. Et in timente offendi. nu. 6.*

1 SI super possess. ¶† Valet transactio etiã conditionalis, & sufficit, ꝙ ad transigentem aliquid poterit peruenire, & transactio parit exceptionem, etiam aduersus rea-
2 lem actionem. h. d. ¶ Nota ex ista. l. † ꝙ actor non potest purgare moram, etiam quantùm ad conseruandum sibi actionem, ubi est dies, & pœna. Non obstat. l. si ita quis. in §. Seia. ff. de uerbo. obliga. quia iste text. loquitur
3 in dispositione conditionali, † in qua non est licitum purgare moram, ut uidebitis in l. si maior. inf. eodem. uel aliter actor potest purgare moram ad conseruandum sibi actionem primam, etiam si sit dies, & pœna. d. §. Seia. sed in casu. l. nostræ uolebat conseruare primam actionem, & nouam acquirere, & hoc facere non potest, ut hic. De materia habetur in l. si insulam. ff. de uerborũ
4 obligationi. ¶ Nota secundùm Bal. †. ꝙ ille, qui timet sibi uim inferri, potest adire iudicẽ, ut prouideat, ne uis sibi inferatur. ¶ Addite uos tex. & eundem Bald. in l. si seruus. inf. quod cum eo. ¶ Addite eundem Bal. qui clariùs loquitur, quàm hic. in c. 1. §. fi. in pen. col. in tit. quæ sit prima causa beneficii amit. Dicit etiam Bal. in l. si pa-
5 ter. inf. qui bonis ced. poss. † quòd ille, qui timet, ne excussio fiat in bonis eius ꝓ debito alterius, potest adire iudicem, ut prouideat, ne excussio fiat in bonis eius pro alieno debito, quod est menti tenendum. ¶ Addite Bar. in l. sanctum. ff. de rer. diuisi. ubi dicit, quòd ille, qui timet offendi per alium, potest adire iudicem, & petere, quòd sibi det familiam, quæ associet eum, sed ille sic timens debebit ministrare sumptus illi familiæ. glo. singularis in l. fina. infr. de erogatio. milita. annonæ. libro. 12.

In l. Fratris tui.

SVMMAE.

1 *Exceptio transactionis est exceptio litis finitæ. Et exceptio præscriptionis. nu. 2.*
3 *Agens ex una causa, & succumbens, siue super ea transigens an aget postea de nouo ex alia.*
4 *Libellus non est offerendus in transactione, sed sufficit petere, quòd transactio obseruetur.*
5 *Pœnitentiæ est locus in contractibus innominatis re integra.*
6 *Statuto cauetur, quòd de litibus inter affines fiat compromissum, super re decisa transactione non potest compromitti.*

FRatris tui ¶De negotio sopito ꝑ transactioem non est licitum amplius mouere quęstionem. Hoc dicit. ¶Nota ex isto tex. id, ad quod fre-
1 quenter allegatur, † quòd exceptio transactionis est exceptio litis finitæ. Et de istis exceptionibus litis finitæ est tex. notabilis, qui numerat eas, in c. 1. extra de litis contest. lib. 6. ¶Notatur in l. eleganter. §. si quis post ff. de condi. inde. & in l. nam postea. ff. de iureiur. & per Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudica. solui.
2 & dicit hic Bart. † quòd exceptio præscriptionis est litis finitæ. ¶Addatis eundem Bartol. ibi qui pleniùs loquitur de hoc in l. finali. ff. pro suo. Ego limito prædicta, ꝑ ea quæ eleganter ponit Bar. in l. si quis libertatẽ. ff. de pe-
3 titi. hæred. ubi dicit, † quòd si tu egisti contra me ad fundum rei uendicatione, expressa certa causa, puta quia dicebas te dominum illius fundi ex legato tibi facto, & nos ambo trãsegimus super illa cã, & ex trãsactione fundus mihi remansit, postmodum tu adhuc agis contra me ad eundem fundum rei uendicatione generaliter, non exprimendo aliquam causam: ego oppono exceptionẽ transactionis super illo fundo factæ, utrùm iudex debebit me compellere ad cõtestandum litem, uidetur quòd non, per istam. l. In contrarium determinat Bar. in illa. l. si quis libertatem, dicens, quòd iudex coget me ad contestandum litem, & ad procedendum ad ulteriora, ita tamen, quòd pronunciet in hoc nouo iudicio non posse deduci illam causam, super qua transactum fuit, & hoc dictum nunquam exeat memoria uestra. ¶Addatis etiam, quòd sicut exceptio transactionis ex parte rei est impeditiua processus, quia est litis finitæ, ut
4 dixi supra: † Ita ille, qui agit ad obseruantiam transactionis, nõ habet necesse offerre libellum, sed solùm habet petere obseruantiam transactionis. Ita dicit Ioan. And. post Inno. in ca. 1. extra de libelli oblat. ¶ Nota ex ista.
5 l. † quòd licèt in contractibus innominatis re integra sit locus pœnitentiæ. l. si pecuniam. ff. de condi. ob caus. tamen fallit in transactione odio litium. Et per istum text.
6 dicit eleganter Bar. † ꝙ si statuto cauetur [a], ꝙ causæ inter
a affines compromittantur, ille, qui opponit exceptionẽ transactionis, uel aliam, quæ sit litis finitę, non tenebitur compromittere: quia motor litis iam sopitæ ad aliquid non debet audiri, l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. pro hoc dicto allego uobis eundem Bal. in l. si iudex. in fine commenti. ff. qui sunt sui, uel alie. iur. ubi refert quoddam consilium, quod incipit. Philippus. & dicit, ꝙ de quacunque re non potest fieri processus, de illa non teneretur quis compromittere.

ADDITIO.

a ¶Statuto cauetur. De hoc statuto, uide per eundem Iacobi. in l. 1. ff. eo. tit.

In l. De fideicommisso.

SVMMAE.

1 *Transactio super fideicommisso reciproco ualet.*
2 *Pactum, quod potest à principio damnum, & emolumentum afferre, tenet, & ualet: nec se exinde læsum quis prætendere potest, nec potest petere se restitui. Idem in emptione.*
3 *Emi ab ecclesia unum prædium utẽdum fruendum per me ad uitam meam pro centum florenis: ego uixi tanto tempore, ꝙ percepi ex illo fundo ultra centum, an iste contractus sit licitus.*
4 *Pax, & concordia qualiter differant.*

1 DE fideicommisso. ¶† Super fideicommisso reciproco ualet transactio, nec per hoc dicitur quis lædi. Hoc dicit. ¶ Nota
2 ex ista lege, † quòd pactum, quod ab initio potest afferre emolumentum, & damnum, ualet, & tenet, quantumcunque ex post facto inducat damnum, tamen ex hoc non potest quis dicere se læsum, nec minor ex hac causa posset petere restitutionẽ in integrũ, & iste tex. est singularis, secundùm Bal. in l. cum Archimedoram. inf. ut in possessio. legat. ¶ Et iste tex. facit in
3 ar. ad pulchram quæstionem. † Ego emi ab ecclesia unũ prædium utendum, & fruendum per me ad uitam meã pro centum florenis, ego uixi tanto tempore, quòd percepi ex illo fundo ultra trecentum, nunquid iste cõtractus est licitus. Docto. determinant quòd sic: quia poterat euenire casus incontrarium, scilicet quòd ita pauco tempore uiuerem, quòd non habuissem adhuc illa centum. Idem uolunt Doctores in l. si pater puellæ. inf. de inoffic. testa. & Inno. & Canon. in c. in ciuitate, extra de usur.

fori ualet. Quare ergo debet super hoc posse fieri compromissum, cum sit articulus iuris, uos potestis dicere, quod erat dubitatio ante hanc. l. conditam, & illã. Et erat quæstio coram arbitris, coram quibus pendebat ista quęstio, & ideo dicit notabiliter Bal. in d. l. cum pro-
27 ponas, † quòd super articulo iuris, in quo sunt uarię opiniones Doctorum bene posset fieri compromissum, qđ notetis.

ADDITIONES.

a ¶ Si modicè. Adde, quòd arbiter potest ferre sententiã secundùm quod sibi uidebitur, quamuis non secundùm leges, ut ff. de arb. l. qualem, & ibi Doc. & gl. ord. & per Inn. ext. de const. c. 1.

b ¶ Quia ad iurandum. An iurans aliquid generaliter teneatur ad specialia. Vide per Io. de Tur. Cre. in §. quæritur, nu. 6. 22. q. 5. Et an iurans per falsos Deos, & mẽtiẽs peccet, uide per eundem in c. monet, nu. 1. 22. q. 1.

In l. De quæstione.

SVMMAE.

1 Pactum, quo disponitur de hæreditate uiuentis certo modo diuidenda, non ualet, & nu. 5.
2 Consanguinei dicuntur habere spem in successione.
3 Spes habendæ hæreditatis, de qua intelligatur.
4 Spes quid dicatur secundùm Augustinum.
6 Electio Abbatis an possit fieri de consensu Abbatis uiuentis, & monachorum.
7 Minor an possit alienare sine decreto.
8 Consensus præstitus in contractu celebrato super successione uiuentis potest mutari per illum, qui præstitit consensum.
9 De hæreditate uiuentis, quam spero habere, nihil possum disponere, neque donando, neque aliter alienando, &c.
10 Obligare an quis possit omnia bona sua.
11 Filia si renunciat fratribus paternam hæreditatem patre præsente, & consentiente, si postea pater illi legat aliquid, an habebit illud.
Pater potest mutare propositum.
12 Pactum factum fauore liberationis ualet.
Filius faciendo pactum liberationis patre uiuente, an sibi præiudicet.
13 Statuto cauetur, quòd mulier uel minor non contrahat sine cõsensu duorum propinquorum, an poterint duo super re sua cõtrahentes sibi præstare consensum.
14 Donare uidetur ille, qui consentit donari rem suam, non ille qui donat.
15 Promissio omnium bonorum post mortem, an ualeat.
16 Hæreditas non potest dari per donationem causa mortis, sicut nec per codicillos.
17 Promissio, quòd mihi succedas non ualet.
18 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, an ualeat, & nu. 19 & 20.
Et quid si firmetur iuramento, nu. 37.
21 Viuentis non est hæreditas.
22 Donatio dicitur causa mortis, quotiescunque in donatione fit mentio mortis.
Et quid si in ea est pactum, ꝙ non possit reuocari, ibidem.
23 Donatione omnium bonorum post mortem, an ueniant præsentia, uel futura.
24 Donatio causa mortis sui natura est reuocabilis.
25 Bona futura an ueniant in obligatione generali omnium bonorum.
26 Bonorum appellatione an ueniant futura.
27 Donatio est inter uiuos, quando donat quis omnia bona sua non facta mentione de morte.
28 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an ualeat. & num. 33. & 34.
29 Testamentum potest facere ille, qui nihil hẽt in bonis, et n. 30.
30 Dominium non transfertur per contractum uniuersalem sine traditione.
31 Testari potest donans omnia bona sua tam præsentia, quàm futura.
32 Veniunt multa in consequentiam, quæ principaliter per se nõ uenirent.
35 Patrimonium est nomen uniuersale recipiens augmentum, & diminutionem.
36 Pactum de futura successione oblatum in ecclesiam, an ualeat
38 Donatio omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum reseruato usufructu, an ualeat.
39 Vsusfructus finitur morte.
40 Pactum de futura hæreditate, an ualeat.
41 Transeunt multa cum uniuersitate, quæ de per se non transirent.
42 Pactum, quòd si hæreditas talis tibi ueniat, dabo tibi centum, an ualeat.
43 Statuto cauetur, quòd existentibus masculis fœmina dotata non succedat, an pater tempore, quo dotat filiam, possit per pactum sibi reseruare ius succedendi.
44 Ius iam quæsitum facilius impeditur, quàm tollatur.
45 Hæreditas non potest dari pactionibus.

DE quæstione. ¶ Diuiditur in quinq; partes. In prima ponit qõnem. In secũda arguit ad partes. In tertia ponit decisionẽ. In quarta ponit unam exceptionem. In quinta ponit extensionem. Secunda pars est ibi, faciebat. Tertia ibi, sed nobis. ¶ Quarta ibi, nisi. Quinta, & ultima ibi,
1 iubemus. In summa hoc intendit. † Non ualet pactum super hæreditate uiuentis certo modo diuidenda inter ipsos paciscentes, nisi interueniat consensus illius, de cuius hæreditate agitur, & in illa uoluntate perseueret usque ad mortem. h. d. ista singularis. l. ¶ No. primò ex isto
2 tex. † ꝙ consanguineus proximior in hæreditate consanguinei uiuentis dicitur habere spem. Dicit tamen hic Bar. ꝙ talis spes est uana, per tex. in l. post emancipationem, in §. 1. ff. de liber. leg. & per rationem, quia illud dicitur nobis debitum spe, quod non dependet à uoluntate alterius, sed depẽdet ab aliquo futuro euentu. l. 2. ff. de statu lib. Ista ergo spes in hæreditate consanguinei uiuentis non est considerabilis de iure. Idem & pleniùs uult ipse Bar. in l. is potest, ff. de acq. hær. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 7. quæst. & in solutione primi contrarii. ff. de uerb. obl. & notetis bene istud fundamentũ ad cognoscendum, quando aliquid dicatur nobis debi-
3 tum spe, † nam debet intelligi de spe approbata, & considerabili à iure, aliàs autem non dicitur nobis debitum spe, nec possumus de hac disponere, sicut de eo, quod habemus in uera spe, iux. l. spem, infra de donationibus, sed reperio, quòd Ange. in d. §. duo fratres, reprehendit Barto. dicens, quòd hæreditas ascendentis, & hæreditas collateralis dicitur nobis debita spe, sed hæ-
4 reditas descendentis non dicitur nobis debita spe, † q; spes, secundùm beatum August. nihil aliud est, quàm expectatio futuræ beatitudinis, sed quãdo succedimus nostris descendentibus, est nobis tristitia magna. l. fi. infra de instit. & substitutio. sub conditione factis, & Ioan. de Imo. in d. §. duo fratres, pro opinione Ange. allegat istũ tex. & pro eo, qđ est dictum de morte descendentis, allegat dictam l. post emancipationẽ in §. primo. Vos sustinebitis Bartol. quia illud dicitur nobis debitum spe quod habet initium ab aliqua causa de præterito, ut declarat Bartol. in locis allegatis. Non obstat illud, quod dicit allegando sanctum Augustinum; quia illud intelligitur loquendo spiritualiter, nos autem hic lo-

quimur iuridicè, & secundùm leges. An autem substitutio pupillaris dicatur debita substituto uiuente pupillo, notatur in l.qui cum tutoribus. ff. de transactio.
5 ¶ Not. secundò, † quòd pactum factum super hæreditate uiuentis certo modo diuidenda non ualet, quando fit sine consensu illius, de cuius hæreditate agitur, & est ratio, quia tale pactum est contra bonos mores, ut hic. ¶ Ideo dicunt Bal. & Salic. quòd tale pactum non firmaretur iuramento, reg. non est obligatorium. de reg. iu. li. 6. Secus si fieret cū consensu illius, de cuius hæreditate agitur: quia tunc bene ualeret pactum, ut in hac. l. in uer-
6 si. nisi. & ex hoc infert Bar. de Sali. † quòd cum consensu Abbatis præsentis, & monachorum posset fieri electio Abbatis futuri, & ita etiam uult Albe. de Rosa. hic. allegat tex. cum glo. in c. si transitus. 79. dist. de hoc uidete per Canoni. in c. ex parte. il 1. extra de officio dele. Item
7 per istam. l. dicit hic Bald. † quòd minor posset alienare etiam sine decreto rem immobilem illius, qui instituit
a eum hæredem, si interueniat consensus a illius, quod notetis: optimè facit tex. in l. fi. ff. de rebus eorū. ¶ No. sub-
8 sequenter, † quòd consensus præstitus in contractu celebrato super successione uiuentis potest mutari per illū, qui præstitit illum cōsensum. & sic talis consensus est ambulatorius usque ad ultimum uitæ spiritum, & in hoc
9 iste text. est ualde notabilis. ¶ Vltimò notetis, † ꝙ de hæreditate uiuentis, quam spero habere, nihil disponere possum, neque donando, neque aliter alienando, neque
10 etiā hypothecando, seu pignorando. Hinc colligatis, † ꝙ licèt quis possit obligare omnia bona sua præsentia, & futura. l. fi. inf. quæ res pign. oblig. possunt. tamen non potest obligare bona hæreditatis illius: qui uiuit, cuius successionem habere sperat. Et aduertite: quia id, quod hic dicitur de donatione, uel alio contractum, erat bene cautum de iure Digest. tex. est in l. quidam. in fi. ff. de dona. sed illud, quod hic dicitur de pacto futuræ successionis certo modo diuidendæ, non reperitur alibi secundùm Doc. ¶ Addo uobis, quòd per istum text. dicit eleganter
11 Bal. in c. ad nostram. il 2. extra de iureiuran. † quòd si filia renunciat hæreditati paternæ cum iuramento in manibus fratrum suorum ad eorum commodum patre præsente, & consentiente. deinde pater faciendo testamentū leget ipsi filiæ aliqua, uel instituat eam in aliqua parte, poterit petere sibi relictum: quia uidetur illud petere ex noua causa. Item quia licèt pater cōsenserit illi renūciationi; tamen potuit mutare propositum, per istū text. in uersi. nisi. Subiungit Bald. ibidem, quòd quamuis ista l. omnibus sit nota; tamen à nemine alio fuit ad hoc specialiter allegata. ¶ In glo. super uerbo, alienæ. ibi, tu dic. & istam opi. sequuntur Bal. Bartol. & Sali. Idem dicunt. quando parentes paciscuntur super hæreditate descendētium per rationem generalem, de qua hic. & ita teneatis. Sed contra istam opi. alle. uobis text. in l. & suum. §. idem probat si filius. ff. co. de pact. sed dicite, ꝙ nō est spā
12 le in filio, licèt ille tex. de filio loquatur, † imò ubicunq; fit pactū liberatiōis, tale pactū ualebit fauore ipsius liberationis. & istā sñiam teneatis, licèt Raph. Fulg. hic dicat, quòd filii bene possunt inter se pacisci de hæreditate patris uiuentis certo modo diuidenda inter se: quia nō est uerisimile, quòd insidientur uitæ patris. Sed ista opin. cōfunditur per iura hic in glo. alle. unde non recedatis à sētentia huius glo. ¶ In glo. super uerbo, declarabatur. ibi, diuidant æqualiter. Sed istud pactum uidetur esse super uacuum: quia isti bene erant successuri æqualiter, nisi cōtrarium fuisset dispositum per illum cōsanguineum, uel patruū, uel parentē fuisset aliter dispositū, ergo istud pactum tanquam superuacuum nihil debet ualere. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. e. de pac. Soluite, quòd isti pepigerunt inter se, quòd diuisio fieret inæqualiter, nō autem æqualiter, uel aliter erāt fortè successuri pro portionibus inæqualibus, ut quandoque contingit, maximè de iure. l. illam. inf. de collat. ¶ In gl. super uerbo, obseruari. in fin. De materia præbendarum uacaturarum: quia non est materia nostra, dicite ut per Canon. in c. 2. extra de concess. præben. circa id autem, quod tangit glo. de feudo, dicite. ut habetur in c. 1. in tit. qui successores teneantur, & in c. moribus. in tit. si de feudo def. fue. contro. in libell. feudo. ¶ In glo. super uerbo, accommodari. ibi, hic non. Circa passum huius glo. dicit hic magistraliter Bar. quòd si ille, qui non potest explicare actum per se, habet plenum ius in re, tunc sicut non potest explicare actum per se, ita non potest consentire alteri. l. si fundus. §. 1. uersi. uoluntas. ff. de pigno. Aut ille, qui cō sentit alteri, nō hēt perfectum ius in re, & hoc casu licèt nō possit explicare actū per se, tamen potest consentire alteri facienti illum actum. l. 1. inf. de communi ser. manu. Per prædicta infertur ad determinationem quæstio-
13 nis quotidianæ. † Statuto cauetur, quòd minor, uel mulier non possit contrahere sine consensu duorū suorum propinquorum, nunquid hoc casu poterit consentire alteri contrahenti super re ipsius mulieris (non adhibita præsentia suorum propinquorum) per prædicta dicendum est, quòd non. & ita tenet expressè Bal. reprehendē do Ia. But. in l. 2. inf. si aduer. donat. sed ipse Bal. uidetur uelle contrariū in rub. huius tit. ubi dicit, quòd aliud est consentire, & aliud est contrahere. sed dicatis, quòd in rub. prædicta non loquitur de consentiente ei, qui contrahit super re ipsius consentientis. Addite notabile dictum Bald. in l. & si liqueat, inf. de inoffi. donatio. ubi di
14 cit, † quòd non ille, qui donat, sed ille, qui consentit donari rem suam, uidetur donare. de quo per eundem in l. si ut proponis. inf. de communi seru. manumis. ¶ In eadem gloss. ibi, post mortem meam. Ex hac gloss. ha-
15 betis colligere multa notanda. Primum est, † quòd si quis dicat, promitto tibi omnia bona mea post mortem meam, talis promissio ualet. Idem si dicat, dono tibi omnia bona mea post mortem meam; secus si uerba saperent donationem hæreditatis. Nam nos habe
16 mus, † quòd hæreditas non potest dari per donationem causa mortis, sicut nec per codicillos, ut declaraui uobis plenè in l. licèt. sup. eo. Hinc dicit tamen notabiliter
17 Barto. quòd si ego dicam, † promitto tibi, quòd sis hæres meus, uel quòd debeas mihi succedere, talis promissio nihil ualet: quia tollit mihi liberam testandi facultatem, contra. l. cum donatio. inf. de transac. & l. stipu
18 latio hoc modo concepta. ff. de uer. ob. † Idem si dicam, dono tibi hæreditatem meam: nam talis donatio nihil ualebit: quia hæreditas est nomen iuris, & recipit donationem, & augmentum. l. item ueniunt, in §. fructus. ff. de
19 petitio. hære. † & sic talis donatio resolueretur in donationem omnium bonorum præsentium & futuorum, & intelligeretur donatū, quicquid supererit post mortem meam: unde talis donatio nihil ualebit, quia hæreditas nō deferē pacto. l. hæredes. §. de pact. conuen. tam super do. Sed ipsemet Bar. uidetur uelle contrarium in l. quæsitum. §. si seruus. ff. de leg. 1. ubi dicit, quòd si ego dicam, dono tibi hæreditatem meam, ista uerba exponentur, idest bona mea, per id, quod no. glo. in d. §. si seruus. dū exponit uerbum, hæreditati, idest bonis. & cum isto dicto Bartol. pertranseunt Angel. & Paul. de Castr. ibi, &
20 Ludo. Roma. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. † Secus secundùm Romanum si ego dixissem, dono tibi hæreditatem meam post mortem meam: nam tunc propriè intelligeretur de hæreditate, quæ post mortem defuncti repręsentat eius personam, & sic non exponeremus hæreditatem, idest bona. Vos sequamini Bart.
21 hic. † Nam si dicam, dono tibi hęreditatem meam: intelligitur propriè de hæreditate post mortem: quia uiuentis non est hæreditas. l. 1. ff. de hæredi. uel actio. uendi.

nisi

nisi constaret de mente ipsius donantis,quòd intellexit
de bonis præsentibus, nam tunc impropriamus uerba,
si exponimus hæreditatem.i. bona, & sic ualebit dona-
tio,& ita intelligo Bar.in d.§.si seruus,nec est hoc diui-
nare,quia ipse Bar.in d.§.si seruus,dicit,quòd donãs ibi
errauerat in uocabulo,& sic uult dicere,quòd constabat
de mente donantis,quòd uoluit donare bona , non au-
tem hæreditatem propriè loquendo.¶Secundò not.ex
22 ista glo.quòd si quis dicat,†ego promitto,uel dono tibi
omnia bona mea post mortem meam , resultabit dona-
tio causa mortis,quia regulam habemus,quòd quoties-
cunque in donatione fit mentio mortis, illa dicitur mor
tis causa donatio.l.Seia.ff.de dot.præleg.& l.Seia.ff.de
donatio.causa mort.notatur in l.quæ dotis.ff.so.mat.&
per Bal.in l.2.inf.de iure do.fallit,nisi in donatione cau
sa mortis agatur expresse,quòd illa donatio non posit
reuocari . Nam tunc propter istud pactum de non pos-
sendo reuocare,censetur donatio inter uiuos,tex.est no
tabilis in l.ubi ita donatur.ff.de dona.cau. mort.& licèt
ista sit communis opinio,tamen ego allego uobis text.
probantem,quòd quamuis sit appositum pactum de nõ
reuocando;tamen adhuc erat donatio causa mortis.Ita
probatur in l.si senatus,in §.mortis.ff.de dona.cau.mor.
& adhoc allego uobis tex.in l.sed interim,in §.1. in gl.
magna.ff.de don.inter uir.& ux.ubi glos.dicit,quòd est
donatio causa mortis,sed est similis donationi inter ui-
23 uos,& nos habemus,†quòd nullum simile est idem.l.qđ
Nerua.ff.depos.Sed pro declaratione præmissorum quę
ro,utrùm quando quis donat omnia bona sua post mor
tem suam , in tali donatione ueniant solùm præsentia ,
an uerò etiam futura.Cyn.Bar.Raph.Ful.& Pau. de Ca.
hic determinant,quòd uenient tantummodo pręsentia,
ar.l.si ita.ff.de auro,& argen.leg.Sed Bar.de Sali. & do-
minus Richar.de Sal.ambo tenent oppositum. Mouen-
tur,quia uerbum,bona,relatum ad tempus mortis meæ
debet uerificari sm̃ tẽpus illius uerbi.l.in delictis.§.si ex
traneus.ff.de noxal.ergo debet intelligi de omnibus bo
nis,quæ ego reperiar habere tempore mortis. Secundò
pro hac parte adducũt tex.in l.hæreditas, infra de pac.
conuen. tam super do. Vos autem sequamini opinio.
Bar.ad §.extraneus,quòd illa uerba,post mortem , non
sunt referenda ad uerbum,bona,sed ad uerbum, dono,
& est sensus,quòd ego bona,quæ nunc habeo, dono ti-
bi post mortem meam.Ad l.hæreditas,respõdete,quòd
ibi apparebat de mente proferentis, quòd uolebat uer-
ba ipsa habere uim testamenti , unde non est mirum,si
ueniant etiam futura,sicut solent uenire in ultimis uo-
luntatibus.Tenete ergo opinionem Bar.quæ indubitan
ter procedit,quando per uerba prolata induceretur do
natio inter uiuos,puta quia dictum fuit,ego inter uiuos
dono tibi omnia bona mea post mortem meam,uel si fa
cta est donatio causa mortis , tamen fuit appositum pa-
ctum,quòd non posset reuocari, quo casu transit in do-
nationem inter uiuos , ut dixi supra . Nam istis ca-
sibus uenient tantummodo præsentia , & non futura ,
quia si comprehenderentur etiam futura, donatio esset
nulla,ut statim probabo, ergo in dubio debemus inter-
pretari actum , ut potius ualeat,quàm pereat.l.quoties.
ff. de rebus dubiis . Cæterùm si uerba essent simpliciter
prolata,ut quia dictum fuit , ego dono tibi omnia bona
mea post mortem meam , an hoc casu ueniant tantum-
modo præsentia,an uerò etiam futura.Barto.hic tenuit,
quòd ueniant tantummodo præsentia,& ita uidetur uel
le Raphael,& Paul. de Castr. ut supra allegaui , quibus
addo dominum Petr.de Ancha.& Imol.idem uolentes
in Rubrica extra de testamentis.Sed multi Moderni Do
cto.[b]in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb. obli
24 gatio.tenent contrarium , † quia donatio causa mortis [b]
b sui natura est reuocabilis.§.primo. Institut. de donatio.

unde non uidetur agi de magno præiudicio, etiam si te
neamus,quòd comprehendantur etiam futura . Nam in
25 simili uidemus,† quòd quia in obligatione generali nõ
agitur de magno præiudicio , ideo in tali obligatione
ueniunt etiam futura.l.fina. infra quæ res pignori obli-
gari possunt.Item uidemus aliud simile,quòd in ultimis
uoluntatibus, quæ sunt reuocabiles usque ad ultimum
26 uitæ spiritum.l.tertia.ff.de adimendis leg. † appellatio-
ne huius uerbi,bona,ueniunt etiam futura,tex. est cum
sua gloss.in l.quoties.§.fina.ff. de usufruct. Et in secreto
iuris ista sentẽtia apparet mihi uerior.Quam si uultis te
nere, ad dictã l.si ita, respondebitis , quòd ibi non fuit
prolatum istud uerbum, bona , sed dictum fuit , uestes
meas,& libros tibi lego.& sic testator descendit ad spe-
27 ciem.¶Vltimò habetis notare ex ista gloss.†quòd si ego
promitto tibi , uel dono omnia bona mea , nulla facta
mentione de morte , erit donatio inter uiuos , & non
uenient,nisi bona præsentia,non autem futura propter
magnitudinem præiudicii,& in hoc istam gloss. Docto.
28 communiter sequuntur . † Videamus nunc, an quando
quis donat alteri omnia bona sua præsentia , & futura ,
ualeat talis donatio,uel non. Barto. hic dicit talem do-
nationem nihil ualere,quia impedit liberam testandi fa
cultatem,quasi inuitetur hæres ad repudiandam hære-
ditatẽ,ex quo nihil est habiturus. ¶Item quia talis do-
natio est contra bonos mores, quia ponere quem in ta-
li statu , quòd nunquam aliquid habeat,quod sit suum ,
est expectare tristem exitum, & aduersam fortunam ho
minis,contra.l.inter stipulantem,in §.sacram. ff.de uer-
bo.obligatio. & hanc opinio. sequitur hic Bald. dicens
hanc esse communem sententiam,& placet domino Pa.
de Castr.Sed ambo Salyceti tenent contrarium.Mouen
tur,quia si præsupponamus, quòd in tali donatione ue-
niant præsentia tantùm, ita quòd intelligatur facta do-
natio de bonis pręsentibus tantùm,quo casu omnes fa-
tentur donationem ualere,quia poterit donator de no-
uo acquirere, & de illis nouiter acquisitis testari . Sed
nonne secundùm Salicet.potest euenire, quòd donator
nihil amplius acquireret?certè sic , sicut ergo ualet do-
natio omnium bonorum pręsentium tantùm , ita etiam
debet ualere donatio omnium bonorum pręsentium,&
futurorum.Hanc opinionem secutus est Angel. in dicta
l.stipulatio hoc modo concepta , & in disputatione sua
incipiente, in refulgenti,& idem Ange.in suo cons.172.
incipien.In nomine Dei amen.uisis instrumentis,& mo
tiua Angel.sibi appropriauit Romanus in dicta l. stipu-
latio.mouetur ergo Ange.quia ista non est bona conse
quètia.Inuitatur hæres ad repudiandum hæreditatem ,
ergo aufertur libera testandi facultas : quia nos habe-
29 mus,†quòd etiam ille,qui nihil habet in bonis, potest fa
cere testamentum.l.qui soluendo non erat,& l.si is qui
soluendo non est.ff de hæredibus instituendis.nec iste,
qui nihil habet in bonis,annumeratur inter personas in
testabiles,de quibus per gloss.& Doct.in l.si quæramus.
ff.de testamentis.& Institu.quibus non est permissum fa
30 cere testam.per totum, † nam poterit testari de alienis.
l.cum alienam,infra de legatis . & Institut.de legatis. §.
non solũ.Confirmatur hęc opinio,quia per contractum
uniuersalem non transfertur dominium sine traditio-
ne,gloss.singularis in l.prima in uerbo,uniuersę. ff. pro
do.& probatur in l.si tibi,ubi Bald. ponderat ad hoc il-
lum text.infra de his qui à non domino manumittun-
31 tur.†cum ergo donator remaneat dominus rerum do-
natarum,adhuc poterit facere testamentum,licèt actio-
ne personali teneatur donatario ad tradendum,ut uult
gl.ordi.in Authen.si qua mulier. in uerbo, diuidere,su
pra de sacrosanct.eccles.& propterea ipse Angel. dam-
nat opin.Bar.qui dicebat,quòd quis potest ecclesię om
nia bona sua donare tã pñtia,quàm futura . Mouebatur

Bart.quia quis pt dedicare se & sua ecclesiæ. Auth. ingressi,supra de sacr.sanct.eccl. ergo eodē mō debet posse donare ecclesiæ omnia bona sua præsentia & futura:nam sm̄ Ang. est magna rō diuersitatis inter istos casus:quia quādo dedicat se & sua ecclesiæ, facit actū licitum:sed quando donat ecclesiæ omnia bona sua tā pñtia,q̄ futura,facit actum illicitum: quia aufert sibi liberam testādi facultatem, contra d. l. stipulatio hoc mō concepta. Vos possetis respondere alio modo ad motiuum Bartol. & dicere, quòd, quando, quis dedicat se,& sua ecclesię,nō est mirum,ꝙ ueniant tā præsentia, q̄ futura:quia hoc casu bona ueniunt in cōsequētiam: nos aut loquimur,qñ bona principaliter veniūt, & nos
32 habemus,† ꝙ multa veniunt in consequētiam,quæ principaliter per se nō uenirēt,c.ex literis,extra de iure patro.& l.quædam.ff.de acq.rerum dom.Ex pręmissis ha
33 betis elicere duas conclusiones.Prima est, † quòd donatio omnium bonorum pñtium & futurorum facta priuato nihil valet, & ista ē cōis opinio , vt attestatur hic
34 Bal. Secunda conclusio est Ang. contra Bar. † ꝙ donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ nō valet: : quia ex solo titulo transfertur dñiū in ecclesiā,l.fi.s̄.de sac.san.ecc. vnde donator remaneret sine bonis actu & habitu: quia immediatè cum aliquid acquireret,transferret ipso iure in ecclesiā, & sic auferret libera testandi facultas saltē ꝑ indirectum.Mihi āt uisum fuit defensare opi.Bar.& dicere,ꝙ donatio omnium bonorum pñtium,& futurorum facta ecclesiæ ualebit:pro hoc adduco uobis tex.in l.iubemus nulli. s̄.de sac.sanc. eccl. vbi dicitur,ꝙ quis pōt donare suum patrimoniū ecclesię,& ita colligit ibi Bald.mō nos ha-
35 bemus,ꝙ† istud nomen,patrimonium,est nomē uniuersale recipiēs augmentū, & diminutionē : sicut diximus in peculio,l.peculium nascitur.ff.de pecu.& l.si peculium. ff. de pecu. lega.unde intelligetur de toto patrimonio : quod erit tempore mortis meæ, & quòd talis donatio ualeat,tenet Bal.in Auth.si qua mulier.sup.de sac.san.ecc.& ita ēt sancit in l.1. in lectura antiqua.ff.ꝓ soc.alioquin priuilegium concessum ecclesiæ per d. l. fi.sup.de sa.san.ecc.resultaret in lęsionem ecclesiæ contra l.quod fauore. sup.de legib.Addite quòd pro opi. Bar.volētis,ꝙ donatio oīm bonorum pñtium & futuro
36 rum facta ecclesiæ valeat, facit: † quia pactum de futura successione in ecclesiam collatum ualet. Ita dixi uobis in l.licèt,sup.eo.præterea ille,q defectu personę nō habet,nec habere pōt bona,ut monachus,uel obses, testari non pōt.Auth.ingressi.sup.de sac.sanc.ecc. & l. obsides.ff.de testamen.ille aūt qui non habet bona nō quidem defectu personæ: quia donauit omnia bona sua præsentia & futura ecclesiæ,bene potest testari,saltem de alienis,d.l.cum alienā.sed quæro,dixi.s̄. cōem sentētiam Doctorum velle,quòd donatio oīm bonorū præsentium & futurorum facta priuato in totū est nul-
37 la. † quid si interpositum esset iuramentum in tali donatione , an hoc casu ualebit donatio , saltem respectu bonorū præsentium?Dñs Fran.de Aretio suo cons.54. incipi. In Dei nomine amen , & suæ matris gloriosissimæ . In casu magistri Blasii de Tortona , tenet ꝙ sic , in ultima columna illius consilii.Mouetur , quia iurm facit valere actum meliori mō: quo ualere pōt,l. cū pr.§. filius matrem.ff.de leg.2.& etiam hoc est de mente dñi Panor. suo cons. 18. incipien. casus , quædam domina Dominica.vbi videtur uelle: quòd quando iuramentū est interpositum,donatio ualet tam respectu præsentiū, quàm futurorum, sed id,quod dixit de futuris non puto uerum.Ideo mihi magis placet opinio domini Fran
38 ci. de Aretio.Sed ponamus † quòd donator: qui donauit omniabona sua tam præsentia, quàm futura, reseruauerit sibi vsumfructum illorum bonorum , an tunc donatio erit ualida . Pau.de Cast.suo consi.99. tenet,
39 ꝙ non ualebit. Mouetur, † quia cum ususfructus finia-
c tur morte.§.finitur. Insti.de usufructu. non poterit donator testari de illo usufructu, neq; etiam de fructibus perceptis, si extarent tempore mortis donatoris: quia uenirent sub donatione futurorum . Sed uos determinabitis totum contrarium:quia si extarent fructus percepti tēpore mortis donatoris,spectarent ad hæredem ipsius donatoris,non autem ad donatarium: ad hoc allego uobis tex. in l.defuncta.ff.de usuf.ergo poterit de illis testari.& hanc opinionem tenet Alex.de Imo.in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.ob. & dominus Fran.de Are.in preallegato consi.54. ¶In gl. pen. aduertite: quia ista gl.opponit de multis iuribus, & nō
40 soluit.† unde Barto. hic reassumit istam materiam per modum distinctionis hoc modo. Aut enim fit pactum de hæreditate incerti hominis : & tunc tale pactum bene ualet,& ita loquitur.l.3.§.de illo.ff.pro soc. & est ratio secundùm Salice. quia non est uerisimile captari mortem alicuius in specie propter illud , quod morte multorum facile potest euenire . Idem est si fiat pactum de hæreditate : quæ ueniat in necessariam consequentiam contractus præambuli , & ita intelligitur.l. si quis seruum. ff. de actio.empti. & est rō propter necessariā consequentiam,l.3.§.scio.ff.de minorib. Idem si veniat sub uniuersitate contractus uniuersalis præcedentis . Et ita loquitur in l. 2. §. illud. ff. de hæredit.
41 vel act. vend. & est ratio. † quia multa transeunt cū uniuersitate,quæ de per se non transirent,l.quædam.ff. de acqui.rerum domi.& c.ex literis,extra de iure patro.si uerò fiat pactum de hæreditate certi hominis uiuentis;tunc si illud pactum tendit ad liberationem , bene valet,& ita loquitur,l.& sententiæ,in.§.2.& in. §. idem probat si filius.ff.eo. Si verò tendit ad alium finem,puta quia fit pactum de hæreditate hominis viuentis certo modo diuidenda inter paciscentes, & hoc casu tale factum nihil ualet per rationes quæ hic ponuntur in tex. nisi ille, de cuius hæreditate agitur , consentiat. ¶ Sed moueo uobis pulchram quæstionem: quam ha-
42 bui de facto . Ponamus , † quòd pactum factum non contineat diuidi bona uiuētis, uel alienari bona ipsius uiuentis : sed continet aliquid aliud , puta quia tu & ego pacti sumus , quòd si hæreditas Titii nobis obueniat, dabo tibi centum , an tale pactum erit ualidum , videtur quod non , quia militat vna ex rationibus hic positis in tex. In contrarium fortiter facit:quia iste tex. in fine solùm prohibet pactum fieri per contractum de diuidenda certo modo hæreditatem hominis viuentis , sed in quæstione prædicta illa centum ego possum sibi dare de bursa mea . Et ista pars apparet
43 mihi uerior. ¶ Vltimò dubitabatur . † Statuto cauetur , quòd (existentibus masculis) fœmina dotata non succedat, nunquid pater tempore: quo dotat filiā , possit per pactum sibi reseruare ius succedendi . Bartol. hic notabiliter determinat quòd sic , per tex.in.§. fin . Instit , de legit. ag. successio . Sed Bald. hic & Paul. de Cast. dicunt hoc esse uerum , si masculi consentiant huic pacto ; alioquin si non consentirent , non posset pater ius eis quæsitum uigore statuti tollere, l. fin. ff. eod. & l. si post mortem,in.§.fi.ff. de bon. possess. contra tab.& hanc opin. tenuerunt Ioan. de Imol. & dominus Ludo. Roma. in d. l. stipulatio, hoc modo concepta , & Dominicus de san. Gemin. in c. quamuis,extra de pact. lib. 6. Alii uerò sunt qui indistinctè tenent opinio. Bar. Mouentur : quia sicut pater testando posset instituere filiam non obstante statuto , quando statutum non prohibet eam succedere , etiam ex testamento secundùm Doct. communiter,ita uidetur,quòd pater possit hoc facere ꝑ pactū,maximè quia

quia ipsis filiis masculis non est perfectè ius quæsitum, sed solùm est eis quæsita quædam species succedendi, ut dixi uobis in primo notabili huius.l. Vos confirmabitis istam sententiam, quia ex quo ius non est adhuc perfectè quæsitum ipsis masculis, potest pater à princi-
44 pio resistere,& impedire ius acquirendi,quia †:faciliùs impeditur,quàm tollatur ius iam quæsitum.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui,uel ali.iu.uidistis in l.seruus, su.eo.Sed,si postquam filia est dotata,pater ex interuallo uellet per pactum sibi reseruare ius succedendi, nõ posset hoc facere,nisi consentientibus filiis masculis:q̃a postquam filia est dotata,iam est quæsitum ius masculis uigore statuti,saltem in his,quæ ut extraneæ iudicãtur, & talis spes est bene considerabilis à iure: quia emanauit ex causa de præterito.s.uirtute dicti statuti, per no. per Bar.in l,qui Romæ.§.duo fratres,in 7.q.ff.de uerbo. ob.præterea cum filia dotata simul sit exclusa uigore statuti prædicti,inuitaretur hoc casu per pactum ad succe
45 dendum,& nos habemus,†quòd pactionibus hereditas dari nõ potest.l.hæreditas.j̃.de pac.conuen.tã super dote.& l.cum donationibus,inf.eo.

ADDITIONES.

a ¶Si interuẽniat consensus. Adde,ꝙ consensus coactus, uel extortus nõ est consensus,nec alicui præiudicat. Io. de Turr.Cre.in c.notificasti,nu.1.33.q.5. Et dr̃ consensus in idem sensus idem.29.q.in summa,nu.6.

b ¶Donatio causa mortis.Adde,ꝙ talis donatio cã mortis non indiget insinuatione,ut pulchrè per Pe.de Anc. in c.donatio,nu.14.ext.de don.inter ui.& ux.

c ¶Quia cũ vsusfructus. Adde,ꝙusufructus est ius utẽdi, fruendi alienis rebus salua rerum substantia,ita pulchrè Pe.de Anc.in c.1.nu.2.de eccl.ædific.

In Rub. De transactionibus.[a]

¶In glo.Rubricæ nihil est.

ADDITIO.

a ¶De transactionibus.Transactio quid dicatur,uide per Io.de Turr.Cre.in c.si illic,nu.2.23.q.4.

In l.Neque pactio.

SVMMAE.

1 *Pactum,seu transactio cum uno non porrigitur ad alium,quãtuncunque habentem ius connexum.*
2 *Communiter geri quid dicatur.*
3 *Testator si iusserit,quòd hæredes communiter morentur,debet intelligi,quòd communiter debent morari, & quòd fructus æqualiter colligantur,& fiant expensæ æquales.*
4 *Pactum factum cũ maiori parte non prodest minori, & nu.5.*
5 *Quietantia facta uni obligatorum insolidum an porrigatur ad omnes.*
7 *Quietantia siue liberatio est latè interpretanda.*
8 *Debitor unus,au liberetur à toto aliis remanentibus obligatis.*
9 *Transactio non pertinet ad naturam actionis.*
10 *Tutelæ administratio diuidi potest à iudice,& à testatore, & quomodo tutores tunc teneantur.*
Tutores plures de mala administratione quomodo teneantur & quæ beneficia habeãt adinuicem,& an unus pro alio teneatur,& nu.11.& 13.& 17.
12 *Simile nullum est idem.*
14 *Tutor gerens,contra quem egit pupillus,an aget postea contra non agentem.*
15 *Tutor,qui nihil administrauit,quando conuenitur,an poterit se defendere exceptione ordinis.*
16 *Liberalis nemo existit in necessitatibus.*
18 *Tutor conuentus pro communi culpa an habeat beneficium cedendarum actionum.*
19 *Minor quando transigit,ubi erant plures, & communi culpa tenebantur,ubi in maiori summa conuentus erat damnificatus,& agit contra tertium,an tertius tutor opponere possit beneficium diuisionis,ut pro uirili solùm teneatur, & beneficium cedendarum actionum.*
20 *Tutor, qui non gessit,conuentus quæ remedia habeat.*
21 *Tutores plures datiui, & testamentarii quomodo teneantur, et quæ beneficia habeant, conuentãtur. Et si unus soluit totum,quomodo sibi consuletur, nu.22.*
23 *Error,qui potest opponi ad impediendum litis ingressum, potest post lit.cont. opponi ad merita.*
24 *Exceptio ordinis uenit opponenda ante litem contestatam. Et quando non habeat locum inter tutores,nu. 26.*
25 *Tutores plures,quorum unus gessit,alter non,qũo teneantur & conueniantur,& qui non gessit,quæ opponere potest, & nu.31.*
27 *Beneficium diuisionis,& beneficium cessionis actionum qualiter differant.*
28 *Defensio faciliùs permittitur,quàm impugnatio.*
29 *Beneficium diuisionis, quando habeat locum inter tutores qui dolosè administrauerunt.*
30 *Beneficium cedendarum actionum non competit doloso.*
32 *Tutor soluens totam quantitatem, intelligitur soluere principaliter,ut liberet contutorem,sicut semetipsum. Idem in correo debendi.*
33 *Fideiussores si sunt duo,& unus soluit insolidum,qualiter intelligatur soluere.*

NEq; pactio. ¶Pactũ, seu transactio cum quibusdã ex tutoribus, uel curatoribus non habet aliis prodesse.h.d.Et pro declaratione p̃supponatis casũ hoc modo.Erant tres tutores,uel cura.qui damnificauerant minorem in cẽtum ex eorum mala administratione,&minor transegeratcũ duobus ex eis pro uigiti:dicitur hic, ꝙ põt nihilominus agere contra tertiũ,sed non bene declaratur hic in tex. an possit agere contra tertium in totum,an uerò pro residuo,an uerò pro uirili,sed hoc declarabitur inf.¶No.
1 1.ex.isto tex.†ꝙ pactum,seu transactio cum uno nõ porrigitur ad alium quantuncunq; habentem ius connexũ, nisi intersit paciscentis porrigi.l.fideiussoris, & l. idem
2 in duobus.ff de pactis.¶No.2.†ꝙ illud dicitur communiter geri,quod geritur à pluribus insolidum,& promis
3 cuè.Et hoc facit ad pulchram quæstionem.†Testator iussit in testamento, quòd hæredes sui deberent habitare communiter, qualiter debeant intelligi ista uerba,Bart. no.in l.Quintus.ff.de annuis leg.dicit,quòd ista uerba, morari cõmuniter,debent intelligi,quòd fructus æqualiter colligantur, & equaliter expensæ fiãt, unde licèt unus ex hæredibus haberet ampliorem familiam,quàm alius,tamen non deberet plus conferre, & notetis bene
4 istam doctrinam Barto.¶Not. 3. quòd pactum factum cum maiore parte non prodest minori. ¶ Not.ultimò,
5 †quòd pactum,seu transactio facta cum quibusdam nõ prodest aliis,& insolidum obligatis.Quid autem si liberatio fuisset facta per acceptilationem. Cyn. & Raynerius dicunt, quòd hoc casu prodesset aliis insolidum obligatis,per l.si ex pluribus.ff de acceptilationibus. & per l.quarta.§.nunc de effectu.ff. de liberatione legata. Sed Barto.hic,licèt de Cyn.mentionem non faciat, dicit, quòd si acceptilatio sit facta ex causa transactionis,tunc non extendetur ultra naturam transactionis. l. age, infra eodem, si uerò fiat ex alia causa acceptilatio, tunc secus esset, quia bene prodesset aliis. Ad-

6 dit Pau.de Cast.† quòd eo ipso,quòd acceptilatio fit ex mera liberalitate uni ex pluribus obligatis insolidum, uidetur fieri pro tota summa,ad quam ille mero iure te nebatur. licèt potuisset opponere beneficium diuisio-
7 nis.Et ideo talis acceptilatio prodest aliis: † quia libera
a tio a est latè interpretanda, si autem acceptilatio fiat ex causa transactionis,non proderit aliis: quia sortitur naturam ipsius transactionis. & nõ egreditur naturã eius. l.si stipulatus.ff.de usur.quod limitat Raph.Ful.nisi post trãsactionem secuta sit acceptilatio super toto:nam secundùm eum non potest unus à toto liberari personaliter aliis remanentibus obligatis.sed uos de hoc dicite, ut in d.§.nunc de effectu.& in l.& ꝓ iusiurandũ. §.si lega
8 torum.ff.de accep.ubi Doc.notant,† quòd imò unus potest liberari à toto aliis remanentibus obligatis.¶ In gl. magna ibi,propter unitatẽ actionis. Pro ista ratione dubitandi facit.l.fi.inf.de duob. reis. Sed ratio decidendi est ad oppositum:quia.l.fin.inf.de duob. re. loquitur in petitione, seu exactione. & ista pertinent ad naturam
9 actionis,sed.l.nostra loquitur de transactione, † & trãsactio non pertinet ad naturam actionis.¶In eadem gloss. ibi,in eo quod accepit.Aduertite: quia in eo quod accepit ex causa transactionis,sibi præiudicat in uim solutionis:non autem iure pacti, uel transactionis: unde nõ intelligatis istum tex.in fi.quòd adultus posset agere cõtra tertium curatorem iterum ad id, quod accepit ab aliis duobus curatoribus: quia in eo, quod accepit ab eis,sibi præiudicauit in uim solutionis.¶ In eadem glo. ibi,uel testatorẽ,cõiũgite istos duos casus simul, & dici-
10 te,† ꝙ qñ administratio tutelę est diuisa à iudice,uel à testatore,puta,ꝙ unus ex tutoribus administret bona,quæ sũt in ciuitate,& alius administret bona, q̃ sũt extra ciuitatẽ, tunc quilibet tenetur ꝓ sua ꝓpria mala administratione, non autem unus tenetur pro mala administratione alterius.l.secunda.inf.de diuid.tut.& si uterque ipsorum malè administrauit,¦& unus ex eis conueniatur pro sua mala administratione,& cum eo sit transactum;alius bene poterit conueniri pro sua propria mala administratione.Et attendite quia hoc casu,quando est tutela diuisa per iudicem, uel testatorem, non est tractandum de beneficiis,de quibus dicam infra:quia illa beneficia habent locum,quando omnes tutores tenentur insolidum, & quando unus conuenitur pro mala administratione
11 alterius,ut uobis declarabo inf.† Est tamen unus casus, in quo quantuncunque tutela non sit diuisa;tamen unus tutor non tenetur pro mala administratione alterius, quantuncunque ille malè administrans non sit soluendo,imò prius est agendum contra magistratum:qui illũ dedit.Accipe exemplum, quando sunt tutores diuersæ speciei,puta, qa unus est datiuus,& alter testamẽtarius, casus est singularis in l.Lucius.§.cum testamẽto.ff.de admin.tuto.& licèt glo.ibi intelligat illum tex.in casu,quãdo tutela erat diuisa, tamen iste intellectus non est bonus,per tex. in d. §. cum testamento, ibi, ac si in partes dimidias: nam iurisconsultus ibi æquiparat illum casũ
12 cum casu, quando esset diuisa tutela. † & nullum simile est idem,l.quod Nerua. ff.depositi. Est & alius casus, in quo quantumcunque tutela non sit diuisa à testatore, neç à iudice, tamen unus tutor non conuenitur pro mala administratione alterius, scilicet quando unus gessit,& alter non, & gerens non est soluendo: nam agetur primò contra magistratum, qui eum dedit,quàm agatur contra contutores.l.1.§.nunc tractemus.ff.de rat. & rat. distrah.& ita uult hic Bartol.& secundùm Pau. de Cast. quando omnes gesserint,sed dolo,uel culpa unius tantũ ex eis damnum contigit: nam perinde est,ac si unus gessisset,& alter nõ.d.§.nunc tractemus.¶In ea.gl.ibi,nisi in casibus ibi dictis.Nã in illa.l.2.tam in tex.q̃ in gl.in uer. prodiderunt,ponuntur certi casus, in quibus non obstã-

te,ꝙ tutela sit diuisa à testatore, uel à iudice;tñ unus tu-
13 tor tenetur pro mala administratione alterius:†unde dubitaĩ an in illis casibus exceptuatis,uerbigratia, qñ unus ex tutoribus dolo neglexit facere remoueri aliũ tutorẽ suspectũ, an hoc casu, si agatur cõtra illũ suspectũ malè administrantẽ,& cum eo sit transactũ,an, nõobstante illa transactione,poterit deinde agi contra alium, qui dolo omisit facere remoueri alium ut suspectum. Richar. de Saliceto, & Raph. Fulg. determinant, quod sic dicentes,quòd idem erit hoc casu, sicut quando tutela nõ est diuisa,& omnes tenentur insolidum.sed Bar. de Salice. hic est in opinione contraria dicens,quòd in casibus exceptuatis in d.l.2.inf.de diuide.tute.pro principali malè administrante alius tutor demũ tenetur in subsidiũ; scilicet inquantùm principalis malè administrans est nõ soluendo, unde in eo, quando plus soluere poterat; quàm ex transactione præstiterit, imputabitur pupillo, quare transegit pro tam modico.& non exegit inquantum soluere poterat ille principalis malè administrans. Plus audẽt dicere quidam Moderni,inter quos est Alexan.de Imo. ꝙ hoc casu pupillus præiudicat sibi in totùm:quia agendo contra illum principalem malè administrantem,& transigendo cum eo, uidetur eum approbasse tanquam idoneum, ita; quòd non potest amplius agere contra alium,contra quem agere non poterat,nisi in subsidium.s. quatenus ille principalis administrans esset non soluendo.Et ipse Alex.de Imol.ad hoc addu-
14 cit doctrinam Cy.& Raynerii uolentium hic, † quòd quando unus ex tutoribus gessit tutelam, & alter non, & deinde pupillus agat contra eum, qui gessit,& administrauit,non poterit postea agere contra alium, qui nõ gessit: quia agendo contra eum, qui administrauit,& transigendo cum eo, uidetur eum approbasse ut idoneum, adeo quòd non potest postea habere regressum contra alium,qui nihil gessit. Ego putarem istam opin. Alex.non esse tutam.Nam Cyn.& Ray. loquuntur, quãdo tutela non est diuisa, quo casu omnes tenentur insoli-
15 dum, † ita quòd usque ab initio bene potuisset conueniri ille,qui nihil gessit;licèt posset se defendere per exceptionẽ ordinis.l.1.& 2.inf.si tut.non gesse.unde agendo cõtra principalẽ,qui administrauit, uidetur agere,& meris uoluntariè eum approbasse,ut idoneum: sed nos loquimur, quando tutela est diuisa à testatore, uel à iudice: quo casu ipse principalis administrans usque ab initio tenebatur solùm pro parte sua, unde si pupillus agat contra eum pro illa parte, hoc facit ex necessitate.
16 ergo non uidetur eum approbasse ut idoneum. † quia
b in necessitatibus nemo liberalis b existit.l.rem legatam. ff. de adimen.& transfer. lega. unde in eo,quod ipse principalis administrans est uerè soluendo, transactio præiudicat minori,in residuo uerò poterit minor habere regressũ cõtra aliũ: q dolo omisit facere remoueri eũ ut suspectũ;nõ est ergo uerũ,ꝙ hoc casu pupillus,seu adultus excludaĩ beneficio approbatiõis,sed tñ iste,qui dolo omisit remouere alium ut suspectum, bene poterit se defendere alio remedio,ut patebit ex inf.dicendis.¶In
17 ead.glo.ibi,sed in alijs duobus.Aduertite,† quia in istis duobus casibus, in quibus tutela, seu administratio tutelæ non est diuisa,uel est diuisa per ipsos tutores, omnes tenentur insolidum,sed quilibet tenetur pro mala administratione alterius,siue omnes gesserint,siue nullus,siue quidam gesserint, & quidam non,siue gesserint cum dolo,siue sine dolo, & cum culpa.Ita uult hic Pau.de Cast. allegans.l. diuus.ff.de admist. tuto. tamen hoc casu ipsi conuento competunt beneficia de quibus.inf.¶In eadẽ glo.ibi in primo.intentio huius glo.est dicere,quòd quãdo omnes tutores sine dolo gesserint, quilibet tenetur insolidum, & quilibet insolidum potest conueniri, si tamen unus conueniatur pro communi culpa.poterit oppone-

opponere beneficium diuisionis,idest quod alius contu
tor, qui etiam culpam cõmisit, conueniatur pro parte
sua,& demum ipse in subsidium.Et si ita figuramus casũ
in l.nostra, s. quòd iste pupillus,uel adultus egerit con-
tra duos ex tutoribus, uel curat. & cum eis transegerit,
tunc præiudicat sibi pro uirili illorũ duorum: ita quòd
per exceptionem diuisionis poterit opponere,& dicere
tertius tutor, seu curator, quòd non potest conueni-
ri,nisi pro sua uirili, non autem debet conueniri pro to-
to eo, quod deest ipsi pupillo. & ista appellatur ex-
18 ceptio, seu appellatur beneficium diuisionis, † & ultra
istud beneficium habet hoc casu ille tutor, qui conueni
tur pro communi culpa,aliud beneficium. s. beneficium
cedẽdarum actionũ.Nam poterit dicere,& opponere ad
uersus minorem,si tu uis, quòd soluam tibi insolidum,
cedas mihi actionem contra alios contutores, & hoc ca
su dicit Bartol. quòd debet fieri cessio pro parte conso
cii,seu pro partibus consociorum.ut habet in l.2.in prin.
inf.de diuid.tute.& in l.1.§.nunc tractemus.ff.de tute.&
ratio.distr.& si ita figuramus casum, reduco uobis hanc
19 l.ad terminos practicæ.† Ponamus,quòd minor transe-
gerit cum duobus ex curatoribus pro uiginti, ubi per
omnes ex omni culpa erat damnificatus in centum, &
deinde agat contra tertium curatorem ad integra octo-
ginta, poterit ipse tertius conuentus opponere benefi-
cium diuisionis, ut non conueniatur, nisi pro sua uirili.
Item poterit opponere beneficium cedẽdarum actionũ,
& hoc casu,q͂a minor non poterit ipsi tertio curatori ce
dere actiones aduersus illos duos:cũ q͂bus transegit,po
terit dicere tertius curator.amice ego nõ possum conue
niri,nisi ꝓ mea uirili,& si soluerem totum illud, qđ tibi
deest,scilicet integra octoginta, licèt tu tenereris mihi
cedere actiones contra alios duos curatores,sed cedere
non potes,quia tu remisisti per transactionem,ideo non
teneor tibi,nisi pro mea uirili: quia culpa tua exclusisti
te à cedendo mihi actiones.l.Stichum. §.pen.ff.de solu.
20 †Est & tertium beneficium, quod appellatur beneficiũ
ordinis,quod habet locum, quando unus ex tutoribus
gessit,& administrauit tutelam,& alius non.Nam si pri-
mò conueniatur ille,qui nihil gessit, poterit se defende
re per exceptionem ordinis dicendo, quòd prius debet
conueniri ille,q administrauit.l.1. & 2.inf.si tut.nõ gess.
Item istud beneficium posset habere locum,quãdo om-
nes tutores gesserunt; tamen sint tutores diuersæ spe-
21 ciei,† puta quia unus est testamentarius, alter datiuus:
nam si pro malè administratis per datiuum conueniatur
testamentarius, poterit se defendere per exceptionem
ordinis,scicet quòd primò conueniatur datiuus,& ma-
gistratus, qui eum dedit. l. Lucius. §. cum testamento.
22 ff.de admini.tuto. † Item istud beneficium potest etiam
habere locum,quando omnes gesserunt; sed tamen do-
lo uel culpa unius tantùm euenit damnum: nam tunc si
conueniantur illi, quorum dolo, uel culpa non euenit
damnum,poterunt se defendere per exceptionem ordi
nis,ut primò conueniatur ille,cuius dolo, uel culpa dã
num contigit,per ea quæ dixi supra. ¶Habemus etiam
quartum beneficium, scilicet beneficium utilis actionis
neg.gest.puta si ille tutor, qui poterat se defendere per
exceptionem cedendarum actionum,non opposuit ip-
sam exceptionem,imò soluit totum: nam poterit agere
utili actione neg.gest.contra contutorem,quatenus sol
uit pro eo.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tute.& rationi.di-
strah.¶Sed aduertite quia glo. & Doct.uidentur ineptè
loqui,dum dicunt,quòd hoc casu, & sequentibus transa
ctio præiudicat pupillo:nam contra ipsum pupillũ non
opponitur exceptio transactionis, sed bene opponũtur
exceptiones,de quibus supra,solutio,fateamini contra-
rium.& sic l.nostra clarè procedit, dum uult,quòd tran-
23 sactio non præiudicet contra tertium curatorẽ, † & ista

inuestigatio est magnæ utilitatis: quia si posset opponi
exceptio transactionis,opponeretur ante lit.contest.ad
impediendum litis ingressum.l.fratris.inf.eo.posset etiã
opponi post litem contestatam ad merita.l.eleganter.§.
24 si quis post.ff. de condic. indeb. † sed exceptio ordinis
uenit opponenda ante litem contestatam: nam post litis
contestationem non posset opponi.Ita no.Bart.in l.fun-
di,& in l.fundum.ff.de except.titu.generali.optimè fa-
cit tex.cum gloss. in l.si mancipium.in §.1.ff.de euictio.
¶In eadem gloss.ibi, unus gessit, & alius non. Pro de-
25 claratione gloss.aduertite:† quia quando unus ex tutori
bus gessit,& alter non; licèt omnes teneantur insolidũ,
ut aliquando dixi supra, tamen prius est conueniendus
ille,qui gessit. unde si primò conueniatur ille,qui non
gessit,poterit opponere beneficium ordinis, scilicet ꝙ
c prius cõueniatur & excutiatur ille qui administrauit c.
l.prima & secunda.inf. si tut. non gesse. & dicto. §. nunc
tractemus.ubi omnia ista beneficia probantur,quod in-
telligatis procedere,quando nõ suo mandato alius ad-
ministrauit. Cæterùm si de suo mandato alius admini-
strasset,non haberet locum inter eos exceptio ordinis].
l.tres tutores.§.non solùm.ff.de administ.tut. Item intel
ligatis prædicta,quando agitur de gestis, uel de negle-
26 ctis,quæ sunt connexa cum gestis; † secus si ageretur de
neglectis, quæ sunt separata ab his quæ gesta sunt: nam
tunc non haberet locum exceptio ordinis. l. tutorem
qui tutelam.& l.tres tutores.uersiculo item in eo. ff. de
administ.tuto.& l.tutores qui.§.in eũ,illo eo.titu.unde
si in casibus,in quibus habet locum exceptio ordinis,
iste tertius,de quo loquitur.l.nostra,fuisset ille, q nihil
gessit,nihilque administrauit,non posset in aliquo con-
ueniri propter exceptionẽ ordinis,& hoc est,quod uult
ista glo. dum dicit, quòd electo gerente cæteri liberan-
tur. Subdit hic Cynus,quòd hoc casu, quando actũ fuit
cum eo,qui gessit, & cum eo fuit transactum, non pote-
rit agi contra alium, qui nihil gessit etiam in eo in quo
ille,qui gessit,est non soluendo:quia eo ipso,quòd actũ
fuit cum eo,qui gessit, & cum eo fuit transactum, fuit
approbatus ut idoneus,ad hoc allegat Cy. l. uir ab eo.
ff.de iure dot.Raph.Fulg.dicit quòd melius facit.l.si pu
pilli.hic in glo. allegata. Si uero illi,qui nihil gesserũt,
fuerunt prius cõuenti,& cum eis transactum,tunc habet
locum.l.nostra.nec habet tũc locum exceptio ordinis.
& ita potest exponi iste text. dum dicit cõmuniterue. i.
quòd non diuiserunt tutelã;tamen unus gessit, & alius
non,& hoc casu transactio facta cum illis, qui nihil ges-
serunt, non nocet,nisi in receptis, pro residuo uerò to-
tius damni,& malæ administrationis potest adultus age
re contra tertium tutorem, uel curato.qui gessit, & ad-
ministrauit,nec poterit se defendere per exceptionem
ordinis secundùm Doc. ¶In eadem glo.ibi,quod est ue
rius.Et sic uidetis glo. istam sequi opinionem Hugolini
glossatoris,qui dicebat,quòd etiam inter eos,qui dolo
sè administrarunt, habet locum beneficium diuisionis,
licèt non habeat locum beneficium cessionis actionũ,
& ista est communis opinio. Ratio differentiæ secundũ
dominos Vltramontanos,& Bar.in l.si plures. ff. de ad-
27 ministr.tuto.& Cyn.& Bal.hic.† quia beneficium diuisio
nis est mera defensio,beneficium autem cessionis actio-
num tendit etiam ad impugnationem, inquantùm con-
cludit eum,cui est facta cessio, posse agere contra con-
28 tutorem actionibus sibi cessis.Et nos habemus,ꝙ † faci-
cilius permittitur defensio, quàm impugnatio.c. cum
inter. extra de exceptioni. Salice. addit aliam ratio-
nem: quia si non haberet locum beneficium diuisio-
nis, dolus alterius contutoris remaneret impunitus,
contra. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Sed
Paul. de Castr. hic pro opinione Azonis allegat. l.
in magistratus.ff.de magistrat.conuenien. & dicit quòd

alii ad hoc nō allegant illam l. Sed pace sua Salice. hic allegat illammet legem,& conatur ei respondere, & ipsemet cōfitetur,quòd suæ responsiones non sunt sufficiētes,& si bene considerabitis, glo. ista in inf. dicendis uidetur approbare opinionem Azonis. Quia tamen opin. Hugolini est communis, & probatur in l. si plures. ff. de administ.tut. ideo nō recedatis ab ea.& ad l.in magistratus. allegatam per Paul. respondebitis, quòd non loquit in tutoribus:sed in magistratibus, & in ista materia magistratus non æquiparabitur tutoribus,ut uult gl.magna in l.Imperatores.ff.ad municip.dū allegat.l.Lucius.
29 in §.1.ff. de administra. tuto. ¶Concludamus ergo, †ꝙ etiam inter tutores,qui dolo administrarunt,habet locū beneficium diuisionis,quod est uerum,quando unus ex tutoribus conuenitur pro communi dolo, secus si conueniatur pro suo dolo proprio: quia tunc non posset se iuuare beneficio diuisionis,secundùm Bartol.hic, quem cæteri sequuntur.per l.1.& 2.inf.si tut.non gesse.¶In eadem glo. ibi non præiudicat nisi in accepto. Aduertite, quia istamet glo.inf.ante uersi.loquitur.uult, quòd isto casu adultus possit agere contra tertium curatorem ad totum illud,quod sibi deest, & in ueritate non reperio in hoc glo.istam bene à Doctori.declaratam, & fortè ex toto non bene dicit: nam si præsupponamus, quòd id, quod adultus accepit à duobus ex curatoribus,contra quos egit,& transegit,accederet ad uirilem illorū duorum,tunc gl.posset bene dicere. sed si præsupponamus, quòd non accedat ad uirilem,& adultus uelit agere cōtra tertium curatorem ad totum illud, quod sibi deest: tunc ipse tertius curator, quantuncunque fuerit in dolo,nō poterit se defendere per beneficium diuisionis,qđ competit etiam doloso secundùm communem opinionem superius relatam, & ideo mirandum est, quòd glo. ita dixerit.Nisi dicamus,quòd fortè uoluit in hoc approbare opinionem Azonis,qui dicebat, quòd inter dolosos non habet locum beneficium diuisionis;& tamen cōmunis opinio uult oppositum.Prædicta intelligatis procedere, quando omnes sunt soluendo: cæterùm si illi, cum quibus transegit adultus,non essent soluendo,bene posset habere recursum contra tertium curatorē,quatenus illi primi non essent soluendo, nec poterit ipse tertius curator,qui etiam fuit in dolo, se defendere be-
30 neficio cessionis actionum: † quia tale beneficium non
d competit doloso [d],ut supra conclusi.Et ex hac gl.ita defensata apparet,quòd doctrina Cyn.& Rayn. dum allegant.l.uir ab eo.ff. de iure dot.non est usquequaque uera:quia quatenus non est soluendo ille,contra quē primò fuit actum,& transactum,potest agi contra alium cōtutorem,si non obstet exceptio cedendarū actionum;secus si obstat:accipe exemplū.Minor egit primò cōtra tutorem, qui solus administrauerat, & cum eo transegit: nam si pro eo, quod sibi deest, uelit postea agere contra alium tutorem,qui nihil administrauit, poterit ipse ultimo loco conuentus se defendere, & dicere aduersus minorem. Tu teneris mihi cedere actiones contra tutorem,qui administrauit,sed eas cedere mihi non potes culpa tua: quia tu transegisti cum eo, & liberasti eum,ideo non potes agere contra me.l.Stichum.§.pen. ff. de solut.& in hoc casu,uel simili posset procedere illa l.uir ab eo.Est bene uerum,quòd non poterit ipse minor allegare,& dicere, quòd transegit pro modico cum illo tutore:quia uidebat illum non esse soluendo, & ita eleganter declarat illam.l.uir ab eo. Bar. in l. si stipulatus.§. si ex duobus. ff. de fideiusso. Ex præmisis infero ad quæstionem, quam tetigi supra circa principium hu
31 ius glo.dum quærebam, † an in casibus exceptuatis,de quibus in tex.& gl.in l.2.§.1.inf. de diuid.tut.si cū principali malè administrante fuerit actū, & transactum, an in subsidium poterit agi contra alium contutorem, & retuli Alex.de Imo.dicere,quòd nō:quia eo ipso,quòd actum fuit contra principalem malè administrantem,& fuit transactum cum eo, uidetur approbatus tanquam idoneus per doctrina Cyn. & Rayner. Sed mihi uidetur, quòd doctrina ipsorum non bene militet in casu isto, quod probo, quia aut iste, qui conuenitur ultimo loco,conuenitur ex suo proprio dolo:& tunc non poterit se iuuare beneficio cedendarum actionum,quia tale beneficium non competit doloso, ut dixi supra, & sic poterit iste ultimus exigi, quatenus principalis administrans est non soluēdo. Aut iste,qui ultimo loco conuenitur,cōuenitur ex culpa sua,puta,quia per culpam omisit facere remoueri alium, ut suspectum: & tunc poterit se defendere beneficio cedendarum actionum, & dicet aduersus minorem: amice tu teneris mihi cedere actiones contra alium tutorem;sed cedere non potes:quia remisisti per transactionē, ergo non potes agere cōtra me. d.l.Stichum. §. penul.Et si dicas, ad quid petitur cessio actionum,cum præsupponamus illum primum tutorem, cum quo transactum fuit, non esse soluendo?respondete,quòd imò cessio actionum uenit fienda contra illum, qui non est soluendo:quia poterit peruenire ad pinguiorem fortunam.l.prima.§.nunc tractemus.ff.de tute.&rationi.distra.¶In eadem glo.in fin.Istæ rationes assignatę hic in gl.nihil ualent,sm̄ Doct. nam prima ratio,ꝙ tutor obligetur ex necessitate,& fideiussor ex uolūtate, nō pcedit,uel ꝙ tutor teneaẗ actione bonæ fidei,& fideiussor actione stricti iuris,nō procedit ista ratio:quia si sint duo rei promittendi;bene tenerētur actione stricti iuris,& tamen si unus soluat totum,habebit utilem actionem negotiorum gestorum contra conreum absque aliqua cessione. l. prima.inf.de duob. reis.Item alia ratio,quam assignat ista glo. dum dicit, quòd fideiussor soluens habet actionem mandati contra debitorem principalē,nō procedit: quia non est generalis. Ponamus, quòd debitor principalis non sit soluendo certè inanis erit actio competens fideiussori,qui soluit.l.nam & is. ff. de dolo. uel finge,quòd fideiusserit pro naturaliter tantùm obligato: certè ille debitor principalis non poterit conueniri efficaciter.l.Marcellus.ff. de fideiuss. Ideo teneatis rationem differentiæ assignatam per gloss.in l.ex facto. ff.de
32 neg.gest.quæ talis est.¶†Nam tutor soluens totam quātitatē, uel conreus debēdi intelligitur soluere principaliter,ut liberet cōtutorē,uel conreū sicut semetipsum.& ideo cū gerat principaliter negotiū cōtutoris,& conrei, non est mirum, si habet utilem actionem negotiorum gestorum contra ipsum conreum, uel contutorem etiā
33 absque aliqua cessione. † Sed si sint duo fideiussores, & unus soluat insolidum, non intelligitur soluere principaliter animo liberandi confideiussorem,sed potius animo liberandi debitorem principalem, ideo non habet utilem actionem contra confideiussorem, nisi sibi cedatur per creditorem.l. ut fideiussor.hic in glo. alleg.

ADDITIONES.

a ¶Quia liberatio. Quid autem importet liberatio facta in ultima uoluntate.uide per Pet.de Ancha.in c. Ioan. nu.17. ext.de testam.

b ¶Nemo liberalis.Adde, ꝙ liberalitas accipitur dupliciter.Ioan.de Turre Cre.in c.liberalem.nu.5.86.distin.& ibidem nu.3.dicit eam esse partem iustitiæ.

c ¶Qui administrauit.Adde,quòd tutoris,& curatoris auctoritas non curatur in his,quæ non sunt in administratione.Dictum est singulare Benedic.de Plumb. in l.seruus furiosi.nu.2.uersi.secundo. ff.de manumis.

d ¶Nō competit doloso. Quia dolus, & culpa priuat quē iuris beneficio dictum est elegans Pet. de Anc.in commento.c.Raynaldus.nu.45.ext.de testa.

In

In l. Cum te proponas.

SVMMAE.

1 *Transactio ut sit ualida, quid requiratur.*
2 *Transigere propriè dicitur actor, reus impropriè. Et quid sit transigere. nu. 4.*
3 *Statutum loquens de transigente an comprehendat reum.*
4 *Reus dicitur actor in suis exceptionibus.*

CVm te proponas. ¶ Valet trãsactio facta etiam timore futurę litis. Hoc dicit.
1 ¶ Nota, † quòd ad ualiditatem transactio nis requiritur, quòd lis sit mota, uel quod speretur moueri. Et ideo tabelliones in instrumento transactionis consueuerunt apponere ista uerba, & dictæ partes occasione litis tam præsentis, quàm futuræ deuenerunt ad hanc transactionem &c. ¶ In gl. in fi. cum qua omnes transeunt, ego colligo ex ista glo. † quod actor
2 dicitur propriè transigere[a], reus autem impropriè. Et ex
a hoc uidetur inferendum, † quòd in statuto loquente de
3 transigente non comprehendatur reus: quia uerba statuti debent intelligi propriè, non autem impropriè. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit. Ego putarem comprehendi in tali statuto etiã reum: † quia reus in suis exceptionibus dicitur actor. l.
4 in exceptionibus. ff. de probat. & transigere nihil aliud est, quàm à lite recedere: & hoc etiam conuenit reo. & notabitis istam gloss. quam nemo ponderat ad prædicta.

ADDITIO.

a ¶ Transigere. Transigere quare non liceat de spirituali bus. Vide per Pet. de Anch. in c. super eo. nume. 2. extra de transact.

In l. Age cum.

SVMMAE.

1 *Lex, uel Superior quando aliquid præcipit, quod tendit ad commodum eius, cui præcipitur, illud dicitur consilium, & non præceptum.*
2 *Principum rogamina habentur pro præceptis.*
3 *Rogationes Ducum an sint species uiolentæ.*
4 *Iudex ex officio suo potest cogere partem ad declarandum suam generalem exceptionem, & etiam libellum.*
5 *Iudex potest supplere in iure, & facto in his, quæ sibi constant ut iudici.*

AGe cum. ¶ Si petitio est generalis & prosecutio specialis, & transactio etiam specialis, non præiudicat etiam, nisi in prosecutis. h. d. secundùm communem intellectum. ¶ Not. ex isto
1 tex. iuncta glo. 1. † quòd quando à Superiore, uel à lege aliquid præcipitur, quod tendit ad commodum eius, cui præcipitur, illud est consilium, & non præceptum. facit pro hac opinione tex. cum Bart. in l. 2. §. fi. ff. manda. & econtra, quando superior rogat in his, quæ spectant ad commodum ipsius rogantis, tale roga
2 men habet uim præcepti, † & ideo rogamina Principũ habentur pro præceptis. Ista est glo. singul. in l. 1. in uerbo, quemadmodum. ff. quod iussu. Et ideo Bal. in l. om-
3 ne uerbum. inf. commu. de leg. dicit, † quòd rogationes Ducum sunt species uiolentę iubendi. Sed dominus Abbas Sicul. in c. Abbas. ext. quod met. cau. dicit, quòd illa glo. l. 1. §. 1. ff. quod iussu. debet intelligi, quando Princeps est talis conditionis, quòd consueuit insæuire contra illos, qui non parent rogaminibus suis. & istam limitationem perpetuò notetis. ¶ Not. ulterius ex isto text.
4 † quòd iudex ex suo officio, etiam parte non opponente, potest cogere reum ad declarandum suam exceptionem generalem, & obscuram. & eadem, & fortiori ratione potest ex officio cogere actorem, ut declaret suũ libellum generalem, & obscurum: quia ipsius interest, ut certam possit ferre sententiam. Ita dicit hic eleganter Bald. Idem tenuit ipse Bal. in l. 1. in fi. inf. ut quæ desunt aduo. par. ¶ In gl. super uerbo, iudicij. ibi, ut iudici. ¶ No
5 tetis glo. quæ semper allegatur, † quòd in his, quæ constant iudici, ut iudici, puta quia appareret ex actis, & ex processu, iudex potest supplere in fauorem partis, etiam in facto. ego allego Inn. ita uelle in c. ex insinuatione. extra de appel. & in c. in præsentia. ext. de renuncia. & hoc uult Ang. & expressè in l. si unus. §. pactus ne peteret. in ult. col. ff. de pac.

In l. Actione.

SVMMAE.

1 *Actio de dolo datur contra transactionem dolo factam.*
2 *Contractus quando est dolo initus, est in potestate dolum passi facere obseruari contractum aduersario inuito.*
3 *Pœnitentiæ non est locus in transactione.*
4 *Conditio non debet scindi.*
5 *Dolus remittitur, quando liberatio est facta inter uiuos.*
6 *Testatore remittente redditionem tutelæ, talis remissio non extenditur ad ea, quæ dolo sunt acta, & quid operetur talis remissio.*

1 ACtione. ¶ † Si actor dolo fuit inductus ad transigendum, & liberauit reum, nullum aliud remedium habet, nisi actionem de dolo. Hoc dicit secundùm unũ
2 intellectum. ¶ Nota, † quòd quando contractus est nullus ratione doli, est in facultate dolum passi facere obseruari illum contractum inuito aduersario, qui dolum commisit, tex. est notabilis in l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. empti. Et ita etiam uult Bar. post glo. in l. eleganter, in princ. ff. de dolo. quod notetis. & uidete bonam gl. in l. à Diuo Pio rescriptum est, si libertina. ff. de ritu nupt. Sustinendo opinionem Placentini potestis dicere, quòd in casu huius l. iste, qui conuenit non agere, uel petere, non potest implere perfectè: quia si nõ agit hodie, poterit agere cras, uel hinc ad annum, ergo perfectè non potest implere, ut uult glo. in l. 1. in fin. glo. magnæ supra tit. 1. ergo sibi nõ datur actio præscriptis uerbis, quia illa non datur, nisi perfectè adimplenti. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. uer. non etiam potest agere condictione ob causam ex capi
3 te pœnitentiæ: † quia in transactione non est locus pœnitentiæ. l. quamuis. inf. eo. non etiam potest agere condictione ob causam ex capite causæ non secutæ: quia talis condictio non datur, nisi aduersarius sit in mora. l. dedit. §. 1. & 2. ff. de cond. ob causam. Et in casu nostro aduersarius non potest dici in mora: quia altera pars, quæ conuenerat non agere, & non petere, nunquam potest perfectè implere: ergo non constituit aduersarium in mora. Et quòd requiratur mora aduersarii, alle. duos text. primum. in l. si pecuniam, ibi, per te non steterit, alium in eadem l. §. sed ubi accepit, uers. quod si moram nõ fecerit. ff. de cond. ob causam. & pro sententia Bar. defensantis Placentinum adduco unum fundamentum: nã si

obligo

obligo mihi unum sub conditione, si aliquid fecero, nõ sufficit, quòd illud faciam pro parte, nisi perficiam in to-
4 tum: † quia conditio non debet scindi. l. cui fundus. ff. de conditi. & demonstra. ¶In glo. fi. in fin. Signabitis hanc glo. quæ uult, quòd si in ultima uoluntate quis relinquat liberationem tutori, uel cura. suo, non uidetur eum libe
5 rasse à dolo, si fortè dolosè aliqua administrasset; † secus si liberatio esset facta inter uiuos: quia tunc intelligeretur etiam dolus remissus, & hanc glo. pro singulari põderat dominus Bal. in l. cum necessitatem. C. de fideicom. & Bartol. sequitur istam glo. in l. Aurelius. §. cuius.
6 ff. de liber. lega. ¶Nota, † quòd si testator prohibeat, ne ille, qui fuit tutor, uel cura. suus, reddat ratiõe administrationis, talis prohibitio, taleque relictum non se extendit ad ea, quæ fuissent per dolum, uel latam culpam malè administrata: quia de illis teneretur reddere rationem; secus si per culpam leuem, uel leuissimam malè administrasset: quia de illis non teneretur reddere ratioñe. Ita uolunt Bal. & Imo. in l. si seruus uetitus. ff. de lega. 1. ubi tex. probat, quòd tale legatum, secundùm quod rationes non exigetur, operatur, ne fiat scrupulosa inquisitio contra illum. Videte tex. & Bartol. in l. quidam decedens. ff. de administ. tuto.

In l. Cum te transegisse.

SVMMAE.

1 *Transactio etiam sine scriptura ualet.*
2 *Confessio facta in libello, uel supplicatione oblatis Principi facit fidem cõtra ipsum confitentem, & præiudicat confitẽti perinde, ac si esset facta in libello conuentionali.*
3 *Confessio facta in absentia aduersarij non facit fidem contra confitentem.*
4 *Scriptura, quæ fit de contractu, ad quid fieri præsumatur.*

1 CVm te transegisse. ¶† Valet trãsactio etiam sine scriptura. Hoc di. ista. l. ¶Nota
2 ex ista. l. † quòd confessio a facta in libel-
a lo, uel supplicatione Principi oblato, uel oblata facit fidem contra ipsum confitentem, & præiudicat confitenti perinde, ac si esset facta in libello conuen-
3 tionali. ¶Addite. l. 2. ff. de insti. & subst. sub cõd. fac. † Se
b cus in cõfessiõe facta uiua uoce in absentia aduersarii b: quia non facit fidem contra confitentẽ. Ita notat Bar. in l. certum. §. si quid absente. ff. de confessis. Nota ultimò,
4 † quòd scriptura, quæ fit de contractu, præsumitur fieri ad probationem, non autem ad substantiam. ita probatur hic. ¶Sunt tamen aliqui casus: qui ad eorum substantiam requirunt scripturam, adeo quòd sine scriptura nihil ualerent, gl. est magist. in c. primo. ext. de censi. lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶Quòd confessio. Adde, quòd confessio, & sententia faciunt rem notoriam. Pet. de Anch. in c. uestra. nu. 9. ext. de cohab. cler. & mulie.

b ¶In absentia aduersarij. Vide per eundem Iac. in l. 2. inf. de insti. & substi. & an talis confessio præiudicet. Vide latè per Pet. de Anch. in c. si cautio. nu. 5. ext. de fi. instr.

In l. Cum mota.

SVMMAE.

1 *Agi qualiter debeat contra non obseruantem transactionem.*
2 *Stipulatio apposita contractui innominato sequitur eius naturam.*
3 *Effectus transmissionis ad hæredes inductus per litis contestationem, extinguitur per transmissionem.*
4 *Actio quæ dicatur natiua, & etiam quæ datiua. nu. 5.*
6 *Suscipere, uerbum, & uerbum, accipere, si apponuntur in contractu innominato capiuntur pro dare.*
7 *Verba quando sunt dubia: quia non constat, an importent conditionem, an uerò modum, in dubio interpretari debemus, quòd importent modum.*
8 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
9 *Modus non impedit natiuitatem obligationis, & actionis.*
10 *Actio de dolo quando oriatur contra non dantem ex contractu innominato, facio, ut des.*

CVm mota. ¶Diuiditur in duas. In prima ponitur unum dictum exclusiuum. In secunda dat remedium. Secunda ibi, uerum, h. d. † Querela
1 per transactionem extincta nõ potest suscitari per hæredes transigentis; sed contra aduesarium non seruantem promissa agetur ex stipulatione, si fuit interposita, aliàs autem agetur præscriptis uerbis ad interesse. h. d. ista notabilis lex. ¶Nota ex isto tex. hic bene
2 probari, † ꝙ stipulatio continens rem dari apposita in contractu innominato sortitur naturam ipsius contractus innominati, declaro. Nam in stipulatione, rem dari non succedit obligatio ad interesse contra nõ dantem, imò præcisè cogitur dare, l. ubi autem non apparet. §. fi. ff. de uer. obligat. & tamen quia stipulatio rem dari fuit apposita in contractu innominato, idest in transactione sortitur eius naturam, adeo quòd ipsa actio ex stipulatione datur ad interesse, sicut contingit in cõtractibus innominatis. tex. est hic notabilis. ¶Opponitur, ꝙ hęredes matris possint agere querela inofficiosi ex eo, quòd aduersarij fregerint fidem, per l. cum proponas. sup. tit. 1. & per l. si instituta. ff. de inoffi. testa. Soluit Bar. quòd in casu legis nostræ ista querela desiit esse præparata propter transactionem per matrem celebratam. Et
3 ex uerbis Barto. habetis notare, † quòd effectus transmissionis ad hæredes inductus per litis contestationem extinguitur per transactionem. & ad hoc Ange. in l. fi. ff. de priu. delic. dicit istum text. cum sua glo. esse singularem. Sed intelligatis hoc procedere, quando transactum fuit super instantia sola, & ita intelligitur Bartol. in l. prima, inf. de præscript. longi tempo. ¶Item secus si esset perempta instantia per lapsum triennii: nam tũc fieret trãsmissio ad hęredes, & duraret effectus trãsmissionis, sicut duraret uitium litigiosi, ut uidistis per glo. in uerbo iudicii. in l. properandum. §. & si quidam. infr. de iudi. ¶Quia in l. nostra dubitatur, nunquid ista actio præscriptis uerbis sit natiua, an uerò datiua: in qua dubitatione Bartol. hic dicit, quòd est datiua. sed Bal. Ang. & Raph. Fulgo. tenent, quòd sit natiua: do uobis regulam magistralem,
4 † ꝙ illa actio dicitur natiua a, quæ habet præexistentem
a materiam, ex qua oriatur. Ista regula probatur in l. iuris gentium. post prin. ff. de pactis. Accipe exemplum, ego uendo tibi librum, uel loco tibi domum, ex ipso contractu oritur obligatio, & actio. Et dicitur natiua: quia ha-
5 bet materiam præexistentem, ex qua oriatur. † Quando uerò actio non habet præexistentem materiam, ex qua oriatur, dicitur datiua. Exemplum, ego cedo tibi actiones meas, quas habeo contra debitorẽ meum absentẽ, tu, q es cessionarius, potes agere utili actione contra illũ debitorẽ, & ista actio utilis est datiua: quia non habet pexistentem materiam, ex qua oriatur: quia inter te cessionarium, & illum debitorem, cõtra quem cessi tibi iura, nullum negotium gestũ est. Ita dicit Bar. in l. 1. inf. de actio. & obli. quod notetis. ¶In glo. 2. Ex hac glo. iuncto tex.
6 habetis colligere, † quòd uerbum, suscipere, & uerbum, accipere, si apponantur in contractu innominato, capiũtur

tur pro dare, ideſt dominium transferre. §. ſic itaque. Inſtit.de actio. Non obſtat.l.naturalis.in §.primo. ff. de præſcrip.uerb.ubi uidetur probari contrarium:quia reſpondeo diſtinguendo,aut enim uerbum,accipere, uel ſuſcipere, addiicitur obligationi certæ ſpeciei in contractu: innominato& tunc non capitur pro dare, nec im portat trãſlationem dominij. Ita loquitur l.naturalis. in §.1.Aut adijcitur obligationi generis,& tũc capitur pro dare, & importat translationem dominii. & ita capitur
7 hic.¶ Nota,† quòd quando uerba ſunt dubia: quia non conſtat,an importent conditionem,an uerò modum, in dubio debemus interpretari, quòd importent modum, ſecundùm Doctores ad hoc allegantes.l.quæro.§.interlo cutorem.ff.locati.Non obſtat.l.à teſtatore.ff.de cõdi. & demũ.ubi uĩ ꝓbari,ꝙ in dubio uerba importãt conditionẽ,q̃a rñdeť,ꝙ ibi hoc ꝓuenit ex natura uerborũ ablatiuorũ abſolutè poſitorũ. Hinc allegamus illã l. à te-
8 ſtatore, † ꝙ ablatiui poſiti abſolutè important conditionem.ad quod concordat l.ab emptione.ff.de pactis. De hac materia uidete notabiliter per Bal.in l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cau. Iſta inueſtigatio eſt magnæ utilitatis:
9 † quia modus non impedit natiuitatem obligationis, & actionis.l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de cond. & demon.ſecus eſt in conditione: quia impedit natiuitatem obligationis,& non naſcitur actio, niſi purificata condi-
10 tione.l.cedere diem.ff.de uerb.ſigni. ¶Nota, † quòd ex contractu innominato,facio ut des, oritur actio de dolo contra non dantem,quando ex illo facto,ſeu implemento facti nihil adeſt aduerſario.& ita loquitur.l.naturalis.§.ꝙ ſi faciam.ff. de præſcrip.uerb.Quando uerò ex implemento facti aliquid adeſt aduerſario;tunc ex con tractu innominato, facio ut des,naſcitur actio præſcriptis uerbis: ita intelligatur iſta lex, de hoc notatur in l. cum proponas.inf.de dolo.

ADDITIO.

a ¶Actio dicitur datiua.De actione datiua,& natiua uide per eundem Iaco.in l.iuriſgentium,in prin.ff.de pac.

In l.Tranſactionis.

SVMMAE.

1 *Procurator datus ad lites non poteſt tranſigere, nec recipere ſolutionem,nec compromittere.*
2 *Minor 25.annorum eo ipſo,quòd compromittit in alium,dicitur lædi.*
3 *Cõſuetum ex ſtatuto loci intelligitur interueniſſe in mãdato.*

1 TRanſactionis.¶†Procurator cõſtitutus ad litem non poteſt tranſigere. h. d. Nota ſummarium. Item procurator datus ad litem nõ poteſt gratis paciſci. l.ſed ſi tantùm.ff.de pac.Item non poteſt recipere ſolutionem, tex.eſt notabilis in l.hoc iure. ff. de ſolu. item non poteſt compromittere de iure,& facto,quia tale compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis.§.1.in Auth.ut differen.iud.Item procurator ad lites conſtitutus non habet poteſtatem com promittendi etiam de iure tantũ, ita uult Bar. in l.mandato generali.ff.de procura. & omnes Canon. in c. per tuas.extra de arbit.& ita teneatis.licèt Ang.in d.l.man-
2 dato generali, teneat contrarium & malè. † Et nota, ꝙ minor.25.annis eo ipſo, quòd compromittit in alium, dicitur lædi, adeo quòd poteſt petere reſtitutionem in integrum.l.ſi minor.25.annis filio.in §.primo.ff. de minor.limitabitis hanc.l.niſi ſtatuto loci caueretur,ꝙ partes cogantur ad compromiſſum, quia tunc procurator
3 poſſet compromittere.ratio eſt: † quia id,quod uniuerſaliter eſt conſuetum ex forma ſtatuti loci, intelligitur ueniſſe in mandato procuratoris. ar. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff.de ædili. edicto.& l. uel uniuerſorum. ff.de pig.actio.Notatur per Angel.in l. bene à Zenone. inf.de quadri.præſcrip.& per Barto. in l.ſi.ff.de his quæ in frau.credi.

In l.De alimentis.

SVMMAE.

1 *Tranſactio alimentorum futurorum requirit auctoritatem iudicis.*
2 *Alimentare qui ſe poteſt aliunde, an poſſit petere alimenta alia ſibi debita à patre,uel iure actionis. & nu.3.*
4 *Pater tenetur reddere pecuniam à filio mutuo acceptam cauſa alimentorum.*
5 *Monachus non poteſt petere ab Abbate alimenta præterita, ſed bene futura.*
6 *Vxor mortuo uiro qualiter debeat agere ad alimenta.*

1 DE alimentis.¶† Super alimentis de ꝑterito poteſt liberè tranſigi, ſuper futuris autẽ nõ poteſt tranſigi ſine Prætore.hoc dicit.¶Nota ex iſta. l. quòd ille,qui aliunde ſe alimenta-
2 uit, poteſt nihilominus alimenta a de ꝑterito petere ab eo, qui tenebatur eum alimentare, quod uerum intelligatis,ſi illa alimenta debebantur iure actionis,ueluti ex
3 promiſsione inter uiuos, uel ex ultima uoluntate, † ſecus ſi officio iudicis deberentur, ut eſt dare exemplum in patre,qui tenetur alimentare filium:nam ſi filius aliunde fuit alimentatus,non poterit alimenta pręterita petere à patre, ita bene futura. l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſcẽ. Fallit,ſi filius accepiſſet pecuniam mutuam ab
4 aliquo pro ſe alimentando: † nam pater teneretur eam reddere.Ita dicit Bartol.in l.ſi.ff.de in rem uerſo. quod
5 nota.†Item monachus non poteſt petere alimenta pręterita ad Abbate,ita bene futura.Ita dicũt domini de Rota ſua concluſio.300. incipiente. item quòd monachus. Notatur in c.ex parte.extra de accuſati.per hanc l. dicit Bal. quòd uidua,cui deberentur alimenta, ſi aliunde ſit alimentata,qu[illegible] per hære[illegible] defuncti, poterit ab ipſis hæredibus petere alimenta ꝑterita, ſed Pau. de Caſt.de hoc melius loquitur in.l.diuortio.ff.ſol. mat. ubi dicit, quòd ſi uidua in primo anno mortis mariti ſui fuit aliũde alimentata, non poterit petere alimenta ab hæredibus uiri: quia ita demum teneretur eam alere, ſi non habent unde ſe alat, ut notat gloſſ. in dicta l. diuortio. Notatur etiam in l. unica. §. exactio.inf.de rei
6 uxor.actio. †Vnde cautela eſt ſecundùm eum, quòd uidua mortuo uiro ſtatim interpellet hæredes uiri, quòd præſtent ſibi alimenta,uel reſtituant ſibi dotem,& ſi neutrum faciant, poterit capere pecuniam mutuam ab aliquo,& hæredes uiri tenebuntur eam reddere, ſi uidua conſumpſit illã pecuniam pro ſe alimentando,qđ note.

ADDITIO.

a ¶Alimenta. Qualiter differant alimentum corporale. & ſpirituale.uide per Ioan.de Turre Cre. in c. peracta num.3.de conſec.diſt.2.

In l.Si ſuper poſſeſsione.

SVMMAE.

1 *Tranſactio conditionalis ualet.*
2 *Actor non poteſt purgare moram ad conſeruandum ſibi actionem,*

Mor

3 *Mora non purgatur in dispositione conditionali.*
4 *Timens sibi uim inferri potest adire iudicem, ut prouideat, ne uis sibi inferatur, idem in timente de excussione. nu. 5. Et in timente offendi. nu. 6.*

1 SI super possess. ¶† Valet transactio etiā conditionalis, & sufficit, ꝙ ad transigentem aliquid poterit peruenire, & transactio parit exceptionem, etiam aduersus rea-
2 lem actionem. h. d. ¶ Nota ex ista. l. † ꝙ actor non potest purgare moram, etiam quantùm ad conseruandum sibi actionem, ubi est dies, & pœna. Non obstat. l. si ita quis. in §. Seia. ff. de uerbo. obliga. quia iste text. loquitur
3 in dispositione conditionali, † in qua non est licitum purgare moram, ut uidebitis in l. si maior. inf. eodem. uel aliter actor potest purgare moram ad conseruandum sibi actionem primam, etiam si sit dies, & pœna. d. §. Seia. sed in casu. l. nostræ uolebat conseruare primam actionem, & nouam acquirere, & hoc facere non potest, ut hic. De materia habetur in l. si insulam. ff. de uerborū
4 obligationi. ¶ Nota secundùm Bal. † ꝙ ille, qui timet sibi uim inferri, potest adire iudicē, ut prouideat, ne uis sibi inferatur. ¶ Addite uos tex. & eundem Bald. in l. si seruus. inf. quod cum eo. ¶ Addite eundem Bal. qui clariùs loquitur, quàm hic. in c. 1. §. fi. in pen. col. in tit. quæ sit prima causa beneficii amit. Dicit etiam Bal. in l. si pa-
5 ter. inf. qui bonis ced. poss. † quòd ille, qui timet, ne excusio fiat in bonis eius ꝓ debito alterius, potest adire iudicem, ut prouideat, ne excusio fiat in bonis eius pro alieno debito, quod est menti tenendum. ¶ Addite Bar. in l. sanctum. ff. de rer. diuisi. ubi dicit, quòd ille, qui timet offendi per alium, potest adire iudicem, & petere, quòd sibi det familiam, quæ associet eum, sed ille sic timens debebit ministrare sumptus illi familiæ. glo. singularis in l. fina. infr. de erogatio. milita. annonæ. libro. 12.

In l. Fratris tui.

S V M M AE.

1 *Exceptio transactionis est exceptio litis finitæ. Et exceptio præscriptionis. nu. 2.*
3 *Agens ex una causa, & succumbens, siue super ea transigens an aget postea de nouo ex alia.*
4 *Libellus non est offerendus in transactione, sed sufficit petere, quòd transactio obseruetur.*
5 *Pœnitentiæ est locus in contractibus innominatis re integra.*
6 *Statuto cauetur, quòd de litibus inter affines fiat compromissum, super re decisa transactione non potest compromitti.*

FRatris tui ¶De negotio sopito ꝑ transactioem non est licitum amplius mouere quęstionem. Hoc dicit. ¶ Nota ex isto tex. id, ad quod fre-
1 quenter allegatur, † quòd exceptio transactionis est exceptio litis finitæ. Et de istis exceptionibus litis finitæ est tex. notabilis, qui numerat eas, in c. 1. extra de litis contest. lib. 6. ¶ Notatur in l. eleganter. §. si quis post ff. de condi. inde. & in l. nam postea. ff. de iureiur. & per Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudica. solui.
2 & dicit hic Bart. † quòd exceptio præscriptionis est litis finitæ. ¶ Addatis eundem Bartol. ibi qui pleniùs loquitur de hoc in l. finali. ff. pro suo. Ego limito prædicta, ꝑ ea quæ eleganter ponit Bar. in l. si quis libertatē. ff. de pe-
3 titi. hæred. ubi dicit, † quòd si tu egisti contra me ad fundum rei uendicatione, expressa certa causa, puta quia dicebas te dominum illius fundi ex legato tibi facto, & nos ambo trāsegimus super illa cā, & ex trāsactione fundus mihi remansit, postmodum tu adhuc agis contra me ad eundem fundum rei uendicatione generaliter, non exprimendo aliquam causam: ego oppono exceptionē transactionis super illo fundo factæ, utrùm iudex debebit me compellere ad cōtestandum litem, uidetur quòd non, per istam. l. In contrarium determinat Bar. in illa. l. si quis libertatem, dicens, quòd iudex coget me ad contestandum litem, & ad procedendum ad ulteriora, ita tamen, quòd pronunciet in hoc nouo iudicio non posse deduci illam causam, super qua transactum fuit, & hoc dictum nunquam exeat memoria uestra. ¶ Addatis etiam, quòd sicut exceptio transactionis ex parte rei est impeditiua processus, quia est litis finitæ, ut
4 dixi supra: † Ita ille, qui agit ad obseruantiam transactionis, nō habet necesse offerre libellum, sed solùm habet petere obseruantiam transactionis. Ita dicit Ioan. And. post Inno. in ca. 1. extra de libelli oblat. ¶ Nota ex ista.
5 l. † quòd licèt in contractibus innominatis re integra sit locus pœnitentiæ. l. si pecuniam. ff. de condi. ob caus. tamen fallit in transactione odio litium. Et per istum text.
6 dicit eleganter Bar. † ꝙ si statuto cauetur [a], ꝙ causæ inter
a affines compromittantur, ille, qui opponit exceptionē transactionis, uel aliam, quæ sit litis finitę, non tenebitur compromittere: quia motor litis iam sopitæ ad aliquid non debet audiri, l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. pro hoc dicto allego uobis eundem Bal. in l. si iudex. in fine commenti. ff. qui sunt sui, uel alie. iur. ubi refert quoddam consilium, quod incipit. Philippus. & dicit, ꝙ de quacunque re non potest fieri processus, de illa non teneretur quis compromittere.

ADDITIO.

a ¶ Statuto cauetur. De hoc statuto, uide per eundem Iacobi. in l. 1. ff. eo. tit.

In l. De fideicommisso.

S V M M AE.

1 *Transactio super fideicommisso reciproco ualet.*
2 *Pactum, quod potest à principio damnum, & emolumentum afferre, tenet, & ualet: nec se exinde læsum quis prætendere potest, nec potest, petere se restitui. Idem in emptione.*
3 *Emi ab ecclesia unum prædium utēdum fruendum per me ad uitam meam pro centum florenis: ego uixi tanto tempore, ꝙ percepi ex illo fundo ultra centum, an iste contractus sit licitus.*
4 *Pax, & concordia qualiter differant.*

1 DE fideicommisso. ¶† Super fideicommisso reciproco ualet transactio, nec per hoc dicitur quis lædi. Hoc dicit. ¶ Nota
2 ex ista lege, † quòd pactum, quod ab initio potest afferre emolumentum, & damnum, ualet, & tenet, quantumcunque ex post facto inducat damnum, tamen ex hoc non potest quis dicere se læsum, nec minor ex hac causa posset petere restitutionē in integrū, & iste tex. est singularis, secundùm Bal. in l. cum Archimedoram. inf. ut in possessio. legat. ¶ Et iste tex. facit in
3 ar. ad pulchram quæstionem. † Ego emi ab ecclesia unū prædium utendum, & fruendum per me ad uitam meā pro centum florenis, ego uixi tanto tempore, quòd percepi ex illo fundo ultra trecentum, nunquid iste cōtractus est licitus. Docto. determinant quòd sic: quia poterat euenire casus incontrarium, scilicet quòd ita pauco tempore uiuerem, quòd non habuissem adhuc illa centum. Idem uolunt Doctores in l. si pater puellæ. inf. de inoffic. testa. & Inno. & Canon. in c. in ciuitate, extra de usur.

de usu.& per d.Pet.de Anch.in sua disputatione incip.
4 Antiquis,& Modernis temporibus.¶Nota differentiam inter pacem,& concordiam. Nam concordia nihil aliud est,quàm sedatio discordiæ c.ita quorundam,& c. indẽnitatibus,ext.de elec.libr.6. & concordia potest esse ad
a tempus,pax uerò est perpetua.l.1.in prin.ff.de pac.

ADDITIO.

a ¶Pax uerò est perpetua.Et ideò ab omnibus seruari debet,ut in c.1.ext.de pac.per Ioan. And.& Pet.de Anch. in rub.& c.1.ext.de treug.& pac. Adde Philip.Cor.consil.185.incip.licèt in hac consultatione.in 3.uolu Et fauore pacis multa specialiter contra regulas iuris conceduntur,ut consuluit Roma.consi.suo 332. incip.quò ad primum.in 4.dub. Ita quòd causa pacis mandatum non finitur morte,ut decidit Bal.in addi.ad Spec. in titu.de homine in ultimis uerbis.& pro singulari multùm commendat dominus Ias.in l. eius qui in prouincia,in uersi. placebat.in 4.fallen.ff.si cert.pet.

In l.Præses prouinciæ.

SVMMAE.

1 Administrator constitutus à populo ciuitatis ipso iure dicitur habere liberam.Fallit,ut nu.23. & 4.

2 Syndicus an dicatur habere liberam facultatem.

5 Potestas ciuitatis sine consensu ciuitatis non potest remittere debitum,quod alius debet ciuitati.

7 Administrator legitimus non habet potestatem remittendi debita liquida,neque donandi.Fallit,ut ibi.

7 Præscribi qui patitur rem,dicitur alienare,& consentire alienationi.

8 Pater quando potest alienare bona filii,tunc non est opus decreto iudicis.

9 Tutor potest remittere debitori pupilli bona fide debitum usurarium.

PRæses prouinciæ.¶Administrator ciuitatis potest de re dubia transigere, sed non potest debitum liquidum gratis re-
1 mittere.h.d.¶Nota,ꝙ administrator constitutus à populo ciuitatis ipso iure dicitur habere libe-
2 ram,quod patet,quia aliàs non posset transigere.¶†Secus esset in Syndico constituto à capitulo,uel collegio aliquo:quia ille non diceretur habere liberam Ita uolũt
3 Cyn.& Bal.in l.1.§.per procu.in inte.rest.peti pos.¶†Itẽ secus esset in Syndico constituto à regente ciuitatẽ, ut sunt Decuriones,seu consiliarii, qui uulgò appellantur credendarii. Nam talis Syndicus æquiparatur simplici proc.Istud est aureũ dictũ.Bar.in l.iusiurandum,& ad pe
4 cuniã.§.defensor.ff.de iureiu.¶†Idem est in Prioribus,& Antianis ciuitatis, quia illi non dicuntur habere liberam.Ita loquitur gl.in l.item magistri.ff. de pac. ¶ Idem est in Potestate ciuitatis.Et ideo dicit hic eleganter Bar.
5 †quòd Potestas ciuitatis sine consensu ciuitatis non posset remittere debitum, quod alius debet ciuitati, per l. prohibere.§.planè.ff.quod ui aut clam.¶Plus dicit notabiliter Bal.in l.iusiurandum,quod ex conuentione.§.fin. in ultimis uerbis.ff.de iureiu. quòd in mandato iurisdictionis concessio liberæ nihil operatur, quia omnia re-
6 feruntur ad iustitiam.¶Nota, quòd licèt administrator legitimus non habeat potestatem remittendi debita liquida,neq; donandi,tamen fallit in tutoribus personarum illustrium,quia possent remittere,& donare.Ita no. Inno.in c.grandi,ext.de suppl.negli.prælat.Fallit etiam in casibus notatis per gl.& Doc.in l.contra iuris.§.fi. ff. de pac.¶In glo.in fi. Doc. communiter respondent ad l. aduersus,inf.de usur. quòd non loquitur in remissione, nec in pacto,sed in præscriptione.Fulg.reprehendit,per tex.in d.l.aduersus,in uerbo,taciti pacti. Sed defendite
7 solutionem Doc.quòd ille,qui patitur rem præscribi,dicitur alienare,& cõsentire alienationi.l. alienationis uerbũ.ff.de uerb.signi. Alii respondent,quòd in l.aduersus, est speciale odio usurarũ. Vos potestis aliter respondere,quòd ibi non uidetur factum ab administratore ciuitatis,sed à tota ciuitate, quæ uerisimiliter sciuit tanto tẽpore solui minores usuras, & ipsa ciuitas uidetur remisisse,non autem administrator. ¶ Notetis tamen unum,
8 quod uult hic Bal.dum dicit,†quòd in casibus,in quibus pater tanquàm legitimus administrator potest alienare bona filii immobilia,non requiritur tamen decretum iudicis. Allegat Azo.in summa,in titu.de bonis,quæ libe. ultra medium. ¶Item uult Bald.in l.1.ff. de reb. eo. & in l.cum emancipatis,infra de præd.mino ¶Addite Angel.in l.de re filiorum. ff. de transactio. & ita teneatis, quicquid dicat hic Salice.¶Notetis caudam huius gloss.
9 ꝗa singularis est,ut uult hic Bal.Ex qua colligitis,† quòd tutor debitum usurarium potest bona fide remittere debitori pupilli,& pro ista parte facit,quia si propter salutem corporis pupilli potest diminuere de bonis pupilli.l.1. §. primo.ff.de tute.& ra.di.& l.cum plures.§. penul.ibi,nonnunquam ẽt extraneis. ff.de adm. tuto. ergo multò magis pro salute animæ, quæ cunctis rebus est præponenda l.sancimus,supra de sacros.eccles.& c.præcipimus.12.quæstio.prima, & hanc opinionem tenuerunt Iacob.Butrig.Bal.ambo Saliceti,& Paul.de Cast.& ipse Bald.in l.etiam,infra de fideicomm.dicit hanc glo. esse singula.

In l. Interpositas.

SVMMAE.

1 Transactio facta per metum rescinditur, nec ualet inter dominum,& seruum.

2 Actio,quod metus causa,ut competat ex uerbis edicti,quid requiratur,& nu.30.

3 Contractus ut probetur usurarius,quid requiratur.

4 Usura faciliter præsumitur in mutuo.

5 Usurarius manifestus potest facere contractum licitum.

6 Contractum petere possum rescindi tanquam per metum celebratum, & in eodem iudicio per uiam replicationis possum allegare illum contractum fore nullum.

7 Transactio celebrata inter Abbatem,& monachum est nulla.

8 Abbatis promissio de prioratu,& de non reuocando monachũ non ualet.

9 Transactio celebrata inter dominum,& uasallum ualet.

10 Metus an probetur p̃sẽtia,uel iussu illius,cui debetur reuerẽtia

11 Contractus celebratus cum potente contra antiquam consuetudinem præsumitur impressiuus.

12 Filius,uel filia in præsentia patris contrahentis si nihil dicant an eorum taciturnitas habeatur pro consensu.

1 INterpositas.¶† Transactio facta per metum rescinditur,& non ualet transactio inter dominum,& seruum. Hoc dicit. ¶Nota primò ex isto text.†quòd ad hoc,ut compe-
2 tat actio,quod metus causa, ex uerbis edicti, est necesse, quòd interueniat metus mortis, uel cruciatus corporis, & dicit Paul. de Castro hunc text.ad hoc esse meliorem de corpore iuris, sed certè uos habetis simile in l.continet,in fi.ff.quod me.causa. ¶ Nota secun-
3 dò hic bene probari. † ꝙ non sufficit ꝓbare metũ in genere,sed oportet probare metũ fuisse adhibitũ in cõtra-

ctu celebrato.Ex hoc infert notabiliter Bal.hic, ꝙ ad ꝓ-
bādū cōtractū esse usurariū non sufficit probare, ꝙ ille q
contraxit mecum, erat usurarius publicus solitus cele-
brare similes cōtractus.Idem uolūt Cy.& Bar. in l.j.ꝟ.de
probatio.& dominus Panor.in c.ex literis.extra de iu-
reiuran.nisi aliæ coniecturæ concurrant,ut uult Bal.in c.
j.in titulo.de feu. dato in uicem leg.commiss.in usib.feu.
Sed Ioan.And.in nouella,in.c.quamquàm, extra de usu
ris,lib.6.dicit,quòd ista opinio non tenetur in scholis,
nec seruatur in practica, per c. cum in tua, extra de usu-
ris. & hanc opinionem sequitur Dominicus de sancto
Geminia.in d.c.quamquàm, & placet domino Laurentio
de Rodulfis in suo tractatu usurarum. ¶ Pro concordia
istarum opinionum potestis sic concludere, quòd aut
contractus celebratus est apparenter contractus mutui:
4 † in quo faciliter præsumitur usura,ut notatur in l.cum
allegas.ꝟ. de usur.& tunc procedat opiñio Ioan. Andr.
& sequacium. Aut apparenter est contractus emptionis,
& uenditionis: qui allegatur simulatus, & usurarius, &
hoc casu non sufficeret probare, quòd ille,qui celebra-
uit mecum, erat manifestus usurarius, & solitus facere
similes contractus: nam hoc probare non sufficeret,
5 † quia quāquàm sit manifestus usurarius,potuit tñ cōtra
ctum licitum facere,secundùm Bald.hic,& ita sæpe con-
sului. Hanc l. allegat notabiliter Bar. in l.nemo,in fine
6 commenti.ff. de exceptioni.† quòd ego possum petere
contractum rescindi tanquàm celebratum per metum:
& in eodem iudicio per uiam replicationis possum alle
gare illum contractum fore nullum: licèt enim ista ui-
deantur contraria, tamen sustinentur modo, quo supra.
& tenete menti istud dictum in practica. Addite, quòd
quemadmodum transactio inter dominum, & seruum
7 est nulla,ut hic:† ita transactio celebrata inter Abbatem,
& monachum est nulla: quia Abbas non potest mona-
cho obligari.Ita dicit dominus Panor.in c.præterea,il 2.
8 extra de transactio.& ibidem dicit,† quòd si Abbas pro
moueat monachum ad prioratum, & sibi promittat de
non reuocando eum:talis promissio nihil ualebit,& po-
terit eum reuocare,allegat Federicum de Senis ita tene
9 re in suo consilio. 2. quinquagesimo septimo.† Sed quid
si transactio sit celebrata,uel alius contractus sit celebra
tus inter dominum,& subditum.Concludite,quòd tran-
sactio erit ualida:quia sicut subditus obligatur domino
ex contractu, ita contra dominus obligatur subdito ex
natura correlatiuorum.Ita dicit Bal.in l. Princeps.ff.de
legibus.& in c.j.in titu.de materia feudi. & est optimus
10 tex.in c.1.extra de probatio.¶ Quæro,† nūquid præsen-
tia,uel iussus illius, cui debetur reuerentia, sufficiat ad
probandum metum reuerentialem ad rescindendum
contractum.Bart.in l.1.§.quæ honorandæ.ff.quar. rerum
actio non dat.determinat quòd non,sed oportebit pro
bare minas,uel uerbera præcessisse, & idem uoluit Inno
centius in c.causam matrimonij,extra de offi. delega. &
est bona glo.in c.insinuante, in uerbo,metu regio. extra
qui clerici,uel uouen.habetur in c.cum uirum, extra de
regula. & in l.si patre agente. ff. de ritu nuptia. ¶ Hanc
communem conclusionem limitabitis,nisi ille, cui debe
tur reuerentia,solitus esset malè tractare sibi non obtē-
perantes:nam tunc posset rescindi contractus, per nota
ta per Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff. de op.
no.nunci.& per Canon.in c.fin.extra de app.¶ Secundò
limitabitis,nisi iuncta reuerentia ualde enormiter lœde
retur ille,qui debet reuerentiam alteri.Nā hoc casu etiā
non probatis minis,uel uerberibus rescindetur actus, ꝑ
notata per Bal.in c.j.in tit.qualiter uasal.iurare tene.fide
11 li.in libel.feu.ubi dicit. † ꝙ cōtractus celebratus cū po-
tēte contra antiquā cōsuetudinē ꝑsumit impressiuus, &
12 ita dicit se rñdisse cuidā magnifico uiro. † Pone, ꝙ filius,
uel filia in pñtia pr̃is contrahentes nihil dicant, an eorū

a taciturnitas [a] habeatur pro consensu.Bar.in l.q̃ dotis,cir
ca ultimam col.ff.solu.matri. determinat ꝙ non,imò ha-
bebitur pro contradictione, pro qua opinione est opti-
ma gl.ī l.filiusfamilias,ī.§.inuitum,in uerbo,non proba-
tur.ff.de ꝓcura.dicit illa glo.ut puta q̃a erat ꝑsona, quæ
erubescebat loqui. Sed dñs Panor.in c.nōne. extra de
pręsumptio.tenet contra Bar.Pro cōcordia dr̃, ꝙ aut nō
tractatur de euidēti ꝑiudicio filij,ut in mr̃imonio.& tūc
taciturnitas hr̃ pro cōsensu,c.j.extra de despōsa.impub.
lib.6.aut tractatur de euidenti præiudicio filij & filiæ,&
tunc eorum taciturnitas in pñtia patris nō hr̃ pro cōsen
su,& ita debet intelligi quod uult Bar.in d,l. quæ dotis.

ADDITIO.

a ¶ Eorum taciturnitas.Adde quòd regulariter tacens ha
betur pro consentiente.Pe.de Anch.in c.nonne,nu.2.ex
tra de præsump.

In l.Si diuersa.

SVMMAE.

1 *Consensu partium potest recedi à transactione.*
2 *Sententia secunda non potest ferri de consensu partium post primam,quæ transiuerat in rem iudicatam.*
3 *Partes non possunt renunciare his,quæ sunt de substantia ordinis iudiciarij.*
4 *Pars, quæ habet sententiam pro se, an possit expresse illi renunciare.*

1 SI diuersa. ¶ † Communi consen-
su partium potest à tran
sactione recedi. hoc dicit. ¶ Ex gl.super
2 uerbo, agi.in fine.Habetis colligere,† ꝙ si
ego habeo sententiam,quæ transiuit in rē
iudicatam,& aduersarius meus,& ego contendamus, ꝙ
feratur sententia contraria, illa secunda sententia erit
nulla,tanquàm lata sine instantia,& sine nouo processu.
¶ Et ista est magna ampliatio ad l. primam ꝟ. quando
3 prouo.nō est neces.& est ratio, † quia partes nō possunt
renunciare his,quæ sunt de substantia ordinis iudiciarij,
glo.notabilis in c.de causis.extra de offi.deleg. Bart. in
A[illegible].offeratur.ꝟ.de litis cōtestatio.¶ Aduertite tamen,
4 † quia pars,quæ habet sententiam pro se,bene potest ex-
presse renunciare illi sententiæ.Ita uult Bar.in l. acta. ff.
de re iudica. & probatur in l.iurisgentium. §. si paciscar
il.j.& ibi Bal.ff.de pactis.bene facit.l.4.§. si ex cōuētione
ff.de re iud.& l.in seruitutē.§.si petierit.ff.de bo.liberto.

In l.Vt responsum.

SVMMAE.

1 *Interrogatio debet esse explicita,& non implicita.*
2 *Rei vendicatio & petitio hæreditatis possunt cumulari in eodem libello.*
3 *Et qualiter debeat tunc formari libellus,nu.3.*

VT responsum. ¶ Ad actionem
penitus extīctā
ꝑ acceptilationē, aquiliana stipulatione
pendente,nō est licitū actori redire:q̃uis
rē nō seruet reus ꝓmissā in transactione.
1 h.d. ¶ Nota † ꝙ interrogatio dēt esse explicita, & nō im
plicita,& obscura.hinc dicimus, ꝙ positioni implicitæ,&
obscuræ non est rñdendū.Ita not.gl.in c.ij.extra de con-
fes.lib.6.& Docto.in l.ij.§. quod obseruari. C. de iura.
2 calūniæ.Ego colligo ex ista.l. in fine. † quòd actio rea-
lis.

lis.i.rei uendicatio,& petitio hæredi. in eodem libello contra eundem pro eadẽ re possunt cumulari,& ita vult Ang.in l.2.in fine commenti,infra de petitio.hæredit. & idem Ang.in l.qui interrogatus.ff.illo eod.titu.de peti.
3 hære.licèt Bal.in d.l.2.uideatur uelle contrarium: † unde in practica dicetis hoc modo.Domine iudex dico,ꝙ Titius possidet,imò verius detinet talem rem,quæ pertinet ad me iure dominii,uel quasi, tanquàm ad hęredẽ Sempronii,& ita sæpe practicaui.

In l.Causas uel.

SVMMAE.

1 Transactio legitimè celebrata non potest tolli per rescriptum Principis.
2 Lis non dicitur,nisi lite contestata.
2 Causa dicitur ante litem contestatam.
4 Clausula,non obstante tali lege,quid operetur.

1 Causas uel. ¶†Per rescriptum Principis non potest tolli transactio legitimè celebrata. Hoc dicit. ¶ Nota
1 secundùm communem opinionem, † quòd non dicitur lis, nisi demum lite contestata. hoc probatur in c.super quæstionum, cum gloss.in uerbo,exordium,ex.de offic.deleg.& in c.forus, & in c. ex parte,ext.de uerb.significatio.& in l.apertissimi,ibi, antequam inchoetur,infra de iud.¶ De uerbo,controuersia,habetis pulchram glo.in l.Lucius.§.tres hæredes. ff. ad Trebellia.notatur per Bar.in l.amplius non peti.ff.rẽ
3 ratam haberi.¶†Item causa dicitur etiam ante litem contestatam,melior tex.de corpore iuris in l.secunda.§. sin autem in medio causæ pendentes,infra de iuramen. calum.ad hoc dicit Ange.suo consilio 152.incipiente Domina Guilielma de Florentia martriculata. De uerbo, quæstio,habetis tex.cum glo.in l.si constiterit,infra fini.
4 regund.¶Item notabitis ex glo.†de clausula illa, nõ obstante tali lege,an sufficiat in genere dicere, non obstante quauis lege contrarium disponente , an uerò oporteat in indiuiduo dicere,non obstante tali lege, Bartol. notabiliter ponit in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo,non obstantibus. Addite Bartol.hic dum dicit, quòd si in statuto, uel alia dispositione apponatur ista clausula,quòd trahatur etiam ad casus præteritos, tale statutum non trahetur ad casus præteritos sopitos, uel per transactionem, uel per sententiam, per text.notabilem in l.penul.in fine.supra de sacrosanct.eccle.Ego ad do Barto.quòd hoc casu etiam non trahetur ad præterita diuturnitate temporis comprobata ,text.est aureus in l.qui in prouincia.§.Diuus.ff. de ritu nuptiarum, nec ẽt trahitur ad præterita,quando resultaret iniquitas. nam lex debet esse sancta,& iusta.c.erit autem lex,quarta distin.Ista duo dicta ponit Ange.in suo consilio quinquagesimo primo incip.in Dei nomine,& suę matris gloriosæ,in quæstione proposita,&c.

In l.Cum proponas ab ea.

SVMMAE.

1 Clausula, rato manente pacto, quid operetur, & numero 3.& 4.& 5.
2 Libellus alternatiuus an admittatur.
6 Clausula toties committatur,quoties fuerit contrafactũ,quid operetur.
7 Promittens præsentare aliquem coram iudice toties, quoties fuerit requisitus sub pœna,sufficit,si præsentat eum bis.
8 Remedia plura quando competunt,cuius sit electio.

Cum proponas ab ea.
1 † Si actor non seruat transactionem, reus potest petere data, & simul opponere de exceptione transactionis,quando erat apposita clausula , rato manente pacto, aliàs altero prædictorum debet esse contentus. Hoc dicit. ¶ Nota pri-
2 mò ex isto tex.hic bene probari,†quòd admittitur libellus alternatiuus,quod uidetur contra Bartol.in l.ubi autem non apparet.§.qui illud , aut illud. ff. de uerborum obligatio.& in l.Prætor. §. quod autem. ff. de iniuriis, ubi dicit,quòd libellus alternatiuus non procedit,quando est in facultate agentis eligere. Sed respondebitis ad istũ tex.tripliciter.Et primò,quòd ista alternatiua uenit ex natura contractus. Vel quòd hic loquitur in reo, cui permissum est uti diuersis, & contrariis exceptionibus.l.nemo.ff.de exceptionibus. Vel tertiò secundùm Paul.de Castro,ista alternatiua debet intelligi copulatiuè, quia reus copulatiuè petebat stari transactioni per uetulam,& accepta pœna sibi restitui, & iste intellectus comprobatur hic in uersiculo, siquidem. ¶ Nota,
3 †quòd ubi est apposita clausula,rato manente pacto, [a] si actor non seruat transactionem, licitum est reo opponere exceptionem transactionis, & nihilominus potest
4 repetere data simul, & in eodem iudicio. ¶†Sed an ultra ista duo poterit petere pœnam appositam in transactione. Bartol. notabiliter in l. ubi pactum, infra eodem.determinat,quòd non, sed debet esse altero contẽtus,idest, uel repetere data, uel omittere repetitionem datorum,& petere pœnam,quod not.pro declaratione
5 huius. l. ¶†Nota magnum effectum huius clausulæ, rato manente pacto, quia facit, quòd duo remedia, quæ uidentur contraria, possunt simul intentari. Item operatur alium effectum, quia,quando est apposita clausula, rato manente pacto, nunquàm stipulatio pœnalis nouat obligationem præcedentem. Istud est aureum dictum Bald. in l. si pacto quo pœnam, supra de pact.quod notetis.Operatur etiam alium effectum, quia facit contractum claudicare. Ita dicit Bald.in l. si de fundo,infra locat. Operatur etiam alium effectum, quia facit,quòd pœna apposita cedit lucro creditoris, l. si id quod, & ibi notatur. ff. de solutio. An autem ista clausula impediat purgationem moræ,uidete per Bartol. in
6 l.si insulam. ff. de uerborum obligatio. ¶†Et nota, quòd ista clausula, quæ consueuit apponi in instrumentis sub hac forma, quæ pœna toties committatur, quoties fuerit contrafactum; nam operatur nisi pro duabus uicibus tantùm, ut euitemus infinitatem. Ita dicit Speculator in titulo. de arbitris. §. sequitur, uersiculo, quid si in compromisso. Et Cyn. in l.cum antea, infra de arbitris. & Bald.in l.si duo.§.fina.ff.de arbitr.bene facit,quod uult Angel. in l. si finita.ff.de damno infecto,
7 ubi dicit,†quòd si promisi præsentare aliquem coram iudice toties,quoties fuero requisitus sub pœna, sufficiet eum præsentare bis. Optimè facit. l. fideicommissa, §. si quis decem. ff. de legatis tertio, facit etiam.l.ueluti. §. hæc uox iterum.ff.de edendo.Et notetis prædicta in l.fi
8 na.in fine nota.gloss.ex qua colligitur,† quòd ubi competunt plura remedia,non est in electione debitoris,sed est in electione habentis plura remedia,quod malit eligere,&ista uult Bal.in l.1.inf. si seruus extero.

ADDITIO.

a ¶Rato manente pacto. De ista clausula,uide per Barto. in l.qui fidem,numero primo, uer.nota de ista clausula Iacob.sup.j.Cod.

 rato.

rato &c.ff.de transact.Sal.in hac l.nu.5.Panor.in c.cum re,extra de elect.

In l.Transigere.

SVMMAE.

1 Transigere quando sit licitum in pœna sanguinis.
2 Inscriptio ad pœnam talionis non est hodie in usu.
3 Statuto cauetur,quòd habenti pacem, & concordiam cum offenso diminuatur pœna,si aliquis habuit pacem, & concordiam cum marito,cuius uxor erat adulterata, an statutum proderit isti.
4 Transactio non est licita in casibus, in quibus non ingeritur pœna sanguinis.
Nec est permissa sine aliquo crimine de iure canonico. nu.5.
6 Pœna carceris perpetui æquiparatur morti.
7 Crimen falsi est detestabile,& an comprehendatur sub generali abolitione à Principe concessa.
8 Crimen,ex quo irrogatur infamia,dicitur capitale, licèt non ingerat pœnam sanguinis.
9 Lex licèt imponat pœnam capitis pro aliquo delicto;tamen necessariò non importat pœnam mortis.
10 Effectus qui sint istius legis.& nu.11.
12 Iudex in delictis, seu in criminalibus non debet loqui de accordio inter partes,nisi prius facta punitione, secus in causis pecuniariys.

1 TRansigere. ¶†In omni pœna sanguinis licitum est transigere, præterquàm in adulterio,in alijs autẽ, in quibus non ingeritur pœna sanguinis, non est licitum transigere, excepto crimi
2 ne falsi.Hoc dicit.¶Nota, † quòd inscriptio ad pœnam talionis hodie non est in usu.Ita determinat Specul. in tit.de accusa.in §.1.uersic.nec mirum.& Angel.in l.liberorum.ff.de accusat.¶Limitabitis istam l. quæ dicit, ꝙ de crimine adulterij non est licitum transigere, quia debet intelligi,ut,non obstante transactione,iudex posit procedere ad ulteriora ex officio.l. 2. inf. de abolitio.
3 ¶†Sed si statuto caueatur quòd habenti pacem, & concordiam cum offenso diminuatur pœna, & aliquis nabuerit pacem, & concordiam cum marito, cuius uxor fuit adulterata,statutum proderit istis, qui habent pacẽ, & concordiã. Ita notabiliter dicit Bart. in quodam suo consil.incipiente,domino Potestati Rochæ. ¶ Nota ul-
4 teriùs, † quòd in casibus,in quibus non ingeritur pœna
5 sanguinis,non est licita transactio. ¶†Nota,quòd de iure canonico non est permissa transactio super aliquo crimine:quia ius canon.non habet pœnam sanguinis; dicebat tamen dominus Panor. in c.1.ext. de collus. deteg. quòd si de iure canon. ageretur de pœna perpetui carceris:quia talis pœna æquiparatur morti, ut uult Innoc. in c.qualiter,& quando.extra de appella.tunc esset permissa transactio etiam de iure canon. ¶ Vos tenebitis contrarium auctoritate Anton. de Butr. in d. cap.1.Ad
6 motiuum Panormitani respondeatis,†quòd pœna perpetui carceris æquiparatur pœnæ mortis ciuilis,non au
7 tem mortis naturalis,quod notetis. ¶Nota,† quòd crimen falsi est adeo detestabile, quòd si Princeps concedat alicui generalem abolitionem ab omni crimine,sub tali generalitate non comprehenditur crimen falsi. Ita notanter dicit Bartol.in l. Lucius.ff.ad Turpil. ¶Nota,
8 †quòd crimen,ex quo irrogatur infamia,licèt non ingerat pœnam sanguinis; tamen dicitur capitale crimen.l.
9 licèt.ff.de uerborum signifi. ¶ Addo uobis, † quòd licèt lex imponat pœnam capitis pro aliquo delicto, tamen necessariò non importat pœnam mortis. Ita dicit Ioan.Andreæ,& sequitur Imola in cap.quanto.extra de
10 iureiur.¶†Quæro quis effectus resultet ex eo,quod dicitur in ista.l.scilicet,quòd in criminibus capitalibus ingerentibus pœnam sanguinis est licita transactio: dicite, quòd multi notabiles effectus insurgunt. ¶Primus effectus est, quia reus transigendo non uidebitur confiteri delictum,licèt soleamus dicere,quòd qui transigit,confiteri uidetur.l.quoniam.ff.de his qui notantur infa. ¶Secundus effectus est, quia reus transigendo in casibus licitis non punietur pœna: qua aliàs puniretur ille, qui dat pecuniam accusatori,ut ab accusatione desistat.l.Imperatores.ff.de iu.fis. ¶Tertius effectus est, quia accusator transigendo in casibus permissis postea nõ audietur uolens adhuc accusare de eodem crimine, ut not. Bart. in l.si maritus.§.si negauerit.ff. de adult. ¶Quartus effectus est,quia si accusatus transigat cum accusatore in casibus permissis, iudex nõ poterit prosequi eundem processum, ut puniat reum, sed debebit de nouo inchoare processum, secundùm Bartol. hic per l. 2.inf.de aboli-
11 tio. ¶Nota,† quòd ualde arguendus est ille,qui remittit uerecundiam domus suæ pro turpi lucro,non enim debet turpe lucrum præponere honori domus suæ,tex.est notabilis.in l.miles.§.socer.ff.de adult. ¶Notetis etiam
12 hic glo.uolentem,† quòd iudex in delictis,seu in criminalibus non debet loqui de accordio inter partes, nisi
a prius facta punitione,[a] in causis autem pecuniariis bene potest suadere accordium inter partes,etiam ante litem finitam.l.furti.§.qui iussu. & ibi bona gloss. ff.de his qui not.infam.

ADDITIO.

a ¶Quòd iudex in delictis,seu in criminalibus non debet loqui de accordio inter partes,nisi prius facta punitione;secus in causis pecuniarijs. Vide in Authen. si uerò. infra de iudi.

In l. Sub prætextu.

SVMMAE.

1 Transactio non rescinditur prætextu instrumentorum de nouo repertorum.
2 Restitutio conceditur aduersus sententiam de soluendo, adinuenta quietantia soluti.
3 Laudum promulgatum contra me an rescindetur instrumento de nouo reperto.
4 Sententia non rescinditur propter testamentum de nouo repertum.
5 Sententia lata contra pupillum,licèt transiuerit in rem iudicatam, tamen rescinditur per instrumenta de nouo reperta.
6 Celans instrumenta aliena incidit in crimen falsi.
7 Actio doli an concurrat cum alia actione.
8 Calumnia euidens in agente reddit transactionem nullam cum aduersario celebratam. Limita ut nu.9.10.11.& 12.
13 Negatio quòd faciat rem dubiam,quomodo intelligatur.

1 SVb prætextu. ¶† Prætextu instrumentorum de nouo repertorum non rescinditur transactio.& ille,cuius dolo actio mea est extincta,pôt conueniri actione de dolo. ¶No-
2 ta,† quòd si agatur contra me ex contractu paterno, & re uera pater meus soluerat, sed nunquam potuit reperire instrumentum solutionis,& lata fuit sententia contra me,quæ transiuit in rem iudicatam,& post ipsam sententiam ego reperi instrumentum solutionis, certè ego possum petere restit. in integrum aduersus illam sniam ex clausula generali,si qua mihi iusta causa, de qua in l. prima

prima.ff.ex quib.cau.maio.Ita dicit Ioannes Andreæ in
additionibus ad Speculum in titulo de executione sen
tentiæ.§.fina.uersiculo,illud autem,& idem Ioannes An
dre. in dictis additionibus, in titu.de instrum.editione
§.postquàm in additione,incipien.hæc iura, quod idem
uult Bal.in l.argentarius.§.cum autem.ff. de eden. & in
l.qui testamento. ff.de excusat. tut. & melius idem Bal.
in l.1.infra de condictio.inde.& dominus Panorm. post
cæteros Canon.in c.suborta, extra de re iud. ¶ Notetis
3 unum, quod uult hic Bald. † quòd laudum promulgatũ
iniquè contra me, si illud petam reduci ad arbitrium bo
ni uiri,ego potero petere illud rescindi per instrumen-
ta etiam de nouo reperta.Ita dicit hic Bald. & dicit Pau
lus de Castro, quòd istud dictum nunquam uidit alibi.
¶Nota, quòd licèt transactio rescindatur prætextu te-
stamenti de nouo reperti.l.de his.ff. de transactionibus.
4 †non tamen rescinderetur sententia propter testamen-
tum de nouo repertum, glo.singularis in l.1.§.item si ip
se,aliàs est l.3.ff.si cui plusquàm per leg.falcid. ¶ Nota,
5 quòd licèt ista gloss. dicat, † quòd sententia lata contra
pupillum,quamuis transiuisset in rem iudicatam; tamen
rescinderetur per instrumenta de nouo reperta, non sic
esset, si esset lata contra adultum. Ita notabiliter dicit
Bal.in l.1.infra de sentent. aduers.fisc.lat.lib.10. ¶ No-
6 ta, † quòd celans instrumenta aliena incidit in crimen
falsi.l.qui testamentum.ff.ad leg. Cornel.de fal.& l.eum
qui,infra de falsis.¶Aduertite tamen, quia istud dictum
debet intelligi, quando celat simpliciter respectu om-
nium, sed si celaret respectu sui aduersarii tantùm, ne
posset probare intentionem suam: tunc non incideret ĩ
crimẽ falsi.Ita not. dicit Bar.in l.Paulus.ff. ad leg. Cor.
7 de fals.¶ Item habetis notare, quòd licèt actio de dolo
non concurrat cum alia actione speciali. l.1.§.si quis.ff.
de do. tamen bene concurrit cum alia actione genera-
li, tex.habetis in l.si legatarius.ff.de do. ¶ Ex glo. finali
8 in principio habetis colligere,†quòd euidens calumnia
in agente reddit transactionem nullam cum aduersario
celebratam. l.in summa,in uerbo,euidens.ff. de condic.
indeb.& hanc glo.Doctores communiter sequuntur.
9 ¶†Limitabitis tamen primò hanc regulam procedere,
quando calumnia actoris est euidens, secus si non esset
10 euidens. Ita uolunt hic Saliceti. ¶ † Secundò li-
mitabitis,nisi euidens calumnia actoris esset nota, co
gnita reo: nam tunc talis euidens calumnia non redde-
ret transactionem nullam. Ita eleganter dicit Bald.in l.
11 secunda,supra eodem. ¶†Tertiò limitabitis,nisi actor,
qui erat in euidenti calumnia, constituisset procurato-
rem cum libera in illa causa, & ille procurator transegis
set bona fide:nam tunc transactio non redderetur nulla.
gloss.singularis,quam ponderat ibi Ange.in l. prima. §.
12 sed & constitutio.ff. de calumniato. ¶ † Quartò limi-
tabitis regulam prædictam procedere, nisi in criminali-
bus:nam accusator,licèt sit in euidenti calumnia,tamen,
si transigat cum accusato,transactio erit ualida,ut decla-
raui in l.transigere,supra eodem.¶Quintò, & ultimò li-
mitabitis,nisi euidens calumnia esset in agente, sed non
dum deduxit suam actionem in iudicium,sed euidenter
calumniosè extra iudicium infestabat reum, quòd in-
tendebat contra eum agere,& reus hoc timore perterri
tus transigit: nam talis calumnia euidens non annulla-
bit transactionem l. secunda, secundùm unum intelle-
13 ctum,supra eodem. ¶Nota, † quòd illud,quod uulgo
dicitur, quòd negatio facit rem dubiam. l. tertia, in-
fra quibus ad libertatem proclam.non lic.debet limita-
ri,nisi negatio sit euidenter calumniosa: nam tunc non
facit rem dubiam. Ista est gloss.ordinaria in l.post rem,
in principio. ff. de transactio. & illa glossa allegatur
per Angelum suo consilio nonagesimo incipiente,cum
lis,& quæstio,in octaua columna illius consilii,& per il-
lam glossam dicit, quòd sicut euidens calumnia actoris
in litigando reddit transactionem nullam l.in summa,in
uerbo,imperfecta.ff.de condictio.indeb.Ita euidens ca-
lumnia rei reddit transactionẽ ipso iure nullã. Sed ma-
nutenendo opinionem huius gloss. potestis respondere
ad illam gloss. quòd ibi ille reus euidenter calumnia-
batur post rem iudicatam contra eum, & sic erat duplex
euidens calumnia.Prima in litigando ante sententiam,
& illa calumnia fuit detecta per sententiam.Alia magis
euidens calumnia est,quia ipse reus calumniosè se op-
ponebat post rem iudicatam.Et iste est uerus intellectus
illius gl.secundum Pa.de Ca.ibi.

In l.Non minorem.

SVMMAE.

1 *Transactio facta de nocte ualet.*
2 *Arbitramentum latum de nocte ualet.*
3 *Sententia lata de nocte non ualet,limita,ut nu.4.5.& 6.*
7 *Creditor non tenetur recipere pecuniam de nocte.*

1 NOn minorem. ¶†Transactio
facta de nocte
ualet.Hoc dicit.¶Nota,quòd ualet tran-
sactio facta de nocte. Et hac ratione di-
2 cunt Docto.†quòd arbitramentum latum
de nocte ualet,quod intelligatis procedere, quando ar-
bitrator poterat ferre arbitramentum partibus non cita
tis,ueluti,quia in compromisso ita fuerat dictum, scili-
cet quòd posset pronunciare partibus citatis,& non cita
tis. De qua materia tangitur in l. si quis arbitratu. ff. de
uerborum obligatio. Ego plenè dixi in mea repetitione
l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. ¶Nota ex gl.
3 hic,† quòd non ualet sententia lata de nocte, & ita uo-
4 lunt Cyn.Bartol.Bald.& Angel.hic.†Limitabitis tamen,
nisi pars sit præsens,& tacens, quia tunc bene ualeret sẽ
tentia lata de nocte. Ita dicit Ioan. Andre. in additio
nibus ad Speculato. in titul. de prolatione sententiæ. §.
5 iuxta,uersicu.sed nunquid tunc. ¶†Secundò limitabitis
propter multitudinem causarum,quia tunc poterit ferri
de nocte.Ita dicit Bald.in proœmio Digestorũ. in ultima
charta.Sed Romanus.in l. si uerò.§.de uiro.ff.solut. ma-
trimo.hoc limitat,si sit periculum in mora,aliàs secus.
6 ¶Item notetis,† quòd creditor non tenetur recipere pe
cuniam de nocte.Ita uult gloss.in l.more. ff. de feriis.
7 ¶Addo uobis,quòd quando notarius recipit instrumen
ta contractuum,uel testamentorum,quæ fiunt de nocte,
si est citra mediam noctem,debet attribuere actum diei
præcedenti, si uerò sit ultra mediam noctem, debet at-
tribuere actum diei sequenti, & quanquàm scribat
ista uerba,actum tali die non tamen potest imputari de
falso. Ita dicit Angel.in l.qua ætate.ff.de testamen. alle
gat Innocentium,in c.consuluit, extra de officio deleg.

In l.Cum ea quæ.

SVMMAE.

1 *Pretium non potest pati ex simulata uenditione.*
2 *Frustra, dictio significat actionem ipso iure non compe-*
tere.
3 *Simulatio propriè, quid dicatur, & qualiter debeat op-*
poni.

1 CVm ea quæ. ¶ † Pretium ex simulata uenditione
2 peti non potest.hoc dicit ¶ Nota,† ꝙ dictio , frustra, significat actionem ipso iure non cōpetere,tex.est hic.Et ideo dicūt
quidam , quòd si in criminalibus interueniat procurator,quòd iudicium erit nullum:quia tex. in l.penul.§. ad crimen. ff. de publ. iudic.dicit , quòd in criminalibus[a]
a frustra procurator interuenit , & notetis ista pro significatione huius dictionis,frustra,¶Notetis ultimò,quòd de uno contractu ad alium contractum fit simulatio;
3 †propriè tamen simulatio est, quando nihil agitur in ueritate, sed simulatè celebratur contractus,de qua materia uidete eleganter per Bar. in quodam suo consilio incipiente. Petrus Nicholæ. ubi dicit unum notabile
4 uerbum.† quòd ille , qui opponit exceptionē simulationis,non debet eam opponere in genere : quia non ualeret , sed debet eam opponere in specie. quod tenete bene menti.Habetur per Bal.de hac materia in.l. emptione,ȷ̃.plus uale.quod agi.

ADDITIO.

a ¶Quòd in criminalibus . Adde,ꝙ in causa criminali intentata per modum denunciationis procurator admittitur,dictum est singulare Pet.de Ancha.in c. ueritatis,nu. 3.extra de dolo & contu.

In l. Si maior.

SVMMAE.

1 *Transactio non rescinditur ex sola protestatione doli.*
2 *Alleganti dolum incumbit onus probandi.*

1 SI maior. ¶ † Transactio non rescinditur ex sola protestatione doli , uel ex sola litis contestatione super
2 dolo.Hoc dicit.¶ Nota, †quòd nō sufficit allegare dolum. imò alleganti incumbit onus probandi. concordat,l.quoties. §. qui dolo. ff.de probatio.& tex.in.c.2.extra de renuncia.lib.6.

In l. Hæc intentio.

SVMMAE.

1 *Indebitum solutum non repetitur ex causa transactionis.*
2 *Exceptio,tu non habes actionem contra me , est exceptio intentionis,& facti.*
3 *Transactio facit de indebito debitum.*
4 *Actio denegatur,cui denegatur exceptio.*

1 HAec intentio ¶ † Indebitū solutum ex causa transactionis non repetitur . hoc dicit .
2 ¶Nota,† quòd ista exceptio, tu non habes actionem contra me,est exceptio intentionis,& facti: de qua habetis gloss. meliorem de corpore iuris,in l.qui se debere pecuniam. de cōd.ob caus.
3 ¶ Nota,† quòd transactio facit de indebito debitum. ¶Nota,quòd calumnia actoris in litigādo,quando actor non est in dolo , sed putat se fouere iustam causam,non reddit transactionem ipso iure nullam:nec etiam quo ad effectum,& ita limitabitis ea, quæ dixi in l.sub prætextu
4 .s̃ eo. ¶ Vltimò nota,† ꝙ cui denegatur exceptio,multò magis denegatur actio: alibi dicitur, ꝙ cui damus actionem , multò magis exceptionem.l. 1. §. 1.ff.de superfici.

In l. Si quidem.

SVMMAE.

1 *Solutio partis debiti facta ex causa transactionis liberat à residuo .*
2 *Debitor si in præsentia debitoris dicat se teneri eidem in.60 dumtaxat,ex hoc non prohibetur creditor petere residuum.*
3 *Creditor si dicat sibi deberi 60.dumtaxat , non poterit postea plus petere .*

1 SI quidem. ¶ † Solutio partis debiti facta ex causa trāsactionis liberat à residuo ; secus in confessione deserta quantitate facta per debitorem,tanquam plus non debeat. Hoc di-
2 cit.¶Nota ex ista.l. † quòd si debitor in præsentia creditoris dicat se teneri eidē in 60.dumtaxat,ex hoc nō prohibetur creditor petere residuum. Ita uult hic Bar. & in
3 l.si cum dos. ff.rerum amo.secus est in creditore. † Nam si creditor dicat sibi deberi 60.dumtaxat.uel 60. tantùm uel sola.60. non poterit postea plus petere.l. rationes. cum sua glo.ȷ̃.de probati. Idem dicit hic eleganter Bal. si creditor petat.60.pro resto,seu pro residuo : nam tunc non poterit plus petere . Ego allego Ange. idem uolentem,in l.si ex pluribus. ff. de solutio. & in l.si instrumenta.ȷ̃.de fide instrumen.& iure hastæ fiscalis.lib.x.secus si creditor in libello dicat sibi deberi.60.non apposita aliqua dictione taxatiua : nam tunc bene peteret residuum,ar.l.cum furti.ff. de in litem iur.

In l. Si maiores.

SVMMAE.

1 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
2 *Donatarius , licèt non instituat donatorem hæredem, non poterit ex hoc reuocari donatio.*

SI maiores. Defectus causæ in mēte retentæ non rescindit trāsactionem.hoc dicit.¶Nota ad qđ
1 allegatur,† ꝙ propositum in mente retentum nihil operatur , concordat l.si repetendum.ȷ̃. de cond.ob cau. & l. 3. §. quanquam. ff. eod. Et ideo dicit hic Odofredus,ꝙ illud,quod in corde geritur,si ore non exprimatur,nihil ualet.¶Per istam l. dicit
2 Bal. † quòd licèt donatarius non instituat donatorem hęredem,non propterea ex hoc poterit reuocari donatio : quod notetis pro declaratione eorum , quæ habentur in l.fin.inf.de reuoc.donati.

In l. Transactione matris.

SVMMAE.

1 *Recognitio alicuius recognoscentis se hominem alterius , non præiudicat filijs .*

TRansactione matris. ¶ Per transa-
1 ctionem matris non præiudicatur filijs. ¶ Per istam l.dicit Bald. † quòd licèt quis recognoscat se hominem , vel uasallum alterius : talis recognitio non nocet,nisi filij similem recognitionem faciant:quod notetis.

In

In l.Sanum mente.

SVMMAE.

1 *Infirm itas sola corporis non inualidat transactionem.*

1 SAnum mente. ¶ † Sola infirmitas corporis nō inualidat transactionem. Hoc dicit. Hanc l.limitat Salic.nisi infirmus transigat cum medico: quia tunc offi. iudicis rescindetur transactio.l.medicus.ff. de uar. & extraord.

In l.Siue apud.

SVMMAE.

1 *Pactum transactionis non uestitum uerbis, neque rei interuētu, non est potens ad agendum.*
2 *Transactio, siue alius contractus necessariò non debet fieri apud acta iudicis.*
3 *Statuta, quæ in contractibus mulierum requirunt, quòd fiant apud acta iudicis, sunt exorbitantia à iure communi.*
4 *Contractus appellatione non uenit distractus.*
5 *Gabella, quæ debet solui de contractu, an soluatur de distractu.*
6 *Auth. sacramenta puberum habet locum in distractu, seu liberatione.*
Et est extendenda. nu.7.
8 *Pactum nudum non uestitur calore iudicij.*
9 *Dominium rei non perditur per transactionem.*
10 *Cautio Mutiana habet locum in testamentis, non in contractibus.*
11 *Testamentum, & ultimæ uoluntates sunt magis fauorabiles, quàm contractus. limita ut nu.12.*
13 *Vsusfructus non transit ad hæredem.*
14 *Cautio modalis non est sufficiens implementum in contractibus. Fallit ut ibi.*

SIue apud. ¶ Diuiditur in duas. In prima ponitur unum dictum in genere. In secunda respōdet ad causam in specie. Secunda pars est ibi, sed quoniā.
1 In summa hoc intēdit. † Pactum transactionis non uestitum uerbis, neq; rei interuentu non est potens ad agendum, sed si pristina actio adhuc durat, actor ad eam redire potest. h d. ista nota. lex.
2 ¶ Not. hic ex ista l. † quòd transactio siue alius contractus necessariò nō debet fieri apud acta iudicis. Et ideo
3 dicit hic Bald. † quòd statuta, quæ in contractibus mulierum requirunt, quòd fiant apud acta iudicis, sunt exorbitantia à iure communi. & ideo refert hic se consul-
a uisse, quòd talia statuta non extenduntur ad liberatio-
4 nem, seu distractum. † Nam appellatione contractus non uenit distractus. tex. est not. quem ponderat ibi Bald. in
5 l.1.inf. quando li. ab emp. disce. dicunt, † quòd si statuto caueatur, quòd de quolibet contractu soluatur gabella [a], tale statutum non habebit locū in distractu. & Bald. in l.tres fratres. ff. de pact. dicit, quòd tale statutum non extendetur ad refutationem. Sed aduertite quia ipse Bal. uidetur uoluisse contrarium in rub. s. de pac. Item contra dictum Bal. hic fortiter facit tex. in l. si ad resoluendam. j. de præ. mino. & tex. cum sua gl. no. in l.3. §.1.
6 ff. de contra. iu. tute. ubi gl. approbata dicit, † ꝙ Auth. sacramenta puberum j. si aduer. uend. habet locum in distractu, seu liberatione. ¶ Sed uos tenebitis opi. Bal. reprehensa opin. quam ponit in rubri. supra de pact. & ad l. si ad resoluendum. respondebitis, quòd uerba senatusconsulti quæ sunt ualde pinguia, in l. 1. in princ. ff. de reb. eorum. sunt apta ad comprehendendum distractū & ad glo. l.3. in §.1. ff. de contrario iudi. tute. responde-
7 bitis, † quòd dispositio Auth. sacramenta puberum. est fauorabilis animę; & ideo fauore animæ est extendenda. Ita uult dominus Ant. de But. in c. fi. in prima fallentia.
8 extra de consue. ¶ No.2. quòd † pactum nudum non uestitur calore iudicii: nam uidetis hic, quòd transactio fuit facta apud acta iudicis, & tamen nō interueniente stipulatione solemni dicitur nuda, intantùm; quòd nullam parit actionem. Ego ad corroborationem huius no. adduco pulchrum tex. in l. omnes. in §. in hac autem urbe. sup. de episcopis & cle. ubi tex. dicit: quas tamen stipulationes solēnis cautela uallauerit. & ibi loquitur de obligatione fienda apud acta iudicis. & tamen ille tex. requirit stipulationem. ergo nudum pactum non uestitur calore iudicij, all. aliū tex. no. in l. ne in arbitris. in fi. inf. de arbi. ubi tex. dicit, quòd conuentio facta apud acta in iudicio non est sufficiens ad faciendum, ꝙ ex sententia arbitri oriatur actio. Non obst. si mihi arguatis contra præmissa de l. cum ostendimus. §. fi. ff de fideiuss. tu ubi singulariter uidetur probari, quòd calor iudicij operatur, ut præsumatur stipulationem interuenisse: quia respondeo, quòd ibi concurrebant duo, scilicet fauor pupilli. &
9 calor iudicii. ¶ No. ulterius ex isto text. † quòd per transactionem non perditur dominium rei, quam actor uirtute transactionis dimittit apud aduersarium, hoc pro-
10 bat ista litera ibi, uendicatione pendente. ¶ Not. † quòd licet cautio mutiana habeat locum in ultimis uoluntatibus. l. Mutianæ. ff. de condi. & demon. tamen non habet locum in contractibus. de hoc est optimus tex. i §. si quis ita. Initi. de uer. ob. Ratio differentiæ secundùm Doc. est,
11 quia † ultimæ uoluntates sunt magis fauorabiles, quàm contractus l. in testamentis. ff. de reg. iu. & c. cū dilecti. in
12 fi. extra de dona. Hanc † communem conclusionem limitabitis procedere, nisi promissio reddatur inutilis, si per cautionem mutianam non eēt prouisum, accipe exēplum. Ego promitto tibi usumfructum uineæ meæ, si nō ascenderis capitolium, nam nisi mediante cautione mutiana tu posses consequi illium usumfructum, certè pro-
13 missio redderetur inutilis: † quia ususfructus non transit ad hæredem. §. finitur. Insti. de usufru. Hanc limitationē accepi à Sal. in Auth. cui relictum, ad finem commenti [illegible] per e[illegible]em Bal. in l. ex his uerbis. inf. quan. dies leg. ce. ¶ Addite ad ea quæ hic Doc. scribunt, pulchrum consilium Ang. suo consi. 168. inci. duo
14 uidere oportet, ubi tradit regulam, † quòd cautio modalis non est sufficiens implementum in contractibus. Fallit primò, quando implementum modi requireret sumptum, & ita intelligitur tex. in l. insulam. §. fi. ff. loca. ¶ Secundò fallit, quando debitor est pauper, allegat text. quem dicit singularem in l. uideamus. ff. de ædili. edic. ¶ Tertiò fallit, qn̄ debitor esset suspectus: qa tūc sufficiet practicare tex. aureum. in l. si soluturus. in fi. ff. de solu.

ADDITIO.

a ¶ Soluatur gabella. Vide latè per Petr. de Anch. in c. licèt. num. 14. ext. de so. compe.

In l. Sub prætextu. ij.

SVMMAE.

1 *Transactio generalis ad quæ extendatur. & nu.2.*
3 *Sententia restringitur ad prosecuta & probata.*
4 *Probationes non requiruntur ad ualiditatem transactionis.*
5 *Arbitramentum, seu laudum arbitratoris non æquiparatur transactioni.*
6 *Quitantia generalis tutori facta, seu legata ad quæ referatur.*
7 *Et, copula importat diuersitatem in iure.*

1 SVb prætextu.ij. ¶† Trãsactio generalis tra
hitur ad omnia, quæ sub actione intenta
ta possunt comprehendi, etiam si transi-
gens ignorauerit, & nõ putauerit ea com
2 prehendi.h.d.in summa.¶ No.ex ista.l. † quòd quando
petitio est generalis, illa transactio extenditur ad illa
omnia ignorata tempore transactionis, quod limitetis,
nisi essent ignorata dolo aduersarii mei.l.tres fratres.ff.
de pac. ¶In gl.1.ibi, aliud in iudicijs. Hanc gl. sequun-
tur Bald. & ambo Saly. & est bona ratio inter transa-
ctionem generalem, & sententiam absolutoriam genera
lem: quia sententia necessariò refertur ad probata: quia
iudex debet iudicare secundùm probata.l.illicitas.§.ue
ritas. ff. de offi.præsi.& ita præsumitur facere. l. 2. uer.
quod non arbitramur.sup.de offi.ciui.iudi. ergo senten
3 tia † necessariò restringitur ad prosecuta, & probata.
4 Sed istæ † rationes cessant in transactione: quia ad ualidi
tatem transactionis non requiruntur probationes, sed
sufficit motam esse controuersiam, uel quòd timeatur
5 moueri.l.2.sup.eod.¶Addite, ꝙ † arbitramẽtum, seu lau
dum arbitratoris non æquiparatur transactioni. Ratio
differentiæ: quia ad hoc, ut rescindatur transactio, requi
ritur deceptio ultra dimidiam.ut no.in l. Lucius. §. fin.
ff.ad Treb.& Bal.no.in l.2. inf.de rescin.uendi.& Bar.&
omnes in l.si quis cum aliter. ff. de uerb. obli. & ita te-
6 net expressè Bar.in l.tres fratres.ff.de pac.¶No. † ꝙ li-
cèt aliquis leget liberationem ei, qui fuit tutor suus, &
iubeat nihil ab eo peti per aliquẽ: talis generalis quieta
tio non refertur ad bona, q̃ possent uendicari: quia, non
obstãte gñali liberatione, poterũt illa bona uendicari.
tex.est sing.in l.Aurelius. in. §. Mæuia. ff. de libe.leg.&
Bal. in l.cum necessitatem.inf.de fidei.dicit illum.§.Me
uia.esse sing. ¶ Vltimus intellectus, quem dat gloss. fin.
reprehenditur per omnes propter istam dictionem,
7 autem, quæ importat diuersitatem in iure, † sicut diximus de dictione, sed si, prolata sine copula, &, quæ im-
portat diuersitatem in iure.Ista est gloss.in l. secunda.ff.
ne quis eum qui in ius uoc. est ui eximat. & secundùm
hunc vltimum intellectum relatum in gl. si.non impor-
taret diuersitatem in iure. imò concordaret cum primo
responso.l.nostræ.

In l.Transactione.

S V M M AE.

1 Committens dolum non potest infringere transactionem prætextu doli in ea commissi. Et idem in contractu. nu.4.
2 Allegans turpitudinem suam non auditur.
3 Positioni criminosæ non est respondendum.
5 Dubitans de ualiditate, uel inualiditate contractus potest petere illum confirmari per iudicem.

1 TRansactione. ¶ † Committens dolum nõ potest
a infringere trãsactionem prætextu doli a
2 in ea commissi.Et alleg. iste tex. † quòd
non auditur allegãs turpitudinem suã,
de qua materia habetur plenè per Bart. in l. aliàs, quam
legit cum.§.fi.in l. iusiurandum, quod ex conuentione.
ff.de iureiur.& per Saly.hic.& per Cano. maximè domi
num Pan.in c.inter dilectos. extra de dona. not. etiã in
c.cum super.& in c.ex tenore. ext. de cõcess.præb. Alle.
3 ẽt ista. l. † ꝙ positioni criminosæ non est respondẽdum.
de quo plenè per Bar.in l.Marcellus.ff.re.amo.not.Bar.
& cæteri in l.2.§.quod obseruari.ỹ de iur.calum. & dixi
plenè anno præterito in repe.l. ubicunque. ff. de inter.
4 act. Alleg. etiam, † quòd si ego commisi dolum in con-
tractu, ego non possum petere illum contractum rescin
di prætextu illius doli, sed bene possum petere illum
contractum pronunciari nullum, si nullitas proueniat
aliunde, quàm ratione doli per me commissi. Ista est
gl.sing.in l.à Diuo Pio. ff. de ritu nup. Ego tamen, qui
cõmisi dolum, possem bene petere aduersarium meũ in
terrogari, an uelit stare illi contractui, an uerò uelit illũ
rescindere.tex.est in l. Iulianus.§.si qs colludente.ff.de
actio.emp. & illum tex. allegat pro singulari dominus
5 Bal.in l.dolum.ỹ.de rescin. uen. † Itẽ quando quis dubi
tat de ualiditate, uel inualiditate alicuius cõtractus, põt
petere illum confirmari per iudicem.Ita no. dicit Bar.in
l.si quos spontaneè.1.de decurio.lib.10.

A D D I T I O.

a ¶Prætextu doli. Adde, quòd quando contractus est ce-
lebratus per dolum, bene ualet contra dolosum. Vide
per eundem Iacobi. in l.iurisgentium. §.Prætor ait.ff.de
pac.

In l.Si de certa.

S V M M AE.

1 Verba generalia transactionis ad quæ restringantur. Et ad quæ extendantur. nu. 2. & 3.
4 Quietantia generalis, & remissio ad quæ extendatur.

SI de certa. ¶Verba generalia tran-
sactionis restringuntur
ad rem, uel causam in iudicio deductam.
1 h.d.¶No. † quòd uerba generalia transa-
ctionis restringuntur ad rem petitam, &
2 ad actionem intentatam. ¶Aduertite tamen: † quia ista
uerba generalia bene extenderentur ad accessoria, l.2.ff.
3 si quis cau.l.fi.ff.de eo quod cer.lo.† Item extenderentur
ad connexa.glo.singu.in c.accusatus. in uer.iudicari.ext.
de hær.lib.6.dixi uobis in l.si cum tibi.ỹ.de iudi.¶Quæ
4 ro, † nunquid illud, quod hic dicitur, quòd uerba gene-
ralia transactionis restringuntur ad rem, & causam in iu-
dicio deductam, ut in l.nostra, habeat locum in pacto li-
beratorio, ut ecce Sempronius tenetur mihi in decem
ex causa mutui, & in uiginti ex causa depositi, & in quin-
quaginta ex causa uenditionis certarum rerum.ego cõ-
fiteor habuisse ab eo illa 10. in quibus tenebatur mihi
ex causa mutui, & facio sibi pactum de non petendo, &
subiicio hæc uerba formalia, & libero eum ab omni, &
toto eo, quod petere possem usque in diem præsentem,
certè ista uerba generalia sunt restringẽda ad obligatio
nem de decẽ, non autem cõprehendunt alias causas, &
ad hoc allegetis Ang. post Ia.de Are. in l. obligatione
generali.ff. de pignor.allegabitis etiam Guil. Bartol. &
omnes in l.emptor.in §.Lucius, ff.de pac. & ita teneatis,
quicquid dixerit Bart. qui sibi fuit contrarius in l. de pu
pillo.§.si in pluribus.ff.de ope.no.nuncia.

In l.Si causa cognita.

S V M M AE.

1 Transigi non potest super re iudicata. & nu.3. Fallit ut nu.4. 5. 6 & 7.
2 Sententia suspenditur per appellationem.
8 Transactio, quæ non ualet in uim transactionis, non ualet etiam in uim pacti. limita ut nu.9.
10 Contractus una species non potest in aliam transire.
11 Calor iudicij, & iuramentum æquiparantur.
12 Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, habet executionem paratam.

Actio

Actio, quæ competit ex contractu, non habet executionem paratam.

13 *Transigi quòd non possit super instrumento guarentigiato habente executionem paratam, quomodo intelligatur.*

1 SI causa cognita. ¶ † Super re iudicata transigi non potest, sed bene potest nouari per Aquilianam stipulationem, & deinde in acceptilationē deduci. h. d. ¶ No. primò, † quòd per appellationem suspenditur sententia, alibi dicitur, quòd appellatio extinguit iudicatum. l. 1. in fi. ff. ad Turpil. Non tamen hoc procedit in appellatione ab interlocutoria: quia talis appellatio non suspendit sententiam interlocutoriam, donec superior inhibeat primo iudici, ne procedat. c. non solùm. ext. de app. li. 6.

2

3 ¶No. ulti. † quòd super re iudicata transigi non potest. ¶Fallit ista regula primò, si negetur iudicatum, & negatio non sit euidenter calumniosa. tex. cum glo. in l. post

4 rem. ff. eo. de transac. ¶ † Secundò fallit, si uictus consignauerit uictori rem, ad cuius restitutionem fuit condemnatus: nam tunc super re iudicata poterit transigi. Ita dicit Pau. de Leaz. in quadam sua disputatione inci-

5 pi. De re adiudicata actori. ¶ † Tertiò fallit, si in transactione, uel in compromisso facto in arbitratorem essent apposita ista uerba, non obstante sententia. nam tunc bene ualeret trāsactio, uel compromissum in arbitratorē.

6 Ita eleganter dicit Bal. in l. si diuisa. sup. eo. tit. ¶ † Quartò fallit, si ille, qui habet sententiam pro se, agat actione prima, iuxta no. per glo. in l. duobus. ff. de excep. rei iudi. Nam tunc poterit fieri transactio non obstante re iu-

7 dicata, secundùm Doctores. ¶ † Quintò & ultimò fallit, si in instrumento transactionis sunt apposita ista uerba: quia lis est, uel esse potest inter partes, &c. nā tunc per ista uerba validaretur trāsactio celebrata super re iudicata, secundùm Ang. hic. Sed ipsemet Ang. tenuit cōtrarium, & melius in l. cum hi. §. si cum lis. ff. eo. de transact. & idem Ange. in suo consil. 74. incip. Comes Robertus de Batifilione. Et ista ultima sentētia est de iure uerior.

8 ¶Nota ulterius ex isto tex. † quòd transactio, quæ non ualet in uim transactionis, non ualet etiam in uim pacti: nam uos debetis scire, quòd pactum de non petendo factum super re iudicata bene ualet. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & tamen uidetis hic, quòd si fiat transactio super re iudicata, nō ualet, ut transactio; neque etiam ut pactum. ¶Nō obstat. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pac. ubi dicitur, quòd si acceptilatio non ualet in uim acceptilationis, ualet in uim pacti, quando est defectus in materia, ut habetur in d. §. si acceptilatio, quia potestis respōdere, quòd §. si acceptilatio. loquitur in actu liberatorio: nā tunc, si non ualet quod ago, ut ago, saltem ualet, ut ualere potest. De quo articulo plenè habetur per Bar. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerbo. oblig. sed transactio, de qua hic loquimur, non est actus merè liberatorius, sed est actus mixtus: quia reus, cum quo transigitur, obligatur ad aliquid dandum, uel faciendum. l. transactio, supra eo. Nō obstat si arguatur contra istam sol. quòd in acceptilatione ille, qui acceptum tulit, obligatur saltem naturaliter ad non petendum, ut habetur in l. Mæuia. ff. sol. ma. & in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. ergo uldetur actus mixtus, sicut transactio. Quia potestis respondere, quòd illa obligatio ad non petendum est confirmatio liberationis. Et ideo acceptilatio dicitur actus merè liberatorius, non sic dicere possumus in transactione. ¶ Aduertite, quia illud, quod dixi sup. quòd

9 † transactio, quæ non ualet, ut transactio, non ualet etiam in uim pacti: quia debet hoc limitari, nisi in transactione interueniat iuramentū: nam tunc rōne iuramēti transactio, quę nō ualet, ut transactio, ualebit tamen in uim pacti. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de le. 2. Ita singulariter determinat Bart. in l. si quis maior. inf. eo. quod perpetuò not. Bal. in d. l. si quis maior. dubitat de illo di

10 cto Bartol. † quia una species contractus nō potest transire in aliam ex seipsa. l. si ego. ff. si cer. pe. Non ob. §. filius matrem. quia respondet Bald. quòd ibi erat defectus in forma, seu solēnitate. sed nos loquimur, qn̄ est defectus ī substantia, similiter Roma. in d. §. si quis ita, reprehendit

11 Bartol. Mouetur: † quia calor iudicii, & iuramētum ęquiparantur. l. qui iurasse, in fi. ff. de iureiur. Sed si minor 14. ann. qui non est adhuc doli capax, iuret, tale iuramētum non obligabit eum, etiam, si hoc faceret in iudicio. d. l. qui iurasse. paulò post princ. ergo iuramentum non debet facere ualere transactionem in uim pacti, all. etiā l. suus. inf. de repu. hær. Sed uos sustineatis Barto. & ad motiuum Bal. dum dicit, quòd una species contractus non potest transire in aliam ex seipsa, resp ōdebitis, quòd licèt transactio non ualeat, ut transactio; & tamen ualeat in uim pacti ratione iuramenti, non propter hoc una species contractus transit in aliam: quia pactum est nomē generis, sub quo potest bene comprehendi transactio, ut uidistis in rubri. huius tit. ergo non transit in aliam diuersam speciem. Ad argumentum Roma. dum loquitur de infante, respondebitis, quòd in casu illo deficit consensus, non est ergo mirum, si non obligatur iuramento. Sed in casu nostro non deficiebat consensus, & si iuramētum supplet defectum formæ, ut confitetur Bal. multò magis debet supplere defectum materiæ: quia defectus formæ est maior, quàm defectus materiæ. l. an inutilis. ff. de acceptil. Not. casum. l. minor. 25. annis cum fideicō

12 missum. ff. de minori. ex qua. l. colligitis, quòd † sententia,

a q̄ transiuit in rē iudicatam a, habet executionem paratā. all. etiam ille text. quòd actio, quæ competit ex aliquo contractu, nō habet executionem paratam. Et ideo si minor actionem iudicati nouauerit in aliam, poterit petere restitutionem in integrum, tanquam lęsus: quia ubi habebat remedium habens executionem paratam, modò ex alia actione non habebit executionem paratam. Addit hic Bartol. notab. quòd sicut non potest transigi super re

13 iudicata, ut hic, † ita non potest transigi super instrumēto guarētigiato habente executionem paratam, quod intelligatis procedere, si contra illud instrumentum nulla exceptio potest opponi; secus si exceptiones possent contra illud opponi, bene ualeret transactio. Ita se declarat Ang. in l. 1. in prin. ff. eo. titu.

ADDITIO.

a ¶Quæ transiuit in rem iudicatam. Quomodo intelligatur, quòd transeat in rem iudicatam. Vide per Petr. de Ancha. in c. quod ad consultationem. nu. 3. ext. de sent. & re iudic.

In l Si pro fundo.

SVMMAE.

1 *Transactum si est super re euicta, quomodo agetur.*

2 *Actio præscriptis uerbis de sui natura requirit perfectum implementum.*

3 *Verba contractus præsumere debemus, quòd sint concepta affirmatiuè in dubio.*

4 *Transactio tribuit titulum actori in re, quæ sibi traditur ex causa transactionis. Et quid in reo. nu. 5.*

1 SI pro fundo. ¶ † Si res tradita actori ex causa transactionis euincatur, lis decisa nō instauratur, sed agitur ex stipulatione, si intercessit, aliàs agitur actione præscriptis uerbis,

bis, si uerò res apud reum dimissa ex causa transactio-
nis euincatur,non pōt agi de euictione. h.d.ista no. l.&
Bar. dicit, ꝙ est difficilior, quàm sit alia lex huius titu.
¶Oppo. contra istam l. & imò uidetur, quòd iste actor
non debeat agere actione pręscriptis uerbis contra reū;
imò ipse actor debet posse redire ad primam actionē,
per l.siue apud acta.sup.eo.Solu.secūdū Ang. & Bar. ꝙ
in l.siue apud acta.reus nihil impleuerat pro parte sua,
sed hic adimpleuit,quantum potuit,& hoc casu odio li
tium est speciale in transactione,ut actor non possit re-
dire ad primam actionem.¶Adhuc oppo. & imò uide-
tur, ꝙ in casu huius.l.non possit iste actor agere præscri
2 ptis uerbis:† quia actio præscrip.uerbis de sui natura re
quirit perfectum implemētum. l.naturalis.ff.de p̄scrip.
uer.sed hic iste actor nō adimpleuit p̄fectè ex parte sua:
quia conuenit de nunq̃ petendo pratum;ut daretur sibi
predium liberum arpinatum, sed ista conuentio de non
petendo pratum est negatiua, & non pōt perfectè adim
pleri:quia si nō peto hodie,potero petere cras, uel hinc
ad annum,& si non de iure,saltem de facto,ut uidebitis
in l.ubi pactum. inf. eo. ergo cum iste actor perfectè nō
adimpleuerit ex parte sua,nō debet posse agere actio-
ne præscriptis uerbis, cuius contrarium dicit ista litera.
Sol. dicunt Bal. & Salic. ꝙ ex quo reus mihi actori tra-
didit prædium arpinatum, uidetur tacitè sensisse, quòd
ex parte mea fuerit sibi factum perfectum implementū,
cum sciret, uel saltē scire deberet, quòd mea promissio
negatiua non poterat perfectè adimpleri. Ista solu. non
uidetur bona:quia secundùm eum sequeretur, quòd illa
traditio prædii arpinati facta per reum mihi actori uesti
ret conuentionem nudam contra ipsummet tradentem,
quod est falsum.l.si certis annis.sup.ti.1.Præterea attēta
solu.Bal.sequeretur, quòd si ego conueni de nunquam
petendo à te pratum, ut traderes mihi prædium liberū
ex causa transactionis, quòd si tibi acceptanti facerem
acceptilationem, & te liberarem per acceptilationem,
quòd istud diceretur perfectum implementum, & tamē
Doct. communiter tenent contrarium. in d. l.siue apud
acta.Vnde sol.contrarium supra formatum,& dicatis, ꝙ
hic actor perfectè adimpleuit ex parte sua: quia conuen
tio fuit facta per uerba affirmatiua, nō autem negatiua:
conuentum enim erat de dimittendo pratum apud reū,
apud quem erat,& ex eo [illegible],quò[illegible]
cor perfectè adimplesse:unde ista litera,dum dicit si pro
fundo,debet intelligi hoc modo, pro fundo, scilicet di-
mittendo apud reum esse, quia ista sunt uerba affirmati-
ua, quæ bene possunt perfectè adimpleri, non autem
3 sunt negatiua.Et ex hoc loco infert eleganter Bart.† ꝙ si
non apparet,an uerba contractus fuerint concepta nega
tiuè, uel affirmatiuè, in dubio debemus præsumere, ꝙ
fuerint prolata affirmatiuè, ut sic possint perfectè adim-
pleri.& hic iste tex. est ualde no. Nam ista uerba, si pro
fundo,debent in dubio intelligi pro fundo.s.dimittēdo
apud aduersarium,non autem debemus interpretari pro
fundo.s. non petendo. & no.istam declarationem. Vlti.
4 no.† quòd transactio tribuit titu.actori in re,quæ sibi tra
ditur ex causa transactionis,adeo quòd si sibi euincatur,
5 potest agere de euictione contra tradentem.† sed transa
ctio non tribuit titu. reo in illa re, quæ dimittitur apud
eum ex causa transactionis.tex.est hic sing.quem ponde-
rat dominus Bal.in c.1.ad finem comment.in titu.de cō
tro.inter ua.& alium de benef.in libel.feu.& hoc est spe
ciale secundùm eum in transactione,secus in aliis contra
ctibus.l.quædam mulier.ff.de rei uendi.Vel aliter pote-
stis dicere, quòd si principaliter transigitur super instan
tia litis: tunc per transactionem non tribuitur titu.reo,
apud quem res dimittitur ex causa transactionis.secus si
principaliter transigatur super re ipsa.Nam tunc tribue-
retur titu. reo. Ista est elegans doctrina Bald. in l. si in-
ter uos.inf.communia utri.iudi.no.per Bal.in l.1.inf.de
bonis maternis.

In l.Cum donationis.

S V M M AE.

1 Dolus non infertur uolenti,& scienti,nec iniuria.
2 Promissio successionis an obliget.& nu. 3.
4 Institutio ista an ualeat.Instituo te hæredem, si me instituis.

CVm donationis. ¶Dolus nō infertur uo-
lēti, & sola pollicitatio successionis non
obligat.h.d.¶No.ex ista.l.id,ad quod fre
1 quenter allegatur, ꝙ † uolenti, & scienti
non infertur dolus, nec iniuria. ¶ No. ex ista. l. quòd
2 † remissio, seu liberatio facta sub spe,ut quem liberaui,
me hæredem institueret, non rescinditur, quamuis ille
me hæredem nō instituat.Per istam.l.in fi. limitatur sin.
tex.in l.in traditionibus.ff.de pac.ubi dr̄, ꝙ rei traditiōe
uestitur pactum appositum in traditione. † Nam uerum
3 est, ꝙ si illud pactum sit appositum per tradentem, bene
uestitur rei traditione,sed tn̄ rei traditione non uestitur
pollicitatio aduersarij recipiētis à me;imò remanet nu-
da.tex.est hic sin.¶In glo.mag.super uer.astringitur.ibi,
sm̄ Bulga.Ista gloss.uult, ꝙ si ego dicam hoc modo.ego
libero te à tali debito, in quo mihi teneris, si me hære-
dem institueris:talis remissio,& quietatio nihil ualebit.
& hanc opi.secuti sunt Bar.Ang.& Pau.de Cast.in l.illę
autem institutiones. ff. de hære. insti. ubi dicitur, quòd
4 †non ualet ista institutio.Ego instituo Titium hæredem
meum, si ipse Titius me hæredem instituerit. & quæ sit
ratio illius. l.uidete per Doct.hic. ¶ In ea.glo.in fi.eius
dem glo.No.glo.pro singulari,ex qua colligitis, ꝙ mo-
dus impossibilis adiectus liberationi non uitiat ipsam
liberationē, imò liberatio remanebit ualida, & modus
impossibilis reiicitur.& Ang.in l.impossibilis.ff.de uer.
obli. dicit hanc glo. esse sing.Ratio differentiæ inter cō
ditionem,& modum sumitur ex l.cum ab eo. ff. de con-
trahe.emp.ubi dicitur, quòd modus non suspendit obli
gationem in prin. conditio autem sic.

In l.Transactionem.

S V M M AE.

1 Præsentia amicorum facit cessare suspicionem metus. limita, ut num. 2.
3 Statutum requirens consensum propinquorum in mulieris cō tractu,quomodo intelligatur.Et quid de requirente præsentiam magis propinquorum.Et quid si essent absentes. nu.4.
Et quid si statutum requirat præsentiam consanguineorum, & non exprimit,qui debeant esse proximiores,de quibus intelligetur.nu.5.

TRansactionem. ¶ Præsentia amicorum fa
cit præsumi metum non interuenisse in
1 contractu.h. d.¶ No. † quòd præsentia
a amicorum [a] facit cessare suspicionem
2 metus.& ita ad hoc eam alleg.Bar.& omnes. † Vos limi
tabitis,nisi metum inferens,uel persona,cum qua transi-
gitur,sit ita potens, ꝙ possit metum concutere nedū trā-
sigenti cū ea, sed etiam amicis interuenientibus in illa
transactione. Et ita consuluit collegium Perusinum, &
illud consilium est inter consilia Ang. in consi. 208. in-
cip.reperitur in quadam carta. quod tenete perpetuò
3 menti.¶Per istum tex.dicit Bar.† colligi rationem statu
torum

torum Italiæ disponentium, quòd mulieres, & minores non possint contrahere sine consensu propinquorum, saltem duorum. Nam præsentia talium propinquorum requiritur ad tollendum suspicionem metus, quod not. bene facit quod no. Bal. in l. 2. & per illũ tex. ꝟ. de adop. Itẽ cur statutũ requirat p̄sentiã magis propinquorũ, est ratio: quia illi, qui sunt magis propinqui, attentiùs, & diligentiùs prouidebunt, ne bona dilapidẽtur propter spem successiõis. Ista ratio ꝓbat̃ in l. 1. in prin. ff. de leg.
4 tu. Dicit tamen hic Bal. † ꝙ si propinqui essent absentes; tũc minor, & mulier possent sine his contrahere. alleg. l. multa. in prin. ff. de condi. & demon. consuluit tamen, ꝙ in defectum propinquorum habeatur iudex, corã quo celebratur contractus, per l. bonorum. inf. qui admit. ad bo. pos. Sed Pau. de Cast. in l. cum antiquitas. ꝟ. de testa. dicit, quòd quando propinqui sunt absentes, debẽt expectari, si sit spes, quòd in breui sint reuersuri. & ista opi. magnam habet æquitatem. De hac materia uidete per Bal. in l. uiduæ. & in l. in cõiunctione. & in l. si furiosi. inf. de nup. Et plenè per Pau. de Cast. in l. si cum dotem. §. si pater. & §. eo autem tempore. ff. solu. mat. Addite uos.
5 † Ponamus, quòd statutum requirat præsentiam consanguineorum, & nõ exprimat, quòd debeãt esse proximiores, an in dubio debeamus intelligere, ꝙ adhibeant̃ ꝓximiores. Ang. suo cons. 185. inci. reuocatur in dubium, determinat debere intelligi de ꝓximioribus. quod no. Addite. Ponamus, quòd illi consaguinei nolint interesse, an poterit minor, uel mulier contrahere sine eis. Videte Bal. in proprijs terminis in c. 1. ad fi. commenti. in tit. de consue. recti feu. in libell. feudo.

ADDITIO.

a Præsentia amicorum. Præsens quando quis dicatur, & quando quis absens. Vide per Pet. de Anch. in c. peruenit. nu. 12. ext. de fideius.

In l. Si maior.

SVMMAE.

1 Reus offerendo promissa in transactione etiam post terminum, dicitur implere transactionem.
2 Mora usque ad quantum tempus possit purgari. & nu. 3.

1 SI maior. ¶ † Reus offerendo promissa in trãsactione, etiam post terminum dicitur implere transactionẽ, & parat sibi efficacem exceptionem contra actorem redeuntem ad primitiuam actionem. h. d. secundùm primum intellectum glo. ualde nota. Iste tamen intellectus non uidetur conuenire huic literæ, nisi exponatis text. ibi, nec offerant hi, scilicet in termino conuento, offerant tamen postea. Reti-
2 nendo † primam lecturam positam hic in gloss. uidendũ est, usque ad quantum tempus possit mora purgari. Pet. Par. & Angel. dicunt, quòd aut transactio fuit celebrata ante litem contestatam, & tunc poterit purgari mora usque ad contestationem litis, & non ultra, per ea quæ habentur in l. qui fidem. ff. eod. tit. Si uerò transactio sit celebrata post litem contestatam, tunc poterit mora purgari, quandocunque ante sententiam, per ea quæ uisa sunt in l. siue apud acta. sup. eo. ti. Non obst. l. si insulam. ff. de uerb. oblig. ubi solùm usque ad litem contestatam licitum est purgare moram. solu. dicit Bald. subtiliter, ꝙ ibi agebatur ex eadem causa, ex qua fuerat mora commissa. Et ideo purgatio potest solùm fieri usq; ad litem contestatam. sed in l. nostra nõ agebatur ex eadẽ causa, ex qua fuerat mora commissa, sed agebatur primitiua actione, unde non est mirum, si possit mora purgari usque ad sententiam. Raph. Fulg. aliter respondet dicens, quòd in l. si insulam, agebatur actione efficaci, & ualida. sed in casu l. nostræ, actor agebat antiqua actione, quæ erat facta inefficax, & inualida propter transactionem, & non recipit ualiditatem ob moram commissam in nõ implendo transacta. Sali. eleganter respondet dicens, ꝙ in l. si insulam. purgatio moræ, seu facultas purgãdi moram non erat coniuncta cum facultate excipiendi. sed in l. nostra facultas purgandi moram erat coniuncta cũ
3 facultate opponendi exceptionem. † & ideo debet facultas purgandi durare tanto tempore, quanto tempore durat facultas opponendi exceptionem transactionis: nam quando exceptio transactionis opponitur in uim peremptoriæ, potest opponi usque ad sententiam. l. peremptorias. inf. sen. rescin. non pos. & ideo facultas purgandi moram debet durare usque ad sententiam. Limitabitis tamen conclusionem proximè dictam, nisi exceptio transactionis opponeretur in uim dilatoriæ: nam tunc, nisi excipiens statim adimpleat, non audiretur postea, per ea quæ habentur in l. ita demum. inf. de procura. Item limitabitis, nisi in transactione interuenisset iuramentum. Nam tunc nũquam est locus purgationi moræ. l. si quis maior. inf. eo.

In l. Promissis.

SVMMAE.

1 Pœna apposita in transactione potest exigi aduersus contrafacientem.
2 Transactio non ualet nisi aliquo dato, uel retento.
3 Arbitramentum non est propriè transactio.

1 PRomissis. ¶ † Pœna apposita in trãsactione exigi potest ad
2 uersus contrafacientem. h. d. † Et transactio non ualet, nisi aliquo dato, uel retento, & in contractu transactionis non est locus pœnitentiæ. h. d. ¶ No. 1. ex hac. l. scilicet promissis, quod pœna adiecta in trãsactione est exigibilis, quod indubitanter procedit, quando pœna est adiecta facto, uel dationi speciei. Sed ponamus, ꝙ sit adiecta obligationi dandi quantitatem pecuniæ, an tunc censebitur adiecta in fraudem usurarum. Variæ reperiuntur opi. nã Rayne. de Forli. Fran. Tig. & Ia. But. determinant quòd sic. & hanc opi. secutus est Io. de Imo. in l. cum seruus. ff. de cond. & demon. sed Bal. & Sali. hic, & Imo. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. obli. determinant contrariũ. Sed præcedens opi. est magis communis. ¶ Ex l. transactio. no. summarium. Limitabitis tamen hanc. l. quia sufficit, quòd sit spes habẽdi aliquid ab aduersario ad hoc, ut ualeat transactio, quamuis illud dari, uel fieri totum dependeat à uoluntate aduersarii: nam nihilominus trãsactio erit ualida. tex. habetis no. in l. si super possessione. sup. eod. Item limitabitis hanc. l. non procedere in laudo arbitratorio: nam quamuis arbitrator in totum absoluat partem, tamen ualebit arbitramentum. Ita sing. dicit Bal. in l. fi. inf. de exe. rei iudi. Sed potestis dicere,
3 † quòd arbitramẽtum non est propriè transactio, ut uult Bar. ĩ l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. Item aliam limitationem dat Bal. in l. interest. inf. de solu. ubi dicit, ꝙ si creditor de centum faciat scribi in instrumẽto, ꝙ habuit, & recepit à debitore 60. & alia 60. confessus est se habuisse, & recepisse ex causa transactionis, quamuis nihil retineatur per debitorem, imò totum uideatur datũ creditori; tamen talis confessio erit ualida, & operabitur remissionem quandam ex causa transactionis, adeo quòd

quòd ipse creditor per exceptionem non numeratæ pe
cuniæ non poterit consequi illa.60. confessata, quod
est singu.no.¶ In l.quamuis.not.summarium. & habetis
ex ista.l. quòd licèt in contractibus innominatis re inte
gra sit locus pœnitentiæ. l. si pecuniam. ff. de cond. ob
cau. tamen in transactione non est locus pœnitentiæ,&
est speciale fauore litium finiendarum,& tamen transa-
ctio est contractus innominatus. sed ratione prædicta
in ea non habet locum pœnitentia. & no. bene istam. l.
Quam.l.si pecuniam, limitabitis, nisi contractus inno-
minatus ordinetur ad contractum nominatum. Nam
tunc non est locus pœnitentiæ. Ita dicit hic Bald. al-
legans, l. Labeo scribit si mihi bibliothecam.ff. de con-
trahen. emp. Item limitabitis, nisi contractus innomi-
natus sit coniunctus,& unitus cum contractu nominato
nam tunc nõ esset locus pœnitentiæ.l.si sterilis.§.si tibi
ff.de act.emp.

In l.Vbi pactum.

S V M M AE.

1 *Transactio uallata aquiliana stipulatione,& acceptilatione, si non seruetur per actorem, restituit accepta, & soluit pœnam.*

2 *Aut,disiunctiua quando apponitur inter genus, & speciẽ stat expositiuè.*

3 *Acceptilationi inest uinculum iuris naturalis.*

4 *Faciens de facto incidit in pœnam, si ex sua contrauentione inferatur damnum aduersario, uel quando actus de iure nõ potest sequi effectum.*

5 *Liberatio per acceptilationem præcedente aquiliana stipulatione quid operetur.*

6 *Stipulatio aquiliana est ad fauorem creditoris, & sibi soli producit actionem & ad quem finem fiat.nu. 7.*

8 *Absens an obligetur naturaliter ipsi gestori.*

9 *Electio est debitoris in alternatiuis.*

10 *Remedia tria competunt in odium illius, qui uenit contra solemnem transactionem.*

11 *Iudex potest ex officio repellere agentẽ sine actione.& nu.12. Et libellum ineptum.nu.14. Et si non faciat,an tenebitur parti ad interesse.nu. 15.* [redacted]

13 *Iudex non debet impartiri officium suum,nisi requiratur.*

16 *Statuto cauetur, quòd bannitus possit impunè occidi,quidam occidit bãnitum,iudex procedit contra occisorem, comparet tertius,& facit fidem ipsi iudici de statuto, & banno ipsius occisi, quid iuris.*

17 *Inquisitio iudicis ad quem finem fiat.*

18 *Criminosi quando sint capiendi.*

19 *Dilationi consentiens non potest uariare.*

1 VBi pactum. ¶†Si trãsactio aqui
liana stipulatione &
acceptilatione uallata non seruetur per
actorem,restituit accepta,& pœnam sol
uit,& nihilominus exceptione trãsactio
nis à limine iudicij repellitur.h d.secun
dùm communem intellectum. & est lex singu. secũdùm
2 Doc.¶No. 1. ex ista. l. quòd † quando ista disiunctiua,
2 aut,apponitur inter genus & speciem,stat expositiuè,&
exponitur,aut,pro id est,simile habetis in l.creditor qui
fundos.ibi,pig.uel hipo.inf.de pig.act.Et hoc est,quan-
do constat de mente loquentis,aliàs autem præsumitur,
quòd proferens talem sermonem noluit speciem com-
prehendi sub genere.l.1.ff.de re.dub. Bal. dat alium in-
tellectum dicens, quòd iste text. debet intelligi in pa
cto tamen gratuito super debito liquido facto, transa-
ctio uerò fuit facta super debito non liquido. & ideo
ista disiunctiua,uel,stat propriè.¶No.2.ex uerbo uincu-
3 lis.hic bene probari, quòd † in acceptilatione inest uin-
culum obligationis naturalis, qua quis obligatur ad nõ
petendum, de quo dicam statim. ¶No. 3. quòd licèt in
transactione simplici omnia ista remedia non competãt
reo copulatiuè.l.cum proponas.supra eo. tamen in tran
sactione celebrata per aceptilationem præcedente aqui
liana stipulatione. reus copulatiuè habet omnia ista re-
media: nam potest petere pœnam appositam in transa-
ctione, potest etiam repetere data ex causa transactio-
nis.Itẽ põt repellere exceptione trãsactionis aduersariũ
agentem pristina actione. Idem dicit Paul. de Castr. in
actionibus,quæ ipso iure ex pacto tollũtur,ut sunt actio
nes descendẽtes ex delicto. l.si tibi decem millia.§.quæ
dam. ff. de pact. maximè quia tales actiones consensu
partium non possunt resuscitari,ut uidistis in l.cum mo-
4 ta.supra eo. ¶Vltimò,quòd † faciens de facto incidit in
pœnam, si ex sua conuentione inferatur damnum aduer
sario,uel quando actus de iure non potest sequi effectũ,
de qua materia habetur in l.hæc q̃dẽ. inf.si man.ita fue.
alie.ne prost.& in l. qui Romæ.§. Flauius Hermes. ff. de
de uer.obl.¶In glo.super uer.innexa.in fi.uult ista gl.ꝙ
5 †si aliquis liberauit me per acceptilationem præcedente
aquiliana stipulatione, quòd ipse qui me ita liberauit,
obligatur mihi obligatione naturali ad non petendum.
Iac.de Are.dicebat,quod imò obligatur etiam ciuiliter:
quia acceptilatio habet solemnitatem iuris ciuilis. Hoc
fortificat Bal. quia in acceptilatione inest tacitum pactũ
de non petendo, quod uestitur cohærentia aquilianæ sti
pulationis præcedentis.Sed ista prima opi. non proce-
6 dit:†quia aquiliana stipulatio est ad fauorem creditoris,
& sibi soli producit actionem, unde non debet uestire
tacitum pactum, quod inest in acceptilatione pro aduer
sario,per ea quæ habentur in l.petens.sup. de pac. Item
7 † aquiliana stipulatio fit ad finem acceptilationis fien-
dæ,non autem propter se: ergo aquiliana stipulatio tan-
quam accessoria nõ debet uestire suum principale,ut ui-
distis in l.si pacto quo pœnam.sup. de pactis. ¶Secunda
principalis opi.fuit Ia.Bu.qui dicit,quod in acceptilatio
ne non inest obligatio naturalis, neque ciuilis:quia pare
ret contrarios effectus,contra.l.qui hominem.in §. fi. de
sol.Item acceptilatio est ficta solutio. §. est autem. Insti.
qui mod. tol. obliga. unde solutio & acceptilatio ten-
dũt ad dissoluendum obligationem.l.pe. ff.de sol.unde
non debet nasci naturalis obligatio. ¶Tertia prin. opi.
fuit Bartol.Ang.& Pau.de Cast.uolentiũ,quòd ex acce-
ptilatione non oritur obligatio etiam naturalis,sed pro
pter acceptilationem bene oritur obligatio naturalis ex
quadam æquitate: quia ille, qui me liberauit per acce-
ptilationem, est mihi obligatus obligatione naturali ad
non petendum, imò quicunque potest repelli per exce-
ptionem ab agendo,obligatur naturaliter ad non petẽ-
dum.l.Mæuia.§.fundus.ff.sol.ma.& non miremini,quòd
oriatur obligatio naturalis: quia quandoque præter cõ-
sensum, & intentionem partium bene oritur obligatio
naturalis, ut est dare exẽplum in delictis. ad hoc uide
8 Bar.in l.non solùm.in §.1.ff.de iniur.¶†Itẽ hoc uidem
in absente,& ignorante, cuius negotia geruntur per a
quẽ:nam ille absens & ignorans obligatur naturaliter ip
si gestori. Ita notab.declarat Bart.in l.1.ff.de condictio.
indebi. ¶In gloss.magn.pro expeditione primæ partis
gl.oppo,innuit ista litera,ꝙ reo eligente petere pœnam,
& repetere data ex causa transactionis,ipse consequetur
omnia ipsa ante causæ cognitionem, antequam cogno-
scatur de causa principali mota per aduersarium meũ:
quia agit actione pristina contraueniendo transactioni.
sed tunc obst.l.qui prior.ff.de iudic. ¶Solut. aliqui di-
cunt,quòd ista uerba ante cognitionem causæ, sunt refe
renda ad uerbum,data, & est sensus, quod ea,quæ data
fuerunt ante cognitionem causæ, quæ data fuerunt ex
causa

causa transactionis,possunt repeti. Sed per hoc non impedietur iudicium aduersarij, qui contraueniendo transactioni agit actione pristina, & ita intelligendo nõ ob. l.qui prior.¶Sed Doc.damnant istum intellectum, quia secundùm eum ista uerba, ante cognitionem causæ,non importarent iuris ministerium,sed facti accidentiam.Itẽ attento isto intellectu oporteret expectare finem iudicii intentati per aduersarium meum,quod est contra istum text. Vnde uerus intellectus est, ꝙ quando aduersarius meus contraueniẽdo transactioni,de qua hic,agit actione pristina,ego possum petere pœnam, & repetere sibi data:quia istæ actiones meæ sunt præiudiciales ad actionem intentatam per aduersarium meũ, & ideo dicit iste tex.ꝙ pęnam,& repetitionem datorum ego cõsequor ante cognitionem causæ.i. antequam cognoscatur de causa principali intentata per aduersarium meum.¶ Nã qa in actionibus meis oportet discutere de uiribus transactionis,quæ transactio est præiudicialis ad actionẽ intẽtatã per aduersariũ meũ,ideo meæ actiones faciunt silere actionem aduersarii mei, & hanc l. practicabitis hoc modo,quia quando uidebitis aduersarium uestrum intentare actionem pristinam contraueniendo transactioni tam solemniter celebratæ,sicut hic,uos debetis agere contra eum ad pœnam transactionis. Item repetere ea, quæ sibi dedistis ex causa transactionis. Item & opponere contra eum exceptionem transactionis:ista.n. omnia remedia copulatiuè uobis competunt, secundùm cõem intellectum,& tunc rñdebitis ad l.qui prior,ꝙ illa dẽt limitari,nisi aduersario agẽti obstet exceptio, quę habeat impedire litis ingressum,sicut est exceptio transactionis. l.fratris,sup.eo.& c.1.ext.de lit.cont.lib.6.¶Pro expeditione secundæ par.gl.quæ est in uers. item qđ dicit.op-
9 ponitur.In†alternatiuis electio est debitoris.l.plerunq; in fi.ff.de iu.do.& iste tex.uidetur uelle contrariũ.Sol.ꝙ l.plerunq;, in fi.debet intelligi, quando plures res alternatiuè sunt in obligatione: nam tunc est electio debitoris,ut ibi.Nos uerò hic loquimur in electione remediorum,& qñ alicui competunt plura remedia alternatiuè, est in electione sua eligere,quod malit.l. quod in hæredem.§. eligere. ff. de trib. & l.2.aliàs 3.quæ inc.ut quę. ff.de eo qđ cer.lo.¶Pro expeditione tertiæ partis gl. q̃ est in uer.ex prædictis:nam dicitur in ista parte, ꝙ aduersarius meus agit de facto & non de iure,unde uidetur,ꝙ non possim ab eo petere pœnam. l.cum proponas,s̃.eo. Solutio, ibi non erat transactio ita solemnis,sicut hic:nã hic erat uallata aquiliana stipulatione,& acceptilatione,
10 unde in odium illius,qui uenit contra tam solemnẽ transactionem,competunt alteri parti tria remedia. Primũ remedium,quia potest peti pœna apposita in transactione.Scđò possunt repeti data ex cã transactionis. Tertiò põt opponi de transactione.Non ob.si dicatur,ꝙ ex quo ipse actor fuit repulsus ab agendo exceptione transactionis,vr̃,ꝙ ipse actor admittatur ad petendum,ut seruetur ipsa transactio,per tex.ad hoc no. in l. q Romæ.§. Seia.ff.de uer.ob.& per no.per Inn.& Can.in c.mulieri, ext.de iureiu.& per Bar.in l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inof.test.quia rñdet hic no.Pa.de Ca.ꝙ cõtrarium procederet,ubi actor succumbit facto rei opponẽtis.Sed in casu.l.nostræ non succumbit facto rei opponentis,sed succumbit ex eo,ꝙ sine actione experitur, & no.bene istam limitationem ad d.§.Seia,& ad no.in d.c. mulieri.¶In ea.gl.ibi,& iudex absoluet aduersariũ. No.
11 istam gl.sing.ex qua habetis colligere,ꝙ† iudex ex officio põt agentem sine actione repellere.Et hoc est de mẽte Bar.hic,dum alleg.l.si unus.§.pactus, cum sua glo. in uer.in opponendo.ff.de pac.Et idem uult Bart.in l.post legatum.ff.de his,qui.ut indi.& in l.ita stipulatus,& in l,
12 si Titius.ff.de uer.ob.†quod procedit ẽt,si reus nihil opponat.Ad hoc all.Sal.in l.quos prohibet.ff.de postu.& li
13 cèt Ang.hic in hoc teneat cõtrarium motus,quia† iudex non debet impartiri officium suum,nisi requiratur. l.4.ĩ §.hoc autem iudicium.ff.de dam.inf. tamen Io.de Imo. in d.§.hoc autem,ad hoc respondet, quòd est speciale ĩ casu nostro,quia hoc spectat ad iudicii rectitudinem,fa
14 ciunt no.in c.causam quæ,extra de iud. † accipe simile ĩ libello inepto,quia iudex ex officio potest illum repel
b lere.[b]Ita dicit glo.in l.1.ff. de offi. asses. Ego allego sociam in c.sacerdotibus.11.q.1.Amplius dicunt hic Doc.ꝙ etiam si reus esset talis,qui non posset excipere,puta, qa statuto cauetur,quòd non soluens collectas non audiatur,neq; agendo,neq; excipiendo,tamẽ: si iudex uideat aliquẽ sine actione experiri,poterit ex officio illũ repel
15 lere.†Sed ponamus,ꝙ iudex hoc non faciat, an tenebitur parti ad interesse,ne possit conueniri in syndicatu.Pa.de Ca.hic determinat,quòd non:quia non omne, quod iudicis potestati permittitur, illud subiicitur eius necessitati.l.non quicquid.ff.de iud.Ego putarem ita esse distinguendum,aut reus hoc scit, & potest opponere, & non opponit,& tunc iudex tenebiẽ ad interesse,& hoc est de mente Bar.dum dicit,ꝙ si iudici liquet actorem agere sine actione,tenetur eum repellere,si tenetur,ergo non faciendo tenetur ad interesse.l.mancipia,cum ibi not.j̃.de ser.fugi.& l.fi.ff.de ua. & extraord. cogn.¶Per præmissa
16 infertur ad pulchram q.†Statuto cauetur, quòd bãnitus possit impunè occidi:quidam occidit bannitum, iudex procedit contra occisorem,comparet tertius, & facit fidem ipsi iudici de statuto,& banno ipsius occisi: dicunt hic Bar.Bal.& Sal.quòd hoc casu,quia iudici cõstat hoc non esse delictum,debebit absoluere ipsum occisorem. Sed aduertite,quia ipse Iac.But.& Bal.in l.decuriones.j̃. de his qui no.infa.uidentur uelle contrarium dicentes, ꝙ licèt pœna non debeat imponi,tamen est delictum,& ideo iudex debet procedere,sed non pęnam imponere, nisi statutũ disponeret,quòd bannitus possit impunè, & licitè occidi:nam tunc,quia non est delictum,non debet procedere cõtra occisorem.l.is qui aggressorem,ibi,nullam pœnam metuere debet,inf.ad l.Cor.de sica.Vos tenete simpliciter opi.Bar.superius relatam:quia,cum uirtute statuti delictum sit impunibile,qui non est punien-
17 dus,non est inquirendus,†cum inquisitio iudicis ad nullum alium finem fit nisi ad finem puniendi. Ad præmissa allego uobis elegantem doctrinam Bar. in l.si quis in graui.§.si maritus.ff.ad Sill.& in l.1. §. accusationem. ff. ad Turp.& in l.fi.§.Diuus quoque.ff.de publ. in quibus locis dicit,quòd est magna differentia inter capere,& de
18 nunciare.†Nam qui non est puniendus, non est capiendus,sed est bene denunciandus:siue sit puniendus, siue non,ut per Bar.in dictis locis,& hoc no.De q.prædicta uidete Bal.in l.data opera,in 6.q.inf.qui accu.nõ pos.& per eundem Bal.in l.unica,in uer.iuxta hoc pone, infra de confes.& per eundem Bal.in l.reos.j̃.de acc. & ꝑ Lu. Ro.suo cons.212.incip.uenerabilis Domine, ubi sequiẽ opi.Bar.superius relatam.¶In ea.gl.ibi,de facto agi, & non excipitur.Pe.de Bellap.& Cy.de Pist. & Raph.Ful. sequuntur hanc lec.reprehendentes communem lec. Dicunt.n.ipsi,quòd licèt Bar.hic dicat,quòd non reperitur iure cautum, quòd quis inuitus cogatur subire de facto iudicium;tamen in proposito nostro hoc potest sustineri,quia eo ipso,quòd reus petit pœnam, & repetit data ex causa transactionis,uidetur consentire, quòd contra
19 eum possit agi de facto pristina actione.† unde cum semel consenserit, non potest postea uariare, alioquin actor deciperetur auctoritate legis,contra l.in commodato.§.sicut.ff.commo.& pro ista opin.adducunt tex.in l.Iulianus scribit,si quis hominem.§.quantum. ff. ad exhib.ubi reus dicit, ego uolo pati iudicium rei uendicationis,ut absoluar ab actione ad exhibendum. Et hanc opinio.dicit Paul.de Castr. esse tolerabilem, quia licèt

actor careat actione, tamen quia reus non potest hoc excipere, perinde est, ac si ipse actor haberet actionẽ, per l. qui habebat. in fi. cũ sua glo. ff. de manu. test. Vos autẽ nõ recedatis ab intellectu Azo. glossa. qui cõmunis est. Et ad motiuum Pe. & Cy. respondete, quòd non est uerum, quòd reus repetendo data, & petendo pœnam uelit pati iudicium de facto, & quòd de facto contra eum agatur; nam ad alium finem potuit hoc fecisse, scilicet, ut faceret seruari transactionem, ut uult glo. nostra. Et ꝑ hac opin. adduco, quia actor agendo de facto, & soluendo pœnam, & restituendo sibi data non debet ex sua pœna, & ex suo delicto commodum reportare. l. itaque ful lo. ff. de fur. Ad §. quantum, respondeatis, ꝙ ibi reus non patitur iudiciũ de facto inuitus, sed uolẽs, & ita intelligit hic Bartol. illum tex. Vel aliter ibi reus solemniter per stipulationem promisit, quòd pateretur iudicium de facto; sed secus esset, si nudo consensu promisisset, ut in proposito nostro. In reliquis gloss. bene dicit.

ADDITIONES.

a ¶Disiunctiua, aut. Quid importet ista disiunctiua. Vide latè per Pet. de Anch. in c. Ioannes. nu. 20. 21. & 22. extra de testam.

b ¶Illũ repellere. Iudex ex officio potest repellere libellum ineptum. Vide d. Io. Ama. Tanam. in l. si Titius. in 2. col. ff. de uer. obl. & per Iac. in l. lecta. in 3. col. si cer. pet.

In l. Si quis maior.

SVMMAE.

1 Transactionem non obseruans qua pœna punietur.
2 Quis, dictio quando profertur sine termino, intelligitur iste terminus, homo.
3 Fœmina non habet firmitatem ingenij.
4 Minor, quantuncunque sit periurus, non incidit in pœnas huius legis.
5 Iuramentum quomodo reputet minorem maiorem.
6 Agens ad pœnas huius legis qualiter debeat agere.
7 Pœnæ huius legis in quibus habeant locum. & nu. 11. & 52.
8 Pacta, uerbum est generale, & conuenit omni contractui.
9 Iurans in contractu soluere canonem, seu fictum, si cesset semel in solutione, qualiter agetur contra eum. & nu. 10.
12 Alleganti necessitatem incumbit onus probandi.
13 Liberum arbitrium quid importet. & nu. 14.
15 Libelli oblatione facta iudici dicitur quis uenire contra trãsactionem.
16 Iurans in contractu fœneratitio, si adit iudicem sæcularẽ pro rescissione illius, statim efficitur periurus, secus si adeat iudicem ecclesiasticum.
17 Cõtra transactionẽ quãdo dicatur quis uenire. & n. 18. et 19.
20 Causa debet esse liquida, propter quam petitur pœna.
21 Iuramentum ut liget, quid debeat habere.
22 Iuramentum propriè quando dicatur.
23 Dispositio huius legis an habeat locum in fidei præstatione.
24 Fidei præstatio, & iuramentum procedunt à pari.
25 Pœna maior imponitur uenienti contra iuramentum, quàm uenienti contra fidem præstitam.
26 Periurus quando efficiatur ipso iure infamis. & nu. 29.
27 Testis periurus an sit ipso iure infamis.
28 Scholaris, qui iurat Rectori obedire, si non obediet, non est ipso iure infamis.
30 Iura imponentia pœnam ipso iure qualiter intelligantur.
31 Pactum an uestiatur iuramento.
32 Filius emancipatus qualiter obligetur patri.
33 Iuramentum an ualidet contractum, cui lex resistit.
34 Pactum nudum non uestitur iuramento.
35 Iuramentum de se non est productiuum alicuius actionis, nec introductum ad producẽdum obligationem. nu. 36.
37 Iuramentum habet uim clausulæ, rato manente pacto, et clausulæ, si non ualet quod ago, ut ago, &c. nu. 38.
39 Mox, dictio importat idem, quod ipso iure.
40 Pœna, quæ facti executionem requirit, non committitur ipso iure.
41 Iuramentum impedit purgationem moræ.
42 Purgatio moræ non habet locum in pœnis, quæ proueniunt ex delicto, nec in pœnis huius legis. nu. 43.
44 Mora semper potest purgari ae æquitate canonica.
45 Pœna conuentionalis in dubio applicatur parti, et non fisco.
46 Pœna apposita in ultima uoluntate, cui sit applicanda.
47 Pœna conuentionalis apposita in contractu an possit excedere duplum interesse.
48 Promittens ratum habere incidit in pœnam, si contraueniat.
49 Ratum, & firmum qualiter differant.
50 Procurator promittens factum domini an incidat in pœnam.
51 Pœna legalis, & pœna conuentionalis an differant.
53 Agi an possit contra hæredem defuncti ad pœnas huius legis.
54 Hæres an obligetur ex iuramento defuncti.
55 Iuramentum non egreditur personam iurantis.
56 Pœna, quando imponitur ipso iure, transit de defuncto in hæredem.
57 Dolus requiritur ad hoc, ut committantur pœnæ huius legis.
58 Debitor præsumitur semper soluere, ne incurrat moram.
59 Causa quantuncunque iniusta excusat à dolo.
60 Iurauit quidam in contractu transactionis, uel alterius conuentionis iuratæ, ipse contrauenit, sed antequam agatur ad pœnas huius l. contra eum, adit epm, ut sibi relaxet illud iuramentum, an absolutio, siue relaxatio sit sibi concedenda.
61 Legis auxilium frustra inuocat, qui committit in legem.
62 Periurus repellitur ab agendo.
63 Lex ista an habeat locum in actore.
64 Absolutio à iuramento quibus casibus possit peti.
65 Iuramentum etiam per metum extortum an obliget.
66 Puella, quæ commutauit hæreditatem paternam, & maternã pro modico, & fuit enormiter læsa, an restituatur.
67 Absolutionem petens à iuramento quid debeat docere.

SI quis maior. ¶ Hæc est not. & practicabilis. l. h. d.
1 †Veniens contra pactionem, seu transactionem iuratam per Deum, uel per Principem cadit ab actione, pœnam soluit, & sibi data restituit. h. d. ¶Not. 1. ex isto tex. ibi, si quis. hic uideri probari,
2 † quòd dispositio huius. l. habet locũ, nedum in masculis, sed etiam in fœminis. Quod probo, ꝗa quotiescunque ista dictio, quis, profertur sine termino, tunc subintelligitur iste terminus, homo, sub quo com-
a prehenditur tam masculus, quàm fœmina[a]. Ita dicit Bart. in l. 1. ff. de uer. sig. not. in l. si quis in tantã. inf. unde ui. & ita consului. in q. facti, licèt Raph. Ful. in quibusdã lecturis hic de hoc dubitet. primò quia ista. l. uidetur requirere firmitatẽ intellectus. quod patet, dum tex. dicit. si quis
3 maior. 25. annis. † sed fœmina non habet firmitatem ingenii. l. filia in orbitate. in uer. momentarijs. inf. de inof. testa. ¶Secundò dubitat Fulg. ex eo, quia ista. l. non habet locum in minore. 25. annis, ut patet in isto text. ergo etiam non debet habere locum in fœmina, quæ solet assimilari minori. l. 3. §. fi. ff. de eden. Sed uos teneatis audacter hanc. l. habere locũ etiam contra mulieres, per motiuum, quod supra feci in prin. & ita uult Raph. Ful. in alia lectu. dum dicit, nota. hanc. l. contra mulieres iurãtes in contractibus. Non ob. l. 1. §. fi. ff. de eden. quia illa ęquiparatio non procedit per omnia, ut ibi not. ¶No. 2. ex isto
4 tex. ibi, si maior, à contrario sensu, † quòd minor, quantũ cumq; sit periurus, tñ non incidit in pœnas huius. l. licèt iurauerit non cõtrauenire rõne minoris ætatis, uel resti-
5 tutionis in integrum. †Nam licèt tale iuramentum reputet eum maiorem. 25. annis, ut habetur in Authen. sacramen-

cramenta puberum,infra ſi aduer.uend.tamen hoc eſt ve
rum fictè,& l.noſtra,quæ eſt pœnalis, & odioſa non eſt
extendenda.l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.& cum lo-
quatur in eo,qui eſt uerè maior 25.annis, non debet ex-
tendi ad eum,qui eſt fictè maior.l.3.§. hæc uerba. ff. de
neg.ge.Et ita uolunt hic Doc.pro qua opi.Sal. all.l. fi.ſ.
6 de his qui ue.impe.Et†ideo ſitis aduiſati in practica,quã
do uos agitis contra aliquem ad pœnam huius l. ut de-
ducatis in proceſſu, quòd ipſe reus tempore tranſactio-
nis iuratæ erat maior.25.annis.¶No.3.ibi,pacta uel trã-
7 ſactiones,hic bene probari,quòd†pœnæ.l. noſtræ habẽt
locum nedum contra eum, qui uenit contra tranſactio-
nem iuratam,ſed etiam contra eum,qui uenit contra pa
8 cta,ſeu conuentiones iuratas.Nam†iſtud uerbum,pacta,
eſt generale,& conuenit omni contractui,ut pulchra gl.
uult in l.1.in prin.in gl.mag.in fi.ff.de actio.& obl.unde
iſta l.habet locum in omni contractu iurato, & in omni
conuentione iurata,& ita uolunt hic Doc.per tex. l.no-
ſtræ,in uer.placitis,& in uer.pacta. ¶Ex hoc infero uo-
bis ad unum quotidianũ. Vos ſcitis,quòd ad hoc,ut em
phyteota priuati cadat à iure ſuo ob nõ ſolutionem ca-
nonis,requiritur,quòd ceſſauerit in ſolutione per trien
nium.l.2.inf. de iu. emph. & ſi ſit emphyteota eccleſiæ,
ſufficit ceſſatio per biennium,Auth.qui rem.ſup. de ſac.
9 ſan.eccl.& c.potuit,ext.de loc.Dico uobis,† quòd ſi iu-
rauit in contractu ſoluere canonem,ſeu fictum, & ceſſet
ſemel in ſolutione,poterit agi contra eum ad pęnas hu-
ius.l.& priuabitur omni commodo illius contractus, ſi
tempore contractus iurati erat maior.25.annis. Ad hoc
allego uobis Bal.in c.querelam,ext.de iureiur. ubi dicit
10 ex mente glo.ibi,† quòd ſi colonus iurauerit in contra-
ctu ſoluere uel inquilinus,dato quòd aliàs requirat ceſ-
ſatio biennalis ad hoc,ut poſſit expelli.l.quæro. §.inter
locatorem.ff.loc.ſimiliter in caſu d.c.querelam,licèt re
quireretur,ceſſatio biennalis in ſoluendo penſionem,de
qua ibi,tamen ſi in contractu iurauerit,& ceſſet ſolùm ſe
mel in ſolutione,poterit agi contra eũ ad pœnas huius.
l.& priuabitur emolumento contractus, & ad cauſam
emphyteotæ,qui iurauit,allego uobis in terminis deci-
ſionem domini Alex.de Imo.ſuo conſ.126.in 1.uol.ſuo
rum conſiliorum,& incipit ſuum conſilium, redempto-
ris noſtri inuocato ſuffragio non puto,&c.& iſta tenea-
tis menti, quia ſunt quotidiana.¶No.4.ex iſto text. ibi,
nullo cogente imperio,hic bene probari,quòd ad hoc,
ut committantur pœnæ huius.l.requiritur,quòd contra
ctus iuratus ſit ſponte celebratus. ¶Ex hoc infert Barto.
11 †quòd pœnæ huius l.non habent locum, quando com-
promiſſum eſſet factum de iure, & de facto ex neceſſita
te ſtatuti diſponentis cauſas debere compromitti: quia
tale compromiſſum eſſet factum cogente imperio, &
hoc etiam eſt de mente eiuſdem Barto.in l.prædia.ff. de
actio.emp.& in l.qui fidem.ff.de tranſac. ¶ Sed Bart.de
Sal.in l.fi.inf.de iud.limitat hoc procedre,quando ſtatu
tum arctaret nedum ad compromittendum, ſed etiam
ad iurandum in compromiſſo. Item intelligit procede-
re dictum Bar.quando ex uerbis compromiſſi,uel aliter
appareret compromiſſum fuiſſe factum ex neceſſitate ſta
tuti;alioquin in dubio pręſumeretur compromiſſum uo
12 luntarium,& haberet locum diſpoſitio l.noſtræ:†quia al
leganti neceſſitatem incumbit onus probandi. l. fidei-
commiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.¶Ego crederem, quòd in
dubio præſumeretur compromiſſum fuiſſe factum neceſ
ſitate ſtatuti,non autem uoluntariè. Ad hoc introduco
id,quod uult Bar.in l.creditor,in prin. ad finem commẽ
ti illius principii,ff.de ſolu.& id, quod no.Bald.in l.fal-
ſus.C.de fur. dum loquitur de debitore ſoluente reipu
blicæ,uel fiſco id,quod alteri ſoluere tenebatur. Rapha.
Fulgoſ.hic adducit aliam limitationem ad dictum Bar.
dicens,quòd dictum Bar.debet intelligi, quando ſtatu-
tum arctaret nedum ad compromittendum, ſed etiam
ad iurandum,alioquin,ſi nullam faceret mentionem de
iuramento,præſumeretur iuramentum uoluntarium, &
haberẽt locum pœnę.l.noſtræ, ſed non audet hoc bene
firmare.Sed Moderni hoc habent pro firmo. Ego tenerẽ
indiſtinctè dictum Bar.quia,quando ſtatutum arctat ad
compromittendum, intelligitur etiam arctare, & com-
pellere ad iurandum, ſaltem ubi eſt conſuetudo commu
niter iurãdi in compromiſſis.Nam tunc ex quo ſtatutum
compellit ad compromittendum, intelligitur etiam ad
firmandum compellere ipſum compromiſſarium cum
clauſulis conſuetis.l.fi.in fi.in uer.quotidiano uſu.inf.de
fideiuſ.& l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædili.edic.
& l.ſi prius,in §.placuit.ff.de aq.pluu.ar. faciunt optimè
no.per Bar.in l.ex ea parte.ff.de uer.obl.& per Ange.in
l.bene à Zenone,inf.de de quadri.præſcr.¶No. ulterius
ex iſto tex.ibi,libero arbitrio, quòd liberum arbitrium
13 importat meram uoluntatem,†& non coactam: alibi li-
berum arbitrium importat, ut poſſit iniquum præferri
æquo.l.fideicommiſſa.§.quanquam.ff.de leg.3.alibi im
portat remiſſionem ſolemnitatum iuris,ut not.per Bar.
b to.[b]in l.1.ff.de teſt.mili.& per eundem in l.ſi ſic. ff.de le
gat.1.& pulchrè per eundem in extraua.ad repri.in uer.
14 uidebitur.Vnum notetis,quod uult hic Bal.† quòd quo
tieſcunque conceditur liberum arbitrium ſuper eo, qđ
poteſt afferre præiudicium alteri, tunc liberum arbitriũ
refertur ad arbitrium boni uiri,all.gl.in Clemen.ſæpe,
extra de uerb.ſign.uos allegabitis pulchram gloſſ. in l.
pe.ff.de arb.& quod habetur in c. quintauallis.extra de
iureiuran.¶No.ulterius ibi, interpellando iudicem,hic
15 uideri probari,quòd† per ſolam oblationem libelli fa-
ctam iudici uidetur quis uenire contra tranſactionem iu
ratam,adeo quòd incidit in pœnas.l.noſtræ.¶Ex hoc lo
16 co infert no.Bal.†quòd ſi quis iurauit in contractu fœ-
neratitio,& adeat iudicem ſæcularem pro reſciſſione il
lius contractus,ſtatim efficitur periurus. Secus ſi adeat
iudicem eccleſiaſticum,ut obtineat abſolutionem ab il
lo iuramento:nam cum hoc faciat canone permittente,
ut habetur in c.1.extra de iureiu.certè non efficitur per
17 iurus, nec incidit in pœnas huius.l.¶Aduertite, † quia
ſolus Pau.de Ca.ſupplet ad iſtum text.dicens, quòd ad
hoc ut committantur pœnæ huius l. non ſufficit offerre
libellum iudici, ſed eſt neceſſe, quòd reus ſit citatus.
alioquin ſi non eſſet citatus & incõmodatus,non dicere
tur ueniſſe contra,ideo non haberent locum pœnæ hu-
ius l.all.no.in Auth.qui ſemel.infra quomodo,& quan.
iud.Sed uos tenebitis contra Paulum per iſtum text. in
uer.interpellando iudicem,& per tex.huius l.ibi,ſuppli
cando Principibus.Ad Auth.qui ſemel reſpondebitis,
quòd hoc eſt ſpeciale in odium deierantis,ut incidat in
pęnas huius l.offerendo libellum coram iudice uenien-
do contra tranſactionem iuratam,licèt reus non incom-
modetur,ideſt damnum non patiatur.¶Addit ipſe Pau.
quòd imò ad hoc,ut committantur pęnæ huius l. eſt ne-
ceſſe,quòd reus citatus comparuerit,aliàs autem, ſi non
compareat,uel ſi compareat, & actor renunciet iudicio
per pęnitentiam, his caſibus euitabit pęnas huius l. ſal-
tem illas,quæ non committuntur ipſo iure, all.l. quam-
uis.ff.de ĩ ius uo.ſed certè iſtud dictum Pau.eſt indubita
bile,ſed Doct.tenẽt,ꝙ in caſu huius l. nõ eſt licita purga
tio morę in aliqua ex pęnis,de quibus hic,de quo tamen
dicam infra. ¶ Not. ulterius ex iſto text. ibi, ſup-
18 plicando Principibus,hic uideri probari,†quòd per ſo-
lam ſupplicationem Principi porrectam inducitur con-
trauentio tranſactionis iuratæ.Sed Paul. de Caſtr. dicit,
quòd hoc eſt ſatis durum,unde ipſe requirit, quòd ſu p
ſupplicatione ſit obtentum reſcriptum; alioquin ex ſola
ſupplicatione non committerentur pęnæ huius l. & in
hoc credo Paul. benedicere, & iudicio meo hoc eſt

de mẽte gl.hic ĩ uer.supplicãdo, amplius dicit ipse Pau.
ꝙ est necesse,quòd ille, qui impetrauit rescriptũ a prin-
cipe, sit usus illo rescriptoꝗ: alioquin non haberent lo-
cum pænæ huius l.Ad hoc adducuntur no. per Hosti. &
Io.An.in c.ex conquestione , extra. de resti. spo. & per
Bal.in l.1.supra ut li. pend.& in l.postquàm liti. in fi. su-
pra de pact.ubi dicunt,quòd si ille,qui impetrauit rescri
ptum delegatorium,nunquam fuit usus eo , aduersarius
non poterit se iuuare ex illo rescripto: quia licitum fuit
impetratori eo non uti, imò lacerare, si sibi uidetur.
¶ Addite uos,quòd Alex.de Imo.in suo.1.uolu.cõsilio
rum,suo consi.34.inci. redẽptoris nostri inuocato suffra
gio,uiso themate suprascripto.recitat istam opi. Pau. &
transit cum ea,& licèt ista sententia sit humana,& æqua,
tamen uerba huius tex.ualde repugnant ibi ; supplican-
19 do Principibus. ¶ † Nota subsequenter alium modum,
per quem dicitur quis uenire contra conuentionem iu-
ratam,scilicet non implendo promissa,& iurata:quod in
telligatis uetum,si ille,qui debebat implere , fuit in mo-
ra , aliàs secus. per not. per Bartol. in l. si duo, in fin. ff.
de consti.pecu.Addo uobis,quòd agens ad pęnam siue
legalem,siue conuentionalem,;debet ex parte sua proba
20 re debitum implementum: † quia liquida debet esse cau
sa, quare pęna petatur.Ista sunt aurea dicta Bal.in c.1.in
in tit.quali.dom.proprie.priu.in libell.feud.alleg.l.quæ-
ro.§.inter locatorem.ff.loca.¶ No. ulterius ex isto tex.
ibi,inuocato Dei omnipotentis nomine. hic bene pro-
21 bari , † quòd ad hoc , ut iuramentum liget , non est ne-
cesse,quòd tangantur sacrę scripturæ : sed sufficit uerbo
præstari iuramentum: quod est uerum quantùm ad pę-
22 nas huius l.Aliàs autem dicite , † quòd propriè iuramen
tum dicitur, quando tanguntur scripturæ sacræ. gl.not.
in Cle.1.extra de hære.& ita dicit Bald.in l.pen.§.in om
nibus ȷ̃.de re.cre. & And.Hyser.in c.1.§.itẽ sacramenta.
in ti.de pac.iur.firman. in usi.feu.Et ex hoc eodem loco
colligitis, quòd ad commissionem pęnarum huius legis
sufficit,quòd quis iurauerit per Deum , uel per Princi-
pem,unde malè dicunt quidam uolentes idem esse, si ali
ter fuisset iuratum,puta,iuro per caput meum,nam,si est
speciale,quãdo iuratur per Principẽ, ut hic , ergo secus
est , si esset iuratum per aliam scripturam , multis enim
c modis iurari potest c, ut habetur in c. & si Christus extra
23 de iureiu. ¶ Sed iuxta prædicta quæro , † nunquid di-
spositio huius l.habeat locum in fidei præstatione, puta,
quia aliquis promisit aliquid sub fide absque iuramen-
to : deinde cõtrauenerit, nunquid poterit agi contra eũ
ad pœnas huius l. Spe.in titu.de arbi.§.fi. uer. sed pone,
ꝙ promisi,determinat,quòd sic. Eandem opi. tenuerunt
Io.And.Bald.& Ant.de But.in c.cum tempore, extra de
24 arbi. Mouentur : quia † fidei præstatio , & iuramentum
procedunt à pari.c.ad aures, extra quod me. cau. & ita
uult glo.fi.in c.peruenit, extra de fideius.& in hanc par
tem inclinat hic Alexand.de Imo.in fine commenti.sed
Ioan.de Imol.in præall.c. cum tempore , & in c. quere-
lam, extra de iureiur. tenet contrariam opin. Mouetur,
quia ista l.est pœnalis,& odiosa, ergo non est extenden
da,ar.l.cum quidam.ff.de libe. & posth. & l. si de inter-
pretatione. ff. de pę.;& c. 1. de pęni.;dist. 1. Non obstat
motiuum præfatorum Doctorum , dum dicunt , ꝙ fidei
præstatio, & iuramentum comparãtur : quia responde-
25 tur,ꝙ † imò maior pœna imponitur uenienti cõtra iura-
mentũ,quàm uenienti contra fidem præstitã.Ista est glo.
ordi.in c.de pęnis, extra de iureiur.In iudicãdo nõ esset
tutum recedere à sententia Spe.& sequaciũ.¶Not.ulte-
26 rius hic bene probari, † ꝙ periurus propter non obserua
tionẽ contractus iurati ipso iure , & ipso facto efficitur
27 infamis,secus in periurio testis:†quia non reddit ipsum
testẽ ipso facto infamẽ,vt habetur in l.Lucius. ff. de his
28 qui no.inf.Hinc dicit hic Bal.ꝙ † scholaris,qui iurat obe
dire Rectori,licèt non obediat,;nõ tñ est ipso facto infa
29 mis:quod not.¶ Aduertite tñ,† quia licèt cõtraueniens
cõuẽtioni iuratæ ipso facto efficiatur infamis, tñ requi-
ritur sententia declaratoria,secũdùm Bal. hic per l.eius
qui delatorẽ.ff.de iure fisci.Et do uobis unam regulam
30 magistralẽ, † ꝙ omnia iura mundi imponentia pœnam
ipso iure , intelliguntur , dummodo sequatur sententia
declaratoria.per quam declaretur illud fuisse commis-
sum,per quod pœna imponitur ipso iure.Ista est doctri
na Io. And.in nouel.in c.pro humani,extra de homi.lib.
6.Ideo uoluit Io.And.in c.cum secundùm leges, ubi est
optimus tex.extra de hære.lib. 6. Idem uoluit Bal.in c.
1.in tit.de feu. fin. cul.nõ amit. in libell. feudo.;& idem
Bald.in Auth. qui semel.ȷ̃.quomodo , & quando iu.&
in Auth.hoc amplius.ȷ̃.de fideicom.quod est bene not.
¶ Not. subsequenter ex isto tex. ibi , actione priuatus;
31 hic uideri probari,†ꝙ pactum uestitur iuramento:nam si
priuatur actione,ergo eam habebat:quia priuatio præ-
supponit habitum,l.manumissiones.ff. de iust. & iur. &
l.decem.ff.de uerb. oblig. & ita ad hoc allegat istũ tex.
Raph.Cum.in rub.ff. de uerb. oblig.Sed certè iste text.
hoc non probat , nec loquitur de actione orta ex iura-
mento,seu pacto iurato:quia illa non oriretur ipsi iuran
ti,sed oriretur alteri , in cuius fauorem fuit præstitum
iuramentum. Intelligitur ergo tex. de pristina actione,
quæ competebat ante transactionem,uel pactũ , uel in-
telligitur de pacto uestito, & hoc est,quod;uoluit Imo
in c. cum contingat, in 10. charta, extra de iureiur. ubi
dicit,ꝙ in casu huius, l. ex iuramento non oritur actio.
Aduertite tamẽ:quia Anto.de Bu.in præalleg.c. cum cõ
tingat,tenuit, ꝙ pactum nudum uestiatur iuramẽ o.Mo
uetur,quia si libertus;iuret se præstiturum operas patro
no,ipse obligabitur,l.ut iurisiurandi.ff.de ope.lib .Et est
ratio:quia ipse libertus,antequam iuraret, erat naturali-
ter obligatus ipsi patrono,l.si non sortem.§. libertus. ff.
de cõdi.inde. ex pacto nudo bene oritur naturalis obli
gatio,ergo tale pactum debet uestiri iuramẽto.sed huic
motiuo respondebitis,ꝙ ista ratio non concludit: quod
32 probo. † Nam filius emancipatus obligatur patri ex
emancipatione, plus quam, si esset in potestate patria,
tex.;test not. in l. 1. sup. de offi. præto. Et attenta ra-
tione Ant.de Butr. sequeretur,quòd ipse filius emanci-
patus,si iuraret se præstare operas patri, quòd obligare
tur:quod est falsum,tex.ẽ not.in l.nullũ.ff.de obse.à lib.
patro.præstan. Quidam Moderni fortificant istam opin.
33 hoc modo. † Nam si iuramentum ualidat contractum,
cui lex resistit : quo casu etiam non oritur naturalis l.si
non sortem.ff. de condi.inde.ergo multò magis debet
ualidare contractum,cui lex nõ resistit, sed non assistit,
l.stipulatio ista.§. alteri. ff.de uerb.obli.Sed istud moti-
uum procederet de iure canonico, sed de iure ciuili est
magnum dubium,nunquid iuramentum habeat valida-
re contractum,cui lex resistit.De quo per Bar.in l.si quis
pro eo.ff.de fideius.not.in l.non dubium.ȷ̃. de legi. Ad-
dite uos, quòd dominus Panor.in c. cũ uenissent,extra
de Insti.sequitur opi.domini Ant.superius relatam.Sed
34 uos teneatis audacter , † ꝙ pactum nudum non uestitur
iuramento . Hanc opi.tenet Bart.in d.l.si quis pro eo.&
Bal.in l.1.ȷ̃.de ope.lib.& idem Bal.in Auth. sacramen-
ta puberũ.ȷ̃.si aduer.uen.& Ang.in l.si unus,in.§.pactus.
ff.de pact.& ista est magis communis opi.pro qua facit,
quia speciale est in liberto,d.l.ut iurisiurandi. ¶ Secun
35 dò quia † iuramentum de se non est productiuum ali-
cuius obligationis.d. l.si quis pro eo. ergo iuramen-
tum cum eo pacto nudo non debet uestire ipsum pa-
36 ctum. ¶ † Tertiò iuramentum non est introductum ad
producendum obligationem , sed est adinuentum , ut
maior fides adhibeatur iuranti, ca p. & si Christus, ex-
tra. de iureiur. Nam dirigitur principaliter in Deum,
ut

ut habetur in c.debitores,ext.de iureiu.¶Quartò adduco uobis tex.in l.cum antea,uer.de exceptis,inf.de arb. ubi postquã Imperator tractauit de cõpromissis nudis, excipit compromissum iuratũ,ut ergo exceptio sit de regula,compromissum iuratum erit ẽt nudum.¶No.ulte-
37 rius ex isto tex.ibi,emolumento,hic bene probari,†ꝙ iuramentum hẽt uim clausulæ,rato manente pacto:nã uos uidetis,ꝙ hic pœna promissa petitur,& repetuntur data, & nihilominus aduersarius repellitur.Addit hic Bar.ele-
38 ganter,†ꝙ iuramentum habet uim clausulæ, si non ualet quod ago,ut ago,saltem ualet,ut ualere potest.l. cũ pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.ideo dicit Bart. ꝙ si essemus in casu,in quo transactio non ualeret ut transactio, ut contingit in multis casibus,quos declaraui in l.si causa cognita.s̃.eo.Si in tali transactione sit interpositum iuramentum,licet non ualeat ut transactio, tamen ualet in uim pacti,quod nunquam exeat memoria uestra. ¶No. ulteriùs ex isto tex,ibi,mox,hic bene probari,ꝙ pœnæ ĩ
39 hac.l.descriptæ committuntur ipso iure.†Nam de natura istius dictionis,mox,est importare idẽ, quod ipso iure,gl.est no.ualde in Auth.de ince.& nef.nup.in prin. & idem est in similibus dictionibus,sicut est dictio penitus, dictio omnino,dictio funditus, dictio protinus, de quibus omnibus habetur per Can.in c.si diligenti,extra de fo.comp.& d. Ludou. Roma. plenè declarat in suis singularibus.Et aduertite,quia glo.hic super uer. priuatus, uult,ꝙ oẽs pœnæ descriptæ in hac l. committantur ipso iure,& ita sequuntur Bar.& Ang.¶Sed Bal.Sali.& Pa.de Ca.dicunt hoc esse uerum,quantùm ad pœnam periurii, & pœnam infamiæ,& pęnam priuationis actionis. Secus in pœna restitutionis acceptorum, & in pœna promissa
40 soluenda.†Nam cum ista duo ultima requirant facti executionem,ut de se patet:certè non committuntur ipso iure,& hoc est satis sustentabile,quia dictio, mox,non apponitur hic impositioni pœnarum,sed aliis uerbis subsequentibus.¶Ex hoc eodem loco habetis notanter colli-
41 gere,ꝙ iuramentum impedit purgationem moræ, & ad hoc quotidie allegamus istam l. nam quando pœna imponitur ipso iure,& est facta executio à lege, uel ab homine,ibi non est locus purgationi moræ.l.si is cui. ff. de leg.2.& l.qui ob rem.ff.de cond.ind. Et ꝙ iuramentum impediat purgationem moræ,tenet expresse Bar. in l.si insulam, in 5.q.ff.de uer.ob.& Bal.in lec.ordinaria in l. & si post tres.ff.si quis cau.& idem Bal. in l. si pacto quo pœnam.s̃.de pac.sed Ang.in d.l.si insulam,& Pa.de Ca. hic dicunt uerum esse,ꝙ iuramentum impedit purgationem moræ in illis pœnis,quæ committuntur ipso iure,secus in pœna restitutionis acceptorum,& in pœna ꝓmissa in contractu iurato: nam in istis duabus,quæ non cõmittuntur ipso iure,est bene locus purgationi moræ. Vos aũt sequamini opi.Bar.& Bal.superius relatam, quam ẽt sequitur Imo.in d.l.si insulam. Nam ista pœna restitutionis datorum uenit à lege ꝑ ꝑ periurium,& nos habemus
42 †ꝙ in pœnis,quæ proueniunt ex delicto,nõ est locus purgationi moræ.l.qui ea mente.ff.de fur.Item ẽt quantùm ad pœnam promissam in contractu iurato, non est locus purgationi moræ:si.n.in eis solis pœnis, quæ ipso iure committuntur,nõ esset locus purgationi moræ,ista l.nullam specialitatem induceret in moroso periurãte,&[illegible] ista fuit ratio Imo.in d.l.si insulam. Infero ergo uobis pul-
43 chrã concl.†ꝙ in pœnis huius l.quotquot sunt,nõ est locus purgationi moræ, quod est uerũ de iure ciuili, sed de iure canonico est bñ locus purgationi morę,gl.no. in
d c.apud misericordẽ.32.qõ.1.optimè facit tex. in c.suã[d], ex.de pęn. sm̃ intellectum quem posuit Host. in summa sua.in ti.de arb.§.qualiter,uer.sed nunquid religiosi, & quod no.Ant.de Bu.in c.dilecti,ext. de arb. ubi dicunt,
44 quòd de æquitate canonica semper potest mora purgari,dummodo aduersarius damnum non sit passus.Et te-

45 nete bene menti istam doctrinam.¶No.subsequenter,†ꝙ pœna conuentionalis in dubio applicatur parti, non autem fisco. Hodie tamen notarii in rogationibus instrumentorum solent de consuetudine prouidere,& aliquã do pœnam conuentionalem stipulantur fisco: aliquan-
46 do parti.¶†Quid autem in pœna apposita in ultima uoluntate,cui sit applicanda.Videte no.per Bar.in l.uxorẽ, in §.hæres.ff.de leg.3.per Bald.in Auth cui relictum,infra de ind.uid.tol.per eundem Bar.in l.unica.inf.de his,
47 quæ pœ.no.†¶Vlti.solẽnis doctor dominus Pe.de Ancha.suo cons.137.ponderat istum tex.sing.dicens hic ꝓbari,quòd licèt sit magnum dubium, utrùm pœna conuentionalis apposita in cõtractu iurato possit excedere duplũ interesse,de quo in l.unica.J̃.de sen.q̃ pro eo, qđ ĩterest profe.tñ, qñ talis pęna apponit̃ in cõtractu,potest accedere usq; ad quadruplũ interesse. Nã uidetis hic, ꝙ lex nedum approbat istam pœnam conuentionalem appositam in contractu iurato,imò eam auget, & istud dictum sibi appropriauit Ludou.Roma.in l.stipulatio ista. §.alteri. ff.de uerbo.oblig.¶In glos.super uer. interpellando iudicem,ibi,refert fortè, ista est communiter approbata,reprobata opi. seq.¶In ead.gloss.promitto ra-
48 tum habiturum.No.ex ista glo.†quòd ille, qui promittit ratũ habere,incidit in pœnam,si contraueniat secundùm formã huius l.perinde,ac si promisisset non contrauenire,de quo uidistis in l.præcedẽti. Ideo Bar.de Sal. in l.q.fidẽ.ff.eo. dicebat,ꝙ promittere ratum habiturum, & ꝓmittere non cõtrauenire, per omnia æquiparantur. Et ex hoc dicto infertur,quòd si promitto ratum habiturũ,& contraueniam de facto,incido in pœnã, sicut si ꝓmisissem nõ cõtrauenire, quo casu agendo de facto inciderem in pœnam,ut declaraui in l.præcedenti.Sed hoc uidetur contra glo.ordi.in l.id quod pauperibus, supra de episcop.& cle.ubi glo.quam ponderat ibi Bar. dicit,
49 quòd uerbum,ratum,debet intelligi.s.de iure, & uerbũ, firmum,debet intelligi.s.de facto,& ad hoc dominus Panor.ponderauit illam gloss.in c.Raynaldus,extra de testam.Potestis pro concordia sic concludere. Aut promitto me ratum habiturum,& tunc etiam si de facto contrauenĩa,ego incido in pœnã, & ita intelligitur ista glo. Aut promitto alium ratum habiturum,puta quia procurator promisit sub pœna dominũ suum ratum habiturũ, & hoc casu, si dominus de facto contraueniat, procurator non incidet in pœnam, sed si ista duo uerba fuis-
50 sent apposita, scilicet† quòd procurator promisisset ratum,& firmum habiturum, tunc dominus contrauenien do de facto faceret procuratorem cadere in pœnam, optimè facit text. in l. si fine. §. cum autem. ff. rem ra.hab.De hac materia uidete plenè per Barto. in l. amplius non peti.ff.rem ra.hab.& per Bald.in l. 1. infra de his,quæ pœ.no.& per Salicet.hic,& per Angel. in l.non solùm.§.sed & si status.ff. de procur. & per eundem Angel.in l.1.infra de præscrip.lon.tempo. & per Canonist. in c.si diligenti,ext.de fo.comp.& in c.super literis,ext. de rescrip.¶In eadem glo.ibi.§.accusare,Barto. & Ang. respondent ad illum text.quòd loquitur in pœna legali. Bald. reprehendit istam solutionem per l. si libertus minorem. ff. de iure patronat.sed de intellectu illius. l. dicite, ut per Bartol. in l.amplius non peti. ff. rem ra-
51 tam habe.†Bartol. de Salicet. dicit non esse constituendam differentiam inter pœnam legalem,& pœnam con-
e uentionalem[e]: sed dicit debere attendi proprium significatum uerborum: si enim pœna imponitur petenti, tunc requiritur litis contestatio ad hoc, ut pœna committatur, dicta l.amplius non peti. nisi per legem aliud sit determinatum, ut in casu dicti §. accusare. Raphael Fulgosius dicit, quòd in §. accusare,non constabat de mente legis,unde dicit, quòd aut lex punit accusantem per calumniam,& ad hoc,ut pęna

committatur, est necesse peruenire usq; ad sententiam:
quia ante sententiam non potest apparere de calumnia,
allegat. l. si quis.ff. ad Turpili. aut lex simpliciter punit
accusantem, & tunc non est opus peruenire ad senten-
tiam. l. penult. & finali. inf. qui accusa. non possunt.
quando uerò constat nobis de mente legis, stamus ei.
& ita loquitur hæc lex. Vos autem sequamini opinio-
nem Bar. & dicite, quòd in pœnis legalibus adhoc, ut
committatur, est necesse peruenire ad sententiam, l. alia.
inf. de his quib. ut indig. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de
inof. testa. & l. qui cum maior. §. accusasse. & l. in serui-
tutem. §. petijsse. ff. de bo. libert. Non obst. l. nostra. quia
secundùm Pet. & Rayne. hic ponitur casus specialis in
odium periurantis, & ideo istæ pœnæ committun-
tur ex sola contrauentione transactionis iuratæ, licèt
causa non fuerit perducta usque ad sententiam. ¶ In gl.
52 super uerbo, solidauerit, in fine. Notetis ex ista gl. † quòd
ad hoc, ut habeant locum pœnæ huius l. est necesse, ꝙ
in instrumento transactionis, seu conuentionis iuratæ
promissum, & iuratum sit de non contraueniendo. Et
ideo in q̄one facti cum quidam notarius scripsisset pa-
cta inter partes celebrata, & in fine instrumenti scripsis-
set iuramentum sub ista forma. Et prædicta omnia, & sin
gula dictę partes iurauerunt fuisse uera, & non apposuis
set, ꝙ promiserant, & iurauerant non contrauenire; &
una pars ageret contra alteram ad pœnas huius. l. Con-
sului, quòd reus non poterat condemnari ad pœnas hu
f ius. l.f per istam glossellam. & ita fuit iudicatum. ¶ Ex-
53 tra glo. quæro † nunquid ad pœnas huius. l. possit agi
contra hæredem defuncti, qui defunctus iurauerat in
contractu, & hæres contrauenit illi conuentioni iuratæ
per defunctum. Ang. suo consi. 266. incipiente, ex themate
te & actis. determinat, quòd poterit agi contra hæredē.
54 Mouetur: † quia iuramentum ita bene obligat hæredē,
sicut defunctum: quia uenire contra conuentionem iu-
ratam est pariter utrique interdictum, allegat tex. in Au
then. de iureiur. à mori. præsti. in prin. allegat etiam Au
then. quod optimè. inf. de proba. Ego domini in secreto
55 iuris putarem contrarium. Moueor: † quia iuramentum
est personale respectu iurantis, nec egreditur personā
ipsius iurantis. c. ueritatis. extra de iureiuran. & reatus
periurij non transit in hæredem, ut uult Bal. in c. 1. §. itē
sacra. in tit. de pace. iur. fir. in usib. feud. Et istæ pœnæ im
ponuntur ratione periurij, ergo hæres, qui nō iurauit, nō
potest committere istas pœnas, sed bene credo, ꝙ si de-
functus contrauenisset transactioni iuratæ, & mortuus
esset nondum facta querela contra eum, posset agi con-
tra eius hæredem ex contrauentione defuncti, nō quòd
hæres esset periurus, nec notaretur infamia, sed ex con
trauentione defuncti bene priuabitur emolumento il-
lius transactionis iuratæ, & ita sæpe consului. motus,
quia pœnæ huius. l. hic ponuntur ipso iure, ut vult hic
glo. in uerbo, priuatus. & sequuntur Bar. & Ange. Modò
56 nos habemus, † quòd quando pœna imponitur ipso iu-
re, transit de defuncto in hæredem. Ista est gloss. aurea
in l. 3. §. quod ait. ff. quod quisque iuris. quam gloss. ad
hoc ponderat Bal. no. in c. imperialem. §. insuper. in titu.
de prohi. alie. feu. per Federi. ¶ Vnum etiam notetis, ꝙ
ad hoc, ut committantur pœnæ huius. l. requiritur do-
lus. quod probo: nam istæ pœnæ imponuntur ratione
periurij, & nos habemus, quòd periurium non incurri-
g tur sine dolo g, & ad hoc allego uobis tex. notabilem in
l. qui iurasse. post prin. ff. de iu. iur. & l. 3. §. 1. iuncta. l. fi. ff.
de crim. stellion. & tex. apertū in c. quærit. §. item oppo-
nitur. 22. q. 2. & ita dicit Bal. ad literā in l. ne quicquā. §.
proficisci. in uersi. sed nunquid iudex. ff. de offi. procon-
su. & legati. optimè facit, quod uult glo. in c. breui. extra
57 de iureiuran. ¶ † Et ideo in quæstione facti, cum quidā
iurasset in transactione soluere certam pecuniam aduer
sario in certo termino, & in die solutionis fiendæ credi-
tor eēt absens ab illo loco, & debitor non accessisset ad
domum creditoris pro inuestigando, si esset aliquis, qui
posset recipere solutionem, nec fuisset protestatus debi
tor, ꝙ erat paratus soluere, si esset qui reciperet, & credi
tor reuersus domū ageret cōtra debitorē ad pœnas hu-
ius legis. Consului, quòd non poterat condemnari. Mo-
uebar: quia licèt debitor non fuisset protestatus, ut su-
pra, & Bartol. in l. item illa. ff. de consti. pecu. dicat talem
protestationem debere fieri. & in l. si seruum. §. nunc ui-
deamus. ff. de uerbo. obliga. tamen dicebam, quòd debi
tor non erat in dolo, sed potius in culpa. & ideo non in-
ciderat in pœnas huius legis: quia requirit dolum, ut su-
pra probaui, & ad hoc allegabam Bart. in l. si creditori.
58 ff. de leg. 1. ubi dicit, † ꝙ debitor semper præsumitur sol
uere, ne moram incurrat, quæ est delictum. & hoc idem
uult Bartol. in l. gerit. ff. de acquiren. hære. unde conclu-
debam, quòd ille debitor erat in culpa, & non in dolo.
59 † & causa quantuncunque iniusta excusat à dolo. glo. or
dina. in l. 1. in fine. ff. de abig. probatur in l. igitur potest.
ff. de liber. cau. notatur in l. flagri inf. ad leg. Fauiam. de
plagi. & in effectu ille debitor fuit absolutus. ¶ Quæro
60 etiam. † Quidam iurauit in contractu transactionis, uel
alterius cōuentionis iuratæ: ipse contrauenit, & antequā
agatur ad pœnas huius leg. contra eum, adit Episcopū,
ut sibi relaxet illud iuramentum: nunquid absolutio, seu
relaxatio sit sibi concedenda. Concludite quòd nō, quia
postquam quis contrauenit iuramento suo, non meretur
61 amplius absolui ab ipso iuramento: † quia frustra legis
auxilium inuocat, qui committit in legem. c. quia frustra,
extra de usu. & l. auxilium. ff. de mino. & ita uolunt Ca-
non. in c. 1. & in c. debitores. extra de iureiur. ¶ Vltimò
62 uidetur ista lex probare, † quòd periurus repellitur ab
h agendo h, & ad hoc istum tex. allegat Spe. in titu. de actò
re. in §. 1. uersi. item quòd est periurus. Sed uos intelliga-
tis hoc procedere, quando periurauit ueniendo contra
illum contractū, ex quo cōtractu nūc uult agere, nam po
terit repelli exceptione periurij, aliàs autem ratione
periurii non repelleretur ab agendo. Ista est glo. nota. in
cap. dilecti filij. in glo. 1. extra de exceptio. & ita expres
sè determinat dominus Anto. de But. in c. intelleximus.
extra de iudic. quod nunquam exeat memoria uestra.
63 ¶ Posset etiam dubitari in hac. l. † utrùm hæc lex habeat
locum in actore solùm. Dominus Anto. de Prato ueteri
in quodam consilio inserto. in quarto uolum. consil. do-
mini Alexan. quod consilium est nu. 49. & incipit. pau-
cis utar. in sexta alle. illius cōsilii determinat, quòd hæc
lex habet solùm locū in actore, quod probat per istum
tex. ibi, actione priuatur. Sed certè glo. hic uult, quòd ha
beat etiam locum in reo, quantùm ad pœnas, quæ pos-
64 sunt ad ipsum reum adaptari. ¶ Nunc quæro, † quibus ca
sibus possit peti absolutio à iuramento. Concludi-
te, quòd in primis, si ego iuraui soluere usuras, ego pos-
sum petere absolutionem à iuramento. c. debitores. &
c. 1. extra de iureiur. Secundò, si quis aliquid promiserit
per metum, & iurauerit, hoc casu potest peti absolutio à
65 iuramento. & communis opinio Canon. est, † quòd iura-
mentum etiam per metum extortum obligat, & ideo pe
titur absolutio à iuramento. Ita attestatur Io. de Imo. in
c. si uerò. & in c. uerùm. ext. de iureiuran. Non obstat, si
dicam, quòd iuramentum metu extortum est nullius
momenti. Authen. sacramenta puberum. infra si aduer.
uendit. & c. cum contingat. extra de iureiur. & c. quam-
uis. extra de pact. libr. sexto. quia respondetur, quòd
aliquando iuramentum per metum interponitur in actu
à lege prohibito, & tunc est nullius momenti. & ita
intelliguntur iura proximè allegata. Aut iuramentum
per metum interponitur in actu à lege non prohibito:
& tunc bene obligat. Ista fuit doctrina domini Vincent.
Vercel.

Vercel. ualentissimi canon. ut refert, & dicit dominus Panor.in præalleg.c. cum contingat. & tenebitis menti perpetuò. Item quando contractus in sui prima figura est contractus uenditionis;tamen in uirtute erat cõtractus pignoris,& in fraudem usurarum fuit scriptũ,quòd erat uenditio : nam hoc casu potest peti absolui à iuramento,ut not.in c.ad nostram.extra de emp.& uendi.& in c.illo uos.extra de pigno.& ita uult Io. de Imo. in c. debitores.extra de iureiur.Itẽ ratione enormis,& enormissimæ læsionis potest peti absolutio à iuramento , ut uult dominus Panor.in c.Quintauallis.extra de iureiu. & solemnis Doctor dominus Pe. de Anch. in repeti. c.
66 primi.extra de constitu. † ubi loquitur de puella, quæ commutauit hæreditatem paternam, & maternam pro
67 modico,& fuit enormiter læsa.¶ Vnũ tamen no.† quòd ille,qui petit absolutionem à iuramento, debet in processu saltem summariè docere de causa, propter quam dicit se debere absolui.Ita dicit Fede.de Senis suo consil.300.ut refert,& sequitur Imo.in p̄alleg.c. debitores.

ADDITIONES.

a ¶Tam masculus quàm fœmina. Masculinum genus conceptum à lege importat fœmininum, etiam in materia odiosa,& pœnali, ut hic per Ias. & in l. si quis id quod. ff.de iurisd.om.iud.Cui adde Aret.in consi.39.in 1.colum.& Barba.in consi.16.in 1.uol.Alex.4.uol.consi.61. & in consi.29.in 3.uol.& in l.Gallus. in princ.inf.de libe.& posthu.

b ¶Not.per Bar. Adde eundem Bart. in l.1.in 1.q.sup.de sac.sanc.eccl.in repet.& eundem in l.filius.in uersi.quæro quid si est dictum.ff.de dona.

c ¶Multis modis iurari potest. Quot sint iuramenti species.Vide per Ioan.de Tur.Cre.12.q.1.nu.4.in summa. Et quæ fuerit causa institutionis eius,aut concessionis. ibidem nu.7.

d ¶In c.suam.Et de intellectu.c.suam.ext.de poe. hic allega.dicatis,ut per d.Io.Ama.Tan.in l.eadẽ.in §.Cato.ff. de uer.obli.ubi dicit,quòd nõ haberet locum inter personas ecclesiasticas,& in ecclesiastico iudicio pœna huius legis.

e ¶Non esse constituendam differentiam inter pœnam legalem,& pœnam conuentionalem.Vide Alex. in l. non exigimus.ff.si quis cau.qui ponit differentiam.

f ¶Ad pœnas huius l. Nunquid ad pœnas huius l. possit agi contra Principem.uide per eundem in l.ciuitas.ff. si certum peta.

g ¶Periurium non incurritur sine dolo. Necessitas excusat à periurio.Vide Scarauelam in l.1.ff. de off. eius cui manda.est iurisdi.

h ¶ Ab agendo. An autem omnis periurus repellatur à testimonio ferendo.Vide per Ioan. de Tur. Cremata in c.quicunque.nu.4.6.q.1.

In l.Si ex falsis.

SVMMAE.

1 *Transactio celebrata prætextu falsorum instrumentorum rescinditur.limita ut ibi.& nu. 6.& nu.16.*
2 *Timoris uani nulla est æstimatio.*
3 *Transactio rescinditur,ubi falsitas est detecta.*
4 *Acta facta in causa criminali faciunt fidem in causa ciuili.*
5 *Iuramentum non obstat iuranti,ubi interuenit falsitas.*
7 *Restituatur an habens dilationem impeditus in uno die.*
8 *Instrumentorum appellatione ueniunt testes.*
9 *Instrumenta,& testes qualiter differant.*
10 *Remedia quot competant contra crimen falsi.*
11 *Actione in factum ad interesse poterit agi contra producentẽ instrumenta.& nu.12.*
13 *Falsum non committitur sine dolo.*
14 *Restitutio quanto tempore expirat.& nu. 15.*
17 *Instrumentum quando est falsum in uno capitulo,uitiatur in totum, & in nulla sui parte ualet.limita ut nu.19.& nu.20. 21.22.& 23.*
18 *Instrumentum recipit auctoritatem ex fide notarij.*
23 *Notarius si committat falsitatem in uno instrumento, an instrumenta præcedentia falsa per eum confecta faciant fidẽ.*

Si ex falsis. ¶Transactio etiam iurata quatenus reperitur facta prætextu falsorum instrumentorum, eatenus rescinditur,nisi super falsitate ipsorum instrumentorum fuerit transactum. Hoc dicit ista singularis lex.¶Nota primò ex isto
1 tex. † quòd transactio celebrata prætextu falsorum instrumentorum rescinditur. Sed hoc debet limitari, nisi illa instrumenta falsa fuissent talia,quæ non poterant iuuare producentem ad uictoriam causæ : nam tũc frustra
2 timeret aduersarius illa instrumẽta. † Nam uani timoris nulla est æstimatio.Ita dicit tex. formalis in l. si quis ab alio.in prin.ff.de re iud.probatur etiam in l. metum. ff. quod met.cau,& in l.habitatores.§.fi.ff. locati. Hanc limitationem posuit hic solus Guido de Susaria,& Mod. Doctores sequuntur,& est pulchra limitatio ad l. nr̄am.
3 ¶Not.secundò,† quòd dicta trãsactio rescinditur, siue ciuiliter,siue criminaliter falsitas sit detecta. ¶Hinc colli-
4 gitis, † quòd acta facta in causa criminali fidem faciunt in causa ciuili. De quo per Cy.in l.unica.inf. quan. ciui. act.crimi.præiu.& per Bartol.in l.2. § 1. ff. ui bonorum
5 rap.& Bal.in l.2.supra de eden.¶Tertiò nota,† quòd iuramentum non obstat iuranti, ubi interuenit falsitas. Quid autem in iuramento interposito super contractu simulato,an liget iurãtẽ.Videte per glo.& Bal. in l. emptione.inf. plus ual. quod agi.& per eundem Bal.in l.1. inf.de ope.libert.& per Canon.in c. cum contingat. ex-
6 tra de iureiuran.¶Nota ultimò, † quòd quando transactio est celebrata prætextu falsorum instrumentorum,rescinditur solùm super illo capitulo, de quo loquebantur falsa instrumenta,non autem super alijs.Sed Pau. de Cast.hoc limitat procedere, nisi propter falsa instrumenta in uno capitulo fuisset deuentum ad transactionem super omnibus. Nam tunc tota transactio deberet rescindi. & dicit, quòd ab alijs Docto. non fuit tactum. Aduertite,quia ista opinio Pau.non uidetur uera.Nam, si propter falsum instrumentum concernens unam rem tantùm fuit celebrata transactio super omnibus, certè uidetur,quòd ille,qui transegit,nõ debeat audiri uolẽs rescindere totã transactionẽ:q̃a uanus fuit eius timor,p̄ ea q̃ dixi.s̄.in primo nota.Sed seruando Pau.potestis dicere, quòd illa instrumenta falsa,quæ concernebãt unam rem,reddebant totam causam dubiam,uel absorbebant totum commodum, quod sperabat aduersarius ex illa lite,unde non est mirum,si tota transactio rescindatur.
7 Accipite simile. † si habens dilationem unius mensis ad aliquid faciẽdum sit impeditus una sola die illius mensis, sed illud impedimentum illius diei habuit absorbere totum commodum dilationis,certè restituendus erit ad totum tempus,secus si impedimentum unius diei nõ absorbeat totam dilationem. Ista est theorica Bart. in l. & ideo.quæ sequitur.l.si stipulatus sum abs te. ff.de uer
8 bo.obliga.¶Nota ex ista gl.† quòd appellatione instru-
a mentorum ueniunt testes a.Concordat.l.1.ff de fide instru.& tex.in c.peruenit.extra de testi.cogen.Fallit in dilationibus datis ad producendum instra, uel ad probandum per instra:nã tunc non comprehenderentur testes. Ita determinat hic Bal.& idẽ uoluit Bal.in l.1.inf.de iuramen.calum.& Spec.in tit.de dilatio.§.fi.uer.item no-
9 ta. † quia est magna ratio diuersitatis inter instrumenta

& testes, ubi agitur de probatione fienda: quia instrumēta possunt produci quandocunque ante conclusionem in causa. c. cum dilectus. ext. de fide instr. Sed testes non possunt produci publicatis attestationibus, ut habetur
10 in c. fraternitatis. extra de testi. ¶ † Glo. secunda declarat, quot remedia competant contra falsum, seu contra crimen falsi. Et Doctores sequuntur glo. reprehensa gl. quæ est in l. fi. inf. de fide instru. ¶ In glo. super uerbo pręcipimus. ibi. l. Diuus. Ista glo. uidetur contradicere glo. præcedenti, quæ dicit, quòd aduersus transactionem factam prætextu falsorum instrumētorum succurritur ope exceptionis, uel replicationis. & in ista gl. dicitur, quòd est opus petere restitutionē in integrum. Sol. dicit Bar. quòd aut actor agit ex transactione celebrata prætextu falsorum instrumentorum, & tunc reus excipiendo, quòd transactio fuit celebrata prętextu falsorum instrumentorum, impediet petitionem actoris. Aut actor uult agere pristina actione, quæ non fuit sublata per transactionem, & reus excipit de transactione: hoc casu actor poterit replicare, quòd illa transactio fuit celebrata prętextu falsorum instrumentorum, nec erit necessaria restitutio in integrum, sicut nec in casu p̄cedenti, & his duobus casibus seruatur glo. præcedens. Aut actor uult agere pristina actione, quæ fuit sublata per transactionem, puta, quia in transactione interuenit acceptilatio: & hoc casu, antequam admittatur ad replicandum, quòd transactio fuit celebrata per instrumēta falsa, est opus, quòd primò petat se restitui, & ita intelligatur ista gl. Et hanc opinionem secuti sunt Ang. Bar. & Saly. hic. Sed Pau. de Cast. dicit, quòd omni casu erit necessaria restitutio in integrum, per d. l. Diuus. Cy. Iaco. But. hic, & Bal. & idem Iaco. Butrig. in l. fi. inf. si ex fal. instru. & Io. de Imo. in d. l. Diuus, idem tenent, scilicet quòd omni casu sit necessaria restitutio. Mouentur, quia in l. Diuus, bene durabat actio prima, quæ non erat sublata per sententiam, ut no. glo. in l. 1. inf. si plu. una senten. & est gl. in l. duobus. ff. de excep. rei iud. & tamen in d. l. Diuus, dicitur, quòd est opus restitutione. Et hanc sententiam tenet gl. reputata singularis in l. qui agnitis. ff. de excep. Rapha. Fulg. dicit, ꝙ nullo casu erit necessaria restitutio in integrū: q̃a in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. non dicitur, quòd sit opus petere restitutionem in integrum, sed certè gl. ibi, & Doc. tenent communiter contrarium. ¶ Vnū
11 notetis, quod uult hic Pau. de Cast. † ꝙ contra producentē falsa instrumenta bene potest agi actione in factū ad interesse, tex. est not. in l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de falsis. nec hoc casu erit opus petere restitutionem in integrum. Non obst. si dicatur: cui damus actionem, multò magis damus exceptionem, uel replicationem. l. 1. §. quod autem. ff. de superfic. ergo Bartol. & sequaces uidentur malè loqui, dum dicunt, quòd antequam excipiatur, uel replicetur, quòd transactio sit celebrata prætextu falsorum instrumentorum, est opus petere restitutionem in integrum: quia respondetur, quòd exceptio, & replicatio tendunt ad rescindendum, & ideo est opus restitutione, sed actio in factū intentatur ad interesse. d. l. qui nomine. ¶ Vnum tamen perpetuò notetis ex men-
12 te Pau. de Cast. † quòd ad hoc, ut mihi competat actio in factum ad interesse contra eum, qui produxit falsa instrumēta cōtra me, est necesse, quòd ego probem, quòd
13 ille sciebat illa instrumenta esse falsa: † quia falsum non committitꝰ sine dolo. l. nec exemplum. inf. ad l. Cornel. de falsis. & l. quid sit falsum. & ibi Barto. ff. ad l. Cornel. de falsis. sed quantùm ad l. nostræ effectum non requiritur, quòd ille, qui produxit falsa instrumenta, sciret ea es-
14 se falsa, ut uult hic glo. in uerbo, præcipimus. ¶ † Sed quęro pro declaratione, cuius utilitatis est inuestigatio ista, scilicet an sit opus restitutione in integrum, antequam excipiatur, uel replicetur, quòd transactio fuit celebrata per falsa instrumenta, uel quòd sine restitutione possit excipi, uel replicari. Ad hoc respondetur, quòd si absq; aliqua restitutione ego possum excipere, uel replicare, perpetuò ego potero excipere: quia exceptio, & pari ratione replicatio est perpetua. l. purè. §. fi. ff. de excep. do. Sed si habeo necesse petere restitutionē in integrū, antequā excipiā, uel replicē; tūc oportet me petere restitutionē in integrū. ſ. quadrienniū. l. fi. ſ. de tēpo. in integ. resti. ten. ¶ Sed Raph. Fulg. est hic in noua opinione dicens, quòd ista dictio, restitutio in integrum, poterit peti perpetuò: quia constitutionibus Principum est inducta, ut patet hic. & in d. l. Diuus. ff. de re iud. ergo est remedium perpetuum. Institu. de perpe. & tempo. actio. in princi. Sed uos sequamini opinionem præcedentem, quæ est
15 communis. Et ad motiuum Fulgo. respondete, † quòd imò ista restitutio est adinuenta ex edicto Prætoris. de quo in l. 1. in fin. & in l. sed si per Prætorem. §. hæc clausula. ff. ex quib. cau. maio. sed bene concedo, quòd est specificata per constitutiones Principum, sed tamen est inducta à Prætore originaliter. ergo debet expirare per lapsum quadriennii. & hoc uult Bar. in l. 1. inf. de sent. ad uers. fis. lat. li. 10. ¶ In ea. gl. ibi, nec. n. intelligit̄ tacita conditio. Hāc gl. ualde cōmendat Bal. in l. 1. ſ. de manumis. uind. ubi dicit, ꝙ hoc est regulare in oībus arbitrarijs, ut, si iudex putet aliquem esse, qualis requiritur esse, standum sit eius auctoritati: quia est sibi concessa potestas, non sub conditione, si uera sint: quia tunc actus non retractaretur, sed non fieret. Conceditur ergo sibi potestas sub modo, uel causa, ita quòd habet iurisdictionē, & potestatem, etiam quando iniquè decernit. Et ad hoc allegat istam glo. quam dicit elegantem. ¶ In eadem gl.
16 ibi, sciat, uel nesciat. † Notetis hanc glo. singularem, ex qua colligitis, quòd in casu l. nostræ, non refert, an producens falsa instrumenta sciret ea esse falsa, uel ignoraret. & ita sequuntur communiter Doc. excepto Petr. de Bellaper. qui hanc glo. damnabat, per l. si Prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Sed ad illum §. respondete, quòd ille tex. loquitur quantùm ad hoc, ut sentētia reddatur nulla, & sic nihil facit. ¶ In glo. fin. ibi, nota argumentum.
17 Circa istum articulum concludite, † quòd, quando in-
b strumentum est falsum in uno capitulo [b], uitiatur in totum, adeo quòd in nulla sui parte faciet fidem. Ita tenet hic Bar. & sequuntur Doctores communiter allegantes Inn. in c. fraternitatis. extra de hæreticis. & tex. cum
18 glo. in c. si ad sacras. 9. dist. Et est ratio: † quia instrumentum recipit auctoritatem ex fide notarii. l. si quis ex argentariis. in §. 1. ff. de eden. & hanc opinionem teneatis, licèt Bal. hic dicat contrarium uolens, quòd quando instrumentum est falsum in uno capitulo, ualeat quantū ad alia capitula contenta in eodem instrumento. Allegat Inno. in d. c. fraternitatis. Sed certè, si bene inspexeritis Inno. ibi refert uarias opiniones, & tandem uidetur uelle id, quod retuli. s̄. secundùm Bar. ¶ Concludite
19 ergo † quòd quando instrumentum est falsum in uno capitulo, uitiatur in totum. Sed ista cōclusio fallit in mul-
20 tis casibus. † Primus casus est, quando capitulum, quod est falsum, non respicit substantialia instrumenti, pone exemplum. Notarius scripsit in instrumento hęc uerba. Actum in domo Titii, & in ueritate illa domus non erat Titij, sed Sempronii, nam per hoc non uitiabitur totum instrumentum. Ita uult Io. An. & cæteri
21 sequuntur in d. c. fraternitatis. † Secundò fallit, quando ex cōfessiōe partis appareret, quòd reliqua capitula nō sunt falsa. & ad hoc alleg. tex. in l. 1. inf. ad leg. Corn. de
22 fal. † Tertiò fallit in falsitate p̄sumpta, puta quia instrm̄
c est rasum [c] super aliquo capitulo, nam per hoc non uitiabunt̄ reliqua capitula contenta in eodem instro, per nota. per Bartol. in l. filius. §. sequens quæstio. ff. ad leg. Corne. de fal. & per Bal. in l. si unus. & in l. iubemus. inf. de

de testam.& per eundem in l.fi.inf.de edic. Diui Adria.
23 tollen. Quartò fallit, †quando esset falsitas non ex facto notarij, sed aliter: nam tunc non uitiarentur reliqua capitula, nisi essent connexa.l.etiam.§.1. ff. de minorib.
24 ¶† Quid autem si notarius committat falsitatem in uno instrumento, an instrumenta præcedentia falsa per eum confecta faciant fidem. Videte glo.ordinariam. in §.penult.in Auth.de tabellio.& Bald.notabiliter in l.2.§.miles.ff.de his qui not.infa.& per eundem Bald. in l.militibus.inf.de testam.mili.& per eundem in c.1.in titu.de leg.Conra.in usib.feud.

ADDITIONES.

a ¶Veniunt testes. Adde Pet.de Anch.in c. peruenit.il 1. nu.2.ext.de testi.cog.

b ¶Falsum in uno capitulo. Testis iurauit dicere ueritatē super omnibus, de quibus interrogaretur, sed dicit falsum in uno, in reliquis dicit meram ueritatem, utrùm suum testimonium totum erit nullum. De hac quæstione uide per eundem Iacob.in l.testium. in §.lex Iulia.ff. de testib.

c ¶Rasum. Adde, quòd rasura in loco non suspecto non uitiat instrumentum. Vide per Pet. de Anch.in c.literis. num.1.ext. de fide instr.

In l.Iubemus.

SVMMAE.

1 Transactio quando ualeat inter dominum, & seruum.
2 Pacto recognitionis an quis posit effici seruus alterius.
3 Monachus an posit transigere cum Abbate, quòd non sit monachus.
4 Transactio an ualeat in causa matrimoniali.
5 Promißio facta mulieri, ut mihi nubat, nihil ualet.

1 IVbemus. ¶ Valet transactio super statu. Hoc dicit. ¶† Nota casum, in quo ualet transactio inter dominum, & seruum. De quo uidistis in l. interpositas.supra eod. ¶In gl.unica ibi, nec si uolens. Vult glo. quòd licèt ualeat transactio, ut seruus remaneat liber; tñ non ualet econtra, s.ut liber remaneat seruus. Doc.cōmuniter determinant cōtrarium: quia quando dubium est de statu hominis, ualet transactio utroque casu. Ex hoc loco infert hic notabiliter
2 Bal.† quòd si sit contentio inter me, & alium, quem dico esse hominem meum, & sit dubium, an sit homo meus, uel non, ualet transactio super hoc, uidelicet quòd remaneat meus homo, subdit Bal. quòd secus esset, si non esset dubium, sed certum esset eum non esse hominem meum: nam tunc secundùm eum non posset effici homo meus paciscendo, uel consentiendo. Sed uos de hoc ultimo dicite, ut per Spec.in titu.de feudis.§.quando super homagijs.& per Ioan. Renaudi in cap. imperialem.§.fi.in titu. de prohibi. aliena.feud. per Feded.& per Roffred.in titu.de rust.& uilla. ¶†Sed an in causa monachationis ua-
3 leat transactio. Concludite, quòd non ualebit transactio, ut non sit monachus: quia Abbas etiam cum auctoritate Episcopi non posset facere de monacho non monachum, imò est dubium, an Papa posit facere de monacho nō monachum, de quo ꝑ Canon. in c.cum ad mona
4 steriū.ext.de sta.mona.† An autem in causa matrimoniali ualeat transactio, concludite, quòd ualet, si per transactionem conueniat, quòd mulier remaneat uxor: erat enim dubium de matrimonio, & transactum est, quòd remaneat uxor mea, certè ualebit transactio fauore matrimonii, sed si per transactionem conueniat, quòd non remaneat uxor, tunc transactio non ualet. Ita concludunt
5 Canon. in c. fina. extra de transac. ¶ † Item si promitto aliquid mulieri, ut mihi nubat, talis promisio nō ualet: quia gratia libidinis, & sic turpiter intelligitur facta pro misio.tex.est no.in l. si ita stipulatus fuero per te nō stisti.§ si tibi nupsero.ff.de uerb.obliga.

Rub.De errore calculi.

SVMMAE.

1 Error calculi peti potest, & usque ad quantum tempus.nu.2
3 Auditor computorum, & erroris calculi quæ debeat facere.
4 Promissum prætextu calculi erronei potest peti retractari.
5 Error calculi an tollatur pacto.
6 Confessus fuit quidam se debitorem Titij de centum pro resto, & saldo rationum inter eos facto, an ista erit legitima causa.
7 Reus negat computum, & calculationem, deinde facta fide de computo per actorem, ipse reus allegat errorem calculi, an debeat audiri.
8 Confeßio erronea etiam repetita potest peti retractari.
9 Reiteratio præsumitur deliberata.
10 Confeßio, quæ fit, ubi datus est terminus ad deliberandum, an posit reuocari.
11 Induciæ deliberatoriæ quare dentur reo.
12 Sententia an sit nulla ex errore inserto in eo.
13 Notorium dicitur, quod constat ex actis causæ.
14 Iudicis in arbitrio est, quanta sit fides adhibenda testibus.
15 Sententia an sit nulla, si se non referat ad libellum.
16 Transactio quomodo reuocetur errore.
17 Transactio, & promißio quæ fit per stipulationem, qualiter differant.

ERrorem calculi. ¶ Si erratur i calculo, potest error sæpius retractari, nisi super eo
1 sit iudicatum, uel trāsactum.h.d.¶† Nota primò ex isto tex. quòd licèt inter duos mercatores sit ratio calculata, tamen potest peti, quòd iterum calculetur, allegando errorem primi calculi.
2 ¶Sed quæro,† usque ad quantum tempus potest allegari error calculi. Dicite usque ad 30. annos. glo. est ualde no.in l.calculi.ff.de admini.rer.ad ciuit.pert.sed dicet aliquis, si est uerum, quòd calculatio semel facta posit sæpius retractari prætextu erroris, nunquam erit finis. Ad hoc respondetur, quòd potest adiri iudex, qui eligat calculatorem ad calculandum, & saldandum rationē, cuius calculatoris relationi stabitur, donec probetur de contrario.tex.est no.in l.2.inf.de usur.& fruct.le-
3 ga.¶Addo uobis, † ꝙ iste calculator electus per iudicē debebit iurare de bene, & fideliter officium suum exercendo. text. est not. in l. hac edictali. §. his illud. & ibi Bal.inf.de secū.nup. Sed adhuc opponitur, & uidetur, ꝙ si inter mercatores sit calculata, & saldata ratio, & sit dictum, ꝙ remaneret debita tali mercatori centum, quòd bene poterit probari plus deberi absque aliqua allegatione erroris, ut uidistis in l. si quidem. sup. de transac. Sed ad hoc respōdeatis, ꝙ si saldata ratione dictum est, centum tantummodo deberi tali mercatori; tunc nō poterit probari plus sibi deberi, nisi allegato & probato errore calculi, ita loquitur hic. Sed si simpliciter dictum est, centum remanere debita; tunc absque aliqua erroris allegatione bene poterit probari plus deberi. & ita intelligatur id, quod habetur in d. l.si quidam. ¶ Nota
4 † ꝙ promissum prætextu calculi erronei potest peti retractari allegato, & probato errore. Aduertite tamen ad quædam uerba Bartol. multùm obscura in l. instar. inf.de iure fisci. lib. 11. ubi dicit, ꝙ si post calculum, & salda-

saldatam rationem inter mercatores ultra procedatur, puta, ꝙ ambo promiserunt non uenire contra calculum,
5 sed illum obseruare, & attendere, †uel deuentum fuit ad pactum, seu quietationem, tunc non poterit postea allegari error calculi, allegat. l. emptor. in §. Lucius. ff. de pact. & l. si quidem. sup. de transactio. quæ iura iudicio meo hoc non probant, ideo in quæstione facti ita dicebam, ꝙ si ad actus prędictos fuit deuentum post calculū ex interuallo: tunc, quia deliberatè intelligitur fuisse processum, per l. si mulier. ꝟ. ad Velle. poterit procedere opinio Bar. superius relata, secus si incontinenti post calculum: quia eodem errore intelligitur fuisse processum ad pactum, seu quietationē, quo fuit processum ad calculationē. arg. l. doli. §. diuersum. ff. de nouatio. ¶ An autem, si post calculum sequatur liberatio, possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Videte glo. singu. in l. si ex pluribus. ff. de solu. Et Bal. suo consi. 49. incipiē
6 te, punctus talis est. in 2. uolumi. suorum consi. ¶ † Sed quæro: quidam confessus fuit se debitorem Titij de centum pro resto, & saldo rationum inter eos facto, an ista erit legitima causa. Cōcludite quòd sic, per l. Publia. ff. depo. & per l. cum seruus. ff. de condi. & demon. secus si dicat pro resto, & nō addat ista uerba, talis debiti. Ita
7 dicit eleganter Salice. in d. l. unica. inf. de cōfes. ¶ † Sed pone: reus negat computum, & calculationem, deinde facta fide de computo per actorem, ipse reus allegat errorem calculi, an debeat audiri. Pau. de Cast. suo cons. 33. incipiente, in Christi nomine. In casu præsenti, determinat quòd sic, si per euidentiam facti statim probetur error, secus si uellet probare errorem per testes requirētes altiorem indaginem: quia tunc non deberet audiri, ꝑ no. in Auth. contra qui propriā. ꝟ. de non nu. pec. &
8 tenete menti istam decisio. ¶ Vlt. not. † quòd confessio erronea etiam repetita potest peti retractari; secus si eēt confessio geminata non erronea, secundùm Bartol. in l. cum scimus. inf. de agrico. & censi. li. 11. Et ex hoc colli-
9 gitis, † quòd licèt reiteratio præsumatur deliberatè, ut uult glo. in c. si quis iratus. secunda, quæstione. 3. habetur in l. si mulier. inf. ad Velleia. tamen potest peti retra-
10 ctari. Et præmissa faciunt ad quæst. quotidianā. † Datus est terminus alicui ad deliberatè respondendum, ipse
a respondit, & confessus fuit, utrùm illa confessio [a] facta præcedente termino ad deliberatè respondendum, possit reuocari, gloss. ordi. dicit quòd non. c. ex literis. extra de diuor. & illam gl. secutus est Bal. in l. unica. inf. de confes. & idem Bal. in l. cum pretium. inf. de libera. cau. Sed uos determinabitis contrarium, scilicet quòd imò potest reuocari, & ita uult Io. And. in nouel. in c. fi. extra de iureiur. lib. 6. & Bal. in l. errori. in penul. col. supra de iur. & fac. igno. & idem Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. & Anto. de But. in c. fi. extra de confes.
11 & probatur optima ratione. † Nam induciæ deliberatoriæ dantur reo, ut respondeat libello. Auth. offeratur. inf. de litis contesta. & tamen responsionem suam, si sit erronea, potest reuocare, ut habetur in d. l. error. In practica seruaretur Io. And. opinio, & sequacium. ¶ In gl. fi. in fi. Habemus hic examinare duo. Primum est, utrùm sētentia uitietur propter errorem. Secundò erit uidendū,
12 quid in transactione. † Circa primum concludite, quòd si error fuit expressus in sententia, siue sit error calculi, siue alius error, qui fit in talibus, tunc sententia redditur nulla. l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescind. & hoc intelligatis procedere, quando ille error oculo corporali legi, & uideri potest ex uerbis sententiæ, secus si mentaliter, & intellectualiter sententia possit reduci ad erroneum intellectum: nam tunc non redditur nulla propter talem errorem. Istud est elegans dictum Innoc. in c. P. & G. extra de offi. deleg. quod refert, & sequitur Anto. de But. in c. ab excommunicato. extra de rescript. & dominus Panor. in c. 1. extra de re iudic. & Alex. de Imo. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Aliquando uerò error est in actis, & sententia expressè se refert ad illa acta, puta ꝙ a iudex in sententia dicit hoc modo: quia per testes examinatos in causa probatum est Titium debere Caio centum, ideo condemnamus ipsum Titium in centum, & tamen testes non deponebant, nisi de quinquaginta, hoc casu sententia redditur nulla: quia perinde est, ac si talis error fuisset expressus in sententia. arg. l. asse toto. ff. de hæredi. insti. & talis sententia dicitur lata ex falsa causa
13 consistente in facto notorio. † Illud enim dicitur esse notorium, quod constat ex actis. Ita dicit notabiliter Inn. in c. ex insinuatione. extra de appel. bene facit glo. ordi. in l. 1. inf. qui & aduer. quos. et cum decisione prædicta concordat Inno. in c. cum Bertholdus. extra de re iudica. Et sequitur Io. de Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obli. & idem Imo. & Ludo. Roma. in l. si is quē. ff. de acqui. hæred. Fallit decisio prædicta in casu, quando talis error posset aliquo modo colorari, puta, quia iudex in sententia dicit hoc modo: quia per testes examinatos non est probata intentio actoris, ideo absoluimus reū; & tñ testes clarè deposuerāt in fauorem acto
14 ris: nā hoc casu sententia non redditur nulla, † q a potuit iudex fidem illis testibus non adhibere aliqua de causa: stat enim in arbitrio iudicis, quanta fides sit illis adhibenda. l. 3. §. tu magis. ff. de testi. Et ita debet intelligi id, qđ uolunt Hostien. & Ioan. And. in c. quoniam contra fal-
b sam[b]. extra de proba. & Bal. in l. 1. inf. de manumiss. uind. & idem Bal. in l. 2. inf. de re iudi. Aliquando uerò error est in libello, puta quia actor in libello dicit hoc modo. Domine iudex, ego dico, quòd ab una manu, & in una particella numeraui Titio quinquaginta ex mutuo, & uiginti ex alia particella: & quia quinquaginta & uiginti faciunt centum, ideo peto condemnari Titium ad centum. & iudex condemnauit Titium in centum. Est bene uerum, quòd iudex in sententia se expressè non retulit
15 ad libellum, sed tamen nos habemus, † quòd sententia necessariò refertur ad libellum. l. ut fundus. ff. commu. diui. & l. fi. inf. de fideicommiss. liberta. hoc casu Bartol. & Doct. communiter dicunt, quòd sententia erit nulla, licèt expressè non referatur ad libellum. Ego reddo uobis istam decisionem dubitabilem: quia talis relatio est tacita, non autem expressa, ergo non deberet reddere sententiam nullam. l. Præses. ff. de re iudi. In iudicando non recedatis ab opi. præcedenti, cui nō obstat. l. posthumus, §. si quis ex his. ff. de inoffi. test. quia respondebitis ut per Bal. in d. l. 2. inf. de re iudi. Aliquando uerò error continetur in actis, puta in articulis, uel probationibus, tñ iudex in sententia non retulit se expressè ad acta, & isto casu sm̄ Bart. & Doc. cōiter snīa redditur nulla. d. l. Pręses. habet in l. seruo inuito. §. cū Pretor. ff. ad Trebel. & ita teneatis, licèt Pe. Ia. de Rauen. & Cy. hic. & dñi de Rota sua conclusione 336. incipiente, item fuit quæsitū, tenuerint cōtrarium, & malè. Habetis primum casum expeditum. ¶ Circa secundum de transactione. Cōcludite, ꝙ si error fuit commissus in calculo, puta quia calculamus adinuicem, & in calculo dicimus, quòd quinquaginta, & uiginti faciebant centum, & de his transigimus, ex uerbis tamen transactionis non apparet de tali errore; & tunc dicatis, ꝙ transactio ualet, nec aliquo modo potest rescindi prætextu dicti erroris calculi, per istum tex. in uersic. si res, & ita uolunt hic Doctores communiter. Sed Raph. Fulg. insurgit contra istam decisionem adducens istum tex. in fi. ubi quando præcesit error calculi, & ego tibi postea promitto, aduersus illam promissionem ego habeo remedium: quia ego possum condicere liberationem: quare ergo transactio non rescindetur. Huius oppositionis timore quidam tenent contra communem sententiam superius relatam. Vos autē sequami-

ſequamini communem ſententiam.¶Et ad motiuũ Ful-
17 go.reſpondete, quòd† magna eſt differentia inter tranſa
ctionem,& promiſsionem,quæ fit per ſtipulationem:nã
quando fit ſtipulatio ex erronea cauſa, non ualet in ef-
fectu.l.2.§.circa.ff.de excep. doli.ſecus eſt in tranſactio
ne: quia quandocunq; ex erronea cauſa deueniatur ad
tranſactionem;tamen illa tranſactio non reſcinditur,imò
quod plus eſt,ſi actor peteret per calumniam, dummo-
do calumnia ſua non ſit euidens,ualebit tranſactio cele
brata ſuper illa petitione calumnioſa.l.in ſumma. ff. de
cond.inde.Aliquando uerò error calculi fuit expreſſus
in tranſactione,& tunc ſiue ſit error expreſſus, ſiue taci-
tus,uia exceptionis,uel replicationis ſuccurritur aduer-
ſus illam tranſactionem,quatenus fuit erratum,& ita in-
telligatur gl.nr̃a in ſolutione finali,ſecus eſt in ſñía:quia
ſi in ea expreſſus ſit error,tota reddiẽ nulla, ut dixi in p̃-
ced.artic. Accipite exẽplum de errore expreſſo in tran-
ſactione. Ego petebam à te centum,& calculauimus ad
inuicem,deinde deuenimus ad tranſactionẽ, & dicimus
hoc modo.Quia quinquaginta,& uiginti faciunt centũ,
ideo tranſigamus ad tertiam partem de centum, quæ
ſunt.40.& iſte error fuit expreſſus in tranſactione,certè
tranſactio reſcindetur,quatenus eſt erratum. Tacitus er
ror eſt hoc modo: tranſegimus ad tertiam partem de cẽ
tum, & deinde ad executionem illius tranſactionis ego
liberaui te pro 60.hic eſt error tacitus, & tranſactio re-
ſcindetur, quatenus eſt erratum.Raph.Fulg.inſurgit cõ-
tra prædicta dicens,quòd tranſactio non debet reſcindi
in caſu proximè relato : quia tranſactio debet impone-
re finem errori calculi.Sed ad hoc reſpondete,quòd ue
rum eſt, quòd imponit finem errori præcedenti in iudi
cio deducto; ſed tamen non imponit finem errori, qui
continetur in ipſa tranſactione. Secundò mouetur Fulg.
arguendo de ſententia ad tranſactionem.l.non minorẽ.
ſup. de tranſac.Sed uos reſpondebitis,quòd magna eſt
ratio differentiæ inter ſentẽtiam,& tranſactionem; quia
ſententia nititur ex auctoritate iudicis, & aduerſus eam
eſt paratum remedium, ſcilicet per appellationem,
ſed aduerſus tranſactionem non ſuccurritur remedio ap
pellationis, & nititur ex conſenſu partium. Tertiò
adducit Fulgo.iſtum tex. in uerſicu.ſi res. ſed reſponde-
te, quòd in iſto uerſic. error calculi non erat expreſſus
in tranſactione.

ADDITIONES.

a ¶Illa confeſsio. Adde, quòd quamuis confeſsio de iu-
re non noceat, tamen ſi nocet de facto, & quo ad infa
miam facti,debet talis confitens puniri. Pet. de Ancha
in c. quàm ſit graue.nu.2.ext.de excep. prælat.

b ¶Quoniam contra falſam. Vide ibi latè per dominum
Lanfran.de Oria.in ſua ſolemni repet.

Rub. De procuratoribus.

¶In glo.rub.notetis id,quod uult Specul.in tit.de aduo
1 cato.§.1.uerſi.ſed ſi per imprudentiam.ubi dicit,† quòd
ſi aduocatus per negligentiam ſuam, uel imprudentiam
perdat cauſam, obligatur parti ad intereſſe.

In l. Cautio.

SVMMAE.

1 *Procurator,de cuius mandato dubitatur,admittitur cum cau tione de rato. Fallit ut nu.2.cum 5.ſeq.*

7 *Procurator, quando certum eſt non habere mandatum, non debet admitti etiam cum cautione de rato. Fallit ut ibi.*

8 *Procurator non eſt neceſſe, quòd caueat de rato, quando certũ eſt eum habere mandatum. Fallit ut ibi.*

9 *Mandatum an poſsit probari per teſtes.*

10 *Venter non patitur dilationem.*

11 *Nomina uerbalia important triplicem ſignificationem.*

12 *Violenter, uerbum intelligitur duobus modis.*

13 *Verba teſtis ad quæ ſint referenda.*

14 *Per negationem quòd res efficiatur dubia, quomodo intelligatur.*

15 *Procurator quando præſumitur habere mandatum, ut admittatur cum cautione de rato.*

CAutio. ¶Vbi dubitatur de mandato
procuratoris, admittitur cum
cautione de rato. Hoc dicit. ¶ Nota pri-
1 mò,† quòd quando dubitatur de manda-
to procuratoris,admittitur ipſe procura-
a tor cum cautione [a] de rato. Iſta regula fallit. † Primò,
2 quando dominus eſt præſens, quia tunc poteſt exqui-
ri ſua uoluntas, & ideo quia procurator,de cuius man-
dato dubitatur, non debet admitti cum cautione de ra-
to.text.eſt ſingularis, & ibi hoc uolunt Guil.Pau.& An-
3 gel.in l.mutus.§. his qui.ff. de procurat. † Secundò fal-
lit, quando per cautionem de rato non eſſet plenè con-
ſultum aduerſario: quia tunc non admitteretur cum cau
tione de rato. Ita dicit Bartol. & cæteri ſequuntur in l.
4 non ſolùm.§ qui alieno.ff.eodem.† Tertiò fallit in pro-
curatore in rem ſuam[r]: quia cum laboret ad commo-
dum proprium, non debet admitti cum cautione de ra-
5 to,ſecundùm Cyn.& Sali. hic. † Quartò fallit in eo, qui
eſt deputatus ad exigendum tributa,& collectas: quia il
le debet facere plenam fidem de mandato,nec admitte
retur cum cautione de rato.§.eos. il 1.in Auth. de col-
6 lato.colla.9.† Quintò fallit in conſtituto ad recipiendũ
ſolutionem: quia debet facere plenam fidem de manda
to,nec admitteretur cum cautione de rato. Ita uolunt
Doctores in d.l.non ſolùm.§.qui alieno. Notetis etiam
ſingularem deciſionem Io.And.in nota.in c.is qui.extra
de procura.lib. 6. ubi dicit, quòd ſi procurator ſubſti-
tuat alium,& dubitetur de mandato illius ſubſtituti,de-
bebit ne cauere ſubſtituentem ratum habiturum, an ue-
ro dominum?dicit Io.And.quòd ſi illa ſubſtitutio fit ex
diſpoſitione legali, puta quia ſubſtituens eſt factus do-
minus litis, hoc caſu ſubſtitutus debet cauere ipſũ ſub-
ſtituentem ratum habiturum : ſi uerò ſubſtituens ſubſti-
tuit ex poteſtate ſibi data per dominum:tunc ſubſtitutus
debet cauere ipſum principalem dominum ratum habi
turum.Et diſtinctionem prędictam ſibi appropriat Bar.
7 in l.2.ff. de curato.bo. dando. ¶ Nota ſecundò † quòd
quando certum eſt procuratorem non habere manda-
tum, non debet admitti etiam cum cautione de rato.
Fallit iſta regula in perſonis coniunctis. l. ſed & hæ. ff.
eodem. Secundò fallit in cauſa liberali. l. prima, & ſe-
cunda. ff. de libera. cauſ. Tertiò fallit in conſortibus
eiuſdem litis.l.1.& 2.inf.de cõſor.eiuſd.lit.Quartò fal-
lit in eo,qui appellat pro condemnato ad mortem. l. nõ
tantùm.ff.de appel.Quintò fallit in cauſa momentaneæ
poſſeſsionis.l.1.& 2.inf. ſi per uim,uel alio mo. Vltimò
8 notetis à contrario ſenſu literæ noſtræ, † quando certũ
eſt procuratorem habere mandatum legitimum, nõ eſt
neceſſe,quòd caueat de rato.l.ne ſatiſdatio. ff. rem ratã
hab. Fallit iſta regula in procuratore nunciante no-
uum opus,ut probatur in l. de pupillo. §. qui procura-
torio.ff.de ope.noui nuncia.Septimò fallit,quãdo pro-
curator oſtendit mandatum legitimum,ſed tamẽ dubi-
tatur,ne fuerit reuocatum:nam debebit cauere de rato.
l.uulgò.in fi.ff.de adminiſtra. tuto. Octauò fallit,quãdo
in actu requireretur ſpeciale mãdatum, & dubitaretur,
an illud mandatum ſit ita ſpeciale, ut requiritur in illo
actu.

actu. Nam ultra mandatum procurator teneretur cauere de rato.l.quod si de speciali.ff.de mino. † An aũt mã
a datum possit probari per testes b,gl.in l.maritus.inf.eo.
b determinat quòd sic. & magis communiter legistæ hoc tenent.& etiam Canon. in c. 1. extra de procura. Fallit ista regula in œconomo: quia debet probare mandatũ suum per instrumentum, nec sufficeret probare per testes.Ita eleganter dicit Bal.in l.prohibitum.inf. de iure fisci. lib. 10. Secundò fallit in procuratore constituto ad recipiendum solutionem:quia debet probare mandatum per scripturam publicã, nec admitteretur,si uellet probare per testes.Ita notabiliter determinat Bal.in l.falsus.in antepenul. uel penult.colum. in uersicu.scias tamen.inf. de furt. Tertiò fallit, quando, si admitteretur probatio per testes, & peteretur dilatio ad producendum testes, ex hoc pareretur enormis læsio aduersario, puta, quia agitur de causa alimentorum:
10 † quia uenter non patitur dilationem,& fames est accutissimus ensis,ut dicit Bal.in l.pactum.inf.de colla.nam hoc casu non admitteretur quis ad probandum mandatum per testes,nisi eos produceret in promptu.Istud est aureum dictum Bal.in l.prohibitum.inf.de iure fis.¶ In
11 glo.magna in prin. Notetis ex glo. † quòd nomina uerbalia habent triplicem significationem, scilicet actiuã, & passiuã,& ipsum passum,unde,cautio,est nomẽ uerbale,& ex parte cauentis importat significationem actiuã, ex parte uerò recipiẽtis fideiussionẽ importat significationẽ passiuam,ipsum passum est fideiussor. Concordat gl. in l.testamẽti factio.ff.de testa.¶Ex pmissis infert ad quæstionem quotidianam.Titius format articulum, & probare intendit, ꝙ Sempronius Bertham uxorem ipsius Titii cognouit carnaliter,& uiolenter:testes examinati deposuerunt cõtenta in ipso articulo fore uera, an Sempronius condemnabitur.Bar.not.in l.2. ff. de duo.
12 reis.determinat quòd non: † quia uerbum, uiolenter, potest intelligi duobus modis,uno modo, quòd Sẽpronius uiolauit dictam Bertham, secundò modo potest dici,quòd Bertha uiolenter coegerit ipsum Sẽpronium ad actum Veneris.& in dubio debemus capere istum sĩ sensum.Sed Io.de Imo.in d.l.2.determinat contrarium.
13 Mouetur.† quia uerba testis sunt referenda ad id, quod contingit ut plurimùm,non ad id,quod raro contingit, sed ut plurimùm contingit, ut masculus uiolet muliẽrẽ, sed non econtra, sed uerba debent intelligi secundùm communem usum loquendi.l.cum delanionis.§.asinam molendinariam. ff. de fun. instruc. &c. Sed secundùm communem usum loquendi illa uerba,cognouit carnaliter,& uiolenter,referuntur ad masculum, qui uiolauit mulierem,& ista pars est uerior. De qua materia uidete per eundem Bart.in l.si uxor.§.penul.ff de adulte. ¶Ista
14 glo.uult,† quòd per negationem res efficiatur dubia cõmuniter Doc.reprehendunt per nota.per Bartol.in l. 3. §.causæ.ff.de Carb. edic. & per nota.in l.post rem.ff.de transactio. ¶Vnum uolo not.quòd si alicubi reperiatur, ꝙ per negationẽ efficiatur res dubia, debet intelligi de negatione,quæ fit in iudicio, non autem de illa, quæ fit extra iudicium. Ita dicit signanter Innocen. in c. uene-
15 rabili.extra de censi.¶Quæro † quæ sunt illa, quæ faciunt rem dubiam, adeo quòd procurator admittatur cũ cautione de rato.Concludite,quòd si ostendit literas domini, sed dubitatur de sigillo impresso in illis literis, tunc dicetur esse dubium de mandato, adeo quòd procurator admittetur cum cautione de rato secundum Doct. hic. Idem si ille,qui asserit se procuratorem, reperiatur apud se habere instrumenta principalis causæ:nã ex hoc præsumetur habere mandatum,glo.singularis in l.fi.inf. de pact.conuen.tã super dot.& ita uult Bart.in l. uulgò. ff.de admi.tuto.& Ang.& Imo.in l.Mæuia.ff.sol.mat. & Bal.in l.si qua per calumniam.sup.de episco.& cleri. & Canon.in c.coram.ext.de offi.del.licèt Bald.hic teneat contrarium,& malè. Addatis,quòd idem est, si ostenderet sigillum domini,quia præsumeretur habere mandatum, per nota. per Archid.in c.1.extra.de procura.lib. 6. & per Io.And.in c.2.ext.de solutio.

ADDITIONES.

a ¶Cum cautione.Et quid si præstitit cautionem de iudicatũ soluendo coram iudice principalis causæ, an tenebitur fideiussor datus coram iudice appellationis.Vide per Pet.de Anch.in c.mandato.nu. 3. ext.de procur.

b ¶Possit probari per testes. Et an importet necessitatẽ. Vide per Pet.de Anc.in c.mandatum.nu.2.ext.de rescr.

In l.Cum rem pecuniariam.

SVMMAE.

1 *Maritus potest esse procurator uxoris suæ.*
2 *Appellationis nomine comprehenditur etiam causa principalis.*
3 *Exceptio procuratoria quando possit opponi. & nu. 4.*
4 *Satisdatio de iudicatum soluendo præstita coram primo iudice in prima instantia non durat in causa appellationis,imò de nouo uenit præstanda.*
5 *Causæ pecuniariæ possunt agitari per procuratorem.*
6 *Maritus quare non potest esse curator suæ uxoris. & nu. 7.*

CVm rem pecuniariam. ¶Causa tam principalis, quàm appellationis pecuniaria potest agitari per procuratorem.Hoc dicit.¶ Nota ex isto tex.
1 † quòd maritus potest esse procurator uxoris suæ a.An
a autem possit, ut persona coniuncta uxori suæ comparere.uidebitis in l.maritus.inf.eo.¶Nota hic,bene proba-
2 ri,† ꝙ sub nomine appellationis comprehenditur etiam causa principalis.bene facit.l.qui prior.ff.de iudi.¶ Nota quòd licèt exceptio procuratoria sit opponenda an-
3 te litem cõtestatam.l.Pomponius,in §.rati.ff.eo.ti.† tñ si superueniat de nouo post litem contestatam,bene poterit opponi.l. 2. inf. de consorti. eiusdem litis.imò plus probat ista litera secundùm unum intellectum, quòd si superueniat de nouo in causa appellationis, bene pote-
4 rit opponi. Aduertite tamen: † quia talis exceptio post conclusionem in causa non posset opponi. Ita dicit Io. And. & cæteri sequuntur in c. 2. extra de ordi. cogni. ¶ Nota secundùm alium intellectum, quòd satisdatio de iudicatum soluendo præstita coram primo iudice in prima instantia non durat in causa appellationis, imò de nouo uenit præstanda in ipsa causa appellationis, secundùm Bar.& Ang.in l.cum apud Sempronium. ff.iudi.sol.Et aduertite,quia ista glo.sentit,quòd hoc procedit, etiam si tempore primæ satisdationis non fuisset expressum proprium nomen iudicis in nomen appellatiuum,quod est bene notandum pro extensione. d.l.cum
5 apud. ¶ Nota,† quòd causæ pecuniariæ possunt agitari per procuratorem. Quid autem in causis criminalibus. Dicite,ut in l.penult.§.ad crimen. ff. de publi. iud. & in l.seruum quoque.§.publicè. ff.eod.de procur. ¶In glo.
6 super uerbo,appellationi.in fi. †Sed quæ potest esse ratio diuersitatis.glo.in l. maritus. inf. qui dari tuto.poss. dicit,quòd non potest esse curator: quia de facili deciperet uxorem minorẽ, ut donaret sibi omnia bona sua. Doctores damnant istam rationem: quia idem esset,quã do esset procurator:unde dant aliam rationem dicẽtes, quòd curator habet maius arbitrium,quàm procurator, quod patet,quia procurator ante litem contestatam potest reuocari etiam sine causa,l.ante litem.ff.de procur. non sic est in curatore. Præterea officium curatoris durat

7 rat usq; ad 25.annum.†Aduertite,quia licèt maritus non possit esse curator generalis uxoris suæ, tamen bene potest sibi dari curator ad litem:quia officium talis curatoris expirat lite finita.Ita dicit Bar. in l.si quis cum procuratorio.§.fi.ff.eo.de procu.Et hoc etiam uult Spe. in tit. de proc.§.fi.uers.sed nunquid.

ADDITIO.

a ¶Vxoris suæ.Adde Pe.de Anch.in c.ex parte,il 1.nu.1. ext.de confes.Et potest dici coniuncta persona uxoris, idem in c.1.nu.2.ext.qui filii,sint legi.

In l.Eum qui res.

SVMMAE.

1 *Administrator potest remoueri ab administratione propter suã contumaciam.*
2 *Citatio prima potest incipere à persona procuratoris.*
3 *Iudex ex officio suo potest remouere administratorem,seu procuratorem propter suam negligentiam,& absq; nouo processu,nu.4.*
5 *Propter contumaciam procuratoris potest deueniri ad missionem in possessionem ex primo decreto in bonis domini.*
6 *Citatio amicorum quando sit necessaria.*
7 *Respondere,uerbum,quid importet.*
8 *Missio in possessionem omnium bonorum fit,quando agitur hypothecaria actione propter contumaciam rei.*

1 EVm qui res.¶† Administrator ꝑpter suam contumaciam pōt remoueri ab administratione, & nihilominus contra dominum pōt ꝑueniri ad missionem in possessionem ex primo decreto.h.d.¶Nota primò ex isto tex. hic bene ꝓ
2 bari,† ꝙ prima citatio pōt incipere à ꝑsona ꝓcuratoris. Alii dicunt,ꝙ melius est,& tutius citare dominum ĩ prima citatione.De qua materia uidete per Cano.in c.causam,ext.de dolo,& cont.& per Bar.in l.solent, in pen.q. ff.de alim.& cib.leg.& per Ange.in §.hunc nobis, in Authen.de hære.& falc.communis opinio habet,ꝙ si dominus est præsens,debet citari in prima citatione, non aũt eius procurator,si uerò dominus sit absens, bene poterit prima citatio fieri in personam sui procuratoris, ut habetur in l.1.§.1.ff.de lib,agn.¶Nota subsequenter hic
3 tex.aureum probantem,†ꝙ iudex ex officio potest remouere administratorem,seu procuratorem propter suam negligentiam,& ad hoc istum tex.allegauit pro singulari dominus Bal.in l.mandatum,ʒ.mand. & dicit hic not.
4 Bar.†ꝙ iudex poterit talem procuratorem remouere absque nouo processu, quod not.Idem in executore testamenti,quia si fit negligens,poterit per iudicem remoueri.Ita uult Spe.in tit.de instr.edi.§.nunc uerò aliqua,uer sicu.sed nunquid executor,& Bal.in l. id quod pauperi-
5 bus.š.de episc.& cle. ¶ Nota ergo hic bene probari,†ꝙ propter contumaciam procuratoris potest deueniri ad missionem in possessionem ex primo decreto in bonis domini. Sed Petr. de Bellapert. dicit istum text. hoc non probare,quia dicit,deliberabit. Addit Petrus, ꝙ antequam procedatur ad talem missionem in possessionem ex primo decreto,sunt primò citandi amici domini absentis,& alleg.gl.in l.si finita.§.Iulian.ff. de dam.
6 inf.& l.nec autem,in §.1.ff.ex quib.cau.in poss.ea.† Vos autem tenebitis hanc citationem amicorum non esse necessariam,nisi quando procedetur contra pupillum, uel alium non habentem legitimam personam standi in iudicio,uel contra absentem causa reipublicæ. Ita dicit not. Bal.in Auth.sed cum testator,in uers.porro. ʒ. ad l.falci. not.in Auth.ei qui.inf.de bo.auct.iud.pos.& per Io. de Imo.in c.cõsultationibus,ext.de offi.deleg.& per Cano. in c.causam,ext.de dolo,& cont.Non ob.gl. d.§. Iulianus,quia non dicit necessariò citandos amicos absentis, sed bene dicit tutius esse,ꝙ citentur.Non ob. l. hæc aũt. in §.1.cũ suis concordantiis,quia loquitur in casu spãli. s.quando proceditur contra pupillum, uel contra absentem causa reipublicæ.Nam tunc necessariò sunt citandi amici,secundùm Bal.in d.Auth.sed cum testator.¶Vlti-
7 mò notetis,†quòd istud uerbum,respondere,nõ importat necessariò solutionem,sed intelligitur alternatiuè.s. quod soluat,uel litiget,hæc est gl.sing.in uerbo, respondere.Et de isto uerbo,respondere,habetur per Bal. in l.
a eam quamᵃʒ.de fideicom.& per Can.in c.dilecti filii,ex. de fo.comp.& notetis bene ista, quia sæpe in instrumentis ponitur istud uerbum,respondere.¶In gl.super uer-
8 bo,in possessione in fi.Not. ex ista gl.† ꝙ quando agitur actione hypothecaria propter contumaciam rei, fit missio in possessionem omnium bonorum. Quod uerum intelligatis,quando agitur hypothecaria ad omnia bona, quæ sunt obligata:cæterùm, si ageretur hypothecaria ꝓ legato,tunc fieret missio in possessionem solùm pro mẽsura illius legati,non autem in omnibus bonis, & est ratio,quia non agitur in plus,quàm antecedat legatum, & pro mensura legati bona testatoris sunt obligata. l.1. in fi.ʒ.comm. de leg.Et notetis prædicta pro declaratione eorum,quæ ponit Bar.in l.Fulcinius.§.item uidendũ.ff. quib.ex cau.in pos.ea.Not.in Auth.ei qui inf.de bo.aucto.iud.poss.

ADDITIO.

¶ In l.eam quam.Adde,ꝙ est in uers.ibi,respondere. Adde eundem Bal.hic,& in l.non codicillum, inf.de testa. Bal.& Alex.in l.1.de in ius uo. Alex.in l.2.§.defendi. ff. ex qui.cau.in pos.ea.Idem Alex.in l.si conuenerit,de iuris.om.iud.

In l.Quia te.

SVMMAE.

1 *Absens quando restituatur aduersus sententiam, & nu.3.*
2 *Sententia lata contra absentem,& indefensum an ualeat.*
4 *Absens an teneatur dimittere procuratorem.*
5 *Vxor an possit esse procuratrix pro marito.*

1 QVia te.¶ † Quando quis est absens ex iusta, & necessaria causa, si fuit indefensus,restituitur ad totum processũ-h.d.in summa. ¶No.primò hic uideri ꝓ
2 bari,† ꝙ ualet sententia lata contra absentem,& indefensum,licèt sit absens ex iusta,& necessaria causa,alioquin si sententia esset nulla, ad quid indigeremus restitutione;intelligatis tñ notabile prædictum procedere,qñ se absentauit post litem contestatam;alioquin si ante litem contestatam se absentasset,non potuit ferri
3 sñia contra eum.l.fi.§.illud,inf.dè temp.appel. Nota,†ꝙ absens ex iusta &necessaria causa restituitur aduersus totũ processum,quando fuit penitus indefensus, alioquin si fuisset defensus,restituetur solũ aduersus sententiã. l. fi.ff.de in int.rest.Absens uerò ex iusta,& probabili causa,puta studiorum ita demum restituitur, si dimisit procuratorem,qui procurator deinde decessit.l.necnon. ff. ex quib.cau.maio.& idem dicunt Bal. & Salic.hic in absente ex iusta,& necessaria causa. Vnde intelligunt istum tex.procedere,quando iste absens dimiserat procuratorem,qui decessit,uel fuit impeditus dimittere procuratorem. l. qui à matribus. inf.qui pet.tuto. Ego putarem

4 contrarium,quia quando sumus ex parte rei, † absens ex iusta & necessaria causa nunq̃ tenet.dimittere ꝓcuratorē,nisi absentia sit perpetua, uel minus diuturna. Ita notabiliter dicit Bar.in l.1.ff.de diuer.& tempo.præscri. & canoñ. maximè dominus Panor. in c.querelam extra de procura. ¶ Nota subsequenter ex isto tex. iuncta gl. quòd qui non habet potestatem agendi pro alio,nō habet potestatem eum defendendi.sed hoc est cōtra.l.exigendi.ꝟ.eod.ubi aliquando quis permittitur alium defendere, & tamen nō admittetur ad agendum pro alio. Vnde Bart.aliter intelligit istum tex. scilicet,quòd uelit dicere,quòd quando quis fragilitate sexus, uel personę non admittitur ad agendum pro alio, ille talis non admittetē ēt ad defendēdū, uel aliter uult dicere ista litera, ꝙ mulier cum mādato non admittitē ad agendū pro alio,

5 ergo nec ad defendendum. ¶ Vltimò notetis, † quòd vxor non potest esse procuratrix pro marito, licèt maritus à nemine alio defendatur, & in hoc iste tex. est ualde not. quia hoc casu mulier bene admitteretur ad defendendum patrem suum.l.feminæ.ff. eo. de procur.

In l. Actionem ei.

SVMMAE.

1 *Procurator,qui non vult defendere dominum: non admittitur ad agendum pro ipso.*

2 *Procurator debet constitui ad agendum,& defendendum.*

3 *Dictiones taxatiuæ quid excludant.*

4 *Procurator an teneatur defendere dominum in causa reconuentionis.*

5 *Procurator an teneatur defendere dominū in alia prouincia.*

1 ACtionem ei. ¶ † Procurator qui non uult defendere dominum,non admittitur ad agēdum pro ipso domino. hoc dicit. Nota

2 summarium. ¶ Nota secundò, † quòd procurator debet constitui nedum ad agēdum, sed etiā ad defendendum.& ideo dicit Spec.in titu.de procura. in.§.item excipitur.quòd licèt habeat mandatum;tamen dñs constituēs procuratorē debet facere scribi in instrumento procurationis hæc uerba. Ego constituo talem procuratorem meum ad agendum, & defendendum &c. si tamen esset constitutus ad agēdum, & in mandato non essent ista uerba.& ad defendendum, nihilominus subintelligerentur, ita quod intelligeretur habere mandatum ad defendendum.glo. est nota. in l. inuitus. in glo.fi.ꝟ. eodem. Et istam potestatem dicetur habere uirtute mandati. licèt Cy. & Bal.in. d. l. inuitus. & ipse Bal.in l.sed & hę.§.fi.ff.eo.titu.de procura.dicant,quòd intelligitur habere mandatū ad defendēdū ex leg. pōtate. Sed ponamus,ꝙ in instrumēto ꝓcuratorio sint apposita ista uerba.talis cōstituit Titiū suū ꝓcuratorē ad agendū tm̄;nunq̄d iste procurator dr̄ habere pōtatē ad defendū dñm.Bar.in d.l.seruū quoq;.§.ait Prætor.ff.eo. de ꝓcura.dicit ꝙ non.& ꝙ talis procurator repelletē tanq̃ habens mandatū insufficiens, & cum opinio.Bar. transeūt cæteri Doct.in d.§.ait Prætor.sed Lud.Rom.ī l.j.in prin. ff.si q̄s ius dic.non obtēpe.determinat contrarium. Mo-

3 uetur, † quia istę dictiones taxatiuæ,licèt excludant extranea,nunq̃ tn̄ intelligunē excludere connexa & ꝑtinētia.tex.est aureus in Clemen.exiui de paradiso.in.§.cum autē natura. extra de uerbo. signifi. facit id quod hētur in l.hoc est.ꝟ.de prædi.mino.& cum defendere dñm in causa reconuentionis sit de connexis & pertinentibus ad mandatum datum ad agendum,certè intelligetur talis ꝓcurator hēre pōtatem defendendi dñm,q̄uis sit cōstitutus ad agendum tm̄.Et erit sensus. Constituo te ad agendum tm̄,supple, & non ad recipiēdum solutionem, neque etiam ad petendum executionem iudicati. ¶ In glo.super uerbo,non defendat.ibi.§.ait prætor. uult ista

4 gl. † quòd si procurator Titij actoris,qui conuenit Semproniū, nolit defendere ipsum Titium dominum suum in causa reconuentionis; tunc ipse repelleretur ab agēdo.Item si Sempronius reus conuentus dicat se in futurum reconuenire Titiū agentem, procurator ipsius Titij agentis tenebitur satisdare defendēdo dominum suum in causa reconuentionis.Et pro ista glo.facit tex. in l. & iō.§.fi.ff.rer.amot.& in l.unica.in fi.ꝟ.de satisd.sed Pe.de Bellapertica.Cy.& Ia.de Rauen. determinant totum cōtrarium.Mouentur:quia si ista glos.diceret uerum, aperta esset uia fraudibus;nam reus semper diceret se uelle reconuenire actorem de magna summa, puta de mille marchis auri,putans, quòd ipse procurator actoris non reperiet fideiussorem de tanta summa. & sic erit in potestate rei facere, quòd procurator actoris repellatur ab agendo,contra.l.non utique.ff.de eo quod cer.lo. & cōtra l.ne in potestate.ff.de arbit.Ad iura.ſ. in contrarium allegata respondēt,quòd debent intelligi, quando reus iam intentauit causam reconuentionis; quo casu procurator actoris tenetur defendere dominum, & satisdare de iudicatum soluendo,in qua clausula continetur clausula de defendendo l. iudicatum solui.ff.iudic. sol.& dicit hic Rapha.Fulg. quòd ista opinio est uerior in pūcto

5 iuris. Mouetur; † quia procurator actoris non tenetur defendere ipsum dominum in alia prouincia l.sed & hæ.§.non solùm.ff.eod.ergo non debet cauere de defendendo eum alio tempore arguendo de loco ad tempus iuxta l.uinum.ff.si cer.peta.Item iniquum esset,quòd difficultas rei conuenti, qui modò non potest reconuenire

a actorem,debeat arctare procuratorem a actoris ad satisdandum de defendendo dominum in causa reconuentionis.Præterea attenta opinione huius glo.ipse procurator actoris tenetur bis satisdare.Nam in primis teneretur satisdare de defendendo dominum in causa reconuentionis futuræ,& deinde facta reconuentione, teneretur satisdare de iudicatum soluendo,sub qua satisdatione continetur clausula de defendendo.d.l.iudicatum solui.& Bal.in l.sed & hæ. dicit hanc opinionē Pet. Cy. & Iaco.esse de iure uériorē,per nota.in l. si defunctus.§. fi.ff.eod. Hanc eandem opi.tenuit Io. An. in additionibus ad Specu.in titu.de procura.in.§.1.in additione incipiēte. dubitatur.& ibi refert multos Doctores antiquos tenuisse hanc opinionem. Sed glo. ordi.in l.sed & hæ.§. defendere.ff.eod.distinguit hoc modo. Aut reus habet iura sua in promptu:ex quibus potest reconuenire actorem, & tunc poterit procurator actoris dicere, reconuenias dominum meum nunc, si velis, aliàs non teneor tibi satisdare de defendendo eum in causa reconuentionis. Aut reus non habet iura sua in promptu, ex quibus possit reconuenire actorem, & tunc procurator actoris tenebitur satisdare de defendendo dominum suum in causa reconuentionis. & ista opinio est communiter approbata. Dicit tamen hic Salice. quòd oportet constare saltem per iuramentum ipsius rei de iusta causa deferendi illam reconuentionem, & poterit iudex taxare certum tempus, infra quod ipse reus faciat illam reconuentionem, poterit etiam taxare certam quantitatem, usque ad quam procurator actoris debeat satisdare de defendendo dominum suum in causa reconuentionis, argu. l. de die. §. iubet. ff. qui satisda. cog. & argu. l. qui bona.in §.1.ff.de damno.infect.& hoc est, quod uult Iurisc͡on. in l. seruum quoque. §. ait Prætor. ff. eod. ubi dicitur, quòd procurator actoris debet defendere dominum arbitrio boni uiri, & dicit hic singulariter Guido de Susa., quòd si procurator actoris dicat reo,quòd exprimat pro qua causa vult recōuenire actorem,

rem, tenebitur ipse reus hoc exprimere. Quod dictum perpetuò notetis.

ADDITIO.

a ¶Procuratorem. Quis dicatur procurator. uide per Ioã. de Tur. Cre. in c. ius quiritum, nu. 5. dist. 1.

In l. Reum criminis.

SVMMAE.

1 *Accusatus de crimine pendente appellatione non potest esse procurator.*
2 *Causa criminalis quæ dicatur.*
3 *Damnatus de crimine an possit esse procurator.*

1 REum criminis. ¶† Accusatus de crimine, pẽdente accusatione, non potest esse procurator alterius. h. d. ¶Nota summarium, & regula huius l. fallit fauore fisci. l. pen. ff. de accus. Et aduertite, quia Bar. intelligit hanc. l. in condemnato de crimine capitali. Sed Pe. Rayn. Bal. Sali. & Pa. de Ca. intelligunt eam procedere, etiam in accusato de non capitali crimine, quia l. ista indistinctè loquitur, sed quæ potuit esse ratio decidẽdi in hac l. Bart. assignat istam rationẽ: quia si accusatus de crimine haberet causam ciuilẽ, illa deberet cessare propter causam criminalem. l. fi. ĵ. de ordi. iud. & ideo si accusatus de crimine habeat aliquam ciuilem causam, quam agitat ut procurator alterius, non debet admitti. Raph. Ful. damnat istam rationem, & rectè, quia licèt accusatus de crimine nõ possit suum accusatorem recõuenire de causa ciuili, seu pecuniaria d. l. fi. tamen contra tertium non debet impediri mouere causam ciuilem. Aliam rationẽ assignauit ipse Bar. in l. 1. §. edicto. ff. de postul. ubi dicit hanc l. debere intelligi, quando accusatus de crimine pendente accusatione uult sine mandato defendere causam alterius, sed cum mandato bene posset hoc facere. Sed ista ratio non ualet, ut patebit ex inf. dicẽdis. Aliam rationem assignauerunt Pet. & Cyn. dicentes, quòd accusatus de crimine non potest pendente accusatione defendere causam alterius: quia si uelit instare in defensione alienæ cãæ, non poterit bene intendere in purgando innocentiam suam iuxta illud. Qui binos lepores, &c. ut dicit glos. in l. fina. supra de assess. Ex hoc inferunt præfati Doctores notab.
2 †quòd si aliquis haberet causam sibi motam de omnibus bonis suis, uel maiore parte bonorum suorum, quia talis causa æquiparatur causæ criminali. l. fi. inf. de reuoc. don. & l. propter litem. ff. de excu. tut. non poterit pendẽte tali causa defendere causam alienam, quod est bene no. Alii signant quartam rationem ad l. nostram, uidelicet, quòd accusatus de crimine hoc ideo, pendente accusatione, non potest defendere aliam causam, quia ipse accusatus de crimine debet se defendere in uinculis. l. fi. inf. de accus. ideo non potest defendere causas aliorũ. Sed ista ratio non est generalis, quia militaret solũ in accusato de crimine capitali. l. 1. & 2. inf. de custo. reo. Et ego dixi uobis. s̃. quòd hæc l. intelligitur etiam in accusato de crimine non capitali. teneatis ergo rationem assignatam per Pe. & Cy. ¶In gl. super uerbo, causæ, ibi,
3 uel pro ea lata sententia. Sentit ista gl. †quòd condemnatus de crimine non potest esse procurator. Contrarium determinat Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. & Bal. in l. Cassius, ff. de senato. & Io. Fab. in §. fi. Inst. de excep. & ista est magis cõis concl. Doc. pro qua facit ratio, quia
a etiam infamis potest esse procurator a d. §. fi. proximè allegato.

ADDITIO.

a ¶Põt esse procurator. Adde Io. de Tur. Cre. latè distinguẽtem in c. 1. nu. 2. 3. q. 7. Et adde, q̃ nõ potest esse procurator in foro cano. Pe. de Anch. in c. Imperatorum, nume. 11. ext. de iur. cal.

In l. Militem.

SVMMAE.

1 *Miles non potest esse procurator. Limita, ut nu. 4. Et quid de militibus nostri temporis, nu. 2. & 3.*
5 *Cessionarius quomodo concipiat libellum.*
6 *Cessionarius an teneatur facere fidem de sua cessione.*
7 *Ablatiui absoluti aliquando resoluuntur in uim conditionis.*
8 *Monachus non potest esse procurator. Fallit, ut nu. 9.*

1 MIlitem. ¶†Miles non potest esse procurator, nisi in rem suam sit cõstitutus. h. d. cum l. qui stipendia. ¶Nota primò ex isto tex. militem non posse esse procuratorem alterius. Et hoc duplici rõne. Prima ratio est propter publicam utilitatẽ, ne distrahatur à militia. Secunda ratio est, quia redderetur terri-
2 bilis aduersario. †Ex hoc infertur, an milites nostri tẽporis, qui non stant in expeditione militiæ, sed uadunt per plateas, possint esse procuratores aliorum. Quidã dicunt quòd non, quia & si prima ratio superius assignata non militet in eis, tamen militat secunda ratio, & ideo dispositio legis remanet salua, ut habetur in §. affinitatis, cum sua glo. Institu. de nup. Et pro ista parte allegatur l. 1. in fin. inf. ne liceat potent. sed illa lex loquitur in potentiore ratione officii, ergo non habet locum in milite. l. pen. & ibi Bar. ff. de aliena. iud. mu. cau. fac. Et ideo audacter concludite, quòd milites nostri temporis bene possunt esse procuratores aliorum, & ita tenet Spe. in ti. de procur. in §. 1. uers. item, quòd est miles. Idem uolunt Guil. de Cu. & Barto. in l. filiusfamilias. §. ueterani. ff. eo.
3 ¶Nota, † quòd miles non potest esse procurator etiam pro parentibus suis. Hinc colligitis, quòd magis patriæ, quàm parentibus obligamur. optimè facit text. not. in l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fun. intelligatis tamen hoc notabile procedere, quando ageretur de commodo patriæ alio, quàm pecuniario, aliàs secus l. hi qui. ff. de po-
4 stulan. ¶Addo uobis, †q̃ omnia iura mundi prohibentia militem esse procuratorem, debent limitari, nisi in concernentibus fauorem animæ. Ita dicit Archidia. in c. scriptum, 6. q. 3. quod no. ¶Ex l. qui stipendia notetis, quòd procurator constitutus in rem suam non dicitur propriè procurator, quod est no. ad statuta loquentia de procuratore, secundùm Bal. & Sal. de hoc per Spe. in tit. eo. §.
5 fi. uer. utrùm autem procuratore. Et aduertite† quia cessionarius, qui est procurator in rem suam, debet uerba narratiua libelli concipere in personam cedentis, uerba autem conclusiua libelli potest concipere in personam suam propriam, & dicit hic Barto. quòd si cessionarius petat reum conuentum condẽnari ad dandum, & soluendum ipsi cessionario, ex hoc concipitur, quòd intentat utilem actionem suo proprio nomine. Amplius dicit ipse Bar. in l. si duo. ff. de sol. quòd si cessionarius in libello concludat reum condemnari ad sibi dandum, & soluendũ ita simpliciter loquendo, in dubio vr̃ intẽtare utilem actionem suo nomine proprio. Sed Ang. Rapha. Cuma. & Io. de Imo. in d. l. si duo, sunt in opi. contraria. Mouentur, quia ista uerba apposita in conclusione libelli, ad sibi dandum, possunt intelligi duobus modis. Primò ad sibi dandum. s. ut procuratori. & procuratorio nomine cedenti, & ita intelligendo diceret intentasse directas

actiones nomine cedẽtis: possunt etiã intelligi ad sibi dã
dum, scilicet nomine proprio velut cessionario, & ita in-
telligendo dicetur intentasse vtiles actiones suo nomi-
ne proprio, & in dubio debemus interpretari eum uo-
luisse libellare secundùm id, quod est utilius ipsi cessio-
nario libellanti, & stabitur suæ declarationi l. si quis in-
tentione ambigua ff. de iudi. ¶ Addite uos, quòd quan
do vtraq; uia esset æquè utilis, in dubio putarem inter-
pretandũ esse, ꝙ ipse cessionarius uoluerit intentare uti-
lem actionem suo nomine proprio, per l. & magis. ff. de
solu. quicquid dixerit Spec. in titu. eo. §. fi. uer. sed quæ-
6 ritur, utrùm iste libellus. Et aduertite, † quia est magna
differentia, an cessionarius agat utili actione suo nomi
ne proprio, & ad vtilitatem suã propriã: quia tunc non te
netur facere fidem de sua cessione, nisi demum lite con-
testata per reum: quia tunc instrumentum cessionis re-
spicit iustitiã causæ, non autem legitimationem perso-
næ. Si uerò cessionarius agat directis actionibus nomine
cedentis: tunc etiam ante litem contestatam tenebitur
facere fidem de sua cessione: quia tunc instrumentum
cessionis cõcernit legitimationem personæ. Ita dicit hic
Barto. Et idẽ Bar. in l. si duo. ff. de solu. ¶ Ex gloss. super
7 uerbo, in offensa. Ego colligo, † quòd ablatiui absoluti
aliquando resoluuntur in vim conditionis l. à testato
re. ff. de condi. & demon. & l. ab emptione. ff. de pact.
Aliqñ verò resoluũt in uim cãę, seu in uim istius dictio
nis, quia: hæc est gl. not. cum suo tex. in d. l. à testõre. ff. de
cond. & dem. ¶ In gl. sup uer. rescripto. ibi, an idẽ in cleri
cis. De hac materia, an clerici, uel religiosi possint esse
pcuratores aliorũ, dicite, ut p canoñ. in c. 1. ext. de synd.
& in c. 1. extra de postul. & per Spec. in titu. de procura.
8 in. §. 1. versi. item quòd est monachis. Addite, † quòd li-
cèt monachus, uel religiosus non possit esse procurator
9 aliorum, c. monachus, 16. q. 1. † tamen fallit, quia potest
esse procurator pro magno defensore & amico monaste
rij. Ita dicũt notab. Inno. Hosti. Ioan. And. & dominus Pa
nor. in c. cum I. & A. extra de re iud. Quid autem si
procurator meus laicus lite contestata efficiatur reli-
giosus, dicite, ut per gloss. ualde notabilem in l. aut reli-
gionis. ff. eod. titu.

In l. Quod quis.

SVMMAE.

1 *Procurator ad lites non potest alium substituere ante litem contestatam. Fallit vt nu. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 11.*
6 *Coniunctus agens pro coniuncto non potest alium procuratorẽ constituere, seu substituere ante litem contestatam.*
7 *Coniuncta persona quæ possit expedire.*
10 *Procurator rei potest alium substituere ante litem contestatã.*
12 *Procurator ad negotia an possit alium substituere.*
13 *Procurator potest alium substituere post litem contestatam. Fallit ut ibi.*
14 *Laicus potest esse procurator etiã in causis merè spiritualibus.*
15 *Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium pro alio, non potest alium substituere loco sui.*
16 *Substituere an possit aliquis alium ad illud negotium, quod commissum est eius conscientiæ.*

QVod quis. Procurator ad lites
non potest ante litem
contestatam alium substituere. hoc dicit
in summa. ¶ Nota regulam huius l. quæ
1 vult, † ꝙ procurator ad lites non potest
ante litẽ contestatã aliũ procuratorẽ loco sui substitue-
2 re: † sed ista regula fallit in multis casibus. Primus casus
est, quando in mandato procuratoris dominus dedit ip-
si procuratori potestatem specialem substituendi. Nam
hoc casu poterit alium loco sui substituere, siue in mãda
to sit determinata persona, quam debet substituere, siue
non sit determinata, sed in genere habeat potestatem
substituendi. tex. est in c. 1. in fi. extra de procura, li. 6.
3 ¶ † Secundò fallit in procuratore in rẽ suã, qa ẽt ante li-
tem cõtestatam põt aliũ procuratorẽ constituere l. illam.
J. de donatio. Et est ratio, quia dicitur sua causa propria,
4 ut uidistis in l. qui stipendia. S. eo. ¶ † Tertiò fallit, quã-
do disputatur, utrùm sit procurator, uel non. Nam ad
istum articulum potest alium constituere procuratorẽ:
quia causa dicitur sua propria. Ita uult glo. fi. in l. nihil.
J. eo. & sequitur Bald. ibi. & hic. & Spec. in titu. de procu.
§. ratione formæ. uersi. porro. dicit tamen Barto. de Sali.
hic, quòd hoc casu ipse procurator non debet dicere,
substituo talem, sed debet dicere: constituo talem pro-
5 curatorem, ut patet per rationẽ prædictam. ¶ † Quar-
tò fallit in persona coniuncta, quę agit pro coniuncta si-
ne mandato; quia secundùm unam opinionem potest
etiam ante litem contestatam substituere alium. & de
hoc uidetur esse tex. singularis in c. accedens. extra de
procura. ubi Papa mandauit patri, quòd pro filia sua cõ
stitueret procuratorem ad agendum & defendendum,
& illa uerba significant, quòd lis non erat contestata. l.
amplius non peti. ff. rem rat. hab. Sed ego in quæstione
6 facti consului totũ contrariũ, † scilicet ꝙ coniunctus agẽs
pro coniuncto non potest ante litem contestatam con-
stituere, seu substituere aliũ procuratorẽ. Ad hoc allega-
bã Spec. in titu. de procura. §. ratione autẽ constituentis.
uersi. quid si canonicus: allegabam etiam Ludo. Roma,
suo consilio 261. incipiente, spectabilis domine collate-
ralis: allegabam etiam Bal. in propriis terminis in c. nõ-
nulli. in fine commenti. extra de rescrip. ubi ita determi
nat. Mouetur: quia nemo ante litem contestatam potest
constituere procuratorem, nisi sit dominus litis, seu cau-
sæ l. sed si unius. §. procuratorem. ff. de iniur. ¶ Adduce-
7 bam etiam rationem: † quia coniuncta persona non po-
test expedire ea, quæ requirunt speciale mandatum, l.
patri. arguendo per locum à speciali. ff. de minori. sed ad
substituendũ requiritur speciale mandatum, ergo &c.
Ad c. accedẽs, ego rñdebam, ꝙ ponit casum specialẽ in
patre, q pro filio, uel filia põt expedire ea, quæ requirũt
speciale mandatum. tex. est nota. in d. l. patri. Et not. istã
8 fallentiam, quia Doctores non tangunt. ¶ † Quintò fal-
lit, qñ sumus in casu, in quo non contestatur lis. Nã post
primum actũ, in quo cæptũ est tractari de meritis causæ,
poterit procurator substituere alium. Ita tenet Bar. in. l.
ab executore. in. §. fi. ff. de appel. & est de mẽte Bal. & est
communis conclusio Doctorum. sed Ludo. Roma. tenet
totum contrarium. Adducit not. per Bal. in l. minorum,
infra de præd. mino. ubi Bald. dicit, quòd tutor uolens
impetrare decretum super alienatione prędii minoris,
non potest ad illum actum constituere procuratorem:
& est ratio secundùm eum, quia in illa causa non con-
testatur lis, neque speratur contestari. Vos autem pro
concordia dicite, quòd aut loquimur in his, quæ sunt
contentiosæ iurisdictionis, & tunc procedat prima opi-
nio. Aut loquimur in his, quæ sunt uolũtarię iurisdictio
9 nis, & tunc procedat secunda opinio. ¶ † Sextò fallit, si
in defensore rei esset fienda executio sententiæ, iuxta l.
Plautius. ff. de procur. Nam si talis defensor, qui non
habet mandatum, satisdet de iudicatum soluendo, post
talem satisdationem poterit alium loco sui substituere
procuratorem. Ita dicit nota. Barto. in l. Titius, & per
illum tex. ff. eodem de procura. Si uerò procurator
ex parte rei haberet mandatum, idem esset dicendum
in eo, quod in procuratore actoris. Specu. tamen in
titu. de procura. in §. 1. uers. sed nunquid defensor, tenet,
10 † quòd procurator rei ante litem contestatam potest
alium substituere. Salice. uerò hic tenet, quòd
defensor, qui non habet mandatum ad defenden-

dum

dum reum, licèt satisdet de iudicatum soluendo, tamen non potest alium loco sui substituere ante litem contestatam. Et est ratio secundùm eum, quia per illam satisdationem non efficitur dominus litis, sed demum per litis contestationem, à qua incipit iudicium. §. omnem, in Auth. de litig. Ad l. Titius, respondit, quòd per illam satisdationem habetur loco domini quò ad quædam, non autem quò ad oĩa. Vos teneatis opinionem Bar. quæ seruatur
11 in practica, & ita uidi seruari. ¶† Septimò fallit in procuratore constituto ad opponendum exceptiones, quia tunc non contestatur lis, nec speratur contestari, & ideo potest alium substituere. Ita dicit Bal. in reportatis antiquis in l. si procuratorem, in §. 1. ff. mand. Et refert Richardum de Salic. ita tenuisse; refert tamen Raynerium de Forliuio tenuisse totum contrarium. ¶Addite uos, quod Speculator, quem ipse non allegat in titu. eodem de procura. in §. 1. uers. quid si constitutus ad exceptionem, tenet totum contrarium, uidelicet, quòd non possit substituere, quia etiam in exceptionibus contestatur lis. c. prudentiam. §. sexta, extra de offi. deleg. Sed aduertite, quia quædam additio ibi in glo. posita determinat, quòd in exceptionibus non contestatur lis, & illam additionem Doct. cõmuniter sequunt. Ratio ergo assignata per Spe. non est bona. Tamen sua decisio mihi placet, quia talis procurator constitutus ad exceptiones opponendas habetur perinde, ac si ad uerum negotium fuisset constitutus, quo casu procurator non potest substituere, secundùm magis communem conclusionem, ut statim dicam.
12 ¶†Videamus nunc de procuratore ad negotia an possit alium substituere. Concludite, quòd si est procurator generaliter constitutus ad omnia negotia domini: tunc poterit alium substituere, tex. est in l. si procuratorẽ, in §. 1. ff. mãd. ¶Quod intelligit hic Salicetus procedere, si uelit substituere alium ad unũ negotium, sed si uellet aliũ substituere ad totalem administrationem omnium negotiorum, hoc facere non posset. Et notetis tamen istam limitationem pro declaratione. d. l. si procuratorem, in §. 1. Si uerò est procurator constitutus specialiter ad unũ negotium, tunc non poterit alium substituere, quando ipse procurator non habet potestatem limitatam, puta, ego constituo te procuratorem meum ad uendendum talem fundum meum pretio non limitato: certè tu ad illum actum non poteris alium substituere, secundũ Docto. hic, maximè Bar. qui allegat. l. si. in §. 1. uersicul. item adiiciendum. ff. de diuer. & tempor. præscrip. Secus si procurator ad unum negotium haberet mandatum limitatum, puta constituo Titium procuratorem meum ad uendendum talem fundum meum pro centum aureis: nam tunc ipse Titius poterit alium substituere, quia non censetur electa industria suæ personæ. c. is cui, extra de elect. lib. 6. & ista est communis conclusio Docto. Raph. Fulg. hic dicit, quòd procurator ad unum negotium specialiter constitutus potest alium substituere. Mouetur, quia regulariter procurator constitutus ad unam rẽ potest illud, quod potest procurator constitutus ad omnia negotia, l. si duo, ff. de administ. tuto. sed procurator generaliter constitutus potest substituere. d. l. si procuratorem. in §. 1. ergo procurator constitutus ad unam rẽ hoc facere poterit. Sed istud motiuum Fulg. non ualet, quod probo: quia procurator constitutus ad omnia negotia nõ potest ad totalem suam administrationem alium substituere, ut dixi supra, secundùm Sal. Et dum Fulg. respondet ad d. l. fi. §. primo, uersicu. item adiiciendum. ff. de diuer. & temp. præscr. quòd ibi non negatur, quin procurator ad unum negotium constitutus possit substituere, dicatis, quòd ibi imò hoc negatur: quia emptor ibi nõ potest uti accessione primi mandatarii, nisi mandans ipsi mandatario dedisset potestatem mandandi alteri. ¶No-
13 ta ultimò ex isto tex. à contrario, † quòd post litem contestatam procurator habet potestatem substituẽdi: quia est factus dominus litis. Sed ista regula fallit secundùm unam opinionem in criminalibus, quia tũc procurator, etiam lite contestata, non poterit alium substituere. Ita determinat notab. Bal. in l. reos, inf. de accus. Sed reperio Ang. in l. 1. ff. eo. tenere contrarium, & refert ibi Bal. de hoc dubitasse. Mouetur Ang. per tex. in c. 1. extra de
14 procu. lib. 6. † ubi laicus potest esse procurator etiam in
b causis merè spiritualibus, b & tamen uerba sententiæ tũc non sunt concipienda in personam procuratoris, & tamen si sit factus dominus litis, potest alium substituere, & ista sententia Ang. apparet mihi de iure uerior, & no-
15 tetis istum casum, quia uidi in practica. ¶Addite, † quòd procurator constitutus ad contrahendum matrimoniũ pro alio non potest alium substituere loco sui, tex. habetis notab. in c. fi. ext. de procu. lib. 6. An autem procurator in casibus, in quibus nõ põt alium substituere, possit saltem nuncium substituere, uidete per Bal. in lect. antiqua in d. l. si procuratorem, in §. 1. Et an nuncius à me cõstitutus possit alium nuncium substituere. Bal. singulariter in d. l. si procuratorem. in §. 1. determinat, quòd non,
16 per l. qui autem. §. fi. ff. de const. pec. ¶† An autem ille, cuius conscientiæ est commissum aliquod negotium, possit ad illud negotium alium substituere. Bal. notab. in l. & in epistola, in fine commenti, infra de fideicommiss. determinat quòd non, allegat glo. cum tex. in l. sicuti. ff. de arb. optimè faciunt not. per gl. in c. statutum. §. assessorem, ext. de rescrip. lib. 6. & per Bald. in l. nulli. supra de episcop. & cle. Vltimò aduertite, quia licèt procurator lite contestata possit alium substituere, ut dixi supra, tamen hoc debet limitari, nisi dominus in mandato expressè prohibuisset ipsi procuratori, ne alium substitueret. Ita uolunt Guil. de Cun. & Bal. in lec. ordinaria in l. 1. §. magistrum. ff. de exerci.

ADDITIONES.

a ¶Procurator ad lites. Quid si procurator ad plures lites, & coram diuersis iudicibus non habeat, nisi unum originale instrumentum procurationis, nec potest dimittere ubique originale, quomodo fiet? Vide per Pe. de Anch. ĩ c. Albericus, nu. 10. ext. de testib.

b ¶In causis merè spiritualibus. Adde Pe. de Anch. no. ĩ c. quamuis, nu. 7. ext. de deci. uide latè per Io. de Tur. Cre. in c. quia Episcopi, nu. 2. 5. q. 3.

In l. Si procurator.

SVMMAE.

1 *Procurator an, & quando præiudicet domino.*
2 *Procurator constitutus ad unum articulum an possit alium expedire.*
3 *Verba, do tibi plenam potestatem, apposita in mandato, quid operentur.*
4 *Procurator cum libera quæ possit expedire.*
5 *Dolus, neq; delictum ueniunt in mandato generali.*
6 *Procurator non potest transigere.*
Procurator an possit deferre iuramentum.
8 *Dolus, quãdo cõmittitur à pluribus, quomodo purgetur, et n. 9.*
10 *Procuratorem cum libera non potest præsentare ad ecclesiam nomine patroni.*

1 SI procurator. ¶† Si procurator egreditur fines mãdati, non p̃iudicat dño, si uerò. ĩ. fines mãdati aliquid dolosè gerat, bene p̃iudicat dño, sed dñs põt contra talẽ procuratorẽ agere actione mandati. Hoc d. ¶Nota primo ex isto tex.

2 † quòd procurator conſtitutus ad unum articulum non
poteſt alium articulum expedire, quod limitetis, ni-
ſi eſſet conſtitutus ad conteſtandum litem; quia tunc
poſſet cauſam perducere uſque ad finem. l. qui procura
torem dat. ff. eod. tit. de procur. Sed hoc ultimum reci-
pit limitationem, niſi eſſet conſtitutus ad conteſtandũ li
tem tantùm; nam tunc non poſſet reliquas partes iudi-
cii agitare, ſecundùm Innocen. in c. petitio, extra eod.
3 ¶Nota ſubſequenter, † quòd iſta uerba, do tibi plenam
poteſtatem, appoſita in mandato operantur tantũ, quan
tum, ſi libera adminiſtratio fuiſſet conceſſa procurato-
ri, ſecundùm Doc. hic. Idem ſi in mandato ſint appoſita
iſta uerba, talis dominus dedit poteſtatem tali ſuo pro
curatori, quòd poſsit omnia, quæ poſſet ipſe dominus,
ſi præſens eſſet. Nam per talia uerba uidetur datum ſpe
ciale mandatum, ita quòd talis procurator poterit ex-
pedire ea, quę requirunt ſpeciale mandatum. l. creditor.
in §. Lucius. ff. mand. Et ita uult eleganter Bal. in l. 1. cir-
ca finem commenti. inf. de bon. mater. & ita uult etiam
dominus Panor. in c. intelleximus. ext. de iud. ¶An au-
4 tem † procurator, cui eſt conceſſa libera adminiſtratio,
poſsit expedire ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum.
Bal. in l. illud. in §. 1. ff. de mino. determinat quod ſic. &
dicit hoc eſſe quotidianum. ¶Nota ulteriùs, quòd licèt
5 ſoleamus dicere, † quòd in generali mandato non ue-
nit dolus, neque delictum. l. ſi procurator. ff. de condi.
indeb. & l. ſi pater. ff. de his, quæ in fraud. cred. tamen in
tali mandato uenit, quòd dominus teneatur habere ra-
ta geſta per procuratorem, etiam ſi doloſè geſta ſint. Ex
hoc loco infert hic notabiliter Bal. quòd ſi dominus in
mandato procuratorio faciat ſcribi hæc uerba, talis do
minus conſtituit talem procuratorem, & promiſit habe-
re ratum, quicquid legitimè geſtum erit per dictum pro
curatorem; tale mandatum productum in iudicio nõ de
bebit admitti, alleg. pulchram gloſſ. in c. relatio. 11. q. 1.
Addite uos Bar. in l. quæ omnia. in §. planè. ff. eo. Et Bal.
in rub. inf. de exercito. & eundem Bal. in l. cum mandati.
inf. manda. & Canoniſt. in cap. fin. ext. de dilat. Dicit ta-
men notabiliter Anto. de But. in præal. c. fina. quòd iſta
opinio procedit, quando in mandato eſſent ſcripta uer
ba ſub iſta forma: talis dominus promiſit habere ratum;
illud tamen, quod legitimè geſtum erit per dictum ſuũ
procuratorem: nam tale mandatum non debet recipi.
Sed ſi uerba eſſent concepta hoc modo, talis dominus
promiſit habere ratum, quicquid legitimè geſtum erit
per dictum ſuum procuratorem; tunc mandatum bene
deberet recipi, & acceptari per iudicem, attento ꝙ ibi
non eſt appoſita dictio taxatiua, & illa uerba quicquid
legitimè &c. debent referri ad id, qđ de iure gerere po-
terit ille ꝓcurator. & hęc not. quia frequenter contingũt
in practica. ¶In gl. in uer. plenam. in fi. Intelligit ergo iſta
gl. noſtrum tex. ꝙ iſte procurator in primo reſponſo le-
gis habebat ſimplex mãdatũ, & tranſegit cũ aduerſario
unde dicitur hic, quòd talis tranſactio non præiudicat
6 domino: † quia procurator quantuncunq; habeat gene-
rale mandatum, tamen non poteſt tranſigere: quia ad trã
ſigendum requireretur ſpeciale mandatum. l. tranſactio-
nis placitum. ſupra de tranſact. ſed in ſecundo reſponſo
legis noſtrę habebat plenam poteſtatem cum libera. Sed
Doct. damnant iſtum intellectum dicentès, quòd ſi iſtę
procurator tranſegiſſet cum aduerſario, non fuiſſet de-
uentum ad ſententiam definitiuam. l. eleganter. penul. §.
ff. de condi. inde. & tamen tex. noſter in 2. parte dicit, ꝙ
fuit deuentum ad ſententiam. Vnde Bart. accommo-
dat huic. l. alium intellectum dicens, quòd in primo re-
ſponſo huius. l. procurator fuerat conſtitutus ad produ
cendum teſtes; & tamen ipſe producit cauſam uſque ad
finem. & hoc caſu ſententia lata nõ pręiudicat domino:
quia procurator erat ſolùm conſtitutus ad unum articu
lum, ſcilicet ad producendũ teſtes, unde reliquam partẽ
iudicii non potuit agitare, ideo non eſt mirum, ſi ſenten-
tia lata in fauorem aduerſarii non præiudicat domino;
ſed in ſecunda parte. l. noſtræ, procurator erat conſtitu-
tus ad totam cauſam. ſed iſte intellectus non uidetur bo
nus; quia fruſtra ponderaret iſte tex. quòd procurator ha
bebat plenam poteſtatem cum libera: unde poſſetis ali-
ter intelligere iſtum tex. & dicere, quòd in primo reſpõ-
ſo huius. l. procurator erat ſimpliciter conſtitutus. & de
tulit iuramentum aduerſario, qui iurauit nihil debere, &
ob id iudex eũ abſoluit; certè talis ſententia abſolutoria
7 nõ ꝑiudicat domino: † quia procurator ſimpliciter cõſti
tutus non habet poteſtatem deferendi iuramentum. Sed
in ſecunda patre l. noſtræ procurator erat conſtitutus
cum plena poteſtate, & libera adminiſtratione, & iſto
caſu ipſe bene poteſt deferre iuramentum alteri. l. iuſiu
randum quod ex conuentione. §. ſi procurator. ff. de iu-
reiur. ¶In glo. fi. in fi. Sed opponitur, & imò uidetur, ꝙ
uterque ipſorum poſsit conueniri per l. ſi plures. ff. de
8 dolo. Solutio, dicit Bar. & eſt ſingularis doctrina † quan-
do dolus committitur à pluribus, & ille dolus purgatur
per actionem de dolo contra utrunque, tunc uterque
poteſt conueniri, & poſſum eligere quem uolo: & ita lo-
quitur in l. ſi plures. Si uerò dolus purgatur cõtra unum
actione ex contractu, & contra alium purgatur per actio
nem de dolo, tunc primò debet agi actione ex contra-
ctu, & in ſubſidium poſtea agere actione de dolo, quæ
eſt ſubſidiaria. l. 1. §. fi. ff. de dolo. & iſte eſt caſus. l. noſtrę,
quia contra procuratorem dolus per eum commiſſus
purgatur per actionem mandati, ideo illa debet prius in
tentari. & ſi reperiatur procurator nõ eſſe ſoluendo; tũc
in ſubſidium dominus aget actione de dolo contra ad-
uerſarium, qui participauit dolum cum procuratore.
9 Ex hoc infertur, † quòd ſi aduocatus meus colludat cum
aduerſario meo, & aduerſarius meus participet in do-
lo, uterque ipſorum poterit cõueniri, nec primo teneor
agere contra aduocatum: quia dolus aduocati non pur
gatur per actionem mandati, ut notatur in l. 1. ſup. de ad
uoc. diuerſ. iud. ¶Vltimò dicit hic eleganter Raine. de
Forli. quòd procurator conſtitutus ad unum articulum
tantùm, non debet admitti; quia intereſt aduerſarij, ne
poſtea mutatio fiat de alio procuratore, & ſic per mul-
tos aduerſarios quis diſtringatur. l. ne in plures. ff. de
10 exercito. ¶Addite, † quòd procurator cum libera non
poteſt præſentare ad eccleſiam nomine patroni, ut nota
tur in c. dilecto. ext. de teſti. quid autem in tuto. uel cu-
rato. & quid in marito, cui mulier dedit uillam in dotẽ,
in qua ipſa mulier habebat ius pręſentandi, & quid ſi pu
pillus præſentet unum, & tutor alium, quis præferetur.
De his omnibus uidete per dominum Panor. in c. fi. ex-
tra de conceſ. præb.

In l. Neque tutores.

S V M M AE.

1 *Tutores, & curatores non poſſunt conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam. limita ut nu. 7.*
2 *Adminiſtrator legitimus non poteſt conſtituere procuratorẽ ante litem conteſtatam.*
3 *Prælatus eccleſiæ, qui percipit redditus eccleſiæ, poteſt conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam in cauſis eccleſiæ ſuæ. & nu. 16.*
Idem in Rectore hoſpitalis nu. 4. & in commendatario nu. 5. & in præceptoribus Hieroſolymitanis. nu. 6.
8 *Negotia extraiudicialia faciliùs geruntur per non dominum quàm negotia iudicialia: quia procurator debet conſtitui à domino.*

Actorem

9 *Actorem constituunt solus tutor, & curator, & qualiter constituatur. & nu. 14.*
10 *Minor potest constituere procuratorem cum auctoritate tutoris, uel curatoris: non tamen solus. nu. 12.*
11 *Tutor an possit reuocare procuratorem constitutum à pupillo cum eius auctoritate.*
13 *Minor 25. an. si constituat procuratorē in iudicio, & iuret ad sancta Dei euangelia renunciando beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum, talis procuratoris constitutio erit ualida, & iudicium ualidum.*
15 *Syndicus, & procurator an differant.*
17 *Prælatus æquiparatur usufructuario, uel saltem usuario.*
18 *Actor an possit constitui ad unam solam causam.*
19 *Seruus potest esse procurator.*

1 Neque tutores. ¶ † Tutores, & curatores ante litem contestatam procuratorem constituere non possunt, sed pupillus cum eorum auctoritate sic: tutor autem & curator post li tem contestatam bene possunt constituere procuratorem. Hoc dicit ista notabilis lex. ¶ Nota pri-
2 mò ex isto tex. † quòd legitimus administrator ante li-
a tem contestatam non potest constituere procuratorē quod uerum intelligatis, quando ipse legitimus administrator non est percepturus cōmodum ex ipsa causa; secus si esset percepturus commodum: exemplum in patre, qui est legitimus administrator filij; & habet usūfructum de aduentitijs. Nam ante litem contestatam bene poterit constituere procuratorem. l. prima. & ibi notatur per Bar. & omnes. inf. de bon. mater. Et ex hoc in-
3 fertur. † ꝙ Prælatus ecclesiæ, qui percipit redditus ecclesiæ etiam ante litem contestatam, in causis ecclesiæ suę poterit constituere procuratorem. & ita uult Inno. in c. edoceri, ext. de rescrip. & Ange. in l. 1. ff. eod. de procu-
4 ra. ¶ † Idem in Rectore hospitalis; quia cum uiuere debeat de redditibus Hospitalis. clem. quia contingit, ext. de relig. domi. etiam ante litem contestatam poterit cōstituere procuratorem. Ita singulariter determinat Bal. in l. orphanotrophos, supra de episco. & clericis. Ea-
5 dem ratione idem esset dicēdum † in commendatario: quia debet uiuere de redditibus ecclesiæ sibi in commendam assignatæ. c. nemo. extra de electio. lib. sexto.
6 ¶ † Idem in præceptoribus Sancti Antonii, & in præceptoribus hierosolymitanis; quia in causis suarum præceptoriarum etiam ante litem contestatam possunt constituere procuratorem. Ita inquit Inno. in c. cum deputati. ext. de iudi. habetur per Ang. in d. l. prima. ff. eod.
7 ¶ † Et licèt tutor, uel curator ante litem contestatam non possint constituere procuratorem ad iudicia, ut hic; tamen bene possunt constituere procuratorem ad
8 negotia: quia† negotia extraiudicialia facilius geruntur per non dominum, l. rem alienam. ff. de contrah. empti. quàm negotia iudicialia: quia procurator debet consti-
b tui à domino b. l. 1. ff. eo. ¶ Nota, † quòd solus tutor &
9 curator constituunt actorem. & in tali constitutione duplex seruatur practica. Prima est, quòd tutor uel curator constituit actorem interueniente tamen iudicis decreto. Alia practica est, quòd iudex constituit actorem ad petitionem tutoris uel curatoris. & ita uult Azo in summa huius tit. Inter has constitutiones tamen est differētia, quantùm ad effectum cautionis de rato præstandæ, ut declarat notabiliter Bar. in l. actore. ff. rem rat. hab.
10 ¶ Nota † quòd minor auctoritate tutoris uel curatoris benè potest constituere procuratorem. Sed circa hoc cadit pulchra dubitatio, Ponamus, quòd minor cum auctoritate tutoris constituerit procuratorem, & re integra tutor moriatur, an expirabit potestas talis procuratoris. Ioan. de Imo. & Pau. de Cast. in l. si per epistolam. ff. de acqui. hæredi. determinauit, quòd non: quia talis constitutio denominatur à pupillo, tanquam à princi-
11 pali, & notetis bene istam decisionem. ¶ An autem, † quādo pupillus cum auctoritate tutoris constituit procuratorem, possit solus tutor reuocare talem procuratorē. Bar. hic distinguit notabiliter dicens, quòd aut ille procurator fuerat constitutus ad actum, in quo tutor habebat plenam administrationem, & tunc ipse solus poterit reuocare procuratorem. Aut erat constitutus ad actum, in quo tutor non habebat plenam administrationem, & tunc ipse solus tutor non poterit reuocare procurato-
12 rē. ¶ Vltimò notetis, † ꝙ minor solus non potest constituere procuratorem, sed debet hoc facere cum auctoritate tutoris, uel cura. Istud dictum debet limitari, nisi in casibus, in quibus ipse minor solus posset esse ī iudicio. Nam in illis casibus ipse solus poterit constituere procuratorem. Ista est glo. ordinaria communiter approbata in c. ex parte. ext. de restit. spo. & illa glo. docet casus, in quibus minor posset per se stare in iudicio. Ad hoc etiam allegabitis tex. notabilem. in c. fi. ext. de iudi. li. 6. ¶ Addite glo. singularem in l. 3. in §. 1. in uerbo per procuratorem. ff. qui pet. tuto. quæ gloss. dicit, quòd licèt regulariter minor de per se non possit constituere procuratorem ad totam causam; tamen ad unum factum bene poterit constituere, & ponderetis bene illam glo.
13 quia reputaē singularis. ¶ Addo uobis, † quòd minor uigintiquinq; annis si in iudicio constituat procuratorē, & iuret ad sancta Dei euangelia renunciando beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum, talis constitutio procuratoris erit ualida, & iudicium ualidum. Ita dicit Ioan. de Imo. in repetitione. c. cum contingat. in decima charta, extra de iureiur. & ita practica in iudiciis. ¶ In gl. super uerbo constituere possunt, ibi. fuerunt im-
14 pediti. Habetis ex ista glo. † quòd tutores & cura. ita demum constituunt actorem, si sunt impediti. sed Bartol. post Dy. in l. decreto. ff. de adminis. tuto. dicit quòd tuto. & curato. pro eorum libera uoluntate possunt constituere actorem. Sed Petrus & Cy. & Rapha. Fulgo. hic, & Bar. in l. actore. ff. rē rat. hab. cōcludūt, ꝙ tutores & cura. ita demum constituunt actorem, si sūt impediti, uel si nō sūt impediti, subest tñ alia iusta cā, puta qa tutor, uel curator est in tanta dignitate, quòd non deceret eū comparere personaliter. & istam ultimam sententiam audacter teneatis, per ea quæ habentur in §. fi. Insti. de curat. ¶ In
15 eadem glo. ibi. expone. i. syndicum. † Doct. dicunt, quòd non est differentia inter ista nomina, syndicus, & procurator, & ideo ad propositum dicit Inno. in c. petitio. extra de procura. ꝙ si uolens constituere procuratorem dicat constituo talem asinum meum ad agendum &c. talis constitutio ualebit, & ille constitutus poterit comparere ut procura. Addo Bal. uolentem in l. id quod pauperibus. in principio commenti. sup. de sacrosa. eccle.
16 Addunt Doc. † ꝙ Prælatus ante lit. contestatam pōt constituere procuratorē: quia maior est ptās sua, q̄ potestas tutoris. Et de multis differentijs inter tutorem & præla-
17 tum est glo. magistra. in c. fi. 5. quæst. 3. ¶ † Nam prælatus æquiparatur usufructuario, uel saltem usuario. de quo per glo. in c. præsenti. extra de officio ordina. lib. 6. & per Canon. in c. fi. extra de pecu. clerico. ¶ In eadem gl. ibi actor ad omnia. Doctores reprehendunt istam gl. di-
18 centes, † quòd actor potest constitui etiam ad unam solam causam. & ita uult glo. notabilis approbata in l. si actor. inf. de appell. de quo per Bar. in l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque uniuersita. nomine. ¶ In eadē glo. ibi. actor tantum liber. Docto. communiter sequuntur gl. sed contra eam uidetur esse tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerborū obliga. ubi ille actor erat seruus. sed respondet, ꝙ ibi ille actor erat alterius naturæ, quàm sit actor, de quo nos loquimur. ¶ Item aduertite

19 uertite ad glo.istam,inquantùm uult,† quòd seruus po-
test esse procurator:quia contra eam uidetur esse tex.in
§.eadem lege,Insti.quib.ex cau.manumit.non licet.ubi
minori non permittitur manumittere seruum, nisi ali-
qua iusta de causa, & inter causas iustas est ista, scilicet
ut ipse seruus manumissus posit postea esse procurator
ipsius manumittẽtis,ergo ibi probatur, quòd seruus nõ
potest esse procurator,quod an sit uerum, declarabo in
l.sequenti.¶ Vltimò quia supra locuti sumus de syndi-
co,si uultis scire,qualiter syndicus debeat creari à ciui
tate, uidete Bart. notabiliter loquentem.in l.actuarios.
inf.de numera.& actuarijs. lib.12.

ADDITIONES.

a ¶Constituere procuratorem.Adde,quòd nec etiam po
test fideiubere, Pet.de Anch.in c.quod quibusdam.nu.
3.extra de fideius.

b ¶Constitui à domino.Adde,quòd debet constitui cum
pleno mandato ad agendum,& respondendum. Pet.de
Anch.in c.accedens.num.4.ext.de procur.Et debet esse
laicus,uel saltem nõ religiosus. Vide per dominum Io.
de Grassis in suo tract. de substantialibus procuratorij.
super uerbo,dominos And.nu.6.

In l.Exigendi.

SVMMAE.

1 Extraneus qualiter poßit alium defendere.
2 Defensor admittitur ex parte rei,etiam sine mandato.
3 Defensor nemo est alterius sine satisdatione.
4 Defendere qui uult alium sine mandato, debet satisdare de iudicatum soluendo,fallit ut ibi.nu.5.
6 Defensionem ad allegandum pro alio quilibet admittitur,si illa defensio appareat ex actis.
7 Iudex ex officio potest supplere pro parte in his, quæ sunt nota iudici,ut iudici.
8 Coniunctus admittitur pro coniuncto ad agendum, fallit ut nu.9.10.11.13.14.15.16.17.& 20.
12 Coniunctus an poßit recipere solutionem debitam coniuncto prodigo.
16 Conditio poßidentis melior debet esse in pari causa.
18 Maritus si compareat pro uxore,an processus sit nullus.
19 Comparendi forma est attendenda.
21 Interesse non potest æstimari in causis spiritualibus.
22 Amicus an admittatur ad agendum pro amico singulari.
23 Amicitia singularis comparatur fraternitati.
Amici comprehenduntur appellatione suorum.
24 Sanguinis ratio est potentior,quàm sit ratio amicitiæ.
Iura sanguinis sunt immobilia.
25 Canonicus non admittitur ad agendum pro concanonico. Nec in iudicem.nu.26.
27 Spurius non admittitur ad agendum pro patre.
28 Admittitur qui ad agendum,multò magis ad defendendum.
29 Minor in casu admittitur ad agendum.
30 Periculum ubi est maius, ibi cautiùs est agendum.
31 Iuramentum repræsentat minorem maiorem, & eum habilitat in iudicio.
32 Extraneus comparens, ut procurator alterius quid debeat agere.
33 Exceptiones quæ possunt opponi in qualibet parte litis.
34 Pupillus an posit constitui procurator ad negotia,quòd sic. Non ad iudicia.nu.35.
36 Seruus potest esse procurator ad iudicia.
37 Minor 25.annis non potest esse procurator ad iudicia.
38 Restitui non debet utens iure communi.

a EXigendi.¶a† Quilibet extraneus po
1 test alium defendere etiã
sine mandato,præstita tamen satisdatione
iudicatum solui,& filius tanquam coniun
cta persona patris potest pro ipso patre
agere,& filius minor admittitur ad defendendũ patrem
in causa, in qua posit contra patrem ferri sententia defi
2 nitiua.hoc dicit.¶Nota primò ex isto tex.† quòd ex par
te rei admittitur defensor etiam sine mandato:quia inte
rest rei publicæ absentes defendi. l. seruum quoque §.
publicè. ff. eod. ¶Quod intelligatis procedere, nedum
qñ tertius uenit ad defendẽdũ alium in tota causa,sed ẽt
si ueniat ad defendendum unum solum articulum: quia
bene admittetur,tex.est, quem Bartol. ibi ponderat pro
singulari,in l.secunda.inf.de nego.gestis.Raph.Fulg.hic
dicit iure cautum non reperiri, quòd aliquis posit unũ
articulum causæ suscipere defendendum pro alio, licèt
ad defendendum totam causam admittatur.allegat.l.2.
§.uerba.ff.quib. ex cau.in pos.eat. Sed ad illum tex.ego
respondeo defendendo Bartol.quòd loquitur quantùm
ad euitandum misionem in possessionem ex primo de-
3 creto.¶Nota secundò,† quòd nemo est idoneus defen-
sor alterius sine satisdatione.Ille ergo,qui uult defende
re alium sine mandato,debet satisdare de iudicatum sol
uendo,concordat.l.qui proprio.§.qui alium. ff. eo.titu-
lo.& l.rectè.ff.de iud. ¶Fallit in prælato suscipiente de-
fensionem ecclesiæ sibi subiectæ. Ita notab. dicit Inno-
4 cen.in c.cum inter, extra de excep. ¶ † Secundò fallit,
quando defensor compareret pro alio non ad defenden
dum totam causam, sed ad unum articulum,puta ad alle
5 gandum causas absentiæ: † nam tunc talis defensor non
teneretur satisdare,glo.reputata singularis in l. in eo. in
§.nemo,ff.de regu.iur.Et hoc uoluit Innocen.in cap. ue-
niens.extra de accusatio.amplius dicit Ang.in l.filiusfa
6 milias.quasi ad finem commenti.ff.qui satisd.cog.†quòd
quilibet admittitur ad allegãdum defensionẽ pro alio,
si illa defensio appareat ex actis.Mouetur: quia ex quo
apparet ex actis, dicitur notoria iudici ut iudici,secun-
dùm Innocen.in c.sæpe.& in c.ex insinuatione.extra de
appella.habetur per glo.in l.1.inf.qui & aduersus quos.
Et in his,quę sunt nota iudici ut iudici,iudex ex officio
potest supplere pro parte,ut uult glo.ordinaria,& ibi di
xi uobis in l.ubi pactum.in glo.magna,in uerbo,ij,q di-
7 cũt,s̃.de transact.¶†Vnde cũ iudex ex officio posit sup
plere, quilibet de populo ẽt inhabilis debet admitti pro
alio ad allegandum defensionem ex actis apparentem,
& ad hoc allegat Ang. dictum Inno. in præallegato.c.
ueniens. sed certè non reperio, quòd Inno. hoc ibi di-
cat.tenete ergo menti dictum Ang.quia est ualde nota-
8 bile,& seruaretur in practica.¶Tertiò nota,† quòd con
b iunctus admittitur pro coniuncto ad agendum[b]. quod
procedit nedum in filio, ut hic,sed etiam in alijs perso-
nis,quæ ponuntur in l.sed & hæ.ff.eodem.& in l.1.§.fi.
cum.l.sequenti.ff.de postul.imò etiam procedit in trãs-
uersalibus usque ad decimum gradum.Ita dicit Inno.in
c.non nulli.extra de rescrip.Rapha.Fulgo. dicit non re-
periri aliquem ex transuersalibus admitti ultra fratrẽ.
sed uos sequamini priorem sententiam, quam sequũtur
9 Doct.in d.l.sed hæ.¶† Fallit notabile prædictum,quan-
do coniunctus dimisisset procuratorem:nam tunc coniũ
ctus non admitteretur pro coniuncto ad agendum, sed
istud spectaret ad procuratorem.Ita uult Spec.in tit. de
coniuncta persona.uer.Item quòd agit.& Ang.in l.Præ
tor.ff.de iudiciis.& Ioan.de Imo. in c. ex parte decani,
10 quasi ad finem commenti.extra de resc. ¶† Secundò fal
lit,quando coniunctus habet tutorem, uel curatorem:
nam tunc quia agere spectat ad eos, ideo coniunctus
non admitteretur pro coniuncto.Ita notabiliter dicit
Bal.in l.senatus.inf.qui accus.non pos.¶Intelligatis ta-
men

men hoc procedere, quando tutor, uel curator sunt parati agere pro minore: alioquin bene admitteretur con
11 iunctus. l. si longius. §. si filius. ff. de iud. ¶ † Tertiò fallit in his quæ requirunt speciale mandatum: nam in illis cõ iunctus non admittitur pro coniuncto, nisi coniunctus esset prodigus, uel furiosus: quia tunc etiam eo inuito admitteretur coniunctus. l. illud. §. fi. & l. patri. ff. de mi-
12 nor. ¶ Ex hoc dicunt quidam, † quòd talis coniũctus posset recipere solutionem, quod an sit uerum, dicite, ut no
13 tatur in l. non solùm. ff. sol. matr. ¶ † Quartò fallit contra uoluntatem coniũcti: nam tunc coniunctus non admitteretur pro coniuncto. l. Pomponius. ff. eodem. & ita uolũt Specu. & Ioan. And. in additionibus. in titu. de coniuncta persona. habetur per Bartol. in l. si constante. in decima quæstione secundę partis principalis. ff. sol. matr. ¶ Limitant tamen hoc procedere, nisi coniunctus haberet annexum suum interesse cum interesse coniuncti: nam tunc
14 ẽt eo inuito admitteretur. quod est not. ¶ † Quintò fallit secundùm quosdam, quãdo coniunctus uellet agere pro coniuncto minore. Sed uos tenebitis totum contrarium auctoritate gl. communiter approbatæ in l. tutores qui. in principio. ff. de adminiſt. tut. & ita uult Ange. in d. l.
15 sed & hæ. ¶ † Sextò fallit, quando comparent duo coniũcti pro alio coniuncto: nam tunc præferretur ille, qui esset magis coniunctus, & cæteris paribus præferretur ille, q̃ esset magis idoneus, argu. l. si plures. ff. de popul.
16 actio. ¶ † Septimò fallit, quando coniunctus uellet agere pro coniuncto contra alium coniunctum: quia tũc in pari causa melior deberet esse conditio posſidentis, l. si seruum. in §. sequitur. ff. de uerb. oblig. ¶ Sed hoc temperat Salice. procedere, quando coniunctus conuentus fateretur debitum: alioquin si negaret, quia tunc ostendit nõ habere parem affectionem ad coniunctum suũ, sicut habet ille, qui agit pro coniuncto, saltem admitteretur coniunctus, quantùm ad effectum interrumpendi præscri-
17 ptionem. quod notetis. ¶ † Octauò fallit, quando coniũctus non comparet ut coniunctus, sed ut procurator, & tamen in ueritate non habet mandatum: nam hoc casu dubium est, an sustineatur processus ex eo capite: ex quo poterat coniunctus comparere, & uidetur dicendũ quòd sic per nota. per Innoc. in c. cum ex officij. extra de præscript. ubi dicit, quòd si ordinarius habeat duplicem potestatem, unam efficacem, & aliam inefficacem, & gerat actum ex potestate inefficaci, sustinebitur ille actus ex potestate efficaci, de quo per Bald. in l. falsus. infr. de furt. per eundem in l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iud. Sed Bal. & Salice. in l. prima. supra eod. determinant totum
18 contrariũ. ¶ † Ego in quæstione facti, cum maritus in toto processu comparuisset, ut procurator uxoris, & tamẽ in aliqua parte processus non appareret, de mandato, & aliqui dicebant, quòd processus debebat sustineri ex eo capite, quòd ut coniunctus debebat comparere: consul-
19 ui processum esse nullum, † quia debemus attendere formam comparendi. l. si filiusfami. ff. qui satisd. cog. & Ludouicus Roma. tenet istam partem suo consilio. 466. incipiente. Primus consultationis articulus. Mouetur per l. multùm intereſt. inf. si quis alteri, uel sibi, & singulariter pro hac parte adducit legẽ antepenultimã. ff. de eo qui pro tuto. Non tamen allegat Bal nec Salice. in d. l. prima.
20 ¶ † Vltimò fallit in causis beneficialibus, & aliis spiritualibus: quia in illis coniunctus non admitteretur pro coniuncto. Et ita uolunt Domini de Rota sua conclusione centesima quadragesima prima. incip. item quòd in beneficialibus. Et est ratio, quia in talibus causis requi-
21 ritur speciale mandatum. ¶ † Item interesse non potest æstimari in talibus causis, & ideo cautio de rato, quæ committitur ad interesse, de nihilo seruiret, ut habetur in c. coram. extra de offic. delega. ¶ Sed ego allego uobis glo. expresè determinantem contrarium, in c. cum pridem. in glo. prima. extra de pact. & est tex. notabilis in c. accedens. extra de procura. in practica tamen durũ esset obtinere contra decisionem dominorum de Rota.
22 ¶ Nunc quæro de quæstione pulchra, † nunquid, sicut coniunctus admittitur pro coniuncto ad agendum, ita amicus pro singulari amico admittatur ad agendum sine mandato. Cy. & Saly. determinãt quòd sic. Eandem opini. tenuit Spec. in tit. de aduocato. in §. obijcitur. uer sicu. est & quartus. Odo. & Ioan. And. in c. fi. extra de postul. ¶ Eandem opinionem tenuerunt Guiliel. de Cun. & Bar. in l. non solùm. §. alieno. ff. eo. de procura. Et pro ista sententia facit tex. notabilis. in l. cum allegas. inf. de castren. pecul. lib. 12. ubi probatur, quòd talis singularis affectio æquiparatur consanguinitati, facit. l. 2. in uerb.
23 amici. ff. qui petant tuto. ¶ † Item talis singularis amicitia æquiparatùr fraternitati. l. uerum. ff. pro socio. ¶ Item amici comprehenduntur appellatione suorum. gloss. est notabilis in l. secunda. inf. in quibus causis coloni censiti. lib. 11. ¶ Præterea quis admittitur sine mandato ratione communionis. l. secunda. inf. de consort. eiusdem lit. ergo etiam debet admitti ratione singularis amicitiæ. ¶ Ego comprobo istam sentẽtiam: quia illud, qđ di-
c citur, quòd coniunctus c, qui aliàs fuit successurus ab intestato, admittitur ex testamento minus solemni. l. hac consultissima. §. si quis autem. inf. de testa. habet locum etiam in singulari amico. glo. singularis in l. in testamento. ff. de fideicom. libert. dum illa glo. dicit hæc uerba. speciale est in persona sic dilecta, & per illam glo. extenditur. l. cum alienam. inf. de legat. ut dispositio illius lęgis, quæ loquitur de coniunctis, habeat locum etiam in singulari amico. ¶ Itẽ corroboro auctoritate Bal. in l. si iure. inf. de testam. manumiſ. ubi dicit, quòd ardore liciti amoris. habet uim clausulæ codicillaris. quod notetis singulariter. ¶ Item confirmo opinionem prædictã per ea, quæ uult eleganter Bar. in l. Titia. ff. de uerbo. oblig. ubi dicit, quòd sicut promisio pœnę facta per cõiunctũ super matrimonio contrahendo non ualet, ita non ualęret, si esset facta per singularem amicum. quod notetis. Et credo, quòd propter auctoritatem tantorum uirorũ ista opinio seruaret̃ in practica. ¶ Sed in secreto iuris ueritas est in contrarium, quia in primis hoc non reperitur
24 iure cautum. † Ratio, quia ratio sanguinis est potentior, quàm sit ratio amicitiæ: nam amicitia quandoque de facili rumpitur. l. 3. §. fi. ff. de adimen. legat. & tamen iura sanguinis sunt immobilia. l. ius agnationis. ff. de pact. ¶ Item ẽ spãle in odiũ spoliatoris, ut amicus admittatur pro amico. l. 1. inf. si per uim, uel alio mõ. ergo in contrarium est ius commune. & pro ista sententia est tex. in l.
25 tutori. inf. de neg. gest. ¶ Ad idem facit, † quòd canonicus non admittitur ad agendum sine mandato pro concanonico. c. cum M. Ferrariensis. ext. de constit. & tamen inter canonicos eiusdem ecclesiæ solet esse magna ami
26 citia, † intantùm, q̃ si canonicus impetret cõcanonicum in iudicem delegatum contra alium non canonicum. poterit recusari. c. cum R. canonicus. extra de offi. dele.
27 ¶ † Item spurius d non admittitur ad agendum pro pa-
d tre, ut uoluit Innoc. in c. nonnulli. ext. de rescri. & Bal. in l. eam quam. inf. de fideicom. Et idem Bal. in l. id qđ pauperibus. sup. de epis. & cler. ergo multò minus debet admitti amicus pro amico. Et hanc opinionem tenuerunt Rayn. hic. Bald. in l. 1. inf. qui accuſ. non poſ. Angel. in l. sed & hæ. ff. eodem. Ant. de But. & Ioan. de Imo. in c. fi. ext. de postu. & Dominicus de San. Gemi. in c. qui ad agendum. ext. de procur. lib. 6. & Ludo. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat. In iudicando non esset tutum
28 recedere à priori sententia. ¶ Nota subsequenter, † quòd qui admittitur ad agendum, multò magis admittitur ad defendendum, facit l. nec intentio. sup. de transact. Qui autem non admittitur ad agendum, non sequitur, ergo

go non debet admitti ad defendendum, ut uidistis in
29 l.militē.sup.eodem.¶ †Nota casum singularem,in quo minor admittitur ad defendendum, scilicet quando ue nit ad defendendum patrem. ¶Addite idem esse,qn̄ ue nit ad defendendum matrem,uel alios ascendentes, gl. notabilis approbata in l.minor. in glo. 2.ff.eodem. de procurato.Idem si ueniret ad defendendum transuersa les usque ad quartum gradum.l.petitionem.uersi.egredientem.inf.de aduoc.diuers.iudic.¶ Plus audet dicere Raph.Fulg. quòd minor admittitur etiam pro quolibet extraneo ad defendendum,allegat.l.seruum quoq; in §.publicè.ff.eodem. ¶ Sed uos tenebitis totum contrarium.& ad §. publicè.respondeatis,quòd loquitur in causis criminalibus,in quibus agitur de grauiore praeiudicio. Et ubi maius est periculum,ibi cautiùs est agendum.c.ubi periculum.extra de elect.lib.6.& l.nec cau-
30 sas.inf.de appellat.¶ † Itē fallit regula praedicta in alio casu, s.quando minor compareret ad allegandum causas absentiae:quia tunc bene audiretur,ut no. Inno. in c. ueniens. extra de accusat. ¶ Vltimò fallit, quando minor iurauit ad sancta Dei euangelia non petere resti-
31 tu.in integ.ratione alicuius actus iudicialis:† nam tunc quia iuramentum repraesentat cum maiorem,admittere tur in iudicio.Ita uolunt Hostiensis,& Io.And.in c.non iniustè.extra de procur.& Bar.in Auth.sacramēta puberum.inf.si aduers.uenditio. & idem Bar. in l. minor. ff. eo.¶In glo.super uerbo,non cogitur, ibi est in electione rei.Vult ergo ista glo. quòd si comparens procurato rio nomine alterius dicat se habere mandatum, & reus hoc neget,per hoc dicetur res dubia,adeo ꝙ ipse procu rator admittetur cum cautione de rato.Sed istā opinionem uidistis reprehensam in l.1.sup.eodē.¶ In eadē gl.
32 in fi.Concludite:† quòd si extraneus compareat ut procurator alterius,debet plenè facere fidē de mādato,uel saltē semiplenè.& hoc ultimo casu admittetur cum cau tione de rato, qn̄ cōparet ut procurator actoris. Sed qn̄ coniūctus comparet pro cōiuncto,& uult agere cōiūcto rū nomine, non cogitur probare de mandato, imò nec tenetur allegare se habere mandatum, ut hr̄ in l. sed & hae,ff. eod.titu. ¶In glo. super uerbo,non iniustè. ibi iustius est eum admitti.Ista glo.habet duos intellectus.Primus est,quòd si filius minor compareat pro patre lite iā contestata contra ipsum patrem ; tunc bene admittetur: quia ex quo iam est facta litis contestatio contra principalem,posset contra eum perueniri ad definitiuam, & ideo iustius est ipsum filium minorē admitti pro patre. quàm ipsum patrem absentem condemnari, & sic intelligendo,bene uerificantur uerba.l.nostrae.in fin.Sed si cōtra patrem adhuc non esset facta litis contestatio, tunc filius minor non admitteretur : quia cum nondum sit facta litis contestatio, non posset perueniri ad definitiuā contra patrem absentem.l.fi.§.illud.inf.de tempo.appel la.& sic cessaret ratio l.nostrae. in fin. ¶Alius intellectus est ad istam glo.quòd uoluit dicere,quòd si filius minor compareat ante litem cōtestatam,bene poterit sibi obijci:amice tu nō potes esse procurator: quia es minor,sed si ante litem contestatam non opponatur huiusmodi ex ceptio,non poterit post litem contestatam opponi,sicut uidemus in exceptione procuratoria, quae est opponenda ante litem contestatam: quia post litem contestatam opponi non potest.l.Pomponius.in §.rati.ff.eo.titu. & ita uolunt Bar.& Ang.hic,& Io.And.in c.non iniustè, ext.eo.tit.¶Sed ipse Bar.in l.minor.ff.eo.& Bar.de Sal. & Rapha.Ful.in l.sequenti.& Io.de Imo.in d.c.non iniu stè.& Bal.in l.licèt.inf.eo.& Pau.de Cast.hic determināt totum contrarium dicentes, quòd ista exceptio, tu non potes comparere pro alio,quia es minor,pōt opponi ēt post litem contestatam:quia ubicunque quis non potest stare in iudicio nec pro se, nec pro alio, ut uidemus in
33 minore.l.1.inf.qui legit.pers.standi in iud.non hab.† tūc talis exceptio pōt opponi in qualibet parte litis. Et hāc opinionem tenuit Dom.de san.Gemini.in c.qui generaliter.ext.eod.titu.lib.6. & hanc opinionem audacter te-
34 neatis.¶ In eadē glo.ibi,ad negotia.Doct.dicunt,†quòd
e etiam pupillus e potest constitui procurator ad negotia: quia imputandum est constituenti talem,l.sed & si quis. §.fi.cū l.seq.ff. de instit.non tamē posset seruum suum mi nor uindicta manumittere, nisi ipse seruus esset maior. 18.annorum,quādo manumissio fieret,ut esset procura tor.l.si collectaneus.ff.de manumis.uin.& §. & seruus q
35 manumittit,hic in gl.alle. † ad iudicia uerò nō potest mi nor 25.annis esse procurator. Quidam tamen uolebant dicere contrarium per iura proximè allegata, quae dicunt,quòd seruus maior decem & octo annis potest manumitti, ut sit ꝓcurator,& intelligūt de procuratore ad iudicia:quia quantùm ad negotia non oportet eum manumittere : cum ad negotia etiam seruus possit esse pro
36 curator.l.seruum quoque.ff.eo. ¶†Fallit secundùm eos in defensore ex parte rei: quia ille,si sit minor, non admittetur, & est ratio : quia patitur condemnationem in suam personam, & executio fit cōtra eum.l.Plautius.ff. eod. & sic posset, si esset minor petere restitutionem in integrum.& ita deciperetur aduersarius. ¶Vos autem
37 sequamini communem opinionem,quae habet, † quòd minor 25. annis non potest esse procurator ad iudicia. d.c.qui generaliter.Non obstant iura superius allegata, quae uidentur probare, quòd ad negotia potest esse ꝓcurator etiam seruus : quia respondent Docto. hoc esse uerū,sed subiungūt,ꝙ in d.iuribus manumissio non fuit oīno necessaria,sed utilis domino;q̄a homines libētius contrahunt cum homine libero, quàm cum seruo. Vos disputationis gratia potestis tenere,quòd inuitis dentibus manumissio fuit necessaria. Non enim uideō,quae utilitas resultet domino perdere seruum,& dominium eius pro habendo eum procuratorem. Et tenēdo istam partem respondebitis ad l.seruum quoque. quòd ille tex.non probat, quòd seruus possit esse procurator ad negotia:quia ille tex.loquitur,quando seruus litigabat de statu suo, quo casu sicut potest alium cōstituere pro curatorem in illa causa,ita ipse poterit constitui procurator ab alio;secus si constaret eum esse seruum.In iudicando non recedatis à communi opinione.¶In glo.super uerbo,condemnatione, ibi, sic ergo condemnatur Docto.communiter dicunt, quòd uerba sententiae con cipientur in personam filij minoris comparentis defen
38 sorio nomine patris, & contra eum fiet executio, † nec poterit petere restitutionem in integrum tribus rationibus,Prima est, quia usus est iure communi, ergo non debet restitui.l.fi.sup.de in integ.restitu.mino.Secunda ratio est:quia aduersarius tenetur eū acceptare, ut hic, & si restitueretur, ipse aduersarius deciperetur auctoritate legis,contra l.1.infra de his qui uen. aeta. impetra. Tertia ratio:quia si restitueretur, talis restitutio per indirectum prodesset patri,contra l. 3. §. sed utrùm. ff.de mino.Non obst.quòd executio fiat contra ipsum filium minorem:quia respondetur,quòd si quid soluet,recuperabit à patre. ¶ Ex hoc loco infert hic notabiliter Rapha.Fulg.quòd si essemus in casu, in quo ipse filius minor non posset recuperare à patre,ueluti quia malè defendit patrem, & sic culpa sua non potest recuperare à patre id quod soluit, certè ipsi filio minori concederetur restitutio, quod est bene notandum.

ADDITIONES.

a ¶Exigendi.Vide ad propositum huius legis.l. post nuptias.ff.de iureiur.

b ¶Ad agendum.Adde, quòd admittitur etiam in re spirituali.Pet.de Anch.in c.cum pridem.nu.2. ext.de pac.

¶ Quod

c ¶Quòd coniunctus. Coniuncti re tantùm qui dicantur. Vide per Pet. de Anch. in c. requisisti, nu. 22. ext. de testib. Et qui uerbis tantùm. ibidem. num. 26. Et qui re, & uerbis simul. ibid. nu. 28.

d ¶Item spurius. Quare dicantur spurij. Vide per Ioan. de Turre Crema. in c. libri. nu. 2. 32. q. 4.

e ¶Pupillus constitu. Adde, quòd regulariter pupillus repellitur ab accusando. dictum est elegans Ioan. de Tur. Crem. in c. prohibetur. nu. 3. 2. q. 1.

In l. Ita demum super.

SVMMAE.

1 Exceptio dilatoria est opponenda ante litem contestatam, fallit, ut nu. 2. & 4. usque ad 10.

5 Mulier, & minor præsumuntur ex errore omisisse exceptionē dilatoriam.

6 Exceptio quæ possit opponi post litem contestatam.

11 Exceptio excommunicationis potest opponi in quacunque parte iudicij.

12 Exceptio dilatoria omissa in prima instantia non potest opponi in causa appellationis.

13 Exceptio dilatoria potest opponi in causa restitutionis.

14 Dilatio data à iudice succedit loco termini à lege statuti.

15 Iudex ex officio potest remouere eum, qui non potest esse procurator. Et potest procedere in his, quæ concernunt publicā utilitatem. nu. 16.

ITa demum super. ¶ Exceptio dilatoria, seu procuratoria debet opponi ante litem contestatam, postea uerò opponi non potest etiam in causa appellationis. Hoc dicit. Nota primò ex isto tex. regulam, ad quam sæ-
1 pe allegatur hæc l. † quòd exceptio dilatoria est opponenda ante litem contestatam. De hoc habetur in l. exceptionem, inf. de proba. & in l. Pomponius. §. rati. ff. eo,
2 † fallit hæc regula in multis casibus. Primò si talis exceptio dilatoria superueniat post litem contestatam de nouo: quia tunc bene poterit opponi, ut habetur in l. 2. inf. de consor. eiusd. litis. & in c. insinuante, ext. de offic. deleg. & intelligatis procedere, quòd poterit opponi hoc casu post litem contestatam; sed tamen debebit opponi ante primum actum, in quo incipit tractari de meritis causæ, postea non posset opponi, Ita uult Bar. in d. l. 2. & Bald. hic. Addo uobis, quòd in casibus, in quibus non fit litis contestatio per primum actum, qui solet fieri post litem contestatam, præcluditur uia omnibus dilatorijs exceptionibus. Ista est glo. singularis in c. 1. ext. de elect. lib. 6. quam glo. ponderauit pro singulari dominus Panor. in d. c. insinuante. quod est bene notandum,
3 † Addite etiam, quòd si dilatoria subueniret de nouo post conclusionem in causa, non posset tunc opponi. Istud est dictum Ioan. And. in Mercur. in regul. in generali. ext. de reg. iur. in 6. & ita uult dominus Panor. in c. pastoralis. ext. de excep. licèt ipse Panor. nullam faciat
4 mentionem de Ioan. And. ¶†Secundò fallit regula legis nostræ, quando litis contestatio pronunciaretur nulla, & inchoaretur processus de nouo: nam bene posset hoc casu opponi dilatoria, secundùm Bal. & Ang. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. ubi allegant Guil. de Cun. ita tenere in l. eum qui. ff. de constitu. pecu. eandem opinionem tenuit Pau. de Cast. Et pro ista sententia facit l. si pater. inf. ne de stat. defun. & quod not. gl. in l. licèt. in uerbo, inueniatur. inf. eo. facit etiam ratio: quia ex quo litis contestatio est nulla, semper dicimur esse ante litē contestatam. §. si quis igitur, in Auth. de exhiben. & introd. reis. & hanc sententiam teneatis, licèt Ang. in hoc sibi contrarius tenuerit contrarium in l. si quis postea ad finem commenti. ff. de iud. ubi refert Guil. de Cun. tenere totum contrarium eius, quod dictum est supra.
5 ¶†Tertiò fallit in minore, & muliere: quia per errorem præsumuntur omisisse exceptionem dilatoriam opponere ante litem contestatam. Ita dicit Pau. de Cast. in l. de die. §. minori. ff. qui satisd. cogan. Secus si constaret minorem, uel mulierem ex certa scientia omisisse oppo-
6 nere dilatoriam ante litem contestatam. ¶†Quartò fallit in omni exceptione, quæ habet reddere iudicium retro nullū: quia talis exceptio bene potest opponi post litem contestatam, ut uidebitis in l. licèt. inf. eo. & idem est in exceptione, per quam concluditur procuratorem non posse comparere in iudicio, neque pro se, neque
7 pro alio, ut uidistis in l. proximè præcedenti. ¶†Quintò fallit, quando culpa iudicis non fuit opposita dilatoria ante litem contestatam, fortè, quia iudex compulit partem ad respondendum libello, & ad litem contestandū: nam hoc casu post litem cōtestatam poterit opponi exceptio dilatoria. Ista est glo. singul. approbata per Canoni. maximè Imo. in c. ex conquestione. extra de resti. spolia. & etiam istam gl. ponderat pro sing. dominus Alex. de Imo. in l. naturaliter. §. nihil commune. in penul. col.
8 ff. de acquirēda possess. ¶†Sextò fallit, quando exceptio dilatoria incontinenti, & immediatè post litem contestatam opponitur: nam ualebit talis oppositio singularis l. Pomponius. in §. rati. ff. eo. de procura. Et illam glo. allegat pro singulari Ioan. de Imo. in l. ex consensu. in §. eum qui. ff. de appell. licèt Bal. & Ange. in d. §. rati. non patiā-
9 tur illam glo. ¶†Septimò fallit in causa criminali: quia si procurator interueniat in ea, etiam post litem contestatam poterit opponi, quòd ipse ut procurator non potest in illa causa criminali comparere. Ita dicit Bart. in l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Hoc idem uolunt Cy. & Bartol. de Saliceto. in l. quamuis indubitati. infr. de adult. Idem tenuit Bal. in l. reos. inf. de accus. & idē Bal. in l. secunda. inf. qui accus. non poss. gl. tamen in c. primo ext. de iudi. lib. 6. determinat totum contrarium, & Ang. in d. §. ad crimen. & domini de Rota. sua conclusione 166. Ego habeo in conclusione centesima quinquagesima, & incipit. Item si citatus. Præcedens tamen opinio apparet mihi de iure uerior per rationem assignatam
10 per Cy. in d. l. quamuis indubitati. ¶† Octauò fallit, quādo per ignorantiam facti fuisset omissa exceptio dilatoria ante litem contestatam: nam tunc posset opponi etiā post litem contestatam, hoc uult glo. quam approbat ibi Bartol. in l. error. supra de iuris & fac. ignor. & hanc opinionem sequitur hic Salice. Sed Pau. de Cast. est in opinione contraria. & respondet ad. d. c. pastoralis. quòd ibi loquitur de termino præfixo a iudice, nos uerò loquimur de termino præfixo à lege. Sed ista responsio mihi non satisfacit: quia mitiùs agitur cum lege, quàm cū homine. l. Celsus. ff. de arbi. Sed dominus Panor. in d. c. pastoralis. ext. de exceptio. limitat hoc procedere; nisi posset īputari culpa parti, quare non indagauit, an aliqua dilatoria sibi cōpeteret, allegat. c. innotuit. extra de electi.
11 Addite, † quòd exceptio excommunicationis potest op
a poni in quacunque parte iudicij [a], imò etiam in executione sententiæ. tex. est notabilis in c. pia. ext. de exce-
12 ptio. li. 6. ¶ † Nota, quòd exceptio dilatoria non opposita in prima instantia non potest opponi in causa appellationis, & in hoc iste tex. est ualde singula. & sic colligitis, quòd appellatio non rescindit litis contestationem in prima instantia factam, bene facit. l. tertia. inf. de appellat. Secus est in restitutione in integrum: quia rescin-
13 dit etiam litis contestationem. † & ideo in causa restitutionis bene poterit opponi exceptio dilatoria. Ita tenet Bartol. in l. fi. inf. si aduer. rē iudi. Aduertite tamen, quia dominus Anto. de But. in d. c. pastoralis. intelligit text. nostrum

nostrum procedere,quando terminus est à iure,seu à lege statutus ad opponendum dilatorias.Cæterum si esset terminus statutus à iudice in prima instantia,& pars infra illum terminum nō opposuisset dilatorias, bene posset eas opponere postea in causa appellationis,quod nō
14 placet domino Panor.in d.c. pastoralis,† quia terminus statutus à iudice succedit loco termini,qui à lege statuitur. & sentētia Panor.apparet mihi uerior.Prædicta procedunt tenendo communem intellectum ad l.istam.sed Rapha.Fulg hic dicit se in examine cuiusdam scholaris plurimùm dubitasse de isto communi intellectu . Vnde dicit hanc.l.ualde dilatoriam, quæ non fuit opposita in prima instantia,nō posse opponi in causa appellationis, quando litis cōtestatio est facta in ipsa causa appellationis.& hoc probat ista litera,ibi,cum ista appellatio agitur,iuxta l.amplius nō peti.ff.rem rat.habe. sed si in causa appellationis essemus ante litem contest. uult Raph. quòd bene posset opponi exceptio procuratoria, quod probat hoc modo. Procurator constitutus in prima instantia non habet potestatem exercendi causam appellationis,sed tantummodo interponendi appellationem.l. inuitus.inf.eod. & c. non iniustè . extra eod.titu. si ergo exercet causam appellationis, id facit uirtute noui mandati, sed si nouus procurator comparet in ipsa causa appellationis , & essemus ante litem contestatā,posset contra eū opponi exceptio procuratoria,ut uidisti in l. cum rem.supra eod.ergo idem debemus dicere in procuratore,qui erat constitutus in prima instantia, ut in causa appellationis posit cōtra eum opponi exceptio procuratoria ante litem contestatam, quamuis talis exceptio non fuisset opposita in prima instantia, ut quod dicimus in duabus personis, habeat etiam locum in una.l.singularia.ff.si certum pet.Et hāc opinionem posuit etiam Ludouicus Romanus in l.si insulam.ff.de uer. oblig. ubi ad probandū,ꝙ istud uerbū,agere , importet litis contestationem,allegat glo.in l.si postea.ff.de pecu.& notetis bene istam opin.quia in disputando esset bene sustētabilis. non tamen esset tutū recedere à cōmuni intellectu. ¶In glo.super uerbo militiæ.in fine.Habetis ex hac glo.col
15 ligere,† quòd si aliquis cōpareat ut procurator alterius in iudicio, & non posit esse procurator:quia fortè mulier , uel miles,talis exceptio nedum pōt opponi à parte,sed etiam à iudice:quia iudex ex officio poterit talē procuratorem repellere. & hoc multiplici ratione. Prima est,quia,quòd miles repellatur à procuratione, con
16 cernit publicam utilitatē,† & in his,quæ concernunt publicam utilitatem, iudex etiam ex officio potest procedere. l.quos prohibet.ff.de postul.& ita uult Bar.in l.4, §.hoc autem iudicium.ff.de dam.inf. Alia est ratio:quia hoc contingit in lite:unde non est mirum,si iudex ex officio posit prouidere.Ita not.glo.in l.filiusfami.§.ueterani. ff. eod. Tertia potest esse ratio : quia hoc pertinet ad rectitudinem iudicij, sicut uidemus in simili. quòd si actor producat libellum ineptum,iudex ex officio poterit illum repellere.glo.est in l.1.ff.de off. asses. & habetis sociam in c.sacerdotibus.9.q.1.Aliud simile,si iudex uideat actorem sine actione experiri, poterit ex officio illum repellere.Ita uult glo.ordinaria: quam legi uobis in l.ubi pactum.in glo.magna.sup.de transact. ita est dicendum in proposito.& dicit hic Pau. de Cast. quòd licèt ista exceptio, tu non potes esse procurator:quia miles,uel fœmina.& sic de similibus, debeat per partē opponi ante litem contestatam,ut hic, tamen iudex ex officio etiam post litem contestatam,poterit talem procuratorem repellere. Alleg.d.l. quos prohibet.quæ iudicio meo non probat. Barto. de Salic. hic dicit, ꝙ iudex ex officio non poterit talem exceptionem opponere ultra tempus,quo pars posset opponere. Eandem opi. tenuit Ang. in l.filiusfamilias.§.ueterani.ff.eod. Ideo ipse Ang. in repet. l.si uacantia.ad finem.inf.de bo.uacā. li.10.dicit,ꝙ licèt gl.ordinaria in l.querela.ꝭ.ad l.Corne.de fal.dicat,ꝙ licèt accusatio de falso non posit fieri ultra decē annos,tamen iudex ex officio poterit procedere super crimine falsi usque ad 30.dicit Ange.in d. l.si uacantia.quòd illa glo.malè loquitur,& refert se audiuisse Bar.uiua uoce dicentē,ꝙ illa glo.malè loquitur. Addite pro opinio, Ang.& Sal.quòd posset procedere, quādo quis aliqua ratione prohibetur esse procurator, puta quia miles,uel fœmina, & sic de similibus. Sed si posset esse procurator , & tamen non fecerit fidem de mandato,& aduersarius non opposuit,sed passus est litem contestari cum eo,& sic ipse aduersarius non posset amplius opponere , tamen iudex ex officio poterit instare,etiam post litem contestatam , ut ille faciat fidem de mandato,ne iudex laboret in uanum,& ne iudicium reddatur frustatorium . Ista est gloss. singularis . in cap. 1.extra de ele.lib.6. & de materia habetur per Cano.in c.in iure.& in c.cum olim.extra de officio delegat. ¶In glo.super uerbo appellatio. in fin. De hac materia uidete in c. Romana. extra de test. lib. 6. & in c.Romana. ext. de app. eadem compilatione. & in l.unica.inf.de suffra.& in l.qui proprio.§.itē quæritur.ff.eo.de procu.

ADDITIO.

a ¶In quacunque parte iudicij.Adde Pet.de Ancha.in c. exceptionem.nu.1.ext. de except. Et pōt statim probari idem in c. sexta.nu.1 ext.de offic.deleg.

In l.Non eo minus.

SVMMAE.

1 Sententia lata pro minore, qui minus legitimè constituit procuratorem ualet .

2 Minor & ecclesia procedunt à pari.Et qualiter contra eū procedendum.nu. 3.

1 NOn eo minus. ¶† Valet sententia lata pro minore, qui minus legitimè constituit procura. sed lata contra eum non ualeret. Hoc dicit.¶Nota id quod in summario dixi. Et illud, quod dicitur in minore,habet locum in ecclesia,secundùm Ioan.de Imo.in c.causam quæ.ext.de iud. & idem uoluit ipse Imo.in l.quæsitum. ff.de re iud.optimè faciunt notata.in l.Imperatores. illo eo. tit.† minor
2 enim,& ecclesia procedunt à pari . c.1.ext.de in integr. restit.Et illud quod hic dicitur in adulto,seu adulta.habet etiam locum in pupillo,secundùm Bald.& Salic.hic allegantes glo.in uerbo,interueniente.in l.neque .sup. eo.Et quamuis ista litera loquatur , quando alius comparuit in iudicio pro minore,tamen secundùm Docto. idem esset, si ipse minor solus in iudicio comparuisset. facit quod notatur in l.pupillus nec uelle.ff.de reg.iur. quantùm enim ad ea, quæ fauorabiliter geruntur , ipse minor,etiam pupillus habetur pro maiore. l.neque.inf. de contrah.& commit.stipul. ¶Limitabitis tamen hanc l.procedere, quandó minor haberet intellectum, secus si careret intellectu:quia est infans: nam tunc non ualeret sententia lata in sui fauorem . Istud est notabile dictum Bar.in l.furioso.ff.de re iud.sicut uidemus in simili,quòd non ualeret sententia lata in fauorem furiosi minus legitimè defensi.l.furioso.& pro isto dicto Bar.optimè facit tex.in l. pupillus. cum sua gl.Insti.de inut.stip. dicit tamen hic Bal.ꝙ illud,quod hic dr̄ in sententia lata in fauorem minoris,habet ēt locum in processu:quia quatenus concerneret fauorē minoris, ualeret.Secus si tenderet in eius præiudicium.¶An aūt dispositio huius l.habeat

l.habeat locum in interlocutoria lata contra minorẽ,dixi uobis in l.eum,& minoris.ÿ.si aduer.rem iud.not.in l.
3 si Præses quasi desertam.ÿ.quom.& quan.iu.† Vltimò notetis cautelam,quam dat hic Bal.litigantibus cum minore,uel cum procuratore minoris minus legitimè constituto,ut usq; à principio petant,ꝙ ipse minor,seu comparens pro eo legitimè compareat, & legitimè fundet iudicium,quod not.in l.si minor.ff.de bo.auc.iud. pos. nã in omni iudicio,quantuncunq; summario,debet interuenire legitimatio,seu legitimitas personarum. Ita dicit Bar.ita colligens ex gl.ibi in l.2.ÿ.de edi.Diui Adr.tol. Idem uoluit ipse Bar.in extrauag.ad repri.in uerbo,sine figura,& Bal.in l.ne quicquam.§.de plano,ff. de off.procon.& leg. Alibi habetis, ꝙ iudicia sunt legitimè initiãda.Ita dicit Bal.in l.in uniuersis, & per illum text. infra qui dari tuto.poss.

In l. Litem te redemisse.

SVMMAE.

1 *Procurator non potest pacisci de quota litis.*
2 *Confessio facta in libello facit fidem contra libellantem.*
3 *Officium procuratoris dicitur esse gratuitum.*
4 *Procurator si constituatur sine salario, tunc dicitur mãdatũ. Et quid si cum salario, sed non consueuit locare operas suas nume. 5.*
6 *Promissio facta procuratori in euentum uictoriæ, an ualeat.*

1 Litem te redemisse. ¶†Procurator nõ potest pacisci de quota litis.h.d.¶ No.1.
2 ex isto tex.†ꝙ confessio facta in libello facit fidem contra libellantem,et si talis cõ
a fessio [a] contineat turpitudinem confitentis.concordat l. mercalẽ,ÿ.de cond.ob tur.cau.& not.hoc ꝑ extensione.
3 l.cum pretium.ÿ.de libera.cau.¶†Nota,ꝙ officium procuratoris debet esse gratuitũ,concordat.l.1.& 2.ff.mãd.
4 Et aduertite pro declaratione,†ꝙ si procurator cõstituatur sine salario,tunc illud est propriè mandatum,& inter dominum,& procuratorem tunc oritur actio mandati.d.
5 l.1.& 2.†Si uerò constituatur procurator cum salario, & non consueuit locare operas suas,tunc est contractus ĩnominatus,facio,ut des,uel do,ut facias.Si uerò consueuit locare operas suas,tunc erit contractus locationis.l. naturalis.§.at cum do.§.seq.ff.de præscr.uerb.Sed q̃ põt esse ratio huius,l.Cy.hic dicit rationem esse:quia procurator,qui fecit pactum de quota litis,per fas,& nefas,q̃ret obtinere causam.Ex qua ratione infertur, ꝙ dispositio legis nostræ habebit locum, nedum quando fuit factum pactum de quota litis, sed ẽt si sit facta promissio de certa re,uel quantitate,alioquin de facili eluderet dispositio huius l.& esset imposita uerbis,& non rebus,cõtra l.2.ÿ.cõm.de leg.& hoc est de mente gl.in l.sumptus ff.de pac.& ita uoluit Io.And.in add.ad Spe.in ti. de salario.§.sequitur,in addit.quæ incipit.¶Et nota, ꝙ ꝓcedit,qñ promittitur procuratori aliquid in casu tantũ uictoriæ,alioquin,si certum salarium sibi promitteretur,siue uincat,siue succumbat in causa, talis promissio bene ualebit,quia cessat rõ præalleg.l.1.§.si.ff.mand.¶Sed cõtra prædicta uidetur facere tex.in l.1.§.si cui cautũ,uers.
6 & si nomine.ff.de uar.& extraor.cog.ubi tex.†probat ualere promissionem,si promittatur aliquid noĩe palmarii i.uictoriæ.Rñdete ex mente Spe.in d.ti.de salario. in §. sequitur,uers.quid ergo,& ex mente Sal.in l.si qui aduocatorum,ÿ.de postu.& ex mente Pa.de Cast.in d.l. sumptus. Quia aut ego ꝓmitto procuratori aliquid tñ pro uictoria,& tunc promissio non ualet,quia per fas, & nefas q̃rere et obtinere,& non est aperienda uia delictis.l.cõuenire.ff..de pac.dotali. Aut ego promitto certum quid procuratori pro mercede sua,siue uincat,siue nõ,& ultra hoc ego promitto sibi certum quid in casu uictoriæ, & tunc promissio bene ualet, quia etiam si succumbat est habiturus suam mercedem. Quod intelligite sñ Bal. in d.l.sumptus, quando ultra salarium seu mercedem promitto sibi aliquid modicum ĩ casu uictoriæ,secus si magnum quid promitterẽ in casu uictoriæ, & notetis bene distinctionẽ ꝑdictam cum limitatione, & ista opi. magis placet,quàm opi.Raph.Fulg. in d.l.si qui aduocatorum, ubi dicit, ꝙ dicta l. prima in uers. & si nomine, debet ĩtelligi, quando iam obtenta uictoria promitto aliquid procuratori ratione uictoriæ, sed iste intellectus esset de indubitabili,contra l.quod Labeo.ff.de Carb.edic.

ADDITIO.

a ¶Si talis confessio. An autem talis confessio censeatur realis,uel personalis. Vide per Pe.de Anc.in c.cũ uenissent,nu.16.ext.de inst.

In l. Procuratorem.

SVMMAE.

1 *Procurator habens generale mandatum non dicitur habere potestatem uendendi.*
2 *Emptor si emit bona fide credens procuratorem habere mandatum sufficiens,& legitimum,an poterit præscribere.*
3 *Syndicus ciuitatis an possit uendere rem uniuersitatis.*
4 *Res quæ dicantur non posse seruari.*
5 *Actor constitutus à tutore,uel curatore non habet potestatem uendendi bona minoris.*

Procuratorem. ¶Procurator, uel actor sine speciali mandato non põt uendere rẽ in præiudicium domini,h.d. ¶ Nota ex isto
1 tex.†ꝙ procurator habens generale mandatum non dicitur habere potestatem uendendi de bonis domini,& si uendat, non transfert dominium in em-
2 ptorem,casus est hic.Ego addo, † ꝙ si emptor bona fide emat credens procuratorem habere mandatum sufficiẽs, & legitimum, ex hoc transfertur in ipsum emptorẽ usucapiendi conditio, & poterit præscribere. Ita notanter dicit Bal.in l.2.ÿ.de uxor.mili. Subdit ibidem audiuisse à Bar.quòd si executor testamentarius in casu non permisso uendat de bonis defuncti,si emptor fuit in bona fide,poterit præscribere.Ego ad hoc allego uobis tex.singularem in l.mandatum distrahendorum.ff. manda. Ad uendendum ergo requiritur speciale mandatum, & intelligatis esse speciale,iux.tradita per Bar.in l.filiusfamilias.ff.de don.& per Cyn.& alios Doct.in l.1.inf. etiam
3 per procur. in integr. restitut.pe.poss.†Syndicus [a] autem
a uniuersitatis,seu ciuitatis, quia dicitur habere liberam, ratione liberæ bene poterit uendere,de quo tamẽ dicatis,ut dixi in l.Præses,supra de transactionib. Aduertite tamen,quòd illud,quod dicitur,quòd procurator generalis non habet potestatem uendendi de bonis domini, fallit,nisi essent res tempore perituræ.Et ex hoc loco infert hic Ang.quòd tutor etiam ante confectionem inuẽtarii, & ante satisdationem præstitam põt uendere oẽs fructus minoris, & res,quæ de facili corrumpuntur, seu
4 quæ seruando seruari non possunt.†Et dicuntur nõ posse seruari,quando non durant ultra triẽnium, ut uult gl. not.& ibi dixi in l.1.ÿ.si aduer.usuc. ¶Vltimò notetis ex
5 isto tex.iuncta gl.†quòd actor constitutus à tutore, uel curatore non habet potestatem uendẽdi bona minoris. Quod ur̃ mirabile,quia tutor, uel curator seruatis debitis solemnitatibus bene possunt uendere,l.lex q̃ tutores

inf.de adminiſt.tut.& tamen actor ab eis conſtitutus nõ
habet poteſtatem uendendi,ideo not. bene iſtum tex.

ADDITIO.

a ¶Syndicus. Quis dicatur ſyndicus. Vide per Io.de Tur.
Crem.in c.ſaluator.nu.10.1.q.3.& adde,quòd ſyndicus
non poteſt obijcere exceptionem criminoſam. Petr.de
Anch.in c.licèt cauſam.nu.5.ext. de probat.

In l. Inuitus procurationem.

SVMMAE.

1 Procurator an teneatur appellare. & nu. 7.
2 Contractus, qui reſultat ex officio procuratoris, eſt uoluntarius à ſui principio, ſicut cæteri contractus.
3 Aduocatus tenetur inuitus aduocare.
4 Officium aduocationis eſt publicum, & honorabile.
5 Syndicus eccleſiæ cogitur acceptare officium.
6 Procurator an teneatur inuitus recipere procurationem.
8 Procurator habens mandatum ad appellandum, an teneatur proſequi appellationem.
9 Procurator præſens, & tacens quando conſtituitur, an uideatur per hoc conſenſiſſe.
10 Portans aliqua bona ſua in domum meam me præſente, & tacente, an ex hoc uideatur me obligaſſe ad cuſtodiam.
11 Fideiuſſor condemnatus poteſt ſoluere anctoritate propria de bonis debitoris.
12 Appellans an excuſetur à proſecutione propter inopiam, & paupertatem.
13 Procurator ſimpliciter cõſtitutus an teneatur ad appellationẽ.
14 Defenſor rei an teneatur appellare, et appellationẽ proſequi.

INuitus procurationẽ.
1 ¶ † Officium procurationis nemo ſuſci-
pere cogitur, ſed ſi ſuſceperit, & ſenten-
tiã contra ſe reus portauerit, appellare
tenetur,ſed nõ tenetur proſequi cauſam appellationis.
2 Hoc dicit. ¶Nota primò,† ꝙ contractus, qui reſultat ex
officio procuratoris, eſt uoluntarius à ſui principio, ſi-
cut & cæteri contractus.l.in commodato.§.ſicut.ff.com
3 mo.& l.ſicut.inf.de actio. & obligationibus. † Secus eſt
in aduocato:quia tenetur inuitus aduocare.l. prouiden
dum.ſup.de poſtul.& l.prima.§.ait Prætor.ff.illo eo.tit.
quia ipſe aduocatus non dicitur contrahere cum domi
no,ut uidiſtis in rub. huius tit. Eſt & alia ratio ſecundũ
4 Salycetum : † quia officium aduocationis eſt quodam-
modo publicum & honorabile,officium uerò procura-
toris eſt uiliſsimum,intantùm quòd etiam infamis po-
teſt eſſe procurator. §. fin. Inſtitu. de exceptio. Ego do
uobis glo.ualde notabilem,quæ probat,ꝙ quis cogitur
inuitus conſulere, ſicut & iudicare.Ita uult gloſſ.in l.ſe-
cunda. inf. de prox. ſacro. ſcrinio. lib. 12. Aduertite,
5 † quia regula legis noſtræ fallit in ciue conſtituto ſyndi
co ſuæ ciuitatis:quia compellitur tale officium accepta
re.l.munerum.§.defenſores.ff.de mune.& hono.¶Secũ
dò fallit in procuratore fiſci : quia etiam inuitus conſti-
tuitur,ſecundùm Salicetum allegantem.l.hi qui ad ciui
lia.inf. de appell. ¶ Tertiò fallit ſecundùm Raphaelem
Fulgo.& Pau.de Caſt.hic,in illo,qui conſueuiſſet loca-
6 re operas ſuas ad iſtud officium procurationis.† Nam
tũc cogeretur inuitus acceptare.allegant dictam.l.pro-
uidendum.& dictum.§.ait Prætor, ſed illa iura non lo-
quuntur in procuratore, ſed in aduocato. Addite Io.de
Imol. in l. qui bona.§.ſi is qui. ff. de dam.infec. ubi di-
cit, ꝙ ille,qui conſueuit locare operas ſuas ad officium
procuratorium,cogitur acceptare, ſi dominus non inue
niat alium procuratorem. Sed Lud.Rom.in d.§.ſi is qui,
tenet indiſtinctè,ꝙ quis non cogatur ſuſcipere officium
procuratoris,pro quo bene facit iſta litera in uerbo,ne-
mo,eſt.n.uniuerſalis negatiua,& ponit regulam ſine fa-
7 lentia.& iſta ſententia plus placet.¶Not.2.† ꝙ procura-
tor,quando ſuccumbit in cauſa,tenetur appellare,aliàs
aũt,ſi non appellaret,teneretur ad intereſſe dño ſuo: fal
lit,ſi ſit iuſtè condemnatus: quia tunc teneretur agnoſce
re bonam fidem exemplo tutoris.l.quoties.in §.ſicut.ff.
de admini.tut.& l.bonam fidem.inf.eo.de admini.tuto.
unde dicunt hic Cy.Bal.Sal.& Ang.ꝙ in dubio procura
tor nõ tenetur appellare à ſnĩa contra ſe lata;quia in du
bio præſumendum eſt pro ſententia,ꝙ iuſtè fuerit lata.l.
Herennius.in §.Caia.ff.de euic.& c.ſicut.ext.de re iudi.
unde dicunt præfati Doct. ꝙ ſi in tali dubio procurator
nõ appellauerit,non tenebitur dño ad intereſſe,niſi dñs
probet ſe iniuſtè fuiſſe condemnatum.Sed Ant.de But.
& Io.de Imo.in c.nõ iuſtè,ext.eo. & idem Imo.in c.fi.ex
tra de empt.& uendit.dicunt, ꝙ imò procurator in du-
bio tenetur appellare.Non obſtat.§. Caia. quia reſpon-
detur, quòd ibi ille exercebat cauſam nomine ſuo pro-
prio,nos autẽ loquimur in procuratore, qui agit ad cau
ſam nomine domini, & probabiliter poteſt ignorare de
fenſiones ipſius domini.arg.l.qui alterius.ff.de reg.iur.
l.cum filius.§.in hac.ff.de uerb.oblig.unde in dubio te-
netur appellare, ſed ille, qui agitat cauſam nomine ſuo
proprio,præſumitur ſcire defenſiones ſuas,arg.c.ab ex-
communicato.extra de reſcrip.& arg.l.fi.ff.pro ſuo.Fal
lit etiam iſta ſecunda regula, inquantum dicit,quòd te-
netur appellare;quia ſi eſſet conſtitutus ad unum actum
tantùm,ut puta ad audiendum ſententiã;tunc non tene-
retur appellare.Ita dicit Ioan.And.in nouella. in dicto
8 c.non iniuſtè. ¶Vltimò notetis,† quòd licèt procurator
a teneatur appellare[a],non tenetur tñ proſequi cauſam ap-
pellationis.Hęc regula fallit primò, ſi procurator habe-
ret expreſſum mandatum ad appellandum; nam tunc te
neretur proſequi cauſam appellationis.l.fin. ſecundùm
unum intellectum.ff.an cauſæ appell.per procura. exer-
ce.poſſ.¶Secundò fallit,quando fuiſſet conſtitutus pro
curator generaliter ad omnes cauſas tam præſentes,
quàm futuras: nam tunc teneretur proſequi cauſam ap-
pellationis,dicta.l.fi.ſecũdùm alium intellectum, ſecus
ſi ſimpliciter fuiſſet cõſtitutus procurator ad omnes cau
ſas: nam tunc iſta indefinita locutio intelligeretur de
cauſis præſentibus, non autem futuris.Iſta eſt glo. ordi-
naria communiter approbata in l. omnium.ff.eo.tit.Ad-
do uobis, quòd ſi in inſtrumẽto mandati procuratorii re
periatur ſcriptum hoc modo: ego conſtituo talem pro-
curatorem meum in tali cauſa, quam habeo cõtra Titiũ,
& ad oẽs alias cauſas: ſi habeo cauſam contra aliam per-
ſonam, quàm cõtra Titium, ille procurator non poterit
comparere:quia illa uerba,& ad omnes alias cauſas, de
bent intelligi, ſcilicet contra eundem Titium, non autẽ
contra aliam perſonam. & ideo eſtote cauti, ut faciatis
iſta uerba apponi, & ad omnes alias cauſas, & contra
quãcunque aliam perſonam. Iſtud eſt aureum dictum
Bart. in l. quod dicitur. ff. de tute. quod notetis perpe-
tuò.¶Tertiò fallit,ſi eſſet appellatum ab interlocutoria:
quia tunc procurator teneretur proſequi cauſam appel
lationis, per not. per Bar.in l.non cogendum.§. fi.ff.eo.
tit de procu. & per eund.Bar. in l.cum procurator. in fi.
ff.de ope.no.nũ. Sed hoc debet limitari,niſi iſta cauſa ap
pellationis ab interlocutoria eẽt agitanda in loco remo
to:quia tunc ipſe procurator non deberet diſtrahi à ſuis
propriis negotijs pro eundo ad illum locum remotũ ad
exercendũ cauſam appellationis ab interlocutoria. Ita
dicit hic Bar. de Salic. Vos addite, ꝙ fuit dictũ Specu.in
ſecunda parte. in titu. de appellat. §. ſequitur. uerſiculo
illud. & dictum Inno. in d. c. non iniuſtè. quod notetis
pro appellationibus ab interlocutoriis,quæ quãdoq; in
terponũtur ad ſedem apoſtolicam.¶Quartò fallit in ca-
ſu.

su l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.mand. ¶In gl.1.in
9 fi.Ex hac gl.colligitis,†quòd si procurator tẽpore, quo constituitur,sit præsens, & tacens, non per hoc uidetur consentire,& ideo infert Bal.ꝙ si in instrumento reperiatur scriptum hoc modo:talis constituit Titium ibi presẽtem suum procuratorem,per hoc Titius non intelligitur consensisse.Fallit,si recipiat instrumentum mandati: nam ex hoc intelligitur consentire,nisi appareat de contradictione,tex.est no.in Cle.1.ext.de proc.facit l. si filiusfa. ff.ad senatusc.Maced.Secundò fallit sm̃ Bal. hic, si quis constituatur procurator apud acta iudicii:nam si tempore constitutionis erat præsens,intelligitur consentire, ꝑ l.cum ostendimus.in §.fi.ff.de fideiuſ. tut. Tertiò fallit, quando præsens, & tacens,qui constituitur procurator, esset coniunctus, uel magnus amicus ipsius constituẽtis: nam ex hoc intelligeretur consentire,arg.l.si seruus cõmunis.ff.de don.inter ui.& ux.Ita uult hic Cy. quem in hoc sequuntur Bal.Sal.& Pau.de Ca.Idem uoluit d.Anto.de But.in c.quamuis,ext.de re iud.& Io.de Imo.in c. cum olim,ext.de offi.deleg.& in c.ex parte decani,ext. de rescr.Idem uoluit d.Pet.de Anch.in d.Cle. 1. & Dominicus de S.Gem.in c.qui ad agendum, ext.eod.lib.6. Aduertite, inquantũ præfati Doc.loquuntur de coniuncto,mihi placet eorum opinio,id autem quod dicunt de magno amico,est ualde notabile,per ea, quæ dixi uobis in l.exigendi,sup.eo.¶Et ex præmissis,& ex glo.hic præmissa infertur ad quæstionem quotidianam.†Quidã me
10 præsente,& tacente portauit certa bona sua in domum meam,an ex hoc uidear me obligasse ad custodiam. Videte hic per Cy.& Bal.& est optimus tex.in l.si ego.§.dotis.ff.de iure dot.¶In gl.super uerbo,extendere,ibi, nisi propter inopiam. Notetis ex ista gl. quòd licèt procurator simpliciter constitutus teneatur appellare à sententia contra se lata,tamen excusaretur ab appellando propter inopiam,quod uerum est secundùm Doct. quando oporteret eum facere sumptum pro appellando, puta quia statuto,uel consuetudine cauetur,quòd interponẽs appellationẽ teneatur soluere decimam, uel datam,uel habet necesse appellare cum consilio sapiẽtis: nam istis casibus,& similibus bene excusaretur propter inopiam, alioquin si posit uiua uoce statim appellare sine aliqua expensa,non excusaretur propter inopiam in appellando,à prosequendo uerò appellationem bene excusaretur propter inopiam,quia palam est,quòd in prosequendo est necesse facere sumptum.Et aduertite,quia secundùm Docto.hic,l.si procuratorem.§.si ignorantes, hic in gl.alleg.loquitur in eo,qui nedum tenebatur appellare, sed etiam appellationem prosequi,& ille text.in d. §. si
11 ignorantes, est singularis in hoc,ꝙ† fideiussor condemnatus potest propria auctoritate soluere de bonis debitoris principalis,quod tenete menti.Addite ad id,quod dixi de inopia,dictum Bal.in l.2.§.si quis in iudicio,ad finem commenti.ff.si quis cautio.ubi dicit, † quòd appel-
12 lans excusatur propter inopiam, si non potuit prosequi appellationem,allegat Innocen.in c.ex ratione,extr.de appellatio.& ibidem refert,quòd Guil.de Cun.in l.eos, infra de appellat.dicit se euasisse quendam à furca, eò quia propter paupertatem non potuit prosequi appellationem suam.Addatis eundem Bald.de hac materia loquentem in l.finali,infra de condit.inser.Notatur etiam in l.minoribus,infra de his quib.ut indign. ¶ In fine
13 eiusdem gloss.Habetis ex hac glo.colligere,†quòd procurator simpliciter constitutus nõ tenetur ꝓsequi appellationem, & hoc uolunt Docto.communiter hic, & expresè probatur in cap.non iniustè.in fine,extra eo.ti.de procu.Plus dicunt Docto. in l.si actor,infra de appellatio.& hic,& Cano.in d.c.non iniustè,quòd talis procurator simpliciter constitutus,etiam si uellet,non admitteretur ad prosequendum appellationem. Sed huic conclusioni uidetur fortiter obstare tex.in d c.non iniustè,in fine sumendo argumentum a contrario, sed respondent Doc.quòd ibi arg.à contrario non debet recipi, quia re
14 sultaret absurdus intellectus. ¶†Sed pulchrum dubium est,quid in defensore rei conuenti,Gl.hic, quando allegat.l.liberto.§.fi.ff.de neg.gest.uidetur uelle,quòd talis defensor teneatur appellare,sed tamen non teneaẽ prosequi appellationem:potest tamen,si uelit,eam prosequi, secundùm Bar.& Ang.in l.si actor.§.de appel.imò,si non prosequatur appellationem, patietur executionẽ in bonis suis propriis,& id,quod exburſabit, non poterit repetere à domino,q̃a poterit sibi imputari,quare non fuit prosecutus appellationem. Et ita etiã uult hic Anto.de But.in d.c.non iniustè. Nisi probet dominum fuisse iustè condemnatum: nam tunc id,quod soluet,poterit à domino repetere.l.soluendo.ff.de neg.gest.Item ille, qui conuenitur nomine suo proprio,ad commodum tamẽ, uel incommodum alterius,ut est dare exemplum in fideiussore,& emptore,nedum tenetur appellare, imò etiã appellationem prosequi.l.si procuratorem.§.si ignorantes. ff.mand.& l.Herennius.§.Caia.ff.de euict.Item procurator in rem suam,si appellat à sententia contra se lata, bene potest prosequi appellationem,& si uult potest,etiam eam non prosequi,quia agitur de facto suo,& in re propria quilibet est moderator, & arbiter.l.in re mandata. inf.mand.¶In gl.super uerbo,sed nec,in fi.Ista gl. ponit duos intellectus ad istum uersic. primus intellectus est, ut loquatur in procuratore actoris, & contra istum intellectum arguit de l.actionem,sup.eo.& respondet multis modis,tandem tamen improbat istum intellectum. Sed Bar.defendit eum in uno casu.s.quando procurator actoris expleuisset causam usq; ad finem:nam lata sententia, si aduersarius uelit conuenire dominum procuratoris, non tenebitur ipse procurator defendere dominũ:quia, sicut non tenetur defendere eum in alio loco.l.sed & hę. §.non solùm.ff.eo.ita nec alio tempore, arguendo de loco ad tempus.l.uinum.ff.si cer.pe.Ita uult hic Bar.& dicit Pau.de Ca. ꝙ istud est dictum singulare ad limitationem iurium dicentium,ꝙ procurator actoris teneatur defendere dominum in causa reconuentionis. Sed dictum Bar.intelligatis procedere, quando reus à principio nõ petiisset à procuratore actoris, ꝙ satisdet de defendẽdo dominum in causa reconuentionis.cæterùm si hoc fuisset petitum,& satisdatum,non procederet dictũ Bart. Secunda lect.quæ ponitur hic in gl.est,ꝙ iste uer. sed nec, loquatur in procuratore rei, & iste intellectus est cõmuniter approbatus.

ADDITIO.

a ¶Teneatur appellare.Et quid si non appellauerit,ubi appellare expedit,an teneatur ad interesse. Vide per d. Io. de Graſ. in trac.suo de substantialibus procuratorii, in uerbo,à sententiis prædictis,nu.2.

In l.Alienam.

SVMMAE.

1 Mater non potest defendere filium suum pupillum,& n.4.et 7.
2 Lex,siue statutum quantuncunque generaliter loquẽs restringitur ad habiles tantùm,quantuncunque simus in materia in qua uersetur utilitas publica.
3 Defendere alium quilibet potest.
Verba generalia restringuntur ad personas habiles.
4 Mulier non potest esse procuratrix,etiam pro filio pupillo.
5 Abbatissa potest esse procuratrix.
Exceptiones,quæ sunt de apicibus iuris, quando intelligãtur reiectæ.
6 Exceptio,tu non potes esse procurator, est de apicibus iuris.

Mulier potest esse procuratrix in his, in quibus uersatur periculum animæ.

7 *Mulier admittitur ad defensionem patris sui. Et an tunc iuuetur beneficio Velleiani. nu. 8. & 9.*

8 *Minor non iuuatur beneficio restitutionis in casibus, in quibus admittitur ad defendendum alium.*

10 *Causa appellationis est maioris præiudicij, quàm causa principalis.*

1 ALienam. ¶ † Mulier non potest de-
fendere filium suũ pupil-
lum, sed debet ei tutorem petere. hoc dicit.
2 ¶ Nota primò ex isto text. † quòd lex quã
tumcunq; generaliter loquẽs recipit restri
ctionẽ ad habilitatẽ, quãtumcunq; simus in
materia, in qua uersetur vtilitas publica: declaro. Nos
3 habemus, † quod quilibet potest alium defendere, & in
a hoc uersatur utilitas publica. l. seruum quoq;. §. publicè.
ff. eod. de procur. et tñ ista uerba generalia restringun-
tur ad personas habiles: quia uidetis, ꝙ mater non admit
titur ad defensionem filii impuberis. Habemus simile in
l. prima, sup. de sacros. eccles. de qua materia uidete per
Bart. & cæteros Doct. in l. prima. §. nunciatio. ff. de oper.
4 no. nunci. ¶ Nota secundò † quòd mulier nõ potest esse
procuratrix, etiam pro filio pupillo: quod uidetur cõtra
opin. Bart. in l. secunda. infra de nego. gest. & istam diffi-
cultatem absoluam uobis in apparatu gloss. Quod dixi
5 mulierem non posse esse procuratricem, † fallit in Abba
tissa, cap. cum dilecta. ext. de confirm. uti. uel inut. Item
fallit, qñ in cã procederetur secundùm æquitatẽ; nã tũc
exceptiones, quæ sunt de apicibus iuris, intelligentur
esse reiectæ, vt notatur per Bart. & oẽs in l. si fideiussor.
6 in. §. quædam. ff. mand. † & ista exceptio, tu non potes
esse procurator, est de iuris apicibus, vt notatur in. d. §.
q̃dam. Ad præmissa bene facit, quod uult Archidia. in c.
scriptum. 6. quæst. 3. ubi dicit, quòd in his, in quibus uer-
satur periculum aĩæ, puta, qa agitur de repetitione usu-
rarum, uel de decimis, mulier bene põt esse ꝓcuratrix:
7 quod perpetuò notetis. ¶ Vltimò nota †, ꝙ licèt mulier
admittatur ad defensionem patris sui l. fœminas. ff. eod.
tñ non admittitur ad defensionem filij sui impuberis, &
est rõ: quia habet aliud paratum remedium, scilicet qa
dẽt petere tutorem dari filio suo impuberi. A contrario
sensu colligetis, quòd si filius eẽt maior. 14. annis, uel ma
ior. 20. quinq. mater admittetur ad defensionẽ eius: quia
si admittitur ad defensionem parentis: multò magis de-
bet admitti ad defensionem filii, arg. l. nam & si parenti-
bus. ff. de inoffi. test. & ita uolunt hic Doct. Addit Bart.
hic, quòd in casibus, in quibus mulier admittitur ad de-
fendendũ alium, iuuatur beneficio Velleiani senatuscon
sulti, & ideo debet esse cautus aduersarius, ut faciat eam
renunciare beneficio Velleiani: alioquin ipse reperiet
se deceptum sua stultitia, nõ aũt legis auctoritate: & hãc
opinionem sensit ipse Barto. in l. fœminis ff. eo. ubi dicit
tutius esse, quòd ipsa renunciet beneficio Velleiani, &
sic sentit, quòd potest iuuari dicto beneficio. Hanc opi-
nionem sequitur hic Bal. & Salice. allegantes. l. secundã.
§. fi. ff. ad Velle. Contrariam opinionem tenuit hic Ci-
nus, & ipse Bart. in. l. prima ff. de appel. recip. & Ang. in
dicta. l. feminis. Et ista opinio placet Raphaeli Cumano
in d. l. prima. & Paulo de Ca. hic. Mouẽtur in primis per
dictam. l. primam de appell. recip. Secundò mouentur:
qa in quibus casibus minor admittitur ad defendẽdum
8 aliũ; tunc † nõ iuuatur beneficio restitutionis, ut uult gl.
in l. exigendi, in ultima gloss. supra eod. Ad auth. matri,
& auiæ. ĩ. quan. mulier offi. tute. fungi pot. respondent,
ꝙ loquitur in casu speciali, scilicet quãdo Imperator cõ
cedit nouum beneficium matri, ut posit esse tutrix filij
sui, quo casu bene dẽt renunciare Velleiano: nos aũt lo-
quimur in casu à iure antiquo permisso, in quo nõ est ne
9 cesse seruare formam, de qua in d. Aut. matri. &c. † Con
cludamus ergo, quòd in casibus, in quibus mulier ad-
mittitur ad defendendum alium, non iuuatur tunc be-
neficio Velleiani. Et hanc sententiam tanq̃ æquiorem
sequamini: quam etiam tenuit dominus Mattheus de
Mathesil. in dicta. l. prima. ff. de appel. recip. ¶ In gloss.
fin. ibi, de appellationibus recipiendis. l. prima.
Ratio diuersitatis secundùm Bartolum est, quia in causa
principali contra minorem indefensum nõ põt perueni
ri ad sententiam definitiuam: nec etiam ad secun-
dum decretum l. apud Iulianum. ff. ex quib. cau. in posses
sio. eat. uidistis in l. cum & minores. s̃. si aduer. rem iud.
secus in causa appellationis l. fi. §. illud. ĩ. de tẽpo. appel.
Bald. impugnat istam rationem: quia etiam in causa ap-
pellationis nõ potest contra minorem indefensum per
ueniri ad sententiam grauis præiudicii l. si Præses quasi
desertam. ĩ. quomodo & quan. iud. Alii asignant aliam
rationem diuersitatis dicẽtes, quòd in causa appellatio
nis faciliùs permittitur defensio. l. non tantùm. ff. de ap.
pel. sed ista ratio ita simpliciter considerata est satis fri
uola. Vnde Cy. hic asignat aliam rationem diuersitatis
10 dicens, † quòd in causa principali non agitur de tam gra
ui præiudicio, sicut in causa appellationis: Quod proba
tur, quia si instantia causę principalis sit perempta, rema
net ius utriusque partis saluum. l. properandum. ĩ. de iu-
di. Item si feratur sententia cõtra minorem indefensum
in causa principali, tunc habet beneficium bis appellan-
di, ut patet in rub. & nigro, ĩ. ne lic. in una eademque
cau. tert. prouo. sed in causa appellationis si minor non
defendatur, prima sententia remanebit firma. & ideo agi
tur de grauiori præiudicio in causa appellationis. Et
ideo mater in ipsa causa appellationis poterit defende-
re filium suum minorem. ¶ Aduertite domini: quia Do-
ctores cõmuniter intelligunt. d. l. primam. ff. de appella.
recip. ut loquatur in maiore. Sed certè text. ibi non ape
rit. Et intelligendo illam legẽ. in filio maiore, certè ma-
ter bene admitteret̃ ad defendẽdũ ipsũ filiũ maiorẽ: qa
cessat ratio huius literæ. In iudicando tamen non receda
tis à communi intellectu. Quid autem in casibus, in qui-
bus de iure communi, uel ex forma statuti potest ad de-
finitiuam sententiam perueniri contra minorem inde-
fensum, an tunc mater admittetur ad defendendum fi-
lium minorem. Barto. & Ange. hic determinant, quòd
sic. sed Cy. & Raynerius de Forliuio hic, Dominus Mat-
the. de Matesil. & Raph. Cuma. in dicta. l. prima. ff. de ap
pella. recipien. cum quibus transit ibi dominus Ange.
de Aretio determinant contrarium per rationem diuer-
sitatis, quam superius allegaui, secundùm Cy. & ita tenea
tis, licèt Sali. hic distinguat, an posit perueniri ad de-
finitiuam contra minorem indefensium lite contesta-
ta, uel lite non contestata.

ADDITIO.

a ¶ Potest se defendere: adde ꝙ defensio est triplex, vt ꝑ Pet. de Anch. in c. intelleximus, nu. 9. extra de adulte.

In l. Si pretium quidem.

SVMMAE.

1 *Emptor rei furtiuæ tenetur restituere rem domino.*

2 *Negotiorum gestor an posit uendere aliqua de bonis domini.*

SI pretium quidem. Si do-
minus
uenditionem de re sua factam non rati-
ficat, tamen tenetur restituere pretium: si
sit in eius utilitatẽ conuersum. hoc dicit.
1 ¶ Nota ex ista. l. iuncta glo. † ꝙ licèt emptor rei furtiuæ
teneat̃ restituere rem dño, ẽt non restituto pretio l. in
ciuilem.

ciuilem,inf.de fur.tamen hoc debet limitari, nisi pretiū fuisset conuersum in utilitatem domini, quia tunc dominus bene teneretur illud restituere per istum tex.ad hoc
2 notab.Et per istam l.dicit hic eleganter Bal.† ꝙ negotiorum gestor, seu factor domini non potest uēdere aliqua de bonis domini sine sufficienti mandato, etiam si pretium conuertat in utilitatem ipsius domini, puta,qa uendidit granum domini pro faciendo ligonizari, uel putari uites:nā etsi talis uēditio nihil ualebit,nihilominus tenebitur restituere pretium, quod fuit uersum in eius vtilitatem,quod tenete menti.

In l. Nihil arbitramur.

SVMMAE.

1 *Procurator,quòd constituatur ante litem contestatam uel post, nihil interest.*
2 *Procurator qui contestatus est litē,quare sit condemnandus.*
Sententia an sit ferenda contra dominum,an contra procuratorem.
3 *Procurator constitutus post litem contestatam cum domino, an possit statim,& incontinenti substituere.*
4 *Procurator quomodo efficiatur dominus litis.*
5 *Domini duo eiusdem rei insolidum esse non possunt.*
6 *Dominus,& procurator si simul in causa compareant, an ambo efficiantur domini litis.*

1 Nihil arbitramur. ¶† Inter procuratorē cōstitutum ante litem cōtestatam, uel post nihil interest.h.d.¶ Not. summarium.Rō dubitandi in hac. l. potuit esse,qa ex quo dominus iam inceperat litigare per se, uidebat, ꝙ non poterat postea cōstituere procuratorem,iuxta illud.uia, quā elegisti,illa tibi pateat.l.si mulier,in fi.ff. quod met. cau.Ratio decidendi patebit ex inf.dicendis.¶In glo.1. ibi.l.licèt.§.pen.Hanc opi.Doc. sequuntur dicebat tamē
2 Iac.Butr.utrunq; condemnari posse.† s.tam dominū rōne quasi contractus celebrati cum eo per litis contestationem cum eo factam l.2.§.fi.ff.de præt.stip.q̃ etiam ip
a sum procuratorem[a], cum quo dicitur celebratus quasi contractus per sententiam.l.3.§.item scribit.ff. de pecu. Sed Bal.& Sal.reprehendunt opi.Iac.But.dicēres, ꝙ iste quasi contractus,qui celebratur cum procuratore uirtute sententiæ,non potest celebrari in præiudiciū domini, qui non est præsens in iudicio,nec litigat per se l. quæcunq; gerimus.ff de act.& oblig.De iure canonico non attendimus istam subtilitatem, imò contra utrunq;. s. tā contra dominum,quàm contra procuratorem pōt ferri sententia,ut not.in c.querelam,ext.de elec.& in c.suscitata, ext.de in integ. restitu.¶In ea.gl. in fi.Pe. de Bella per.& Cy.has opin.concordant hoc modo. Aut quærimus,†nunquid procurator constitutus post litem contestatam cum domino possit statim,& incontinenti substituere,& tunc dicendum est,ꝙ non.Et ita procedat prima opin.hic in gl.relata.Aut quærimus,nunquid possit substituere post primum actum,in quo ipse procurator incepit tractare de meritis causæ,& tunc dicendum est,ꝙ sic, quia per primū actum, per quem incipit tractare de me
3
4 ritis causæ,dicitur lis contestata cum eo,†& efficitur dominus litis,ut probat Bar.in l.nulla.C̄.eo.& est gl.ordinaria in c.1.extra.de elec.lib.6. Et hanc opinionem secuti fuerunt Io.And.& Io.de Imo.in c.cum M.Ferrar.ext.de const.& Io.de Fantuciis in c. 1.ext.eod.ti.lib.6.Bar.autē hic subtiliter loquens distinguit hoc modo. Aut dñs lite contestata constituit procuratorem ad reintegrandū, seu repetendum omnia acta causæ,iux.l.mutari.ff.eo.& hoc casu,quia per repetitionem litis contestationis efficitur dominus litis:ideo potest aliū substituere loco sui. Aut dominus cedit ius instantiæ ipsi procuratori;& tūc, quia per talem cessionem efficitur dominus litis,ut habetur in l.in causæ.§.fi.ff eo.ti.de procu.ideo potuit substituere. Aut dominus concedit procuratori exercitiū instantiæ,& hoc casu non poterit alium substituere: quia ex quo dominus per litis cōtestationem est effectus dominus litis,non potest postea procurator effici dominus
5 eiusdem litis,seu instantiæ:†quia duo insolidum nō possunt esse domini eiusdem rei.l.si ut certo.§.si duobus vehiculum.ff.comm.& hanc opi.Bar.sequuntur Ang.hic,& Io.And.in addit.ad Spe.in ti.eo.de proc.in §. 1. uersic. quid si procurator intercessit.Idem tenet Arch. in c. 1. ext.eo.ti.de procu.lib.6.quanquam ista opin.sit suffulta auctoritatibus magnorum uirorum; tamen à priori sñia tanquam magis communi non recedatis. Ad rationem Bar.fundatam super §.si duobus uehiculum, respondet in primis Bal.hic, ꝙ illa regula debet limitari,ut nō procedat in domino litis,nam licèt dominus per litis contestationem cum eo factam sit factus dominus,tamen ēt procurator potest effici dominus instantię,quod patet.
6 †Ponamus.n.ꝙ dominus,& procurator semper simul cōparuerint in causa, nonne uterq; efficietur dominus litis.certè sic.l.in causæ.§.1.ff.eo.ti.de procu.Vel aliter secundùm Raph.Fulg.illud,quod dicitur, ꝙ duo insolidū non possunt esse domini eiusdem rei,procedit eodem tēpore,secus in diuersis temporibus, ut habetur in l. 3. §. ex plurimis.ff.de acq.pos. Nam licèt dominus factus sit dominus litis,seu instantiæ,non prohibetur, quin postea procurator possit effici dominus,& hoc est,quodvult ista litera,dum dicit,transitum fecit.Vel aliter sm̃ Pa. de Ca.Ius incorporale bene pōt esse apud duos insolidum, tex.est in l.uiæ.ff.de seru.tit.generali.not.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de uerb.ob.& istud dominium litis est quoddam ius incorporale, unde bene potest esse apud duos insolidum,effectus est,ꝙ ille,qui est dominus litis,obligatur ad instantiam, & ad prosequendum litē. Et tenendo istam opin.respondebitis ad d.c.primum.§. licèt,ext.eo.tit.de proc.lib.6.ꝙ loquitur, qñ ꝓcurator ꝑ aliquē actū adhuc non inceperat tractare de meritis cāę

ADDITIO.

a ¶In ipsum procuratorem.Adde,ꝙ sententia est ferenda in personam procuratoris,ut uoluit Pe.de Anc. in c. ex insinuatione,nu.3.extra de testam.

In l.Maritus.

SVMMAE.

1 *Maritus an possit esse procurator uxoris,& an possit deducere causam.*
2 *Affinis admittitur ad agendum pro persona coniuncta.*
3 *Sponsus potest agere pro sponsa, tanquam, coniuncta persona.*
4 *Statuto cauetur, quòd habens affinem in ciuitate non possit ibi eligi in Potestatem,tale statutum non uendicat sibi locum in habente ibi sponsam.*
5 *Maritus habet liberam administrationem in rebus uxoris.*
Procurator habens liberam potest recipere solutionem.
6 *Vxor,si dat mandatum marito quò ad aliqua, uidetur prohibuisse in cæteris.*
7 *Coniuncta persona quando agat pro coniuncto.*
8 *Euidenter apparere quid dicatur.*
9 *Apparere ex coniecturis quid dicatur.*
10 *Coniunctus non comparet pro coniuncto absenti,qui constituit procuratorem.*

11 *Mulier an poſsit renunciare priuilegio introducto, ne ſe immiſceant iudicijs.*
12 *Coniunctus quando prætendit intereſſe, non poteſt prohiberi à coniuncto, ne agat.*
13 *Mulier poteſt habere triplex patrimonium.*
14 *Vxor nubens ſimpliciter uiro, an uideatur dediſſe omnia in dotem.*
15 *Mandatum procuratorium poteſt probari per teſtes.*
16 *Emphyteoſi accepta pro ſe, & filijs ſuis liberis per lineam maſculinam, an tranſeat talis emphyteoſis ad filiam ſolam retentam.*

1 MAritus. ¶ † Maritus non habens man
datum ab uxore quamcun-
que cauſam nomine uxoris poteſt in iu-
cium deducere, ſed habẽs mandatum po-
teſt ſolùm cauſam in mandato expreſſam
in iudicium deducere. & non aliam. Hoc dicit. Iſta eſt
ſingularis lex ſecundùm communem intellectum. ¶ No.
primò ex iſto tex. ꝙ diſpoſitio. l. ſed & hæ. ff. eod. titu. ubi
2 dicitur, † quòd affinis admittitur ad agendum pro per-
ſona coniuncta, trahitur, & extenditur ad maritum, licèt
maritus, & uxor non ſint propriè affines, ſed principium
affinitatis. l. non facilè. §. 1. & ibi glo. ff. de gradi. notatur
in §. affinitatis. Inſtit. de nupt. & in l. affinitatis. inf. com-
mu. de ſucceſ. Et ex hoc loco infertur, quòd idem iudi-
camus de principio principiante, quod de alijs, quæ
principium ſequuntur, quod facit ad illam quæſt, an ua-
leat uenditio, ſeu locatio uno nummo facta. De quo
per Bar. in l. uſufructu. ff. ſol. matrim. & per eundem in l.
3 ſi quis ante. ff. de acqui. poſſeſ. † An autem illud, quod di
citur hic in tex. de marito, habeat locum in ſponſo, ut
poſsit agere tanquam coniuncta perſona ſponſæ, nõ re-
perio iſtam quæſtionem tactam per Docto. tamen puta-
rem, quòd non, per text. cum ſua glo. notabili in l. quod
Seruius. ff. de condict. ob cauſam. ubi eleganter proba-
tur, quòd diſpoſitio legis loquentis de affine non habet
locum in ſponſo, ſeu ſponſa. Ex quo infert notabiliter
4 Bart. in dicta. l. quod Seruius. † quòd ſi ſtatuto cauetur,
quòd habens affinem in ciuitate non poſsit ibi eligi in
Poteſtatem, tale ſtatutum non uendicabit ſibi locum
in habente ibi ſponſam, quod notetis. ¶ Nota ulteriùs
5 ex iſto tex. in uerbo, liberam. hic bene probari, † quòd
a maritus dicitur habere liberam in rebus uxoris [a], unde
uidetur, quòd illud, quod debetur uxori, poſsit ſolui
marito: quia procurator habens liberam poteſt recipe-
re ſolutionem. l. quia ſolui. ff. de pact. Vos tamen deter
minabitis contrarium: quia licèt coniuncta perſona ad-
mittatur pro cõiuncta ad agendum; tamen non põt reci
pere ſolutionem. Ita uolunt glo. & Bar. in l. uero procu-
ratori. in §. primo. ff. de ſolut. notatur per omnes Docto.
6 in l. non ſolùm. ff. ſolut. matrimo. ¶ Nota, † quòd ſi
uxor det mandatum marito quò ad aliqua, in cæteris ui
detur prohibuiſſe. & hoc eſt, ad quod allegamus iſtam
legẽ continuò. ꝙ conceſſum in uno in reliquis intelligit̃
denegari. l. cum prætor. ff. de iudi. Et aduertite, quia glo.
hic dicit, quòd in aliis iam expreſsis in mandato mari-
tus non poterit ut coniuncta perſona agere. Sed domi.
Vltramontani maximè Petrus de Bellaper. quorum ſen-
tentiam ſequuntur hic Cy. & Sali. tenent expreſsè con-
trarium, & intelligunt. l. noſtram hic in fine uelle, quòd
in alijs, quàm expreſsis in mandato maritus uirtute mã
dati non poterit agere, ſed bene poterit agere, ut con-
iuncta perſona uxoris. Mouentur, quia caſus omiſſus
relinquitur diſpoſitioni iuris communis. l. ſi extra-
neus. ff. de condict. ob cauſ. unde licèt ille caſus non ſit
expreſſus in mandato; tamen quia ius commune di-
cit coniunctum admitti pro coniũcto ad agendum, pote
rit maritus ut coniunctus agere nomine uxoris. Sed Bar
tol. qui ſequitur l. noſtram, huic argumento reſpondet,
7 † quòd coniuncta perſona non admittitur pro coniun-
cta, quando apparet de contraria uoluntate eius, pro
quo agit, l. Põponius. in fi. ff. eod. ſed in propoſito noſtro
apparet de contraria uoluntate: quia, quando uxor con
ſtituit maritum procuratorem quò ad quædam, in alijs
uidetur ſibi prohibuiſſe. & tex. in d. l. Pomponius. in fi. di
cit, niſi euidenter appareat de contraria uoluntate, & in
8 hoc caſu apparet ex coniecturis, † & illud dicitur euidẽ
ter apparere, quod apparet ex cõiecturis. l. licèt Impera-
9 tor. ff. de leg. 1. † Et illud, qđ apparet à cõtrario ſenſu mã
dati, dicitur apparere ex cõiecturis, ut notatur in l. apud
antiquos. inf. de fur. & ſer. cor. Secũdò mouẽtur domini
Vltramontani, quia inducta ad augendum non debent
operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adim. le
ga. Sed ad hoc motiuum reſpondet Barto. quòd tale mã
datum bene inducit augmentum; quia raleuat maritum
ab onere ſatiſdandi de rato. Vos poteſtis dicere, quòd in
alijs perſonis cõiunctis poſſet procedere determinatio
huius glo. per ea, quæ dixi uobis in l. exigendi. ſupra
10 eo. ubi uidiſtis, † quòd ſi abſens conſtituit procuratorẽ,
non poterit aliquis coniunctus comparere pro illo ab-
ſente per auctoritates, quas uobis ibi allegaui, ſed in ma
rito neſcio uidere, quomodo uxor poſsit prohibere ma
rito, ne agat tanquam perſona coniuncta uxoris: quia,
quòd poſsit agere tanquam coniuncta perſona, eſt in
ductum nedum fauore uxoris, ſed etiam fauore matri-
monii, ut probat iſta litera, ibi, in contumeliam matrimo
nij, ergo uidetur, quòd uxor non poſsit huic fauori re-
nunciare, per l. primam, ſecũdam, & tertiam. ff. de libera.
cau. Secundò per tex. in c. mulieres. ext. de iud. li. 6. ubi
11 dicitur, † quòd priuilegio inducto, ne mulieres cętibus
iudiciorum ſe immiſceant, mulier non poteſt renuncia-
re. Non obſt. ſi mihi dicas, quòd ille tex. loquitur in mu
liere nupta ſpiritualiter; quia reſpondeo, quòd bonum
eſt argumentum de ſpirituali matrimonio ad carnale. c.
2. ext. de transla. epiſc. & eſt optimus tex. in l. Titio cen-
12 tum. in §. 1. & 2. ff. de condi. & demon. † Item quando cõ
iunctus prætendit intereſſe, non poteſt coniunctus ſibi
prohibere, ne agat, tex. eſt notabilis in l. patri. in princ.
ff. de minor. ſed in propoſito noſtro intereſt mariti pro-
pter honorem, ne mulier incidat in uerecũdiam: & iſtud
intereſſe eſt bene in conſideratione. l. miles. §. ſocer. in
fi. ff. de adult. & l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtamen.
¶ In glo. ſuper uerbo, obſeruatione. ibi, in paraphernali
13 bus. Notetis ex iſta glo. † quòd mulier poteſt habere tri
plex patrimonium. Nam primò habet dotem, quam de-
dit uiro. & in iſtis rebus in dotem datis uiro ipſe mari-
tus habet dominium, & ideo ſi cadat à poſſeſsione, po-
teſt nomine proprio agere rei uendicatione contra poſ
ſeſſorem. l. doce ancillam. inf. de rei uendic. an autẽ ſen-
tentia lata hoc caſu contra maritum habeat præiudica-
re uxori, dicite, ut notatur in d. l. doce. & in l. de die. §. 2.
ff. qui ſatiſ. cog. ¶ Secundum patrimonium eſt parapher-
nalium. & dicuntur res paraphernales, quas mulier non
dedit in dotem, ſed tamen tradidit eas marito in cuſto-
diam, ſeu adminiſtrationem, uel ei tradidit inſtrumenta
facientia ad ipſas res paraphernales, quo caſu uidetur
ſibi dediſſe mandatum: & ideo pro ipſis rebus parapher
nalibus poterit maritus agere, ut procurator uxoris. l. fi.
inf. de pac. conuen. ſuper dote. ¶ Tertium patrimonium
eſt rerum, quas mulier non dedit in dotem, nec eas cõ-
miſit marito in cuſtodiam, ſeu adminiſtrationem, ſed il
las res pro ſe retinuit: & hoc caſu maritus pro talibus re
bus poteſt agere, ut coniuncta perſona uxoris ſuæ, & ita
intelligitur hæc lex. Addite, quòd l. mulier bona. ff.
14 de iur. dot. uidetur uelle, † ꝙ, qñ mulier ſimpliciter nubit
uiro, ex hoc uidetur ſibi dare omnia bona ſua in do-
b tem [b], ſed illa lex debet limitari, quando mulier proceſ

ſit

sit ad traditionem, & non aliàs. Ita dicit notabiliter Bal. in c.primo,ad finem commenti.in ti.an mar.succe. uxo. in libell. feudo. ¶In glo. super uerbo,præscripserit,ibi,
15 sine scriptura. Notetis ex ista glo. † quòd mādatum procuratoriū pōt probari per testes. de quo plenè dixi uobis in l.prima.sup.eod.¶In eadem glo.ibi,ad rem mobilem,& l.ad legatum:quia gloss.non respondet, respondete uos ad ista duo iura, quòd ibi loquitur in actione non expressa in mandato, quæ actio erat antecedēs necessarium ad actionem in mandato expressam, & ideo uidetur uenire in mandato. ¶ In eadem gloss. ibi. l.quæsitam. §. fina. quia gloss. non respondet huic contrario,respondete uos,quòd ibi loquitur, quando post genus fuit enumerata una species:quo casu per enumerationem illius speciei non intelligitur denegatum,seu prohibitum id,quod sub genere comprehēdebatur:nos uerò hic loquimur,quando una species erat expressa in mandato, quo casu reliquæ omnes intelliguntur denegatæ.¶Extra glo. quia dixi uobis in textualibus, quòd id,quod iudicamus de principio principiante, intelligitur etiam de his,q̃ sequuntur ipsum principiū. Infert ex hoc notabiliter Paul. de Castro ad pulchram quæstio.
16 †Quidam recepit rem in emphyteosim pro se,& liberis suis per lineam masculinam descendentibus, iste talis emphyteota postea decessit(relicta una filia,nullo masculo relicto)dubitatur,utrū illa filia debeat admitti ad emphyteosim. Quidam dicebant, ꝙ sic: quia illa filia nō descēderat à linea fœminina,sed à masculina: quia descēderat à patre. sed ipse Paulus dicit se determinasse contrarium:quia linea nō incipit in patre,sed in filijs, unde si ipse emphyteota decessisset relicto uno filio masculo, relicta etiam una filia: & linea masculina inciperet in illo filio masculo,& linea fœminina inciperet in filia. Vñ sicuti descendentes ex illa filia nihil deberent habere de illa emphyteosi,ita nec ipsa filia:quia quod iuris esset in descendentibus ex ipsa filia,idem debet esse in ipsa filia.ad hoc allegat Speculato.in tit.de locato. §. nūc uerò aliqua.uersi.161.

ADDITIONES.

a ¶Liberam in rebus uxoris. An autem habeat administrationem bonorum paraphernalium. Vide per Pet.de Ancha.in c.per uestras.nu.18.ext.de dona.inter uirum, & uxor.

b ¶Bona sua in dotem.Et quid si mulier habens patrimonium permittit uirum administrare, an præsumatur in dotem constituisse.Vide per Pet. de Ancha.in c.peruenit.nu.6.ext.de censi.

In l. Procuratoribus.

SVMMAE.

1 *Procurator non potest inuitus remoueri per dominum lite contestata,nisi iusta causa interueniat.*
Et quæ sit illa iusta causa. nu.3.
2 *Dominus potest expedire incumbentia causæ præsente procuratore,& non contradicente.*
4 *Procuratore effecto domino litis,an ualeant postea actus,si dominus citetur,& non compareat,uel sit contumax.*

1 PRocuratoribus. ¶ † Procurator lite contestata nō potest inuitus reuocari per dominum, nisi iusta causa interueniat. hoc dicit. Potest tamen dominus assistere in lite,ne procurator colludat cum aduersario, & producere testes, & alia facere, de quibus per glo. magistram
2 in c.2.ext.eo. tit.li.6.† Item præsente procuratore,& nō contradicente potest dominus expedire incumbentia causæ,text.est in c.si quem.extra eod.tit.lib. sexto. Item absente procuratore,& non contradicente potest dominus tales actus exercere præsente aduersario. Ita notat Bartol.in l. mutari. ff. eod. præsente autem procuratore:, & contradicente non potest dominus expedire incūbentia causæ:quia sic per indirectum reuocaret procuratorem.Ita tenet hic Paul.de Castr. ¶Nota ibi capitales.
3 † hic clarè probari, quòd ad hoc, ut inimicitia orta inter dominum, & procuratorem præbeat iustam causam reuocandi ipsum procuratorem post litem cōtestatam, est necesse,quòd sit capitalis inimicitia. glo.tamen communiter approb.in dicto.c.secundo. extra eod. titu. lib. 6.dicit,quod sufficit inimicitia, etiam si nō sit capitalis, & sentētiam meliorem gl. tenendo, respondeatis ad istū
4 text. quòd ponit contingentiam facti. ¶ † Vltimò queritur hic, quid si iudicium fuit agitatum cum procuratore,deinde dominus citatur ad aliquem actum, an si non compareat ipse dominus,poterit ille actus expediri tanquam contra contumacem. Dominus Lambertinus de Ramponibus,ut hic refert & sequitur Bal.tenebat,quòd non:de qua materia uidete per Bar.& omnes in l.1.infr. de sentent.& interlocu.omn.iudi.& Barto. in l. furioso. ff.de re iudic.& per Ioannem And.& Canoni.in c.in nomine domini. extr. de testib. per Bald. in l. si quando. in 6.q.inf.de testib.Dicunt tamen præfati Doct. quòd si dominus citatus compareat:ualebit tunc actus gestus cū ipso domino.Item quando procurator est absens,& infirmus,& dominus citetur ad aliquem actum in causa,si non compareat ipse dominus,bene ualebit actus gestus tanquam contra contumacem.Ita dicit Domini.de Sancto Gemi.in d.c.si quem.& per illum tex.

In l.Nulla dubitatio.

SVMMAE.

1 *Procuratoris mandatum domino mortuo non reuocatur.& nume.4.*
2 *Procurator quando efficiatur dominus litis.& nu.4.*
3 *Litis contestationem qui actus inducant.*
4 *Sententia lata contra procuratorem est nulla.*
5 *Mandatum procuratorium non transit ad hæredes ipsius mādantis.*
6 *Verba sententiæ improprientur,ut sustineatur sententia.*

1 NVlla dubitatio ¶Lite contestata cum procuratore, si dominus moriatur, non tamen finitur instantia, neque mandatum. Hoc dicit notabiliter. ¶Not. ex isto tex. ibi,
2 causam agitatam,secundùm Bar.& omnes Doct. † quòd in casibus, in quibus lis non contestatur per primum actum,in quo procurator incipit tractare de meritis causæ,efficitur dominus litis,& idem uult Bar. in l. post litem.ff.eo.titu.& in l.ab executore.§.fi.ff.de appel.Idem uult ipse Bar.in extrauaganti,ad reprimendum. in uerbo,sine figura.Hoc idem uolunt Bar.& Bald.in l.properandum.§.si quidem.inf.de iud.Idem uolunt Canonist. in c.si duobus.ext.de appel.& in c.præterea.ext.de dilat.faciunt notata per Bar.in l.2.inf.de consor.eiusd.litis.Idem notatur in l.si pluribus.ff.de leg.1. & circa hoc uidete doctrinam gl.ordinariam,in c.1.in uerbo,absentia.ext.de elec.lib.6.ubi glo. dicit,†quòd primus actus,
3 qui solet fieri post litem contestatam in meritis causæ, operatur effectum prædictum.& ideo Bar.in d. extrauaganti.in uerbo,sine figura,ad practicam dicit,ꝙ si in causis,in quibus non fit litis contestatio, opponatur exceptio peremptoria ad merita causæ,uel iuretur de calū-

nia, uel fiant positiones, uel articuli, per tales actus inducitur litis contestatio, & inducitur effectus, qui aliàs induceretur per litis contestationem. ¶ Pro declaratio-
4 ne glo. in uerbo, excesserit. quæro. † Procurator fuit litē contestatus in causa, deinde dominus decessit, qualiter formabitur sententia contra procuratorem, ut non dicatur lata contra mortuum, quo casu sententia est nulla. l. pen. ff. quæ sen. sine appel. rescin. Bar. hic mouet quęst. & tamen non determinat. Bald. hic dicit, quòd sententia poterit fieri contra procuratorem, tanquam procuratorem hæreditatis allegat. l. si cum procuratore. ff. de re iudi. Pau. de Cast. impugnat istam formam pronunciandi: quia hæreditas debet habere curatorem à iudice constitutum, non autem procuratorem. l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hæred. instit. & l. 2. ff. de curat. bon. dan-
5 do. † Item quia mandatum procuratorium nō transit ad hæredes ipsius constituentis. Sed ista sunt motiua domini Bal. in l. prima. inf. de senten. & interlocu. omnium iudi. ubi dat aliam practicā, scilicet quòd feratur sentētia contra talem, tanquam procuratorem quondam talis domini. Et ista forma pronunciandi placet hic Pau. de Cast. Saly. autem dicit, quòd poterit ferri sententia tanquam contra procuratorem quondam talis, seu cuiuscūque hæredis sui. Raph. Fulg. dicit, quòd procurator poterit simpliciter condemnari, uel poterit condemnari tanquam procurator quondam talis, & etiam nomine hæredum defuncti: quia re non integra non expirat mādatum per mortem mandatoris. §. itē si adhuc. Insti. manda. Addite uos aliam practicam, quæ tutior est, quam ponit Bal. in repetitione Perusina. l. edita. sup. de eden. ubi dicit, quòd poterit condemnari tanquam procurator quondam talis, & procuratorio nomine eorum, ad quos res pertinet, allegat. l. de qua re. §. fi. ff. de iudi. Ludo. Roma. in l. si constante. in §. fi. ff. solu. matr. dat formā pronunciandi, quam dat Bal. in d. l. 1. inf. de senten. & interlocu. omnium iudi. Potestis concludere, quòd si hęreditas est adita, bene poterit cōdemnari procuratorio nomine hæredis defuncti. & ita procedat opinio Raph. Fulg. Si uerò hæreditas adhuc non est adita, tutius esset seruare practicam, quam ponit Bal. in d. l. edita. si tamen condemnaretur simpliciter procurator, putarem sententiam ualere: quia in eius personam debent concipi uer-
6 ba sententiæ. dicta. l. 1. & nos habemus, † quòd uerba sententiæ impropriantur, ut sustineatur sententia, tex. est cū sua gl. singulari. in l. & puto. in §. 1. ff. fam. ercis.

In l. Licèt in principio.

SVMMAE.

1 *Exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retrò nullum.*
2 *Quæstio dicitur etiam ante litem contestatam.*
3 *Quæstio non dicitur fieri per solam controuersiam extraiudicialem.*
4 *Personæ an sint legitimæ, inquirendum est in principio iudiciorum.*
5 *Exceptio, quæ reddit iudicium retrò nullum, potest opponi in quacunque parte.*
6 *Exceptio, tu non es procurator, quando sit opponenda, & nu. 12. & est dilatoria. nu. 10.*
7 *Exceptionem, tu es falsus procurator, quis debeat probare. & num. 9.*
8 *Lite contestata coram delegato an possit opponi, tu non es delegatus.*
9 *Iudex potest cogere procuratorem ad exhibendum mandatū.*
11 *Exceptio contra procuratorem quot modis possit opponi.*
12 *Processus nullus an ualidetur per consensum.*
13 *Errans & dubitans procedunt à pari.*
14 *Protestatio facta contra ius commune non prodest.*
15 *Iudex si admisit procuratorem aduersarij mei cum cautione de rato, quid iuris.*
16 *Exceptionem, quā proposui, super qua iudex pronunciauit, an potero postea opponere.*
17 *Alienatione reuocata à patrono euicto, & pœna contractus reuocatur.*
18 *Iuramentum an reuocetur, reuocato contractu.*
19 *Pœna apposita in contractu non ualido non tenet.*
20 *Accessorium non debet ualere, ubi non ualet principale.*
21 *Accessorium aliquando facit ualere principale. Et potest eum probare. nu. 22.*
23 *Iudicium, in quo discutitur de mandato, est ualidum.*
24 *Procurator an sit citandus de nouo in secundo iudicio.*
25 *Iudicium generaliter sumptum potest pro parte ualere, et pro parte non.*
26 *Potest, uerbum quid importet.*
27 *Negatiua præcedens, si adijciatur uerbo, potest, inducit omnem necessitatem.*
28 *Qualitas adiecta uerbo regulatur secundùm tempus uerbi.*
29 *Iudicium intentatum sine actione an ualeat.*
30 *Solutum falso procuratori an possit repeti.*

1 LIcèt in principio. ¶ † Exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retrò nullum, & ideo potest in quancunque parte litis opponi hoc dicit. ¶ Nota primò ex isto tex.
2 ibi in principio quæstionis, hic bene probari, † quòd ēt. ante litem contestatam dicitur quæstio. & ideo reprobātur duæ glo. quas Bartol. allegat. in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. quarum una dicit, quod etiam per controuersiam extraiudicialem dicitur quæstio. alia uerò glo. dicit, quòd demum post litem contestatam dicitur quæstio. Nam uos uidetis hic, quòd ante litem contesta-
3 tam dicitur principium quæstionis, † ergo per solam cō-
a trouersiam extraiudicialem non dicitur fieri quæstio. a Item iste tex. probat, quòd ante litem contestatam dicitur fieri quæstio. & notetis bene istum tex. quia non reperio aliquem, qui eum ad hoc ponderet: de materia habetur in l. si cōstiterit. inf. fin. reg. & per Doc. maximè Salic. in l. si quis maior. supra de transact. ¶ Nota secundò
4 ex isto tex. † quòd in principio cuiuscunque causæ ante omnia est inquirendum de personis, an sint legitimæ, uel non, facit. l. quidam referunt. ff. de iure codicil. & l. si quęramus. ff. de testam. Addite Bartol. in extrauaganti. ad reprimendum. in uerbo, sine figura. ubi dicit, quòd in omni iudicio quantūcunque summario debent interuenire personæ legitimæ, & legitimè debet fundari iudicium. Idem uult Barto. in l. secunda, post glo. ibi. inf. de edi. Di. Adri. Idem uult Bal. in l. ne quicquam. §. de plano. in fine commenti. ff. de offi. proconsu. & leg. ubi dicit, quòd in quocunque iudicio etiam extraordinario requiritur legitimitas personarum. Ista tenete etiam menti in practi-
5 ca. ¶ Nota ulterius id, ad quod allegatur, † quòd exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum, potest qñcunq; opponi. Sed uos limitabitis hoc procedere, nisi esset facta conclusio in causa: nam tunc non posset opponi ista exceptio ad impediendum sententiā, quando ipsa exceptio indigeret probatione. Ita eleganter determinat Bal. in l. quamuis indubitati, in ultima columna. infr. de adul. mouetur per illum tex. ubi dicitur, quòd facta conclusione in causa criminaliter intētata, non potest opponi ista exceptio, tu non potes esse procurator, imò deueniendum est ad sententiam, quod est bene menti tenen-
6 dum. ¶ Vltimò notetis, † quòd licèt ista exceptio procuratoria, tu non potes esse procurator, sit delatoria, & ueniat opponenda ante litem contestatam, ut uidistis in l. ita demum. supra eo. tamen ista exceptio, quòd es falsus procurator, potest quandocunque opponi: quia reddit

dit iudicium retro nullũ, & semper dicimur esse à principio. ¶In gl. super uerbo, inueniatur, ibi. l. in causæ. §. 1.
7 Vult ista glo. † quòd si post litem contestatam opponatur exceptio falsi procuratoris, ipsi opponenti incumbit onus probandi suam exceptionem. Francis. Tig. Guido de Sus. & Bar. hic tenent totum contrarium: quia ista est negatiua, te non habere mandatum: ergo opponens non tenetur probare. l. actor. inf. de proba. & ideo dicũt, quòd procuratori incumbet onus probandi se habere mandatum. Et hanc opinionem sequuntur Innoc. & d. Panor. in c. quoniam contra falsam. ext. de proba. Vos autem sequamini opinionem istius gloss. quæ habet sociam in l. Pomponius. in §. rati. ff. eod. & in c. 1. in uerb. absentia. ext. de elec. lib. 6. & sententiam huius gloss. sequuntur hic Bald. Sal. Pau. de Cast. & Raph. Fulgo. Pro quorum opinione facit iste tex. dum dicit, quòd usque à principio debet inquiri de persona procura. si tamen postea reperiatur falsus, poterit opponi exceptio falsi procuratoris. Et istud uerbũ, inueniatur, significat opus esse probatione, & pro hoc facit: quia qñ patior alium, ut procuratorem alterius litem contestari, uideor eum cõstituere in quasi possessione officij ꝓcurationis, & illa quasi possessio inducit ꝓsumptionẽ pro eo, & retorquet onus probandi in me aduersarium. l. siue possidetis. inf. de probatio. Fortificatur ista opinio per id, quod uult Inn. in c. innotuit, extr. de eo qui furt. ord. rece. ubi dicit,
8 † quòd si ego litigo coram aliquo tanquam coram delegato, & litem contestor coram eo, si uolo postea opponere eum non esse delegatum, incumbit mihi onus probandi. Ita uult Ange. in l. non idcirco. §. cum postea. ff. de iudic. Et sententiam huius gloss. secutus est Anto. de Butr. in c. cum M. Ferrariensis. extra de constitutio. & Imo. in c. cum in iure peritus, extra de offi. delega. ita quòd censeo communem opinionem sequi hanc
9 gloss. Aduertite tamen, † quòd licèt opponenti exceptionem falsi procuratoris post litem contestatam incũbat onus probandi, tamen, ne iudex in uanum laboret, & faciat processum nullum, & frustratorium, potest ex officio compellere procuratorem ad exhibendum mãdatum, uel ad cauendum de rato, si dubitatur de mandato. Ita uult glo. singularis in uerbo, ad uerba. in dicto. c. primo. extra de elect. in sexto. & illam glo. sequitur hic Bal. & idem Bal. in l. exceptionem. inf. de probatio. ubi dicit eam singularem. & idem Bal. in Auth. offeratur. inf. de litis contesta. & in l. 1. supra ut quæ desi. aduoc. part. illam etiam glo. sequitur Ang. in dicto §. rati. & Anto. de But. in dicto c. cum. M. ubi dicit eam esse auream. pro qua bene facit tex. in c. causam. extra de iudi. Dominicus de san. Geminiano in allegat. c. 1. extra de electione. in 6 sequitur illam glo. dicens, quòd in his, quæ redderent iudicium retro nullum, iudex ex officio potest supplere, ut uult pulchra glo. in c. cupientes. in §. cæterùm, in uerbo, contumacia. ext. de electio. in 6. notatur in l. 1. ff. de off. assess. Pau. de Cast. hic dicit glo. d. c. 1. procedere, quando dominus non esset nimis à longè. Sed contra illam gloss. uidetur esse text. secundùm lecturam Bartol. in l. inter quos. §. alieno, in uer. si ei. ff. de dam. infe. & ideo Ioan. de Imol. in d. §. alieno, reprehendit illam glo. quia iudex non debet impartiri officium suum &c. l. 4. §. hoc iudicium. ff. de dam. infe. seruat tamen illam glo. ut procedat in spiritualibus, puta, quando agitur de materia electionis: nam tunc exuberat iudicis officium. c. cùm nobis olim. extra de electi. Ad motiuum Dominici de san. Gemini. ipse respondet negando iudicium fore nullum: quia ualet tamẽ in præiudiciũ procuratoris, ut uult hic gl. fi. & glo. in uerbo. præscriptione, in l. si expressim, ff. de appell. In iudicando non recedatis ab illa glo. quæ est communiter approbata. ¶ In eadem gloss.
10 ibi. † quod non placet. Et bene secundùm Doct. quia ista exceptio, tu non habes mandatum, non perimit negotium principale: ergo non debet dici peremptoria. §. appellantur. Insti. de except. dicitur ergo dilatoria: quia deffert iudicium, donec cõpareat dominus, uel aliquis uerus eius procurator, qui faciat fidem de mãdato. ¶In eadem glo. ibi, alij ut Hugolinus. Aduertite pro intelli-
11 gentia: quia in practica est ualde aduertendum: † quia ista exceptio ꝓcuratoria potest opponi multis modis. Aliquando enim opponitur hoc modo, tu non potes esse procurator, & tunc si ille, contra quem ita opponitur, non possit stare in iudicio neque pro se, neque pro alio, ut est dare exemplum in minore 25. annis. & tunc talis exceptio poterit quandocunque opponi, ut uidistis in l. exigendi. & in l. ita demum. sup. eo. Si uerò possit esse in iudicio pro se, & non pro aliis, tunc talis exceptio est opponenda ante litem contestatam, ut est dare exemplum in milite, uel fœmina, qui comparent alieno nomine, ut uidistis in l. militem. & in l. qui stipendia. & in l. alienam. sup. eod. Aliquando ista exceptio opponitur ex defectu personæ constituentis. & de hoc dicatis, ut uidistis in l. non eò minus. sup. eo. Aliquando opponitur ex defectu causæ, puta, quia dico, tu non potes in hac causa ut procurator comparere, quia est causa criminalis; & tunc ista exceptio potest quandocunque opponi, ut notatur in l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. Aliquando opponitur ex defectu satisdationis de rato, uel de iudicatum soluendo: & hoc casu debet opponi ante litem contestatam. d. l. Pomponius. §. rati. ff. eod. & de istis non loquitur lex nostra. Aliquando opponitur exceptio hoc modo, tu non es procurator, uel tu es falsus procurator: & hoc casu loquitur l. nostra, & in hoc dabo uobis conclusiones ueras in additione sequenti.
12 ¶In eadem gloss. ibi, repellor. Vult ista gloss. † quòd si ante litem contestatam sciam procuratorem esse falsum, & contra eum non opposui exceptionem falsi procuratoris, non potero post litem contestatam talem exceptionem opponere. Sed communiter Doct. damnant istam glo. quia agitatum iudicium cum falso pro-
a curatore est nullum[a] alia ratione, quàm ex defectu consensus, unde per consensum meum non potest conualidari, ut probat Bartol. in l. si expressim. ff. de appella. Rapha. Fulg. tenet contra communem opinionem, Et primò per regulam. l. Caius. ff. de pigno. actio. & per. l. si fine. ⁊. ad Velleia. Sed ad ista iura ego respondeo, quòd loquuntur in casu, quando tacens per suum consensum poterat actum perficere. Secundò mouetur per l. interdum. §. si. ff. rem rat. hab. Sed certè ille text. parum uel nihil ualet. Tertiò mouetur per istum tex. ibi, falsus inuenjatur: nam innuit ista litera à contrario sensu, quòd si ista falsitas ante litem contestatam erat nota, & nõ fuit apposita, quòd post litem contestatam non poterit opponi. Sed potestis respondere, quòd illud argumentum à contrario sensu non debet recipi: qa resultaret absurdus intellectus. Quartò mouet: quia aliquando. lex admittit aliquem sine mandato. l. sed hæ. ff. eod. titu. ergo pars debet hoc posse facere. l. non impossibile. ff. de pac. Sed istud argumentum non concludit, per ea quæ dixi in primo motiuo. Quintò mouetur, quia si aliquis experiatur contra me inuitum sine actione, iudicium erit nullũ: quia sine actione nemo experitur. l. si pupillus. §. uideamus. ff. de nego. gestis. & tamen ego possum pati, quòd aliquis agat contra me de facto. l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exiben. Sed potestis respondere, quòd §. quantum, habet uarios intellectus, prout ego declaraui uobis in l. pactum. supra de transactio. sequamini ergo communẽ opinionem superius relatam. ¶In eadem glo. ibi repellitur. Doctores sequũtur hãc gl. excepto Pau. de Cast. qui tenet contrarium. de quo miror, allegat text. cum gloss. in l. qui procuratorem dat. in fine. ff. eod. tit. sed illa glo.

loquitur

loquitur in ista exceptione, tu nō potes esse procurator, nos autem hic loquimur in exceptione, tu non es procurator, uel es falsus procurator, ideo teneatis gloss. istam. ¶In eadem glo. ibi, ambigo. licèt Bartol. sequatur istam glo. tamen cęteri Docto. omnes reprehendunt eam: quia si ille, qui sciebat esse falsum procuratorem, & ante litem contestatā non opposuit huiusmodi exceptionem, tamē poterit postea opponere post litem contestatam, ut conclusi supra, multò magis debet potius hoc facere ille, qui erat dubitans. Præterea si ille, qui errabat, quia ignorabat esse falsum procuratorem, potest post litem contestatam opponere exceptionem falsi procuratoris, ut uult ista glo. & bene; ita idem dicendum est de dubitante:
13 †quia errans, & dubitans procedunt à pari. l. fin. infr. de cond. indebi. & l. fin. §. sin autem nescius. inf. de furt. Cōcludamus ergo, quòd siue sciens, siue ignorans, siue dubitans omiserit istam exceptionē falsi procuratoris opponere ante litem contestatam, bene poterit eam opponere post litem contestatam. † Quid autem si ante litem
14 contestatam opposuit contra comparētem nomine aduersarij mei, quòd erat falsus procurator, deinde contestatus sum litem cū protestatione, quòd exceptio mea remaneat mihi salua. Docto. dicunt, ꝙ ista protestatio nihil mihi proderit: quia protestatio facta contra ius commune non prodest protestanti, ut notatur in l. alimenta. inf. de nego. gestis, imputandum est ergo mihi, quare nō feci discuti hanc exceptionem meam ante litem contestatam, & super ea pronunciari. Dicunt tamen Doct. ꝙ si opposita huiusmodi exceptione ante litem contestatam efficiatur dubium de mandato, & ego fecerim protestationem meam sub hac forma. Ego protestor, quòd si in futurum apparebit te non esse legitimum procuratorē, quòd omnia habeantur pro infectis, talis protestatio bene mihi proderit, per tex. ad hoc notabilem in l. inter quos. §. alieno. & ibi per Bar. ff. de dam. infec. & dicit Ioannes de Imo. ibidem dicens, quòd ista est una sin
15 gularis practica. † Sed quid si existēte dubio de mādato, opposita exceptione pdicta iudex admisit procuratorē aduersarii mei cum cautione de rato, an post litem contest. potero postea opponere istā exceptionem falsi procuratoris. Doct. determinant quòd non, nisi statim ego uelim probare falsitatem, secundùm Cyn. Rayne. Bar. Sal. & Raphaelem Fulg. hic, & dominum Panormita. in c. quoniam contra, extra de proba. Mouentur per l. si à quo. ff. ut in possessio. legato. Ang. autē hic dicit, quòd nullo modo debeo admitti hoc casu ad opponendum exceptionem: quia imputandum est mihi, quare recepi cautionem de rato: nam uolendo postea infringere effectum eius, sum mihi contrarius, ergo debeo repelli. l. prima. inf. de fur. & c. solicitudinem. extra de appel. si tamen tempore oblatæ cautionis de rato ego contradixi, & non obstante contradictione mea fuit cautio recepta à iudice, uel tabellione, iuxta. l. secundam. ff. rem pupil. salu. fo. tunc posset procedere opinio Cyn. & se-
16 quacium. † Quid autem si opposui exceptionem falsi procuratoris ante litem contestatam, & tamen iudex pronunciauit eum esse procuratorem, an potero postea lite contestata opponere, quòd est falsus procurator. Docto. dicunt quòd nōn, nisi ex noua causa, de qua non fuerat cognitum. puta, quia postmodum fuit reuocatū mandatum, uel uolo probare, quòd instrumentum mandati est falsum, per ea quæ habentur. in l. secunda. inf. si ex fal. instrum. Sed quid erit, si iudex pronunciet comparentem pro aduersario meo esse uerum procuratorem, an talis sententia præiudicabit domino absenti. Bar. hic post Cy. determinat quòd non, per l. cum non iusto. ff. de collusi. deteg. notatur per Spec. in titu. de syndico. §. 1. uer. in summa. quod limitetis, nisi dominus sciuisset disputari de mandato, & tacuisset. Ita not. Bald. in l. falsus. inf. de furt. Notatur in l. sæpe. ff. de re iud. ¶In gloss. fin. in uerbo, solet, ibi. l. si quis. ff. de iud. notanda est ista glo. ad tria. Primò notanda est ista glo. ad limitationem regulæ, accessorium. de reg. iur. in 6. habemus enim regulam, quòd id, quod iudicamus de principali, iudicamus & de accessorio: accessorium enim sequitur naturam sui principalis, ut ibi. ita quòd, si non ualet principale, non ualet eius accessorium. l. quod per manus. ff. de iure codicillo. & ideo dicit alibi glos. elegans in l. si patronus. §. patronum. in glo. magna. ff. si quid in fraud.
17 patro. ubi dicit glo. † quòd patronus reuocans alienationem factam in fraudem reuocare dicitur pœnam, & pactum euictionis, ut non teneatur ei, cui libertus iam alienauerat: ex quo pœna, & euictio sunt accessoria ad præfatam alienationem. Hinc & generalius per illam gl. singu. dicit pulchrè Bald. in l. Imperator. la prima, in ultima colum. ff. de statu homi. ubi generaliter inquit Bald. quòd si corruit principale, corruunt omnia contenta in eo. Et ideo dicit eleganter Bald. in l. 1. inf. de inoffi. do-
18 na. † quòd filius existens hæres patri, & sic reuocans inofficiosam donationem, dicitur etiam reuocare iuramētum contentum in ea, adeo ut illud iuramentum nō firmauerit illam inofficiosam donationem, facit illud, qđ dicit glo. not. in c. significantibus. in gloss. ult. circa med.
19 ext. de offi. deleg. ubi notabiliter dicit gl. † quòd si non ualet compromissum principale factum inter partes, nō ualet etiam pœna contenta in eo, adeo ut, si una partiū cōtrauenerit compromisso, non incurrit in pœnam. Ad prædicta etiam addite illud, quod egregiè dicit Bald. in l. ex testamento. in fi. C. de fideicom. ubi dicit Bal. quòd si donatio facta per aliquem non sit bona, eò fortè quia sit contra bonos mores, uel aliter à iure prohibita, non ualet etiam precarium contentum in eadem: facit etiam illud, quod dicit pulchrè Barto. in l. filium. §. si quis bonorum. in fi. ff. de lega. præstan. ubi dicit Bartol. quòd si non ualet alienatio facta per aliquem, puta quia prodigus, uel minor, non incurrit in pœnam statutariam. Idem tenet Bar. in l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de contra tab. mouetur ubique per text. ad literam, quem omnino uideatis in l. ea quidem. inf. si mancip. ita fuer. aliena. ne
20 manumit. & ratio omnium prædictorum est: † quia ex quo non ualet principale, non debet ualere etiam accessorium. l. 1. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. tamen hic habetis glo. notabilem non ponderatam à Docto. iuncta declaratione Bar. quòd si causa annullans principale cesset in eius accessorio, licèt non ualeat principale, puta iudicium intentatum cum falso procuratore super re principali, ualet tamen iudicium accessorium, in quo discutitur de mandato. facit l. interpositas. sup. de transac. ubi diuersa ratio reformat pactum. Addo uobis fortiùs,
21 † quòd quandoque accessorium facit ualere principale, quod aliàs non ualeret: scitis enim, quòd promissio dotis in certa specie, & genere nihil ualet. l. prima, infra de dot. promis. tamen, si talis promissio principalis, licèt inualida, īferatur in instrumēto guarentigiato, quod uirtute statutorum habet paratam executionem, tale in strumentum guarentigiatum, licèt accessorium ad promissionem, ex quo de se est ualidum, facit, ut dicta promissio principalis demandetur executioni. Ita pulchrè dicit Bald. in d. l. prima. ad fin. facit illud, quod dicit idem Bal. in l. secunda. in ultimis uerbis. inf. de execu. rei iudi. de quorum ueritate dictorum non pono hic, sed uideatis per dom. Alex. in l. in bonæ fidei, supra de pac.
22 & in l. prima. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. † Notate tamē quòd accessorium potest probare principale. tex. est notabilis, quem ibi ad hoc ponderat Bal. in l. secunda. circa prin. inf. de dot. promiss. Notanda est secūdò ista gl. quòd licèt iudicium intentatum cum falso procuratore
23 sit nullum, ut tex. est hic. † tamen iudicium, in quo discutitur

titur de mandato, est ualidum, & ratio est secundùm Bart. quia in isto secundo iudicio comparet, ut priuatus,& legitimè.¶Sed iuxta istud quæro de utili quæstio
24 ne,† nunquid in isto secundo iudicio sit de nouo citandus procurator. Videtur in primis,quòd sic:quia omniũ actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur,quam Prætor edicit.De in ius uocando.di cit tex.melior de corpore iuris in §.fi.Instit.de pœna teme.litig.Secundò per illud,quod dicit pulchrè Inno. in c.licèt,ext.de offi.deleg. ubi inuentus in iudicio non ca su fortuito, sed propter aliquam causam, scilicet alium defendendi,est de nouo citandus. Vos tamen tenebitis contrarium per illud,quod dicit Bald.in l. si quis libellos.inf.de appel.ubi formaliter dicit Bal.quòd inuentus
c in iudicio [c] non debet quouismodo citari,quia præsentia sua facit cessare causam citationis fiendæ, & maximè in terminis nostris: quia istud secũdum iudicium est de appendiciis principalis iudicii, adeo ut generaliter non dicatur,nisi unum iudicium. Ad dictum Inno.& prædicta respondeatis procedere in diuersis omnino iudiciis, in quibus unum non infundit uires suas in aliud; quia ex separatis non est bona illatio,uulgata.l.Papinia
25 nus exuli.ff.de mino.¶Tertiò notabitis ex ista gl.†quòd iudicium generaliter sumptum potest pro parte ualere, & pro parte non, quod uidetur contra reg. l. eum qui ædes.ff.de usucapio.ubi eadem res non debet diuerso iu re censeri,de quo per Bart.quia non est præsentis speculationis, l. 1. sup. si aduer. rem iudica.& per eundem in l.si conuenit.ff.de re iudi. & in l.in hoc iudicio. per illũ tex.ff.fam. ercisc,Contra tamen istam glo. obstare uide-
26 tur tex.hic in uerbo,non potest, † licèt enim uerbum,potest, simpliciter prolatũ importet uolũtatem,ut pulchrè per gl.in l.sæpe audiui Cæsarẽ.ff.de off.præsi.& latè per
27 Bart. & scribentes in l, 1. ff. de iniusto rupto.&c. † tamẽ si uerbo,potest,adijciatur negatiua præcedens, inducit omnem necessitatem.Gl.est singularis licèt uulgata ĩ c, primo.in uerbo,nõ potest.de reg.iur.in 6. quam sequitur Barto.in l.de his.ff.de transact.quo modo ergo potest ualere istud iudicium accessorium, de quo in ista parte glossæ? Potestis huic fundamento respondere, ꝙ tex.in uerbo,non potest, dirigit se ad iudicium, in quo interuenit qualitas procuratoris,& sic in quo quis cõparet nomine alterius,ut patet in textu, dum dicit procu-
28 ratore, et tunc succedit regula, † quòd qualitas adiecta uerbo regulatur secundùm tempus uerbi,uulgata. l. in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.tex.ergo hic.in uerbo, non potest,non debet annullare illud iudicium, in quo cessat prædicta qualitas procuratoria, & sic in eo iudicio,in quo quis comparet nomine proprio,& nõ nomine alieno,ueluti procurator.& in istis terminis loquitur glo.hic.¶In eadem glo.ibi.l.cum putarem. Habetis ex ista glo.intellectum ad l.cum putarem.ff. fam. ercisc. ut ibi solutum indebitè non possit repeti propter auctoritatem sententiæ. Reperio tamen,quòd Ang.in §.quędã. Instit. de act.ubi pulchrè,limitat. d. l. cum putarem, ut procedat, quando uerus cohæres intentauit iudicium familiæ erciscundæ:quia tunc,dicit Ang.ualet iudiciũ, ex quo agens habet actionem; secus autem si falsus hæres, & putatiuus intentasset illud iudicium diuisorium contra uerum cohæredem:quia tunc, ex quo nunquam habuit actionem,ac nec habet, non potest subsistere iudicium,& sic nec sententia,unde dicit ipse, quòd,tũc solutum illi posset repeti,non obstante re iudicata. Sed iste intellectus,seu ista limitatio est omni modo falsissima: quia tex. in d. l. cum putarem. non se fundat super eò,quòd ille,qui intentauit iudicium,fit uerus cohæres, sed eò quia auctoritate sententiæ soluit, ita cantarilla litera : quæ ratio militat in utroque casu prædictorum, & cum sit generalis, generaliter debet procedere,etiã, si dispositio esset spãlis.Ista est trita regula.l.regula.§.si qs,
29 & ita ibi expressè no.Bar.ff.de iuris.& facti igno.† Secũdò, quia iudicium intentatũ ẽt sine actione, dummodo non sit notorium agentem carere actione,uel non opponatur,iudicium ualet,& tenet.Ista est doctrina Barto.ab omnibus approbata in l. si Titius, & Seius. ff. de uerb. oblig.& sic corruit fundamentum Ang.in dicto.§. quædam.¶Vltimò ostendo uobis oculata fide, quòd Ang. se ipsum confundit:præsupponit enim,quòd in dicta. l. cum putarem.ualeat iudicium, quod re uera falsissimũ est.Ita dicit ille tex.ibi.quãuis nullũ iudicium sit, teneatis ergo intellectum glo.hic ad illam quæstionem, quã
30 format, † utrùm falso procuratori solutum possit repeti.in quo concludit Bar.quòd sic, etiam si per sententiã solutum sit.Ad d.l.cum putarem, respondebitis, ut hic per Alexan.de quo uidete per Modernos in l. si procuratori falso.ff.de cond.ob cau.Imol.& Alexand.in l. Imperatores.ff.de re iudi.& Paulus de Cast. in consi. 311. ubi sustinet gl.ĩ l.si fideiussor.§.in oĩbus.ff.mãd. Et quis dicatur falsus procurator.Videatis Bal. hic in princi. & gl.in c.ex parte decani.de rescrip.& Bal.in l. falsus. ubi pulchrè loquitur.inf.de fur.& Moder.in dicta.l.si procuratori falso,

ADDITIONES.

a ¶Quæstio.Adde, quòd quæstiones non debent prorogari,sed abbreuiari.Pet.de Anch.in c.conquestus.nu.1. ext.de ferijs,

b ¶Est nullum. An autem irritato processu omnia sequentia sint irrita.Vide per Pet. de Ancha. in c.cum dilecta. nu.4.ext.de rescrip.

c ¶Inuentus in iudicio.Vide per eundem Iaco.in Auth.si omnes.sup.si minor se ab hærede. absti.& adde Ang.in l.& post edictum.ff.de iudi.ubi dicit, quòd fatuus est iudex,qui habet partem, uel testem ante oculos, & iubet nuncio, ut illum citet.

In l. quicunque.

SVMMAE.

1 *Illustris persona tenetur litigare per procuratorem,& nu. 4.*
2 *Iudicium consistit in sorte,& fortuna.*
3 *Specialitas in uno casu arguit ius commune in contrarium.*
5 *Cardinales sunt illustres.*
6 *Episcopi an teneantur litigare per procuratorem.*
7 *Vsque,dictio stat inclusiuè.*

1 QVicunque.¶†Illustris persona tenetur litigare per procuratorem,aliàs contrauenient tam ipse, quàm iudex puniuntur pœnis in hac l. cõtentis.¶Nota primò ex l. quicunque. ibi, careat huius litis sorte. hic probari, † ꝙ
2 iudicium consistit in sorte,& fortuna, & ideo dicit alibi tex.uulgatus in l. quod debetur. in princi. ff.de pecul.ꝙ litis euentus dubius est. Hinc dicit alibi tex. quòd satis facit,qui à lite discedit.hoc enim ipsum,quòd à lite disceditur,causa uidetur esse.Ita dicit tex.notabilis in l.in summa.post principium.ff.de cõd.indeb. ¶Et ratio istorum esse potest propter facilem corruptionem iudicis. ¶Hodie enim tanta irrepsit cupido, quòd dominis hodiernis non placent, nisi quæstus per fas & nephas, qui ideo plerunque ruunt, quod dignè præsenti tempore deplorat ecclesia.Ista sunt moralia uerba Bal.in l.uolumus. in ultimis uerbis.ĵ. de testa.nititur enim semper in uetitum damnata cupido. dicit pulchrè Bal. in Auth.si qua mulier.sup. de sacrosan.eccl. ¶Nota ulteriùs ex Au
3 then. quod ius. quòd licèt habeamus regulam, † quod speciali

ſpecialitas in uno caſu arguit ius commune in contrarium,l.1.in fin.ff.ad munici.l.quod uerò contra.ff.de legi.notatur in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.matrim.tamen illa regula procedit, ſi hoc à lege exprimatur: ſi enim hic ſpecialitas perſonarum illuſtrium arguit in cæteris ius cõe in contrarium,ineptum fuiſſet Imperatori ſubiicere iſta uerba,cæteri uerò commune ius amplectentes.Bene ſuſtinendo regulam in genere ſuo,poteſtis reſpondere ad iſtum tex. quòd hoc fecit legiſlator cauſa clarioris doctrinæ,ſicut alibi,tex.eſt in §.alio.uerſi.ſed quia ſanè. Inſt.quemad.teſta.ape.ubi formaliter dicit tex.commodius enim erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus
4 diſtinguere. Notate ex ambobus tex.† quòd illuſtris perſona tenetur litigare per pcura.& ratio eſt ſm gl.hic. quia talis perſona tenetur ſedere cum iudice,unde ſi cõpareret,ſtare deberet.Iſtam rationem reddit tex.in Authen.ut ab illuſtr.& qui ſuper eam digni.ſunt.unde ſumi
5 tur præſens Auth.† Addo uobis idem eſſe in Cardinalibus,qui proculdubio ſunt illuſtres,ut notabiliter inquit
6 Bal. in l. ad ſimilitudinem. ſup. de epiſco. & cleri.† Sed quid in Epiſcopis, qui ſecundùm Bal. ibi, licèt non ſint illuſtres,illuſtribus tamen æquiparantur,reſpondeo idẽ eſſe,nõ obſtante dictione taxatiua,ſolos,poſita in præſẽti Auth. quia dictio taxatiua nunquam excludit caſus æquiparatos.glo.eſt communiter approbata in l.ob æs. inf.de præd.mino.facit, quia Epiſcopus eſt apex dignitatum,ut habetur in c.quanquam,ſecunda quæſt.6.& eſt glo.notabilis allegans bona iura in c.2.de præb.in 6.& maximè,quia tam Cardinales,quàm Epiſcopi Præfecto prætorio æquiparãtur,ut dicit gl.notabilis.& ibi Bal.in l.1.ff. de offi. præfe.præt. & iſtam opinionem tenet glo, elegans,quę enumerat plures alios caſus,in quibus quis tenetur litigare per procuratorem in c.paſtoralis.ext.de
7 iudi.¶Vltimò no.† ꝙ dictio,uſque,ſtat incluſiuè. ſecundùm gl.hic,de quo non dico hic,ſed uideatis Bal. in l.ſi à Caligato.ỹ.de nup.& ad ſaturitatẽ per Bar. in l. patronus.§.1.ff.de leg.3. cum concord. hic traditis per Alex.

In l. In pecuniarijs.

SVMMAE.

1 *Citatus regulariter poteſt comparere per procuratorem. Limita ut ibi.*

2 *Excommunicatio æquiparatur relegationi, & deportationi.*

3 *Excommunicatus non poteſt facere teſtamentum, ſicut nec deportatus.*

4 *Iudex poteſt cogere dominum, ut perſonaliter compareat, quã do uult plenè inquirere de ueritate.*

5 *Teſtis quare non deponit per procuratorem, uel per nuncium.*

6 *Infamis poteſt eſſe procurator.*

7 *Officium procuratoris eſt uiliſſimum.*

8 *Conſenſus ubicunque requiritur, poteſt adhiberi per nunciũ, uel epiſtolam.*

9 *Procurator ſi ſit ſemper rixoſus, dominus tenetur intereſſe, & perſonaliter comparere.*

10 *Fideiuſſor quando poſſit cõueniri ſine diſtrictione principalis.*

11 *Colonus relinquens terram incultam propter dominum rixoſum an teneatur ad pœnam.*

12 *Scholaris unus ex ſocietate ſi ſit rixoſus, uel diſcolus, ad eo quòd ſocij impediantur ſtudere, poteſt diuidi ſocietas ante tempus ſine pœna.*

13 *Vtile quid dicatur.*

IN pecuniarijs. ¶ Citatus poteſt comparere per procuratorem, licèt in citatione, uel præcepto hoc non fuerit expreſſum, nec tenetur quis comparere perſonaliter,niſi ex iuſta cauſa.Hoc dicit. ¶Nota primò ex iſto text.hic
1 eſſe tex.†quòd citatus regulariter poteſt comparere per procuratorem,niſi iuſta cauſa ſuadeat contrarium, puta in cauſa criminali: in qua inferatur pœna à relegatione ſupra,& ideo ſecus eſt in actione iniuriarum, ut uoluit glo.fin. in Authen. præcedenti.Addo uobis fortè idem poſſe dici in ſententia excommunicationis inferenda,
2 maximè propter aliquod delictum. Moueor, † quia excommunicatio æquiparatur nedum relegationi. c.paſtoralis,ubi glo.in uerbo,ſubtrahuntur,poſt principium,extra de app. ſed etiam æquiparatur deportationi.glo. eſt reputata ſingularis.in §.minor, ſiue media.in uerbo.in-
3 terdictum.Inſtitu. de capit. diminut. Hinc eſt, † quòd ſicut deportatus non poteſt facere teſtamentum, l. quidam ſunt ſerui.ff.de pœ.ita nec excommunicatus,ut per glo.notabilem,& ibi per Archia.in c.decernimus.de ſẽt. excommu.in ſexto. Iſtud idem tenet Bal.cum aliquali limitatione in l.fina. inf. ſi à non compet.iudi. iudic. eſſe dica.Limitate tamen iſtũ tex. & notabile prædictum, ut procedat, niſi dominus ſciret melius ueritatem, quàm procurator conſtitutus,ſecundùm glo.hic,Bartol. & omnes.& ideo Bart. reprehendit conſilium Iacobi. de Are.
4 ut hic per eum. ex quo habetis, † quòd ubi iudex uult ſe informare plenè de ueritate, ſi dominus melius ſit informatus,quàm ſit procurator, poteſt cogere dominum ad perſonaliter comparendum,etiam ſi conſtitueret procuratorem cum ſpecialiſsimo mandato.Idem tenet Bar. in l.ſeruum quoque.§.publicè. ff.eod.& idem Bartol. in l.2.§.defendi.ff.ex quib.cau.in poſſeſsio.eat. Addo uobis glo.hoc canentem in c.pręſentium.in uerbo,Abbate. extra de teſtibus.lib.ſexto.addo etiam uobis bene face-
5 re, † quòd ſi teſtis uult deponere in ſcriptis per procuratorem,uel per nuncium, non poteſt: quia iudex in uultu ſuo poterit cognoſcere aliqualem trepidationem, uel falſam præſumptionem,ſi præſentialiter coram eo deponat,dictũ eſt eximium Barto.in l.Teopompus.circa finẽ. ff.de dote præleg.Ioannes.And.& Canoni.in c.de teſtibus.ext.de teſti. Iſtam tamen limitationẽ intelligatis nõ procedere in cauſis ciuilibus, in quibus iudex ex indicijs, & ab aſpectu non poteſt moueri ad torturam, niſi contra ſeruum in ſubſidium. l. Diuus. in princip. ff.de quæſt. procedit autem. d. limitatio tantùm in cauſis criminalibus,ſi tamen appareant indicia contra dominum ſufficientia ad torturam,aliàs ſecus,ut notabiliter dicit Pau. de Caſt.in d.§.publicè.& ibi per Bal.& Pet.de Ancha.quos refert,& ſequiẽ dominus Alex. hic. ¶Limitate ſecundò iſtum textum.& eius regulam,ut non procedat, quando procurator per dominum conſtitutus eſſet infamis:quia tũc uelit, nolit ve dñs,ex quo legalior eſt, tenetur cõparere perſonaliter. dictum eſt elegans Bal. in l.1.inf.de ſenten.& interlo.omni. iud.quod tamen dictum multò fortius procedet, ſi infamia procuratoris ſuperueniat lite pendente: quia tunc ſuperuenientibus malis moribus,puta, quia procurator efficeretur ribaldus,uel aliàs infamis,cenſeretur tacitè reuocatus. Dictum eſt notabile Bartol. in l. ſi cum Cornelius. & in l. cum quis,in fine principij. ff. de ſolutio. illud tamen di-
6 ctum Bal. uidetur dubitabile ualde. Primò, † quia infamis poteſt eſſe procurator.§.finali,Inſt.de exceptio. Se-
7 cundò & fortiùs, † quia omnis procurator incurrit aliqualem infamiam, ex quo officium procuratoris dici-
a tur uiliſsimum. l. ſi quis decurio. & ibi Bartol. inf. de decurio.lib.10. Iſtud tamen dictum Bal. ſimpliciter ſequitur Alex.hic.& idẽ Bal.in Auth.qui ſemel. inf. quomo.& quan.iudex.per tex.in c.de Petro.diſti.quadrageſima ſeptima.Vltimò limitabitis regulam iſtius tex.non procedere,quando quis citaretur,ut coniunctus ad præbendum conſenſum contractui minoris, uel mulieris à ſtatuto requiſitum. Ita decidit Bald. in l. prima. inf. qui admitti

admitti ad bono.possesio.poss.facit,quia statutum uidetur etiã requisiuisse præsentiam eius ad hoc, ut cautiùs sit minori, & communiter,ut cesset omnis præsumptio doli,uel metus,ut pulchrè per Barto. in l.transactionis, ubi uidistis, sup. de transactio. Istud dictum Bald. uidetur mirum,quia statutum tantùm facit mentionem de cõsensu,& non de p̃sentia, quo casu succedit tunc regula,
8 †quòd ubicunque consensus requiritur in aliquo actu, potest adhiberi inter absentes per nuncium, uel epistolam,text.est,& ibi gloss.in l.1.§. est autem. ff. de contrahen.emptio.est gloss.in c.fina.de procura.lib.6.Istud tamen dictum Bald.simpliciter sequitur hic dominus Alexand.in fine. contra quod etiam facit, quia auctoritas etiam tutoris non requiritur, ut præsentialiter interueniat,text.in §.penultimo,Institu.de auctor. tut.Tenendo tamen dictum Bald.prædictum,quæro,si coniunctus nolit consentire,utrùm iudex poterit supplere eius consensum.Dicatis, quòd sic,ut per Bart. in l.sicum dotem §. eo autem tempore.ff.sol.mat.Bald. in rub. infra de contrahen.empt.per eundem in c.1.in fi.de consue.re. feu. in usi.feu.& in l.1.infra qui admit.ad bo.pos.¶In glo. in
9 uer.uehementiores,in fin.Habetis ex ista glo. no.†quòd si procurator sit rixosus, semper dominus tenetur personaliter comparere.Et istam gloss. sequuntur Barto. Bal. & communiter omnes. ¶Quod confirmo uobis primò, per illud,quod eleganter dicit Barto.in l.2.ff. qui satis-
b da.cogan.ubi dicit Barto.quòd debitor,[b]qui tenetur dare fideiussorem,non liberatur dando fideiussorem rixosum,etiam si bonis abundet,per text. in l. 1. in fin. ff. de alien.iudi.mutan.cau.Idem tenet Barto.Paul.de Cast.& Moder.sequuntur in l.si quis stipulatus sit Stichũ. §.fi.ff. de uer.obli.¶Comprobo,& secundò:nam licèt fideiussor non possit excuti, nisi prius excusso principali, Authen.præsente,& in corpore unde sumitur,infra de fide
10 ius. † tamen si debitor sit rixosus, potest fideiussor prius conueniri,etiam non excusso principali. Ita egregiè dicunt Ange.& Roma.in l.fi.ff.si cer.pet.Idem Ang. in l.1. & 2.ff.qui satisd.cogan.quod perpetuò no. ad limitationem d.Auth.præsente. ¶Confirmo tertiò opi.istius glo.
11 per illud,quod dicit alibi notab.Bart.† quòd si colonus promiserit sub pœna culturare agros domini sui usque ad certum tempus,si tamen ille dominus sit rixosus, potest colonus deserere ante tempus terras incultas, nec incidet in pœnam.Istud est pulchrum dictum Barto.in l. cum scimus,infra de agri.& censi.li.11.¶Quartò confirmo per illud,quod dicit Alexan.in l.1.ff.solut. matrim.
12 ubi dicit, quòd † si unus scholaris ex societate sit rixosus,uel discolus, adeo ut consocij impediantur studere, potest diuidi societas ante tempus sine pœna, facit pulcher tex.in l.si conuenit,in fin.ff.pro so. Vbi Bart. infert idem esse in pluribus fratribus, qui à patre iussi sunt simul commorari,& ideo dicit Bal.in l.iubemus, in secunda colum.in princ.supra de sacrosanct. eccles. quòd ecclesia,quæ habet communionem aliquarum rerum cum
13 priuato,potest diuidere impunè,si sibi est utile. † Dicitur autem utile quando socius erat rixosus. Ista sunt uerba Bal.ibi,quæ tamen limitate, nisi ecclesia, uel scholares consocii,antequam inirent societatem,scirent conditionem scholaris rixosi eorum consocij. Ita pulchrè limitat
c Ang.de Are.in §.fi.Instit.de locato.

ADDITIO.

a ¶Officium procuratoris dicitur utilissimum. Adde do. Pe.de Anch.super rub.ext.de postu. nu.2. ubi dicit non esse publicum,sed priuatum.

b ¶Quod debitor. Vide de hac q.per eundem Bart. in l.fi. ff.si cer.pet.

c ¶Institu. de locat. Tu uide amplè per dominum Ioan. Amad.Tanam in l.secunda,in quarta colum.ff.solu.matrimo.

Rub. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare,uel actiones in se transferre.

In l. Diuinè.

SVMMAE.

1 *Recipiens patrocinium potentioris qualiter puniatur, & numero 6.*
2 *Clarissimi non solent esse sub iurisdictione Presidis prouinciæ.*
3 *Procuratores non possunt esse habentes merum,& mixtum imperium in loco,vbi habent.*
4 *Pœna omnis in dubio inteligitur per sententiam.*
5 *Potentiores accipientes patrocinium causæ debent grauiter puniri.*
7 *Vasallus ecclesiæ si alienat castrum feudale in potentiorem,& ecclesia non posit illud castrum recuperare propter potentiam possessoris, poterit ecclesia iura sua credere alteri potentiori.*
8 *Domus appellatione quid contineatur.*
9 *Maiores qui dicantur.*
10 *Verba quando possunt habere intellectum naturalem, & ciuilem,debent intelligi naturaliter.*
11 *Famulus præsumitur facere de consensu domini.*
12 *Cesio quot modis impugnetur.*
13 *Cesio facta clerico,aut presbytero an dicatur facta in potentiorem.*
14 *Factum bona fide probatur ex coniecturis.*
15 *Cesio ualet,siue titulus existat in medio, siue in fine instrumenti.*
16 *Præposteratio quæ uitiet actum.*
17 *Cesio facta inter coniunctos præsumitur facta titulo donationis.*
18 *Cesio impugnatur ratione personæ cedentis. Et ratione iuris incesibilis,nu.19.Et ratione fraudis,num.20. & 22.Et alio modo impugnatur,ut nu.23.24.& 25.*
21 *Exceptio an posit opponi per reum etiam post litem contestatam,quando cesio fit in potentiorem.*
26 *Clausula,& si res plus ualeat,donat, quid operetur in instrumentis.*
27 *Vitium litigiosi impedit alienationem fieri per posidentem de re litigiosa.*
28 *Cesio iurium,& actionum pro centum florenis an ualeat.*
29 *Contractus præsumitur emptionis,ubicunque fit mentio de pretio.*
30 *Cesio,quæ fit ex causa donationis insolutum,ualet.*
31 *Cesio,quæ fit ex causa donationis ob bene merita, an ualeat, & an probanda sint merita.*
32 *Donatarius an debeat probare merita.*
33 *Donatio ualida quibus uerbis sit concipienda.*
34 *Cesio quotiescunque fit contra debitorem uolentem,nunquam postea ipse debitor poterit allegare illam cesionem esse simulatam.*
35 *Cesio in quibus casibus ualeat,nec præsumatur simulata.*
36 *Cesio facta inter socios ualet.*
37 *Præsumptio simulationis excluditur causa diuisionis societatis.*
38 *Cesio facta pro minori pretio ob difficultatem repetendi debitum quomodo ualeat.*
39 *Cedens an gaudeat priuilegio fori.*
40 *Actio iniuriar m an posit cedi.*
41 *Cedi non potest id,quod non est transmisibile ad hæredes.*

Iacob.sup.j.Cod. m Cesio

42 *Cesio actionis an possit fieri absenti.*
43 *Notarius potest stipulari absenti.*
44 *Sententia an exequatur contra cedentem, an contra eum: in quem translatio est facta.*
45 *Dominium utile an tranferatur in cessionarium.*
46 *Cessionarius an fiat dominus rei cessæ. & nu. 47. & 49.*
48 *Libellus quomodo debeat concipi, quando cessionarius intentat rei vendicationem.*
50 *Causæ duæ si allegentur in libello, sufficit alteram esse ueram.*
51 *Solutio an sit facienda cessionario.*
52 *Cessionarius an possit uti captura, sicut cedens.*
53 *Præscriptio quinquennii currit aduersus cessionarium.*
54 *Hæres debitoris an capietur personaliter pro debito, sicut decedens caperetur.*
55 *Captura pro delicto non est fienda pendente iudicio. Et quando sit incipiendum à captura. nu. 56.*
47 *Exceptio quando militet contra iura, & actiones cessas.*
58 *Vendita hereditate an intelligantur uendita nomina debitorum.*
59 *Pretium iustum præsumitur, quod est conuentum inter partes.*
60 *Cesio facta ab excommunicato an valeat.*
61 *Cesio facta à patre in filium ex causa donationis an valeat, & numero. 62.*
63 *Donatio inter patrem & filium iurata valet.*
64 *Compensatio de debito cedentis an possit opponi contra cessionarium.*
55 *Frater unus expulsus à castro communi cum fratre, an possit alteri cedere iura sua.*
66 *Cessa personali actione, censetur cessa hypotecaria.*
67 *Actio hypothecaria an posit cedi sine personali.*
68 *Cesio facta contra vnum ex correis debendi an intelligatur facta contra alium.*
69 *Ius excipiendi an transferatur in cessione.*
70 *Cedens actionem suam alteri qualiter puniatur.*

DIuine. Hec. l. diuiditur in partes duas. In prima refert constitutionẽ diui Claudii, & eius effectũ. In secũda rñdet ad qõnẽ ꝓpositã. Secunda pars est
1 ibi, quare. ¶ † Recipiẽs patrociniũ potentioris priuat, & punit iactura cãę, & ipse potẽtior punit pœna arbitraria ꝑ pſidẽ prouinciæ, et si ipse potẽtior sit
2 Clarissimus; † licet clarissimi nõ soleant esse sub iurisditione Presidis prouinciæ. h. d. ista. no. lex. Pro declaratione huius leg. debetis scire, quòd hic Imperator respondet Præsidi prouinciæ requisito, vt deberet punire potẽtiorem uirum clarissimum: qui assumpserat patrociniũ causæ siue per modum procurationis, siue per modum aduocationis, siue per modum cessionis: quibus omnibus casibus habet locum. l. nostra. sed ipse Præses prouinciæ dubitabat, ne posset hoc facere: quia tales uiri clarissimi non solent esse sub iurisdictione Præsidis. l. quoties. ℐ. ubi senato. uel clariss. Imperator autem rescribens ipsi Præsidi ante omnia recensuit sibi constitutionem diui Claudii, & eius effectum, & respondẽdo, dicit, quòd ipse Præses habet potestatem puniendi illum uirum clarissimum: quia ita specialiter ordinauit diuus Claudius in sua constitutione prædicta. ¶ No. j. ex isto tex. quòd isti tales potentiores, quando sumunt patrocinium alicuius causæ, sunt repellẽdi. Et ex hoc infert hic
3 Bal. † quòd habẽtes merum & mixtum imperium prohibentur esse etiam simplices procuratores in illo loco, in quo habent merum, & mixtum imperium. ¶ No. 2. quòd illi qui constituunt tales procuratores, puniuntur in amissione causę. & intelligatis, quòd puniuntur per sen-
4 tentiam, non autem ipso iure. † quia secundum Bal. omnis pœna in dubio intelligitur per sententiam. Item ista pœna imponetur ad instantiam partis, non autem ex officio iudicis, & hoc totum uult hic glo. super uer. affi-
5 cerentur. quæ per hoc sit expedita. No. quòd † illi potẽtiores, qui assumunt patrocinium causæ, debent grauiter puniri: & quia pœna non est à iure determinata, dicunt Doct. quòd erit pœna arbitraria. l. 1. §. expilatores.
6 ff. de effra. & expi. † Limitabitis tamen hanc. l. procedere, nisi ille, qui assumit patrocinium potentioris, litiget cum pariter potentiore: quia tunc non diceretur delinquere: quia hoc non uidetur facere, ut incutiat metum, sed, ut repellat metum; & bonus est ille dolus, qui dolum excludit. l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. facit. l. non solùm, in §. 1. ff. de ri. nupt. Ita dicit hic no. Pau. de Cast. & est de mente Bal. in l. 2. huius ti. & ad hoc optimè facit, quod uolunt omnes Canon. in c. 2. extra de
7 feu. ubi dicunt, † quòd si uasallus ecclesiæ alienauit castrum feudale in potentiorem, & ecclesia non posit illud castrum recuperare propter potentiam possessoris, licitum erit ecclesiæ cedere iura sua alteri potentiori. ¶ Vlti. no. quòd Præsidi prouinciæ specialiter est cõmissa huius. l. custodia, & uindicta. Ex hoc loco infert, Iaco. Butr. quòd si Princeps deleget alicui causam meri uel mixti imperii, non poterit ille delegatus subdelegare alteri. Vos de hac materia dicitè, ut not. in l. unica, ℐ. qui pro sua iurisdi. ¶ In glo. super uer. potentiorũ. ibi, rõne officij. No. ex hac gl. intellectum ad istũ titulum: q̃a hẽt locum in potentiore rõne officij. qui põt minacẽ terrorem inferre. Et idem uoluit glo. in c. fi. ext. de alie. iudi. mu. cau. fa. Limitabitis tamen, nisi esset talis officialis; qui non posset inferre minacem terrorem, puta, quia est iudex calcularius, de quo loquitur glo. in l. 1. ff. de iudi. Nam tunc in tali officiali non haberet locum iste titulus, secundùm Bald. in l. 2. huius titu. ¶ In gloss. super uerb. opibus, in fin. No. ex ista gloss. quòd appellatione domus, quando non conuenit soli ædificio, continentur illi de familia illius domus: ad hoc bene facit tex. cum ibi not. per Barto. in l. 1. in princ. ff. ad Syll. & tex. in l. cum unus. in uer. domo. ff. de ali. & cib. leg. & tex. in l. pronunciatio. in uer. domo. ff. de uer. sign. Addite, quòd aliquando appellatione domus venit patrimonium, tex. est in l. 1. ℐ. de inge. manu. & hoc facit ad, quest. illius, qui reliquit uxorem usufructuariam domus suæ, ut debeat habere usumfructum totius patrimonii. Et ita uolunt Richar. Malumb. & Salice. in d. l. 1. Ego
9 in facti cõtingentia habui consulere in tali casu. † Quidã ciuis ciuitatis Saonę in suo testamento instituerat duas filias suas hæredes, adiiciens, quòd si morerentur sine liberis, uolebat, quòd illa domus iret ad maiorem de domo. In illa domo erant aliqui maiores scientia, aliqui dignitate, aliqui ætate, aliqui diuitiis, & potentia. Et cũ euenisset casus, ꝙ illæ filiæ decessissent sine liberis, erat magna contentio, quis diceretur ille maior de illa domo, seu familia. Ego consultus respondi domum perti-
10 nere ad maiorem ætate: † quia quando uerba possunt habere intellectum naturalem & ciuilem; debent intelligi naturaliter, non autem ciuiliter, seu fictè. l. fi. ℐ. de his qui ue. eta. impet. l. ex ea parte. §. insulam. ff. de uer. obli. & c. susceptum. extra de rescri. lib. 6. Et reperi dominũ Pe. de Anc. ita determinare in suo commento. c. 1. ad finem cõmenti. ext. de consti. Allegabam etiam pulchrum tex. cum sua gloss. in l. j. in uer. maiores. ℐ. de impo. lucra. descri. lib. 10. Quot autem modis intelligatur maior natu:
a habetis glo. ordi. in c. lex est [a]. 1. distin. an autem dispositio huius titu. habeat locum in familiaribus alicuius potentioris, ut assumentes patrocinium ipsorum familiarium debeant priuari iactura causæ, & ipsi familiares potentiorum puniri pæna arbitraria. Barto. hic, cuius opi. sequuntur Sali. & Ang. determinat, quòd sic.
11 per l. 1. ℐ. si rec. prouinciæ. Pro hac sententia facit. † quia illud, quod facit familiaris, seu famulus præsumitur facere de conscientia domini. Ita dicit Bart. in l. de pupil. lo.

lo.§.si quis ipsi Prætori.ff.de ope.nou.nun.& idem Barto.in l.1.§.item quod labeo.ff.quod ui aut clam. Raph. Fulgo.& Pau.de Cast.hic tenent contrarium, quia ista l. est pœnalis,& odiosa,ergo restringenda.l.eum quidam. ff.de libe.& posthu.Ad l.1.inf.si re.prouin. respondent ꝙ nihil facit,quia loquitur,quando constabat magistratum præstare subsidium ipsi familiari. Et si ista sententia placet,possetis respondere ad dictum Bart.in d.§.si quis ipsi Prætori, quòd illud dictum non est uerum: quia uidetur contra tex.in c.cum ad sedem,ext.de restit.spo.& negari non potest,quin maior sit potentia in ipso potentiore,quàm in suo familiari.Nam faciliùs audiuntur ipsi potentiores,quàm eorum familiares. In iudicando nõ esset tutum recedere à sententia Bar. attento. quòd Salic.& Ang.sequuntur eandem opi.¶Gl.fi. huius l.tangit
12 materiam cessionum,circa quam est sciendum, † quòd multis modis impugnatur cessio.Primò enim impugnatur ratione potestatis,puta, quia fuit facta in potentiorem,ut in l.nostra. Et qualiter intelligatur potentior in hac materia,ego declaraui uobis in glo.super uer.potẽ-
13 tiorum.Sed iuxta hoc est uidendum,†nunquid cessio facta clerico,seu presbytero dicatur facta in potentiorẽ, glo.in c.fi.extra de alie.iud.mutan.cau.fact.determinat, quòd sic,sed illam glo.reprehendunt Docto. communiter ibi.Posset tamen illa glo.seruari,secundùm Panorm. ibidem,ut procedat in Episcopis habentibus iurisdictionem supra laicos spiritualem, quia cessio his facta contra laicum dicitur facta in potentiorem, & haberet locũ pœna l.nostræ. ¶ Nota tamen,quòd cessio facta clerico,seu ecclesiæ bona fide bene ualet, nisi ex coniecturis appareret eam fuisse factam in fraudem, scilicet gratia mutandi iudicii,ut clericus trahat laicum coram iudice ecclesiastico, & hoc ultimo casu habet locum d.c. fina.secundùm dominum Panorm. ibi ad finem commẽti. De hac materia tractat Bald.in l.per diuersas, in pen. quæst.infra mand.Aduertite tamen,quia omnia iura dicentia cessionem factam in potentiorẽ non ualere, debent limitari,& intelligi, quando talis cessio fit malitiosè ad opprimendum aduersarium; secus si bona fide fieret cessio,quia tunc bene ualeret.l.qui stipendia, sup.de procura.Ita dicit nota.Specu. in titu. de cessione actio-
14 num,in §.primo,uer.quod autem dixi.† et ex coniecturis potest apparere de bona fide, puta,quia actio mihi competens est indubitata,& ille,contra quem competit mihi actio,fatetur debitum, & ille potentior, cui facio cessionem,est amicus uel coniunctus meus, & ego sum diues, ex istis coniecturis arguitur, quòd bona fide fuit facta cessio.Ita declarat no.dominus Panor.in d.c. fina.Secundò impugnatur cessio,eò quia titulus cessionis non est in principio instrumenti. Ita uult ista glo.fi. & hanc opi.tenuit Azo.in summa.Sed Docto.communiter,maximè Bald.in l.2.huius titu.& Barto.& cæteri Do-
15 cto.in d.l.per diuersas,infra mand.dicunt,†quòd siue titulus cessionis sit in medio instrumenti cessionis, siue in fine,ualebit cessio, quia quò ad ordinem intellectus intelligetur esse in principio,cum causa præcedat suum effectum,& hanc opinio.tenent Canonistæ,maximè domi-
16 nus Panorm.in d.cap.fina.qui mouetur,† quia præposteratio non habet uitiare actum.l.præposteri, infra de testam.& istam sententiam audacter sequamini. Aduertite tamen,quia si in instrumento cessionis non esset titulus, non sufficeret,quòd in alio instrumento esset appositus titulus,secundùm Bal.in l.2.huius titu.Dicit etiam Dy.
17 eleganter in l.patrem.ff.de his,quæ in frau.cred.†quòd, quando cessio fieret inter coniunctos, præsumeretur titu.donationis,& istud dictum refert,& sequitur Bal.in l. 2.huius titu.quid autem,si titulus habeatur ab eo,qui titulum dare non potest,puta à filiofamilias, utrùm consensus patris superueniens habeat conseruare illam cessionem.Ioan.And.in additio.ad Specul.in titul. de cessio.actio.in additione incipiente, similem quæstionem, determinat quòd sic,& sequitur Bald.in l. per diuersas,
18 in 8.q.inf.mand.quod notetis.¶† Tertiò impugnatur ratione personæ cedentis. Accipite exemplum, sicut minor non potest alienare rem immobilem sine iudicis decreto,toto tit.inf. de præd. mino. ita non potest cedere alteri actionem ipsi minori competentem ad rem immobilem,glo.ordi.& ibi Barto.in l.potest.ff.de aucto. tuto.
19 Quartò†impugnatur cessio ratione iuris incessibilis:exẽplum.Fideicommissarius ante sibi factam restitutionem hæreditatis,saltem uerbo, non potest iura sua cedere alteri,tex.est sing.in l.si mulier.§.ex asse.ff.de iu.do.de cuius.§.intellectu,uidete omnino Bald. in l.sancimus, infra ad Trebell.& Ange.& Imo.in l.Antistia.§. utrùm. ff.
20 ad Trebel.¶†Quintò impugnatur ratione fraudis, pu-
b ta,quia in ueritate cessio fiebat potẽtiori, tamen ille potentior noluit,quòd eius nomen scriberetur in instrumẽto,sed fecit scribi nomen alterius.Ita vult Bal.in l.2.huius titu.allegans l.si per impressionem,infra quod met.
21 cau.†Sed in practica est uidendum, an,quando cessio fit in potentiorem, possit ista exceptio opponi per reum, etiam post litem contestatam.Bald. quem cæteri sequuntur,in l.2.huius titu.determinat, quòd etiam post litem contestatam poterit ista exceptio opponi in uim peremptoriæ cum quadam petitione adiuncta,dicendo. Domine iudex ego oppono,quòd talis cessio est facta in potentiorem,quare peto ipsum potentiorem puniri pœna arbitraria,& ipsum cedentem puniri iactura causæ. Subdit Bald. quòd post sententiam non poterit huiusmodi exceptio opponi,nisi fuerit appellatum ab ipsa sententia, & hoc casu in uim peremptoriæ poterit opponi in causa appellationis.l.per hanc,infra de tempo.appella-
22 tio.¶†Sextò impugnatur cessio ratione fraudis, & simulationis simul iunctæ,& præsumitur simulatio, quando actio est pro parte uẽdita,& pro parte donata:nam quatenus prætenditur donatio,præsumitur simulata. Item si minori pretio sit uendita, etiam præsumitur simulatio. l.per diuersas,& l.ab Anastasio,infra mand.debet tamen haberi rõ expensarum litis,seu iudicii,gl.de hoc est not. in d.l.per diuersas.facit optimè,quod notat Bartol.in l. prima.ff.de impen.in reb.dotalib.fact.¶† Septimò impu-
23 gnatur cessio, quando fit ex causa uenditionis, & non interuenit realis numeratio pretii, sed in instrumento cessionis est scriptum, sicuti ipse cedens ex causa uenditionis talem actionem confessus fuit habuisse, & recepisse pretium centum Florenorum,Nam ex tali confessione pretii præsumitur cessio simulata. Ita dicit Barto.in d.l.per diuersas,& hoc dictum etiam tenet Iacob. de Beluisi. in §.aliud,in Authen.de æqualit.do. Et hanc sententiam expressè tenet dominus Panorm.in d.cap finali,in uersicu.quintò præsumitur,extra de alien. iudic. mutan.caus.fact.Hoc idem sequitur Ioann.de Imol. ibidem,& dicit Bald.in l.secunda huius tituli,quòd in ciuitate Bononiensi sæpe fuit iudicatum secundùm istam opinionem Barto.Ipse tamen Bald.in l.secunda, huius tituli temperat dictum Barto.procedere,quando actio esset pro parte uendita,& pro parte donata,uel quando esset uendita minori pretio. Cæterùm,si iusto pretio esset uendita:certè ex confessione pretij non præsumeretur simulata,imò ipsa confessio haberetur pro ueritate. l.Publia.§.fina.ff.depositi.& ita secundùm eum tenent aduocati Florentini,& communiter(secundùm eum)consuetudo ita seruat. Et Speculator, dum ponit formam instrumenti cessionis,quæ fit ex causa uenditionis,concipit instrumentum in forma confessionis pretii. Ego sæpe uidi iudicari secundùm opinionem Bartol. Addite quòd opinio. prædictam scilicet, ꝙ non sufficiat cõfessio pretii,quando cessio fit ex causa uẽditionis,tenuerit

Rayne.de Forliuio,& Iacobus Butrig.& Bartolo.de Salice in dicta l.per diuersas.§.manda.& in l.2. huius titu. Sed Albericus de Ros.hic in fine comm.uidetur uelle, quòd sufficiat confessio pretii, & secundùm istam opinionem cõsuluit Raph. Fulg.vt patet in suo cõsilio.242. & ipse Raphael in suo cõsi.205.cõcordat opiniones hoc mõ,ꝙ aut cedens actiones ex causa uenditionis simpliciter confitetur se habuisse pretium; & tunc cessio præsumitur simulata;& ita intelligat opinio Bar. Aut vltra cõfessionem receptionis pretii renunciat exceptioni non numeratæ pecuniæ,seu numerati prætij, uel lapsa sunt tpa opponendi dictam exceptionẽ;& tunc cessio erit ualida,nec poterit impugnari.Sed in secreto iuris ista sententia non uidetur uera, quia esset parata uia fraudibus, contra.l.in fundo.ff.de rei uendic.& contra.c.quãto.extra de diuor.Et signanter contra istam opinionem adduco textum.in l.ab Anastasio.ibi,per artes clandestinas.§.mand. Vnde in iudicando non esset tutum recedere ab opinione Bar.De hac materia ẽt tãgit Bald.in l.Deo no-
24 bis.§.de episc.& clericis.¶ † Octauò impugnatur cessio rõne cessionarii,ut notatur in Aut.minoris.§. qui dari tuto.pos.Ex hoc infero uobis, ꝙ pater non põt acceptare cessionem contra filium,nec filius contra patrem, nisi in casibus, in quibus inter eos obligatio contrahi potest. Ad hoc allego uobis glo.ordinariam in l.si pater.§.quæ debitorem. ff. de iu.dot.hẽtur in.l.omnes.ff. de actio.& oblig. & Baldus in dicto. §. quæ debitorem. dicit illam
25 glossam esse menti tenendam. ¶ † Nonò impugnatur cessio, qñ cessionarius realiter soluit pretium cedenti, sed cedens postea in continenti restituit cessionario: nam hoc casu talis cessio non ualet, & præsumitur simulata.Ita dicit notabiliter Bart.in dicta.l.per diuersas. allegat l.qui sic soluit.ff.de solut.& idem esset, si ex interuallo restitueret pecuniam cessionario.Ita dicit Bald.in dicta.l.per diuersas. in fine commenti. & Bartolomeus de Salice. in eadem. l. per diuersas. allegat tex. in d. l. ab Anastasio.in uerbo,occultè.& in uerbo, per artes excogitatas. quod tenete menti. Aduertite ad id, quod dixi.§.ꝙ rõne confessionis pretii,uel si sit actio pro parte uendita,& pro parte donata, ꝙ præsumitur cessio simulata. Nam hoc debet intelligi, quando actio principaliter ceditur,secus si cedatur, seu vendat possessio à possessore, & in cõsequentiã cedantur actiones Nam hoc casu
26 non præsumitur cessio simulata:unde uidemus,ꝙ † in instrumentis uẽditionum apponitur ista causula, & si plus ualeat pretio prædicto, illud plus dictus uẽditor donat, &c. de qua clausula hẽtur per Bart. & omnes in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.oblig.Limitationem prædictã ponit Bald.in l.ij.huius titu. Idem est,quando cessio fieret ad defensionem, non aũt ad impugnationem. Accipite exemplum:ego conuenior ab aliquo actione publiciana super re,quã ego possideo,pendente lite ego acquiro titulum à uero dño rei aliquo sibi dato,& cedit mihi iura sua,& actiones suas.Nam talis cessio erit ualida, & licèt sit facta pro modico, non tñ poterit impugnari tanꝗ simulata: qa hoc factum fuit ad defensionem meam: nec
27 uitium litigiosi habet impedire: † quia uitium litigiosi impedit alienationem fieri ꝑ possidentẽ de re litigiosa, sed non impedit acquisitionẽ fieri ꝑ ipsum possidentẽ. Ita determinat eleganter Bal. in l.2. huius titu. & est de mente Bart.& expressiùs hoc uolunt Ang.& Salice.in d. l.per diuersas.quod perpetuò notetis. bene facit textus in d.l.per diuersas.uersi.exceptis,in verbo, munitione.
28 ¶ † Sed ponamus, ꝙ in instrumento cessionis sit scriptũ hoc modo. Titius cessit iura, & actiones suas Sempronio contra Caium pro centum florenis, an ualebit ista cessio. Videtur ꝙ nõ: qa hic uidetur deficere titulus cessionis,qui tñ requiritur,vt in præcedentibus plenè decla
29 raui. Contrarium consuluit Barto. † quia ubicunque fit mentio de pretio,ibi præsumitur contractus emptionis. l.fi.§.de prædiis curialium.lib.10.Sed Bald.in l.2.huius titu.dicit hoc procedere, quando in instrumento essent scripta ista uerba, pro pretio centum florenorum: idem tñ est secundùm eum, qñ simpliciter dicitur pro centum florenis: quia saltem resultat contractus innominatus. l.fi.ff.de condic.ob caus.& ita etiam uolunt Sali.& Ang.
30 in d.l.per diuersa. † Addite,ꝙ bene ualet cessio,quando fit ex causa dationis in solutum,ueluti quia debitor cedit suo creditori actiones,quas habet contra alium.Sed in hoc aduertatis: quia, sicut quando cessio fit ex causa uenditionis,oportet constare de reali numeratione pretii,ut plenè dixi uobis in superioribus,ita quando cessio fit ex causa dationis in solutum oportet constare de ueritate causæ.Ita dicit Bart.& expressiùs Ange.in d.l. per diuersa.Ex hoc infero uobis ad practicam,quòd nõ sufficeret, quòd cedens in instrumento cessionis confiteretur se esse debitorem cessionarii, & ideo ex causa dationis insolutum cedit sibi actiones contra Titium, sed est necesse,quòd constet aliunde ipsum cedentem esse debitorem cessionarii.quod tenete bene menti,quia multi
31 falluntur. ¶ † Sed quid si in instrumento cessionis factæ ex causa donationis sint apposita ista uerba: Titius ex causa donationis cessit iura, & actiones Sempronio cõtra Caium pro bene meritis, & seruitiis ipsius Sempronii,an hoc casu oportebit Sempronium donatarium probare illa merita,& seruitia interuenisse. Videtur dicendum ꝙ sic,per ea,quę habentur in l.si fortè.ff.de castren.
32 peculio.& in l.si donatione.§.de collat. † In contrarium facit,quia bene ualet donatio,etiam non pręcedentibus aliquibus meritis:Et quanꝗ sint apposita illa uerba, pro bene meritis,& seruitiis; tamen ex hoc non debet inualidari donatio,nec debet grauari donatarius c onere probandi illa merita.Bar. in d.l.per diuersas.dubitat in tantùm quòd ipsemet attestatur se pluries remoueri fecisse de instrumentis donationum illa uerba,pro bene meri-
33 tis & seruitiis,& fecisse apponi ista uerba.† Titius pura, mera,simplici,ac spontanea uoluntate,& quia ita uoluit & ita sibi facere placuit,& placet,ideo donauit tali talia iura,& tales actiones; nam uerba prædicta sunt tantæ efficaciæ,quòd non oportebit postea donatariũ aliqua merita præcessisse probare.Sed Bal.in l.2.huius titu.quasi in fi.cõmenti,& Sal.& Ang.in d.l.per diuersas dicunt, quòd quamuis in instrumento donationis sint apposita illa uerba,pro bene meritis,& seruitiis, tamẽ non oportebit donatarium probare ipsa merita.Addite, quòd qñ exceptio simulationis opponitur contra cessionem,non sufficit eam opponere in genere,sed dẽt opponi in specie exprimẽdo modum simulationis. Ita dicit eleganter Bart.in suo consilio incip.Petrus Nicolæ. & hoc placet Bal.in l.ab Anastasio.in fi.commenti.C.mand. vt placet etiam Pau.de Cast.& Alex.de Imo.in l. Iurisgentium.§.
34 pactorum.ff. de pact. Addite etiam,† quòd quotiescunque cessio fit contra debitorem uolentem, ipse debitor nunquam postea poterit allegare illam cessionem esse simulatam.Ita dicunt Bal.Ang.& dñs Floria.de.S.Pet.in l.cum essent.§.per plurium.ff.de seruitut. rusti.præd. qđ nunquam exeat memoria vestra.¶ Nunc uidendum est,
35 † quibus casibus cessio ualeat,nec pręsumatur simulata. Concludite,quòd sunt multi.In primis, quando hæres cedit actionem legatario.Secundus est,quando inter ipsos legatarios,seu fideicommissarios fit cessio.Item quãdo inter cohæredes. Item quando fit ad defensionem rei suę.& hæc probantur in d.l. per diuersas.uersi. exceptis.Idem est in similibus casibus habentibus parem rationem.Et ex hoc infert eleganter Barto. in dicta. l. per
36 diuersas. & sequitur Angel. † quòd si socii in coeunda societate cedant sibi actiones reciprocè, talis cessio erit valida, nec præsumetur simulata.l.2.&.3.ff.pro socio.

cio. Subdit idem esse, quādo diuidunt inter se societatē:
quia si adinuicem cedant sibi actiones, talis cessio erit ua
lida, & firma, nec poterit impugnari ratione simulatio-
37 nis: quia† causa diuisionis societatis excludit præsumptio
nem simulationis, quod perpetuò notetis. ¶ Sed pone.
Quidam Taurin. habet actionem contra quendam ciuē
Parisien. ad ducentum, quæ tamen non ualeret huic Tau
rinen. nisi quinquaginta propter distantiam itineris, &
propter difficultatem exigendi, iste Taurinen. cedit alte
ri ciui Parisien. illam actionem pro quinquaginta, an ua-
38 lebit cessio. Videtur ꝙ non, † quia fuit facta modico pre-
tio. In contrarium determinat Bal. & cæteri sequuntur ī
d. l. per diuersas: quia Taurinē. facit hoc, ut sibi proficiat,
non autē ut alteri noceat. Idem econtra si actio ualeret
ducentum ipsi cedenti, sed quantum ad cessionariū pro
pter distantiam itineris, uel alia ratione non ualeret nisi
quinquaginta, hoc etiam casu ualebit cessio pro
quinquaginta: quia sufficit, ꝙ ille cessionarius emat pro
eo pretio, quo ualet apud homines similis cōditionis,
39 ergo non potest dici redemptor litis. ¶ Item quæro, † nū
quid si cedens gaudeat priuilegio fori, ut est dare exem
plū in uidua. l. unica. ꝟ. quando Imp. inter. pupil. uel uid.
nunquid cessionarius gaudebit eodem priuilegio. Con
cludit, ꝙ quoddam est priuilegium fori cohærens ipsi
iuri cesso, seu causæ, & tunc priuilegium transit ad cessio
narium. accipite exemplum. Ego habeo debitorē mihi
obligatum cum iuramento: nam ratione illius iuramēti
possum eum conuenire in foro ecclesiastico. c. fi. ext. de
fo. comp. lib. 6. si cedam actionem meam alicui, cessiona
rius poterit conuenire illum debitorem in foro eccle-
siastico: quia istud priuilegium cohæret iuri cesso. Quan
doq; uerò priuilegium cohæret personæ, ut in casu. d. l.
1. C. quan. Imp. inter pup. & uid. & tunc quia tale priuile
gium est inseparabile à persona, ideo non transit in ces-
sionarium, sm̄ Bal. notab. in d. l. per diuersas, in 17. q. Ex
præmissis semel in quæstione facti inferebam quòd
cum quidam transegisset cum aduersario suo, & illa tran
sactio esset iurata ab utraq; parte, & unus ex eis cessisset
iura, & actiones sibi competentes, & competituras alteri
contra illum suum aduersarium, interrogatus, an cessio-
narius posset agere contra illum aduersarium cedentis
ad pœnas. l. si quis maior. respondi, ꝙ sic. Et ad hoc alle-
gabam signanter no. per Ang. in l. si res. ff. de euic. ¶ Quæ
40 ro rursus, † utrùm actio iniuriarum posit cedi. glo. in l. si
nomen. ff. de hæred. uel act. uend. determinat ꝙ sic. ean-
dem opi. tenuit gl. in l. fi. inf. de hær. uel ac. uend. Cy. de
Pisto. in d. l. fi. sequitur gl. ibi. Idem tenet Bar. in l. iniuria
rū. ff. de iniur. Bal. autem in d. l. fi. tenet totum contrariū.
Mouetur, quia sequeretur, quòd actio iniuriarum com-
peteret ex contractu cessionis, seu ex pacto, contra l. si
unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Bart. de Sali. in d. l. fi.
sequitur gl. ibi. & ab ista sententia, secundùm quam uidi
iudicari, non recedatis. Ad motiuum Bald. respondebi-
tis, ꝙ actio iniuriarum non oritur ex pacto, imò ex ante-
cedenti iniuria, & per actionem transit utilis actio iniu-
riarum in cessionarium. Sed unum obstat, quia nos habe
41 mus, † quòd id, quod non est transmissibile ad hæredes,
non est cessibile. l. ex pluribus. ff. de admini. tu. sed actio
d iniuriarum[d] non transmittitur ad hæredes, quia tendit ad
uindictam, ut eleganter notatur in l. 3. §. cum emancipa-
tus. ff. de bono. possessio. contra tabul. Sed respondeatis
huic argumento, quòd militaret, quando non esset sim-
pliciter trāsmissibile. Sed in proposito nostro aliud est;
quia actio iniuriarum (saltem lite contestata) transmitti-
tur ad hæredem, & ita respondet Barto. in d. l. iniuria.
42 ¶ Subsequenter quæro, † nunquid cessio actionis posit
fieri absenti. Ista quæstio est magnæ utilitatis, & figuro
casum, quē habui in practica. Ego trāsegi cū aduersario
meo, & illa transactio est iurata ab utroq;, in illa trāsactio
ne ego promisi, & iuraui cedere actiones meas aduersa-
rio contra quendam debitorem meum infra pascha pro
ximè uenturum. Intra istum terminum contingit me ab
sentari ita longè, quòd non est possibile, quòd cedam
ipsi aduersario meo actiones: uideamus ergo, an possit
fieri absenti. Gl. reputata singularis in l. in causæ. §. fin. ff.
de procurato. uidetur uelle, quòd sic, dum dicit, quòd
ius instantiæ potest cedi absenti, ergo pari modo debet
posse cedi actio. Sed Doct. reprehendunt illam glo. Ego
in quæstione prædicta dedi duo remedia ei, qui iuraue-
rat cedere, ne incideret in pœnas l. si quis maior. Primū
remedium est, quòd ipse adhiberet unum notarium pu-
blicum, & sibi tanquam personæ publicæ stipulanti, &
recipienti nomine illius absentis cederet actiones: nam
43 scitis, quòd† tabellio tanquam persona publica potest al
teri acquirere, etiam sine cessione, ut uult expressè Bart.
in l. 2. ff. rē pup. salu. fo. & hoc consilium accepi à Bald. in
d. l. per diuersas. Aliud remedium est, quòd si non repe-
riretur tabellio, tunc ille, qui iurauit cedere infra cer-
tam diem, potest cedere alteri stipulanti, & recipienti
uice, & nomine illius absentis, cui debebat fieri cessio,
per nota. per glo. singularem in l. huiusmodi, in princip.
ff. de leg. 1. Et hoc consilium accepi à Sal. in l. 1. in uigesi
44 ma quæstio. infra de actionib. & obligat. ¶ † Quæ-
ro ulterius, utrùm sententia lata contra cedentem, seu
alienantem posit mandari executioni contra eum, in
quem translata fuit res. Innocent. in c. fina. ext. de alien.
iud. mutan. caus. fact. refert duas opiniones contrarias.
Prima est, quòd sententia posit mandari executioni con
tra illum, in quem res fuit translata. Postea refert aliam
opinionem, quòd fiat executio contra cedentem, & alie-
nantem in æstimatione rei translatæ in alium, argum. l.
is qui se obtulit. ff. de rei uend. Barto. autem in repetitio
ne. l. 3. C. de pign. distinguit hoc modo. Aut res nō po-
tuit alienari obstante uitio litigiosi, & tunc sententia la-
ta contra alienantem mandabitur executioni sine nouo
processu contra eum, in quem fuit facta translatio. l. fi. &
ibi etiam per Barto. infra de litigio. Aut potuit alienari,
puta, quia non erat quæstio de dominio, uel fuit aliena-
ta in aliquo casu permisso, & tunc opus erit nouo pro-
cessu aduersus eum, in quem fuit facta alienatio, & hanc
distinctionem sequitur d. Panor. in d. c. fi. De hac materia
uidete per Bald. in l. unica, infra de alien. iud. mut. caus.
per eundem in l. executorem, infra de executio. rei iud.
45 ¶ Dubitatur etiam, † utrùm, si cedo tibi rei uendicationē
ad fundum contra Titium, quo casu utilis rei uendica-
tio transfertur in cessionarium, hoc casu per talem ces-
sionem transferatur utile dominium in ipsum cessiona-
rium. Gloss. uidetur uelle, quòd sic in l. si fundum. ff. de
fund. dot. Idem censet gloss. magna ante medium in l. 1.
ff. de eden. quæ gloss. dicit, quòd quis non potest habe-
re rei uendicationem, nisi habeat dominium. Dyn. tamē
in regu. pro possessore, extra de regu. iur. lib. 6. determi
nat contrarium. Mouetur, quia ad acquisitionem unius
iuris non sequitur acquisitio alterius iuris, ad cuius ac-
quisitionem requiritur uerum factum, text. est in l. cum
hæredes, in princip. ff. de acquiren. possessio. unde cum
ad acquisitionem dominii requiratur traditio. l. traditio-
46 nibus, supra de pact. † certè per talem cessionem non de-
bet transferri in ipsum cessionarium, nisi fortè in eccle-
siam, uel ciuitatem: quia tunc absque traditione trans-
fertur dominium. l. fina, supra de sacrosanct. eccles. Vel
quando cessio fieret possidenti. l. quædam mulier. ff. de
47 rei uend. † Vel quando post cessionem cessionarius ap-
prehendisset cessionem, ut habetur in l. si culpa. ff. de rei
uendic. Et ita uult Bald. in dicta l. per diuersas, & Barto-
lom. de Salicet. firmat istam opinionem Dyni in l. pri-
ma, in 29. quæstione, infra de actionib. & obligationib. &
ipsemet Salicet. in d. l. per diuersas, dicit hanc opinio-

nem esse communem. Ego allego uobis glo. quam ipsi nō allegant in l.planè.in uerbo, debeatur.ff.fami.ercisc. Sed dicet aliquis, si ex cessione rei uendicationis non transfertur utile dominium in cessionarium, quomodo ipse cessionarius poterit agere utili rei uendicatione ratione utilis dominij? Respondet Din. in loco præallegato, quòd non aget ratione utilis dominij sibi competentis, sed ratione dominij competentis cedenti.
48 Oportet ergo uos esse aduisatos in practica:†quia, quando aliquis cedet uobis rei uendicationem, non dicatis in libello rem, ad cuius restitutionem agitis, pertinere ad cessionarium, sed concludatis in libello hoc modo. Peto ego cessionarius pronunciari, & declarari talem rem, seu dominium talis rei pertinere ad cedentē, & ipsum reum condemnari ad restituendum mihi cessionario ipsam rem. Istam practicam dat Ang. in l. hoc si res. ff. de rei uendic. Subdens, ꝙ cum quidam aduocatus conclusisset in libello dominium rei pertinere ad ipsum cessionarium, succubuit in causa. ¶ Sed ponamus, † quòd
49 cessionarius, cui est cessa rei uendicatio, in libello agat utili rei uendicatione ratione utilis dominij sibi competentis, an poterit obtinere in causa. Videtur ꝙ non: quia retenta cōclusione prædicta, quæ habet, quòd per cessionem rei uendicationis non transfertur utile dominium in cessionarium, uidetur, quòd libellus prædictus sit ineptus, ergo actor debet succumbere. c. examinata. ext. de iud. In contrarium determinant Bal. & Sal. in d. l. per diuersas. Mouentur: quia ea, quæ non sunt necessaria, uel sunt superflua, si narrentur in libello, non uitiant libellum. l. ampliorem. §. in refutatorijs. inf. de ap-
50 pel. † Item duabus causis allegatis in libello per modū fundamenti sufficit alteram esse ueram, dummodo illa per se possit parere actionem intentatam. l. mater. inf.
51 de contrahen. empt. ¶ Quæro, uos scitis, † quòd si cedo actionem meam Titio contra debitorem meum, si ille debitor postea soluat mihi cedenti, certè liberatur à Titio cessionario, nisi interuenisset aliquod ex tribus, de quibus in l. 3. inf. de nouat. Ponamus, quòd Titius cessionarius meus, cui competit utilis actio ex cessione, cedat illam actionem Sempronio, utrùm, si debitor, contra quem cessa est actio, soluat ipsi Titio primo cessionario, liberabitur. Concludite, quòd non. & est ratio: q̄a ex quo ipse Titius primus cessionarius cessit actionem sibi competentem Sempronio, illa utilis actio transiuit penitus in Sempronium secundum cessionarium, & nihil remansit apud ipsum primum cessionarium. & ista est elegans limitatio ad d. l. 3. quam limitationem ponit Bar. in l. ex asse. ff. ad Trebell. Sed limitatio prædicta recipit unam limitationem hoc modo: quia si ille debitor ignorasset Titium primum cessionarium cessisse iura sua, & actionem suam utilem Sempronio: tunc ipse debitor soluendo ipsi primo cessionario liberaretur. Ita dicit eleganter Bar. in l. facta. §. si hæres. in pen. quæst. ff. ad Trebel. & hæc duo dicta perpetuò commendetis memoriæ. ¶ An autē si cessi actionem meam uni, & postea cedam alteri, ualebit illa secunda cessio. Videte per Bart. Bal. & Imo. in l. non quocunque. §. qui Caiū.
52 ff. de leg. 1. ¶ Quid si statuto cauetur, † quòd debitor debeat capi personaliter ad petitionem creditoris, an poterit capi ad petitionem cessionarij. D. Thom. de Formagi. disputauit istam quæstionem, & tenuit quòd sic: quia secundùm unam opinionem cessionarius dicitur creditor, ut notatur in l. 1. ff. si cer. peta. Præterea siue sit creditor, siue non, uerum tamen est, quòd habet ius creditoris, & succedit in ius ipsius creditoris. l. id tempus. ff.
53 de usucap. Idem dixit, quòd si statuto cauetur, † quòd aduersus creditorem præscribatur quinquennio, talis præscriptio curret aduersus cessionarium. Sed ponamus, ꝙ statutum disponat, ꝙ debitor ad petitionem creditoris debeat capi absque citatione aliqua, an tale statutum habebit locum in cessionario. Concludite quòd non: quia debitor de facto suo debet bene esse certus. c. ab excommunicato. ext. de rescrip. & l. fin. ff. pro suo. sed quòd cessio sit facta per creditorem alteri, probabiliter potest ignorare ipse debitor, ideo debebit citari.
54 † Idem in hærede debitoris: quia antequam capiatur, debet primò discuti, an sit hæres, uel non: talis enim captura personalis non fit absque iniuria. Ita concludit Bald. in d. l. per diuersas. in 10. q. alleg. not. per Inno. in c. quia quinque. ext. de iud. ¶ Formo uobis aliam quæstionem, quam uidi in practica. Ego habeo duos reos debendi insolidum mihi obligatos, ago contra unum ex eis insolidum, ille opponit exceptionem, uel exceptiones: pendente aūt discussione illarum exceptionum ego adiui aliū cōreum debendi, qui agnoscens bonam fidem soluit mihi integrū debitum, & ego cedo sibi actiōes meas contra alium conreū, aduersus quem litigabā: ipse cessionarius uirtute statuti fecit personaliter capi illū aliū conreū, ipse dicit se iniustè fuisse captū: quia pēdētibus exceptionibus fuit facta captura, uñ quęritur quid iuris. Ioan. And. in additioni. ad Specula. in tit. de cessi. acti. ad fin. concludit, quòd aut exceptiones oppositæ per illum cōreum debendi erant patenter frustratoriæ & calumniosæ, & tunc captura ualuit. Aut erant ueræ, & iustæ, & tunc captura fuit nulla, & debet omnino relaxari, & liberari. Aut est dubiū, an illę exceptiōes sint frustratoriæ, an uerò efficaces, & hoc casu debet ille captus relaxari mediāte fideiussione de se repræsentando in pristinum locum, casu quo contingat illas exceptiones probari, argumento. l. Diuus. ff. de petit. hæred. & refert ibi Ioan. Andr. Alber. & Odofr. ita tenuisse. Bal. autē in d. l. per diuersas. in quintadecima quæstione dicit, quòd omnino ille captus uenit relaxandus absque ulla fideiussione, & quòd ille, qui fecit eum capi, debet in expensis con-
55 demnari. Mouetur: † quia illa captura e fuit facta penden-
e tibus exceptionibus, ergo pręposterè, & nimis properè l. prima. inf. de execut. rei iud. Si uerò fuisset captus non uirtute cessionis, sed uirtute mutuæ fideiussionis: nam duo rei debendi uidentur adinuicem fideiubere. l. uir uxori. §. finali. ff. ad Velleia. & ex ista mutua fideiussione oritur quædam tacita actio mandati: & isto casu quia exceptiones non pendebant aduersus istam actionem mandati, ideo captura fuisset ualida per ea, quæ notat glo. in l. creditor. in principio. ff. mand. Addite, quòd ad præmissa bene faciunt notata per eundem Bal. in l. prima, in fine commenti. supra de diuer. rescr. & intelligatis prædicta procedere, quādo statutum permittit capturā,
56 † aliàs autem ad capturam personæ non debet deueniri, nisi contra condemnatos contumaces. l. tertia. §. tutores qui, cum sua glo. ff. de suspe. tuto. habetur in l. prima. inf. qui bon. ced. poss. quia, ut dixi s̄. captura personæ non fit sine iniuria, & uerecundia, & ista tenete menti. ¶ Deinde
57 quæro, † uendo tibi hæreditatē, & cedo tibi iura, & actiones. Tu, qui es emptor, & cessionarius, agis contra quendam pro aliqua re dictæ hæreditatis, uel contra debitorem hæreditarium: reus conuentus opponit aduersus agentem de paruitate pretij, & ideo dicit cessionem simulatam, quæritur, an huiusmodi exceptio militet. Barto. in d. l. per diuersas. in fine commenti distinguit hoc modo. Aut uenditor hæreditatis tempore, quo uendit, non possidet hæreditatem, & tunc exceptio prædicta militabit: quia dicitur uenditor iurium, & actionum, & emptor potest uideri redemptor litium. Aut ipse uenditor tempore uenditionis possidebat hæreditatem, nec aliquis mouebat sibi controuersiam, & tunc exceptio prædicta non militabit, etiam si in illa hæreditate erant nomina
58 debitorum: † quia non uidetur uendidisse res singulares, nec etiam nomina debitorum. l. prima. inf. de euict.

Bald.

Bal.autem,& Sal. in d. l. per diuersas. tenent indistinctè uenditionem,& cessionem ualere:quia hęreditas potest esse lucrosa,& damnosa, & implicita,ac imbrigata multis laboribus, & sumptibus, & plerunque latet æs alie-
59 nũ, & emptor anceps periculum subit, † & ideo pretiũ, quod est conuentum inter partes, præsumitur iustũ,nec uenditor uidetur calumniari,imò potius lites execrari. & ista sententia uidetur de iure uerior.¶Sed pone.Ego uendo tibi fundum,& cedo tibi omnia iura,& actiones mihi competentes,& competentia in ipso fundo, & pro ipso fundo. Tu,qui es emptor,& cessionarius, agis contra alium,ille reus opponit de paruitate pretij,& de cessione simulata,quæritur quid iuris.Nico.Mater.dicebat quòd aut uenditor tradidit emptori, & tunc cessio erit ualida,nec præsumetur simulata:quia illa cessio intelligitur facta pro defensione rei traditæ. & sic sumus in casu.d.l. per diuersas.uersi.exceptis. Aut uenditor non tradidit fundum, habet tamen facultatem tradendi,& tunc idem est. Aut non habet facultatem tradendi,& tunc talis exceptio militabit.& hanc partem sequitur Sal.in d.
60 l.per diuersas.in octaua quæstione.¶† Dubitatur, quid si cedens actionem alteri tempore cessionis erat excõmunicatus,& adhuc hodie, an si cessionarius agat contra debitorem,contra quem cessa sunt sibi iura, poterit ipse debitor cõuentus opponere de excommunicatione cedentis. Concludite quòd non. Ita uult glossa ordinaria in c.unico.in uerbo,semestre.extra de iur. patron.
61 lib.6.¶ Itẽ quæro,† an cessio ex causa donationis facta à pr̃e in filiũ ualeat.Bal. in l.si pater.C.mãd.determinat ꝙ nõ,si filius sit in põtate patris, nisi fieret ex causa ad-
62 uentitia. Dicit tamen Ange.in l prima.ff.sol.matr.† ꝙ si pater donaret filio in potestate in causam studiorũ, talis donatio,& cessio ualeret.Mouetur: quia sicut pater potest donare filiæ in potestate pro dote. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. ita donatio facta filio in causam studiorum debet ualere.Ioan.de Imo.in d.l.prima.ff.sol.matr.determinat totum contrarium.Et pro eo uidetur esse tex.in l.quæ pater filio.à contrario sensu. ff. fam. ercisc. quia ibi textus loquitur in emancipato.Bartol.in l.de bonis.§.non solùm.ff.de Carb.edi.distinguit. Aut studia sunt talia, quibus filius carere non debet cũ honestate suæ conditionis,puta,quia sunt studia grãmaticalia:& tunc donatio ualet.Aut sunt alia studia,& tunc non ualet.Et cum hac opinione pertransit Alex.de Imo. in d.l.prima.quasi in fine commenti. Ego putarem istam ultimam opinionem procedere re integra,sed si pater iã mandasset filium ad studium, quo casu tenetur prouidere sibi de libris,& aliis necessariis,ut uult pulchra glo.in l.Macedoniani.inf.ad senatuscon.Maced.putarem donationem ualere:quia idem est, sicut in studiis grãmatica-
63 libus:& tunc ego tenerem opinionem Ang.Addite, † ꝙ si donatio facta per patrem filio in potestate esset iurata,tunc bene ualeret.Ita notabiliter dicit Bal.in l. finali. inf.de usucap.pro don. & idem uult Bal. in sua solemni repetitione.l.secundæ.ff.de iureiur.& hoc idem uolunt Ioan.de Imo.in repet.c.cum contingat. ext. de iureiur. eandem opinionem tenuit clarissimus Doctor dominus Cato Saccus in sua repetitione.l.si quis pro eo.ff.de fi-
64 deiusso. † An contra cessionarium possit opponi exceptio,seu compensatio de debito cedentis. Videte per Bal.in l.& hæredi.§.nos autem.ff.de pac.quid si cedens post cessionem alteri factam agat contra debitorem,an debitor poterit se defendere,& excipere, quòd ipse cedens non potest agere, eò quia cessit actiones suas alteri.Concludite quòd non: quia non potest opponere de iure tertij.l.loci corpus.§.competit. ff. si seruit. uendic. ita determinat Bal.in l.si pater.C.mand.de quo per Bar.
65 in l.facta.§.si hæres.ff.ad Trebel. ¶Sed pone,† sunt duo fratres habẽtes unum castrum commune, unus ipsorum expellit aliũ de castro, an ille expulsus poterit actiones suas cedere alicui ciuitati.Concludite quòd non.Ita singulariter determinat Bar.in l.2.inf.ne fiscus,uel respubli.procur.uel patroci.alter.susci.Et hoc dictum sequitur Paul.de Castr.ibi dicens, quòd uidit istam quæstio-
66 nem de facto Florentiæ.Item debetis scire,† quòd si aliquis cedat mihi actionem personalem contra aliquem, cõtra eũ uř mihi cessisse actionẽ hypotecariam . tex. est notabilis in l.si in solutum.inf.de action.& oblig.quod intelligatis uerum,si hypothecaria tempore cessionis competebat cedenti,secus si ex post facto cœpisset competere.text.singularis in l.hæredem.ff.mand.An autem cessa mihi actione contra debitorem principalem,intelligatur mihi cessa ipsa actio contra fideiussorem illius debitoris. Videte per Bar.in l. si hæres pecuniam. ff. ad
67 Trebel.& per Bal.& Imo.in l.dotalem.ff.sol.matr.† Sed an actio hypothecaria possit mihi cedi sine actione personali.glo.in l.fin.inf.de hæred.uel act. uend. determinat quòd non.Sed glo. tenet contrarium in l. usucapio.inf.de pign. Pro concordia dicite, quòd extraneo non posset cedi hypothecaria sine personali, debitori autem sic.ut plenè notatur in d. l. usucapio. An autem bannitus possit actiones sibi competentes cedere alteri,
68 uidete per Bal. & Sal. in d.l.per diuersas.† Sed an facta cessione contra unum ex conreis debendi intelligatur facta contra alium,& an alter liberetur,uidete per Bar. & cæteros in l.qui duos.ff.de leg.secundo. Vnum etiam notetis, quòd tantum operatur cessio in iuribus incorporalibus,quantum traditio in rebus corporalibus. Ista
69 est gl.not.in l.si.inf.quan.fisc.uel priu.†Itẽ mediante cessione aliquando transfertur ius excipiendi, & istud est bonum.Quandoque transfertur ius implorandi officiũ iudicis, & istud est melius. Quandoque transfertur ius intentandi actionem,& istud est optimum.Ista est glossa aurea,& ibi ita declaratur per Ange.in l.prima.inf.quã. & quib.quar.pars debe.lib.decimo.¶Vltimò in hac ma-
70 teria cessionum uolo sciatis, ꝙ † si ego cedo actionem meam alteri gratia mutandi iudicij, seu gratia constituẽdi duriorem aduersarium aduersario meo, ego patior istam pœnam:quia ego,qui cessi actionem meam alteri, teneor,& compelli possum agere per me, nec possem in illa causa cõstituere procuratorem, textus est singularis & ibi Bartol.in l.pen.ff.de alien. iud.mut.cau.fac.Item si ego uendo partem rei meæ,ut euitem iudicium diuisorium,non possem postea agere iudicio diuisorio pro fructibus,& interesse,nec etiam ille, in quem ego feci alienationem gratia mutandi iudicii,tex.fin.in l.si.ff.illo eo. titu.de alien.iud.

ADDITIONES.

a ¶In c.lex est.Adde ibi Ioan.de Turre Cre.nu.13.ubi ponit,quòd maiores natu dicuntur tripliciter.

b ¶In ueritate cessio. Si uis habere materiam plenè de cessione.Vide per dominum Ioan.de Gra.in suo tracta. de cessione fienda.

c ¶Grauari donatarius.Adde, quòd donatarius est naturaliter obligatus donatori ad antidora.Pet.de Anch.in c.propter.nu.1.ext.de donat.

d ¶Actio iniuriarum. Adde,quòd actio iniuriarum competit,si quis inferat iniuriam solis uerbis. Pet.de Anch. in c.cum te.nu.1.ex.de sent.& re iud.

e ¶Quia illa captura.Adde,quòd captura non potest fieri sine citatione.Bal.in l.filiofam.la.2.ad fi.uer.sed an sine citatione.ff.sol.mat.idem Bal.in l.ab executione.C.quorum app.non reci.idem in l.si quis curialis. in prin. sup. de episc.& cler,

Rub. De in integ. restit. mino.

¶Ad euidentiam premitto, quòd restitutio in integrum aliquando conceditur maioribus, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa uidebitur, de qua clausula habetur in l. prima. §. fi. ff. ex quib. cau. maio. Aliquando uerò conceditur minoribus læsis beneficio ætatis, & de ista restitutione loquitur iste titu. Quæ autem istarum restitutionum sit magis priuilegiata, habetis glo. ordi. in l. cum quidam, in princi. ff. de acquir. hæred.

In l. Illud inspiciendum.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus renunciationem querela, siue expressam, siue tacitam.*
2 *Tempus statutum ad intentandum querelam inofficiosi testamenti est quinquennium.*
3 *Temporis lapsus inducit tacitam renunciationem.*
4 *Minor renuncians iuri suo intelligitur lædi.*
5 *Minor faciens pacem de morte patris, uel de graui offensa, an possit petere restitutionem in integrum.*
6 *Minor restituitur aduersus lucrum non captum. Et ex eo solo, quòd ipsius interest habere rem. nu. 7.*

1 Illud inspiciendũ. ¶† Minor aduersus renunciationem querelæ siue expressam, siue tacitã restituitur. Hoc dicit.
2 ¶ Nota primò ex isto textu, quòd † tempus statutum ad intentandum querelam inofficiosi testamenti est hodie quinquennium. l. si quis filium. §. fin. inf. de inoffici. testam. currit etiam minoribus ipso iure, sed tamen restituuntur. hodie autem tale tempus nõ curreret ipso iure minoribus. l. final. inf. de temp. in integ. re
3 stit. pet. ¶Nota, † quòd lapsus temporis inducit tacitam renunciationem. bene facit. l. bonorum. ff. rem rat. hab. sed Bal. intelligit hic hoc procedere in iure quærendo, An autem in iure iam quęsito lapsus tẽporis inducat tacitam renunciationem, & inducat cõnsensum partis, uidete per Bartol. in l. finali. ff. rem rat. hab. ¶Nota ultimò,
4 † quòd eo ipso, quòd minor renunciat iuri suo, intelligitur lædi, adeo quòd potest petere restitutionem in integrum etiam aliter non probato de læsione. & ista est pulchra limitatio ad l. nã & postea. §. si minor. ff. de iureiu. ubi habetur, quòd non sequitur: est minor, ergo læsus. Et ita uolunt hic Bald. & Paul. de Castr. & est de mente gl.
5 fin. hic, in qua sunt hæc omnia. ¶Quærit hic Bal. † utrùm si minor faciat pacem de morte patris, uel de graui offensa, possit petere restitutionem in integrum. Respondet, quòd nõ, si fuit facta pax cum auctoritate tutoris, & expediebat ipsi minori habere pacem cum inimico. allegat text. notabilem in l. creditor. in §. primo. ff. manda.
6 ¶Addo uobis, † quòd minor restituitur nedum aduersus rerum suarum damnum, sed etiam aduersus lucrum nõ captum. l. prima. inf. si omis. hæred. & nedum minor restituitur pro lucro certo, sed etiam pro lucro uerisimili, text. est aureus in l. cum quidam, in principio. ff. de acqui. hæred. Sed Ang. & Paul. de Cast. temperant ibi hoc procedere, nisi restitutio peteretur cum alterius iniuria, per l. sciẽdum. ff. ex quib. caus. maio. bene faciunt ea, quæ
7 habentur in l. tertia. §. Labeo. ff. de acquir. possess. ¶† Itẽ minor restituitur aliquando ex eo solo, quòd ipsius interest habere rem, eò quia erat suorum antecessorum, tex. est singula. in l. si in emptione. ff. de minor. facit. l. & si equo. ff. de leg. 1. ¶In gloss. magna ibi, uel dic tertiò. Ista est communiter approbata. Et aliæ reprobantur, nihil aliud scribitur in ista lege.

In l. Eo tempore quo.

SVMMAE.

1 *Numerus liberorum non excludit à beneficio restitutionis in integrum.*
2 *Minor uigintiquinque annis, quantuncunque liberos habeat, non excluditur à restitutione in integrum.*
3 *Decurio ciuitatis non potest quis esse ante uicesimum quintum annum.*

1 Eo tempore quo. ¶† Numerus liberorũ non excludit à beneficio restitutionis in integrũ. Hoc dicit. ¶ Nota ex isto tex. quòd tempus agnoscendi bonorum possessionem currit ipso iure minoribus, hodie uerò non curreret. l. fi. inf. in quib. causi. in integ. restit. non est ne-
2 cess. ¶Nota, † quòd minor uigintiquinque annis quantũcunque liberos habeat, tamen non excluditur à restitu-
3 tione in integrũ. ¶Aduertite tamen, † ꝙ ante uicesimum quintum annum non potest esse decurio ciuitatis. l. ad rem publicam. ff. de muner. & honor. ¶ Addo uobis, quòd ille, qui habet filios, cæteris paribus est præponen
a dus non habenti [a] textum habetis in l. in albo. inf. de decurio. libro. 10.

ADDITIO.

a ¶Non habenti. Vide Ioan. Amad. Tan. in l. 2. in 4. col. in prin. ff. solut. matr.

In l. Si curatorem.

SVMMAE.

1 *Minor uigintiquinque annis non habens curatorem potest cõtrahere, & contractus ualet, & tenet, si tamen læditur in illo contractu, potest petere restitutionem in integrum. Limita ut nu. 2. & 3.*
4 *Adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, & prodigo habenti curatorem.*
Et potest facere testamentum sine curatore, nu. 5.
6 *Adultus, qui iurauit in contractu, excluditur à beneficio restitutionis in integrum.*
7 *Priuilegia omnia, quæ competunt minoribus, extenduntur ad furiosos.*
8 *Præscriptio triginta annorum non currit contra prodigum.*
9 *Iudex ubicunque potest supplere defectum curatoris, debet illud facere ex certa scientia.*
10 *Ignorans non uidetur dispensare.*
11 *Clausula, ex certa scientia, quid operetur.*
12 *Prodigus, & adultus quomodo obligentur.*
13 *Prodigus habens rem communem cum alio non potest prouocari ad diuisionem.*
14 *Copulatiuè quando duo requiruntur, oportet utrunque adesse.*
15 *Curator alius dari potest habenti curatorem.*
16 *Contractus iuratus à minore curatorem habente an ualeat.*
17 *Iuramentum nihil operatur in pupillo.*
18 *Contrahere qualiter quis debeat cum minore uigintiquinque annis.*

Si curatorem. ¶ Minor habens curatorem nõ potest sine eo contrahere, & si contrahat, cõtractus erit nullus, si uerò curatorem nõ habet, contractus celebratus cum eo ualebit.

lebit.sed tamen restituetur in integrum.h.d.ista notabi-
1 lis.l.¶No. primò ex isto tex. † ꝙ minor uigintiquinque annis non habens curatorem potest contrahere. & contractus cum eo celebratus ualet,& tenet,si tamen lædatur in illo contractu,potest petere restitutionem in inte
2 grum,ut hic.† Istud primum notabile debet limitari,ni-
a si minor uigintiquinque annis a non habens curatorem uendat aliquam rem immobilem sine decreto,uel aliquam ex rebus,quæ seruando seruari possunt:nam tunc cõtractus eẽt ipso iure nullus.l.lex quæ tutores.C.de ad
3 minist.tut.¶ † Secundò limitatur : quia si sententia feratur contra minorem uigintiquinque annis curatorem non habentem, illa sententia erit nulla. l. cum & minores.inf.si aduers.rem iud.Sed ponamus,quòd minor uigintiquinque annis habeat curatorem,qui non fecerit illud,quod facere tenebatur,puta, quia nõ satisdedit,nec fecit inuẽtarium,quid de isto casu. Videtur prima facie dicendum,quòd perinde est, ac si nullum haberet. arg. l.quoties.ff.qui satisd.cog.In contrarium facit, quia qđ curator satisdet,& inuentarium faciat,concernit fauorẽ minoris,ergo non debet in eius læsionem retorqueri. l. quod fauore.s. de legib.Vbertus de Bobio,qui legebat in studio Vercellensi,dicit,quòd est ualde periculosum iudicare super isto puncto,dicit tamen esse tenendũ id, quod est tutius pro minore.Et ita transit Albe.de Rosa. hic.notetis bene istam decisionem,quia frequenter con
4 tingit in practica.¶Nota subsequenter, † quòd adultus habens curatorem æquiparatur pupillo,& prodigo curatorem habenti. quod procedit secundùm Bal.in his, ad quæ extenditur officium curatoris, in alijs uerò secus.Hinc uidemus,quòd licèt pupillus non possit facere testamentum.Insti.quib. non est permissum fac. testa.
5 tũ †adultus habens curatorem potest facere testamẽtum sine curatore.tex.habetis in l.Aurelio.§.Caius. ff. de liber.leg.Item iste tex. procedit, si agatur de obligando ipsum adultum habentem curatorem, secus si ageretur de liberando eum:quia tunc parificatio,quam facit ista litera,non esset bona,ut notatur in l.prima.§. fuit quæsitum.ff. ad Trebel. Item ista parificatio , quam facit iste textus,dum dicit,quòd adultus habens curatorem ęquiparatur pupillo,& prodigo,non procederet,quando es
6 set interpositum iuramentum:† quia tunc adultus,qui iurauit in contractu , excluderetur à beneficio restitutionis in integrum. Auth.sacramenta puberũ.inf.si aduers. uendi.& tamen pupillus non excluderetur à tali beneficio.d.Auth.sacramẽta. in uer. puberum.Itẽ prodigus,licèt iuraret in contractu , tamen non excluderetur à beneficio restitutionis in integrum, per notata per Bar. in l.Marcellus.ff.de fideiuss.Et per eundem in l. is cui bonis.ff.de uerb. oblig.& habetis glossam ualde notabilẽ
7 in l.secunda.inf.de curat.fur. quæ dicit, † quòd omnia priuilegia, quæ competunt minoribus,extenduntur ad furiosos.Et Bal.elegãter in c.primo,in titulo de benefi. frat. & qual. frat. fra. succe. in libell. feudo. dicit illam glossam esse singularem, ex qua colligit, quod omnia priuilegia competentia minoribus extenduntur ad furiosos , & prodigos. Idem uolunt Bartol. & Imol. in l. Imperatores. ff. de re iudica. Facit textus in l. dabimus. in fine. cum. l. sequenti. ff. de priuileg. credi. Addite pulchrum dictum Io.And. in addit. ad Spec. in
8 rubr.de præscrip.ubi dicit,† quòd sicut contra pupillum non currit præscriptio triginta annorum durante pupillari ætate.l.sicut. inf.de præscrip. 30. uel 40.ann. etiam non currit contra prodigum. ego allego dominum Panor. idem uolentem in c. cum non liceat,extra de præscrip. quod est bene notandum. Vnum etiam notetis, quod uult hic Bart.notabiliter, & eleganter in fine com
9 menti,dum dicit,†quòd ubicunque iudex potest supplere defectum curatoris, debet hoc facere ex certa scientia.& ideo in actis curiæ debet hoc facere scribi per notarium actorum hæc uerba:talis iudex sciens talem esse minorem uigintiquinque annis, & sciens eum non habere curatorem, uolens supplere defectum suam auctoritatem interposuit, pariter & decretum.allegat.l. bonorũ. ubi idem notatur.inf.qui admit. ad bon. poss. poss. Et pro hoc facit:quia in casu isto agitur de dispensando cũ inhabili,& de eum habilitando, & ideo requiritur certa
10 scientia iudicis. † alioquin ignorans dispensare non b ui
b detur super inhabilitate.l.quidam consulebant.ff. de re iudi.& l.idem Vlpianus.ff.de excusa.tut.Et habetis glossam,quę reputatur singularis,in cle. & principalis.extra
11 de rescrip.quæ dicit,† quòd hæc clausula, ex certa sciẽtia , debet extendi per scripturam. Ego allego glossam sociam in c.statutũ.in uerbo, canonis. extra de resc. lib. 6. In practica bonum est seruare doctrinam Bar. Sed in quæstione facti ego dicebam,ꝙ quãdo tractatur de præiudicio tertii,secura,& ualde bona est doctrina Bar.Cæterùm si ageretur de præiudicio ipsius gerentis actum tantummodo,tunc non esset necessaria clausula,ex certa scientia,nec oportet eam exprimere in scriptura, sed sufficeret aliter constare,puta per testes,uel aliter.Et ita uult Bald. notabiliter, qui pleniùs tractat de ista clausula,ex certa sciẽtia , quam alii in l.finali. inf. sentẽ.rescindi non posse.& idem Bal. de ista clausula ponit quędam uerba notabilia in c. 1.§.naturales.in princip. commen.in tit.si de feud.defun.fuer. controuer.in usib. feudo.& habetis glo.sing.in c.ad hæc sumus. ext. de rescri. quæ dicit,quòd ista clausula,ex certa scientia,æquipollet clausulæ, de plenitudine potestatis. & ita etiam uult Bald. in l. eos. in princ. inf.de appel.& ista notetis,quia sunt quotidiana.¶In gloss.super uerbo,absimilis.ibi, se
12 obliget,scilicet ciuiliter. †Nam quò ad naturalem obligationem bene differunt adultus,& prodigus:quia prodigus non obligatur etiam naturaliter, l.is cui bonis.ff. de uerb. oblig. adultus autem bene obligatur naturaliter.l.1.& ibi Bar.ff.de nouat.¶In ead.glo.ibi,dissimiles. Addite aliam pulchram differentiam: quia si adultus habeat rem cõem cũ alio,ipse bene põt prouocari ad diui
13 sionem.l.si pupillorum. ff. de reb. eor. † sed si prodigus habeat rem communem cum alio, non potest prouocari ad diuisionem.tex.est in l.ex castrensi.ff.de castren.pecu.& illum text.alleg. pro sing.d.Bal.in l.iubemus.la 2. sup.de sacrosan.eccle.¶In ead.gloss. in fi. Bar.cum quo transeunt cæteri Docto.communiter,hic notabiliter di
14 stinguit,† quòd aut sumus in casu,in quo duo copulatiuè requiruntur,scilicet auctoritas tutoris,uel curatoris, & decretum iudicis.& hoc casu,si alterum istorum deficiat,actus erit nullus,arg.l.cum hi.§. si Prætor.ff.de transact.accipe exemplum in alienationibus rerum minoris, quæ seruando seruari possunt, iuxta l. lex quæ tutores. inf.de admini.tut. nam hoc casu duo copulatiuè requiruntur,scilicet auctoritas tutoris, uel curatoris & decretũ iudicis.Et nisi seruetur ista forma,actus erit nullus.Si uerò loquimur in alijs actibus, seu contractibus , tunc si est actus,qui fiat de necessitate, sicut est solutio, & tunc sufficiet auctoritas iudicis.l.ait Prætor.§.permittitur.ff. de minor. Si uerò sit actus, qui non fiat de necessitate, sed ex uoluntate, tunc Bar.facit dñam inter adultum,& pupillum.In adulto dicit Bar.ꝙ sufficiet auctoritas iudicis;in pupillo autem secus:quia in eo duo copulatiuè requiruntur.s.auctoritas tutoris,& auctoritas iudicis . Rõ
15 differẽtiæ secundũ eum:quia adultus eget curatore, † & curatorẽ habenti bene potest dari alius curator. l.uetri. §.primo.ff.de tut.& cura.dat.ab his.Et ideo iudex bene põt sumere partes curatoris,& supplere eius defectum . Sed pupillus eget tutore , & habẽti tutorem tutor dari non potest,ita bene curator.l.cũ in una.in §.1.ff. de app. unde iudex hoc casu non potest sumere partes tutoris ,
nisi

nisi fortè ipse pupillus careret tutore, uel esset absens in
remotis partibus,arg.l.si longiùs.in §.fina. ff. de iud.Sed
Bartol. de Sali. damnat istam differentiam inter adultũ,
& pupillum. Mouetur: quia curatorem habenti non po-
test dari alius curator.l.curatorem.inf.qui dari tut. poss.
Item licèt tutorem habenti non posit dari tutor, tamen
bene potest sibi dari curator.d.l.cum in una.in §.primo.
¶Sed aduertite: quia contra primum membrum Barto.
superius relatum,inquantùm loquitur de actu,in quo co
pulatiuè requiruntur duo, scilicet auctoritas tut.uel cu-
ratoris,& decretum iudicis : tunc uult Bart. quòd si alte-
rum deficiat, actus erit nullus:nam contra istam doctri-
nam uidetur esse textus ad literam in l.bonorum.inf.qui
adm. ad bono. possess. poss. Nam ibi loquitur de actu,
scilicet de agnoscenda bonorum possessione,in qua re-
quiritur auctoritas tutoris,& decretum iudicis.l.prima.
§.decretalis. ff. de success. edict. & tamen dicitur in d. l.
bonorum.quòd iudex potest supplere defectum tutoris.
Sed sustinendo Bartol. potestis respondere, quòd Bart.
loquitur, quando decretum requiritur de iure commu-
ni, puta in alienatione rerum minoris, quæ seruando
seruari non pñt;sed illa.l.bonorum loquitur de decreto,
qđ requiritur de iure speciali. & potentius est ius com-
mune,q̃ ius speciale.l.ius militis.§.militia missus,ff.de te
stam.milit.Vel aliter dictum Bart. debet intelligi in his,
quæ tendunt ad damnum; sed in dicta. l. bonorum. lo-
quitur in his, quæ tendunt ad acquirendum principali-
ter,licèt quandoq; in consequẽtiam redundet damnum.
¶Extra gloss. quæro de notabili quæstione. Minor
16 † uigintiquinque annis habens curatorem absente, &
ignorante ipso curatore contraxit, & iurauit ad sancta
Dei euangenlia attendere, & obseruare, & non con-
trauenire,utrùm ualebit iste cõtractus,ita quòd ipse ad-
ultus obligetur uirtute dicti iuramenti.Vber. de Bobio
dicit,quòd contractus ualebit:quia iuramentum repræ-
sentat ipsum iurãtem maiorem esse uigintiquinque an-
nis. Et clarum est, quòd maior uigintiquinque annis
non eget curatore.Alber. de Ros. dicit se in quæstione
facti obtinuisse contrarium.Mouetur : quia adultus ha-
17 bens curatorem æquiparatur pupillo,† & in pupillo iu-
ramẽtũ non operatur.Auth.sacramenta.in uerbo,pube
berum.inf.si aduers.uendit. Item talis contractus reperi
tur celebratus contra dispositionem huius legis, ergo
non debet ualere,nec etiam iuramentum.l. non dubiũ.
sup. de leg. Odof. autem distinguit hoc modo. Aut
contrahens cum tali minore uigintiquinque annis pu-
tabat eum non habere curatorem,puta,quia ipse minor
in contractu asseruit se non habere curatorem, & tunc
contractus ualebit.l.si alterius.inf. si min. se maior. di-
xe. & arg. l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de mi-
18 no. & ideo secundùm eum est optima cautela, † quòd
quando quis cõtrahit cum minore uigintiquinque an-
nis faciat scribi in instrumento, sicut ipse minor asseruit
se curatorẽ non habere,nec habere uelle, aut sciebat eũ
habere curatorem, & tunc contractus nõ ualebit, quan-
tuncunque sit interpositum iuramentum.Sed Bal.in c.1.
§. item sacramenta. in tertia columna. in titu. de pace
iuramen. firman. in libel. feudo. dicit, quòd in quæ-
stione prædicta Doctores communiter tenent, quòd
iuramentum ualebit, & secundùm istam opinionem
uidi iudicari.

ADDITIONES.

a ¶Minor 25.annis. Adde, quòd talis minor prohibitus
testari,non potest codicillari.Pet.de Anch.c.super con-
tinuatione rub.ext.de testa.nu.5.
b ¶Non dispensare.Adde, quia ignorans habetur pro cõ
tradicente.Pet.de Anch.in c.continebatur.nu.2.ext.de
his, quæ fiunt à præla.

In l.Si minorem.

SVMMAE.

*1 Minor,qui petit restitutionom in integrum ratione læsionis,de
bet probare se fuisse minorem tempore contractus.*
2 Minor ætas per quem sit probanda.& nu.3.
Restitutio in integrum usque ad quantum tempus posit peti.
3 Petens restitutionem habet probare duo.
4 Præscriptionem allegans debet ipsam probare.
*5 Sententia lata ex aspectu nunquam transit in rem iudicatam,
quin posit probari de contrario.*
*6 Argumentum de præterito ad præsens non ualet in his, quæ
mutantur solo tractu temporis.*
7 Posidens olim non præsumitur hodie posidere.
8 Dominus,qui fuit olim,an præsumatur hodie dominus.
Aetas qualiter sit probanda.

1 SI minorem. ¶† Minor, qui petit
restitutionem in inte
grum ratione læsionis, debet probare se
fuisse minorem tempore contractus. Et
aduersarius habet probare tempus petẽ-
dæ restitutiõis excesisse. Hoc dicit. ¶No
2 ta primò ex isto textu, † quòd minor ætas,quæ est causa
a in integrum restitutionis,est probanda per eum[a],qui pe
tit restitutionem in integrum ratiõe ętatis, casus est hic.
Aduersarius autem habet probare, quod tempus peten-
di restitutionem in integrum est lapsum.Sed contra for
titer oppponit Bartol.de Sali.& imò uidetur, quòd pe-
tens in integrum restitutionem ratione ætatis, scilicet
quòd ipse tempore contractus erat minor uigintiquin-
que annis.Item & ad huc est intra tempora petendi resti
tutionem in integrum : quia adhuc non est lapsum tem-
pus uigintinouem annorum. nam usque ad illud tem-
pus potest peti restitutio.l.fi.inf.de tempo. in integ.resti
tut.pet.Soluendo,dicit ipse Salic.quòd iste textus debet
intelligi, quando ex probatione facta per actorem, qui
probauit,quòd tempore contractus erat minor annis ui
gintiquinque, infertur, quòd nunc adhuc non est la-
psum tempus uigintinouem annorum,puta, quia proba
uit,quòd tempore contractus erat uigintiquinque anno
rum duntaxat, & quòd contractus fuit celebratus de ta
li anno, ita quòd nunc connumerando tẽpora apparet,
ꝙ tempus uigintinouẽ annorum adhuc non est lapsũ. Et
3 ita debet intelligi hæc lex.† Vnde si aduersarius uelit ex
cludere ipsũ actorẽ à beneficio restitutionis in integrũ,
habet necesse probare de contrario, scilicet,quòd tem-
pus petendi restitutionem est lapsum, & in ueritate ex
isto pulcherrimo intellectu multùm declaratur,& limi-
tatur ista lex nostra. Secus si secundùm Saly. ipse actor
probasset simpliciter,quòd tempore contractus erat mi
nor uigintiquinque annis. Sed si non probauit de certa
ætate: tunc oporteret etiam probare, quòd est intra tem
pora petendi restitutionem. Et pro ista opinione Sa-
lyce.est optimus textus in c.constitutus. extra de in in-
teg.restit.& ibi Anto.de Butr.uult expresè, quòd petẽs
restitutionem habeat necesse probare duo, scilicet ꝙ tẽ
pore cõtractus erat minor uigintiquinque ann. & ꝙ ipse
intra tempus petendi restitutionem in integrum. Sed
Ioann. de Imo. in c. 1. illo eodem tit. determinat con-
trarium dicens, ꝙ sufficit, ꝙ petens restitutionem in inte
grũ probet se minorem uigintiquinq; ann.tempore cõ-
tractus, & se fuisse læsum. Non autem habet necesse ꝓ-
bare, quòd tempus petendi restitutionem non est fini-
tum. Ego confirmo uobis istam opinionem optimo fun
damento : nam sufficit, quòd actor probet natiuitatem
actionis,uel alterius remedij. Et hoc probato fundata
reperitur intentio sua, adeo ꝙ non habet necesse proba
re

re, quòd actio sua non est aliqua præscriptione exclu-
4 sa, † imò alleganti mihi esse exclusam præscriptionem incumbit onus probandi.l. 2. inf. quib. non obijc.long. temp.præscr.& l.sicut.& l.omnes. inf.de præscr. trigin. uel quadr.anno. cum ergo istud tempus uigintinouem annorum sit quædam præscriptio ad excludendum petendam restitutionem in integrum, certè onus probandi talem præscriptionem incumbit reo, & notetis bene istud fundamentum,quod Docto.non ponunt.¶In glo. prima ibi,ex aspectu.Ex hac glo.habetis colligere,ꝙ licèt ualeat sententia lata super aspectu,tñ potest probari
5 de contrario.Ex hoc infertur notabil. † ꝙ sententia lata ex aspectu nunquam transit in rem iudicatam,quin posset probari de contrario. Simile habetis in sententia ad iudicium peritorum: quia illa nunquam transit in rē iudicatam,quin possit probari cōtrarium per peritiores. Ita notant omnes Cano.in c.proposuisti.ext.de probat. Et ita uult Ioan. Andr.in additio.ad Specul. in rubrica de homicid. aliàs in §. 1.illius titu.in uersi.sed pone.A. uulnerauit.B.¶In eadem gl.ibi,solo tractu.Notetis pul
6 chram glossam.quam semper allegamus,† quòd in his, quæ solo tractu temporis mutantur,non ualet argumentum de præterito ad præsens, & qui olim fuit talis, hodie non præsumitur talis.optimè facit.l.spadonem.§.qui absolutus. ff. de excusa. tut. de qua materia uidete per Bartol.in l.si cui.§.hisdem.ff.de accusa.& per eundem in l.si prius.ff.de oper.noui.nun.Et in l.in confirmando. ff. de confir.tuto.& per Bal.in l.2.inf.quan.prouo. non est nec.¶In eadem glo.ibi, & in possessione. Vult ista glo.
7 † quòd qui olim possedit, hodie non præsumatur posidere.Contrarium notauit glo. in l. siue posidetis,hic in glo.allegata. Pro concordia dicite secundùm Bal.hic, ꝙ si apparet de initio possesionis, & non probatur possesio interrupta:tunc possesio præsumitur continuata, saltem per decennium, si allegetur possesio de præsenti, ut not. in l.1.ꝯ.de ser.fug.& ita intelligatur glo.contraria.Secus si quis neget se de præsenti posidere:quia tūc qui olim possedit, non præsumitur hodie posidere. Ita intelligatur ista glo.¶In eadem glo. ibi.l.qui agros. Dicite, quòd ibi est speciale in odium illius, qui deserit agrum tributorium,& fauore illius,qui illum agrum deducit ad culturam. ¶In eadem gloss.ibi. secus in domi-
8 nio.¶Ista glo.uult,† quòd qui olim fuit dominus,hodie præsumatur dominus.quod uerum intelligatis,si allegat dominium de præsenti:nam non sufficeret, quòd allegaret se fuisse olim dominum,etiam si aduersarius hoc cōfiteretur.Ista est glo.singularis approbata per Battol. in l.certum,in principio.in uerbo,confessus sit.ff.de cōfess. de cuius glo.intellectu tractat eleganter Bal. in l. edita, in repetitione Paduana.supra de eden.& idem Bal. in l. unica.inf.de confes.& Canon.in c.2.extra de libel.obla. ¶Vltimò,quia ista lex tractat de ætate,si uultis scire modum,& practicam probandi ætatem,uidete per Barto.in sua pulchra repetitione. l.de ætate. ff. de minori, & per Bal.& Ang.in l.cum te. inf. de probat. per eundem Bal. in l.testium.& l.solam.inf.de test.& per eundem in rub. ꝯ. de probat.& per Io.And.in Mercurial.in reg. infamibus.extra de reg.iuris.lib. sex.

ADDITIO.

a ¶Est probanda per eum. Et hoc siue in agendo, siue in excipiendo, qñ quis ex ea nititur, Pet.de Anch.in c.accessit.nu.1.ext.de desp.impub.Et consideratur ętas multis modis.ut per Io.de Tur.Cre.in c.tanta.nu.1.86.dist.

In l.Minoribus in integ restit.

SVMMAE.

1 Restitutio in integrum inchoata contra defunctum transit cōtra eius hæredem.

Minoribus in integrū restitutio.† Minor uigintiquinq; annis po-
1 test petere restitutionem in integrum ratione læsionis,etiam si læsio sit causata sine dolo aduersarij,& instantia in integrum restitutionis inchoata contra defunctum transit contra eius hæredē. Hoc dicit cum l.sequenti. Notetis summarium.¶In glossa nihil est.

In l.De tutela auunculi.

SVMMAE.

1 Minori, qui asseruit se maiorem, ut induceret aduersarium ad transigendum, an concedatur in integrum restitutio ratione læsionis.

2 Testis,si deponat talem hominem esse talis ætatis, & interrogatus de causa scientiæ respondeat se scire, eò quia est coniunctus illi,talis depositio erit ualida.

3 Testis dictum debet concludere de necessitate, & non solùm præsumptiuè.

4 Coniunctus præsumitur scire conditionem, & qualitatem sui coniuncti. Idem in concanonico.

Eligentes præsumuntur scire conditionem electi.

5 Episcopus promouens aliquem præsumitur scire qualitatem ipsius promoti.

6 Turpitudinem suam non licet allegare. Fallit ut nu. 7.

8 Iniuria an sit dicere alicui,falsum dicis.

Falsum potest dici omne,quod non est uerum.

9 Periurus non est,qui per uerbum,credit, diuersis temporibus cum iuramento respondet diuersa.

10 Obligatio tollitur per acceptilationem.

11 Quietantia facta à minore an ualeat.

a DE tutela a auunculi.¶† Mi-
1 nori, ꝗ asseruit se maiorem, ut induceret aduersarium ad transigendum,conceditur restitutio in integrum ratione lęsionis,si eius aduersarius sciuit,uel scire præsumatur eum fuisse minorem.h.d.ista lex.¶Nota ex isto tex.ibi, san-
2 guinis proximitas. secundùm Bar.† ꝙ si testis deponat talem hominem esse talis ætatis,& interrogatus de causa scientiæ respondeat se scire,eo quia est coniunctus illi,super cuius ætate deponit,talis depositio erit ualida. bene facit,quod notat idem Bar.in l.1.ff. si cer. pet. Sed Bal.hic,& in c. 1. §. si tres,in titulo de pace tene. & eius uiol.in usib.feud.Et idem Bal.in l.2.inf.de collu.deteg. & idem Bal.in l.conuenticulam.sup.de episc.& cler. dā
3 nat istud dictum Bar.† quia dictum testis debet de necessitate concludere, non autem solùm præsumptiuè. c. in præsentia,extra de proba.& l.neque natales.inf.de probat.Sed non sequitur,sum tibi cōiunctus, ergo scio ætatem tuam.Tamen Doctores communiter dicunt tenendam esse distinctionē,quā ponit ipse Bal. in d. l. conuē-
4 ticulam.Item alleg. istum tex. † ꝙ coniunctus præsumitur scire conditionem,& qualitatem sui coniuncti. Concordat.l.octaui.ff.unde cog.¶Item cōcanonicus præsumitur scire conditionem sui canonici. Et eligentes præsumuntur scire conditionem electi.c.dudum. il primo,
5 extra de electio.† Et Episcopus promouens aliquem præsumitur scire conditionem ipsius promoti.c. innotuit, extra de electio. Item circumcolentes præsumūtur scire fines agrorum uicinorum. tex.est notabilis in l. 1. in uerbo,circumcolentium.ff.de flumin.Item locator uasis præsumitur scire uitium, & bonitatē uasorū quæ locauit.tex.est in l.sed adest.in §.1.ff.locati.¶ In glossa.1. ibi,allegatur ei, qui participauit. Ex ista glossa colligitis

6 tis,† q; licèt regulariter non liceat allegare suam turpitudinem. l.transactiõe.& l.cum profitearis.ff. de reuoc. donat.tamen secundùm istam glossam,fallit, quando allegaretur turpitudo ei, qui fuit particeps illius turpitudinis. Sed Doc.damnãt istam gl. dicentes, q; et hoc casu non est licitum allegare propriam turpitudinẽ. vnde ex mente Bar. in l.iusiurandum.§.finali.cum l.sequenti. quę incipit, aliàs. ff. de iureiur. & eiusdem Bart. in l. minor uigintiquinque annis ex aspectu. ff.de mino. potestis di-
7 cere,†q; non est licitum allegare turpitudinem suam per uiam principalis petitionis,sed per uiam replicationis, bene potest allegari turpitudo per eum, qui tractat de damno uitando, & potest hoc casu allegari turpitudo etiam contra illum,qui participauit in illa turpitudine. & iste est casus legis nostræ.Declaro uobis in practica. Nam in casu l. nostræ iste minor petet restitutionem in integrum aduersus quietationem factam a auunculo, & si auunculus excipiat de illa quietatione,minor poterit replicare de ætate falso modo probata.Et alleget quantuncunque suam turpitudinem,tamẽ audietur per uiam replicationis: quia tractat de damno uitando. ¶In ead.
8 gl.ibi,& nunc aliter credit. Ex hac glo.colligitis,†quòd ista uerba,falso modo, possunt intelligi re ipsa, & non ex dolo,seu proposito. & hoc est notandũ pro testibus, & alijs, qui aliquando dicunt alicui, tu falsum dicis: nam non sequitur,quòd ex dolo ita asseruerint, quia potest esse falsum re ipsa,& non ex dolo,seu proposito.Nã omne,quod non est uerum,põt dici falsum. ut in Auth. de fide instru.& caute. in princ. ¶ Item colligitis ex hac
9 notabili glo.†quòd ille, qui per uerbum,credit,diuersis temporibus cum iuramento respondit diuersa, non est periurus.Bal.hic dicit se putare, quòd iste erit periurus, quia per primam responsionem est acquisitum ius aduersario, unde nisi iste alleget aliquam causam superuenientem,per quã dicat se aliter respondisse,quàm prius responderit,erit periurus.allegat notata per glo. in l.2. §.quod obseruari.inf.de iuram. calum. Et eandem opinionem tenuerunt hic Salic.& Pau.de Cast. per text.ad hoc notab.in l.qui bona.§.si quis stipulaturus.ff.de damno infec.allegant etiam notata per Spec. in tit. de positio.§.fi.uers. quid si ponens. Idem tenuit Gaspar. Cald. in rub.ext.de confes.in 4.consi.& Domini.de Sanc.Gemi.qui dicit ita se consuluisse in c.fi.ext.de confes.lib.6. Sed Cin.de Pisto.in d.§.quod obseruari.& Bal.in l.unica.in ult.col.inf.de confes. & Arch.& Ioan.And.in c.fi. ext.de iureiur.lib.6.dicunt expressè, quòd ille, qui diuersis temporibus per uerbum,credo, respondit diuersa,non erit periurus: quia hodie potest credere unum, & cras contrarium,& hodie potest habere in aliquo negotio bonam conscientiam,& cras malam.d.§.si quis stipulaturus.allegant etiã.c.ex insinuatione.ext.de simon. & c.ubi periculum.§.alioquin.ext.de elect.lib.6.& c.fraternitatis.ext.de frig.& malefi.Vos pro concordia potestis dicere,quòd,quantùm ad euitandum periurium sufficit, quòd iste iuret aliquam causam sibi superuenisse, propter quam nunc respondit aliter, quàm prius respõ-
b disset:quia in his,quæ dependent à credulitate nostra [b], statur iuramento nostro,ut uult glossa in l.si cui.§.hisdẽ ff.de accusa.& in §.aliæ.in glo.magna.Instit.de actio.bene facit tex.in c. si uerò. extra de sent. excomm. & in c. pastoralis. extra de excep.Quantùm uerò ad auferendũ ius acquisitum aduersario ex prima responsione,nõ sufficeret istum,qui respondit, cõtraria iurare modo,quo. s..sed oporteret eum allegare,& probare errorem.l. error.sup.de iu.& fac.igno.& dicit ad propositum notabiliter Bal.in c.1.§.nõdum.in tit.de not.feud.q; testis, qui heri dixit se credere unum,cras potest dicere se credere contrarium,& qui heri dixit,non credo,potest hodie dicere,credo, nec reputabitur falsus testis. & dicit, quòd ista quæstio fuit de facto in ciuitate Hastensi. ¶ In eadẽ. glo.ibi,statum esset in finibus pacti. Declaretis glo. hoc modo:nam si ista liberatio, de qua hic,fuit facta per ac-
10 ceptilationem, per quã † omnis penitus tollitur obligatio.§.item acceptilationem. Insti.quib.mod.tol.obliga. tunc quia prima actio funditus est sublata,ideo petenda est restit.in integ.& si auunculus excipiat de illa liberatione,replicabit de dolo:sed si liberatio fuisset facta per pactum simplex: q a durat actio prima, iõ iste minor aget actione prima, & si auunculus excipiat de liberatione facta per pactũ,poterit contra eũ replicari de dolo, & pro hoc in effectu uoluit ista gl.¶In ea.gl.in fi.uult ista glo.
11 † q; si iste minor fuisset pupillus, & in ea ætate fecisset quietantiã tutori,nihil ualeret, nisi secundũ gl. interuenisset iudicis auctoritas.Hoc ultimũ displicet Bald.quia auctoritas iudicis nõ potest facere ualere actũ inter pupillum,& tutorem: quia rei prohibitæ à iure non potest iudex interponere decretum.

ADDITIONES.

a ¶De tutela. De intellectu huius legis. Vide dominum Alex.optimè consulentem in cons.71.incip.uidetur prima facie.in 1.uol.latè per Ias.& Mod. in l. qui Romæ.§. duo fratres.ff.de uerb. oblig.

b ¶A credulitate nostra.Adde,quòd credulitas sola non sufficit ad probationem delicti, quò ad condemnationem.Petr.de Ancha.in c.inquisitionis.§.tertio. nu.8.extra de accusat.

In l.Minoribus in his.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur in omissis,& ignoratis.Idem in minoribus ecclesijs,& in alijs pijs locis.*

1 Minoribus in his. ¶†In omissis, & ignoratis subuenitur minoribus. h. d. ¶ Notetis hanc legem in practica pro minoribus, pro ecclesijs, & aliis piis locis, quãdo in aliquo testamento instituuntur sub aliqua conditiõe implenda infra certum tempus à testatore præfixũ, & in defectum testator substituit alium: nam si minor, uel ecclesia,uel alia pia loca omittant implere illam cõditionẽ infra tempus à testatore statutum,& substitutus uelit uenire ex substitutione,poterit minor,uel ecclesia petere se restitui,ut possit implere illam conditionem, non obstante lapsu temporis à testatore præfixi. quod est bene notandum.De hoc per Bald.in l.si pupillorum, inf.de repud.hæred. opt.facit.l.3.§.si hæres.ff.de mino.

In l. Non uidetur.

SVMMAE.

1 *Lex,quæ ponit regulam, dicitur seipsam summare.*
2 *Minor an sufficiat,quòd in libello dicat se minorem, & fuisse læsum.*
3 *Circunscriptum,uerbum quid importet.*
4 *Tutor quomodo debeat celebrare contractum tutorio nomine.*
5 *Libellus procedit,si ago contra monasterium ex contractu mutui, dicendo me mutuasse monasterio centum, licèt non dicam, quòd illud mutuum fuerit uersum in utilitatem monasterij.*
6 *Libellus obscurus non debet peti declarari.*
7 *Petens restitutionem in integrum aduersus factum Principis quid debeat apponere in libello.*
8 *Restitutio non datur aduersus ea, quæ fiunt ex forma statuti, etiam si minor dicat se læsum.*

1 NOn videtur. Seipsam summat. Et dicit Bald. † q omnis lex, quæ ponit regulam, dicitur se ipsam summare. Et p istam legē dicit hic notanter Bart. in practica, † q nō sufficit[a],
2 q petens restitutionem in integrum in libello dicat se minorem, & læsum, sed debet ultra procedere dicendo se fuisse læsum sui facilitate, uel dolo aduersarij. hanc eādem sentiā tenuit Bal. in l. uerùm. §. sciendum. & per illū tex. ff. de minor. Et ibidem dicit, q si minor in processu probasset se fuisse læsum, talis probatio non sufficeret: quia probatio debet concludere de necessitate. c. in præsentia. extra de probat. & l. non hoc. ꝟ. unde cognati. Sed
3 idem Bal. hic temperat dictum Bart. procedere, † nisi in libello minor dixisset se fuisse circunscriptum: nam hoc casu procederet libellus: quia istud uerbum, circunscriptum, est uocabulum ciuile, & legale, quod pōt comprehendere sub se læsionem respectu facilitatis, & etiam respectu doli aduersarii. Subdit tamen ipse Bal. q reus posset petere talem libellum tanq̄ obscurum declarari, per ea, quæ habentur in l. fi. ꝟ. de annali excep. Bart. de Sali. est in eadem sententia subiungit tñ, q si agens in libello dixerit se minorem, & læsum, non exprimendo q sui facilitate, uel dolo aduersarii, si tamen reus nō opposuerit contra talem libellum, procedet iudicium, & ualebit processus: quia ex euentu probationum apparebit, an fuerit læsus sui facilitate, uel dolo aduersarij, per ea, quæ habentur in l. 2. ꝟ. de iud. Dñs Antonius de But. in c. constitutus. extra de in integ. restit. sequitur opinionē Bart. superius relatam. Spec. in tit. de in integ. restit. §. sequit. uersi. nunquid, determinat libellum procedere: in quo agens dixit se minorē, & læsum. refert tamen Vber. de Bobio tenuisse contrarium. Ioan. de Imola in c. 1. extra de in integ. resti. in secunda colū. dicit, quod communis opinio est contra Barto. Et mouetur, quia sufficit libellū præsumptiuè concludere. l. omnes. in. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. & sicut dicimus, † q qn̄ tutor
4 in aliquo contractu, quē celebrat, appellat se tutorē, q ex hoc uidetur illū cōtractū celebrare tutorio nomine, ut uult Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. ita quando minor in libello dicit se fuisse læsum, satis uř dicere, q sui facilitate fuit læsus. optimè facit quod uoluit Inno. in c. fi. extra de libel. obla. & Bart. in l. 1. in princ. ff.
5 de eden. ubi dicunt † q si ago contra monasterium ex contractu mutui dicendo me mutuasse monasterio centum, procedet libellus, licèt non dicam, q illud mutuū fuit versum in utilitatem monasterii. Idem uoluit Ioan. de Imo. in c. super hoc, extra de renunciat. Ita in proposito dēt sufficere, q minor dicat se fuisse læsum in tali actu. In hac materia potestis sic cōcludere, q re integra seruari deberet opinio Barto. si tamen q̄s simpliciter allegasset se fuisse læsum, crederem libellum procedere. Et ita procedat opinio Imolæ, qui refert cōmunem opinionem ita procedere. Bene fateor, q reus posset opponere non esse procedendū sup tali libello obscuro, & si ita opponat, iudex non debet dicere libellum esse declarandum, postq̄ reus hoc non petiit, sed debet libellū reiicere. Ita uult notabiliter Spec. in practica in tit. de libel.
6 oblat. §. fi. ver. caueas. † Estote ergo cauti in practica, ut non petatis libellum obscurū declarari, sed dicatis sup eo nō esse pcedēdum, q̄a obscurus est, & ineptus. Et ita docet Speculator in loco proximè allegato. ¶ Itē confiteor, q non sufficeret probare minorē fuisse læsum. sed oporteret pbare eū fuisse læsū sui facilitate, uel dolo aduersarii: quia pbatio dēt esse concludens, ut dixi. s. ¶ Ad
7 do tñ uobis, † q quotiescunque quis petit restitutionē in integrum aduersus factum Principis, non sufficeret in libello narrare se minorē, & læsum: sed oporteret narrare causam læsionis. tex. est notabilis. & ibi Bart. in l. minor autem magistratus. ff. de mino. placet etiam mihi sententia Doct. volentium, q non sufficeret probare læsionem simpliciter, sed oporteret pbare, q illa læsio processit, uel dolo aduersarij, uel facilitate ipsius minoris: & est necesse, q sit de re nō modica: q̄a pro modico non daretur restitutio. l. scio. ff. de in integ. resti ¶ Nunc quæro de exemplo ad. l. nostram. Dicite, q potest exempli-
8 ficari hoc modo. † Statuto cauetur, q causæ inter coniunctos, & affines compromittantur: tale statutum comprehendit etiam minores, sicut & consuetudo. l. fine hærede. §. Lucius. ff. de admin. tut. minor qui erat coniunctus aduersario suo, virtute dicti statuti compromisit, ex facto compromisso petit se restitui in integrum, allegando se fuisse læsum ex tali compromisso: certè non debet audiri, quia compromittendo (attenta forma statuti) nō videtur circumscriptus, imò vsus iure communi, seu municipali, & consequenter non est restituendus. Ita volunt Bal. Salice. & Pau. de Cast. hic, quod est bene notandum. Cessante autem dicto statuto, minor eo ipso, q cōpromittit, dicitur lædi. l. si minor filio. §. j. & ibi per Bar. ff. de mino. Addite vos Angel. idem tenentem in l. si plures. ff. de pact. & hanc sententiam teneatis; licèt Bart. in quodam suo consilio incipiente, nunquid tutor. videatur velle contrarium. Gl. istius legis ponit quædam verba obscura, quæ declarabo vobis viua voce, nec oportet in scriptis redigere: quia sunt modicæ vtilitatis.

ADDITIO.

a ¶Quod non sufficit. An sufficiat, q minor. 25. annis in libello dicat se fuisse læsum. vide per eundem Iacobinum in l. res æstimata. §. si mulier. ff. de iure dot.

Rub. De filiofamilias minore. In l. filiusfamilias.

SVMMAE.

1 *Filiusfamilias minor fideiubens pro extraneo restituitur in integrum. Idem & si pro patre. nu. 6.*
2 *Minor eo ipso, quòd fideiubet pro alio, videtur lædi.*
3 *Minor potest petere restitutionem in integrum aduersus fideiussorem.*
4 *Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine consensu patris.*
5 *Obligatio confunditur, quando fideiussor succedit principali debitori.*
7 *Filius succedens patri non restituitur pro rata quota, pro qua successit.*
8 *Minor non potest conueniri vt hæres patris, nisi pro ea portione, pro qua successit.*

1 FIliusfamilias. † Filiusfamilias minor fideiubēs pro extraneo restituitur in integrum. Et idem est, si pro patre fideiussit, nisi ipsi patri successerit. Et filiusfamilias minor aduersus cōtractum mutui pōt petere se restitui, nisi iussus patris interuenerit in mutuo, vel sit tutus Macedoniano. Hoc
2 dicit. cum. l. seq. ¶Nota primò ex isto tex. † q minor eo
3 ipso, q fideiubet pro alio, vř lædi. ¶No. secundò, q † licèt fideiussor habeat regressum contra debitorem principalē, tñ pōt petere restitutionē in integrū aduersus fideiussionē suā: quia eius interest potius nō soluere, q̄ solutū
4 repetere. ¶Not. subsequēter, † q ēt durante patria ptāte filiusfamilias pōt esse in iudicio restitutionis in integrū. Et sic habetis, q licèt regulariter filiusfamilias nō posset esse in iudicio sine consensu patris. l. cum non solùm. §. necessitate. ꝟ. de bo. quæ libe. tamen quia filiusfamilias
a ex omni contractu obligatur, præterq̄ in voto[a]. & Macedoniano. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. ideo pōt pe-

tere restitu.in integrum.¶Nota subsequenter, quòd filiofamilias maiori currit tempus petendi restitutionẽ in integrum non obstante impedimento iuris, scilicet patriæ potestatis, aliàs autem tale impedimentum iuris impedit præscriptionem currere.l.1.in fin. inf.de annal. excep.& l.1.inf.de bon.mat. De quo articulo an scilicet impedimentum iuris impediat cursum præscriptionis, uidete per Bart. in l.1. §. si quis propter inundationem. ff.de itin.actuque priua.& per eundem Bar.in l.senatus. ff.de offi.præs.& per Bal.post Cyn.in l.quoties.supra de preci. Impera.offeren.& per Can.in c.ex transmissa. ext. de præscr.¶Nota subsequenter,ꝙ quando fideiussor succedit debitori principali, confunditur obligatio. Et est ratio:quia fideiussoria obligatio, & principalis non possunt stare in eodem subiecto. Aduertite tñ:quia non confunditur obligatio, nisi pro ea parte,pro qua quis est hæres.l.ab eo.supra de neg. gest. uidistis in l.si debitori,supra de pac.¶Nota hic bene probari,quòd quando filiusfamilias minor fideiubet pro patre, eo ipso dicitur lædi, intantùm quòd potest petere restitutionem in integrum aduersus creditorem, apud quem fideiussit pro patre:non ergo petit restit. in integrũ aduersus patrem. l.lis nulla.ff.de iud.sed petit restit.in integrum aduersus creditorẽ apud quem fideiussit. ¶In gloss.in uerbo,non prohibetur,ibi,in uno,& principaliter cõtraxit minor iure maioris. Declaretis gl.hoc mõ,quòd in contrario hic in glos. signato filiusfamilias se non obligauit, & ideo non restituitur, sed ibi filiusfamilias ut procurator contraxit nomine domini principalis. Et ideo non restituitur; qa nõ posset restitui, sed quia talis restitutio prodesset domino maiori, cuius nomine cõtraxerat.Et de hoc habetis bonam glo.in l.3.§.sed utrùm,in uerbo, poterit restitui. ff. de mino. In casu autem.l.nostræ,bene potest restitui filiusfamilias minor absque eo,quòd talis restitutio prosit ei, pro quo fideiusserat,bene facit quod habetur in l.antepenul.ff.de mino.& de compensa.l. ideo. & l.si stipulatus.ff.de mino.¶ In glo.in uerbo, non successit,ibi,quia non læsus.Declaretis glo.hoc modo. Nã attento,ꝙ filius successit patri,& fideiusserat pro eo,potest conueniri,ut hæres patris,& cogi ad soluendum hęreditario nomine patris,ergo non læditur in sua obligatione,& per consequens non potest petere restitutio. in integ.nisi fortè adiuisset hæreditatem paternam, quę nõ esset soluendo,cum beneficio inuentarij: nam hoc casu interest ipsius, adeo quòd posset petere restitutionem in integrum.Ita notabiliter declarat Bar. in l. generaliter.ff. de fideiuss.¶ In eadem gloss.in fin.Quia glo. ista confusè loquitur, ideo, ut eam claram habeatis, oportet uos distinguere, & declarare eam hoc modo. Nam intentio Placen.glossat.fuit,quòd concederetur restitutio filio,si fortè ꝑ modica re successisset patri,puta,qa illud,quod accepit pro hæreditate paterna,accedit ad lõgè minus, quàm sit illud, quod soluere tenebatur pro patre. Sed glo. reprobat istam opinionem Placentini, per istum tex.indistinctè loquentem.Et Doct.sequuntur glo. contra Placen. Aduertite tamen: quia uerum est,
7 † quòd filius succedens patri non restituitur pro rata quotæ,pro qua successit,sed pro alijs partibus bene posset petere restitut. in integrum. Nam non confunditur obligatio,nisi pro ea parte, pro qua succedit. l. si uxor. inf.de bon.auctor. iudi.pos.& l.ab eo.s̃.de neg.gest.Itẽ non posset cõueniri ut hæres patris,nisi pro ea portione, pro qua successit. l.1.§.si cert.pet.& l. pro hæreditariis. inf.de actio.hæredi.

ADDITIO.

a ¶Præterquam in uoto. An filiusfam.possit uouere,uide per Pet.de Anch.in c.scripturæ. nu.8. ext.de uoto.

In l. Si frater.

SVMMAE.

1 Filiusfamilias,quando accepit mutuam pecuniam cum uolũtate patris,non potest petere restitutionem in integrum.
2 Restitutionem in integrum non potest petere tutus exceptione Macedoniani.
3 Confiscatio non habet locum,nisi lata sententia.
4 Pater quando possit petere restitutionem pro filio eo inuito.

SI frater. ¶ Summaui hanc legem in l.proximè præcedenti.¶No-
1 ta, † quòd quando filiusfamilias accepit mutuam pecuniam cũ uoluntate patris,non potest petere restitutionẽ in integ.& hoc inductum est fauore creditorum, qui noluerunt mutuare pecuniam filio, nisi præcedente iussu, & uoluntate patris. Et hoc est speciale in mutuo;in aliis autem contractibus,licèt filius contrahat de iussu patris, tamen si sit minor, & læsus, potest petere restitutionem in integrum. Ita notatur in l.3.§.sed utrùm. ff.de mino.
2 ¶Nota subsequenter,† quòd tutus exceptione Macedo-
a niani a non potest petere restitutionem in integrum. Et sic habetis,quòd ille,cui competit exceptio, non potest petere in integrum restitu. quia satis est sibi,quòd possit excipere.Glossa tamen in l.in causæ.la.2. ff. de mino. & glo.in l.fina.inf.tit.1. determinant contrarium,uolentes dicere,quòd licèt alicui competat exceptio, tamen poterit petere restitutio.in integrum. Sed Doctor. hic, maximè Raynerius de Forli. & Bald. in dicta.l. in causæ. & Paul. de Cast. hic tenent contra gl. proximè allegatas: quia tutus iure communi nondum posset petere restitutionem in integrum,& ita teneatis. Intelligendo tamen sanè,quando per exceptionem potest ęquè bene esse cõsultum patri, sicut per remedium restitutionis in integ. ¶In glo.fi.in fin. Quia ista glossa obscurè loquitur,& est malè declarata per Doc.declaretis eam hoc modo.Aliquando enim pater ex contractu filij cõuenitur actione de peculio,uel de in rem uerso,iuxta ea, quæ habentur Institu.quod cum eo qui in ali. potest. & hoc casu pater filio non potest petere restitutio.in integrum.l. 3. §. sed utrùm.ff.de minor. Aliquandò uerò filius conuenitur in casu,in quo pater non tenetur, antequam condemnatio
3 sit facta contra filium, † puta, quia filius conuenitur ex delicto,quo casu non potest pater conueniri de peculio, nisi prius lata sententia contra filium. l. quoties. in
4 fi.cum.l.sequenti. ff. de nox.† & hoc casu pater pro filio etiam inuito potest petere restitutionem in integrum: & talis restitutio postea proderit patri,quando lata sententia contra filium ipse pater conuenitur de peculio.l.patri.secundùm primam lecturam,& communem.ff. de mino. Aliquando uerò pater conuenitur, ut defensor, seu ut legitimus administrator filii, & in solidum,sicut ipse filius in solidum tenetur,& hoc casu dicit glossa,ꝙ pater filio inuito non potest petere restitutionem. Et uerum dicit,imò quod plus est,etiam uolẽte filio nõ posset petere restitutionẽ in integrum:quia talis restitutio postea prodesset patri,quãdo conueniretur postea de peculio, contra tex. in d.l.3.§.sed utrùm.ff.de mino.

ADDITIO.

a ¶Tutus exceptione Macedoniani. Filiusfa.qui est tutus exceptione Macedoniani contra creditorem repetẽtem mutuum, an teneatur sibi soluere in foro conscientiæ. uide per Pet.de Anch.in c.quia plerique. nu. 11.ext.de immu.eccle.

Rub. De fideiussorib. minorũ.

¶In gloss.Rub.nihil est.

In

In l. Poſtquàm in integrum.

SVMMAE.

1 Reſtitutio minoris an proſit fideiuſſori,& nu.8.
Tenet quòd non,ut nu.4.Fallit in quinque caſibus,ut nu.7.
2 Fideiuſſor uenditoris tenetur de euictione nedum extraneo euincēte rē ab emptore,ſed ēt quādo ipſe uēditor illā euicit.
3 Beneficium legis communis competens principali competit ēt eius fideiuſſori.
5 Reſtitutio an tranſeat ad ſucceſſores hæredes.
6 Fideiuſſor obligatur ſua propria obligatione.
9 Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem principalem, nedum quando ſoluit,ſed etiam quando eſt condemnatus. & nu.10.
11 Reſtitutio in integrum conceſſa contra unam perſonam non extenditur ad aliam.
12 Reſciſſa obligatione principali per uiam reſt.in integrum non intelligitur reſciſſa fideiuſſoria obligatio.
13 Decretum iudicis,in quo interuenit dolus partis, non eſt nullum ipſo iure.
14 Fideiuſſor datus à minore re immobili uendita, an obligetur.
15 Reſtitutio in integrum an tollat obligationem ipſo iure.
16 Fideiuſſor clerici an utatur beneficio fori eccleſiaſtici.

POſtquàm in integrum.
2 ¶†Reſtitutio conceſſa minori nō prodeſt
eius fideiuſſori, ſi tamen fideiuſſor aliqd
ſoluat pro minore, poterit ab eo repete-
re,niſi ipſe minor petat reſtitutionem aduerſus fideiuſſo
rem.Et ubi dolus aduerſarii interuenit; tunc reſtitutio
conceſſa minori prodeſſet eius fideiuſſori.h.d. totus iſte
2 titulus.¶Nota primò ex iſto tex. † ꝙ fideiuſſor uendito-
ris tenetur de euictione, nedum extraneo euincēte rem
ab emptore,ſed etiam quando ipſe uenditor illam euin
cit,ut hic.¶Addidit Pet. & Cin.notab.idem eſſe, quan-
do uenditor minor beneficio reſtitutionis in integrum
conſequeretur ſupplementum pretii:quia tunc cenſere
tur res euicta, & maiore pretio poſtea uendita, & ideo
fideiuſſor teneretur,argum.l.ſi ſeruus.in §.1.ff. de euict.
& ita uolunt hic Docto.communiter. ſecus eſſet ſecun-
dùm eos,ſi minor ageret contra emptorem beneficio le
gis ſecundæ.j.de reſcin.uend. quia tunc non cōmitteret
3 ſtipulatio. euict. de cōtra fideiuſſo. Et ſic eſt ratio,†q̄a
beneficium d.l.2.eſt de iure communi, & beneficium iu
ris communis competens principali bene cōpetit etiam
eius fideiuſſori.l.exceptiones,inf.de excep.& ita uolunt
hic Docto.licèt Bart.hoc relinquat indeciſum. ¶Nota
4 ſecundò,†quòd reſtitutio conceſſa minori non extendi
tur ad eius fideiuſſorem. Concordat l.in cauſæ,la 1. &
ibi ponitur ratio.ff.de minor. & hoc reſpectu iſta reſtitu
tio in integrum eſt perſonalis, alio autem reſpectu eſt
realis,quia tranſit ad hæredem minoris.Ratio eſt ſecun-
5 dùm Bal.& Pau.de Caſt.hic: † quia hæres cenſetur eadē
perſona cum defuncto. Authen. de iureiu.à mor. præ-
a ſti.in principio. Nō eſt ergo mirum, ſi reſtitutio in inte-
grum competens minori porrigatur ad eius hæredem.l.
6 non ſolùm.ff.de mino.†Fideiuſſor autem obligatur obli
gatione ſua propria,ut in l.ſequenti,in uerbo,ex perſo-
na.Poteſtis addere aliam rationem: quia fideiuſſor obli
gatur ex expreſſa prouiſione creditoris,qui non fuit cō-
tētus de principali,ſed uoluit habere fideiuſſorem, hæ-
res autem obligatur obligatione hæreditaria ex diſpoſi
tione legali.l.1.inf.ſi cert.pet.Iſta regula,quæ uult,quòd
reſtitutio conceſſa minori,non extendatur ad eius fide-
7 iuſſorem,† fallit in aliquibus caſibus. Primus caſus eſt,
quando dolus aduerſarii interuenit,text.habetis in l. 2.
in fine,in hoc titulo.Et eſt ratio, quia æquiùs eſt aduer-
ſarium,qui dolum commiſit,pati damnum, quàm quòd
fideiuſſor,qui bona fide fideiuſſit, ſoluat de ſuo ꝓprio:
nec poterit ſolutum repetere à minore: quia minor ad-
uerſus fideiuſſorem poterit petere reſtitutionem in in-
tegrum,ut in iſta l.1.Secundus eſt caſus, quando credi-
tor poteſt habere regreſſum contra alium:quia tunc be
neficium reſtitutionis in integrum conceſſum minori ꝓ
derit etiam fideiuſſori.l.minor uigintiquinque annis.ff.
de procurator. Tertius eſt caſus, quando reſtitutio nul
lum eſſet allatura commodum ipſi minori, niſi etiam
prodeſſet eius fideiuſſori,puta,quia eſſemus in caſu, in
quo minor non poſſet petere reſtitutionem aduerſus fi
deiuſſorē:nā hoc caſu reſtitutio cōceſſa minori tranſiret
ad eius fideiuſſorē,per not.ꝑ Bart.in l.cum filius,in §.1.
ff.de uerbo.oblig.faciunt optimè nota.per Cin. & Bald.
in l.quoties. ſupra de preci.Impera.offeren.& per Saly.
in l.fina.infra de uſur.rei iud.Quartus eſt caſus, quando
fideiuſſore conuento, qui eſſet habiturus regreſſum
contra minorem debitorem principalem,ipſe minor cō
pareret ut defenſor neceſſarius pro ipſo fideiuſſore, &
peteret reſtitutionem in integrum: nam tunc talis reſti-
tutio prodeſſet.Ita dicit Barto.& poſt eum Ioa. de Imo.
in l.Stichum.§.quod uulgò.ff.de ſolutio.Sed Pa. de Ca.
hic,& Rapha.Cuman.in d.§.quod uulgò,damnant iſtam
opin.dicentes, quòd hoc caſu minor non eſt defen-
ſor neceſſarius: quia licèt fideiuſſor exactus poſſet
agere contra minorem,tamen ipſe minor poterit petere
ſe reſtitui aduerſus ipſum fideiuſſorem, ergo ipſius mi-
noris non intereſt capere defenſionem pro ipſo fideiuſ-
ſore,nec ipſe minor hoc caſu eſt dicendus defenſor ne-
ceſſarius,& dicunt præfati Docto. quòd Barto. hoc non
conſiderauit. Eſt bene uerū, quòd, quando eſſet defen
ſor neceſſarius,poſſet comparere pro fideiuſſore,& aſ-
ſumere defenſionem pro eo, & tunc exceptiones com-
petentes principali prodeſſent etiam fideiuſſori,tex.eſt
notabilis in l. idemq;.§. generaliter. ff. mand. Quintus
eſt caſus, quando fideiuſſor ſucceſſit minori debitori
principali: nam tunc ex perſona defuncti poſſet pete-
re reſtitutionem in integrum. Iſte eſt text. ſecundùm
unam lecturam in d.§.quod uulgò,& Dy.ibi dicit,quòd
in hoc eſt caſus ſpecialis,& ſingularis.Sed Pau. de Caſt.
in d.§. quod uulgò, dicit, quòd ibi fideiuſſor eo ipſo,
quòd ſuccedit debitori principali, extinguitur ſua obli-
gatio fideiuſſoria,tanquam ſucceſſerit debitori efficaci
ter obligato:ſucceſſio ergo eſt illa, quæ prodeſt fideiuſ
ſori,non autem reſtitutio.Et ſi dicas, quomodo poſſum
dicere,quòd fideiuſſor hoc caſu ſuccedat debitori effi-
caciter obligato,cum ipſe minor poſſet petere reſtitu-
tionē in integrum? Ad hoc reſpondet Pau. quòd iſta re
ſtitutio uenit iure ſpeciali, & ideò non eſt in conſidera-
tione,nec debet attendi,per no.per Bar.in l.inter ſtipu-
lantem.in §.ſacram.ff.de uerb.obl.& in l. ſi idem cum eo
dem.in §.fi.ff.de iuriſd.omn.iud.Ex hoc infert ipſe Pau
8 lus,†quòd ſi minor petita reſtitutione deceſſiſſet, & re-
liquiſſet fideiuſſorem hæredem,talis reſtitutio non pro
deſſet fideiuſſori,quod uidetur probari in d.§.quod vul
gò,dum tex.ibi dicit,quòd minor infra tempora reſtitu
tionis deceſſit,& ſic à contrario uidetur uelle, quòd ſi
petita reſtitutione deceſſiſſet, talis reſtitutio non pro-
deſſet fideiuſſori,& hæc notetis pro intellectu dicti dif
9 ficilis.§.quod uulgò.¶Nota tertiò ex iſto tex.†ꝙ fideiuſ
ſor poteſt agere contra debitorem principalem, nedum
quando ſoluit,ſed etiam quando eſt condemnatus. Et
ſi uultis uidere multos caſus,in quibus fideiuſſor poteſt
agere contra debitorem principalem, etiam antequàm
ſoluat, videte gl.magiſtram in l.Lucius.ff.man.habetur
10 in l.ſi pro ea.inf.mand.¶Vnum etiam notabitis, † quòd
qñ ex forma ſtatuti inſtrumentum guarentigiatum habet
executionem paratam,tunc,ſi tale inſtrumētum petatur
executioni mandari contra fideiuſſorem,poterit fideiuſ
ſor ſtatim agere contra debitorem principalem. Ita no.
Iacob.ſup.j.Cdo.

ta.dicit Bal.in l.certũ.§.fam.hercis.& Ang. in l.si fideiussor
11 sor à uenditore.ff. de fideiusso.¶ Nota.quartò, † ꝙ resti tutio in integrum concessa contra unam personam, non extenditur ad aliam:nam uos uidetis hic,quòd si minor petierit restitutionem contra emptorem, talis restitutio non intelligitur facta contra fideiussorem minoris.¶No
12 ta ulteriùs, † quòd rescissa obligatione principali per uiam restitutionis in integrum, non intelligitur rescissa fideiussoria obligatio.Sed hoc uidet̃ contra ea, quæ habentur in l.si hæres pecuniam.ff. ad Trebell. sol.Dicunt quidam,quòd restitutio in integrum non tollit obligationem, sed subducit personam de medio,sicut diximus in l.si debitori deportato.ff.de fideiuss.Sed Pau.de Cast. impugnat istam solutionem: quia obligatio deportati transit in fiscum, ut uult glo.in d. l.si debitori deportato.Sed in proposito nostro non transiret in aliquem,sed uolaret per aera:quod est imposibile. Vnde soluite cõtrarium hoc modo,quòd minor etiam post restitutionẽ remanet in substantia obligatus, & ideo fideiussio potest durare,& ei accedere.Est bene uerum, quòd restitutio parit ipsi minori exceptionem personalem, & priuilegiatam,quæ non transit ad fideiussorẽ.& pro hoc Sali. allegat duas glo.unam in l. 3.§.sed utrùm,aliã in l. quod si sine.§.quod ait. ff. de minor. ¶ Vltimò notetis ex l. 2.
13 † quòd decretum iudicis, b in quo interuenit dolus par-
b tis,non est nullum ipso iure: nam si esset nullum,frustra peteretur restitutio,quod notetis,pro his.quæ habentur in l.si Prætor.§.Marcellus.ff.de iud.& per Barto. in l.iustè possidet. ff.de acquirenda possessio.potestis etiam dicere,quòd hic postulatur restitutio, eò quia deuentum fuit ad traditionem rei ut statim uidebitis. ¶ In glo. super uerbo non cogeris.ibi, quò ad æstimationem.Petr, & Cinus transeunt cum ista solutione.vos potestis dicere secundùm Barto. quòd ista res uendita erat uerè minoris,sed fuit euicta per hypothecariam:quod est possibile.tex. habetis in l.si rem meam.ff. de solut. ¶ In eadẽ
14 glo. in fine.Vult ista glo.† quòd quando minor uendit rem immobilem sine decreto iudicis,licèt uenditio non teneat,tamen fideiussor datus per minorem bene obligatur.Doctores damnant istam glo. quia tunc minor nõ obligatur;ergo nec eius fideiussor.l. si ad resoluendum. §.de præd.minor.Non obstat l.& si his.hic in glo.allegata:quia loquitur in uenditione factã per tutorem, uel curatorem; quo casu bene ualet uenditio in præiudicium ipsius tutoris, uel curatoris, & consequenter fideiussor datus per ipsum tutorem,uel curatorem bene obligatur & etiam pignora.Nos autem hic loquimur, quando minor sine iudicis decreto alienauit rem immobilem; quo casu ipse non obligatur, nec etiam eius fideiussor. & ita uult glo.in d.l. & si his. ¶ In glo. super uerbo dolo. ibi, fuit facta traditio.Hanc solutionem sequitur Barto. sed Bald.& Rapha. Fulgo.reprehendunt eam: quia attenta ista solutione sequeret̃, ꝙ minor ex contractu inualido transferret dominiũ,cõtra ea,quę habentur in l. 1. ff. de reb.eorũ. Præterea præsupposito quòd trãsferret dominium tradendo; tamen ex inutili contractu non obligaretur ipse minor, ergo nec fideiussor per ea, quæ dixi.§. in l.1.¶ In gl.super uerbo,non cogeris.§.eod.dicatis ergo ex mẽte Pau.de Cast.& Rapha.Fulgo.quòd huic fideiussori succurritur de iure cõmuni ꝑ exceptionem, non autem per remedium restitutionis in integrum. ¶ In eadem glo.ibi,uel posset dici. Petrus de Bellaper. & Bald. damnant istam solutionem: quia quando interuenisset dolus tertij,& nõ dolus emptoris, prius esset agendum, contra illum tertium dolosum, & in subsidium esset petẽda restitutio in integrum aduersus ipsum emptorem, l.fina.ff.de eo,per quem fact.er.Sed Rapha.Fulgo.respõdet,quòd illa.l.fin.loquitur,quando succurrebatur contra illum tertium alia actione, q̃ actione de dolo,sed in proposito nostro,actio de dolo excluditur propter remedium restitutionis in integrum.Vos dicite, quòd ista solutio glo.non est bona: quia si interuenisset dolus tertij,non autem dolus emptoris:certè restitutio in integrũ cõcessa minori prodesset fideiussori in perniciem, & detrimentum emptoris,qui bona fide contraxit, & nõ fuit confisus de minore,sed uoluit habere fideiussorem,per rationem l.in causæ,la.1.ff.de minor.Dicatis ergo quòd hic loquitur de restitutione minoris facta, ex eo, quia tradiderat rem,vt uult prima solutio hic in gl.relata approbata per Barto.Vel dicite,quòd succurretur fideiussori de iure communi per exceptionem, intelligendo quòd hic interuenit dolus emptoris. ¶ In glo. magna, in fin.Ista gl.uult tria. quæ nõ sunt falsa. Primò .n. uult, quòd fideiussor habens exceptionem ex restitutione cõcessa minori;nihilominus possit petere restitutionem in integrum.Quod est falsum;quia hoc casu est sibi plenè consultum per exceptionem, quæ sibi competit.Secundò uult ista glo. quòd fideiussor hic iuuetur per restitutionem in integrum per eum petendam, quod est falsum:quia ipse non est ille,qui petit restitutionem,sed minor,& concessa restitutione minori,ex ea subuenitur fideiussori in casu huius l. 2. in fine. Tertiò sentit ista glo, quòd si fideiussor restituatur in integrum, liberatur ipso iure ab omni obligatione. quod est etiam falsum:
15 † quia restitutio in integrum non tollit ipso iure obligationem, sed bene parit exceptionem. Est bene uerum, quòd si interueniret acceptilatio,bene tolleretur omnis obligatio ipso iure. §. item per acceptilationem. Insti. quib. mod. toll. obligatio ¶ Vltimò,quia istæ leges tractant,utrùm beneficium restitutionis competens minori porrigatur ad eius fideiussorem,quæro de pulchra quæ
16 stione. † Clericus dedit unũ laicum in fideiussorẽ,creditor agit cõtra ipsum fideiussorẽ in foro sæculari: utrũ ille fideiussor poterit uti priuilegio fori, quo clericus gaudet,qui non põt conueniri,nisi coram iudice ecclesiastico.Specula. in tit.de compe.iud.adi.§.regulariter. uer si.sed pone clericus.determinat ꝙ non. Et hanc opinionem secutus est Bal.in l.1.§.de priuil.dot.quod notetis.

ADDITIONES.

a Si restitutio. Adde,quòd ad hoc,vt restitutio concedatur,duo requiruntur Pet.de ancha.in.c.1.nume. 2. extra de in integ.resti.

b ¶ Decretũ iudicis. Adde, quòd decretum non tenet nõ præcedente citatione Ita determinat Benedi. de Plumb. in l.cum uer.§.subuentum. nu. 1. uersi. quintò no. & ibi in addi.domini Nicolai Boherii.

Rub. Si tutor, uel curator interuenerit.

In l.Si iam puberis.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur,etiam quando gessit actum cum auctoritate sui tutoris.& nu.2.& 5.*
3 *Fatuus in facto proprio melius uidet,quàm sapiens.*
4 *Pater præsumitur diligenter agere pro filio.*
6 *Remedium restitutionis est ualde utile ipsi minori.*
7 *Minor an gerat actum per administratorem voluntarium,an per necessarium,quomodo differat.*
8 *Etiam,dictio de sui natura implicat.*

SI iam puberis. ¶ Pro summario huius
1 tituli debetis scire,†quòd minor restituit̃,
a ẽt qñ gessit actũ cũ auctoritate sui tuto-
2 ris,uel curatoris.† Et etiam quãdo tutor, uel curator gessit actum ꝑtinẽtem ad ipsum minorẽ nomine ipsius minoris.Et uidebatur dicendum, ꝙ hoc casu non

non deberet restitui: quia minor demum restituitur, qñ est lęsus dolo aduersarij, vel sui facilitate, vt declaraui uobis in l.fi.§.de in integ.restit.minor.& hoc casu quando minor cõtraxit cũ auctoritate tutoris,vel curatoris, videbatur dicendum,ꝙ non posset dicere se lęsum sui facilitate propter pręsentiam tutoris,vel curatoris,& tamẽ hic determinatur contrarium: quia si appareat minorem esse lęsum,ipse restituetur in integrum,licèt gesserit actũ cum auctoritate tutoris,vel curatoris. Et est ratio: quia pręsumitur,ꝙ ille actus non fuerit gestus cum ea diligẽtia,cum qua ipse minor, si fuisset maior, celebrasset illũ
3 actum: † quia homo, quantumcunque sapiens tamen in alieno facto minus uidet, quàm fatuus in facto suo proprio,& ideo statuit lex,ꝙ quantũcunq; minor gerat actũ cum auctoritate tutoris,vel curatoris,si tamen lædatur, posit petere restitutionem in integrum,quod procedit,
4 etiam si pater esset tutor, uel curator filij: † nam licèt præsumatur, ꝙ pater diligentiùs gerat actum pro filio, quàm extraneus;tñ si filius in illo actu lædatur, poterit petere restitutionem in integrum, tex. habetis in l. ẽt,la 1.in princip.ff. de minor. & tñ solemus dicere, ꝙ nullus amor est,qui vincat paternum,l.fi.§.de curat. furio.Item procedit,quod dixi,etiam si tutor,uel curator ex necessitate gerat actum pro minore absq; sui culpa:nam si minor in tali actu lędatur,poterit petere restitutionem,l. tutor vrgentibus. ff. de minor. Accipite simile. Si minor contrahat cum decreto iudicis,licèt interpositio decreti faciat præsumi omnem deceptionem abesse,vt uult eleganter Bart.in l.1.§.de præd.curi.lib.10.& Bal. in l.pacta nouissima,in principio commenti.§. de pact. tamẽ si appareat minorem fuisse lęsum in illo actu, restituetur. Ita dicit d.Panor.notab.in c.penu.extra de empt.& uẽd. Ex his dictis habetis colligere, ꝙ licèt edictũ Prętoris, quod concedit restitutionem minoribus, loquatur de actu gesto cum minore,tamen habet ẽt locum, quando tutor,vel curator gerat actum nomine minoris,ut hic,secus si ipse tutor,vel curator gerat actum nomine suo,nõ autem nomine minoris,ut probatur in l.4. huius ti.Secũ
5 dò dicunt huius titu.leges,† ꝙ minor gerens actum cum auctoritate tutoris,uel curatoris,si lædatur, licèt posit petere restitutionem in integrum, tñ ẽt habet actionem ordinariam contra tutorem,uel curatorem,& contra tutorem aget actione tutelæ, & contra curatorem aget vtili actione negotiorum gestorum,l.tutori,& l. curatoris. §.de negot.gest.& hoc est intelligendum, quando tutor uel curator fuit in culpa, aliàs non teneretur, l. 1. ff. de
6 reb.eor.Et ex hoc concipitis,† ꝙ remedium restitutionis ęst ualde utile ipsi minori:quia si essemus in casu,in quo tutor,vel curator non fuisset in culpa: tunc licèt minor non posset agere contra tutorem, vel curatorem ad reparationem damni sui,tamen propter læsionem poterit petere se restitui in integrum. Et ista potest esse ratio,licèt Doctores non tangant, quare ista duo remedia concurrunt.Potest ẽt esse alia ratio,quæ ponitur hic in glo.l.fi. huius titu.videlicet,quia ista duo remedia cõpetunt cõtra diuersos.Item est ualde vtile minori habere ista duo remedia:quia si lapsum esset tempus petendi restitutionẽ in integrũ,quod est quadrienniũ,l.fi.§. de tẽpo. in integ.restitu.peten.certè minor poterit agere cõtra tutorẽ, uel curatorẽ actione ordinaria,de qua.§.quę actio durabit 30. ann.l.omnes,& l.sicut.§.de præscrip.trig.uel quadrag.ann.& ꝙ ista duo remedia concurrant adinuicem, probatur in l.etiam,& in l.fin. huius titu. Tertiò dicunt istæ leges,ꝙ durante tẽpore petendæ restitutionis in integrum est in electione minoris, quod ex prædictis remedijs uelit intẽtare,ut hr̃ in l.pen.huius tit.Quartò dicũt istę leges,ꝙ licèt minor elegerit unũ ex dictis remedijs,tñ nõ sibi præiudicat in alio.Quod intelligatis procedere,si succubuit:alioquin si obtinuisset, nõ posset postea aliud intentare,ne bis idem cõsequatur per ea,quæ habẽtur in l.1.§.de fur.¶In gl.in uerbo, sñ formã, in fi. Doc.communiter sequuntur gl.sed in ueritate dabo uobis iura, pp quæ ista cõis opin. redderetur dubitabilis. Nam quædam leges sunt,q̃ dicunt esse spãle in suo,& necessario, ut si cum auctoritate tutoris acceptet hæreditatem paternam,donec est impubes, pp læsionẽ poterit ipso iure abstinere,nec erit opus restitutione.Hoc uidetur probare ista litera,in uerbo,puberes,sumendo arg.à contrario, & hoc etiam uidetur probari in l. impuberibus, iuncta.l.more,& in l.necessariis.ff.de acq.hæ. uidetur ẽt probari in l.defendente ff.de auct.tut.In iudicando non esset tutum recedere à cõi snĩa.¶In gl.l.3.in uerbo, suũ,
7 ibi l.cũ mandato.Soluite istud contrarium,†ꝙ magna est differentia,an minor gerat actum per administratorẽ voluntarium, ut est procurator, an uerò p administratorẽ necessarium,ut est tutor,uel curator.Primo casu, quia ipse minor habet actionem ordinariam contra administratorem voluntarium, iõ non restituitur,nisi in subsidium. s.administratore uoluntario non existente soluendo, & hic est casus in l.cũ mãdato.Scd̃o uerò casu licèt habeat actionem ordinariam contra tutorem, uel curatorem,tñ põt petere restitutionem ĩ integrum, ita uolunt leges huius tit.Rõ diuersitatis inter casus p̃dictos est, quia administrator uoluntarius non est dignus tanto fauore, sicut administrator necessarius.l. si fideiussor. §. si necessaria. ff.qui satisd.cog.Ego limito uobis primum dictum cõe fallere in uno casu:nã qñ creditor rem debitoris sibi pignoratam uendit,censet ipse creditor in illo actu pcurator uoluntarius debitoris,tex.est not.in l.si pignori.in fi. ff.fam.erc.& tñ si dolo vendat pignus debitoris minoris, licèt minor posset agere ordinaria actione contra creditorem.s.actione pignoratitia pp dolũ.l.2.§.si aduer.uen. pig.& l.1. §.si uẽ.pig.aga.tñ põt petere restitutionẽ ĩ itegrũ ĩ rem aduersus illã uenditionẽ, tex.est not.in l.2.§. de pręd.min.allegantur etiam leges huius tit.s.illę duę,
8 quæ incipiunt etiam,†ꝙ de natura istius dictionis,etiam, est implicare,& solet implicare minus dubitabile, si exprimatur magis dubitabile,secus est in dictione, non solùm,& in dictione,non:quia tñ implicant magis dubitabile,& exprimunt minus dubitabile.l.1.ff. si quis iusdic. non obtemp.¶In gl.magna.l.fi.ibi.firmior, q̃ prius. Ex hac gl.colligit Bal. not. ꝙ sententia lata super pensionẽ instantiæ est interlocutoria,non autem definitiua: qa nõ est lata super principali negotio,nec super actione intẽtata,sed est lata solùm super instantia,& ideo in quęstione facti dicebam,cum magnificum cõcilium residens cũ Principe pronunciasset in quadam causa instantiam esse peremptam, quòd idemmet concilium poterat eam reuocare,quia erat interlocutoria,non autem definitiua per ea,quæ habentur in l.quod iussit.ff.de re iud.

ADDITIO.

a ¶Restituitur.Adde d.Pe.de Anc.in c.constitutis, nu.1. ext.de in int.restitu.

Rub. Si in communi eademq; causa in integrum restitutio postuletur.

In l. Nec si maior.

SVMMAE.

1 *Transactio celebrata per unum ex consortibus litis an prosit alteri.*

2 *Restitutio unius consortis non prodest alteri.*

3 *Actus non potest ratificari,nisi quis habeat notitiam,& scientiam actus.*

4 *Notario attestãti,ꝙ talis ex certa sc̃ia ita fecit, an credatur*

5 *Actum non meo nomine gestum an possim ratificare.*
6 *Domini duo simul, & semel remiserunt seruitutem, quam habebant in fundo alieno, unus ex eis ratione minoris ætatis restituitur postea in integrum ad illam seruitutem, an talis restitutio proderit maiori consocio.*
7 *Obligatio ad seruitutem est diuidua, uel indiuidua, prout est res, ad quam competit.*
8 *Restitutio reparat illud totum, quod abstulit læsio.*
9 *Obligatio ad patientiam quæ dicatur.*

1 NEc si maior. ¶† Trāsactio celebrata per unum ex consortibus litis nō præiudicat alteri, nisi ratificet ipsam transactionem. † Et restitu-
2 tutio in integrum uni concessa priuilegio personæ non prodest alteri etiā consorti eiusdem litis. Hoc dicit. ¶Nota primò ex isto tex. quòd illa regula uulgata, quæ dicit, quòd res inter alios acta aliis non præiudicat, habet locum in consortibus eiusdem litis. ¶Nota secundò ex isto tex. ibi, cognitis. hic
3 bene probari, † ꝙ actus non bñ potest ratificari, nisi quis habeat scientiam, & notitiam illius actus gesti, & ideo notarii solent in instrumentis ratificationum apponere ista uerba: talis ex certa scientia prius certificatus de tenore talis contractus illum approbauit, & ratifica-
4 uit. † An autem credatur notario attestanti, quòd talis
a ex certa scientia [a] ita facit. Bal. notabiliter in l. mater. supra de rei uendic. determinat quòd sic. quod not. ¶Nota subsequenter ex isto tex. intelligendo, quòd hic soror
5 trāsegerit suo nomine proprio, hic bene probari, † quòd actum non meo nomine gestum ego possum ratificare. quod est uerum quantùm ad præiudicium meum. tex. habetis in l. si fundum. in §. 1. ff. de pignor. quantùm autem ad actionem acquirendam non possum ratificare actum non meo nomine gestum, & ita intelligitur. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gestis. & secundùm hoc uidetur, ꝙ iste frater quantuncunque ratificauerit transactionem factam per sororem proprio nomine ipsius sororis, non posit agere ad id, quod deuenit in trāsactionē pro portione sua; quia, ut iam dixi, qñ ratifico actum non meo nomine gestum, non prodest mihi quantùm ad actionē quærendam. Sed potestis dicere, quòd imò in casu. l. nostræ talis ratificatio proderit fratri, quantùm ad actionem quærendam: quia transactum erat super re communi. Ad hoc allego uobis pulchram glo. in l. 2. inf. si uē di. pigno. aga. & ita notatur in l. ab uno, sup. de neg. gest. Vel dicite secūdùm Bar. quòd in l. nostra transactio fuit celebrata communi nomine. ¶In glo. fi. ibi, l. si commu-
6 nem. Ex hac glo. colligatis, † quòd si duo domini simul, & semel remiserint seruitutem, quam habebant in fundo alienò, & unus ex eis rōne minoris ætatis restituatur postea in integrum ad illam seruitutem, talis restitutio proderit maiori consocio: quia seruitus pro parte cōstitui non potest. l. pro parte. ff. de seruit. titu. gen. sed Pet. de Bellaper. Iac. Butri. Bar. & communiter Doct. tenent contrarium. Mouētur: quia licèt seruitus sit indiuidua, tamen obligatio personalis est bene diuidua. l. per fundū. ff. de serui. rustico. præd. Quod intelligatis procedere de
7 obligatione ad patientiā: † nam obligatio ad seruitutem est diuidua, uel indiuidua, prout est res, ad quam competit, ut declarat Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in 2. quæstione principali. ff. de uer. oblig. notatur in l. eadem. in §. Cato. ff. de uerb. oblig. Rapha. & Pau. de Castr. sequuntur gloss. nostram: quia attenta communi opinione sequeretur secundùm eos, quòd minor plenè non restitueretur ad seruitutem, sed solùm restitueretur ad actionem personalem ad patientiam, & hoc non debe-
8 mus dicere: quia nos habemus, † quòd restitutio debet reparare illud totum, quòd abstulit læsio. l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de mino. & si uera esset opinio communis, sup. relata, sequeretur, quòd minor non restitueretur ad substantiam seruitutis, sed solùm restitueretur ad actionem personalem ad patientiā, quæ non est tātæ efficaciæ, sicut est uera seruitus. Quod patet: quia nō trāsmittitur ad hæredem. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. dicunt ergo Pau. de Cast. & Raph. Fulgo. ꝙ in proposito nostro minor restituetur plenè ad seruitutem, & illa restitutio proderit etiam maiori, qui est consocius ipsius minoris. Vos potestis defendere communē sententiam, & dicere, ꝙ minor bene restituetur plenè ad substantiam seruitutis, ut seruitus in toto fundo recipiatur, sed tamen alter socius maior, qui semel consensit remissioni seruitutis, non utetur amplius illa seruitute: quia non potest uenire cōtra remissionem semel per
9 eum factam. d. l. per fundum. † Et ista est obligatio ad patientiam, de qua Docto. locuti sunt: sicut enim à principio si sint duo, qui remittant seruitutem, & unus restituatur; tamen alius non potest contrauenire remissioni; ita etiam in casu nostro, quādo minor restituitur aduersus remissionem seruitutis, illa restitutio non faciet, ꝙ socius maior possit contrauenire illi remissioni. Nō obstat. d. l. si communem. quia Doctores respondent, ꝙ ibi loquitur in seruitute nunquam omissa, quæ per priuilegium personæ retinetur, quo casu priuilegium illius personæ bene prodest consocio. Raph. Fulg. impugnat istam solutionem dicens, ꝙ etiam, quando conceditur restitutio, censetur seruitus nunquam fuisse amissa: quia non dicitur re caruisse, qui in integrum restitutus est. l. nemo uidetur. ff. de in integ. restit. Soluit ergo ipse, ꝙ in dicta. l. si communem. nūquam interuenit uoluntas amittendi seruitutem: quia agebatur ibi de amittendo seruitutem per præscriptionem, quæ quidem præscriptio nūquam excludit uirtute consensus, ut notatur in l. fi. ff. rē rat. habe. Addo uobis glos. notabilem hoc dicentem in l. 1. §. fi. in glo. magna. ff. de dolo. dum illa glo. dicit, sed in præscriptione non adest uoluntas, & illam gl. refert, & ualde commendat Bal. in c. 1. §. si quis per 30. in tit. si de feudo defun. fue. contro. in usib. feudo.

ADDITIO.

a ¶Ex certa scientia. Quid operetur talis clausula in contractibus. Vide per Pet. de Sus. in l. naturaliter. in fin. de non num. pecu. Alex. post Bar. in l. dari. in fi. ff. de uerbo. oblig. & in l. sed & si quis. in fi. ff. si quis caut. Alex. in l. fi. §. 1. de condi. indeb. Bald. in l. mater. C. de rei uend. ad de Pau. de Cast. suo consi. 332.

Rub. Si aduersus rem iudicatā restitutio postuletur.

¶Gloss. Rubr. bene continuat.

In l. Minus ex.

SVMMAE.

1 *Minor qualiter restituatur aduersus sententiam.*
2 *Sententia lata in parte petitorum an ualeat. & nu. 3.*
4 *Summa maior inest minori.*
5 *Sententia potest pro parte rescindi, & pro parte non.*
6 *Statuto cauetur, quòd non ualeat sententia, nisi soluatur gabella ad rationem sex denariorum pro libra: quidam fuit cōdemnatus in centum libris, & fuit soluta gabella solùm pro quinquaginta, an erit ualida talis sententia. Simile nu. 7. 8.*
8 *Iudicium capitur multis modis, & habet multas significationes.*
9 *Minor potest petere restitutionem in integrum, si reperiat se læsum.*
10 *Sententia iudicanda est iuxta necessariam consequentiam.*

Minus

1 MInus ex. ¶† Minor restituitur aduer-
sus sententiam ratione læsio
nis, si sit tempore minoris ætatis, aliàs se-
cus. Hoc dicit. ¶Nota primò ex isto text.
2 iuncta glo. prima, † quòd ualet sententia
condemnatoria pro parte petitorum, dummodo pro re
liqua parte reus fuit absolutus: alioquin si condemnas-
set reum in parte petitorũ, & de residuo nihil dixisset,
sententia esset nulla: quia cum sit res indiuidua, non po-
test pro parte ualere, & pro parte non. l. hoc iudicio. ff.
famil. ercisc. Fallit tamen hæc regula in multis casibus.
Primus casus est, si in iudicium fuissent deducta plura,
& separata capitula: nam tunc ualeret sententia lata pro
parte petitorum, licèt de aliis partibus nihil esse dictũ.
l. quædam mulier. ff. famil. ercis. & l. Carmelia Pia. ff. de
iur. patr. Secundus est casus, quando actum esset contra
diuersos: nam ualeret sententia lata contra aliquos ex
eis, licèt de aliis nihil dictum fuisset, ut notatur in l. nõ
idcirco. ff. de iud. Tertius est casus, quando instantia pro
parte esset nulla, uel perempta: nam tunc ualeret senten
tia lata super parte petitorum, licèt de illa parte, super
qua instantia erat nulla, uel perempta, nihil dictum fuis-
set. tex. est notabilis in l. si constante. in §. si. ff. sol. ma. & li
cèt Bar. de Sal. hic dicat, quòd ibi loquitur, quando con
stabat iudici partem dotis esse publicatam, tamen nõ re-
cedatis à communi sententia. Hinc dicit notabiliter Bar.
in dicto. §. si. quòd si ego ago contra te ad fundum rei
uẽdicatione, & in fine compertum sit, quòd tu posideas
dictum fundum solummodo pro parte, ualebit sentẽtia
condemnatoria super illa parte, licèt de alia parte nihil
sit dictum: quia quantùm ad illam partem, quam tu non
posidebas, non erat instantia aliqua, ut habetur in l. uni
ca. inf. de alie. iudi. mutan. cau. fact. & notetis perpetuò
istud dictum Bar. Quartus est casus, quando pro parte
summæ petitæ reus opposuisset aliquam exceptionem
peremptoriam: nam ualeret sententia lata super reliqua
parte: quia super illa parte, cuius respectu fuit opposita
peremptoria, censeretur iudex absoluisse. Istud est nota
bile dictum Bar. in l. si plures. in fin. princ. ff. de fideiuss.
& hoc dictum sequitur hic Pau. de Cast. quod not. Quin
tus est casus, quando iudex cognouisset solummodo de
parte summæ petitæ, de alia uerò parte non cognouit:
nam tunc ualeret sententia lata super illa parte, de qua
cognouit, licèt de alia parte nihil dixisset absoluẽdo, ne
que condẽnãdo. Ita dicit Bar. in l. terminato. inf. de fruc.
3 & lit. expen. Extra † casus prædictos nõ ualeret sentẽtia
lata super parte petitorum, quando de alia parte nihil
dictum fuisset. Et licèt Saly. hic ad oppositum alleget
tex. in l. i. inf. si plures una sent. fuer. condemn. tamẽ ego
respondeo ad illũ tex. ꝙ ibi iudex bene pronunciauit su
per tota summa, licèt illa summa intelligatur diuisa per
partes, & in casu illo inter libellum, & sententiam erat
diuersitas in qualitate, quæ diuersitas nõ tantum nocet,
quantum quando diuersitas est in substãtia. l. 1. §. si quis
simpliciter. ff. de uerb. obli. & per istam glo. primam Bal.
in l. 2. inf. de re iudi. elegãter limitat. l. uiam proferre. §.
4 si plures. ff. de arbi. ubi dicitur, † quòd si inter te, & me
sit contentio de 15. ducatis, & compromittamus in tres
arbitros, & unus ferat sententiam condemnatoriam in
16. alius in 10. & alius in 5. ualebit sententia lata in 5.
quia in illam summam omnes arbitri uidentur concor-
dasse. Dicit Bal. in d. l. 2. quòd hoc debet limitari, quan-
do ille, qui tulit sententiam in decem, absoluit in aliis
5. & ille, qui cõdemnauit in 5. absoluit ab aliis. 10. alio-
quin nisi ita factum esset, sententia esset nulla per istam
glo. notabilem. Sed dominus Ludo. de Roma. in l. 1. §. si
stipulanti. ff. de uerb. obli. mordet istam limitationẽ Bal.
dicens, quòd ex quo ille, qui cõdemnauit in 5. absoluit
ab alijs. 10. reperiuntur istæ sententiæ contrariæ, ergo
non ualent. l. item si unus. §. principaliter. ff. de arbi. Et
sententia lata super quinque non potest pro parte uale-
re, & ꝓ parte non. l. in hoc iudicio. ff. fam. erc. Sed uos su
stinete Bal. & dicatis, quòd illa sententia condemnato-
ria, quæ fuit lata super quinque, continet diuersa capitu
la. & ideo bene potest pro parte ualere, & pro parte nõ.
l. quædam mulier. ff. fam. ercis. ¶ Nota ulterius ex isto
5 tex. in uerbo, ex superfluo. secundùm Bar. † quòd senten
tia potest ex postfacto rescindi pro parte, & pro parte
non. Idem si per uiam appellationis peteretur rescindi
pro parte, puta, ego sum condemnatus in decem, & ap-
pello quantùm ad quinque solùm: nam appellatio re-
scindit sentẽtiam solùm pro quinque. l. 1. in fi. ff. ad Tur
pil. à principio autem non potest sentẽtia pro parte ua-
lere, & pro parte nõ, cum sit indiuidua. l. à principio. ff.
6 fam. ercis. Ex hoc loco infert hic Bal. † ꝙ si statuto cauet,
quòd nõ ualeat sententia, nisi soluatur gabella ad ratio-
nem sex denariorum pro libra, nunc quidam fuit con-
demnatus in centum libris, & soluta fuit gabella solùm
pro quinquaginta, certè sententia quantùm ad illa quin
quaginta non erit ualida, imò in totum per rationem
prædictam erit nulla: quia non potest ualere ꝓ parte, &
pro parte non. Addite Pa. de Cast. secus esse in instrumẽ
7 to, † puta statuto cauetur, quòd non ualeat contractus
nisi sit insinuatus. modò fuit celebratus quidam contra-
ctus de centum, & fuit factum instrumentum, quod fuit
insinuatum pro quinquaginta, nõ aũt pro aliis quinqua
ginta, dicit Pau. de Cast. quòd ualebit quantùm ad quin-
quaginta: quia instrumentum bene potest ualere pro par
te, & pro parte non, ut declaraui uobis in l. si ex falsis, su
pra de transac. ¶Nota, quòd restitutio concessa minori
aduersus sententiam restituit eum in facultate, ut iterũ
posit agere, de quo dicam uobis in l. 1. C. si aduer. liber.
8 ¶Vltimò nota, † quòd istud nomen, iudicium, pro sentẽ
tia capitur hic. Vos addite, quòd habet multas alias signi
a ficationes [a], quas ponit gl. magistra in §. præterea. Insti-
tu. quib. non est permis. fac. testa. ¶In glo. 1. licèt Doc. cõ
muniter pertranseant cum ista gl tamen Bar. dicit, quòd
intellectus iste glo. diuinat ad istum tex. dum glo. dicit,
quòd iste minor in libello petit decem. Vnde dicit Bart.
quòd ista. l. potest aliter intelligi, scilicet quòd minor in
libello restrinxerat se ad unam speciẽ administrationis
tutelæ dicendo hoc modo, peto condemnari talẽ olim
tutorem meum ad reddendum mihi rationem admini-
strationis talis quantitatis grani cum restitutione reli-
quorũ nominatione tutelæ, q̃ est actio generalis, bene ꝓ
cedit libellus generalis non exprimendo certã quan-
titẽ, ut no. in l. 1. ff. de eden. & in l. 2. C. de sent. q̃ sine cer.
quant. & sup ipso libello generali iudex tulit sniam, &
ubi debebat condemnare tutorem in decem ratione il-
lius administrationis grani, condemnauit eum in quin-
9 que, certè sententia ualet; † tamen si minor reperiat se læ
sum, poterit petere restitutionem in integrum. ¶In ea
dem gloss. ibi, altero die. Ex hac glo. habetis colligere,
10 † quòd sententia, quæ dicitur finis iudicii, aliquando
habet necessariam consequentiam ad principium, seu
processum, & aliquando non. Barto. dicit, quòd iudica
re bene habet necessariam consequentiam ad procesũ,
seu necessariam dependentiam à processu: quia de qua
re cognouit iudex iudicare cogitur. l. de qua re. ff. de
iud. sed sic iudicare non habet necessariam consequen-
tiam ad processum, unde dicit Bartol. quòd si iudica-
re haberet necessariam consequentiam ad processum,
seu necessariam dependentiam à processu, puta, quia mi
nor in processu omisisset aliquas probationes, quas si
fecisset, obtinuisset sententiam pro se, sed quia illas
omisit, ideo iudex absoluit aduersarium ipsius minoris:
certè minor poterit petere restitutionem aduersus sen-
tentiam, etiam si sit lata post completam minorem æta-

Iacob. sup. j. Cod.

tem. quod est bene notandum . facit l. minor 25. annis omissam.ff.de minor.¶In glo.super uerbo , iudicii.ibi, altero die.De hoc dicatis,ut dixi in uerbo præcedenti. In fi.glo.Bar.dicit,quòd ista solutio nō est bona, & ideo dicit , quòd est magna ratio diuersitatis inter istos casus,scilicet quando absens fuit reuersus domum, & modico tempore post reuersionem cōpleta fuit usucapio , scilicet interim quòd ipse reuersus componebat sarcinulas,& quærebat aduocatos: nam istud modicum tempus non computatur in præiudicium ipsius absentis reuersi,ut in §.sed quod simpliciter. hic in glo.allegata.& aliud est in casu nostro,in quo tempore sententiæ superuenit ætas legitima.

ADDITIO.

a ¶Multas alias significationes.Adde,quòd iudicare capitur multipliciter,ut per Ioan.de Tur.Cre. in proœ. distinct.num.20.

In l.Cum pater.

SVMMAE.

1 *Minor an restituatur contra patrem, & nu.4.*
2 *Iudicium, & lis potest esse inter patrem,& filium.*
3 *Exceptionis rei qualiter sit fienda mentio in libello.*
5 *Filiusfamilias an præscribat contra patriam potestatem.*
6 *Emancipatio,quæ diu stetit occulta,præsumitur occulta.*

1 CVm pater. ¶† Aduersus sententiā latam super statu restituitur minor , etiam contra patrem . Hoc
2 dicit.¶Nota ex isto tex.unum casum,† in quo potest esse iudicium inter patrem, & filium,scilicet in causa status , regulariter etiam inter patrem,& filium non potest esse lis.l.lis nulla.ff.de iud.
3 ¶ Nota ulterius hic notabiliter probari,†quòd actor in suo libello potest facere mentionem de exceptione,seu defensione reo competenti, & aduersus illam exceptionem allegare replicationem.accipe exemplum.Ego dico,quòd tu es mihi obligatus in centum , & si appareat de pacto de non petendo per me tibi facto,ego replico, quòd illud pactum est nullum , uel quòd postea fuit factum pactum de non petendo. Dicunt enim Doct.quòd ista forma libellandi non est omnino tuta: quia prodesset reo,ex eo quia releuaretur ab onere opponendi exceptionem,per notata per Bar.in l.eum qui ita.§.qui ita. ff.de uerb.obliga. & per eundem in l.lecta.ff.si cert.pet. & si fortè reus non opposuisset illam exceptionem, succubuisset in causa,per not. per glo.& Doctores in l.si unus.§.pactus ne peteret.in uerbo,in opponendo.ff.de pact. Si tñ actor uelit facere mētionem in libello de exceptione rei,deberet loqui cōditionaliter hoc mō. Dñe iudex ego dico,ꝙ talis est mihi obligatus in centū ex tali causa, & si uelit fortè opponere de pacto de nō petendo,quod non credo, quia nego me sibi fecisse , si tamen appareat de eo,dico, quòd illud pactum de non petendo fuit nullum tali ratione : nam hoc modo non uidebitur confiteri pactum de non petendo,ut not.in l. si qui-
4 dem.inf.de exceptio.† Tertiò nota casum specialem , in quo filius restituitur aduersus patrem , scilicet in causa status:nam in hac causa filius potest agere contra patrē, ergo & restitui . ¶ In hac gloss. in fin. Concludite ex
5 mente Doctor.† ꝙ aut apparet solus cursus temporis, & non apparet de aliqua emancipatione , sed longo tempore filius gessit se pro patrefamilias, & tunc requiruntur 20.anni,ad hoc ut efficiatur sui iuris. l.1.cum sua gl. inf.de patr.pote.Aliquando tamen sufficerent 10.anni, ad hoc scilicet ut contrahens cum filio,qui pro patrefamilias se gesserat,per decennium sit securus. l.3.ff.ad senat.cons.Maced.& l.Zenodorus.inf.ad Maced. Aliquando uerò apparet de emancipatione,tamen non est roborata cursu temporis: & tunc pater potest eam allegare nullam,si fortè debitæ solemnitates non interuenerint, & ita intelligitur lex nostra,& poterit eam allegare nullam principaliter , & etiam per uiam replicationis , ut hic,Optimè faciunt notata per Bar. in l.quæ sub conditione.§.fi.ff.de cond. subst. Aliquando uerò apparet de emancipatione,& ultra hoc apparet de cursu temporis: & hoc casu non est licitum patri uenire contra illā emācipationem.Et ita loquitur l.post mortem.hic in glo.al-
6 legata.Addo uobis, † quòd emancipatio, quæ diu stetit occulta,præsumitur occulta.Ita dicit Bal. in l. fraus . ff. de legib.quod est notandum.

In l.Aduersus.

SVMMAE.

1 *Magistratus minor non potest restituere in integrum aduersus sententiam maioris magistratus.*
2 *Appellari an possit ad ipsum Imperatorem à sententia Vicarij ipsius Imperatoris. Et quid in Principe.nu. 4.*
3 *Princeps restituit aduersus sententiam sui Vicarij.*
4 *Appellatio tendit ad ostendendum iniquitatem iudicis.*
5 *Vicarius foraneus an possit restituere aduersus suam sententiam.*
6 *Delegatus Principis an possit restituere aduersus suam sententiam definitiuam.& nu.7.*
8 *Confirmatio quid operetur.*

ADuersus. ¶ Contra sententiam Vicarii dati per Principem inferior iudex non restituit.h.d.¶No.primò
1 ex isto tex.† quòd minor magistratus[a] non
a potest restituere in integrum aduersus sētentiam maioris magistratus,& hoc probatur hic,siue intelligamus,quòd iste esset Vicarius Imperatoris,quo casu tribunal Vicarij Imperatoris est idem cum tribunali
2 ipsius Imperatoris. Et ideo dicimus , † quòd à sententia Vicarii Imperatoris non posset appellari ad ipsum Imperatorem: quia est idem tribunal.c.non putamus.extra de consuet.lib.6.& l.præcipimus.inf.de appell. Siue intelligamus istum tex.in Delegato dato ab Imperatore: q̃a ille Delegatus est maior quocūq; ordinario.c.studuisti.extra de offi.leg.& c.sanè.extra de offi.deleg.¶No-
3 ta subsequenter hic bene probari , † quòd Princeps restituit aduersus sententiam sui Vicarij,licèt ab ipso Vicario non posset appellari ad ipsum Principem . Et est
4 ratio differētiæ: quia † appellatio tendit ad ostendendū iniquitatem iudicis.l.1.§.1. ff.de appellat.unde non esset æquum,quòd idem iudex , qui tulit sententiam iniquam,cognosceret de iniquitate sua , sed restitutio in integrum concedit misericorditer implorato iudicis officio.l.quòd si minor.§.fin.ff.de minor.& ideo si ordinarius iudex constituitVicariū,ipse ordinarius iudex licèt per uiam appellationis nō posset cognoscere de iniquitate sententiæ latæ per Vicarium.c.non putamus. extra de cōsuet.li.6.tamen bene posset restituere in integrum aduersus sententiam sui Vicarii. facit quod hr̃ in l.Præ-
5 fecti.ff.de minor.† An autem Vicarius foraneus possit restituere aduersus suam sententiam.D.Panor.in c.pen. extra de in integ.restit. determinat quòd sic:quia Vicarius foraneus dicitur delegatus ad uniuersitatem causarum.glo.ordi.in clementina, & si principalis.extra de rescrip.¶In glo.fi.in fine.Cōcludite, quòd si Delegatus Principis pronunciet interlocutoriè,tunc poterit restituere

tuere aduersus suam interlocutoriã, ut hic. Si uerò pronunciet definitiuè, non poterit restituere aduersus ipsã definitiuuam. l.fin. inf. ubi & apud quem. Et ista est cõ-
6 munis sententia. Raph. tamen Fulg. hic determinat, † ꝙ Delegatus Principis posśit restituere aduersus suam sententiam. Mouetur: quia per sententiam definitiuam non finitur sua iurisdictio.c.quærenti, extra de offic.deleg. Sed uos sequamini communem opinionem, & ad c.quęrenti. respondete, ꝙ uerũ est, ꝙ nõ finitur sua iurisdictio, quãtùm ad mittendam illam definitiuam executioni, & ita loquitur.c.quærenti.sed quantùm ad retractandum, & rescindendum ipsam definitiuam, bene dicitur finita sua iurisdictio.c. in literis, extra de offi. deleg. ¶ Quæ-
7 rit hic Bal. de pulchra quæstione. † Dominus Sabinensis Legatus sedis apostolicæ in certa prouincia deputatus fecit in illa prouincia constitutionem, quòd appellatio procedat, quantuncunque appellans non petat apostolos: modò contingit, quòd Papa in illamet prouincia delegauit unam causam cuidam prælato: quidam appellauit à sententia illius delegati Papæ, & non petijt apostolos: nunquid appellatio sua erit deserta, iuxta clem. quamuis rigor, extra de appell. Vr̃ quòd non propter constitutionem editam per dictum legatum. In contrarium determinat hic Bal. quia sicut ipse Legatus nullam haberet potestatem aduersus sententiam Delegati Papæ, c.studuisti. extra de offi. leg. ita nec per uiam constistitutionis. Et amplius dicit Bal. quòd etiam si illa cõstitutio fuisset constituta per Papam, adhuc idem esset di-
8 cendum: † quia licèt de natura confirmationis sit addere robur confirmato; tamen non extendit ipsum ad ea, quæ in eo non includebantur, neque comprehendebantur, allegat tex. notabilem in l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber.lega.

ADDITIO.

a ¶ Minor magistratus, Vnde dicatur magistratus, Vide per Ioan. de Turre Cre. in c. ius publicum.nu.7.dist.1. Et quòd habens magistratum non debet accusare.idem in c.prohibetur.nu.5.2.q.1.

In l.Cum, & minores.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra minorẽ indefensum est ipso iure nulla, Et quid de sententia momentaneæ possessionis. nu.2.*
3 *Minor restituitur, siue lædatur facto aduersarij, siue facto iudicis, siue sui facilitate, & contra sententiam latam contra suum procuratorem.*
4 *Minor qualiter restituatur aduersus procuratorem suum, uel curatorem gerentem actus suo nomine.*
5 *Restitutio an tollatur auctoritate iudicis.*
6 *Iudicia sunt initianda legitimè.*

CVm, & minores. ¶ Sententia lata contra minorem indefensum est nulla, si uerò sit lata contra tutorem, uel curatorem minoris, ipse minor restituetur aduersus eã.
1 h.d. Not. 1. ex isto tex. † quòd sententia lata contra mino
2 rem indefensum est ipso iure nulla a, concordat l. contra pupillum. & l. actor. §.fi. ff. de re iudi. Fallit in interlocutoria de mittendo in possessionem ex primo decreto: quia etiam si feratur contra minorem, bene ualet. l. apud Iulianum. in §. 1. ff. ex quib. caus. in possessio. eat. & l. si minor. ff. de bon. auctor. iudic. posśid. & dicit hic Bar. quòd est speciale in illa interlocutoria misśionis in possessionem ex primo decreto. Bald. autem hic elegantiùs loquitur dicens, quòd aut loquimur in interlocutoria, quæ solet ferri contra indefensum, & illa bene ualet contra minorem indefensum. l. apud Iulianum. in §. 1. Aut loquimur in alia interlocutoria, quæ non solet ferri contra indefensum: & tunc est subdistinguendum secundùm Bald. quòd si est interlocutoria leuis præiudicii, & est interlocutoria mera: tunc bene ualet, quantũcunque sit lata contra minorem indefensum, ut habetur in d.l. apud Iulianũ. Si uerò est interlocutoria, quę sapiat uim definitiuæ, uel est interlocutoria magni præiudicij: tũc si feratur cõtra minorẽ indefensum, erit nulla. l. si Pręses quasi desertam. infr. quomodo & quan. iud. Fallit
2 etiam in sententia momentaneæ possesśionis: † quia illa si feratur contra minorem indefensum, bene ualet. l. mo-
3 mentaneæ. inf. qui legit. perso. ¶ No. 2. quòd † minor restituitur, siue lædatur facilitate sua, siue dolo aduersarii, siue facto iudicis. ¶ Nota ultimò hic bene probari, quòd minor restituitur aduersus sententiam latam contra suum procuratorem. Et aduertite, quia Rapha. Fulg. per istum text. ibi eodem obtinente, colligit, quòd minor restituitur aduersus sententiam latam contra suum procuratorem, etiam si procurator sit soluendo, sicut restituitur aduersus sententiam latam contra tutorem, uel cura. ipsius minoris, etiam si tutor, uel curator sit soluendo: quia isti omnes casus hic æquiparantur, dum litera di cit, eodem obtinente; secus secundùm eum in extraiudicialibus: quia tunc bene fit differentia inter casus præ
4 dictos. † Nam si procurator noĩe minoris contrahit, minor demũ restituetur aduersus illũ contractum, si procurator non sit soluendo: sed aduersus contractũ celebratum cũ tutore, uel curatore restituetur, ẽt si tutor, uel curator sit soluendo. l. cum mandato. ff. de minori. Sed ego allego contra Rapha. Ful. pulchram gl. in terminis in l. eum qui. ff. de minor. quæ gl. restringit leg. nostrã. ut demum minor restituatur aduersus sententiam latam contra procuratorem suum, si ipse procurator sit non soluendo. Et hoc maximè uerum est tenendo illam opinionẽ,
5 quæ habet, † quòd in iudicijs propter auctoritatem iudicis minor nunquam restituatur, nisi in subsidium. Posśetis tamen dicere, quòd fortè nulla culpa poterat imputari tutori, uel curatori, sed minor conquerebatur de solo iudice. Si uerò teneamus aliam opinionem, quæ habet, quòd est speciale in sententia lata super pensione instantiæ, ut minor demum restituatur in subsidium. l. ꝓperandum. in fi. inf. de iudi. secus in damno, seu iactura totius causæ, ut notatur in l. fin. sup. si tut. uel cura. interue. & tunc ratio prædicta non procederet: apparet ex hoc, quòd opinio Rapha. Fulgo. non est bona. ¶ In glo. magna ibi, nulla lex hoc dicit. Dicite, quòd imò habemus tex. in l. contra pupillum. & in l. acta. §. fi. ff. de re iudica. ¶ In eadem gloss. ibi, sed dic contra. Vos ex mente Bartol. hic, & aliorum Docto. in l. contra pupillum superius alleg. sic concludite, quòd aut minor fuit defensus, & in principio causæ, & in fine: & tunc sententia erit ipso iure ualida; si tamen sit læsus grauiter, poterit petere restitutionem in integrum, ut in secunda parte huius. l. probatur. Aut non fuit defensus, neque in principio causæ, neque in fine: & tunc sententia erit ipso iure nulla, ut in prin. huius l. Et idẽ est, quando à principio non fuisset defensus: quia tunc litis contestatio reperiretur minus legitimè facta, & ideo licèt in fine fuisset defensus; tamen sententia erit nulla. l. si pater. inf. ne de
6 stat. defunc. † Nam iudicia sunt legitimè initianda. l. in uniuersis. ubi Bal. ita colligit. inf. qui dar. tuto. pos. Aut minor in principio fuit defensus, sed in fine non fuit defensus: & tunc si non fuit defensus ex eo, quia finita fuit potestas defensoris: tunc sententia lata contra minorẽ esset nulla, ut habetur per gloss. & Docto. in l. si Præses quasi desertam. inf. quom. & quand. iud. Sed si non fuisset defensus in fine, ex eo quia suus defensor noluit cõparere

parere:tunc ista gl.uidetur uelle,quòd sententia ualeat. Sed Bar.& Doct.communiter determinant contrarium. Vnus tamen est casus,in quo secundùm Bar.sententia esset ualida ipso iure, puta si defensor se absentasset solũ tempore sententiæ:nam tunc,quia tota causa erat instructa,sententia lata contra minorem indefensum bene ualeret,per l.quamuis indubitati. inf.de adult.Sed Bal.dicit,quòd ille tex.nihil facit:quia loquitur, quando sententia fuit lata pro maiore; nos autem loquimur,quando fuit lata contra minorem. unde Bald. pro decisione prædicta alleg.l.fi.ff.de in integ.rest. Præmissa procedũt in causa principali. Quid autem in causa appellationis, de hoc dicite, ut per Docto. in d.l. contra pupillum. An autem pupillus possit citari ad iudicium, an uerò tutor suus debeat citari,uidete per Bar.in l.1.in §.sufficit.ff.de administ. tut. Sed quid de infante, dicite, ut eleganter per Bal.in c.unico.in titu.de milit.uasal.qui contum. est.in libel.feud.

ADDITIO.

a ¶Ipso iure nulla. Adde,quòd sententia dicitur iusta,uel iniusta tribus modis.Io.de Tur. Cre.in c.1.nu.2.11.q.3.

In l.In rem pupilli.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus sententiam latam contra tutorẽ, uel curatorem.*

Et aduersus factum sui administratoris. nu. 2.

3 *Tempus appellandi,& tempus prosequendi appellationem nõ currunt ipso iure minori.*

4 *Remedium restitutionis est extraordinariũ. Et est pinguius, quàm remedium appellationis.nu.5.& nu.7.*

6 *Remedium ordinarium non facit cessare extraordinarium, quando per remediũ extraordinarium pinguius prouidetur.*

1 IN rem pupilli. ¶† Aduersus sententiam latam contra tutorem, uel curatorem minoris ipse minor restituitur.h. d. Et Aduertite,quia Inn.in c.coram, extra de in integ. restit.intelligit, quòd iura dicentia minorem restitui aduersus rem iudicatam, debent intelligi de sententia definitiua; sed aduersus sentẽtiam interlocutoriam non restitueretur. Vos autem dicite, ꝙ dictum Inno.posset procedere in interlocutoria,quę esset modici præiudicij,sicut est interlocutoria missionis in possessionem ex primo decreto. l. apud Iulianum. in §.1.ff.quib. ex caus.in posses. eatur. cæterùm si esset interlocutoria magni præiudicii, minor bene restitueretur aduersus eam, ut declaraui in l. proximè præcedenti.

2 ¶Not.ex isto tex. † quòd minor restituitur aduersus factum sui administratoris. Et est ratio, quia censetur uerè,& propriè factum ipsius minoris.l.certè.in §.1. ff. de precar.nam ille,qui facit per alium,dicitur ipse uerè,& propriè facere,quando factum est licitum. quod prosequamini,ut per Bar.in l.3.§.si procurator. ff.quod quisque iur.& per eundem Barto. in l. si is qui pro emptore. ff.de usuca. & in l.sed si unius.§. seruus meus.ff.de usur. si enim non censeretur uerè,& propriè factum ipsius minoris,certè non restitueretur in integrum.l.ait Prætor. ff.de minor.¶In glo.super uerbo, constat.ibi,an autem. Pro declaratione glossæ potestis sic opponere.Nos habemus,quod ubi adest remedium ordinarium,cessat ex-

3 traordinarium.l.in causæ.ff.de minor. sed uidetur, † ꝙ tempus appellandi, & tempus prosequendæ appellationis ipso iure non currant minori.l.fi.inf.de temp. in integ.resti.peren.si ergo ipso iure non currũt,ergo minor semper poterit appellare durante minori ætate,cum ergo habeat remedium ordinarium scilicet appellandi, uidetur, quòd non possit petere restit. in integrum ad to-

4 tam causam: † quia remedium restitutionis est extraordinarium,& ubi habemus remedium ordinarium, habet cessare extraordinarium.Solut. gloss. nostra post multa concludit, quòd ista tẽpora scilicet tempus appellandi, & tp̃s prosequendæ appellationis bene currũt aduersus minorem, & ideo non est mirum, si eget restitutione in integrum. Et hanc sententiam amplexus fuit Bart. de Sali.allegans tex.in §.fi.in Authen.de appel.& intra quæ tẽpo.Sed.Iaco.But. tenet opinionem contrariam dicens, ꝙ ista tempora.s.tempus appellandi,& tempus prosequendi appellationem non currunt ipso iure minori, allegat l.si Præses quasi desertam. inf.quomod. & quando iud. Non obst. l.properandum.in fi.inf.de iud. ubi dicitur, ꝙ tempus instantiæ currit aduersus minorem, quia respondet Iaco. quòd est magna differentia inter tempus instãtiæ causę principalis:quia illud bene currit aduersus minorem.d.l. properandum,in fine.& tempus appellandi, & prosequendi appellationem,sed istud non currit minori ipso iure d.l.Præses.Ratio differentiæ: quia quamuis instantia causæ principalis pereat, & tempus currat contra minorẽ; tamen minor non perdit ius suum: quia perempta instantia poterit adhuc agere. d.l.properãdũ. Sed quando tempus uel appellandi, uel prosequendi appellationem est lapsum: certè sententia transit in rem iudicatam, & appellans perdit totum ius suum, & ideo istud tempus non debet currere minori, imò ipso iure debet seruari illæsus.Bar.autem in isto puncto sic distinguit.Aut minor non habet tutorem,neque curatorem,& hoc casu tempus appellandi, uel prosequendi appellationem sibi non currit ipso iure. d. l. si Præses quasi desertam.Aut habet tutorem,uel cura.qui non appellauit, uel si appellauit,non fuit prosecutus appellationem: & hoc casu ipso iure currit tempus minori.Rapha.Fulg.dicit has esse nugas inuentas per Bar.ut effugeret difficultatem istius puncti,& contra secundum membrum Bart. fortiter facit id,quòd uidistis in l.cum & minores. sup. eodem. ubi uidistis conclusum per omnes Doctores, ꝙ qñ minor est indefensus, siue ex eo,quòd nõ habebat tutorẽ,uel curatorẽ,uel si habebat; tñ noluit defendere ipsum minorem,istis casibus sñia est nulla,ad quid ergo agemus ad restitutionẽ? Sed huic motiuo rñdebat Bar. quòd theorica uisa in d. l. cum & minores. loquitur in sententia hominis, idest iudicis; nos uerò loquimur in sententia legis, quæ inducit desertionem per lapsum fatalium, & istud tempus bene currit minori ipso iure, quando habet tutorem uel curatorem, qui nõ curauit appellare,uel non curauit prosequi appellationem. Pa. de Cast.& Doct. communiter sequuntur istam doctrinã Bar.Sed contra eam ego arguo fortiter: quia secundùm istam sententiam sequeretur, ꝙ duriùs ageretur cum lege,quàm cum homine, & tamen regulam habemus ad oppositum, scilicet ꝙ mitiùs agitur cum lege, q̃ cũ homine. l. Celsus. ff. de arbit.unde in secreto iuris opinio Iaco.Butrig.uidetur uerior, & humanior,per tex. cũ sua glo.in d.l.si Præses quasi desertam.¶In eadem glo.ibi, & si curreret.Notetis glo.uolentem, ꝙ & si ista tempora iudicialia non currerent ipso iure minori;tamen adhuc remedium restitutionis in integrum non esset inutile

5 minori,nec esset correctus noster tit.† quia per remediũ restitutionis in integrũ pinguiùs prouidetur minori, q̃ per remedium appellationis, & ideo solemus allegare

6 istam glo.notabilem,† quòd quando per remedium extraordinarium pinguiùs prouidetur, quàm per remedium ordinarium,tunc remedium ordinarium non facit cessare extraordinarium.& ita uolunt Doct. in l. in prouinciali.in §.1.ff.de oper.nou.nunc.& ita uenit limitanda,l.in causæ.ff.de mino. Addite dominum Panor.idem uolen-

7 uolentem in c.tum literis.extra de in integ.resti.† quòd autē restitutio in integrum pinguiùs succurrat minori, q̄ appellatio,ostendo uobis:quia restitutio in integrum potest postulari coram eodem iudice, qui intulit mihi læsionem.l.præfecti.ff.de mino. sed in appellatione secus est:quia oportet,ꝙ ipsa appellatio deuoluatur ad superiorem.l.præcipimus.inf.de appel. & c.nō putamus. extra de consue. lib.6.Præterea per restitutionem in integrum minor reintegratur ad facultatem opponendi dilatorias exceptiones.l.minor.25.annis omissam. ff.de minor.secus est in appellatione : quia per eam quis non reintegratur ad opponendum dilatorias. l. ita demum. sup.de procura. & ita transeunt Docto. communiter. Sed Rapha. Fulgo. dicit, quòd restitutio in integrum non restituit ad dilatorias exceptiones opponendas. Vos sequamini communem opinionem per d. l.minor. 25.annis omissam.

Rub.Si aduersus uēditionem.

¶In glo. Rub.nihil est.

In l.Si minor.

SVMMAE.

1 Minor non restituitur aduersus uenditionem iuramento firmatam.

Iuramentum minoris an excludat eum à beneficio restitutionis.

2 Iurare an sufficiat uerbo,euangelijs non tactis.

3 Imperator non debet esse auctor perfidiæ,neque periurij.

4 Iuramentum qualiter repræsentet quem esse maiorem.

5 Iuramentum non ualidat contractum nullum.

1 SI minor ¶† Aduersus uenditionem iuramento firmatam minor non restituitur, & aduersus uenditionem fraudulentam factam per tutorem,uel curatorem nomine minoris ipse minor restituitur,licèt cōtra tutorem, uel curatorem posit habere regressum.Hoc dicunt duæ leges huius titu.& Auth.legam expeditis his duabus legibus.¶Nota
2 primò ex isto tex.† quòd ad hoc,ut iuramentum liget minorem, est necesse, quòd sit corporaliter prestitū, & hoc de iure ciuili, de iure autem canonico sufficeret uerbotenus iurare,ut plenè notatur in c.cum contingat, extra de iureiur. Sunt tamen aliqui casus, in quibus de iure canoni.est necesse,quod iuretur per tactum scripturarum.Ista est glo. melior de corpore iuris canonici in Clemen.1. in uerbo,tacta. extra de hæreti. & alia bona gl.in c.vt circa.in uerbo, corporali. extra de elec.lib.6. & aliquid dicam uobis in Auth. sacramenta. ꝟ. eodem.
3 ¶ Nota secundò,† quod Imperator non debet esse auctor perfidię, neque periurij. ¶ Tertiò & ultimò nota,
4 † quòd iuramentum repræsentat quem esse maiorem,ad eo quòd excludit à restitutione in integrum. Simile habetis in eo,qui petiit ueniam ætatis: quia non potest postea petere restitutionem in integrum.l.1.&.2.ꝟ.de his qui ueni.impe.Et intelligatis.l.nostram procedere, quādo iste minor interposuit iuramentum super contractu ualido,puta, quia uenditio erat facta cū auctoritate curatoris, & cum iudicis decreto, iuxta. l. si quidem.ꝟ.de præd.min.Alioquin si contractus fuisset nullus, frustra tractaremus de restitutione:quia minor de iure communi posset iuuari, & ista fuit opinio Bulg. hic in gloss. relata, quam opinionem omnes Docto.sequuntur, reprehensa opinione Martini hic in gl.recitata.Nam secundū
5 ista iura † quando contractus erat nullus, iuramentum non ualidabat illum contractum. l. non dubium. sup. de leg.Hodie autē quid iuris sit, dicam statim in Auth. sacramenta.

In l.In integrum.

SVMMAE.

1 Minor an excludatur à restitutione ex eo,quòd potest habere regressum contra tutorem,uel curatorem.

2 Domino qualiter consuletur procuratore rem uendente, & dominum lædente in sexta parte pretij.

IN integrum. ¶Hanc.l.summaui in l.1.sup.eo.¶No
1 tetis ex hac.l.† ꝙ ubi dolus, seu fraus tutoris,uel curatoris interuenit,ex hoc minor præsumitur læsus, adeo quòd quamuis possit habere regressum contra tutorem,uel curatorem; tamen potest petere restitutio. in integrum aduersus contractum.& aduertite, ꝙ hoc casu non requiritur enormis,seu enormissima læsio,imò si interueniat lęsio, dummodo non sit minima, poterit minor petere restitutionem.& hoc sentit gl.1.huius.l.& facit pro opin.dictū Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.ubi dicit,
2 † ꝙ si dominus faciat uendi rem suam per procuratorē, & ille procurator uendens nomine domini lædat dominū in sexta parte pretii,poterit dominus petere retractari illam uenditionem, uel sibi iustum pretium suppleri, sed si ipsemet dominus uendidisset rem, non posset petere rescindi uenditionem, nisi fuisset deceptus ultra dimidiam iusti pretii,iuxtra.l.2.inf. de rescind. uend. Sed dominus Abb. Panor.in c.pen.ext.de empt.& uend. dicit se dubitare,an istud dictum Bar. sit uerum.Mouetur, quia procurator repræsentat personam domini,& imputatur domino,quare talem elegit.l.cum mandato. in fi. ff.de mino.Addite Io.de Imo.etiam contra Bar. tenentem in c.quintauallis.extra de iureiur.Addite tex.ad literam contra Bar.in l.si uoluntate.inf.de rescind.uendi. & in secreto iuris dictū Bar.non sequeretur, dum loquitur de procuratore uendente nomine domini.

In l.Sacramenta.

SVMMAE.

1 Contractus minorum iuramento firmati non retractantur, nisi dolus,uel metus interuenerit. & nu. 20.

2 Sacramentum hic ponitur pro iuramento.

3 Lex interpretans debet intelligi secundùm legem interpretatam.

4 Iuramentum propriè quid dicatur.

5 Super,dictio non semper importat continentiam temporis. Vide de eadem dictione.nu. 26.

6 Solemnitas,quæ requiritur, an posit adhiberi ex internallo.

7 Iuramentum repræsentat minorem esse maiorem.

8 Iuramentum dolo,uel metu interpositum,est nullum ipso iure. & nu.9.& 14.

10 Rex quomodo obligetur ex suo iuramento.

11 Minor iurans an posit petere absolutionem à iuramento.

12 Restitutio an tollatur iuramento.

13 Dispositio huius Auth. an habeat locum in minore alienante rem alienam.

Et an habeat locum in proximo pubertati doli capace.nu 16.

15 Iuramentum de accusando aliquem de maleficio non ualet.

17 Pupillus doli capax an posit testari ad pias causas.

18 Prodigus obligatur ex delicto.

19 Pupillus doli capax qualiter puniatur.

21 Pupillus doli capax quando obligetur ex delicto.

Doli

22 Doli capax iudicatur quis eo ipſo, quòd eſt proximus pubertati.

23 Extenſio eſt licita etiam in correctorijs, ubi tractatur de fauore animæ.

24 Canoniſtis ſtandum eſt in materia iuramenti.

25 Dolus quando præſumatur in iuramento.

27 Contractus facti contra ſtatutum an ualeant, & ſi annullentur, an ipſo iure.

28 Iuramentum an firmet contractum initum cum minore ſine conſenſu propinquorum requiſitorum à ſtatuto.

29 Papa nunquam intelligitur uelle caſſare ſtatuta quæ ſunt firmata iuramento.

30 Iuramentum an annulletur ſtatuto.

31 Periurus non dicitur deierans iuſta cauſa.

32 Statutum, quòd filia contrahens ſine conſenſu patris cadat in certam pœnam, non ualet.

33 Statutum laicorum ſuper certo mō probandi uſuras non ualet.

34 Iuramentum an poſsit remitti à parte.

35 Statutis confirmatis à Papa, an confirmetur ſtatutum inualidans iuramentum.

36 Contractus nullus an ſit neceſſariò retractandus.

37 Iuramentum an requirat partis præſentiam.

38 Contractus, & quaſi contractus æquiparantur.

39 Iuramentum præſtitum à minore in iudicio quid operetur, & nume. 40.

41 Iudicium agitatum cum minore ſine curatore eſt nullum.

42 Iuramentum generale an ſufficiat.

43 Iuramentum an excludat à reſtitutione, & à beneficio. l. 2. de reſcinden. uendi.

44 Iurans non contrauenire, & renuncians iuribus an debeat certiorari.

45 Iuramentum an extendatur ad ignorata.

46 Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur, ſed non per omnia. nu. 49.

47 Dolus re ipſa quando dicatur interuenire.

48 Deceptus ultra dimidiam iuſti pretii, ſi iuret non contrauenire contra illum contractum, an poſtea audiatur.

SAcramenta. ¶ Cyn. de Piſtorio hic dicit, quòd iſta
Authen. miſit mille animas ad infernum:
quia per eam minores læduntur. & multi
iuuenes per iſtam Auth. exhauriunt eorū
patrimonia. Et refert hic Alber. de Roſa. quòd cum mul
tæ querelæ contra iſtam Auth. deueniſſent ad aures Im-
peratoris Henrici, decreuerat iſtam Auth. facere abole-
ri, ſed morte præuentus hoc facere non potuit: & ideo
in multis terris ſunt ſtatuta contra diſpoſitionem huius
Auth. maximè Bergomi, Papię, & Paduę. Sumitur iſta Au
thē. ex. §. item ſacramenta. in c. 1. in titu. de pac. iura. fir. in
1 uſi. feud. h. d. in ſumma. † Contractus minorum iuramen-
to firmati non retractantur, niſi metus, uel dolus interue
nerit, & niſi iuramentum ſit de non faciendo querelam
de maleficio. Hoc d. notabiliter. ¶ No. 1. ex iſto text.
2 † quòd ſacramentum hic ponitur pro iuramento, & di-
cunt Docto. quòd hoc procedit impropriè: quia ſacra-
mentum propriè loquēdo eſt ſacræ rei ſignum, ut in tit.
extra de ſacra. non iteran. & dicunt hic Bar. Bal. Sali. &
alii Docto. ꝙ iſtud iuramentum, de quo loquitur Auth.
noſtra, debet eſſe corporaliter præſtitum tactis corpo-
raliter ſcripturis: quia iſta Authen. uenit ad interpreta-
tionem. l. 1. §. eo. & in illa l. 1. fit mentio expreſſa de cor-
3 porali iuramento. Et nos habemus, † quòd lex interpre
tans debet intelligi ſecūdùm legē interpretatā, tex. eſt in
Auth. de filiis ante dot. inſtru. nat. in prin. Ego confirmo
iſtam opinionē ꝑ id, quod uult notab. Bald. in l. pe. §. his
4 de pn̄tibus. ĵ. de reb. cred. ubi dicit, † quòd illud dr̄ pro-
priè iuramentū, quando tanguntur ſacræ ſcripturæ, & al
legat gl. ordina. in cle. 1. in uerbo, tacta, ext. de hære. De
hac materia tangitur per Canoni. maximè per Ioan. de
Imo. in c. cum contingat. extra de iureiur. ¶ No. 2. ex iſto
5 tex. in uerbo, ſuper incerta. uult glo. ſecundùm Ang. † ꝙ
iſta dictio, ſuper, non ſemper importat continentiam tē-
poris. imò admittit poſſe fieri ex interuallo ante, uel
poſt, quod eſt notandum ſecundùm Angel. pro ſtatutis
requirentibus certam ſolemnitatem in actu loquendo
6 per dictionē, ſuper. † Nam talis ſolemnitas poterit ad-
hiberi ex interuallo, per ea quæ dicit glo. in l. uniuerſa.
ſup. de preci. Impera. offer. Quod limitetis niſi illa ſolē-
nitas requiratur pro forma: nam tunc deberet interueni
re in ipſo actu. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de
acqui. hæred. & l. obligari. §. tutor. ff. de auctor. tuto.
7 ¶ No. 3. magnam uirtutem iurī: † quia repræſentat mino
rem eſſe maiorē, & tn̄ hanc uirtutem non habet iuramē
tum, quando fuit dolo, uel metu præſtitum, quod note-
8 tis. ¶ Quartò nota, † ꝙ iuramentum dolo a, uel metu in-
a terpoſitum eſt nullum ipſo iure, licèt regulariter actus
geſtus per metum non ſit nullus, ſed bene uenit reſcin-
dendus. l. 1. & per totum. ff. quod met. cauſa. Aduertite:
quia Pau. de Caſt. hic in lectura dicit, quòd iuramentū
præſtitum ui eſt nullum, nedum de iure ciuili, ſed etiam
de iure canon. allegat not. in c. ſacris. extra quod met.
cauſa. & per Io. And. in c. uerùm. extra de iureiur. Et
9 † iuramentum metu præſtitum, licèt de iure ciuili ſit
nullum, ut hic, tamen de iure canoni. non poteſt propria
auctoritate ſperni, per notata per Inno. in c. uenerabilē.
extra de electio. & in d. c. uerùm. & ideo de iure cano-
ni. erit petenda abſolutio à iuramento, quantuncunque
ſit p̄ſtitū metu. ¶ No. ſubſequēter, ꝙ iurm̄ repræſentat mi
norē eſſe maiorē, & debet iuiolabiliter obſeruari, ut hic.
Io. And. lumen iuris canoni. in c. cum contingat. extra
de iure iu. limitat Auth. noſtram procedere, niſi minor
prius iuraſſet ad ſancta Dei euāgelia, tactis corporaliter
ſcripturis, quòd non uendet, neque alienabit ſine aucto
ritate curatoris, & ſine decreto iudicis: nam hoc caſu,
ſi poſtea contrahat ſolus, licèt iuret: tamen non obliga-
tur ex illo iuramento, quod eſt contrarium primo, bene
facit, quod notat Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.
ubi dicit, quòd ſi pater, quando dat fundum in dotem ꝑ
filia, faciat filiam iurare, tactis corporaliter ſcripturis, ꝙ
nunquā alienabit illū fundum, nec conſentiet alienatio
ni: ſi alienet, uel cōſentiat alienationi cum iurō, nō obli
gabitur, nec aſtringetur ex illo ſecundo iuramēto, quod
eſt contrarium primo. bene facit tex. in c. intellecto, ex-
10 tra de iureiur. ubi tex. dicit, † ꝙ Rex Vngariæ, qui iurauit
ad ſancta Dei euangelia non reuocare donationem per
eum factam, quæ tendebat in diminutionem ſui Regni,
non obligatū, nec aſtringitur ex illo iurō, eò quia antea. ſ.
tempore coronationis iurauerat ad ſancta Dei euange-
lia nihil alienare, neq; diminuere de iuribus ſui Regni.
bene facit etiam gl. ordinaria in c. licèt mulieres, ext. de
iureiur. lib. 6. De hac materia notatur per Canoni. maxi
mè Imo. in d. c. cum contingat, ext. de iureiur. ¶ Nota ul-
teriùs ex iſto tex. in uerbo, inuiolabiliter, quòd in caſu
huius Authē. minor. 25. annis adeo ligatur ex iſto iura-
mento, quòd non poteſt petere reſtitutionem in integrū
aduerſus contractum. ¶ Sed hic cadit celeberrima dubi
11 tatio, † utrùm minor, qui iurauit in contractu, poſsit in
caſu huius Auth. petere abſolutionē à iuramento. Domi
nus Ant. de But. in præall. c. cum contingat. dicit, ꝙ ſi mi
nor ſit enormiter læſus, pōt petere abſolutionē à iurō, ni
ſi tꝑe, quo iurauit, feciſſet mentionē expreſſam de enor-
mi læſione iurando hoc modo. Iuro ad ſancta Dei euan
gelia attendere, & obſeruare iſtum contractum, & non
contra facere, uel uenire ratione minoris ætatis, uel læ-
ſionis etiam enormis. Subdit ipſe dominus Anto. quòd
quanquam ita iuraſſet, tamen ratione enormiſsimæ læ-
ſionis bene poterit petere abſolutionem à iuramento.

Ang.

iuſſoribus.tenet expreſſe, ꝙ in caſu huius Auteh.nõ debet concedi abſolutio à iuramento: quia tex. iſte dicit, inuiolabiliter.eandem opinionem tenuit Io.de Im. in l. cum uir.ff.de uſucapio.& in præalle.c.cum contingat. Addite dominum Panor.idem uolentem in d.c. cum cõtingat.in pen.charta,in uerſi.octauus caſus.Mouetur:qa ſi in caſu huius Auth. deberet concedi abſolutio a iuramẽto,de facili eluderetur diſpoſitio huius Auth.& eſſet impoſita uerbis,contra.l.2.ſ.cõia de leg.& contra.c.cõmiſſa, ext.de elect.ꝑterea dicit ipſe.In caſu huius Auth. nulla uerſat̃ turpitudo reſpectu illius:qui recipit iuramẽtum à minore, & ſi in caſu iſto eſſet concedenda abſolutio à iuramento,ueriſimiliter Romanus Pontifex ſuper iſto caſu tam frequenti,& quotidiano expreſsè dixiſſet poſſe peti abſolutionem à iuramento; & tñ hoc non dicit:ſed hoc bene determinauit in caſu,in quo uerſatur turpitudo reſpectu recipientis iuramentum,puta,qñ iuraui tibi ſoluere uſuras.Nã ex parte tua imminet peccatũ,& uerſatur turpitudo;& iõ poſſum petere me abſolui ab illo iuramẽto.c.1.& c.debitores.ext.de iureiu. Hanc eãdẽ ſñiam tenuit Rom.ſuo conſ.437.ad fin.illius conſ. Addo uobis Alexan.de Im.idem uolentem ſuo conſ.42. in primo uol.uidete etiam ad proximè dicta Roma. in l. qui ſuperſtitis.ff.de acquiren.hæred.eundem in cõſ. ſuo 487. Panor. conſ. ſuo. 62. Et inquantùm ſupra dictum eſt,quòd iuramentum etiam ſuper enormi læſione præſtitum non impedit abſolutionis petitionem à iuramento ſuper enormiſsima læſione,allegando dominum Panormi.in d.c.cum contingat,dicatis,ꝙ iſta reperitur fuiſſe originalis ipſius deciſio in dicto.c. cum contingat, & in c.acceſſorium.ext.de reg.iur.lib.6.& in.d.c. licèt mulieres. & in c. canonum ſtatuta, in 6. quæſt. princ.de conſtituti.uerſi.quid dices.& in d.c.quãuis.& in diſputatione ſua incip.cum Seius laicus, in quarto princ. caſu. Sed Ioan.de Imo.in dicto. c.cum. contingat.in.25. charta.& in d.c.quintauallis coll.25.Roma.in loco, & conſ. præallegatis.Panormi.con.72.& pleniùs in d.c.cum cõtingat,col.25.uerſi.conſequenter ſubiicio. damnant iſtã opinionẽ,& in primis per ea, quæ notat gl. ſingularis in l.2.C.de reſcind.uend.& in.c.penul. de emptio. & uen-
12 ditio.† ubi propter iuramentum tollitur diſpoſitio. d. l.2.& tñ ibi erat enormiſsima læſio:quia erat vltra dimidiam iuſti pretii. Sed dicunt quidam Moderni. ꝙ hoc parum facit. quia hoc erat in maiore, & nos loquimur in minore, in quo non præſumitur tanta iuris ſcientia. Adducunt & alia fundamenta, de quibus in præallegata colla. 25. Et ſequendo iſtam partem limita ſecundùm Modernos non procedere,qñ ultra enormiſsimam læſionem concurrerent aliæ coniecturæ,ut blandimenta,& receptiones conſanguineorum, & in iſtis terminis ſeruari poſſet opinio Petri de Anch.in locis præallegatis,quæ fuit opinio Feder.conſ.ſuo.199. incip. an dicta Margarita.¶ Notetis pen.ex hoc tex. ibi rerum ſuarum.
13 ſumpto arg. à contrario ſenſu:† quia diſpoſitio huius Auth.non habet locum in minore alienante rem alienã. Sed certè in contrariũ eſt ipſa ueritas,ſecundùm Barto. hic poſt antiquos, & probatur per text. noſtrũ in uerbo, ſuis cõtractibus exponẽdo ideſt obligationibus,qa attẽditur ſola obligatio puberis,arg.l.ſi pupillus.in fi.ff. de uerbo.oblig.Hinc uidemus,ꝙ ſicut minor non põt alienare ſine decreto rem propriam,ita nec alienam bona fide poſſeſſam,dicit glo.notab.in l. magis puto.§.1. ff. de
14 rebus.eor. ¶ Vltimò notetis,† ꝙ etiã ſi poſt primum iuramentum ui,uel metu extortum quis iuraret non facere querimoniam de uiolentia,uel metu,quòd utrũq; iuramentũ eſſet nullius momenti ſecundùm Bald. & Sali. hic.Quod limit.niſi uiolẽtia eſſet purgata,uel metus purgatus, ita ꝙ non ſubeſſet metus tꝑe iuramẽti,aliàs enim iuramentum ultimum oĩno obſtaret:quia purgato metu non poſſet priorem turpitudinem tollere.l.2. ubi notatur.ſup.de his q̃.metus cauſa. & plus per iſtum text.dicit
15 ſingularẽ Pau. hic, † ꝙ non ualeat iuramentum de non accuſando aliquem de maleficio: quod uidetur mirabile propter regulã.l.ſi tibi.in §.quædã.ff.de pactis.ꝑ quam regulam põt dici ſecundùm aliquos,quòd iſte text. non probet notabile Pauli.quia ſi q̃s rectè aduertat, tex. hic loquitur,quando iuramentum erat ui,vel metu præſtitũ, & non loquitur in ſpontaneo,ergo ſtabit de ſe firma regula,de qua uidiſtis in.§.quędam.in gl.1.in fi.¶ Sed ſtat
16 ardua dubitatio,†q̃d in proximo pubertati doli capace, vtrùm habeat locũ diſpoſitio præſentis Auth.Glo.in primis dicit,quod non,clariùs gl. in d. §. item ſacramenta. in l.fi.ff.de liber.cau.& in d.l.qui iuraſſe. & cum hac parte tranſeunt Petrus,Cyn.Iacob.But.Bald.Fulg.hic & Federicus conſ.31.incip.minori.25.ann. Bald.in d.§. item ſacramenta,& in l. pactũ. ſ.de collat.& Ang.hic,qui dicit,ita Bononiæ diſputatũ.Idem Ange.& Pau.in d.l.q iuraſſe.& ipſemet Ang.in.l.ſi quis,ꝓ eo.ff.de fideiuſ.ꝓ quate adducunt primò text.noſtrum hic in uerbo,puberum Quinta regula,quæ habet, quòd diſpoſitio exorbitans. & correctoria non debet extendi ultra caſum, in quo loquitur.l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matri. c.quæ à iure extra de regu.iur lib.6.notatur etiã in Auth.quas actiones.ſ.de ſac.ſan.eccl.& maximè quia eſt diuerſa ratio in caſu noſtro : nam impubes reperitur minoris diſcretionis, quàm pubes. l. fin. C. de teſta. l. ſi minor. ff. de acquiren. hæredita. l. 1. ſ. de falſa mon. & eo magis quia iſta Auth. ſecundùm antiquos eſt ualde rigoroſa, ergo ad duriorem rigorem non eſt extendenda,c.hodie extra de reg.iur.l.cum quidam.ff.de lib.& poſth. Secundò facit:quia in actibus, qui depẽdent à uolũtate unius, impubes non obligatur. l. ij. §. uoto. ff. de pollicita. c. 1. & 2. ext. de regul. licèt ſcribatur.Vouete & reddite.c.magnæ.extra de uoto.ſed ſic eſt,ꝙ iuramentũ confirmatoriũ cõtractus depẽdet a uolũtate unius,ut dicit Bar. in.l. Pompo. ſcribit. ff. de neg. geſt. in l. nunquã nuda. ff.de donat.in l.certũ.§.ſi quis abſente.ff.de cõfeſ.et in l. poſtq̃ liti.ſ. de pac.ergo &c. & adeo dicitur dependere ex uoluntate unius,ut hic firmat Bar.ꝙ poteſt pręſtari in abſentia partis,& cũ Bar.tenet Bal. hic in ultima colum. Io.de Im.in d.c.cum contingat.colũ.19.Bald.in l.2.in 6. charta.ff.de reſcind.uẽdi.& Pau.conſ.218.incip.conſideranda ſunt uerba ſtatuti. Eſt uerum,ꝙ cõtra Bart. tenuit hic debiliter Sali.cuius occaſione Pau.tranſiuit ad diſtinctionẽ. Pro cõcordia dicatis,ꝙ aut iuramentũ præſtat̃ ad cõtractũ aliàs ipſo iure nullũ, & bene dicit Sali. aut præſtatur ſuꝑ contractu ualido ad impediendam ſolam reſtitutionẽ,& uerum dicit Bar. Sed ſecundũ oẽs Modernos tenendum eſt cum Bar.ſine diſtinctione.Et ad confirmationẽ huius ſecundi argumẽti facit,quod decidit Bar.in l.1.in.6.quæſt.principali primæ partis.ſ.de ſac.ſan.eccl.
17 † ꝙ pupillus,licèt doli capax non põt teſtari ad pias cauſas; quia hoc dependet à uoluntate unius, & tamen ibi tractatur de fauore animæ, prout ẽt in Auth. noſtra ꝑ obſeruantiam iuramenti. Tertiò pro hac parte adducit Fulgo.quia licèt pupillus doli capax obligetur ex ſuo delicto.d.c.1.tñ iurando ſeruare contractũ non propriè delinquit,neq; periurat,ergo non obligabitur, ex quo à principio non interuenit dolus,ſicut qñ contingit deli-
18 ctum.† Quartò facit:quia licèt prodigus,cui eſt interdi-
c ctum bonis,obligetur ex delicto ſuo [c], adeo vt ſi uiolẽter expelleret aliquẽ de domo ſua,puniret̃,ut dicit glo. cõmuniter approbata in l.ſi quis intantã.C.vñ ui.tamen ex iuramento ſuo non obligatur,ut notatur in l.is cui bo
19 nis.ff.dę uerb.oblig.ergo idẽ in pupillo.† Quintò facit: qa licèt aliàs pupillus doli capax puniat̃ ex delicto; tñ punit̃ tanq̃ impubes, & mitiùs.d.c.1.ergo nõ idẽ iudicamus in delictis de pubere, quod de impubere.¶ Vltimò

Iacob.ſup.1.Cod. O adduci-

adducitur secundùm Guil.de Cun.hic ita sequẽte Ang.
& Pau.in d.l.qui iurasse.quia licèt proximus pubertati
doli capax dolosè iurãdo se maiorem reputetur maior
propter dolum,l.si alterius. in fi.ĩ.si mai. fac. & uolunt
præfati Doct. tamen quantùm ad propositum nostrum
secus est:q̃a in iuramento confirmatorio contractus nul
20 lus interuenit dolus.†Et ex hoc fundamẽto habetis stu
pendam limitationem ad cõem conclusionem præsen-
tis articuli,quòd si pupillus primò iurauerit se adultũ,
deinde iuret non uenire contra contractum: quòd tunc
contractus firmaretur iuramento.Ex hoc etiam habetis
notandam declarationem ad d.l.si alterius.quæ licèt lo
quatur tm̃ in adulto;tamen secundùm præfatos Docto.
habet etiam locũ in impubere doli capace . & istud fuit
originale dictum Guid.de Sus. hic, qui hoc limitat ue-
rum , nisi talis pupillus assereret se maiorem alicui sibi
coniuncto,per regulam l.octaui.ff.unde cogn.& l.de tu
tela.s̃.de in integ.restit.min.ubi hoc uidetur confirmare
Bal.quod perpetuò notetis. Contrariam sententiam te-
net Io.And.in nouella in d.c.cum contingat. ubi etiam
Io.de Imo.29.33.& 36.col. Pau.de Leaz.ubi Gemin. ẽt
in d. c. quamuis. Iaco. de Beluis. & And. de Iser. in d.§.
item sacramenta.Salice.clarè in d.l.qui iurasse . Roma.
in d.l.is cui bonis.& Bar.hic,qui dicit, ꝙ est communis.
& Pau.hic in alia lect.dicit, quòd sine dubio ista est ue-
rior opinio.& ita transeunt cõiter Docto. & Canoni. in
d.c.cum contingat.Pro qua parte primò facit tex.aper-
tus in.c.literis.il 2.ext.de spons.Secundò facit,quòd ius
canonicum approbando dispositionẽ præsentis Auth.
nihil considerauit,nisi periculum animæ,ne propter nõ
obseruantiam iuramenti transeat ad inferos,uerba sunt
glo.in d.c.cum contingat . ergo ut euitetur periculum
aĩæ,etiam pupillus doli capax obligabitur ex suo iura-
mẽto.Tertiò facit reg.l.illud.ff.ad l.Aquil.militat enim
in pupillo doli capace metus periurij,sicut & in pubere,
Et circa prædicta sciatis,quòd Ang.in l.impuberẽ.ff.de
21 fur.concludit dicens se ita consuluisse,†quòd ad hoc ut
doli capax obligetur ex suo delicto,duo copulatiuè re
quiruntur,quòd sit proximus pubertati primò , & simul
sit doli capax.& istud idẽ sequitur Io. de Ana. & Archi.
Bon.in d.c.1.adducens pro hoc tex.in l. hæredibus . in
fi.ff.de dol.Sed Moder.qui ita aliàs transibant, fatendo
se nunc rectiùs cogitasse,dicunt,ꝙ istud est falsum.Et ꝓ
22 hoc sentit Pau.in discursu uerborũ,qui dicit, † quòd eo
ipso,quòd quis est proximus pubertati , simul , & semel
iudicatur doli capax,& ultra Pau.dicunt de hoc esse gl.
in d.l.hæredibus.in fi.in uerbo,pubertati. dum exponit,
ut quia est doli capax,& ista est ueritas. Addite uos , ꝙ
hoc idem firmat Ang.expresè in §.pupillus . in 4.nota.
Instit.de inutil.stip. Quid tenendum,dicatis,quòd hæc
ultima cõiter tenetur,& iuuatur duabus p̃cipuè rõnibus.
23 ¶†Primò,quia habemus signãdam certè regulam, ꝙ ubi
tractatur de fauore aĩæ , ẽt in correctorijs est licita ex-
tensio, ut dicit do.Ant.in c.1.in 1.fallen.extra de cõsue.
Gemi.in c.1.de tẽp.ord.in 6.& Alex.plenè ĩ l.siue apud
24 acta.s̃.de transac. Secundò firmatur rõne:quia in mate-
ria iurĩ stamus potius canonistis ; d.c.licèt mulieres. Et
aduertatis d.c.ex literis.quia illi põt rñderi,quòd loqui
tur in iur̃o assertiuo de præsenti,uel p̃terito;nos uerò lo
quimur in iuramento confirmatorio contractus,inter q̃
est longa differentia,ut ꝑ Bal.in d.§.item sacramenta.&
25 hoc apertè patet,dicit Fulg. † quia in illo iur̃o assertiuo
d de facili,& quasi semper p̃sumitur dolus,[d] quod non est
in confirmatorio contractus, & finaliter fauore aĩæ cõ-
cludunt oẽs , quòd in iudicando ab hac parte non esset
recedendũ.¶In gl.in uerbo,super.in fi.Facit hæc glo.ad
26 decis.Bar.in l.fundus.ff.de ann.leg.†ꝙ si testator reliquat
Titio decẽ corbes frumenti super tali fundo, quòd ipsi
Titio uidetur esse hypothecatus ipse fundus ꝓpter di-
ctionem,super. & hoc sequitur Pau.in l.rescriptum.§.si
pacto.ff.de pac.Io.Fab.in §.item Seruiana. Instit. de act.
& Spec.ĩ tit.loca.§.nunc aliqua.uer.118.Præstat,& secũ
dò loco hęc gl.arg.ad quæs.statuti disponẽtis cõtractus
minorum non ualere, prout s̃.dictum est in 2.not. Sunt
qui pro uarietate huius decis. dicunt recurrendum esse
ad doctrinam Bart.in l.si ita quis.§.ea lege . ff. de uerb.
27 oblig. †quòd aut statutum requirit solemnitatem tẽpo-
re cõtractus:& tũc si aliter fiat,nõ ualebit ipso iure. Aut
requirit sup contractu iã fcõ:& tunc si non fiat,tenebit,
sed in effectu annullabit̃ à iudice,uel à parte ope exce-
ptionis:quam doctrinam sequitur exclamando Roma.
cons.203.allegando pro hoc glo.singularem in c.1. de
iur.patron.in 6.qui dicit,quòd ubi statutum requirit ali
quam solemnitatem per modum formæ in aliquo actu;
cuius actus conficiendi quis aliàs à iure cõi habebat po
testatem , quòd omissio illius formæ nõ uitiat statutum
ipso iure,licèt in effectu annulletur. Considerando ta-
men,utrùm in statuto sint ista uerba , aliàs actus sit nul-
lus:quia tunc ipso iure erit nullus.Aut ista uerba,inuali
dus fiat,quia tunc uenit annullandus.l.uerbis.cũ glo.ff.
ad leg.Falcid.l.iubemus.§.sanè. ubi glo.s̃.de sac.san.ec.
Et addite ad doctrinam Bar.in d.§.ea lege.eundem Bar.
in l.uniuersa.C.si contra ius.eũdem Bar.in.l.si quis pro
eo.ff.de fideiuss.Imo in l.1.ff.de testam. Bal.& Fulg.hic
Bal.in l.& quæ ab ecclesia. C.de appel. ubi Moderni in
28 l.cum mulier.ff.sol.mat.†Quid autem si statuto cauetur,
quòd nullus audeat contrahere cum minore sine præ-
sentia duorum consanguineorum ipsius minoris, & mi-
nor stante tali statuto contrahat sine præsentia illorum
consanguineorum,& iuret, an hoc casu iuramentum fir
mabit ipsum contractum. Bar.hic determinat quòd nõ.
Mouetur, quia dictum statutum obligat contrafacientẽ
ad peccatũ mortale.c.2.extra de maio.& obed. &.c.qui
resistit.11.q.3.unde iuramẽtum nihil debet ualere, reg.
non est obligatorium.extra de reg.iur.lib.6. Et aduer-
tite,quia Bar.hic non facit differentiam, an statutum,de
quo supra,dirigat uerba ad personam minoris , an uerò
ad personam aduersarij,quę contrahit cum minore.Sed
ipse Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideius.facit differentiã,
an uerba statuti dirigantur ad personam minoris,puta,
quia statutum disponit, quòd minor non possit contra-
here sine præsentia duorum suorum propinquorum : &
hoc casu si minor contrahat sine dicta solemnitate,& iu
ret:tunc iuramentum non obligabit eum per rõnem su-
pra assignatam. Aut uerba statuti diriguntur in personã
aduersarij,puta quia statutum disponit,quòd nullus au
deat contrahere cum minore sine præsentia duorũ pro-
pinquorum,& tunc si minor iuret in tali contractu cele-
brato sine dicta solemnitate,iuramentum bene obliga-
bit eum;tamen poterit ipse minor petere absolutionem
ab ipso iur̃o,ex quo aduersarius,qui contraxit cum eo,
fecit contra statutum , & sic cõmisit peccatum mortale,
d.c.2.& hanc opin.Bart.sequitur Ang. suo cons.157.in-
cip.domina Catherina.ubi fortiùs dicit,quòd stãte sta-
tuto prædicto,si minor contrahat sine solẽnitate statuti,
& iuret,nõ poterit cõpelli in foro ecclesiastico ad obser
uantiam iur̃i.Contrariam opin.tenuerunt Anto.de But.
Io.de Lign.Io.de Imo.& do.Panor.in.c.cum contingat.
extra de iureiur & Sali.& Rapha.Fulg. & Pau. de Cast.
hic.Mouentur:quia ex quo statutum prædictum emana
uit in fauorem minoris,dispositio ipsius statuti non ha-
bet uim præcepti, sed habet uim consilij.l.cum pater.§.
mando.ff.de leg.2.& l.2.in fi.ff.mand. ergo cõtraueniẽs
ipsi statuto nõ incurrit peccatum mortale, & sic rõ Bar.
non est bona.¶Secundò,dispositio dicti statuti non põt
obligare contrauenientem ad peccatum mortale : quia
hoc solùm fuit concessum Petro apostolo, & successori-
bus suis,dũ dictũ fuit,quodcunq; ligaueris &c. c.quod-
cunq;

cunq; ligaueris.24.q.1. ¶Tertiò, quia dispositio dicti statuti non habet perpetuam causam prohibitionis, qđ patet: quia cum solẽnitate dicti statuti bene ualeret contractus, ergo nihil est impedimento, quin talis contractus celebratus per maiorem sine solemnitate statuti firmetur iuramento, per not. per glo. in. d.c. cum contingat. ¶Quartò mouentur præfati Doct. quia statutum prędictum emanauit principaliter fauore priuatæ utilitatis, licèt in consequentiam cõcernat utilitatẽ publicam: & hoc casu contractus bene firmatur iuramento. c. licèt mulieres. extra de iureiur. lib.6. Potestis hanc opi. confirmare hoc modo. Dispositio facta super effectu intelligitur facta super causa inducente illum effectum: quia qui uult consequens, videt uelle & antecedẽs ad illud. l. illud. ff. de acquir. hær. sed dispositio huius Auth. emanauit ad prohibendum cõtractum, & tamen firmatur iuramento, ut hic. & prohibendo contractum bene videt prohibere personas contrahere, unde cum in primo casu firmetur contractus iuramento, ut hic; ita ẽt debet firmari in secundo casu. ¶Item contra Bar. facit tex. in. l.1. & 2. ff. ad Velle. ubi uerba legis diriguntur ad personam mulieris, quæ est prohibita intercedere pro alio; & tñ si iuret fideiubendo, ex iuramento obligatur. tex. est in. c. ex rescripto. extra de iureiur. Præterea statutum disponens, ut supra non intelligitur disponere in casu, in quo iuramentum sit interpositum. Ad hoc adduco uobis gl. ordinariam in c. cum nõ deceat. in glo. fi. extra de elect.
29 lib.6. ubi glo. elegãter dicit, †quòd si Papa casset omnes consuetudines, & omnia statuta facientia contra dispositionem suam, nunquam intelligitur uelle cassare statuta, si sint iuro firmata: & hoc etiam uoluit alia glo. notab. in Clem. dudum. in fi. extra de sepul. ¶Sed pulchrior
30 dubitatio est, †nunquid statutum posit annullare iuramentum, uerbi gratia. Laici statuerunt, quòd minor non possit contrahere sine præsentia duorum suorum ꝓpinquorum, & licèt iuret in contractu, quod iuramentum nihil ualeat, an tale statutum erit ualidum. Vr ꝙ sic, quia resistentia legis habet impedire natiuitatem obligationis naturalis. l. si non sortem. §.1. ff. de cond. indeb. ergo debet posse impedire uires iuramenti: quia inter simplicem loquelam, & iuramentum non fit differentia, ut notatur per glo. in. c. penul. extra de iniur. Secundò ꝓ hac
31 parte facit. l. si quis inquilinos. in. §. fi. ff. de lega. 1. †Tertiò ille non dicitur periurus, qui ex iusta causa deserit iuramentum. l. fi. ff. qui satisd. cog. Quartò, pars potest remittere iurm alteri parti. c.1. ext. de iureiur. & c.2. ext. de spons. ergo & statutum debet posse hoc facere: quia illud qđ pōt fieri per pactum contrahentium, potest fieri per statutũ, ut dicit glo. ordinaria in Rub. j̃. de decre. decur. lib.10. Et hanc tenuit Bal. in. l. non dubium. j̃. de leg. in. l. nec patronus. j̃. de ope. liber. & in. l.1. j̃. si aduer. dona. & in. l.1. j̃. de colla. quia lex in remittendo iuramentum habet uim apostolici, ita dicit glo. reputata singularis in. l. adigere. §. fina. ff. de iur. patron. In contrariũ determinetis auctoritate Anto. de Butr. & Io. de Imo. in d.c. cum contingat. & auctoritate Io. And. & Domi. de S. Gemin. in. c. quamuis. extra de pact. lib.6. Mouentur, quia iuramentum est quid spirituale, unde laici non habent potestatem statuendi in ista materia spũali. & hoc uolunt etiam Rayn. & Bar. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Pro hac parte additur elegans dictum Io. And. in nouella. in. c. statutum. extra de hæret. lib.6. ubi dicit,
32 †quòd non ualet statutum laicorum, quo cauetur, quòd puella contrahens matrimonium sine consensu patris cadat in certam pœnam: quia sicut laici non potuerunt statuere super matrimonio, ita nec super pœna: quia matrimonium est quid spirituale. Ad idem adducitur au-
33 ctoritas Fede. de Senis suo cons.117. vbi dicit, † quòd non valet statutum laicorum, quo disponitur super certo modo probandi contractum usurarium: quia materia usurarum est materia ecclesiastica. Clemen. dispendiosam. extra de iudi. Et istam sententiam audacter teneatis. Et ad argumenta supra in contrarium facta respondebitis. Et primò ad primum de. l. si non sortem. in. §.1. ff. de condic. indeb. respondebitis, quòd illud procederet, quando tali prohibitioni consonaret ius diuinum, puta, si lex, uel statutum prohiberet usuras. Ad. l. si quis inquilinos. §. fin. respondebitis, quòd in materia iuramenti non debemus attendere dispositionem iuris ciuilis. Ita dicit Hostien. in. c. quemadmodum. extra de iureiuran. Ad. l. fin. ff. qui satisd. cogan. respondebitis, quòd argumentum procederet, quando statutum fuisset conditum ab habẽte potestatem, sed in proposito nostro laici in materia iuramenti non poterunt statuere: ergo tale statutum non præbet iustam excusationem à periurio. Ad aliud de c.1. extra de iureiur.
34 respondete, fatendum esse, † quòd pars potest remittere iuramentum iuranti, etiam quò ad uinculum contractum cum Deo: quia Deus conditionaliter recipit iura-
e mentum, • scilicèt nisi remittatur per partem. d.c. quemadmodum. Et dum subiungitur, quòd illud, quòd potest fieri per pactum, potest fieri per statutum, respondeo, quòd hoc procederet, quando statutum fuisset cõditum ab habente potestatem. Ad gloss. in. l. adigere. in. §. fin. ff. de iur. patron. respondebitis, quòd lex habet uim apostolici in remittendo iuramentũ, quando scilicet est facta ab habente potestatem. Concludamus ergo, quòd laici non possunt statuere in materia iuramen-
35 ti, & quòd statutum, de quo supra, nihil ualet. †Sed ego in quæstione facti fui interrogatus. Laici condiderunt multa statuta, inter quæ erat statutum prædictum, & Papa confirmauit in genere illa statuta, quæsitum fuit à me, nunquid illa confirmatio validasset illud statutum: Ego respõdi quòd non: quia in generali confirmatione non uidentur confirmata illicita, & iniusta, ita tenet expressè Barto. in. l.1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. nec etiam uidentur confirmata ea, quæ sunt iuri contraria. ita tenet Bald. in. c.1. in.1. colum. in tit. per quos fiat inuesti. in vsib. feud. & idem Bald. in. l.1. j̃. de metropoli ber. lib.11. dicit, quòd in generali confirmatione priuilegiorum non comprehenduntur illicita. optimè faciũt notata in. l. priuilegia. supra de sacrosan. eccle. ¶In glo. magna ibi, etiam si ipso iure non ualeant. Pet. & Cin. reprehendunt istam glo. per istum tex. in uerbo, contracti-
36 bus. †Nam contractus, qui est nullus, non potest dici cõtractus. l.4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Item mouẽtur per istum tex. in verbo, non retractandis: nam quando contractus est nullus, non est necesse illum retractare. l. nam & si in conditione. §. rumpẽdo. ff. de iniust. rup. Sed cæteri Doct. determinant totum contrarium per gñalitatem huius Auth. Non obstat verbum, retractandis: qa etiam illud, quod est nullum, bene pōt retractari de facto, prout de facto processit, glo. est notab. in. l.1. in uerbo, infirmari. ff. de fer. Addite aliam pulchram glo. in c.2. in uerbo, cassauimus. extra ut lit. non contest. ¶In eadem glo. ibi nos contra. Doct. cõiter sequuntur gloss. dicentes, ꝙ ista Auth. cõtinet dispositionem fauorabilẽ: quia ꝓuidet animæ. l. sancimus. j̃. de sac. san. eccl. & ideo est extendenda, ut not. Bar. in. l. si constante. ff. sol. matr. facit. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. & habetis glo. singularem, quæ dicit, ꝙ ista Auth. habet locum in euictionibus, & refutationibus, quas faciunt minores cũ iuro. Ita dicit glo. in. l.3. §.1. ff. de contr. iud. tute. ¶In eadem glo. ibi, sed posset allegari in contrarium. Bart. sequitur
37 istã opin. †quia iurm non requirit partis pñtiam, cum sit quædam ratificatio, seu approbatio contractus, q̃ quidẽ ratificatio potest fieri etiam in absentia partis. l. Pomponius. ff. de neg. gest. Bal. autem hic arguit pro, & contra,

& tandem non firmat pedem. Barto. de Sali. tenet totum
contrarium. Mouetur. per istum tex. ibi, super contracti-
bus: nam in terminis quęstionis glo. minor non iuraret
super contractu, debet ergo secundùm eum iurare ante
contractum, uel post incontinenti. Secundò mouetur: q̃a
ista renunciatio tollit defensionem ipsi minori, ergo ge
neraliter facta non debet ualere. l. sed & si quis. §. quæsi
tum. ff. si quis caut. Tertiò mouetur: q̃a negari non pōt,
quin huiusmodi iuramentum ita generale sit confusum,
& indiscretum propter multitudinem cōtractuum, quos
posset ipse minor in futurum celebrare, & in futurum
posset celebrare talem contractum, super quo nullo mo
do fuisset iuraturus, unde tale iuramentum ita cōfusum
caret uno ex substantialibus requisitis in iuramento: q̃a
scilicet caret discretione, gloss. ordinaria. in Authen. qđ
eis. C. de nupt. Pau. de Ca. hic in repetitione dicit, quòd
ista opinio Sali. posset procedere, quando contractus ce
lebratus per minorem circunscripo iuramento esset nul
lus: nam tunc quia iuramentum tendit ad firmandum ip
sum contractum, & ad faciendum, quòd ex ipso contra
ctu oriatur actio, & obligatio, quæ iura ueniunt acqui-
renda parti, ideo opus est præsentia partis, per notata p
glo. in l. illud. C. de sac. sanc. eccl. Si uerò contractus esset
de se ualidus: quia tunc iuramentum sapit quandam re-
nunciationem restitutionis in integrum, iō tunc bene po
terit præstari in absentia partis per ea, quę notantur in l.
postq̃ liti. C. de pact. ¶ In eadē gl. in fin. Docto. sequuntur
gl. dicētes, ꝙ Auth. nostra habet locum in quasi cōtracti-
bus, & in iudiciis: quia in iudiciis dicimur quasi contra-
38 here. l. 3. §. idē scribit. ff. de pec. † & contractus, & quasi
contractus æquiparantur. l. omnē. ff. de iud. Et solēnitas,
quæ requiritur in uno, requiritur & in altero, vt declarat
Bart. in l. more. & in l. mutum. in. §. primo. ff. de acquir. hę
red. Addite uos, quòd Ioa. de Imo. in repet. c. cum con-
tingat. in. 28. charta in uersi. an autem Authen. sacramen
ta puberum. ext. de iureiur. dicit communiter teneri, ꝙ
dispositio huius Auhten. habet locum etiam in iudicijs.
39 † Cautela ergo est, quòd quando minor. 25. annis com-
paret in iudicio, quòd faciatis eum iurare de non uenie͂
do contra illud iudicium, nec contra sententiam feren-
dam: nam uirtute talis iuramenti ualebit iudicium cum
eo agitatum. quod notetis. Limitabitis tamen hoc com-
mune dictum procedere, quando iuramentū habet tra-
ctum in futurum, secus esset, si iuraret de præsenti, puta
40 de dicendo ueritatem: † nam si postea confiteaꝣ aliquid
contra se, poterit minor non obstante iuramento petere
restitutionem aduersus illam confessionem. Ita dicit ele
ganter Bart. in suo cons. incip. Berardus. in fine. quod
nunquam exeat memoria uestra. Item Pau. de Cast. hic
41 in repet. dat aliam limitationem, † scilicet nisi iudicium
agitaretur cum minore sine curatore, & sic esset nullum,
& agereturr de ualidando ipsum iudicium uirtute iura-
menti: nā non sufficeret unum generale iuramentum de
non ueniendo contra ipsum totum iudicium, sed opus
esset in qualibet parte iudicii, & in quolibet actu, qui ge
reretur in iudicio iurare de non contraueniendo, sicut
in simili dicimus in quæstione glo. quam supra proximè
42 uidistis expeditam, † Quod non sufficit generale iura-
mentum de non ueniendo contra aliquos contractus
fiendos per minorem, ego puto istam limitationem Pau.
non esse ueram: quia sufficit, quòd minor à principio iu
ret de non ueniendo contra iudicium, & tale iuramen-
tum generale comprehendit omnes partes ipsius iudi-
cij, per notata in c. penulti. extra de iureiur. ¶ In glo. fi.
43 in fine. Docto. communiter dicunt, † quòd quando mi-
nor simpliciter iurat de non ueniendo contra contractū,
per tale iuramentum bene excluditur à beneficio resti-
tutionis in integrum, sed tamen non excluditur à reme-
dio. l. 2. C. de rescind. uendi. & ita uult glo. ordinaria in c.
pen. ext. de emptio. & uendi. Vnde cautela est, quòd fa-
ciatis minorē iurare hoc modo. iuro ad sancta Dei euā-
gelia de non ueniendo contra istum contractum ratione
minoris ętatis, uel restitutionis in integrum, nec alia qua
uis ratione, uel causa, etiam ratione enormis, uel enor
missimę lęsionis. ¶ Sed hic cadit pulcherrima dubitatio,
44 † an oporteat minorem esse certioratum de huiusmodi
beneficiis, quando iurat. Din. consuluit ꝗ sic, alioquin nō
uidebitur renūciasse iuri, quod ignorat sibi competere.
l. mater decedens. ff. de inoffic. testa. Sed Bar. hic, & in l.
sciēdum. ff. de uerb. oblig. determinat totum contrariū:
quia præsumitur uenisse certioratus, quādo iurat, & suf-
ficit iurare super facto, ad hoc ut tollantur oīa remedia,
quæ possent illud factum retractare. l. si duo patroni. §.
idē Iulia. ff. de iureiur. Pau. de Ca. hic in repetitione di-
cit, ꝙ iura allegata per Barto. nihil faciunt pro sua deci-
sione: quia loquuntur, quando iuratur super facto tollē-
do, quo sublato necesse est, ꝙ tollātur oīa remedia, ex q̃-
bus illud factum posset retractari; nos uerò loquimur,
quando iuratur super facto confirmando, & agitur de
tollendo omnia remedia, ex quibus illud factum posset
retractari. Ipse tamen Pau. sequitur opi. Bart. Mouetur,
45 † quia qñ ignorantia consistit in iure, tunc iuramentum
bene extenditur ad ignorata: quia lex fingit ipsum iuran
tem scire omnia, quæ consistunt in iure. Item in ipso iura
mento præsumitur animus adesse saltem implicitè, &
in genere: cū enim agatur de faciendo actum inexpugna
bilem uirtute iuramenti, sufficit, ꝙ saltem in gñe cogita
uerit de omni remedio, ex quo posset ille actus retracta
ri, arg. l. qui iure militari. ff. de test. mil. ¶ Vltimò quæro.
Filia post mortem patris quietauit bona paterna, & ma-
terna cum iuramento aliquo sibi dato, quod est minus
dimidia eius, quòd habere debebat, vtrùm poterit pete
re absolutionem à tali iuramento, & si petat, an debeat
sibi impertiri. Solēnis Doctor dñs Pet. de Anch. in sua
repetitione c. canonum. extra de constitu. determinat ꝙ
sic, eandem opinionem tenuit Anto. de But. in c. cum cō
tingat. extra de iureiur. in quarto casu principali, & ipse
dominus Pet. idem uoluit in quadam sua disputatione
incip. cum Seius laicus. idē etiam tenuit in regula. ea q̃.
ext. de reg. iur. lib. 6. Mouentur præfati duo Doct. quia
iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis. c. quā
46 to, extra de iureiur. Secundò † dolus ex proposito, & do
lus re ipsa æquiparantur. l. si quis cum aliter. ff. de uerb.
oblig. sed tex. in c. quāuis. ext. de pact. lib. 6 dicit iuramē
tum per filiam debere seruari, nisi dolus interuenerit.
Sed si dolus ex proposito interuenisset, iuramentū nō es
set obligatoriū, uel saltē absolutio esset cōcedēda, ergo
47 idē debemus dicere, qñ dolus re ipsa interuenit, † q̃ qui-
dem dolus re ipsa dr̄ interuenire, qñ filia fuit decepta ul
tra dimidiam, ar. l. oēs. in. §. Lucius. ff. de his q̃ in frau. cre
dit. Cōtrariam opi. tenuit Archid. in d. c. quāuis. & Ioan.
de Im. in d. c. cum contingat. & ipse Imo. & Dom. de san.
Gem. in d. c. quamuis. Mouētur p tex. illius c. quamuis.
in uerbo, omnino, ubi text. uult, quòd filia tenea-
tur oīno seruare iuramentum, sed si posset petere absolu
tionē à iuramento, non teneretur seruare oīno iuramen
tū. Et p hac sñia adduco uobis gl. cōiter approbatā in c.
48 pen. extra de emp. & uend. ubi glo. dicit, † ꝙ si deceptus
vltra dimidiam iusti pretii iuret ad sancta Dei euangelia
non uenire contra illum contractum, nunquam po-
stea audietur, & idem notatur in l. 2. C. de resci. uend. do-
minus Alex. de Imo. suo cons. 62. in penul. colum. in pri-
mo uolumine suorum cons. tenet istam opinionem, &
idem dominus Alex. de Imo. in l. stipulatio hoc modo
concepta. ff. de uerb. oblig. licèt dicat sustineri posse opi
nionem domini Petri de Ancha. & Anton. de But. tamē
subiungit, quòd in practica difficile esset obtinere at-
tenta opinione gloss. communiter approbatæ in dicto
c. penul.

c.penul. De hac materia uidete per do.Panor.suo cons. 12.incip.casus talis est.Magnificus do.Ioan. de Isare. in 10.col.illius consilij,& per Pau.de Cast. suo cons. 218. incip.octa.& in consil.seq. Ego consului secundùm istã ultimam opinionem contra Pe.de Anch.& Ant.de But. & respondebam eorum motiuis hoc modo.¶Ad primũ, dum dicunt,ꝙ iuramentum nõ debet esse uinculum iniquitatis, ego respondebam, ꝙ iuramentum non dicitur continere iniquitatem,nisi contineat aliquid turpe, puta,quando iuro soluere usuras.Quod probo uobis: nam iniquum est ualere uẽditionem fundi dotalis,per quam posset contingere,quòd mulier remanebit indotata, & tamen,si iuramentum interponatur per eam super uenditione fundi dotalis,tenebitur seruare illud iuramentum. ¶Ad aliud,dum dicebatur,ꝙ dolus ex proposito,
49 & dolus re ipsa æquiparantur,†respondebam, ꝙ non est uerum,quòd æquiparentur per omnia. Quod probo uobis: quia in contractibus stricti iuris,si dolus ex proposito interueniat,agetur actione de dolo.l.dolo,uel metu. ꝭ.de inutil.stip.sed si in cõtractu stricti iuris interueniat dolus re ipsa,solũ cõpetet exceptio.d.l.si quis cũ aliter.

ADDITIONES.

a ¶Sacramẽta. Ista Auth.habet locum in distractione,seu liberatione. tex.est cũ sua glo.approbata in l.3.§.1.ff.de contraria,& util.actio.tute.

b ¶Iuramentum dolo. Adde,ꝙ iuramentum iurantis dolosè interpretatur secundùm intentionem accipientis Io de Turre Cre.in.c.quæritur.nu.1.22.q.2.

c ¶Ex delicto suo. An autem possit testari ad pias causas. Vide per Pe.de Anch. in.c.quia ingredientibus. nu.15. extra de testa.

d ¶Præsumitur dolus. Qualiter differat dolus uerus, & præsumptus.Vide per Pet.de Anch.in.c.bona fides.nume.17.extra deposi.

e ¶Recipit iuramentum. Adde,quòd iuramenti uirtus est multiplex, ut per Pet.de Anch.in.c.cum dilectus.nu.9. extra de successi.ab intest.

f ¶Filia,quæ post mortem patris quietauit bona paterna, & materna cum iuramẽto aliquo sibi dato, quod est minus dimidia iusti pretij,quod habere debebat,utrùm poterit petere absolutionem à tali iuramento, vide.ſ.in.l. si quis maior.in vlt.col.de transact.

Rub. Si aduersus vendi.pigno.

¶Glo.rectè continuat.

In l.etiam aduersus.

SVMMAE.

1 *Restitutio an concedatur aduersus subhastationem, & rem auctoritate Prætoris uenditam &c.*

2 *Creditor alienans pignus censetur id facere, ut procurator debitoris.*

3 *Restitutio ex ignorantia datur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa uidebitur.*

4 *Subhastari, & uendi an possit res hypothecata à creditore alienari prohibita.*

1 ETiam aduersus. †Quando pignus prætorium incipit à minore, tunc aduersus uenditionem pignoris minor restituitur, si graue damnum passus est; si uerò pignus incepit à maiore,cui postea minor succesit, ipse minor nullo modo restituitur, nisi fraus interuenisset. h.d. totus titulus. ¶Nota quod in summario dixi,& pro uera, & clara doctrina facite uobis duo membra principalia. Primum membrum est,quando pignus incepit in persona minoris,& hoc casu si fraus interuenit in uenditione pignoris; tunc minor restituetur etiam pro modico damno.l.2.ꝭ.de præd.min.si uerò fraus non interuenit: tunc concludite,quòd si est pignus prætorium, uel iudiciale, ita demum minor restituetur aduersus uẽditionẽ ipsius pignoris,si graue damnum ipse minor passus fuit, & nõ aliàs. & ita intelligitur.l.1. huius tituli. optimè facit l.si ex causa.in prin.ff.de mino. si uerò est pignus conuentionale: tunc minor restituetur aduersus uenditionem ipsius pignoris,etiam pro modico damno,licèt non pro minimo.l.scio.ff.de in integ.restitut. & ita uult hic glo. quam sequitur Bart. Sed Pet.de Bellapert. & Cin. Rapha.Fulg.& Pau.de Cast.sunt in contraria opinione dicentes, quòd hoc casu minor non restituetur, nisi pro graui damno.& est speciale secundùm eos, ut minores faciliter reperiant creditores sub pignoribus,& hæc sententia mihi placet per.l.1.huius titu. generaliter loquentem. Et pro hac opinione potestis assignare aliam rationem:
2 †quia quando loquimur in pignore conuentionali,minor non est ille,qui alienat,sed creditor,qui in hoc censet̃ procurator ipsius minoris. tex.est notabilis in.l.si pignori.in fi.ff.famil.ercisc. & ideò difficiliùs subuenitur ipsi minori.l.cum mandato.ff.de minor.¶Secundum principale membrum est, quando pignus incepit à maiore,cui minor postea successit, & in hoc concludite, ꝙ si nihil gestum est cum ipso minore, puta,quia pactum erat celebratum cum illo maiore, cui minor successit, quòd liceret creditori uendere pignus, & creditor (nulla facta interpellatione minori) pignus alienauit: & hoc casu minor nullo modo restituitur aduersus illam uenditionem pignoris,etiam si fraus interuenisset. Ita loquitur.l.2.huius titu.Et est ratio, quia edictum de minoribus requirit aliquid fuisse gestum cum ipso minore ad hoc,ut sibi concedatur restitutio.tex.habetis in.l.ait Prętor,in princ.ff.de minor.
3 †Aduertite tamẽ,quia licèt hoc casu beneficio ætatis non concedatur sibi restitutio; tamen,si fuisset iusta ignorantia: tunc concederetur sibi restitutio ex clausula generali,si qua mihi iusta causa uidebitur.l.cum filius.§.in hac. & ibi notatur. ff. de uerb. oblig. Dicit tamen hic Pau. de Cast. quòd si uenditor pignoris non esset soluendo, & fraudem commisisset in uendendo pignus,& emptor participasset fraudem: tũc minor in subsidium restitueretur aduersus illam uenditionem pignoris,etiam si nihil gestũ fuisset cum eo,tex. est notab.in.l.1.ꝭ.si uend.pign.aga. Si uerò aliquid actũ sit cum ipso minore;puta,quia fuit interpellatus,ut lueret pignus,& fuit in mora soluendi, & propter hoc creditor uendiderit pignus, licèt non haberet pactum cum maiore,cui minor successit,de possendo uẽdere pignus: hoc casu minor bene restitueretur aduersus uenditionem pignoris.Ita sentit glo.in.l.si cum militaribus.ꝭ.de restit.mili. Aduertite,inquantùm dixi,exigi interpellationem minoris, quia hoc procedit,quando non erat factũ pactum,ꝙ creditor posset uẽdere pignus: alioquin, si tale pactum fuisset factũ, & minor,qui successit,fuisset interpellatus de luendo,& minor non curasset luere,& creditor alienasset illud pignus:hoc casu non restituetur minor aduersus uenditionem pignoris,tex.est notab.in l.Emilius.ff.de minor.¶Vltimò Bal.hic format quæstionem,quã habui de facto.
4 †Testator,q erat debitor uxoris suæ pro dote,in testamẽto instituit duos filios suos hr̃des,& prohibuit expresè, ꝙ quædã domus sua nõ alienaret̃: quia si cõtingeret filios suos sine liberis mori,disponebat,ꝙ ibi cõstrueretur unũ hospitale,vel ꝙ domus illa peruniret ad agnationẽ illius testatoris: mortuo uiro, mulier,q̃ habebat gñalem hypothecã in bonis, fecit

uendi domum illam,& consequenter dotem suam, deinde uenit casus mortis filiorum sine liberis: dubitabatur, nunquid talis uenditio ualeret. Determinat Bald. ꝙ sic: quia non est in potestate debitoris impedire ius creditoris, quò minus uendat rem, quam uelit ex sibi obligatis. l. creditoris. ff. de distract. pigno. addite eundem Bald. idem uolentem in l. 1. inf. debit. uendit. pig. impe. non poss. Limitabitis tamen istud dictum Bald. procedere, quando bona debitoris sunt obligata creditori: alioquin illa domus prohibita alienari per testatorem non posset sibi dari in solutum, nisi deficientibus alijs bonis. l. pater filium. cum ibi notatis per Bar. ff. de leg. 3.

Rub. Si aduersus donationem.

In l. Si quæ res.

SVMMAE.

1 *Restitutio an detur aduersus donationem etiam minori.*
2 *Curator, uel tutor existens præsens in actu, qui geritur per minorem, an dicatur legitimè sibi præstitisse auctoritatem.*
3 *Societas contracta cum patre intelligitur renouata cum filio minore data patientia tutoris.*
4 *Licentia alicuius quando requiritur in aliquo actu, & qualiter oportet, quòd præstetur.*
5 *Modus excedi non debet in dote, donatione propter nuptias, & simplici donatione.*
6 *Donatio propter nuptias an sit insinuanda.*
7 *Minor quomodo possit donare propter nuptias.*

1 SI quæ res. ¶† Aduersus donationē propter nuptias, uel simplicem donationem collatam in spōsam minor non restituitur. Hoc dicit. ¶ Nota primò ex isto tex. ibi, curatore præsente,
2 hic uideri probari,† quòd quando tutor, uel curator est præsens in actu, qui geritur per minorem, dicitur legiti
a mè sibi auctoritatem ᵃ pstitisse, licèt ipse tutor, uel curator nihil loquaē, & hoc uoluit gl. in l. ubi nō uoce. ff. de re iud. Sed tamen ueritas est in contrarium; quia est necesse, ꝙ tutor, uel curator expressè loquatur, quādo auctoritatem interponit in actu minoris. Ita dicit gl. not. in l. 3. ff. de auct. tut. pro qua alleg. optimum tex. in l. 1. in §. mutus. ff. de tut. Præmissa procedunt in actibus expressis, sed secus esset in actibus, qui tacitè gerūtur facto, seu re ipsa, sed si minor cū auctoritate tutoris ingrediaē possessionē rerum paternarū, dicetur hæreditas legitimè q̄sita minori, licèt tutor nihil loquaē. Ita dicit Bal. in l. putauit, in penul. quæst. inf. de iur. delib. unde ipse Bal. in l.
3 mandatū. inf. mand. dicit notabiliter,† ꝙ societas contracta cū patre intelligitur renouata cum filio minore data
4 patientia tutoris. quod notetis. Addo uobis, † quòd ubi in aliquo actu requiritur licentia alicuius, non sufficeret, quòd ille esset præsens in actu, sed esset necesse, ꝙ uerbis expressisset, ꝙ concederet licentiam, istud est singulare dictum Io. Andr. in nouella in c. abbatem. extra de elect. cuius dictum sequitur Lapus sua allegatione octogesima sexta. quam perpetuò notetis. Quid autem si in aliquo actu requiratur consensus alicuius, an sufficiat illum esse præsentem, an uerò oporteat eum loqui. Dicite, ut per Bar. & cęteros. in l. quæ dotis. & in l. 2. §. uoluntatem. ff. sol. ma. & de isto consensu, & de auctoritate præstanda in aliquo actu tangit notabiliter Bal. in l. quæ
5 cunque. inf. de bon. quæ libe. ¶Nota ulteriùs, † quòd sicut in dote, & in donatione propter nuptias non debet excedi modus, ita nec in donatione simplici, quæ fit inter sponsos, quòd notetis pro ampliatione. l. quæro. & l. cū post, in §. gener. ff. sol. ma. ¶Notetis ultimò casum, in quo minor non restituitur aduersus donationem per eū factam, & est ratio, quia fecit id, quod maiores facere tenentur, & sic uidetur usus iure communi, ergo nō debet restitui. l. fi. supra de in integ. restit. mino. ¶Vltimò glo. ibi super, uerbo, ante nuptias, accomodat ad istum text. duos intellectus. Primus est, ut loquatur in donatione p̄p nuptias, & ita intelligēdo ex isto tex. ibi congruenti moderatione. debetis sumere argumentum à contrario
6 hoc modo. † ergo si esset donatio propter nuptias ᵇ ex-
b cessiua facta per minorem, deberet insinuari apud acta iudicis. Hoc argumentum à contrario non est bonum: quia donatio propter nuptias, etiam si excedat summam quingentorū aureorū non insinuaē, ut §. illud. in Auth. ut fratrum filii. Sed debetis sumere argumētū à contrario hoc mō. tex. iste dicit, cōgruenti moderatione, ergo à cōtrario si esset excessiua, puta, qa si facta eēt ultra id, qđ solitū, & cōsuetū est fieri in prima, tūc minor bñ restitueretē aduersus talē donationem propter nuptias. ¶ Alius intellectus est, quòd iste tex. loquatur in donatione simplici facta à sponso sponsæ, ergo debetis sumere argumentum à contrario hoc modo. tex. iste dicit, congruenti moderatione, ergo à contrario si esset donatio simplex excessiua, bene indigeret insinuatione iudicis. l. Modestinus. ff. de dona. Aduertite etiam, quia adhuc est
7 alia differentia: † nam si donatio propter nuptias fuisset facta per minorem in re mobili, tunc cum decreto iudicis bene ualeret. l. prædia. inf. de præd. min. sed si esset donatio simplex facta sponsæ in re immobili per minorem, nō ualeret decretum iudicis: quia in iudicis decreto requiritur iusta, & necessaria causa, tex. est aureus in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor. sed cum donare sit perdere. l. cōtra iuris ciuilis regulas. in §. fi. ff. de pact. bene patet, quòd in donando, & interponendo decretū in simplici donatione non uersatur iusta, & necessaria causa, facit. l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clam.

ADDITIONES.

a ¶Sibi auctoritatem. Adde, quòd tutor non potest præbere auctoritatem pupillo in negotio, de quo aliquid sibi quæritur Pet. de Anch. in c. cum ad nostram. num. 4. extra de instit.

b ¶Donatio propter nuptias. Quæ dicatur talis donatio propter nuptias. Vide per Pet. de Anch. in c. peruenit. nume. 1. ext. de empt. & uendi. & in c. nuper. nu. 7. extra de dona. inter uir. & uxo.

In l. Si in te, ac fratrem.

SVMMAE.

1 *Donatio facta à patre de rebus filio donatis ob emancipationem non ualet.*
2 *Restitutio in integrum non impeditur, si patris auctoritas interuenit in contractu.*
3 *Donans ob donationem sibi factam an restituetur.*
4 *Tutor, aut administrator legitimus an habeat potestatem donandi causa remunerationis.*
5 *In decreto iudicis debet subesse iusta, & necessaria causa.*

1 SI in te, ac fratrem. ¶† Nō ualet donatio facta per patrem de rebus donatis filijs emancipatis, nec obest consensus filij minoris in re, quæ sine decreto alienari non potest. Hoc dicit. ¶Not. 1. ex isto tex. secundùm Sa
2 lic. † quòd auctoritas patris interueniens in contractu filii non habet impedire restitutionem in integrum, qđ est bene notandum secūdùm eum. Dicite uos, quòd hoc bene

bene probatur in l.2.sup. de filiofa. min. hic autem non bene uidetur probari. Quod ostẽdo:quia quando filius consentit patri donanti alicui rem ipsius filii,uidetur ipse filius rem illam donare patri,ut not.in l.quæ dotis.ff. sol.mat.ergo hic pater interposuisset auctoritatẽ in re,ppria,contra Cle.si una.ext.de reb. eccle. non alienan.& contra ea,quæ notantur in l.1.ff. de aucto. tuto. ¶Nota
3 secundò,† quòd licèt quis donet ei,cui est obligatus ad antidora, scilicet propter donationem prius ab eo receptam; tamen si lædatur, potest in integrum petere restitutionem.Et est ratio: quia ista obligatio ad antidora ut plurimùm non est in consideratione. l. sed si lege. §.consuluit. ff. de peti.hæred. Ex hoc potest probabili-
4 ter inferri,† quòd licèt tutor,uel curator,uel alius legitimus administrator habeant potestatem donandi gratia remunerationis.l.cũ in plures.§.pen. ff. de administ. tut.& c.cum in officijs. extra de testam. tamen hoc uerũ est quantùm ad hoc, ut donatio ualeat: sed si minor ex hoc lædatur,non prohibetur petere restitutionem in integrum.quod notetis.¶ Vltimò note. quòd sicut minor non potest alienare rem immobilem sine decreto,ita nõ potest consentire alteri alienanti rem immobilem ipsius minoris. Et hoc facit ad statutum, quo cauetur, ꝙ mulier,uel minor nõ posset alienare sine præsentia suorum duorum propinquorum:nam non poterit consentire alteri alienanti,nisi adsit pręsentia propinquorum,de quo dixi uobis in l.fi.sup.de pact.¶ Vltimò iste tex. uidetur probare à contrario,quòd si tempore,quo iste minor consensit patri donanti, interuenisset decretum iudicis,quòd ualuisset donatio.Sed hoc est contra tex. ad literam.in l.fin.§.cũ autem.inf. si min.mai.fact.alien.rat. habu.ubi dicitur, quòd in donatione non potest inter-
5 uenire decretum ad eam ualidandum: † quia in decreto iudicis debet subesse iusta, & necessaria causa. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor. & ista iusta, & necessaria caussa nõ est in donatione,unde nullo modo sumatis hic argumentum à cõtrario: quia resultaret absurdus intellectus.

Rub.Si aduersus libertatem.

In l. Si post decretum.

SVMMAE.

1 Minor restituitur aduersus sententiam, per quam pronunciatur libertatem deberi.
2 Sententia lata contra ius litigatoris an ualeat.
3 Sententia iudicis,per quam pronunciat deberi purè id, quod debetur sub conditione,an ualeat.
4 Sententia an ualeat,quando pronunciatur aliquem condemnandum.
5 Iudex si ex forma statuti ultima die sui officij non possit aliquem absoluere, & tamen possit pronunciare eum absoluendum,si ita pronunciat, an successor teneatur stare illi pronunciationi. & nu.6.

1 SI post decretum. ¶† Minor restituitur aduersus sententiam, per quam pronunciatur libertatem deberi,sed non restituitur aduersus libertatem per eum præstitam,sed debet agere contra suos administratores.¶ No-
2 ta,† quòd ualet sententia lata contra ius litigatoris,si nõ habeat errorem expressum,de quo in l.cum prolatis.&
3 in l.Præses.de re iudi.notat etiam hic Bal. † quòd ualet sententia,per quam iudex pronunciauit deberi purè id, quod debebatur sub conditione,nec hoc casu intelligitur repetita conditio in sententia. quod est bene notandum.¶ Nota,quòd ualet ista sententia,pronuncio libertatem deberi. aliud tamen est condemnare, & aliud est pronunciare condemnandũ. sicut aliud est deportare, & aliud est pronũciare quem deportandũ.l.fi.§.ubi & apud quem.& l.qui se.ff.de iud.& hoc uult hic glo.mag.in fi.
4 Et ex his infertur ad quæstionem quotidianam.† Iudex commisit causam alicui consulendam, ille consultor in suo consilio dicit. dico, & consulo Titium esse condẽnãdum, iudex autem recepto illo consilio sedendo pro tribunali dicit,& nos iudex pronunciamus in omnibus, & per omnia,prout in d.consilio continetur,an sentẽtia erit ualida. Videtur quòd non per prædicta. Item quia sententia non uidetur conformis libello:nam actor petit reum actualiter condemnari, & iudex eum non condemnauit,ergo sententia uidetur non esse ualida.l.fi.infra de fideicom.libert.Communis tamen sententia Doctorum determinat contrarium, quòd imò ualeat talis sententia.& hoc est de mente Ioan.And.in addi.ad Specul.in tit.de except.§.uiso.uers.rei. in quadam addit,incip.dat intelligere. & dicit hic Pau. de Cast.Bar.ita consuluisse, licèt hic ipse Bartol. non bene firmet pedem. Refert tamen hic Pau.de Cast. dominum Ioan.de Fasolis de Pisis ita tenuisse. addite uos Bart. in l.penult.ff.de rescin.uend.& Ang.in l.qui se. superius alleg. & eundẽ Ang.& Imol.in l.1.§.si ita.ff.de uerbo.oblig. Hanc communem cõclusionem limitabitis tribus limitationibus. Primò ut procedat,quando iudex prius uidit,& legit illud consilium:alioquin si illud non legisset,non ualeret sententia tanquam deficiens in substantialibus, per notata per Bar.in l.multùm. ff. de condit. & demonstra.& per eund. in l.2.§.de eden.Secundò limitabitis hoc procedere,quãdo cõsilium fuit redditum in illamet causa, in qua iudex pronunciat; cæterùm si cõsilium fuisset redditum in alia causa,etiam omnino simili, & iudex in sententia pronunciaret hoc modo,pronuncio,prout continetur in tali consilio reddito in tali causa,quę est similis huic,in qua nunc pronuncio: nam talis sententia nihil ualeret.Ita dicit Ioan.And.in additio.ad Spec.in titu.de sententia.§.qualiter.uersi. sed quid si iudex. & dominus Anto.de But.in c.cum uenerabilis.§.quia uerò. ext. de except.Tertia limitatio est, ut communis sententia procedat,si iudex in sentẽtia addat ista uerba, ita quòd præsens sententia dicatur lata in scriptis:alioquin non ualeret.c.fi.de re iud.lib.6.hanc pulchram limitationem ponit Ang.suo consi.275.incip. domina Liberina de Mantua.& notetis bene istam ultimam limitationem.de hac materia tangit Bal.in l.cum iudex.inf.de senten.& inter loc.omn.iud.& idem Bald.in l.1.inf.de senten.ex peric. recit.& Doct.Nouis.in l.1.§. si quis ita.ff.de uerbo.obli. Item per istam glo.dicit Bar.in l. solent. ff.de offic.pro-
5 con. & lega. † quòd si iudex ex forma statuti ultima die sui officij non posit aliquem absoluere,tamen bene potest pronunciare eum esse absoluendum,& dicit hic Pa. de Cast.quòd successor in officio non tenebitur seruare istam sententiam,imò poterit uidere, & cognoscere, an ueniat absoluendus,& condemnandus. Vos determinabitis contra Pau.& dicetis,ꝙ imò successor mandabit istam sententiam executioni. Ita dicit hic Bald. & idem Bal.in l.si quis filio.§.eius.ff.de iniust.rupt.irri.que fact. testam. alioquin illa pronunciatio esset nullius frugi.
6 ¶Vnum etiam notetis,quod uult hic Bal.dum dicit,† ꝙ si statuto cauetur, quòd credatur iuramento camparii, quando accusat aliquem, & per inspectionem ocularẽ iudicis, uel sui officiarii apparet nullum damnum datũ esse per illum, qui fuit accusatus per camparium, ista erit iustissima excusatio ad impediendum condemnationem accusati.Allegat Azo.in summa in titu. de lege Aquilia. addite uos eundem Bald. idem dicentem.in l. Iacob.sup.j. Cod.

cum negantē. inf.ad l. Aquil.& notetis perpetuò istud dictum.¶In glo.super uerb.admitti.ibi, ne decem det. Ista solutio est diuinatiua, unde uos ex mente Paul. de Cast.meliùs potestis soluere,& dicere, quòd in casu huius legis uerba sententiæ non patiebantur conditionem inesse:quia iudex pronũciauit libertatem deberi, quod non potest intelligi,nisi purè:nam id, quod in diem,uel sub conditione debetur,propriè non debetur. l. cedere diem. ff.de uerb.sig. sed in contrariis hic in glo.signatis uerba sententię bene patiebantur conditionem inesse.

In l. Et si minor.

SVMMAE.

1 *Minor non restituitur aduersus libertatem.*
2 *Dolus dans causam manumißioni non reddit manumißionē nullam.& nu. 4.*
3 *Libertas semel præstita est irreuocabilis.*
5 *Iudex cognoscens de causa ciuili incidenter, ubi crimen cognoscit,potest punire delinquentem.*

1 ET si minor. ¶†Aduersus libertatē præstitam minor non restituitur,sed si dolus manumissi interuenerit,agetur contra eum ad interesse, uel contra tutorem,uel curatorem,si eius dolus,uel culpa interuenerit,& à sententia lata super libertate bene potest appellari.Hoc dicit cum sequentibus.ll.
2 usque ad finē tituli.¶Nota ex ista. leg † quòd dolus dās causam manumissioni non reddit manumissionem nul
3 lam.¶Nota, † quòd libertas a semel præstita est irretra-
a ctabilis:tamen si manumissus fuerit in dolo, poterit manumissor agere ad interesse contra eum.¶Ex.l. quos re-
4 trahi,habetis notare, † quòd aduersus manumissionem, quæ est nulla, non est necesse petere restitutionem in integrum. ¶Ex eadem.l.in fin.habetis notanter colligere, quòd si iudex cognoscens de causa ciuili comperiat crimen fuisse commissum circa contingentia causæ,poterit ex officio,& extra ordinem punire ipsum delinquentem.
5 bene facit.l.nullum.inf.de test. Idem est econtra. † quia iudex cognoscens de causa criminali potest etiam condemnare ad rei restitutionem, & ideo quando iudex cōdemnat furem ad furcas, potest ex officio eundem condemnare ad restitutionem rerum furto subtractarum. Ita dicit notabiliter Bar.in l.interdum.§.qui furem.ff de furt.habetur per Cy.in l.quoniā multa facinora.inf.ad l. Iul.de ui pub.& per Can.d.c.cũ oportet.ext.de accusat.

ADDITIO.

a ¶Quod libertas.Adde,quòd libertas est causa pia.Vide per Benedic. de Plumb.in l.si quis intestatus.nu.4.uersi.ultima lex.ff.de fideicom.libert. & ibi in addit. domini Nicol.Boerij.

Rub. Si aduersus transactionē, uel diuisionem minor restitui uelit.

In l.Cum in integrum.

SVMMAE.

1 *Restitutio an detur aduersus transactionem.*
2 *Actio quæ restituatur restitutione facta.*
3 *Restitui æquum est aduersarium restituto minore.*
4 *Prohibitus alienare bene potest transigere,& transigendo remittere ius suum.*
5 *Minor quòd non poßit transigere sine decreto iudicis, quomodo intelligatur.*
6 *Actiones nostræ an computentur inter bona mobilia,& immobilia.& nu.7.& 8.*
9 *Bonorum appellatione quid ueniat.*
10 *Minor non potest prouocare maiorem ad diuisionem sine decreto.*
11 *Iudex quando facit diuisionem non est opus decreto.*
12 *Minor quando compromittit super rebus immobilibus, quando debeat interuenire decretum.*

1 CVm in integrum. ¶†Restituto minore aduersus transactionem restituitur sibi actio utilis, si ipse erat actor, uel si erat reus,restituitur utilis actio aduersario. h. d.secundùm utranque lecturam.¶Nota summarium,& aduertite pro declaratione: quia si ista actio per transactionem fuit ipso iure extincta, puta per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsecutam: hoc casu restituitur utilis actio,quæ est ɔ̃toria,& dicitur rescissoria,quæ non durat,nisi per annum.l.in honorarijs. §. sed cum rescissa.ff.de actio.& oblig.& hoc casu restitutio in
2 integ.plenè non prouidet:†quia prima actio erat perpetua,& ista utilis rescissoria est annalis.Si uerò actio ipso iure non fuit extincta per transactionem, tunc concessa restitutione aduersus transactionem restituitur actio directa,quæ prius competebat, & si agatur illa actione directa,& excipiatur per aduersarium de transactione,poterit replicari de restitutione, & ista replicatio erit perpetua,sicut actio,quæ prius competebat.¶Nota ex ista.
3 l. † quòd restituto minore æquum est etiam aduersariũ suum restitui. Et hoc facit ad notabilem cōstitutionem. Minor,uel mulier fuerunt in integrum restituti,ut,non obstante publicatione testium,possent facere examinari alios testes,utrùm aduersario idem licebit.Præcedentia faciunt quòd sic.de quo per Bar.& cæteros Doc.in l.prima.§.nunciatio.ff.de ope.nou.nunc.¶ In glo. fi. in fine. Vos melius soluite,quòd in casu.l.cum minor.hic in gl. allegata. actio non erat perempta, seu extincta uigore transactionis,sed seorsum,& separatim à transactione tutor pacto gratuito remiserat actionem suam minori:unde illa actio non uenit in restitutione cōcessa aduersus
a transactionem.¶In glo.fi.a in fi. Notetis ex ista gl. quòd sicut minor nō potest alienare rem immobilem sine decreto iudicis, toto tit.ĩ. de præd. mino. ita sine iudicis decreto nō pōt remittere actionē, quæ sibi competebat ad rem immobilem. & ista gl. mouetur per l.nō solùm. inf.de præd.mino. quæ in ueritate hoc nō probat: quia loquitur, quando minor ex causa transactionis dat rem suam immobilem alteri. Et contra istam gl.facit:quia ille,qui remittit ius suum,seu actionem, non dicitur propriè alienare,l.si pro fundo.sup.de trāsa.Hinc uidemus,
4 † quòd prohibitus alienare bene potest transigere,& transigendo remittere ius suũ.ut patet in uasallo.c.1.§.si uasallus de suo.in tit.si de feud.defu.fuer. contro.¶ Nihilominus Doc. cōiter tenēt istam glos. pro qua est optimus
5 tex.in l.ad resoluendam.inf.de præd.min.† Quod dixi minorem etiam cum auctoritate tutoris non posse sine iudicis decreto alienare rem immobilem, uel transigendo eā transferre,fallit in patre: quia pater est legitimus administrator filii,& quando in aliquo casu à iure ꝑmisso alienat rem immobilem filii minoris,uel transigit, nō requiritur iudicis decretũ. Ita dicit singulariter Azo. in summa in titu. de bonis quæ liberis. circa medium. & Bal.eum sequitur in l.1.ff.de reb.eorum. & Ang.in l. de rebus. ff.de transa.quod nunquā exeat memoria uestra.
6 ¶ Item ex hac glo.colligatis,†quòd ad cognoscendum, utrũ actiones nostræ computentur inter bona mobilia, uel immobilia,debemus considerare, an actio nobis cōpetat pro re mobili,& tunc ipsa actio computatur inter immobi-

mobilia . Si uerò cõpetat nobis actio pro re immobili, tunc illa actio computatur inter immobilia. Ita uult ista glo.ordinaria,de quo per glo.in §.quia uerò, in Auth. de non alien.col.2.per Bar.in l.potest.ff.de auctor.tuto. & per Bal.& Saly. in l. iubemus. sup. de sacrosan. eccl.
7 ¶†Limitabitis tamen prædicta procedere,quando actio competit ad speciẽ certam,sed si competeret ad genus, uel quantitatem,non computaretur inter mobilia, nec etiam inter immobilia, sed esset tertia species de per se. Ita singulariter dicit Lapus sua allegatione nonagesima
8 prima.quod dictum paucis est notum. ¶† Item si competeret actio ad annuum redditum,tunc ipsa actio computaretur inter immobilia. Ita dicit Bal. in d. l. iubemus. pro quo bene facit clem. exiui de paradiso. §. cunque
9 annui redditus.ext.de uerb.sign.† Et licèt appellatione bonorum mobilium, uel immobilium non comprehendantur actiones; tamen appellatione bonorum simpliciter loquendo bene comprehenduntur iura,& actiones. l.bonorum.§.in bonis.ff.de uerb.sign.Hinc est,quòd in expressa hypotheca bonorum bene ueniũt iura,& actiones,secus in tacita hypotheca.Ista est glo.singul.in l.hæredem.inf.de actio.hæred.¶Addite,quia tex.noster loquitur de diuisione,quòd aut maior prouocat minorem ad diuisionem:& tunc non est opus iudicis decreto.l.in
10 ter omnes. inf. de præd. minor. † econtra autem minor non posset prouocare maiorem ad diuisionem sine decreto:quia diuisio est species alienationis. l.cumque so-
11 lus.ff.de usucap † quando uerò iudex facit diuisionem, non est opus alio decreto : quia sententia diuisoria habet uim decreti , ut habetur in l. conuenerit . ff. pro so-
12 cio.& in l.Titia.ff.de iure dot. ¶ † Item quando minor compromittit super rebus immobilibus:tunc requiritur iudicis decretum in compromisso , non autem requiritur tempore laudi.Ita determinat hic not. Bal.idem uoluit ipse in l.Præses.sup.de transac.

ADDITIO.

a ¶In glo.fina.Limita hanc glo.fin. ut per glo.singul.in l. nulli. ff. de transac. uide per Scarauel. in l. mandata.in 2.col.ff.de offi.eius cui man. est iurisd.

In l. Si ex persona.

SVMMAE.

1 *Aduersarius restituitur restituto minore.*
2 *Instantia uetus nõ resuscitatur rescissa transactione per uiã restitutionis in integrum.*
3 *Actio datiua non habet materiam præexistentem.*
4 *Actionem utilem potest concedere,qui non potest directam.*
5 *Minor non potest permutare rem suam immobilem sine decreto iudicis.*
6 *Permutatio an dicatur alienatio.*

SI ex persona. ¶ Restituto minore aduersus transactionem, aduersario suo conceditur replicatio, si eius actio non est perẽpta. Si uerò sit perempta, restituitur sibi uti-
1 lis actio.h.d.¶Nota,† quòd in his, quæ sunt ultro citroque obligatoria, restituto minore intelligitur etiam restitutus eius aduersarius, & hoc procedit secundùm Docto.ex natura negotii, seu correlatiuorum.l.fi. ff. de acceptilat. & hoc procedit, etiam si iudex de restitutione aduersarij nihil dixerit in sententia restitutionis lata pro minore. Ita uult hic Bar. & expresiùs Bal. ¶Nota subse
2 quenter,† quòd rescissa transactione per uiam restitutionis in integrum uetus instantia non restituitur, sed est opus noua instãtia,& de nouo agere. De quo uidistis in l.si diuersa.supra de transact.¶Nota ultimò,ibi, tributa,
3 hic bene probari,†quòd est reperire actionem datiuam, quæ non habet pręexistentem materiam,ex qua oriatur, de quo uidistis in l.cum mota.supra de transa.& notatur in l.iurisgentium.in princ.ff.de pactis. ¶In gloss.magna, super uerbo,instauratione.ibi.§.aream. Ista glo. uidetur uelle,quòd illamet actio,quæ erat extincta uigore transactionis,restituitur ipsi aduersario minoris. & hoc concedunt Petr.& Cy.dicentes,quòd resuscitatur miraculo sè exemplo Lazari.Sed Docto.communiter determinãt contrarium per istum tex.in uerbo,tributa , ex quo uerbo significatur , quòd ista actio est datiua , & hoc facit :
4 quia ista actio restituitur à Prætore , † qui non potest cõcedere directam actionem,ita bene utilem. §. quos autẽ. Instit. de bonor. possess. Tertiò pro hac parte adducitur tex.in l.alterius.ff. de tut.& ration. distrah. ubi dicitur,quòd actio restituta per Prætorẽ est utilis , non autẽ directa.¶In eadem glo.in fine. De hac materia,nunquid minor possit diuidere,tetigi. in l.præcedenti. Sed quid erit de contractu permutationis.Docto.communiter di-
5 cunt,† quòd minor non potest permutare rem suam immobilem sine decreto iudicis.l.non solũ.ſ. de prædiis mino.Rapha.Fulgo.dicit,quòd etiam cum decreto iudicis minor nõ potest permutare rem suam immobilem:quia ad hoc,ut ualeat iudicis decretum,requiritur, quòd immineat æs alienum,uel alia causa necessaria.l.magis puto.§.ne passim,ff.de reb. eor. Et hæc ratio cessat in permutatione,nec est bonum simile(secũdùm eum)id,quod dicitur de diuisione,quia minor prouocatus de necessitate facit diuisionem:quia nemo inuitus cogitur stare in cõmunione.l.si non sortem.§.si centũ.ff. de condi.inde. solet enim communio parere discordiam.l.cum pater.§. dulcissimis.ff. de lega.2.Vos autem tenete communem opinionem per d.l.nõ solùm.& per l.Titia. ff.de iur.dot.
6 †nam minor permutando non dicitur propriè alienare: quia habet rem æquiualentem.

Rub.Si aduersus solutionem à debitore,uel à se factam.

In l.Exemplo cæterorum.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus solutionem sibi factam , etiam si sit facta cum auctoritate curatoris,& nu.3.& 4.*
2 *Solutio,quæ est fienda minori,debet fieri cum decreto .*
5 *Securus quis dicatur .*
6 *Idoneè,uerbum,& uerbum,legitimè,quid importent.*
7 *Tutor præscriptione 30. annorum dicitur habere plenissimam securitatem.*

EXemplo cæterorum .
1 ¶ † Minor restituitur aduersus solutionem sibi factam , etiam si sit facta cum auctoritate curatoris.h. d. ¶No. quòd si tutor soluit minori reliqua, quæ sibi debet ex administratione tutelæ,licèt solutionem faciat ipsi minori cum auctoritate curatoris : tamen minor potest petere restitutionem aduersus solutionem sibi factam,& hoc facit secundùm Bal.contra matrem,quæ uult transire ad secunda uota,& est tutrix filij sui , & antequam transeat , ipsa dimittit tutelam coram iudice,& petit filio suo prouideri de alio tutore,& reliqua,quę habentur in hęreditate, ipsa restituit filio cum auctoritate tutoris : nam licèt hoc faciat cautiuè,sine priuetur successione filii.l.omnẽ.ſ.ad sen.cõ.Tertu.tamen ipse minor aduersus talem solutio-

ſolutionem poterit petere reſtitut. in integrũ. ſi fortè fa
cilitate minoris ſit perdita pecunia. Et dicit hic Pau. de
Caſt. hanc. l. uideri contra omnem æquitatem mundi :
quia ſi ſoluens minori cum auctoritate tutoris, uel cura
toris liberatur : certè ſi contingat poſtea pecuniam ſo-
lutam perdi, illa perditio deberet cadere ad damnum
minoris, non autem ad damnum ipſius ſoluentis : quia
quod ab initio legitimè factum eſt, non debet ex ſuper-
uenienti caſu retractari. l. ſancimus. inf. de adminiſt. tut.
Sed huic motiuo poteſtis reſpondere negando, quòd
2 legitimè factum ſit: quia lex exponit † debere interueni
re iuſſum iudicis ad hoc, ut ſoluens minori conſequatur
pleniſsimam liberarionem. l. ait Prætor. §. permittitur.
ff. de minor. Aduertite tamen : quia iſte tex. dum dicit,
3 † quòd minor aduerſus ſolutionem [a] ſibi factam etiam
a cum tutoris, uel curatoris auctoritate poteſt petere re-
ſtitutionem in integrum, debet intelligi & limitari, quã-
do pecunia poſtea fuit deperdita facilitate ipſius mino
ris, uel ſui curatoris: alioquin ſi caſu fortuito eam per-
didiſſet, non cõpeteret ſibi reſtitutio in integrum. Iſta
eſt glo. ualde notabilis in l. uerùm. §. ſciendum. uerſi. itẽ
non reſtituetur. ff. de minoribus. & illam glo. ualde pon
derat ibi Bar. pro limitatione. l. noſtræ. ¶ Nota ſubſequẽ
4 ter, † quòd minor reſtituitur aduerſus ſolutionem ſibi fa
ctam, etiam ſi ſit facta cum auctoritate tutoris, uel cura
toris. Patet ergo, ꝙ per talẽ ſolutionem ipſe debitor nõ
conſequitur pleniſsimam liberationem, & glo. magiſtra
hic facit dr̃iam inter plenam liberationẽ, plenioreẽ, & ple
niſsimam. ſimilem glo. habetis in §. admonendi. Inſti.
quib. aliena. licet uel non. & in l. ait Prætor. §. permitti-
5 tur. ff. de minor. & dicit hic notabiliter Bal. † quòd ille di
citur ſecurus, qui habet efficacem, & inexpugnabilẽ ſe-
curitatem. quod not. pro contractibus. & ſaluiſcondu-
ctibus, in quibus datur ſecuritas alicui, de qua ſecurita-
te ſaluiconductus, uidete per Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. ma-
ieſt. per Ange. in l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ff. de in-
offi. teſtam. addite Bar. in l. 1. §. ſi communes. ff. de prẹto.
ſtip. ubi dicit, quòd ſi promitto te facere ſecurum de dã
do tibi decem, ſufficiet, ꝙ ego promittam tibi illa decẽ
per ſtipulationem, nec tenebor tibi dare fideiuſſorẽ. Li
6 mitabitis tamen illud. d. Bar. † niſi in promiſsione ſecuri
tatis eſſet appoſitum iſtud uerbũ, idoneè, uel uerbum, le
gitimè: nam tunc ego tenerer dare fideiuſſorem. tex. eſt
notabi. cum ſua glo. in l. ſi mandato Titii. § fi. ff. mand. Se
cũdò limitabitis, niſi ille, q pmittit facere ſecurum aliũ
de dando ſibi decem, eſſet homo non poſsidens bona
immobilia, & qui eſſet ſuſpectus de fuga: nam tũc intel-
ligeretur cum fideiuſſore. Ita uolunt Ang. & Pa. de Caſt.
in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. ¶ In gl. magna ibi. l. penul. Raph.
Fulg. dicit, ꝙ illa. l. loquitur de reſtitutione reali. addit,
quòd licèt illa. l. dicat, ꝙ ille, qui reſtituit fideicommiſ-
ſum minori cũ tutoris auctoritate, conſequitur pleniſsi
mam liberationem; tamen non negat illa l. ſecundùm
Fulg. ꝙ in eo caſu minor poſsit petere reſtitutionem in
integrum, ſi ſecuta ſit perditio hæreditatis reſtitutæ ipſi
minori. Et hoc probat, quia ſpãle eſt in ſolutione de par
ua ſumma facta minori cũ tutoris auctoritate, ut tunc nõ
poſsit petere reſtitutionem in integrum, ergo ſecus eſt
in aliis caſibus. Subiicit ipſe Raph. ꝙ iſta opinio deberet
placere cuicunque Docto. & Pa. de Ca eum refert, & nõ
contradicit. Doct. tamen communiter ſequuntur iſtã gl.
uolentes, ꝙ in caſu. l. pen. inf. ad Trebell. minor non poſ-
ſit petere reſtitutionẽ in integrum; quia tex. in dicta. l.
penultima. dicit pleniſsimam ſecuritatem. Ego pro opi
nione Rapha. Fulgo. adduco uobis tex. in l. omnes. in fi-
ne. ibi pleniſsima munitione ſecurus, inf. de præſcrip.
7 30. uel. 40. ann. Nam ibi tex. dicit, † quòd ille, qui eſt tu
tus præſcriptione triginta, uel quadraginta annorum, di
citur hr̃e pleniſsimam ſecuritatem; & tñ nos habemus,
quòd aduerſus præſcriptionẽ triginta, uel quadraginta
annorum poteſt peti reſtitutio in integrum ex capite
ignorantiæ. Ita dicit Ioan. de Imol. in repet. c. fi. in antepe
nulti. charta. extra de præſcrip. & placet domino Panor.
in c. uigilanti. & in c. primo. ext. de præſcrip. Ergo moti-
uum, quod faciunt Doctores communiter, non uidetur
bonum. In iudicando non eſſet bonum recedere à com-
muni ſententia. ¶ In eadem gl. in fine. Aduertite ad unũ.
quod uult hic eleganter, & ſingulariter Pau. de Caſtro.
dum dicit, quòd illud, quod dicitur in §. permittitur,
hic in glo. allegato, quòd quando debitor ex præcepto
iudicis ſoluit minori, quòd conſequitur pleniſsimam li
berationem: debet intelligi, quando debitor, cui fuit fa-
ctum præceptum per iudicem de ſoluendo minori, ſe
oppoſuit aduerſus illud præceptum, & facit in actis cu-
riæ ſcribi cauſam contradictionis : alioquin ſi præcepto
iudicis non contradixiſſet, non diceretur ſoluere pro-
pter iuſſum iudicis, ſed ſponte, & ideo conſequeretur
pleniſsimam ſecuritatem. & de intellectu illius. §. per-
mittitur, uidete per Bald. in l. 2. ad fi. comment. inf. de re
iud. & per eund. Bal. in c. 1. ext. de ord. cogni.

ADDITIO.

a ¶ Aduerſus ſolutionem. Adde, quòd ſolutio ſola reſti-
tuit obligationem extinctam. Pet. de Anch. in c. ſi de ter
ra. nu. 3. ext. de priuileg.

In l. Indebito.

SVMMAE.

1 *Minor, qui ſoluit debitum naturaliter, ſed ciuiliter indebitũ per errorem iuris, reſtituitur aduerſus ſolutionem. & nume. 3. & 5.*
2 *Solutum indebitè an repetatur.*
4 *Solui non poteſt ſine decreto iudicis, quod non poteſt alienari ſine eius decreto.*
6 *Compenſatio an obiiciatur de naturaliter debito.*

1 INdebito. ¶ † Minor, qui ſoluit de
bitum naturaliter, ſed ci
uiliter indebitum per errorem iuris, re-
ſtituitur aduerſus ſolutionem. Hoc dicit.
¶ Nota primò ex iſto tex. † quòd licèt re
gulariter debitum naturaliter, ſed ciuili
ter indebitum ſolutum errore iuris non poſsit repeti. l.
errore. inf. ad l. Falcid. tamen hoc procedit in maiore ſol
uente, ſecus in minore: quia ſi errore iuris ſoluat natura
liter debitum, ſed ciuiliter indebitum, poterit per uiam
reſtitutionis in integrum repetere. Et hic addunt Doc. ꝙ
idem tamen eſſet, ſi minor tale debitum ſoluat etiam ſci
ens: maior autem ſcienter ſoluendo non poſſet repetere.
l. prima. ff. de cond. indeb. in l. cum per errorem. ff. de re
gu. iur. Aduertite etiam, quia lex noſtra generaliter lo-
quitur de minore, ergo uidetur, quòd habeat etiã locũ
in pupillo. Sed contra hoc fortiter facit l. interdum. ff.
de condictio. indebi. ubi uidetur probari, quòd pupil-
lus ipſo iure repetit ſine aliqua reſtitutione. Sol. Quidã
intelligunt illam legẽ ſecundũ iſtã ut quod ibi dicitur,
ſcilicet pupillus repetit, debet intelligi, ſcilicet median-
te in integrum reſtitutione. & hanc opinionem tenent
multi. Alii dicunt, quòd iſta lex debet intelligi ſecũdùm
illam. l. interdum. ſcilicet, quòd pupillus repetat ipſo iu-
re, nec ſit neceſſaria reſtitutio. & pro hac opinione facit
tex. in l. illud. in princ. ff. de minor. ubi uidetur probari,
quòd minor repetat abſque aliqua reſtitutione. Alii di-
cunt, quòd l. interdum, ſuperiùs allegata debet intelli-
gi, quando ſolutio fuit facta per pupillum non ritè, id-
eſt ſine auctoritate tutoris : & tunc quia ſolutio eſt nul-
la,

la,repetit solutum ipso iure,nec est necessaria restitutio; sed lex nostra debet intelligi, quando ritè fuit facta solutio,idest cum auctoritate tutoris,uel curatoris:& hoc casu est necessaria restitutio in integrum,ut hic,& istam opinionem sequuntur Docto.communiter.¶Vltimò no
3 tetis, † quòd quando debitor minor soluit naturaliter debitum, sed ciuiliter indebitum, ex hoc dicitur lædi, ideo potest petere restitutionem in integrum.¶Gl. prima bene dicit. ¶In glo. magna. Pro declaratione huius gl.quæ uidetur difficilis, potestis sic arguere. Nos habe
4 mus,† quòd illud,quod non potest alienari sine decreto iudicis,non potest etiam solui sine decreto. l. magis puto.§.si pupillus.ff.de reb.eor.sed in casu legis nostræ iste minor soluit sine iudicis decreto,ergo non transtulit dominium rei solutæ in accipientem, & per consequens ipse minor soluens remansit dominus,ergo de iure communi potest rem solutam uēdicare, nec est opus aliqua restitutione, ergo contra istum tex. qui uidetur loqui de in integrum restitutione.Huius timore contrarii est facta ista gl.quæ respondet, quòd ista solutio fuit facta ritè,idest cum iudicis decreto, uel cum auctoritate tutoris,uel curatoris.Vel si uelimus pręsumptionem, quòd sine istis solemnitatibus fuerit facta solutio,dicit glo.quòd debemus intelligere,quòd res soluta per minorem fuerit consumpta. Et ex ista glo.habetis collige-
5 re,† quòd debitum naturaliter;licèt ciuiliter indebitum solutum per minorem reconciliatur consumptione. l. non omnis.§.si pupillus.ff.si cert.pet. Sed Bar. hic in discursu sermonis uidetur uelle,quòd tex.in d.§ si pupillus.& similia iura, quæ loquuntur de consumptione,debent intelligi in debito soluto: sed secus est in indebito, de qua materia pleniùs tangitur in d.l. interdum. & in d.§.si pupillus. Aduertite tamen, quia Imperator in l.nostra locutus est simpliciter,& generaliter,& sic l.nostra potest intelligi etiam in rebus,quæ non possunt alienari sine decreto: nam in l. nostra testator iussit istas res solui: quo casu non est opus decreto, sed sufficit iussus testatoris.l.magis puto.§.si fundus.ff.de reb. eorum. Nō tamen intelligatis,quòd hic testator legauerit rem minoris:quia tunc non posset solui sine decreto, si esset de rebus,quęnon possent alienari sine decreto.d.§.si fundus. Veruntamen quia lex nostra loquitur de debito naturaliter,& ciuiliter indebito per erorem iuris soluto, ideo est opus restitutione in integrum.Et sic habetis notare, quòd tex.in l.1.& in§ si fundus.ff.de reb.eorum. habet locum etiam in testamento minus solemni.Quid autem si extra casum. l. nostræ res,quæ non poterat alienari sine decreto,& erat debita naturaliter, sed ciuiliter indebita, soluatur cum iudicis decreto: an solutio erit ipso iure ualida.Ista glo.quam multi Docto.sequuntur uidetur uelle, quòd sic.Sed Raph.Fulgo.determinat contrarium.Mouetur: quia interpositio decreti iudicis est nulla ipso iure,nisi incumbat necessitas æris alieni.l. magis puto.§.si æs alienū.ff.de reb.eor.sed quando est naturaliter debitū tantùm,nulla tñ imminet necessitas soluendi tale debitum.l.Stichum.§.naturalis.ff.de sol. tunc decretum iudicis non debet ualidare talem solutionem.& in secreto iuris ista opinio Fulgo.uidetur uerior.¶In eadem glos. in fi. Veritas est,ꝙ in casu nr̄o non habet locū compensatio: quia naturalis obligatio fuit sublata per solutionem,& non reuiuiscit, donec minor sit restitutus aduersus solutionem, & si res per eū soluta fuerit ad eū reuersa:& tūc frustra tractamus de compensatione:quia tunc executio facta est. Vel secūdùm Bart. lex etiam hic in gl.alle.loquitur in petente, quo casu aduersus ipsum petentem bene potest obijci compēsatio de naturali de
6 bito.†Nos autem loquimur in repetēte,& ipsi repetenti
a non potest opponi compensatio[a] de naturaliter debito. Et est ratio:quia censetur spoliatus, & ideo ante omnia uenit restituendus, & sicut quando spoliatus petit se restitui, non potest contra ipsum obijci exceptio proprietatis, ita nec debet contra eū opponi exceptio compensationis.l.si quis ad se fundum.inf.ad l.Iul. de ui pub. & c.in literis.extra de restit.spolia.

ADDITIO.

a ¶Compensatio.In quibus rebus habeat locum compensatio.Vide per Pet.de Anch. in c. bona fides, nume.36. extra de depos.

Rub. Si aduersus dotem restitutio postuletur.

In l.Quoniam.

SVMMAE.

1 Restitutio an detur aduersus dotem immoderatam.
2 Mulier minor an possit dare in dotem omnia bona immobilia.
3 Patrimonium,& uires patrimonij qualiter differant.
4 Beneficium restitutionis in integrum transmittitur ad hæredem.
5 Restitutio in integrum debet concedi aduersario præsente.
6 Mulier simpliciter nubens nulla facta mentione de dote an obligetur dare omnia bona sua in dotem.

1 QVoniam. ¶† Minor mulier aduersus dotem immoderatam restituitur,& etiam eius hæres.Hoc dicit.¶Nota ex ista leg. quòd mulier minor,quando dat omnia bona sua in dotem,ex hoc dicitur lædi, & potest petere restitutionem in integrum: quod uerum intelligatis, quando dedit omnia bona non mereñti ex conditione fortè personæ suæ, uel ex consuetudine patriæ. Secus si dedisset in dotem omnia bona merenti:nam tunc non diceretur læsa, sed usu iure communi,ergo non restituetur.l.fina.sup.de in integ.restitu.mino. Solent enim matresfamil. dare om-
2 nia bona in dotem.¶In gl.1.Notetis ex hac glo.† ꝙ mulier minor non potest dare in dotem bona immobilia sine decreto iudicis.& ita sequuntur Doct.¶In glo.super uerbo,præsenti.in fine. Notetis distinctionem huius gl. quæ uult, quòd si mulier det in dotem ultra uires patrimonij, talis promissio, & constitutio dotis bene ualet. Accipe exemplum.Mulier minor habet in bonis centū, & tenetur quibusdam creditoribus in quinquaginta, & dat in dotem sexaginta: ecce deducto ære alieno dedit in dotem ultra uires sui patrimonii: hoc casu licèt promissio dotis ualeat; tamen mulier minor potest petere restitutio. in integrum.l.si ex cā.§.in dotis. ff.de minor. Si uerò mulier dat ultra patrimonium suum in dotem, puta,habet in patrimonio centum, & dat in dotem ducentum:tunc promissio, & constitutio dotis est ipso iure nulla,nec est opus restitutione.l.siue generalis. ff. de iur.dot.& l.cum post.in §.primo.ff.de adminisț.tut.Si tamen talis promissio dotis fuisset facta per mulierem minorem in præsentia sui curatoris scientis, uel dolosè auctorantis, bene ualeret in præiudicium ipsius curatoris, & hanc glo.secuti sunt Bar.& cæteri Doct.communiter.
3 Ex qua gl. † habetis notabiliter differentiam inter uires patrimonii,& patrimonium: nam sub patrimonio comprehenduntur debita,& credita,sed uires patrimonij nō dicuntur,nisi deducto ære alieno:quod notetis,quia facit ad multa. Domini Vltramontani dicunt, ꝙ siue promissio dotis fiat ultra uires patrimonij, siue ultra patrimonium semper ualet ipso iure:quia ille,qui habet mille

le in bonis,non prohibetur promittere duo millia, imò
promisſio ualet.l.continuus.§.illud.ff.de uerbo.obliga.
Pau.de Caſt.diſtinguit. Aut mulier minor non habet cu
ratorem, & tunc bene ualebit promisſio. Ita procedit
opi. domi. Vltramontanorum. Aut mulier minor habet
curatorẽ,q bona fide auctorizat promisſioni, & tũc pro
cedat diſtinctio glo.noſtræ. Ego non uideo bonam rõnẽ
diuerſitatis inter hos caſus, unde plus placet opinio do
minorum Vltramontanorum, niſi curator auctorizans
in promisſione fuiſſet ſciẽs,uel dolosè auctorizaſſet: nã
tunc bene ualeret promisſio in pręiudicium ipſius cura
4 toris,ut dixi.ſup. ¶Nota, † quòd beneficium reſtitutio-
nis in integrum tranſmittitur ad hæredem. concordat.l.
non ſolùm.ff.de in integ.reſtit.tit.generali. ¶Vltimò no
5 tetis, † ꝙ reſtitutio in integrum debet concedi aduerſa-
rio præſente:quod uerum intelligit hic Bal.quò ad litis
conteſtationem, ſed reliqua pars proceſſus bene pote-
rit agitari aduerſario abſente per contumaciam.l.in cau
ſæ.§.cauſa cognita.ff.de minor. Vnum uolo notetis,ꝙ il
6 lud, quod ſolet dici, † quòd mulier ſimpliciter nubens
nulla facta mentione de dote intelligitur dare omnia
bona ſua in dotem. l. mulier bona. ff. de iur. dot. nam
hoc debet limitari, ſi mulier proceſſerit ad traditio-
nem. Ita dicit eleganter Bal.in c.1.ad finem cõmenti. in
7 titu.an mari.ſuc.uxo.in bene.in libel.feud. ¶ † Quæro,
utrùm pater teneatur dotare filiam, quando nubit ſine
a uoluntate ipſius[a],glo.reputata ſingularis determinat, ꝙ
ſic in c.hoc ſanctum.32.q.2.ego alleg. ſociam.in c. de ra
ptoribus,36.q.1.& eſt de mente gl.in l.obligamur. in §.
ecce.ff.de actio.& oblig. hanc opinionem tenuit Bal. in
l.finali.inf.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.& Ang.in l.nu
pta.ff.ſol.matri.& Imola in l.prima. ff.ſol.matr.¶Sed Io
an.de Imo.in c.accedens.extr. de procu.dicit,quòd hoc
eſt uerum, tamen erit iuſta cauſa diminuendi dotem. Pa-
nor.in dict.c.accedens. & idem Panor.in d.c. primo. ex
tra de adult.intelligit hoc eſſe uerum, quando puella,
quæ nupſit ſine conſenſu patris, promiſit dotem: tunc
enim pater bene poſſet cogi ſoluere dotem, aliàs ſecus.
Sed iſtud fuit dictum Bart.in l. obligamur. in §. lege. ff.
de actio.& oblig.Bal.in l.ſi pater.infr. de ſpon. in anti-
qua lectura dicit, quòd ſi puella capiat maritum ſibi di-
gnum, tunc pater tenebitur eam dotare, ſecus ſi capiat
indignum,& iſta fuit diſtin. domini Ant. de But.in d.c.
accedens.ſed Imo.ibi reprehendit,dicens tamen, quòd
erit iuſta cauſa diminuendi.& notetis prædicta,quia fre-
quenter contingunt.

ADDITIO.

a ¶Voluntate ipſius. Adde tex.in l.3.§.ſi emancipatus. ff.
de bono.poſ.contra tabu.& de hac quæſtione uide per
eundem Iacob.in Auth.ex cauſa. inf. de libe. præte.uel
exhæred. & per eundem in l.profectitia.in §. filiusfami
lias.ff.de iure dot.& ad plenum per Ioan.Ama.Tanam.
in l.1.ff.ſol.mat.adde id,quod dicit dom.Panor.in cap.
quintauallis.ext.de iureiur.quòd ſi filia, quæ luxuriaba
tur,ſe emendauit,ꝙ pater tenebitur eam alere,& dotare.

Rub. Si aduerſus delictum.

In l. In criminibus.

SVMMAE.

*1 Mulier minor non petens filio ſuo tutorem perdit eius ſucceſ-
ſinem,& nu.7. Et quid ſi effecta maior infra annum non pe-
tijt. num. 9.*

*2 Minor non reſtituitur aduerſus delictum dolo commiſſum. Se
cus ſi culpa.& nu.3.*

*4 Reſtitutio datur minori, ut faciat examinari teſtes non ob-
ſtante publicatione.*

5 Crimen,& delictum qualiter differant.

6 Minor reſtituitur aduerſus culpam.

*8 Notarius quando propter delictum, uel falſum inſtrumentũ
per eum confectum deberet pati pœnam amputationis ma-
nus;tamen ſi ſit minor 25.annis,non debet perdere manum,
ſed debet alia pœna puniri.*

1 IN criminibus ¶ † Minor ad-
uerſus delictũ
dolo commiſſum non reſtituitur, ſecus
ſi culpa: & mater minor, quæ non petiit
infra annum dari tutorem filio impube-
ri,non perdit ſucceſsionem. Hoc dicit to
2 tus titulus. ¶Nota primò ex iſto tex. † ꝙ aduerſus dolũ
commiſſum per minorem, ipſe minor non reſtituitur.cõ
cordat l.ſi alterius.inf.ſi min.ſe maio.dixe. Et hoc intel
ligatis procedere, quando certitudinaliter conſtat de
uero dolo minoris, ſed aduerſus dolum præſumptum
de præterito bene ſuccurritur minori,glo.ordinaria cõ-
muniter approbata in l.ubi.in uerbo, dolo malo. ff. de
3 eden. ¶†Aduerſus autem dolum præſumptum de futu-
ro non ſuccurritur minori, ne detur ſibi materia delin-
quendi.l.auxilium.ff.de mino. ¶Sed hoc limitabitis ꝓ-
cedere, niſi immineret damnum de præſenti ipſi mino-
ri,ſi non reſtitueretur: nam tunc reſtituetur in integrum
aduerſus dolum præſumptum de futuro. Ita eleganter
determinat Bar.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.nou.nun-
4 cia. ubi dicit, † quòd publicatis atteſtationibus minor ꝑ
uiam reſtitutionis audietur ad faciendum examinari
alios teſtes, licèt hic ſit dolus præſumptus de futuro ti-
more ſubornationis.cap.fraternitatis. ext. de teſtamen.
5 ¶†Nota ulterius ex iſto tex.iuncta glo.differentiam in-
ter crimen,& delictum:nam crimen dicitur,quando do-
losè fuit cõmiſſum, delictum autem eſt nomen genera-
le,quod poteſt comprehendere delictum etiam ſine do
lo commiſſum.leges tamen his uocabulis abutuntur, fa
cit id,quod uult l.ibi pactum.ſupra de tranſact. ¶Nota
6 † quòd minor reſtituitur aduerſus culpam, concordat
l.ſi ex cauſa. §.ſi in commiſſum. ff. de mino. ¶Nota ex l.
7 ſecunda. † quòd mater minor licèt non petierit dari tu
torem filio impuberi infra annum;tamẽ excuſatur, adeo
quòd nõ perdit ſucceſsionem. Et ut habeatis ſummam
huius tituli, Cõcludite,quòd aut loquimur in infante,&
tunc ex delicto non punitur: quia talis ætas quicquid
uidet,ignorat.l.1.inf.de falſ.mon.l.infans.ff.ad l.Corne
liam.de ſica.& l.impuberem.ff.de furt. Aut loquimur in
maiore infante doli capace:& tunc dicendum eſt,quòd
ſunt quidam caſus, in quibus in eis non eſt delictum: &
tunc ipſo iure ſunt excuſati abſque reſtitutione, ut in l.
2.huius tit.& in l.penult.ſup.ex quib.cauſ.infa. irrog. In
aliis uerò caſibus,in quibus in eis eſt delictum, conclu-
dite,ꝙ ſi eſt delictum dolo commiſſum, non ſubuenitur
ipſis minoribus,ut in l.1.in princ.in hoc titu.ſecus ſi eſ-
ſet delictum commiſſum per culpam,ut in ea.l.in fi.ſub-
uenitur tamen eis ut minoribus. l.aut facta.§.fi.ff. de pœ
nis. Item ſubuenitur minoribus quantùm ad hoc,quòd
ubi aliàs per negationem, uel contumaciam deberent
puniri in plus, habentur pro confeſsis, ut in minus pu-
niãtur.tex.eſt not.in l.ſi ex cauſa.§.nunc uidendum.ff.de
8 minor. ¶Addo uobis,† ꝙ quando notarius propter illi
citum, uel falſum inſtrumentum per eum confectum de
beret pati pęnam amputationis manus, tamen ſi eſſet mi
nor 25.annis,non debet perdere manum,ſed debet alia
pœna puniri:quia tunc inſtrm propriè non dicitur falsũ,
ſed temerariũ. Iſtud eſt not.dictum Bal.in c.1.in fi.com-
men.in tit.de prohib.alien.feu. per Lotarium,quod per
9 petuò no. ¶Vlt.circa l.2.huius tit.†quæro. Tẽpore mor
tis

tis mariti uxor habens filium impuberē, erat minor 25.
a ann.ᵃdeinde fuit effecta maior,& intra annum non petijt dari tutorem filio impuberi, an priuabitur successione filii.Bal.hic refert se consuluisse ꝙ non, secutus naturalem æquitatem.Addite eundem Bal. idem uolentem in l.precibus.ꝟ.de impub.& aliis substit.

ADDITIO.

a ¶Minor. 25. annis. Adde dominum Claud.de Aqui.in l.2.ꝟ.de in ius uoc.& an mulier,quæ esset in bannimēto, si non peteret filiis tutores infra annum,excusetur.Vide per Io.Amad.Tanan.in l.2.§.fi.ff.sol.mat.

Rub. Si aduersus vsucapionē.
In l. Contra eos.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus usucapionem, uel præscriptionem cæpta cum maiore. Et etiam aduersus præscriptionem in rebus suis decursam.nu.4.*
2 *Præscriptio, & usucapio non currunt contra minorem. Et quid si sint cæptæ contra maiorem.nu.3.*
5 *Dominium acquiritur per usucapionem.*
6 *Res,quæ non possunt seruari triennio, dicuntur esse de rebus, quæ tempore pereunt,& de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
7 *Pecunia, an dicatur esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*

1 COntra eos. † Minor restituitur aduersus usucapionem,uel prescriptionem cęptam cum maiore.h.d. ¶Nota hic bene probari,ꝙ per
2 usucapionē acquiritur dominium. ¶†Nota,ꝙ licèt contra minorem non currat usucapio.l.bonæ fidei.ff.de acquir.rer.domi. nec hodie contra adultum etiam currat præscriptio.l.fina. inf. in quib. cau. in integ.restit. non est necess. tamen si usucapio,uel præscri-
3 ptio sit†inchoata contra maiorē,bene currit postea contra minorem,ut hic:alioquin si non curreret,ad quid esset opus restitutione?Non obstat.l.Emilius.ff.de minor. quia secundùm Bal. illa loquitur in præscriptione conuentionali:nos autem hic loquimur in præscriptione le-
4 gali. ¶Nota,†ꝙ minor restituitur aduersus præscriptionem in rebus suis decursam, licèt inchoata fuerit cū maiore. Et hoc uidetur mirum: quia nihil gestum est cum ipso minore,ergo non deberet restitui,per ea,quæ uidistis in l.2.ꝟ.si aduer.uend.pign.Istum passum plenè examinabo uobis in l.fi.inf.in quib.cau.in integ. restit. non
5 est necess.¶Nota,quòd per usucapionem acquiritur dominium,& intelligatis de directo. Per præscriptionem autem decennalem cum titu. non acquiritur directum dominium,sed utile, ut habetur in Auth.nisi triennale. infra de bo.mater. Ego plenè tractaui uobis in l.traditionibus.ꝟ.de pact.¶In glo.magna.ibi,tanto tēpore retineri non potest.Notetis glo.quæ frequenter notatur ad
6 hoc,ꝙ†res,quæ non potest seruari triennio, dicitur esse de rebus,quæ tempore pereunt,& de rebus,quæ seruando seruari non possunt.Sed glo.in l.procuratorem.ꝟ.de procura.dicit,ꝙ res,quæ faciliter pereunt, dicuntur res tempore perituræ:& quæ seruando seruari non possunt, quia triennio faciliter corrumpuntur,nec durant in sua naturali bonitate;accipe exemplum in grano,& uino:&
7 notetis bene has glossas. ¶†An autem pecuniaᵃ dicatur
a esse de rebus,quæ seruando seruari non possunt.glo.singularis determinat ꝙ sic in l.1.§.fuit quęsitum.ff.ad Trebel.nam in reliquis glo.bene dicit.

ADDITIO.

a ¶An autem pecunia.Adde uidendum Pet.in c.nulli. nume.7.extra de reb.eccle. non alienan. Ludo. Roma. in l.4.§.quid ergo.& in l.si ex legati causa.de uerb.obliga. Anto.Corse.in repet.rub.de reb.eccle.non alien.ibi, & inquantum superius. Alexan.in l.certa.§.si parauerit.de lega.1.Albe.in 2.parte statuto.q.205. incip.item habeo duas pulchras.q.Alex.cons.98.uol.3.Franc.Areti.consil.6.Alex.de Imo.in l.2.§.fuit quęsitum.uer.quod tamē singulariter limita.ff.ad Trebel.

Rub.Si aduersus fiscum.
In l.Si probus.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus Cæsarem,uel fiscum.*
2 *Priuilegiatus non utitur priuilegio suo aduersus priuilegiatum.*
3 *Circumuentus,uerbum,quid importet.*
4 *Contractus celebratus præcipiti festinatione, & indeliberatè ualet.Et quid de celebrato cum ebrio.*
5 *Minor petens restitutionem in integrum, sufficit,quòd probet læsionē, sed si intentat beneficium.l.2. infra de rescin.uend. debet probare læsionem ultra dimidiam iusti pretij.*
6 *Procurator fisci est iudex competēs inter Cæsarē,& priuatū.*

SI probus. Aduersus fiscum, uel Cæsarem minor restituitur.h.d.in sūma. ¶ Not.ex isto tex.†ꝙ
1 minor restituitur aduersus Cæsarem, uel fiscum.¶Ratio dubitandi potuit esse: qa cum fiscus sit ualde priuilegiatus,uidebatur dicendum, quòd minor non posset petere se restitui aduersus ipsū
2 fiscum: †quia priuilegiatus aduersus priuilegiatum non utitur priuilegio suo,ut plenè not.in Auth. quas actiones.ꝟ.de sac.san.eccl.Ratio decidēdi est ad oppositum : quia uerum est,quòd fiscus est priuilegiatus,ergo habet tacitam hypothecam,& quò ad alia multa, de quibus in tit.inf.de priuil.fis.& in l.1.& 2.inf.in quib.cau.pig.taci. contrah. Sed quantùm ad propositum nostrum attinet, non est ita priuilegiatus,ꝙ minor nō possit petere restō-
3 nem aduersus eum. ¶No.†quòd istud uerbum,circūuentus,uerificatur etiam in eo, qui fuit circumuentus absq; dolo aduersarii.Vnde si in libello minor dicat se fuisse circumuentum,sufficiet probare ipsum fuisse læsum sui facilitate; propriè tñ loquendo istud uerbum,circūuentus,requirit læsionem cum dolo aduersarii.l.in causa.§. idem Pomponius.ff.de minor.¶No.pulchrum tex.pro-
4 bantem,†quòd ualet contractus celebratus præcipiti festinatione,& indeliberatè. Quid autem de contractu celebrato calore iracundiæ, videte per Bar.in.l.quicquid calore.ff.de reg.iur.& est tex.not.in.l.licitatio.in princ. ff.de publica. & ē bonus tex.in c.si quis iratus.2.q.1.An aūt ualeat contractus celebratus cū ebrio, not.in l.dolū ex insidiis.ꝟ.de dol.No.qñ dicatur uenditio facta longè minori ꝑtio.¶In glo.super uerbo,minore.ad fi.Habetis colligere ex hac glo. quòd si in casu huius.l.minor uendendo rē suam fuisset lęsus ultra dimidiam iusti ꝑtii, nō posset petere restit.in integrum aduersus illā uenditionē,sed haberet necesse agere remedio.l.2. inf.de rescin. uend.Sed Bal.& Doct.Mod.cōiter determināt cōtrariū: qa ꝓ remediū restōnis in integ. plenius ꝓuidet minori,
5 q̄ ꝓ remediū.d.l.2.†qm̄,qñ petit restōnem,sufficit probare simpliciter de lęsione,sed qñ intentat beneficium.l.2. inf.de rescind.uend.habet necesse probare lęsionē ultra dimidiam iusti pretii, ergo per remedium cōe nō debet

excludi beneficium restitutionis, ut uidestis.in l.etiam.
sup.si tut.uel cura.interu.¶Notetis etiam glo.fi.huius.l.
9 ex qua colligitis,† quòd inter Cæsarem,& priuatũ pro-
curator fisci est iudex competens, inter fiscum uerò, &
priuatum procurator fisci est iudex competens.

In l. Si aduersus.

SVMMAE.

1 *Præses prouinciæ cum procuratore Cæsaris debent esse iudices, quando minor petit restitutionem aduersus fiscum.& nu.4.*
2 *Restitutionis causa requirit magnos iudices, qui habeant merum,& mixtum imperium.*
3 *Aduocatus fisci debet esse præsens in determinanda causa fiscali, aliàs sententia esset nulla.*
4 *Procurator Cæsaris quando solus est iudex competens, si sit absens,causa tractatur coram Præside.*
5 *Fiscus si compareat pro emptore habenti cãm ab ipso fisco, & petat remitti ad iudicem ipsius fisci,erit audiendus.*

1 SI aduersus. ¶†Quando minor pe
tit restitutionem ad-
uersus fiscum, Præses prouinciæ unà cũ
procuratore Cæsaris debent esse iudi-
2 ces.h.d.¶Nota,† ꝙ causa restitutionis re
quirit magnos iudices, qui habeant merum, & mixtum
imperium: nam restitutio conceditur officio iudicis no
bili ad priuatam utilitatem.l.ꝙ si minor.§.fi.ff.de minor.
ergo est mixti imperij,ut patet ex not. in l.Imperium.ff.
de iurisd. om. iud. Et ideo debet agitari coram magnis
iudicibus, non autem coram magistratibus municipali-
3 bus.¶Nota,† quòd in determinanda causa fiscali debet
aduocatus fisci esse præsens, aliàs sententia lata contra
fiscum esset nulla; secus est in aduocato priuati. l. uela-
4 mento.sup.de postul. ¶Nota,† quòd quando restitutio
in integrum postulatur aduersus fiscum,duo iudices de
bent insimul conuenire,scilicet Præses prouinciæ,& pro
curator Cæsaris.¶Sed contra istud notabile fortiter ob.
l.ad fiscum. inf.ubi cau.fisc. ubi dr̃, ꝙ solus Rationalis.i.
procurator Cæsaris debet esse iudex.¶Sol.gl.in d. l.ad
fiscum,dicit, ꝙ illa l. debet suppleri per istam. Sed hoc
est destruere tex.in d.l.ad fiscum.Vnde Cy.in addit.quẽ
sequitur hic Pau. de Cast. dat aliam solutionem dicens,
ꝙ illa l.ad fiscum,loquitur de causis, quæ sunt simplicis
iurisdictionis, & eo casu procurator Cæsaris est iudex
competens inter fiscum,& priuatũ. Nos uerò hic loqui-
mur in causa mixti imperij, & hoc casu isti duo iudices
debent simul conuenire. Hanc solutionem sequitur hic
Salic.allegans pro ea text.in l.fi.inf.eo.ubi agebatur rei
uendicatione, quæ est causa simplicis iurisdictionis in
spem sumptæ.¶Limitat tamen Sal.prædicta,nisi isti duo
iudices reperirentur in diuersis locis:nam tunc non eẽt
æquum,ꝙ unus accederet ad alium:quia sic multæ aliæ
causæ impedirentur,& hoc casu secundũ eum erit in ele
ctione minoris,an malit petere restitutionẽ coram Præ
side;an uerò coram procuratore Cæsaris.Ego putarẽ,ꝙ
hoc casu debeat agitari coram Præside,per not.per Bar.
& Ang.in l.si uacantia.inf.de bon.uacan.lib.10.ubi dñt,
5 †ꝙ quando solus procurator Cæsaris est iudex compe
tens,si sit absens,causa tractabitur coram Præside.Oldr.
uerò dicebat,ꝙ hic causa non agitabatur contra fiscum,
sed contra emptorẽ,qui emerat à fisco rem minoris,q̃ fi
scus habebat: nã hoc casu, qñ emptor inquietatur super
illa re,quam emit à fisco:quia tunc agitur de præiudicio
fisci,põt emptor inquietatus corã Præside petere adiun
gi procuratorem Cæsaris, qui simul cognoscat cũ Præsi
de propter præiudicium fisci. Amplius audebat dicere
6 ipse Oldr.ut hic refert Bal.†ꝙ si fiscus compareat ꝓ em-
ptore habente cãm ab ipso fisco,& petat cãm remitti ad
iudicẽ ipsius fisci,erit audiendus,& ita limitatur.l.uendi
tor.ff.de iud.& hoc idem uult Pau. de Ca. in l.fi.inf.eo.
quod est bene not. ¶Aduertite:quia licèt iste ĩtellectus
Oldr. sit uerus in se,& ualde not. tamen non uidetur cõ
uenire huic literæ.Ideo Bal.dicit, ꝙ agebatur contra fi-
scum ad resoluendam uenditionem per eum factam, &
etiam agebatur contra emptorem possidentem rem,
quam emerat à fisco,& iõ iudex utriusq; est necessarius.

In l.Edicto quidem.

SVMMAE.

1 *Minor non restituitur aduersus uenditionem rei suæ per fiscũ celebratam propter debita non soluta.*
2 *Fiscus duplici modo potest uendere rem alienam.*
3 *Emens rem à fisco qualiter sit tutus.*
4 *Minor an possit agere hodie contra emptorem, qui emit rem à fisco,& nu.6.*
5 *Solemnitates quæ habeant interuenire, quando aliquis emit aliquam rem à fisco.*
7 *Fiscus si adhuc non uendidit rem minoris, sed solùm est sibi confiscata propter tributa non soluta, minor restituetur in integrum offerendo se paratum soluere.*
8 *L.bene à Zenone.qualiter intelligatur,& limitetur.*

1 EDicto quidem. ¶†Minor nõ
restituitur ad
uersus uenditionem rei suæ per fiscũ ce-
lebratam propter debita non soluta.Si ta
men in uenditione non interuenerint so-
lemnitates requisitæ,minor poterit allegare uenditionẽ
nullam,& rem suã uendicare.Hoc dicit notabiliter.¶No
ta summarium.Et pro declaratione huius.l.& glo.debe-
2 tis scire,† quòd fiscus duplici modo potest uendere rem
alienam.Primò enim potest uẽdere, ut suam propriam,
puta, quia bona alicuius rebellis deuoluta sunt ad fiscũ,
& inter illa bona rebellis erat una res, quæ erat alie-
na,& fiscus uendidit eam,ut propriam,credens eam esse
suam propriam, tanquam deuolutam ad cameram suam
fiscalem,& hoc casu iure antiquo dominus illius rei us-
que ad quinquennium poterat uendicare illam rem à
possessore,qui illam emerat à fisco, minor autem etiam
ultra quinquennium audiebatur:quia donec durabat mi
nor ætas,sibi non currebat tempus, & hæc omnia conti-
3 nebantur in edicto Diui Marci.¶†Hodie uerò dominus,
qui est maior,non posset agere contra emptorem rei suę
habentem causam à fisco,imò ipse emptor statim est se-
curus, sed tamen dominus rei potest agere contra fi-
scum infra quadriennium, & non ultra. l. bene à Zenoę
4 ne. infra de quadrien. præscript. ¶† Sed an minor ho-
die posset agere contra emptorem, qui emit à fisco. Ista
glo. uidetur uelle quòd sic.Sed communiter Doctores
determinant contrarium,dicentes,quòd hodie præscri-
ptio quadriennij,de qua in d.l. bene à Zenone. successit
in locum pręscriptionis quinquennalis,de qua hic,ergo
debet intelligi secundùm illam. ¶ Et erit sensus, ꝙ do
minus,qui est minor,non poterit hodie agere contra em
ptorem habentem causam à fisco,sed bene poterit agere
infra quinquennium contra fiscum.l.neque. inf. de resti.
milit.¶Secundo modo potest fiscus uendere rem aliquã
ut alienam propter debita non soluta, & hoc casu an
5 succurratur maiori,uel minori,concludite,† quod si non
interuenerint debitæ solemnitates,quę sunt istæ, scilicet
quòd primò subsit debitum. Secundò quòd debitor fi-
sci fuerit interpellatus de soluendo. Tertiò ꝙ cessauerit
in solutione. Quartò ꝙ sine dolo, & fraude fuerit facta
uenditio per fiscum de re ipsius debitoris.Quintò quòd
interuenerint debitæ subhastatiões,ut habetur in l.1.
si

si propter publ. pensit. & in l.1.C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. Si autem istæ solemnitates non interuenerint, venditio erit nulla, & poterit dominus rei uenditæ per fiscum allegare uenditionem nullam, & directè uendicare rem à possessore, qui emit à fisco. & ita lo
6 quitur secunda pars. l. nostræ ¶ † Si uerò dictæ solemnitates interuenissent: tunc domino maiori nullo iure succurritur, si uerò dominus sit minor, an sibi subueniatur, glo. hic uidetur uelle quod sic. per uiam restitutionis in integrum, sicut minor restituitur aduersus uenditionem pignoris rei suæ. l.1.& 2. C. si aduer. vendi. pigno. & ita uidetur uelle Bar. hic in discursu sermonis dicens, quòd, si minor ex tali uenditione facta per fiscum prætenderet se læsum ex eo, quòd illa res fuerat maiorum, seu parentum ipsius minoris, esset iusta causa, per quam in integrum restitueretur. l. si in emptionem. ff. de minor. ¶ Sed cæteri Docto. determinant totum contrarium dicentes, quòd hoc casu minor nō restitueretur, & est speciale in uenditione facta per fiscum de re minoris propter debita non soluta fisco. ¶ Limitabitis tamen hanc conclusionem procedere, quando ipse minor fuisset legitimè interpellatus de soluendo, puta, quia fuit interpellatus cum auctoritate tutoris, uel curatoris: alioquin bene restitueretur ipse minor. Ita eleganter dicit Bal. ita declarans. l. nostram. in l.1.C. de fide instrum. & iur. hast. fiscalis. lib. 10.
7 † ¶ Vbi autem fiscus adhuc nō uendidisset rem, sed solùm fuit sibi cōfiscata propter tributa non soluta: tunc minor bene restitueretur in integrum offerendo se paratum soluere. l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor. Si uerò esset pupillus ipso iure, iuuaretur absq; restitutione. l. Imperatores. §. fi. ff. de public. Et aduertite: quia in l. nostra. minor uolebat rescindere uenditionem rei suæ factam per fiscum, qui non uendiderat rem, ut suam propriam, sed ut rem ipsius minoris propter debita nō soluta, & ideo Imperator cōsuluit sibi, quòd aduertat, & si solemnitates requisitæ in tali uenditione nō interuenerint, quod alleget uenditionem fuisse nullam, & uendicet rem suam. ¶ Vltimò, quia supra feci mentionem de l. bene. à Zenone. ad
8 uertite: † quia illa. l. debet limitari, & intelligi, quando fiscus uendidit rem, ut suam credens eam esse suam ratione possessionis, quam habet. Ita dicit not. d. Pan. in c. quis, in octaua, seu nona col. ext. de re iudica. subdit ibidem esse notandum: quia multi errant circa intellectum illius. l. bene à Zenone. ¶ Addite, quod ista limitatio est de mente Bar. in l. fi. C. si cōtra ius, uel vtili. pub.

Rub. Si aduersus creditorem restitutio postuletur.

In l. Cum & ipse.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur aduersus creditorem, qui sibi mutuauit pecuniam sub usuris.*

2 *Minor petens restitutionem, quando non debeat probare læsionem. & nu. 7.*

3 *Minor petens restitutionem habet probare duo, minorem ætatem, & læsionem.*

4 *Vsuræ de iure ciuili erant permissæ usque ad modum legitimum.*

5 *Dispositio harum legum an habeat locum in creditore mutuante sine fœnore.*

6 *Proponens aliquid, quod est fundamentum suæ intentionis, debet illud probare.*

1 CVm & ipse. ¶ † Minor restituitur aduersus creditorem, qui sibi mutuauit pecuniam sub usuris, nisi creditor probet ipsum minorem esse locupletatum. h. d. totus iste titul.
2 ¶ † Nota ex istis duabus legibus casum, in quo minor petens restitutionem in integrum nō habet nec esse probare læsionem, scilicèt, quando accepit pecuniam mu-
3 tuam sub usuris ¶ † Regulatiter autem minor petens restitutionem habet probare duo. s. minorem ætatem, & læsionem. l. nam postea §. si minor. ff. de iureiur. & dicunt Doct. quod est speciale in casibus istarum leg. in odium creditoris mutuantis pecuniam minoris sub pignore, & ita uult etiam gl. magna hic. Sed ego dubito de ista ra-
4 tione: † quia (secundùm ista iura) usuræ erant permissæ usque ad legitimum modum. l. eos. C. de vsu. imò, ut minores faciliùs reperirēt pecuniam mutuam, deberet difficiliùs concedi restitutio in integ. aduersus contractum mutui, quàm aduersus alium contractum. Ideo cogitabam posse dici, quòd quia iste contractus usurarius ex sui facie demonstrat læsionem: quia oportet minorem soluere ultra sortem, ideo præsumitur læsus, adeo quòd creditori incumbit onus probandi ipsum minorem fuis
5 se locupletatum. ¶ Ex præmissis infertur, † quòd dispositio istarum duarum legum non haberet locum in creditore mutuante sine fœnore, & ita vult hic exprefsè Bar. & sequuntur Bal. & Pau. de Ca. Bartho. de Sali. dicit has leg. habere locum etiam in creditore mutuāte absq; fenore propter generalitatem huius rub. Sed istud motiuum apparet mihi multū fragile: quia si uerba huius rubricæ deberent ita generaliter intelligi, vt iacent, certè sequeretur, quòd dispositio istarum leg. haberet locum, nedum in contractu mutui, sed etiam in omni alio cōtractu, & aduersus omnem creditorem, iuxta ea, quæ habentur in. l. 1. ff. si cer. peta. unde sequamini opinio. Bar. & se quaciū. ¶ In gl. sup uerbo, locupletiorem, ibi, odio cre-
6 ditoris De hoc dicite, ut dixi in textualibus. † Pro clara tū doctrina sic concludite, faciendo in primis unam regulam, quod qui aliquid proponit, quod est fundamentum
a suę intentionis, illud debet probare. l. 2. ff. de proba. & l. 1. & 2. ff. de except. Si ergo minor repetat rem suam allegando, quod uenditio fuit nulla: tunc si emptor uelit rem minoris retinere pro pretio, quod dedit minori, debet probare illud pretium fuisse uersum in utilitatem ipsius minoris. l. si prędium. C. de pred. min. Si uerò minor dicat se læsum ex eo, quòd sibi non expediebat illam rem uendere: tunc si emptor uelit retinere rem pro illo pretio, quod dedit, habet necesse probare minorem fuisse locupletatū ex illa pecunia. l. patri. §. primo. ff. de mino. Si verò minor dicat se fuisse lęsum ex eo, quòd pecuniam amisit: tunc oportet ipsum minorem probare de tali læsione, l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur.
7 ¶ † Fallit, quando accepit pecuniam mutuam sub usuris: tunc enim minor non habet necesse probare læsionem, sed creditor habet necesse probare minorem fuisse locupletatum ex illa pecunia. Ita intelliguntur istæ duæ leges: quas limitetis procedere, nisi minor, qui accepit mutuā pecuniam sub usuris, esset multùm industriosus: quia tunc si uellet allegare læsionem, oporteret eum probare, non autem creditor arctaretur probare minorem fuisse locupletatum. Ita uult gl. ordinaria. in l. prima. C. qui, & aduer. quos. quod notetis pro limitatione istarum duarum legum.

ADDITIO.

a ¶ Probare. Adde Pet. de Anch. in c. in pręsentia. nu. 14. extra de probatio.

Rub. Si minor ab hæreditate se abstinuerit.

In l. Si vos paternę.

SVMMAE.

1 *Filius non se immiscens paternæ hæreditati non obligatur creditoribus.*

2 Creditores qualiter ſe debeant habere aduerſus filium, qui non ſe immiſcuit hæreditari.
3 Filius agens contra debitores patris non habet probare ſe eſſe hæredem.
4 Beneficium abſtinendi eſt de iure ciuili, & de iure prætorio.
5 Beneficia, ſeu remedia ciuilia, et prætoria, quomodo differãt.
6 Reſtitutio quæ detur contra minorem ſe immiſcentem in hæreditate damnoſa.
7 Filius, qui iudicium ſuſcepit agẽtibus paternis creditoribus, & non probantibus eum fuiſſe hæredem, an condemnabitur.
8 Filius reſtitutus aduerſus hæreditatis aditionem quæ debeat probare.
9 Probare debet, qui dicit eſſe plura bona in hæreditate.

SI vos paternæ. Filius minor, ſi ſe adhuc nõ
immiſcuit hæreditati paternæ, poteſt ab-
ſtinere abſque reſtitutione: ſed ſi ſe immi
ſcuit, non poterit abſtinere, niſi median-
te reſtitutione in integrum. h. d. Not. primò ex iſto tex.
1 ibi, uerborum adminicula, hic uideri probari, † ꝙ filius,
antequàm ſe immiſceat hæreditati paternæ, non obliga
tur creditoribus patris: & hoc uidetur Bar. hic uelle. &
expreſsiùs Bartol. de Salic. Sed certè ueritas eſt in con-
trarium: quia etiam ante immixtionem filius eſt obliga-
tus creditoribus paternis, per tex. in l. ſi filius qui patri.
ff. de uulg. & pupil. ubi tex. dicit, quòd propoſitum Præ
toris eſt filios ab oneribus ſponte non ſuſceptis libera-
re. ergo uult illa litera, quòd ante immixtionem filius
obligaretur creditoribus paternis, & ita etiã uolunt Do
cto. in l. neceſſarijs. ff. de acquir. hæred. Aduertite tamẽ,
quia per hoc non eſt fundata intentio creditorum agen
tium contra filium: ſed oportet, ꝙ probent filium immi-
ſcuiſſe ſe hæreditati paternæ, & eſt ratio ſecundùm Bar.
quia talis obligatio ſperatur nouari propter beneficiũ
abſtinendi conceſſum à Prætore. §. ſed his Prætor. Inſti.
de hæred. quali. & differ. ergò interim filius conueniri
non poteſt, arg. l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet. Bart. de Salic.
reprehendit iſtam rationem Bart. quia cum Prætor non
poſsit facere quem deſinere eſſe hæredem. §. quos autẽ.
Inſtitu. de bono. poſſeſſ. illa obligatio non ſperatur no-
uari propter beneficium Prætoris. Sed defendite Bart.
& dicite, ꝙ Bar. conſiderauit effectum, quem Prætor be-
ne poteſt inducere, d. §. quos autem. Alia ratio aſsigna-
tur per Doct. quia propter beneficium abſtinendi con-
ceſſum à Prætore exiſtentia ſui hæredis legalis nihil
operatur in his, quæ ſunt damnoſa filio. d. l. neceſſarijs.
& habetis tex. pulchrum in c. ex præſentium, extra de
pigno. qui probat, ꝙ filius ita demum poteſt conueniri
à creditoribus paternis, ſi obtineat hæreditatem pater-
2 nam. † In practica ergo eſt cautela, ꝙ ante omnia credi-
tores iudicialiter interrogent filium, an ſit hæres patris,
uel non, & tenebitur reſpondere talibus interrogato-
rijs. l. prima. ff. de interrog. actio. & quòd creditores ha
beant neceſſe probare, quando agunt contra filium mor
tuo patre, quòd ipſe filius immiſcuit ſe hæreditati pa-
ternę: habetis gloſſellam notabilem communiter appro
batam in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. in uer. exti-
3 terit. ff. ſolu. matrim. ¶ Aduertite, † quia ſi filius mortuo
patre agat contra debitores paternos, ex hoc habet ne-
ceſſe probare ſe hæredem. Ita dicit eleganter Bal. in l. 1.
in penul. col. ȷ. commu. de leg. quod dictum tenete per-
petuò menti. Bal. tamen in l. apud hoſtes. infra de ſuis, &
legit. dicit, quòd ſi pater fuit debitor, præſumitur quòd
ſit debitor, & uno probato, probatur & reliquum, alle-
gat glo. mirabilem. in §. ut autem. in uer. parentes. in Au
then. ut hi, qui perhib. res mino. &c. ſed uos tenete prio
rem ſententiam. ¶ Nota ſubſequẽter hic uideri probari,
4 † quòd beneficium abſtinẽdi eſt de iure ciuili, & ad hoc
allegat iſtum tex. Salice. in d. l. apud hoſtes. Sed uos au-
dacter concludite, quòd etiam hodie beneficium abſti-
nendi eſt de iure prætorio. §. ſed his Prætor. Inſti. de hæ
red. quali. & differ. Non obſtat iſta. l. quia hic Imperator
non loquitur diſpoſitiuè, ſed loquitur referẽdo ius præ
torium. Non obſtat etiam. l. fi. §. ſi uerò poſtquàm. ibi, ex
præſentis. leg. auctoritate. ȷ. de iur. delib. quia reſpõdeo,
quòd ille tex. non uult dicere, quòd ex auctoritate il-
lius leg. datum eſt beneficium adeundi, uel immiſcendi
ſine dãno aliquo, ſcilicèt ſi quis adeat, uel immiſceat ſe
cum beneficio inuentarij. Stat ergo cõcluſio firma, quòd
beneficium abſtinendi olim, & hodie eſt de iure præto
rio, & licèt Salice. in d. l. apud hoſtes. dicat, quòd eſt ma
5 gna utilitas pro filijs, quòd ſit de iure ciuili: † quia reme
dia ciuilia ſunt perpetua, remedia uerò prætoria ſunt
annalia. Inſti. de perpe. & temp. actio. tamen ego reſpon
deo, quòd quanquam iſtud ius abſtinẽdi ſit de iure præ
torio; tamen erit perpetuum: quia tendit ad excipien-
dum, & quæ ſunt annalia ad agendum, ſunt perpetua ad
excipiendum. l. purè. in fi. ff. de exceptio. doli. ¶ Vltimò
6 notetis, † quòd minor, poſtquã ſe immiſcuit hæreditati,
non poteſt abſtinere, niſi mediante reſtitutione in inte-
grum: quod eſt uerum, ſi tempore immixtionis erat pu-
bes: ſed ſi erat impubes, dicite, ut dixi in l. 1. ſ̃. ſi tut. uel
cur. interuen. ¶ Formo uobis quæſtionem, quam modò
7 habui in practica. † Legatarij, ſeu creditores agunt cõtra
filium mortuo patre, filius ſuſcepit iudicium, & nunquã
negauit ſe eſſe hæredem, & agentes nunquam petierũt
eum interrogari, an eſſet hęres: nunquid poterit in hoc
iudicio condemnari. Bal. in l. 1. in penul. col. inf. cõmu.
delega. determinat quòd ſic. allegat. l. 2. ſ̃. de pact. & l. ſi
filius. ff. de interrog. actio. & l. 2. ff. de condi. fur. Sed Ra
pha. Cuma. in l. neceſſariis. ff. de acqui. hęre. determinat
contrarium, per ea, quę in pręcedentibus dixi. & iſta ſen
tentia in ſecreto iuris apparet mihi uerior. Ad d. l. 2. ſ̃.
de pact. ego reſpõdeo, quòd ibi reus ſuſcepit iudicium,
ut emptor: ſed in propoſito noſtro filius non ſuſcipit iu
dicium, ut hęres patris. Ad. l. ſi filius. ego reſpondeo, ꝙ
loquitur in caſu, quando filius fatebatur ſe hęredem.
Ad. l. 2. de condi. fur. reſpondeo, quòd loquitur quò ad
obligationem inductam ex diſpoſitione iuris. Nos uero
loquimur quantùm ad effectum conueniendi, & exigen
di. Item pertinenter ad iſtam materiam huius. l. formaui
8 quęſtionem: † Filius minor miſcuit ſe hęreditati paternę:
deinde petijt ſe reſtitui aduerſus immixtionẽ, & ad ꝓ-
bandum lęſionem ſuam probat, quòd in hæreditate pa-
terna ſunt creditores, an iſta ꝓbatio ſufficiat, ut dicatur
conſtare de lęſione. Iac. Butrig. & Bal. hic determinant,
quòd ſic. ſed Io. de Imo. in p̃alleg. l. necęſſarijs. determi
nat contrarium. Mouetur: quia ꝓbatio debet eſſe conclu
dens. c. in p̃ñtia. ext. de proba. & l. nõ hoc. inf. unde legi.
ſed non ſequitur, in hæreditate paterna ſunt creditores,
ergo minor, qui adiuit illam hęreditatẽ, fuit lęſus: quia
põt illa hr̃ditas eẽ locuples. Dicit tñ Imo. in d. l. neceſſa
riis. quòd opin. Iac. Butr. & Bal. poſſet procedere uno ca
ſu. ſ. ſi filius minor probaret, quòd in hęreditate paterna
ſunt creditores de trecentis, & ꝙ in hęreditate paterna
ſunt ſolũ trecenta, & ad hoc probandũ exhibet ſcriptu-
9 ram, in qua ſunt deſcripta bona. † Nã uolenti dicere eſſe
plura bona incũbit onus probandi. glo. notab. in l. cũ de
lege. ff. de proba. de qua glo. Bar. facit magnũ feſtũ. in l. ſi
cõſtãte. ff. ſol. ma. & in l. fi. §. in cõputatione. ȷ. de iu. deli.

In l. Si omnes.

SVMMAE.

1 Citari debent illi, quorum intereſt.
2 Citari non debet, qui eſt in iudicio.

3 Citatio

3 *Citatio quando sit fienda per proclama.*
4 *Proceditur ad sententiam definitiuam, etiam lite non contestata in causa resti.in integrum.*
5 *Iudex potest ex officio dare curatorem bonis.*
6 *Curator datus bonis, tenetur conficere inuentarium.*
7 *Actum à maiori parte, quando aliquid competit pluribus ut singulis, non ut uniuersis, non præiudicat minori.*
8 *Inuentarium conficiens si faciat citari aliquos creditores, & aliquos non, quomodo ualebit.*

SI omnes. Quando petitur restitutio aduersus aditionem hæreditatis, debent citari creditores secundũ formam hic traditam, & ipsis com parentibus, uel expectatis per tres menses restitutio conceditur. Hoc dicit. ¶No. primò ex isto
1 tex. † ꝙ in causa restit. in integrum sunt citandi creditores, & alij, quorum interest. Nam regulam habemus, ꝙ illi, quorum interest, debent citari. l. de uno quoque. ff. de re iudi. & l. nam & ita Diuus. ff. de adopt. & c. inter quatuor. extra de maio. & obed. Et ideo dicit hic glo. & bene, ꝙ in casu huius Auth. sunt citandi etiam legatarij. ¶ Nota, ꝙ etiam creditores præsentes sunt citandi, sed Bar. intelligit, quando sunt præsentes in ciuitate; sunt ta
2 men absentes à loco iudicij: nam si † essent præsentes in loco iudicij, non oporteret eos citari, sed sufficeret, ꝙ iudex moneret eos uerbaliter, per ea, quę notantur in l. 1. supra de in ius uocan. & in c. fi. extra de elect. lib. 6. & ꝑ Bal. eleganter in l. cum fratrem. ad finem commenti. ꝭ. de his quib. ut indig. ¶Aduertite etiam, quia si creditores sunt præsentes in ciuitate, debent citari particulariter, saltem ad domũ, & quando sunt absentes, si sunt cer
a ti, debent etiam nominatim citari[a]. Si uerò sunt incerti,
3 sufficit † generale proclama. l. si eo tempore. ꝭ. de remiss. pign. notatur in d. c. fi. extra de elect. in 6. & in Auth. sed
4 cum testator. ꝭ. ad leg. Falcid. ¶Nota, † ꝙ in causa restitutionis in integrum proceditur ad sententiam definitiuam, etiam lite non contestata: regulariter tamen ad definitiuam non peruenitur, nisi lite contestata. l. fi. §. illud. ꝭ. de temp. appel. & extra ut lit. non contes. per totum. & est speciale secundùm Bart. in casu huius Auth. imò dat pro regula, ꝙ quotiescunque contra cõtumacem absentem non est consultum actori per missionem in possessionem ex primo decreto, ibi potest perueniri ad definitiuam, etiam lite non contestata. & hanc doctrinam tradidit etiam Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Pro qua opin. facit tex. in l. 3. ꝭ. fin. regun. & in c. 1. extra de eo qui mit. in poss. cau. rei ser. lib. 6. ¶Sed cõtra Bar. est tex. ad literam in c. tuæ. extra ut lit. non contesta. ubi actori non erat consultum per missionem in possessionem ex primo decreto; & tamen ibi contra absentẽ contumacem non peruenitur ad diffinitiuam, lite non contestata. Imò Papa ibi mandat absentem excommunicari, & do. Anto. de But. in d. c. tuæ. tenet contra Bar. & Ang. in d. §. Iulianus. allegat tex. contra Bar. in l. si quis libertatem. circa medium. ff. de petit. hæred. & ipse Anto. de But. respondet ad istam Auth. ꝙ ideo hic potest perueniri ad diffinitiuam, etiam lite non contestata: quia hic nõ agebatur contra certam personam, sed minor implorabat officium iudicis pro restitutione. Erat ergo incertũ, contra quos esset experiundum, non est ergo mirum, si contra absentes contumaces in ista causa restitutionis procedatur ad definitiuam, etiam lite non contestata. De hac materia plenius uidete in d. §. Iulianus. & per Canon. maximè Panor. & Imo. in d. c. tuæ. ¶Vnum note
5 tis, quod uult hic Bal. per istum tex. † ꝙ iudex ex officio potest dare curatorem bonis. De quo per Bar. in l. 1. ff. de
6 cura. bon. dan. ¶Notetis ultimò, † ꝙ curator datus bonis tenetur conficere inuentarium. ¶In glo. super uerbo, citentur. ibi, sed dic contra, Doct. communiter reprehen-
7 dunt istam glo. dicentes, † ꝙ quando aliquid competit pluribus, ut singulis, non autem ut uniuersis: tunc factũ à maiori parte non præiudicat minori, l. per fundum. ff. de serui. rusti. præd. habetur in l. quod maior. ff. ad municip. & in c. cum omnes. extra de constit. Vnde cum in casu huius Auth. ius competens creditoribus hæreditarijs eis competat ut singulis, non autem ut uniuersis: certè factum maioris partis non debet præiudicare minori. Non obstat l. & suum. in §. fi. cum l. seq. hic in glo. allegata: quia respondetur, ꝙ illud procedit fauore liberationis, & quia interest defuncti, ut habeat hęredem. ¶Ex
8 præmissis infert hic Bal. † ꝙ si conficiens inuentarium faciat citari aliquos creditores, & aliquos non: inuentariũ nihilominus ualebit, quò ad citatos; licèt quò ad non citatos non ualeat, & ita dicit esse tenendum; licèt quidam fatuus iudex credens totum inuentarium esse nullum, pronunciauerit inuentarium propter formam non seruatam totum esse nullũ. ¶Addite uos Bal. & Imo. idẽ uolentes in c. fi. extra de maio. & obed. ¶Et de materia inuentarij tam in theorica, q̃ in practica uidete per Ang. in l. 1. §. ex stipulatione. ff. si cui plus quàm per leg. fal. Et magis ad practicam per eundem Ang. in §. fin. ad finem commenti. in Auth. de hæred. & fal.

ADDITIO.

a ¶Nominatim citari. Adde, ꝙ citatio debet fieri legitimè. Vide per dominum Franc. Zaba. in c. causam. nu. 2. extra de rescrip.

In l. Si cum aui.

SI cum aui. Minor institutus in testamento aui beneficio restitutionis potest relinquere hæreditatem paternam iam aditam, & acceptare auitam hæreditatem. Nota summarium.

Rub. Si ut omissa hæreditate, vel bonorum possessione, &c.

In l. Minores uiginti.

SVMMAE.

1 *Minor restituitur non solùm aduersus damnum, sed etiam aduersus lucrum amissum.*
2 *Minor restituitur ad bonorum possessionem repudiatam.*
3 *Collatio bonorum habet locum, quando succeditur de iure communi, & beneficio restitutionis.*

MInores uiginti. Minor restituitur, ut adeat hæreditatem, uel accipiat bonorum possessionem semel repudiatam. h. d. ¶No. hic bene probari, ꝙ † minor restituitur, ne dum aduer
1 sus damnum rei suæ, sed etiam aduersus lucrum amissum, & ne dum restituitur aduersus lucrum, quod erat certum, sed ẽt restituitur ad lucrum: quod uerisimiliter erat facturus. tex. not. in l. cum quidã. in prin.
2 ff. de acq. hære. ¶No. ex l. 2. huius tit. † quòd minor repudians bonorum possess. potest remedio restit. in integrũ ad cã redire, & nota, quòd ista litera loquitur de bonorum possess. quia unus ex istis filijs erat emancipatus, q erat incognitus de iure ciuili, sed Prætor uocat per bonorum possess. §. emancipati. Insti. de hære. quæ ab intesta. Nam suus etiam, si abstinuisset ab hæreditate paterna,

na, tamen de iure communi usque ad triennium admitteretur ad hæreditatem paternam; cũ modificatione tamen, iuxta.l.fi.ubi est tex.sing.inf.de repu. hære. ¶ No. ult.† ꝙ materia collationis habet locũ, nedũ quando succeditur de iure cõmuni, sed etiam si succedatur per uiã restitutionis in integrũ, nec diceretur hoc casu diuerso iure succedere.tex. est hic ualde no. licèt aliàs inter diuerso iure succedentes nõ sit locus collationi.l.sed cum paterno.ff.de bono.pos.

Rub. Ex quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.

In l. Minoribus.

SVMMAE.

1 *Tempus statutum ad mouendum querelam inofficiosi testamenti non currit minori.*
2 *Delictum consistens in non faciendo, seu in negligendo non habet locum contra minorem 25.annis.*
3 *Iura dicentia hæredem teneri uindicare mortem defuncti, quomodo intelligantur.*
4 *Iniuriarum uerba quomodo interpretanda.& nu.6.*
5 *Beneficium, quod competit minori, an debeat semper durare.*
7 *Mater, quæ infra annum debet petere filio tutorem, si ipsa est minor, an excusetur non petens, & annus an currat finita minori ætate.*

Minoribus. ¶ Crimen inultæ necis defuncti, & pœna nõ habent locum contra minorem. † Et tẽpus statutum ad mouendum querelam inofficiosi testamenti non currit minori. Hoc determinant istæ duæ ll. No. ex isto tex.† ꝙ delictũ consistens in non faciendo, seu in negligẽdo non habet locũ cõtra minorẽ 25.ann.concordat.l.minoribus.inf.de his quib.ut ind. ¶ In gl.super uer.nõ ulciscãtur.ibi.s.accusando. ¶ Habetis ex ista gl.colligere, † ꝙ iura dicẽtia hæredẽ teneri uindicare necem defuncti, debẽt intelligi de uindicta legali, non autem de uindicta facti. † Et ideo in quæst.facti [a], cum quidam dixisset erga alium, ego uindictam faciam contra te pro tali causa. Consului talia uerba esse interpretanda in partem benignam, ut intelligatur de uindicta legali, non autem de uindicta facti. & allegabam Guil.de Cu.& Ang.ita tenere in l.1. inf.qui. ut indi. Adducebam etiam.l. meritò. ff. pro socio. & c. estote misericordes.extra de reg.iu. & no. per Bar. in l. gerit.ff.de acqui.hære. Ista glo.determinat, quòd si minor efficiatur maior infra tempus constitutum ad uindicandum necem defuncti, quantuncunque non uindicauerit, non priuabitur tamen hęreditate:† quia beneficiũ, quod semel sibi competit, debet sibi perpetuò durare. Quidam tñ tenent contra istam gl. Primò quia, si minor ætas est causa huius priuilegii, seu huius excusatiõis, cessante minori ætate, debet cessare priuilegiũ.l.Titia.la 2. in §.usura.ff.de leg.2. Item quia edictum de his, quibus ut indignis, habet duo præcepta, unũ de uindicãdo nęcẽ defuncti, aliud de uindicando necem infra quinquẽniũ. l.in cognitione. ff. ad Syllan.licèt ergo minor.25.annis postea factus maior sit excusatus à primo præcepto, scilicet de uindicando; non tamen erit excusatus à secundo de uindicando infra quinquennium. Bald. & omnes Doct. sequuntur communiter gloss. nostram: quia beneficium, quod semel competijt minori, debet in expugnabiliter sibi cõpetere, nec ex superueniẽti casu debet sibi tolli. Hanc primam opi.putarem procedere, quã do hæreditas esset iam adita,† cæterùm si nondum esset adita, & minor esset factus maior infra quinquẽniũ statutũ ad uindicãdũ necẽ, tũc possemus distinguere. Aut resi duũ quinquẽnij sufficit realiter ad uindicandũ necẽ defuncti; & tũc si olim minor factus maior adiret hęreditatẽ non uindicata nece, priuaret hæreditate; secus si de tẽpore quinquennii non super sit tempus sufficiens ad uindicandum necem. Pro ista distinctione all.no. per Doct. in l.cum stipulatus sim mihi à Proculo.ff. de uerb. obli.
7 & per ibi, no.deciditur quæstio quotidiana. † Vos scitis, quod mater tenetur infra annum à morte mariti petere dari tutorem filio impuberi.l.si hanc.inf.de legi.tu. Ponamus, quòd tempore mortis mariti mater esset minor annis.25.& infra illud tempus anni, esset effecta maior, & non petierit tutorem dari filio impuberi, & moriatur in ætate pupillari, an priuabitur eius successione. Audiuistis superioribus diebus Paul.de Castr.in l.fi.inf.si aduer.deli.dicẽtem, quòd si tempus, quod restabat de illo anno, erat sufficiens ad petendum dari tutorem filio impuberi, & mater effecta maior non petierit, priuabitur successione; secus, si illud tempus, quod restabat de anno, non erat sufficiens ad faciendum prouideri de tutore. Sed pulchrior dubitatio est: quid si toto illo anno, qui datur ad petendum tutorem, mater semper fuit minor annis.25.sed postea facta sit maior: an à die maioris ætatis, si non petat dari tutorem filio impuberi, priuabitur successione. Bal.in l.precibus.circa prin.6.col.in uer. uideamus ergo casus, in quibus, inf.de imp.& aliis subst. determinat, quòd mater non priuabitur. Eandem opi. tenuit ipse Bal.in Auth.si captiui.supra de epi.& cle. & ita consuluit. Eandem opi.tenuit Spe.in titu.de in integ.resti.§. 2. uer. sed quid si ipsa mater. Et dicit hic Paul. de
b Ca. quòd secundùm istam opi.sæpe consuluit [b]. Eandem opi.tenuit Raph.Ful.in l.minoribus. inf. de his quib. ut indi. & in ueritate ista sententia habet magnam æquitatem, & omnes tenentes istam sententiam mouentur per per istam glo. Sed de iuris subtilitate possetis tenere cõtrarium. & ista glo. non uidetur facere in fauorem matris: quod probo: nam necessitas, quæ incumbit hæredi ad uindicandum necem defuncti, sibi incumbit, ut uindicet, antequam adeat hęreditatẽ, sed si tempore aditionis hæreditatis erat minor; licèt postea sit factus maior, non potest postea reiterare aditionẽ, ut satisfaciat pręcepto legis uolentis necem debere uindicari ante aditam hæreditatem: sed necessitas, quæ incumbit matri, ut petat tutorem filio impuberi dari, sibi incumbit, ut petat infra annum à morte uiri, & ille annus bene potest reiterari, postquam est facta maior, & iura disponẽtia matrem debere petere tutorem filio impuberi infra annum possunt subaudiri infra annum à morte uiri, subaudi & legitimę ętatis ipsius matris. Ad hoc allego tex.no.in l.4.quæ incipit, statuliberos conditioni. §. si quis hæredum. ff. de statuli. Potestis etiã adducere no.per Bar.in l.genero.ff. de his qui not.infa. In iudicando non esset tutum recedere à priori sententia, secundùm quam uidi iudicari.

ADDITIONES.

a ¶ In quæstione facti. Adde, ꝙ de hac quæstione est glos. not.in l.2.ff.de iud.
b ¶ Sæpe consuluit. Adde, ꝙ ita consuluit Rapha.Fulg.suo consi.52.incip.quidam Antonius. & idem tenuit Bal.in l.qui contra.inf.de incest.nupt.

In l. In minorum.

SVMMAE.

1 *Mora committitur re ipsa fauore minoris ætatis. Etiam in fisco.num.2.*

Hæredi-

3 *Hareditas iacens an poßit constitui in mora.*
4 *Mora an committatur promißis infra mensem centum, & quandocunque uoluero.*
5 *Testamenti actio est stricti iuris.*
6 *Donatio causa mortis an sapiat naturam actionis bonæ fidei.*
7 *Mora committitur sine interpellatione in emptorem non soluentem conuentum pretium.*
8 *Emptor an constituatur in mora, minore uendente rem, & nō tradente.*
9 *Emptor ut constituatur in mora, quid requiratur.*

IN minorum. ¶Fauore minoris committitur mora re ipsa absque interpellatione in contractibus bonæ fidei, & idem in actione ex testamento. Hoc dicit. ¶Nota primò
1 ex isto tex. regulam, † ꝙ fauore minoris ætatis committitur mora re ipsa absque interpellatione. & idem est in eo, qui promisit se facturum, & curaturum: quia absque interpellatione committitur mora per eum. Ita dicit singulariter Bald. in c. 1. §. ad hæc. in 1. col. in tit. hic finitur lex, & incipiunt consuetudines Regni. in libel. feudo. & pro sua opi. bene facit tex. in l. si stipulatus essem abs te. ff. de uerb. oblig. per quam l. dicit ibi Pau. de Ca. quòd in obligatione facti successiui committitur mora absq; interpellatione, & est ratio: quia tacitè subintelligitur tempus, quo ipsum factum posit expediri. Et addo uo-
2 bis, † quòd illud, quod dicitur ibi inter minores, ut eius fauore committatur mora per suum debitorem absque interpellatione, procedit etiam in fisco. tex. habetis in l. cum quidam. §. si fisco. ff. de usur. Et idem est in ecclesia. glo. ordinaria in §. mixta. Instit. de actioni. Et aduertite, quia ista mora irregularis, quæ committitur fauore minoris, etiam finitur finita minori ætate. l. Titia. §. usuras. ff. de lega. 2. Addite, quòd difficultas superueniēs in debitore etiam quantitatis habet impedire istam moram. l. continuus. in §. illud. ff. de uerbo. obliga. & hoc est de
3 mente glo. in l. diuortio. ff. de nego. gestis. † An autem hæreditas iacens posit in mora constitui, habetis tex. no. probātem, quòd sic in l. debitor, ibi periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. ff. de nego. ge-
4 stis. † Quid autem si debitor promittat mihi dare centū hinc ad mensem, & postea quandocunque petiero, seu interpellauero eum, an lapsus mensis constituat debitorem in mora. Bal. in c. 1. ad fin. commenti in titu. an ille, qui interfecit fratrem domini sui in libell. feud. determinat quòd sic, allegat glo. sing. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de uerb. oblig. & est de mente eiusdē Bal. in l. fin. §. præterea. in penul. colum. inf. de iur. dot. Sed an in casu. l. nr̄æ, ad hoc, ut ista mora irregularis cōmittatur fauore minoris, est necesse, quòd ipse pupillus habeat tutorē. Sūt qui dicunt, ꝙ nō requiritur, ꝙ habeat tutorem: quia imputandū est debitori, quare pecuniam non posuit in æde sacra. l. acceptā. j. de usur. Sed in cōtrarium habetis tex. & ibi per Bar. & Bal. in l. cū quidā. §. si pupillo, ff. de usur. Et notetis bene hoc dictum pro limitatione. l. nostræ. ¶Nota secundò id, quod frequenter al
5 legatur, † quòd licèt actio ex testamento sit stricti iuris, quia non numeratur in §. actionum. Insti. de actioni. tamē sapit naturam actionis bonæ fidei, quantùm ad fructus, & usuras, ut hic, & etiam, quantùm ad hoc, quòd re perfectè nō soluta, actio prima adhuc durat. tex. est in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de lega. 1. Exceptis his duobus casibus, actio ex testamento est stricti iuris. Ita tenet Bart. in l. si
6 hæres. ff. de eo qđ cer. lo. Quid † aūt in actione, quæ competit pro donatione causa mortis, an sapiat naturam actionis bonæ fidei. tex. cum sua glo. singulari in l. Seia. uersicu. bonæ fidei. ff. de dona. causa mor. determinat ꝙ sic, quod est bene notandum. ¶Opponitur contra istum
7 tex. ibi, tardè pretii, & imò uidetur, † quòd nulla sit specialitas in minore: quia etiam si maior uendet prædium, & emptor faciat moram in soluendo pretium, certè absque interpellatione committitur mora, adeo quòd emptor tenebitur ad usuras pretii. l. curabit. inf. de actio. empti. Solut. dicebat Cyn. quòd ista uerba, tardè pretii. non loquebantur de pretio rei uenditæ, sed de alio debito, descendente tamen ex contractu bonæ fidei. Sed hoc est destruere istam literam: quia ubicunque fit mentio de pretio, ex hoc significatur, ꝙ est contractus uenditionis. text. est notabilis in l. fina. infra de prædi. curial. lib. 11. & ita uult Bald. in l. 1. sup. ne lice. potent. unde Barto. hic dicit, quòd specialitas erit in minore in hoc, quòd si uendat rem suam, licèt nondum tradiderit, tamen emptor absque interpellatione constituetur in mora re ipsa, ut teneatur ad usuras pretii ipsi mi-
8 nori: quod displicet Bald. & bene, † quia si minor rē uenditam non tradat, neque offerat: quia non impleret contractum ex parte sua, non posset emptorem constituere in mora, etiam si interpellaret eum. l. Iulianus. §. offerri. & §. ex uendito. ff. de actio. empt. & l. qui pendentem. illo eod. titu. & l. fi. §. fin. ff. de rescin. uend. Vnde Bald. dicit, quòd imò erit specialitas in minore: quia si minor rē uenditam tradat emptori, quantumcunque emptor adhuc non ꝑceperit aliquos fructus; tn̄ constituetur in ista mora irregulari, ut teneaẗ minori ad usuras pretii, quātū cunque ipse emptor nō fuerit interpellatus de soluēdo
9 ptiū. † In maiore autem uenditore ad hoc, ut emptor cōstituatur in mora re ipsa absque interpellatione, requiritur, quòd ipse emptor iam aliquos fructus perceperit ex re uendita, & tradita. Et istum intellectum sequuntur hic Salic. & Pau. de Cast. & notetis bene prædicta pro intellectu d. l. nostræ. & l. curabit. Vltimò tractat hic Bal. nunquid executio sententiarum posit fieri in diebus feriatis. De qua materia uidete per Canonist. maximè per dominum Panor. in c. fi. ext. de iud.

In l Si tutor tuus.

SVMMAE.

1 *Minor non habet necesse petere in integrum restitutionem aduersus sententiam latam contra tutorem, qui non satisdedit, & nu. 5.*
2 *Tutorem non esse, uel non satisdedisse idem est.*
3 *Tutor quæ debeat facere.*
4 *Dominus an poßit ratificare sententiam latam contra falsum procuratorem.*
6 *Iudicium non potest esse cum procuratore falso.*
7 *Ratificatio quid requirat.*
8 *Sententia nulla nō potest ratificari in uim sententiæ, sed bene in uim pacti.*
9 *Contractus, qui non ualet ex dispositione iuris communis, non potest ratificari.*
10 *Ratificatio superueniens quando æquiparetur mandato.*
11 *Ratificentur quando gesta per procuratorem, & quando non.*
12 *Ratificari non poßunt gesta cum falso nuncio, uel gestore.*
13 *Tutor, antequam satisdet rem pupilli saluam fore, potest prodesse pupillo, quantumcunque pupillus ignoret, & non ratificet.*
14 *Mandatum procuratorium dediße uidetur sciens aliquem litigare nomine suo.*

1 SI tutor tuus. ¶† Aduersus sententiam latam contra tutorem, qui non satisdedit, minor non habet necesse petere restitutionem in integrum. Hoc dicit. ¶Nota primò ex isto
2 tex. † quòd paria sunt quem non esse tutorem, uel esse, &

& non satisdedisse rem pupilli saluam fore, quo casu tutor non dicitur habere administrationem tutelæ: unde ea, quæ geruntur cum eo, quatenus concernunt præiudiciũ pupilli, sunt nulla, ut hic not. ꝓbatur. Simile habetur in iudice habente iurisdictionem, sed non exercitium iurisdictionis: quia ea, quæ gerũtur ab eo, sunt nulla. Ita dicit eleganter Innocentius in c. prudentiam, extra de of-
3 fi. delega. † unde in proposito nostro iste tutor ª non ha
a bebat administrationem, quia adhuc non satisdederat: nã scitis, quòd tutor habet facere multa, de quibus per Bar. in l. legitimos. ff. de legit. tut. & ĩ l. tutor qui repertoriũ. ff. de adminiſt. tuto. & inter cætera tenetur satisdare rẽ pupilli saluam fore, sed quia l. nostra loquitur in tutore:
4 † quæro quid in falso procuratore. Concludite, quòd si sententia lata fuit contra ipsum falsum procuratorẽ, dominus poterit ratificare illam sententiam in sui præiudicium. l. 3. §. falsus ff. rem rat. habe. Sed pulchra dubitatio cadit, quid si sit lata sententia cum falso procuratore in fauorem domini, an poterit ipse dominus talem
5 sententiam ratificare ad sui commodum. † Domini Vltramontani tenent quòd non, mouentur per gloss. huius. l. in uerbo, non potuit, quæ dicit, quòd est speciale in minore, ut si feratur sententia cum tutore, qui non fecit, quæ facere debebat: tamen si sit lata in fauorem minoris, ualebit illa sententia: si est ergo speciale in minore, ergo secus erit in maiore, quando in sui fauorẽ fuit lata sententia cum suo falso procuratore: quia non poterit eam ratificare ad sui commodum. Secundò mouẽtur: quia si hoc casu admitteretur ratificatio domini, sequeretur, ꝙ esset in potestate ipsius domini eludere suum aduersarium: quia ipse expectaret sententiam, & si contingeret eam ferri contra eum, non ratificabit eam, si uerò feratur in eius fauorem, tunc ratificabit eam, & non debet esse in potestate ipsius domini litigantis ministerio falsi procuratoris sic eludere aduersarium. Hãc opinionem comprobat hic Sali. tali ratione. Nam si sententia esset lata in fauorem aduersarij, non posset ipse aduersarius ratificare illam sententiam in præiudicium domini, ergo si sit lata in fauorem domini cum falso suo procuratore, non debet ipse dominus posse ipsã sententiam ratificare in præiudicium aduersarij, ut seruetur æqualitas in iudicijs, quę seruanda est. l. fin. inf. de fruct. & lit. expen. Ego adiuuo opinionem dominorum Vltramontanorum per text. ad literam in l. licèt. inf. eo.
6 ubi tex. formaliter dicit, † ꝙ cum falso procuratore non potest esse controuersia, neque iudicium; si ergo non est iudicium, per consequens non potest esse sentẽtia: quia ubi deficit principium, deficit principiatum. c. cum Paulus, 1. quæst. 1. Si ergo non est sententia, sequitur quòd
7 non potest ratificari: † quia ratificatio requirit aliquid, quod sit ratificabile. l. bonorum. ff. rem rat. hab. ad idem
8 nos habemus, † quòd quando sententia, quæ est nulla, consensu partium ratificatur, non ualet in uim sentẽtiæ, licèt ualeat in uim pacti. glo. est singularis in l. secunda. inf. com. utriusque iudi. notatur in c. significasti. ext. de foro compe. & dicit glo. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt.
9 † quòd ubi contractus non ualet ex dispositione iuris communis, non potest tunc consensu partium ualidari. & illam glo. ponderauit pro singulari dominus Bal. in l. non dubium. sup. de legi. & opinionem dominorum Vltramontanorum sequitur hic Cyn. sequitur etiam Bald. hic. Contrariam opinionem tenuit glo. reputata sing. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudic. & illam glo. secuti fuerunt Iaco. de Are. Iaco. Butrig. & Bar. Ange. in l. licèt. ff. de iudi. refert se audiuisse dominum Bal. distinguere hoc modo. Aut sententia est lata in fauorem falsi procuratoris contra absentem, & tunc non poterit ratificari per dominũ, in cuius fauorem fuit lata: quia citatio facta ad instantiam falsi procuratoris non habuit arctare absentem; secus si fuisset lata contra præsentem: quia tunc dominus bene posset eam ratificare. & ista opi. placet Ang. in d. l. licèt. Bal. in l. licèt. inf. eodẽ. refert, quòd Bar. distinguebat hoc modo. Aut falsus procurator asseruit se habere mandatum, & sic mentitus est, & tunc sententia lata in eius fauorem non poterit ratificari per dominum. Aut non asseruit se habere mandatum, sed bona fide processit in causa putans se esse procuratorem, & tunc dominus poterit ratificare sententiam. Postea subdit Bal. in d. l. licèt. quòd indistinctè dominus poterit ratificare sententiam latam in fauorem sui falsi procurato-
10 ris. † quia ubi actus est nullus ex solo defectu cõsensus; tunc ratificatio superueniens æquiparatur mandato. l. fin. inf. ad Maced. Dominus Florianus de Sancto Petro Doctor Bonon. refert, quòd semel habuit istã quęstionẽ de facto, & cum eo erat etiam aduocatus dominus Angel. & audiuit ab Ang. distinctionem, quam feci. sup. quando dixi, an sit lata contra absentem, uel contra præsentem, & dicit, quòd ista distinctio sibi placet. Recolendæ memoriæ dominus Gaspar Cald. in c. cum olim. il primo. extra de offi. dele. refert, quòd in curia Romana fuit determinatum, quòd dominus non poterat ratificare sententiam latam in fauorem sui falsi procuratoris, & refert, quòd quædam decisio Rotæ in antiquis decisionibus ita determinat. Ego addo, ꝙ do. de Rot. in nouis decisionibus, sua concl. 463. quæ decisio inci. Itẽ fuit dubitatum. tenent, quòd imò dominus poterit ratificare sententiam. Ioan. de Imol. in c. cum in iure peritus. extra de offi. deleg. sequitur opinionem glo. in d. §. hoc iure. In iudicando non esset tutum recedere ab opinione gl. in d. §. hoc iure. attẽto ꝙ tot, & tanti uiri sequuntur illã opinionẽ: si tamen uelletis tenere opinionẽ dominorũ Vltramontanorũ, possetis respondere ad. l. licèt. ff. de iudi. ꝙ ibi iudiciũ non erat finitũ per sententiã, sed pẽdebat adhuc, & erat dubiũ, an sententia ferretur in fauorẽ falsi procuratoris, an uerò contra eum. Nos uerò loquimur, quando sententia est iam lata in fauorem falsi procuratoris. Tenendo tamen opinionem glo. in d. §. hoc iu
11 re. & opinionem Docto. † sequentium illam glo. limitabitis primò, nisi essent gesta cum falso procuratore in auditorio Principis: quia tunc dominus talia gesta cum falso procuratore non posset ratificare: quia detestabile est uitium oberrationis coram Principe. l. fin. ibi, mentẽ nostram fefellit. inf. de his qui à non do. manumit. Et ita uult eleganter Bal. in l. falsus. in prima columna. inf. de fur. allegat Innocen. ita tenere in c. ex parte decani. ext. de rescrip. ¶ Secundò limitabitis, nisi consuetudo, uel statutum requireret fieri fidem de mãdato usque à principio. Nam tunc gesta cum falso procuratore non possent ratificari per dominum. Ita dicit Bal. in l. si uxorem. inf. de cond. inser. & in l. obseruare. in §. finali. ff. de offi. ꝓcon. & leg. ¶ Tertiò limitabitis, nisi per talem ratificationem fieret præiudicium tertio. secundùm Bal. in d. l. obseruare. §. fina. ¶ Quartò limitabitis, nisi iudex fuisset interlocutus procuratorẽ nõ habere mãdatum: quia tũc gesta per illum procuratorem non possent ratificari per dominum. Ita dicit Bal. in Auth. ei qui. inf. de temp. appell. ¶ Quintò limitabitis, nisi procurator, qui habebat mandatum, fuisset reuocatus: nam, si postea procederet in causa, dominus gesta cum tali falso procuratore non posset ratificare. Ita notabiliter dicit Bal. in d. l. falsus. ¶ Sextò & ultimò limitabitis, nisi esset casus, in quo requireretur speciale mandatum: nam tunc gesta cum falso procuratore non possent ratificari per dominum. Ita uult glo. solemnis in c. nõnulli. extra de rescrip. de quo ultimo tamen dicatis, ut per Bal. in l. cum mandati. infr.
12 mand. & per Ang. in d. l. licèt. ¶ Addite, † quòd gesta per falsum nuncium non possunt ratificari. Ita notatur in l. multùm. inf. si quis alt. uel sibi. de quo per Bart. in l. Pomponius

ponius scribit. ff. de nego. gest. & per eundem in l. qui autem.in §.fi.ff.de const.pecu.¶In glo.super uerbo, officere non potuit.in fin.¹Habetis ex hac notabili glo.col
13 ligere, † quòd tutor etiam antequam satisdet rem pupilli saluam fore , potest prodesse pupillo, quantuncunque pupillus ignoret,& non ratificet.Et est ratio:quia factum tutoris non dependet à pupillo, sed dependet à iure publico.l.1.ff.de tut.Ex hoc infertur,quòd scientia tutoris,quantuncunque adhuc non satisdederit rem pupilli saluam fore, tamen prodest pupillo,quantùm ad hunc effectum,ut pupillus moriens intra annum deliberandi transmittat ius deliberandi ad hæredem suum. & ita uult notabiliter Bar.in l.qui duos.ff. de reb. dubijs. ¶Vltimò notabitis unum, quod uult hic Bal. notabili-
14 ter, dum dicit,† quòd si ego scio alium litigare nomine meo, & ut procuratorem meum, ex hoc dicor sibi dare mandatum,& ita uult Inno.in c.ex parte decani.ext. de rescript.& idem Innocent.in cap. cum in iure. extra de off.delegat.& in c.in nostra. ext.de procura.de quo uideatis per Bart.& Imo.in l.sæpe,ff. de re iudi. & per eundem in l.secunda.§.uoluntate.ff. de solut. matrimo. per Bal.in l.2.inf.si ex falsis instrumen.per dominum Panor. in d. c. ex parte decani.

ADDITIO.

a ¶Iste tutor. An tutor possit pupillo officere. Vide per Pet.de Anch.in c.si quis.nu.7.ext.de reg.iur.

In l.Sancimus.

SVMMAE.

1 *Præscriptio,quæ currat contra minorem, & quæ non. & nume.3.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an currat minori.*
3 *Vsucapio,& præscriptio longi temporis non currit minori ipso iure,nec furioso,nec prodigo.*
4 *Priuilegia omnia competentia minoribus cõpetunt etiam furiosis,& prodigis.*
5 *Restituantur qui ex similitudine edicti de minoribus.*
6 *Occurrere in tempore melius est, quàm post factum medelam quærere.*
7 *Præscriptiones quæ dormiant tempore minoris ætatis, & nume.22.*
8 *Præscriptio subrogata à statuto loco præscriptionis longissimi temporis, an currat aduersus minorem.*
9 *Minor non petens inuestituram feudi quomodo restituitur.*
10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an currat minori, si sit incepta cum maiore.*
11 *Restitutio quando denegetur in exceptione non numeratæ pecuniæ.*
12 *Biennium currens in exceptione non numeratæ pecuniæ quomodo computetur minori.*
13 *Præscriptio quadriennij,infra quod est petenda restitutio,quã do currat,& currere incipiat minori.*
14 *Iuramentum non excludit minorem ab exceptione non numeratæ pecuniæ.*
15 *Iuramentum intelligitur secundùm naturam contractus, super quo interponitur.*
16 *Iuramentum quomodo repræsentat minorem maiorem.*
17 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quare non est ultra opponenda lapso biennio.*
18 *Restitutionem qui impetrauit aduersus præscriptionem, quæ debeat probare.*
19 *Præscriptio inchoata in maiore an currat in minore.& num. 23.& 29.*
20 *Exceptio debet esse de regula.*
21 *Præscriptiones an sint odiosæ.*
24 *Minor an restituatur ad id, quod perdit, quando uenit ex cõtractu cum defuncto maiore celebrato.*
25 *Restitutio quando impertiatur minoribus.*
26 *Præscriptione longissimi temporis quod ius quæratur.*
27 *Pacti legis commissoriæ quæ sit natura.*
28 *Finis habet necessariam consequentiam ad principium.*
30 *Præscriptio quando non currat contra minorem, & quando currat.*
31 *Præscriptio consuetudinaria an currat contra minorem. numer.33.*
32 *Statutum quantumcunque generaliter loquens recipit restrictionem.*
34 *Contractus celebratus cum ebrio an ualeat.*
35 *Ebrietas inducit mentis alienationem.*
36 *Præscribi an possint res prohibitæ alienari.*
37 *Minorum res quæ possint alienari sine decreto. & nu. 38.*
39 *Tertius possidens rem minoris non prohibetur eam alienare.*
40 *Minor dicitur læsus ex solo temporis cursu.*

SAncimus. ¶Hæc est l. notab.quæ diuiditur ĩ partes tres. In prima ponit unum dictum in specie cum sua ratione. In secunda ponit unum aliud dictum in genere etiam cum sua ratione. In tertia ponit unã exceptionem à dicto in gñe. Scd'a pars est ibi,sed humaniùs. Tertia est ibi,uidelicet
1 exceptionibus. In sũma h.d.†Pręscriptiones,cõtra quas minor olim restituebatur, hodie ipso iure non currunt minori,excepta præscriptione longissimi temporis, in qua per istam.l.nihil est innouatum. h. d. notabiliter.
2 ¶Nota primò ex isto textu,† quòd,quando minor facit cautionem,per quam confitetur se habuisse, & recepisse pecuniam mutuam,quam tamẽ non recepit, pręscriptio biennalis, per quam maior excluderetur ab opponẽdo exceptionem non numeratæ pecuniæ, non currit ipso iure minori, ipse ergo minor poterit istam exceptionẽ opponere,nedum usque ad 25. annũ, sed etiam postea infra bienniũ. Secus esset,si pręscriptio biennalis in exceptione non numeratæ pecuniæ fuisset inchoata cum maiore:quia tũc bene curreret, & perficeret̃ in persona minoris.l.si intra.inf.de non nume.pecu. sed dubium esset, an hoc casu minor restitueretur. De quo dicam uobis infra in glo.secunda.¶Nota secundò,† quòd usuca-
3 pio, uel præscriptio longi temporis hodie non currit minori ipso iure.Idem est dicendum in furioso,& prodi
4 go:† quia omnia priuilegia competentia minoribus,cõpetunt etiam furiosis & prodigis.Ista est glo. quæ reputatur singularis in l.2. inf. de cura. fur. Ego allego tex. bonum cum sua glo.in l. qui neque. & in l. si prædia. ff. de reb.eor. & in l. dabimus. cum duabus sequen. ff. de priuil.credit.Addite pulchrum dictum Bal.in l. Marcel
5 lus.ff.de fideiuss. ubi dicit. † Nota, quòd omnis persona de mundo, quæ non potest obligari nisi per alium, uel alterius auctoritate, si lædatur, restituitur in inte-
a grum ᵃ,non quidem ex edicto de minoribus,sed ex similitudine edicti.Subdit hæc uerba formalia.Ista est gloss. de qua Bar.non fuit recordatus in d.l.2.inf.de cura.furio.¶Nota subsequenter,quòd omnis præscriptio,quæ olim currebat contra minorem sine spe restitutionis, currit etiam hodie: quia hæc lex solùm innouat in casibus, in quibus olim currebat præscriptio contra minorem,sed restituebatur in integrum.sed in casibus,in quibus olim currebat præscriptio contra minorem absque ulla spe restitutionis,hæc lex nihil innouat.Et ista gloss. hic dicit,quòd l.si mater. inf. ne de statu defun.& l.auxilium.in princ. ff. de minor.hodie non sunt correctæ. ¶Nota ulterius id,ad quod frequenter allegatur,quòd melius est intacta iura seruare, quàm post uulneratam
6 causam medelam quærere.Alibi habetis,†quòd melius est

est in tempore occurrere, quàm post exitum uindicare. l. 1. inf. quan. lice. sine iud. se uind. ¶Nota ulteriùs, quòd præscriptio 30. uel 40. annorum solam parit exceptionem, de quo plenè habetur in l. si quis emptionis tit. inf. de præscrip. 30. uel 40. annorum. & in l. fin. ff. de eo per quem factum erit. ¶Nota ultimò, quòd faciliùs lex concedit, quòd præscriptio odiosa currat aduersus minorẽ, quàm præscriptio fauorabilis, uel mixta. quod uidetur mirabile: quia nos habemus regulam, quòd odia sunt restringenda, & fauores ampliandi l. cum quidam. ff. de li-
7 be. & posthu. Sed potestis dicere, † quòd præscriptio longissimi temporis, sicut est præscriptio 30. uel 40. annorum, dormit tempore pupillaris ætatis. l. sicut. inf. de p̄script. 30. uel 40. annorum. & incipit demũ currere post pubertatem, & sic perficitur in 46. anno ætatis illius minoris, contra quem currebat præscriptio: unde cum accipiat tantum de tempore, est in maxima negligentia ille, qui permisit labi tantum tempus, & nunquam petiit sibi debitum. Et ita intelligendo facit pro glo. huius legis, quæ uult, quòd hæc lex non loquatur, quando præscriptio erat inchoata cum defuncto maiore, quo casu potest compleri, & perfici aduersus minorem: unde nõ est ratio, quare magis hoc casu debeat currere aduersus minorem, quàm alia prę́scriptio longi temporis. Ex hoc
8 etiam infertur, † quòd si statuto subrogetur alia præscriptio minoris temporis in locum huius præscriptionis longissimi temporis, quæ præscriptio statutaria possit inchoari, & perfici in persona minoris: tunc non curret aduersus minorem: quod an sit uerum, patebit ex infra dicendis. ¶Ante introitum gl. opponitur de c. imperialem. §. præterea si quis maior infeuda. in tit. de prohib.
9 alien. feu. per Fed. ubi tex. dicit, † quòd si maior quatuordecim annis, minor tamen 25. infra annum, & diem à morte patris non petat inuestituram, seu renouationem inuestituræ à domino, priuatur feudo. Et dicunt ibi Petr. de Seruia. Iacob. de Beluis. & Bald. quòd ipse minor poterit petere restitutionem in integrum. Sed nunc arguo. Nonne melius esset, quòd illud tempus anni, & unius diei sibi ipso iure nõ cucurrisset per hanc legẽ nostram, quàm quòd currat, & postea petat restitutionem in integrũ? Bal. in d. §. præterea. respondet, quòd opus est seruare iuris regulas: quia simile habemus in §. pupillus. in Authen. de hære. & falc. ubi, si contra minorem labantur tempora confectionis inuentarij, petit tñ restitutionem aduersus lapsum temporis. Addit ibidem Bal. quòd ad hoc, ut minor in casu dicti. §. præterea, excludatur à beneficio restitutionis, cautela est, quòd constituatur in uera contumacia per admonitionem partium curiæ. alle. l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de mino. ¶In gloss. super uerbo, concurrere, ibi, sed datur restitutio. uult ista gloss. quòd quando præscriptio biennalis incepit à maiore defuncto, bene currit postea, & perficitur in persona minoris, qui successit maiori defuncto, sed tamen ipse minor restituetur. Sed glossa magna infra uidetur uelle contra-
10 rium. ¶In eadem glossa in fi. Quidam respõdent, † quòd quando præscriptio biennalis in exceptione non numeratæ pecuniæ incepit in personã minoris defuncti, bene postea completur, & perficitur in personã maioris, qui successit maiori, absque tamen aliqua spe restitutionis, & est ratio secundùm eos: quia talis præscriptio biennalis tendit ad corroborandum contractum cum maiore
11 celebratum, † quo casu non est locus restitutioni. l. Aemilius. ff. de minor. & l. 2. sup. si aduer. uend. pign. & ista est solutio Pau. de Cast. Vos autem dicite, quòd quãdo præscriptio biennalis est inchoata in personã maioris defuncti, sed nondum finita: tunc bene perficitur in personã minoris, sed minor potest petere restitutionem in integrum. & ita intelligitur. l. si intra. in prin. hic in gl. allegata. Aut ista præscriptio biennalis in ista exceptione non numeratæ pecuniæ est nedum inchoata in personã maioris defuncti, sed etiam finita; & tunc licèt minor succedat ipsi maiori defuncto, tamen non potest petere restitutionem in integrum aduersus ipsam præscriptionem biennalem. & ita debet intelligi finis. d. l. si intra. ¶In glo. super uer. obstaculum. ibi, maior fieret interim.
12 † Istud exemplum non ur̃ bonũ: quia imò in casu. l. nr̃æ, si recta fiat cõputatio, fiet citiùs maior: quia non poterit opponere exceptionẽ non numeratę pecuniæ, nisi usque ad 27. annum. habet ergo biennium à tempore finitorũ. 25. anno. & intra illud biennium habet necesse opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, postea non audietur, & tamen de iure antiquo ante conditam istam legem ad petendum restitutionem in integrum habuisset quadriennium post completum. 25. annum. l. fin. inf. de tempo. in integ. restitu. peten. ergo dispositio huius. l. non emanauit in fauorem minorum, imò cedit in eorũ
13 detrimẽtũ. † Qđ dixi de iure antiquo, intelligatis de iure antiquo, scilicet interpretato per illam l. superuacuã.
b quæ in locum utilis anni hodie dat quadriennium [b] ad petendum restitutionem in integrum post finitum. 25. annum, & sic minor potest petere restitutionem in integrũ infra 29. annum. & tamen per legem istam excluditur ab exceptione non numeratæ pecuniæ, lapsis. 27. annis. Sol. dicit Bar. quòd minor tunc habet quadriennium ad petendum restitutionem in integrum, quando petit restitutionem aduersus aliquem contractum, seu aduersus aliquod factum suum. & ita intelligitur. l. superuacuam. sed quando petit restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis, ut in proposito nostro, solùm reintegratur sibi illud tempus, in quo fuit læsus, quod quidem tempus læsio abstulit, & restitutio tantundem concedit ipsi minori, & non plus. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. & l. interdum. ff. eo. Cæteri Docto. transeunt cũ ista solutione, quæ si sit uera, ponit limitationem notabilem ad dictam. l. superuacuam. sed ego dubito de ista sol. Bart. & fateor, quòd concessa restitutione in integrum, reparatur, & reintegratur minori solùm illud tempus, quod abstulerat sibi læsio, per iura proximè alleg. sed ad petendum ipsam restitutionẽ in integrum uniformiter deberet dari quadriennium, per d. l. superuacuã. ergo uidetur, quòd Bar. respondeat de tempore, ad quod quis restituitur; sed nos loquimur de tẽpore, infra quod sit petenda restitutio. Præterea dato, quòd opinio Bart. esset uera, certè per nouum remedium huius. l. non subueniretur pinguiùs ipsi minori, quàm per præscripta iura: quia ipsemet Bar. uidetur uelle, quòd eodem, & æquali tempore finiretur restitutio in integrum, sicut per nouum remedium huius. l. unde fortè istud exemplum glo. non est bonum. ¶In ea. glo. ibi, uel iuret se non uenturum contra. Ista glo. in his pau
14 cis uerbis innuit tria. Primum est, † quòd minor iurans in chirographo cõfessionis de pecunia mutua, quam in ueritate non recepit, potest (non obstante iuramento) opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & in hoc bene dicit: quia etiam si maior ita iurasset, posset opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, non obstan-
15 te iuramento. l. fi. inf. de nõ num. pec. quia † iuramentum intelligitur secundùm naturam contractus, super quo interponitur. d. l. fi. & c. quemadmodum. ext. de iureiu. Quod uerum intelligatis, quando iuramẽtum adiicitur solutioni, sed si adiiceretur ueritati, puta quia maior in chirographo iurasset ad sãcta Dei euãgelia sibi uerè fuisse numeratam pecuniam: certè non posset opponere de non numerata pecunia: quia ita opponendo suum periurium allegaret, si tamen fuisset admissus ad probandum, quia tunc detectum esset periurium suum, non repelleretur exceptione periurii. Ista sũt uerba aurea Bal. in d. l. fi. in fine commenti. inf. de non nume. pecu. ¶Secũ dò

16 dò innuit ista glo.† quòd minor iurans in chirographo, de iure antiquo si infra biennium non opponebat exceptionem non numeratæ pecuniæ, non poterat postea restitui in integrum uirtute iuramenti. Auth. sacramenta puberum. supra si aduer. uendi. Sed istud dictum apparet mihi dubitabile: quia fateor, quòd iuramentum repræsentabat eum maiorem, ut excluderetur à restitutione aduersus contractum, & ita intelligitur Auth. sacramenta puberum. sed in proposito nostro non petebat restitutionem aduersus contractum, uel chirogaphum, sed aduersus lapsum biennij, super quo non fuerat iuratum. Item si non obstante iuramento poterat opponere exceptionem non numeratæ pecuniç infra biennium, non uideo; quare lapso biennio non potuisset petere restitutionem in integrum. ¶Tertiò colligitis ex hac gl. quòd hodie minor iurans in chirographo, ut sup. nedũ potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ nõ obstante iuramẽto, imò ipso iure non currit sibi biennium nisi demum finito. 25. anno. Sed contra hoc arguit fortiter Bal. in l. fi. ad finem commenti. inf. de non nume. pecun. dicens, quòd iuramentum repræsentat minorem esse maiorem, ut habetur in d. Authen. sacramenta puberum. ergo statim debet sibi currere biennium, non autem debemus expectare, ꝙ finierit 25. annũ. Ipse huic argumento respondet, ꝙ in proposito nostro iuramentum non repræsentat eum maiorem: quia deficit consen
17 sus.† Sed ista solutio mihi non satisfacit: quia lapso primo biennio post iuramentum intelligitur consentire, adeo ꝙ lapso biennio etiam obligatur naturaliter, ut uolunt Docto. in l. 1. ff. de cond. inde. & in l. cum quis. sup. de iu. & fac. igno. ergo saltem lapso primo biennio, deberet statim sibi currere istud tempus biennij, non autem debemus expectare finem minoris ætatis. Sed potestis respondere, ꝙ lex nostra, quç dicit, ꝙ in maiore incipit currere istud tempus biennij ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, debet intelligi de eo, qui est uerè maior, non aũt de eo, qui est fictè maior, scilicet uirtute iuramenti. Ad hoc in simili allego uobis. l. si quis maior. sup. de transact. & l. fin. inf. de his qui uen. ęta. impetrau. ¶In fine gl. Habemus ex hac. glo. col
18 ligere, † ꝙ petens restitutionem aduersus præscriptionẽ debet probare se læsum ex hac præscriptione. sed inf. in fi. gl. mag. uř uelle cõtrariũ, ideo aliter intelligatis gl. ut uelit dicere, ꝙ minor petẽs restitutionẽ aduersus ꝓscriptionem debet ꝓbare ipsã ꝓscriptionẽ fuisse decursam: quia posset euenire casus, ꝙ minor nõ posset probare, & tunc multùm damnificaretur. & ideo bona & utilis fuit prouisio legis nostræ, quæ statuit, quòd istæ præscriptiones ipso iure non currant aduersus minores. ¶In gl. super uer. quærere. in fine. Pro declaratione gl. & eius ma
19 teriæ oportet aliquos casus discutere. Et primò, † nunquid, quando prçscriptio est inchoata cum defuncto maiore, currat postea, & perficiatur in persona minoris, qui successit maiori defuncto, & sic uidebimus, an ĩ isto casu lex nostra aliquid innouet. Domini Vltramontani tenent, quòd etiam hoc casu præscriptio ipso iure non currat aduersus minorem. Mouentur per rationem huius literæ, quæ est generalis. & potest etiam adaptari ad casum prædictum. Hanc etiam opi. sequitur hic Rapha. Fulg. subtili ratione dicens, ꝙ lex nostra uoluit corrigere illos casus, in quibus olim currebat præscriptio aduersus minorem, sed restituebatur in integrũ: deinde in fine excepit casum præscriptionis longissimi temporis, quæ quidem præscriptio non potest currere cum spe restitutionis, nisi quando tantùm fuit incepta in persona maioris defuncti, quæ postea fuit perfecta infra minorem ætatem ipsius minoris, qui successit maiori defun-
20 cto.† Et cũ exceptio debeat eẽ de regula, ut no. ĩ rub. de reg. iu. & in l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pe. leg. est necesse nos fateri secundùm Fulg. quòd rég. l. nostrç loquitur etiam de præscriptionibus inchoatis cum defuncto maiore. & huic motiuo dicit non posse dari responsum. Sed ego non uideo (tenendo quòd præscriptio inchoata cum defuncto maiore non currat ipso iure aduersus minorem succedentem ipsi maiori) quare debuerit excipi præscriptio longissimi temporis. Nam si præscriptio longi temporis, uel usucapio cæpta cum maiore defuncto non currit ipso iure aduersus minorem secundùm
21 istam opi. † multò minus deberet currere aduersus eum præscriptio. 30. uel. 40. annorum, quæ est merè odiosa. Reliquæ uerò, uel sunt fauorabiles, uel saltem mixtæ, unde teneo opi. Bar. & aliorum Doc. hic uolentium, quòd præscriptio inchoata cum defuncto maiore currit, & perficitur in persona minoris, qui successit maiori defuncto, per text. in l. unica. sup. si aduer. usu. & per l. si
22 fundum. ff. de fun. dota. † ubi defectus superueniens nõ habet impedire cursum præscriptionis iam inchoatæ.
c Fallit in præscriptione. 30. ann. [c]. quæ durante minori ætate dormit. l. sicut. inf. de præscrip. 30. uel. 40. ann.
23 † Secundò est uidendum, an minor possit petere restitutionem in integrum aduersus præscriptionem, quç in persona sua fuit perfecta, sed tamen erat inchoata cũ defuncto maiore. Et in hoc regulariter concluditur minorem esse restituendum, per d. l. unicam. sup. si aduer. usu. Sed in contrarium uidetur esse tex. in l. Aemilius. ff. de
24 mino. † ubi si ex pacto leg. commissoriæ habito cum maiore defuncto minor infra terminum conuentum non soluat pretium, perdit dominium, quod erat sibi acquisitum, nec restituitur. Item in contrarinm facit. l. 2. sup. si aduer. uendi. pigno. ubi creditor fecit pactum cum maiore defuncto, ꝙ posset uendere pignus, nisi pecunia sibi redderetur infra certum terminum: minor succedens ipsi maiori non soluens pecuniam infra terminum, non potest petere restitutionem aduersus uenditionem pignoris. Quid ergo dicendum? Bar. hic pro sol. istorum
25 iurium dicit, † quòd edictũ de mino. ita demum succurrit ipsis minoribus bñficio restitutionis, si cũ ipsis minoribus aliquid sit gestũ, & non aliàs. l. etiã. & l. ait Prętor. ff. de mino. unde in præscriptione longi temporis, & in usucapione inchoata cum defuncto maiore dicitur aliquid fuisse gestum cũ minore: quia in illo instanti, in quo perficitur præscriptio, uel usucapio, statim dominium recedit ab ipso minore, & trãsfertur in usucapiẽtem, seu præscribentem, & ideo minor restituitur: quia censetur alienasse. l. alienationis uerbo. ff. de uerbo. signifi. Item in præscriptione biennali inchoata cum defuncto maiore dicitur aliquid fuisse gestum cum minore: quia lapso biennio obligatur naturaliter, ut not. in l. 1. ff. de cond. inde. & ideo restituitur. sed in casu l. Aemilius. superiùs alleg. nihil potest dici gestum cum minore, nec etiam in casu l. 2. sup. si aduer. uen. pig. & ideo minor non restituitur. Addit Bart. quòd per hanc doctr. iura superiùs allegata remanent resoluta. Sed hæc dicta Bar. reddo uobis dubitatissima: quia in præscriptione longissimi temporis inchoata cum defuncto maiore, si perficiatur minoritas, minor restituitur, ut hic in fi. & tamen hoc casu ni-
26 hil dicitur geri cum minore, quod probo. † Nam per ꝓscriptionem longissimi temporis dominium non recedit à minore: quia per præscriptionem longissimi temporis non acquiritur dominium, sed ipsi præscribenti acquiritur sola exceptio, ut probat iste tex. in fin. & tamen minor restituitur, imò minus geritur cum minore in hac præscriptione 30. uel 40. ann. quàm in casu l. Aemilius. ff. de mino. quia per præscriptionem 30. ann. acquiritur ꝓscribenti sola exceptio, & tamen in casu l. Aemilius. ꝓ illã præscriptionẽ acquirit actio. Pręterea Bar. uult, ꝙ in casu d. l. Aemilius. nihil gerat cũ minore, & ego ꝓbo cõtrariũ hoc mõ. Nam si fiat pactũ leg. cõmissoriæ, & fuerit

rit factum cũ maiore defuncto, ꝙ nisi solueret pretiũ in-
fra talem diem, res esset inempta, & minor succedens ip
si maiori non soluat pretium infra illum terminum, do-
minium rei uẽditæ, & traditæ, quod erat iam sibi acquisi
tum, ipso iure recedit ab ipso minore, & transfertur in
27 uenditorẽ: quia ista est† natura pacti leg. commissoriæ. ut
probat glo. in l. traditionibus. sup. de pact. & probatur in
l. si quis sub hac. ff. de rei uend. & in l. cõmissoriæ. inf. de
pact. inter empto. & uendito. quare ergo minor non resti
tuitur aduersus istam alienationem, sicut uult Bar. quòd
in pręscriptione longi temporis inchoata cum defuncto
maiore, si pficiat̃ in persona minoris succedentis maiori,
quòd minor restituitur, tanquam censeatur alienasse. Itẽ
uult Bart. quòd in casu. l. 3. supra si aduer. uend. nihil di-
catur gestum cum minore. Et ego probo contrarium, ui
delicet, quòd aliquid dicatur gestum cum eo inspecto
fine: quia si ex pacto celebrato cum defuncto maiore in
contractu pignoris creditor habeat licentiam uendendi
pignus, nisi infra certũ tẽpus conuentũ soluatur sibi pe
cunia, & minor succedens maiori, nõ soluat pecuniã, cre
ditor alienãdo pignus aufert dominiũ minori rei pigno
ratę, qđ erat apud ipsũ minorẽ. l. pignus. C. de pign. acti.
ergo inspiciendo finẽ dr̃ aliquid fuisse gestũ cũ minore.
28 ¶ †Nõ obst. si mihi dicatis, ꝙ qñ finis habet necessariam
cõsequentiam ad principium, ꝙ tunc non debemus inspi
cere finẽ. l. 3. §. Scio. ff. de minori. quia rñdeo, ꝙ ipsemet
Bart. uult hic, ꝙ in exceptione non numeratæ pecuniæ
cõtracta cum defuncto maiore sola obligatio, uel amis-
sio iuris minoris facit, ut dicatur aliquid gestum cũ ipso
minore, & tamen hoc casu finis habet necessariam con-
sequentiam ad principium. Item in præscriptione lon-
gi temporis, uel in usucapione inchoata cum defuncto
maiore, & perfecta in persona minoris acquisitio domi
nij facit, ut aliquid dicatur gestum cum minore; & ta-
men hoc casu finis habet necessariam consequentiam
29 ad principium. † Vnde possetis dicere, quòd aduersus
præscriptionem inchoatam cum defuncto maiore, &
perfectã in persona minoris, minor restituitur regula-
riter. Fallit in præscriptione conuentionali, de qua lo-
quitur. d. l. Aemilius. & l. 2. sup. si aduer. uẽd. pign. & hoc
uult glo. in l. etiam. ff. de minor. quod intelligo procede
re, etiam si ad abundantem cautelam aliquid esset gestũ
cum minore, puta quia pro executione præscriptionis
cõuẽtionalis fuisset interpellatus minor. d. l. Aemilius.
& ista est sententia Pau. ibidem. & ꝙ illa. l. Aemilius. lo-
quatur de præscriptione conuentionali, adduco Bal. in
l. 1. & 2. s̃. si aduer. uend. pig. Et ex his colligitis declara
tionẽ ad ea, q̃ no. in l. cum filius. §. in hac. ff. de uerb. obl.
& in l. si cũ militaribus. inf. de restitu. mili. ubi habetur,
quòd aduersus pscriptionẽ inchoatam cũ defuncto ma-
iore minor restituitur, si aliquid sit gestũ cũ eo. Nã hoc
debet limitari, nisi ex cõuẽtione habita cũ defuncto ma
iore perficiat̃ pscriptio in persona minoris, ẽt si ad abun
dantem cautelam aliquid esset gestum cum minore, pro
hoc do uobis glo. ordi. in d. l. si cum militaribus. ubi gl.
dicit, quòd licèt miles restituatur aduersus uenditionẽ
pignoris; tamen si illa uenditio fuisset facta ex conuen-
tione expresſè habita cum ipso milite: tunc non restitue
30 retur. ¶ Tertio loco est uidendum de casu, † quãdo præ
scriptio in persona minoris incipit: & tunc concludite,
quòd regulariter præscriptio non currit contra mino-
rem. & hoc fuit indultum de nouo per Iustinianum Im-
peratorem. l. nostræ. Fallit ista regula in primis in præ-
scriptione causata ex contractu ipsius minoris, puta,
quia minor in contractu fecit pactum cum creditore, ꝙ
nisi solueretur tale debitum, quòd possit uendere pi-
gnus: nam talis præscriptio bene curret aduersus ipsum
minorem, & hoc est de mente Bar. hic in fi. glo. magnæ,
dum dicit, quòd in contractibus uersatur factum ipsius
minoris, ideo lex non ita faciliter subuenit ipsi minori
& in hoc uult contrarium ipso iure tenere: ergo idem
debemus dicere in præscriptione causata ex conuentio
ne ipsius minoris. ¶ Secundò fallit in casibus, in quibus
olim currebat pscriptio contra minorem sine spe restitu
tionis. ¶ Tertiò fallit in præscriptione præiudiciali: q̃a
illa bene currit contra minorem. l. properandum. in fin.
inf. de iud. ¶ Quartò fallit in tempore confectionis inuẽ
tarij. Nam bene currit ẽt contra minorem, sed bene põt
petere se restitui. §. pupillus. in Auth. de hære. & falcid.
¶ Quintò fallit in præscriptione temporis præfixi ad pe
tendum inuestiturã, seu renouationem inuestituræ: quia
illud tp̃s bene currit minori, dũmodo sit pubes. c. impe
rialem. §. præterea si quis maior infeudatus, in tit. de ꝓ-
hib. aliena. feud. per Feder. ¶ Sed quæro de quæst. utili
31 & quotidiana. † utrùm scilicet præscriptio nouiter indu
cta per consuetudinem, uel statutum loci currat ipso iu
re contra minorem. Innocen. & Io. And. in c. constitu-
tus. ext. de in inte. resti. determinant, quòd talis præscri-
ptio de nouo inducta per statutum, uel consuetudinem
currit aduersus minorem: quia lex nostra non potuit di
uinare de præscriptionibus de nouo inducendis à statu
to, uel consuetudine. Bart. autem hic determinat totum
contrarium, & eius opinio. secutus est Anto. de Butrio.
in d. c. constitutus. Mouentur: quia ista lex potuit saltem
in genere cogitare de talibus præscriptionibus, & hoc
sufficit, arg. l. qui iure militari. ff. de testa. mili. Secundò
32 mouentur: † quia statutum quantuncunque generaliter
loquens recipit restrictionem, ne quis damnum indebi-
tè patiatur, ut nota. in l. finali. §. in computatione. inf. de
iur. delibe. & in c. cum dilectus. extra de consue. & in l.
2. inf. de noxal. statutum ergo generaliter loquẽs debet
taliter intelligi, quòd non comprehendat personam mi
noris. Bal. & Salice. hic sequuntur opinionem Innocen.
contra Bar. & ipsemet Bal. in c. 1. in 3. colum. in titu. quo
temp. miles. in usib. feudo. dicit, quòd dictum Bartol.
est contra text. in dicto. cap. imperialem. §. præterea
si quis infeudatus. ubi præscriptio annalis nouiter in-
ducta contra illos, qui non petunt inuestituram, seu re-
nouationem inuestituræ currit contra minorem, dum-
modo sit pubes. Ipse tamẽ Bal. in illo. c. 1. uidetur ita di-
stinguere. Aut præscriptio inducta de nouo per statutũ,
uel consuetudinem est subrogata in locum præscriptio
nis decem, uel uiginti annorum; & tunc non curret ipso
iure aduersus minorem: quia sicut præscriptio longi tẽ
poris ipso iure non currit aduersus minorem, ita etiam
non debet currere aduersus eum præscriptio nouiter
inducta subrogata in locum præscriptionis longi tẽpo-
ris. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis caution. Aut præ-
scriptio inducta à cõsuetudine, uel statuto est subrogata
in locum præscriptionis. 30. uel. 40. annorum. & tunc
curret ipso iure aduersus minorem, per istum tex. in
fine. Sed hoc dictum uidetur dubitabile: si enim ista pre
scriptio nouiter inducta est minor, ita quòd potest perfi
ci in persona minoris, non deberet ipso iure currere
aduersus minorem, aduersus quem fuit inchoata, per
33 ea quæ dixi in textualibus. † Quando uerò sumus in du-
bio. s. an pscriptio statutaria, uel cõsuetudinaria sit subro
gata in locum longi temporis, uel longissimi, nec sumus
certi de hoc, tunc uidetur sentire Bal. in d. c. 1. quòd præ
scriptio curret, & quòd opinio Inocen. superiùs relata
est uerior. Addite uos, quòd de isto puncto loquitur ip-
se Bal. in c. primo. §. porro. in tit. qualiter olim pote. feu.
alienari. & idem Bal. in l. 3. quasi in fine commenti. infr.
quibus non obii. longi tempo. præscrip. ¶ In glo. magna
super uerbo, quærere. ibi scilicet cum effectu. Ista solu-
tio est communiter approbata, negari tamẽ non potest,
quin uiolet tex. illarum leg. ¶ In eadem glo. ibi, additum
à compositoribus. Istam sequitur Salice. sed in ueritate
ex

ex uerbis illarum legum hoc non apparet. ¶ In eadem
glo.ibi: Iuſtinianus hic liberat. Hanc damnant Docto.
omnes:quia hoc non eſt præſumendum de Imperatore,
qui omnia iura in ſcrinio pectoris præſumitur habere.
l. omnium. infrà. de teſta. & l. humanum. ſ. de legi.ma
ximè in Iuſtiniano Imperatore, qui deſcribitur in Catha
logo ſanctorum.vt uult Bart. in proemio huius libri. &
in Auth. ad hæc. ī.de uſu.Colligitis tamen ex iſta gloſſ.
34 † quòd ebrietas inducit alienationem mētis.Et ex hoc in
fert,utrùm contractus celebratus cum ebrio ualeat.Ego
ſæpe habui iſtam quęſt.in practica, & reperio in hoc gl.
contrarias.Nam gl.in l.dolum.ī.de dolo.uidetur uelle,
quòd ualeat ipſo iure,ſed tamen reſcinditur per actio-
nem de dolo. Sed gl.iuris canonici in c.vnuſquiſq;.22.
q.4.determinat promiſsionem factam per ebrium nihil
d ualere.d & illam gl.ſequitur Roma. in l.1.in princi.ff.de
35 uerbo.obliga.ratio eſt illa,quam.ſ.dixi. † quia ebrietas
inducit mentis alienationem. c. inebriauerunt loth.16.
q.1.habetur in c.à crapula.ext.de uita & hone. clerico.
Rapha.Fulg.& Pau.de Caſt.dant aliam ſolutionem dicē
tes,uerum eſſe, quòd præſcriptio longi temporis ante
iſtam.l.non currebat aduerſus minores, & ita intelligan
tur iura hic in glo.allegata pro contrarijs. ſed tamē erāt
aliæ præſcriptiones,de quibus poterat dubitari, an cur-
rerent aduerſus minores ipſo iure:ſed tamen eis conce-
derēt reſtitutio, ut eſt dare exemplum ſecundùm eos in
redhibitoria,quæ non durat,niſi ſex mēſibus,& in actio
ne quanti minoris,quæ durat anno, & hodie inductum
eſt per hāc legem,ut iſtæ actiones ipſo iure non currant
aduerſus minores. & in hoc lex noſtra cōtinet magnam
utilitatem.¶ In eadem glo.ibi, tu dic. Iſta communiter
approbatur,ſed tamen allegatio,quam facit,non eſt bo-
na: quia in l.ſi fundum. ff. de fun. dot. præſcriptio erat
iam inchoata: vnde Barto. & Doct. aliter reſpondēt di-
centes,quòd iſtud argumentum gl.non eſt bonum: quia
res minoris non ſunt prohibitæ ſimpliciter alienari, ſed
permittuntur alienari cum decreto iudicis. Non habēt
ergo perpetuam cauſam prohibitionis, & ſic ceſſat argu
mentum,quod facit hic glo. Raph.Fulg.impugnat iſtam
ſolutionem: quia idem iuris eſt de toto quò ad totum,
quod eſt de parte quò ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei
36 uendica. † ſicut ergo res ſimpliciter prohibita alienari
non poteſt præſcribi, ita idem debemus dicere de re,
quæ pro parte eſt prohibita alienari. Vos poteſtis aliter
damnare rationem Barto. ſcilicèt per.l.ubi lex.ff.de vſu
capi.Et ita etiam vult Imo.in.c.quòd non liceat. ext. de
præſcrip.Dicit tamen Raph. Fulg. hanc legem poſſe in-
telligi in ſeruis ipſorum minorum:qui ſeruando ſeruari
37 poſſunt,† & tamen quandoque ſunt inutiles: quo caſu
poſſunt alienari ſine decreto.l.lex quæ tutores.ī. de ad-
miniſt. tuto. Vel debemus (ſecundùm eum) intelligere
hanc legem in præſcriptionibus ſui natura currentibus,
ut eſt pręſcriptio in actione redhibitoria,& quanti mino
ris.Vel aliter ſecundùm Cyn.hic,qui in ueritate bene lo
38 quitur, † qn̄ prohibitio alienationis rerū minorū dirigi-
tur ad pſonas ipſorū minorū,uel ſuorū tutorū, uel cura-
torū: tūc.n.alienatio nō ualet regulariter.l.1.ff.de rebus
39 eor.& toto tit.ī.de p̄d.min.† Sed tertius poſsidēs rē mi-
noris non prohibetur rem alienare, imò alienatio ua-
let, & ideo olim currebat præſcriptio aduerſus ipſum
minorem,ſed reſtituebatur.& ideo iura hic in glo. alle-
gata,in quibus dicitur, quòd non currebat præſcriptio,
debent intelligi,ſcilicet cum effectu: ſed hodie ipſo iure
non curreret. Et ſi pur uultis illa iura intelligere ſimpli-
citer,ut iacent, debetis dicere, quòd tam iure antiquo,
quàm poſt l. noſtram alienatio facta per tertium de re
minoris bene ualebat in præiudicium ipſius alienantis,
ſed non in præiudicium ipſius minoris. & ideo præſcri
ptio non dēt currere contra eum, niſi demum eo facto
maiore.¶ In fine eiuſdem glo.Ex hac cauda glo.habetis
40 notanter colligere, † q̄ ex ſolo curſu temporis, ſeu ex
pręſcriptione completa minor dicitur lęſus,nec oportet
eum probare aliter de læſione, ſed ſufficit,quòd probet
ſolùm lapſum tp̄is. Hinc infert hic Bar.q̄ eo ipſo q̄ mi-
nor non appellauit à ſententia infra decennium,dicitur
læſus,adeo quòd ſi petat ſe reſtitui ad appellandum, nō
habebit neceſſe aliter probare de læſione,ſed ſufficiet
probare ſolum lapſum temporis ad appellandum. Sed
ipſemet Barto.expreſsè determinat cōtrarium in l. nam
poſtea.§.ſi minor. ff. de iureiu.ubi dicit, quòd ſi minor
petat ſe reſtitui ad appellandum, oportet,quòd probet,
quòd appellatio ſua,ſi reſtituatur,erit iuſta,nec ſufficiet
probare ſolum lapſum temporis decennij. Pro concor-
dia mihi pro nunc placet diſtinctio Raph.Fulg.hic, qui
diſtinguit hoc modo. Aut loquimur in minore actore,
qui ſuccubuit in cauſa:quia lata fuit ſententia abſoluto-
ria pro reo,& hoc caſu procedat opinio Barto. in d. §.ſi
minor:& eſt ratio:quia abſolutoria lata pro reo contra
minorem agentem præſumitur lata, ex eo quia non fuit
probatum, ut notatur in.l.Iulianus uerum debitorem.ff.
de cond. inde. & ſi minor appellaſſet ab illa ſententia
lata in fauorem rei,oportuiſſet eum probare in cauſa ap
pellationis,& iuſtificare intentionem ſuam,ſicut teneba
tur probare in cauſa principali. l. actor.ī. de proba. & l.
qui accuſare.ſ.de eden.& ideo ſi petat ſe reſtitui ad apel
landum,hoc caſu non ſuficiet probare ſolum lapſum de
cennij, ſed oportebit eum probare, quòd appellatio,ſi
reſtituatur,erit iuſta.Aut loquimur in minore reo, con-
tra quem eſt lata ſententia: & hoc caſu, quia ex tali ſen-
tentia ſatis apparet de læſione, ideo ſufficiet, quòd mi-
nor petens ſe reſtitui ad appellandum probet ſolum la-
pſum temporis præfixi ad appellandum: quia hoc caſu,
etiam ſi appellaſſet,non ipſe,ſed aduerſarius ſuus tene-
batur probare,vt nō.in l.hi qui ad ciuilia.ī.de appel.

ADDITIONES.

a ¶ Reſtituitur in integrum. Reſtitutio,quæ fit à iudice, & ea,quæ fit à iure,quomodo differāt. Vide per Pe.de An. in c.ex ratione.nu.9.extra de appel.

b ¶ Quadriēnium. Adde,q̄ pręſcriptio quadriennij eſt duplex,ut per Dy.in ſuo tracta.de præſcrip.

c ¶ In præſcriptione.30. annorū.Quæ ſit præſcriptio 30. annorum.Vide per Dy. in ſuo trac.de præſcr. in titu. de præſcr. 30. anno.& ibi in apoſtil.

d ¶ Nihil Valere.Quid autem de contractu celebrato calore iracundiæ. Vide per eundem Iacobi.in l.1.nu.4.ſ.ſi aduer.fiſ.

Rub. Qui & aduerſus quos in integrum reſtitutio non poſtuletur.

In l. In conſilio quidem.

SVMMAE.

1 *Minor gerens magiſtratum an reſtituatur.*
2 *Mercatores non reſtituuntur in contractibus celebratis in ſuis mercantiis.*
3 *Doctor minor.25.an.an poſsit petere ſe reſtitui aduerſus allegationem omiſſam in cauſa ſua propria.*
4 *Præſumptio elidit ſemiplenam probationem.*
5 *Iuramentū in ſupplementum non eſt deferendum fæneratori.*
6 *Teſtis vnus faciens ſemiplenam probationem debet eſſe omni exceptione maior.*
7 *Reſtitutionem petens an debeat plenè probare.*
8 *Minor diligens paterfami.an reſtituatur.*
9 *Minor probata læſione an dicatur læſus ſui facilitate.*

10 *Dolus infertur maioribus,& diligentissimis personis.*
11 *Læsio,uerbum quid importet.*
12 *Circumuentum,uerbum quid importet.*
13 *Electus in defectum non præsumitur idoneus.*
14 *Iudex potest supplere in notorio,ut iudici.*
15 *Præsumptio est pro iudice ordinario.*
16 *Iurisdictio delegata est probanda.*
17 *Creditor debet probare pecuniam mutuatam conuersam fuisse in utilitatem minoris.*

IN consilio quidem. Qñ de
læsione plenè non constat,recurritur ad
uerisimilia,ubi uerò plenè constat,indi-
stinctè conceditur restitutio.h.d. Vel sic
secundùm lecturam dominorum Vltramon. Quãdo mi
nor publica auctoritate est approbatus, non potest re-
stitui aduersus actus descendentes ex eadem cã, nisi ex
necessitate sit approbatus.Et aduertite,quia istæ lecturę
1 differunt inter se;nam secundùm lect.glo.uult hæc.l.†ꝙ
si minor industriosus,& diligens paterfamilias petat se
restitui aduersus actum descendentem ex officio publi
co,ad quod erat approbatus,uel aduersus alium actum,
si non probat plenè de læsione, excludetur à restõne in
integ, si uerò plenè probat de læsione, concedetur sibi
restõ,& ista est lect.glo.sed secundùm lect.dominorum
Vltramon.uult hæc lex,quòd licèt minor diligẽs pater
familias petens restõnem aduersus actum descendentẽ
ex officio publico,ad quod erat electus, & approbatus,
probet de læsione;tamen non restituetur in integrũ; qa
resultat præsumptio iuris, & de iure,quòd sit idoneus,
& ꝙ non potuerit decipi sui facilitate: secus si esset ele-
ctus ad officium publicum ex necessitate, & in subsidiũ:
quia tunc bene restituetur probata plenè læsione. Et
hunc intellectum dñorum Vltramon. sequitur hic Bart,
extendens ad mercatores approbatos in arte mercãtia-
2 rum,& descriptos in matricula,†ut non restituantur ad-
3 uersus contractus celebratos ex illis mercantijs. † Idem
dicit in Doctore minore 25.annis: qa si petat se restitui
aduersus omissam allegationem in cã sua propria, non
restituetur in integrum: quia eo ipso, ꝙ fuit approbatus
in examine,& profitetur se doctorem,p̃sumitur doctus,
& peritus,& petendo restõnem allegaret turpitudinem
suam,contra.l.2.§.Mutij auditores.ver.turpe. ff.de orig.
iur.Bal.dicit,ꝙ diligentia minoris,& approbatio publi-
ca bene inducunt quãdam præsumptionem: sed si plenè
probetur de læsione,cessabit ista præsumptio, & ita etiã
uolebat Iac.Butri.unde fortè tutius est tenere intellectũ
4 glo.¶No.ex hac.l.†ꝙ contraria præsumptio elidit semi-
a plenam probationem,& impedit,ut iuramẽtum [a] supple
tiuum non deferatur. tex.est hic cum sua glo.in ver.non
5 sit.& ideo dicit Bal.in l.q accusare.s̃.de eden.†ꝙ iudęo,
uel fęneratori semiplenè probanti intentionẽ suam non
debet deferri iur̃m suppletiuum: quia persona,quæ pe-
tit sibi deferri iur̃m in supplementum, debet esse omni
6 exceptione maior.quod notetis. † Eodẽ modo ad hoc,
ut unicus testis faciat semiplenam probationem,requi-
rit̃,ꝙ sit oĩ exceptione maior. Ita dicit Bal.in.c.sacr̃m.in
tit.de consuet.recti feu.in libel.feud.quod est bene no-
7 tandum. ¶No.†ꝙ petens restõnem in integ.nõ obtinet,
si semiplenè ꝓbauit de læsione sua,& ideò Barto.de Sa-
lice.in l.nam postea.§.si minor.ff.de iureiur.dicit, quòd
petens restitutionem rõne læsionis,debet plenè proba-
re de læsione:quod intelligatis procedere, quando pe-
tit restõnem aduersus contractum:secus si peteret restõ-
nem aduersus omissam allegationem: nam tunc suffice-
ret qualisqualis probatio læsionis. Ita dicit Bar.in d.§.si
minor. quasi ad fi.commen. allegat.l.in lege Aquilia si
deletum chirographum.ff.ad leg.Aquil. Amplius dicit
Anto.de But.in.c.tum ex literis.extra de in integ.restit.
quòd sufficeret hoc casu sola actio partis allegantis se
habere probationes necessarias, quas adhuc non fecit.
allegat.c.auditis.extra illo eo.titu.de in integ.rest. Ad-
dit ipse do.Anto.in præallega.c.tum ex literis. quòd si
petatur restitutio aduersus sententiam,sufficeret qualis-
qualis probatio lęsionis,scilicèt per iuramentum,arg.l.
thesaurus.ff.ad exhiben.quia talis restitutio non est om
nino præiudicialis:sed restituit iudicium,in quo postea
8 tractabitur de meritis causæ. ¶Nota subsequenter,†ꝙ si
minor probet plenè de læsione sua; tamen si sit diligens
paterfamilias,nõ restituetur.& hoc probatur hic secun-
dùm unum intellectum. secundùm uerò alium intelle-
ctum probatur hic totum contrarium, scilicèt ꝙ proba-
ta plenè læsione restituetur in integrum;licèt sit diligen
tissimus paterfamilias. Sed hoc uidetur contra omnem
theoricam uobis relatam in l.fi.s̃.de in integ.resti.min.
ubi fuit conclusum,quòd non sufficit probare læsionẽ,
nisi expressè probetur,quòd minor fuit læsus sui facili-
9 tate,uel dolo aduersarij.Non obstat,si mihi dicas,†quòd
eo ipso, quòd plenè probauit de læsione, præsumitur,ꝙ
fuerit læsus sui facilitate: quia respondeo,quòd hoc est
contra Bar.& Bal.qui in d.l.fi.uolunt, quòd nõ sufficiat,
quòd minor petens restitutionem in libello dicat se
fuisse læsum,nisi specificet, quòd fuit læsus sui facilita-
te,uel dolo aduersarij;vnde uos possetis intelligere istã
legem aliter,& dicere,quòd in prima parte ista lex uult
dicere, quòd si minor plenè probet se fuisse læsum, si
aduersarius econtra probet,quòd ipse minor erat,& est
diligentissimus paterfamilias, & multùm industriosus,
tunc non restituetur: quia præsumitur fuisse læsus casu
fortuito,non autem sui facilitate,uel dolo aduersarij.
Sed in secũda parte hæc lex uult dicere, quòd si minor
petens restõnem in integ. probet se fuisse læsum dolo
aduersarij: tunc bene restituetur in integrum, licèt ad-
uersarius probet,quòd ipse minor erat,& est diligentis-
10 simus paterfamilias,& multùm industriosus:†quia etiam
maioribus infertur dolus. Nec mihi dicatis, quòd iste
intellectus est diuinatiuus ad istũ tex. quia probo,quòd
ista litera hoc uelit:nam in prima parte loquitur,quãdo
11 minor petendo restõnem allegabat læsionem. † Et istud
uerbum, læsio, potest adaptari etiam ad contingentem
casu fortuito.Sed in secunda parte legis loquitur,quan-
do minor petendo restõnem allegabat se fuisse circum-
12 uentum,†& istud uocabulum, circumuentum, importat
dolum.l.si iudex circumuẽto.ff.de minor. ¶Vltimò no.
13 †quòd electus,seu approbatus in defectum, seu in subsi
dium nõ p̃sumitur idoneus. Ex hoc loco inferunt Cin.
& Bal.hic,quòd quandoq; imperiti Doct. ascendunt ca-
thedram:quia non reperiuntur alij Doct.idonei.Aduer
tite ad unum, quod dixi.s̃.quòd non sufficit in libello
allegare se fuisse læsum, nisi adiiciat̃,quòd fuit læsus sui
facilitate,uel dolo aduersarii; nam hoc uidetur contra
tex.in c.constitutus.ext.de in integ. resti. Sed tenendo
communem opi.uobis relatam in.l.fi.s̃.de in integ.rest.
min.potestis respondere ad.c.constitutus.quòd ibi pe-
tebatur restõ coram illo iudice, coram quo non erat ne
cesse seruare solemnitatem libelli.¶In gl.1.in fi.Ex hac
14 glo.habetis notanter colligere,† quòd qñ est aliquid no
tum iudici, ut iudici, iudex tunc potest supplere. Nam
hic erat notorium istum fuisse electum in decurionem,
uel ad aliquod aliud officium publicum;erat ergo iudi
ci notum, ut iudici; secus si esset notum iudici, ut pri
uato:quia tunc supplere non posset. Hinc inferunt hic
15 Bal.in fi.commen.& Pau.de Cast.†quòd pro iurisdictio
ne ordinaria præsumitur: sufficit enim,quòd palã,& pu
blicè quis se gesserit,& reputatus fuerit ꝓ iudice ordi-
16 nario loci,nec oportet aliter ꝓbare. † Sed ꝓ iurisdictio-
ne delegata non præsumitur, nisi probetur.c.cũ in iure
peritus.

peritus.extra de off.deleg. ¶In glo.super uer.non fit.in fi.Ex hac glo. colligitis pulchram limitationem ad.l.1.
17 §.si aduer.credit. ubi dicitur,† quod creditor debet probare pecuniam per ipsum mutuatam minori fuisse uersam in utilitatem ipsius minoris. Nam hoc debet limitari, nisi minor esset diligens paterfamilias,per hanc not.glo.de quo dicite,ut dixi in d.l.1.

ADDITIO.

a ¶Vt iuramentum.Adde,quod iuramentum non fit rectè,nisi incumbat necessitas. Io.de Turre Crema.in.c.ita ergo. nu.3.22.q.1.

In l. Cum apud veteres.

SVMMAE.

1 *Filius,an possit petere restitutionem in integrum aduersus patrem.*
2 *Filius quando admittatur ad allegandum contra patrem.*
3 *Statutum,quo cauetur,quòd minor non possit contrahere sine præsentia duorum suorum propinquorum,an habebit locum, quando filius contrahit cum patre.*
4 *Filij debent curare,ne quis infamet suos parentes.*

CVm apud veteres Filij aduersus parentes,& liberti aduersus patronos nõ possunt petere restõnem in integrũ. h. d.
1 ¶No.† quod filij nõ possunt petere restõnem in integ. aduersus parentes. Circa quod concludite secundùm Bar. hic,quem cæteri sequuntur,quod aut restõ petitur per filium iure actionis,& tunc conceditur sibi restõ contra patrem.tex.est in l.si superstite.§.de dol. Aut petitur restõ propter absentiam, uel aliam iustam cãm, & tunc etiam conceditur:quia non reperitur hoc prohibitum.l.necnon.§.quod eis.ff.ex quib.cau.ma.Aut petitur officio iudicis beneficio minoris ætatis,& tunc si petitur contra patrem,sed non contra factum patris: tunc conceditur sibi restitutio.l.2.§.si aduer.rem iud.Quidã tñ dicunt, quod ibi ponitur casus specialis in causa status. Dicite,ut ibi dixi. Aut petitur restitutio contra factum patris,sed non contra patrem: & tunc etiam conceditur ipsa restõ.l.2.§.si aduer.dona. Aut petitur contra patrẽ, & contra factum patris, & tunc denegatur ista restõ, &
2 ita loquitur hic.¶Notetis ulteriùs ex isto tex. † quod filius bene admittitur ad allegandum contra patrem, qñ ipse filius allegat se fuisse læsum,sed tñ non restituitur. Hoc
3 facit ad pulchram quæstionem. † Statuto cauetur,quod minor non possit contrahere sine præsentia duorum suorũ propinquorum,an tale statutum habebit locum, qñ filius contrahit cum patre,vñ dicendum quod non:quia tale statutum censetur conditum ad finem, ne minores decipiantur:sed quando contrahit cum patre,non est uerisimile, quod decipiatur. De qua quæst.dicite, ut per Bal.in l.pactũ. C.de colla. & per Roma. in l.si quis mihi bona.§.si corã.
4 ff.de acq.hæred. ¶Vltimò notetis ex cauda huius.l.† quod filii debent curare,ne quis infamet suos parentes.

Rub. De temporibus in integ. restitutionis petendæ.

In l. Superuacuam.

SVMMAE.

1 *Tempus petendæ restitutionis quantum sit.*
2 *Italia dicitur prouincia,& quantum duret.*
3 *Diuersitas iuris non debet induci ex diuersitate locorum.*
4 *Notarius an possit conficere instrumentum extra territoriũ.*
5 *Quadriennium datur ad petendam restitutionẽ tam maioribus,quã minoribus.Et est utile.nu.7. Et cui succedat.nu.9.*
6 *Ecclesia petens restitutionem in integrum aduersus laicum, potest adire iudicem ecclesiasticum.*
8 *Ignorans non dicitur negligens,nec negligenter omittere.*
10 *Restitutio debet inchoari,& finiri in quadriennium.*
11 *Præscriptio currit contra absentem.*
12 *Tempus statutum restitutioni petendæ an subducatur tempore absentiæ.*
13 *Restitutio qualiter sit fienda tempore restitutionum.*
14 *Præscriptio an currat aduersus ecclesiam.*
15 *Inuentarium quando debeat inchoari,& quando perfici.*
16 *Quadrienniũ,quod datur ad appellandum, an possit minui.*
17 *Præscriptio longi temporis,an currat contra ignorantem.*
18 *Tempus utile an currat ignoranti.*
Et habet uim priuilegij, seu tituli.nu.23.
19 *Restitutio an possit peti aduersus præscriptionem 30. uel 40. annorum.& nu.20.*
21 *Præscriptio an currat impedito.*
22 *Præscriptione 30.uel 40.annorum tollitur omnis molestia.*
23 *Restitutio an detur aduersus quascunque præscriptiones ex capite ignorantiæ.*
24 *Sententia lata post terminum statutum an sit nulla,etiam uolente aduersario.*
25 *Restitutio an possit opponi per modum obiectionis.*

SVperuacuam. Hæc.l.est notab. & diuiditur in tres. In prima ponit suum statutũ. In secunda illud extendit. In tertia declarat. Secunda pars est ibi,quod nõ solùm.
1 Tertia ibi,& queadmodũ. † Pro anno utili,qui olim dabatur,hodie datur quadriennium tam maioribus, quàm minoribus ad petendum restitutionem, & finiẽdum ipsam causam restitutionis, & de hoc quadriennio continuo subducuntur minor ætas,absentia,& omne aliud iustum
2 impedimentum.h.d.¶†No.primò ex isto tex. hic uideri probari,quod Italia dicitur prouincia.sed glo. in l.fi. inf.fine cen.uel reliq.dicit,quòd est princeps,& domina Prouinciarum.& si uultis scire quantum duret Italia, uidete glo.2.in l.1.ff.de off.præfec.vrb. ¶Nota ulteriùs ex
3 isto tex.†quòd ex diuersitate locorum non debet induci diuersitas iuris:quod limitetis,nisi iusta ratio suadeat oppositum.l.fi.C.de testa.& l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.alibi dicitur, quòd unaqueq; prouincia abundat in suo sensu.c.certificari.extra de sepul.Et ex notab.prædi
4 cto inferunt hic Doct.quòd†notarius creatus ab aliqua communitate,uel ab aliquo domino non potest conficere instrumenta extra territorium illius ciuitatis, seu illius domini. Sed Pau.de Cast.hoc limitat hic procedere,nisi conficeret instrumentum inter personas,& de rebus territorii illius ciuitatis,uel domini: nam tunc ipse notarius,si sit extra ipsum territorium, bene poterit cõficere instrumenta:& ita dicit se consuluisse apud Bergomũ,& plures Doct.se subscripsisse in illo cõsilio. De qua materia uidete per Bar.in l.1.in uer.septimò qritur. supra de sum.tri.& per Bal.in l.fi.ff.de iurisd.om.iud.& per Canon.in c.quæ in ecclesiarum.extra de constit. & per Spec. in tit.de instru.edi.§.restat.uers.quid de his.habetur per Panor.& Imo.in c.cum P.tabellio.ext.de fi.instru. ¶No
5 ta subsequenter,quòd†tam maioribus,quàm minoribus datur quadriennium ad petendam restitutionem in integrum,& ad finiendum causam restitutionis. Idem est in ecclesia.c.1.ext.de in integ.resti.lib.6.& in Cle.1.de in integ.rest.est tñ dña iter laicos,& ecclesiã:quia ecclesia, qñq; habet maius tps,ut not.in iuribus prox. alleg.
6 †Itẽ ecclesia rõne læsionis,si petat restitutionem in integrum aduersus laicum,poterit adire iudicẽ ecclesiasti-

cum,ut notat Innocen.in c.cum sit generale. extra de fo
7 ro compe.Et aduertite pro declaratione huius.l.† quòd
istud quadriennium est utile in sui principio,sed in pro
gressu est continuum:effectus est, quòd istud quadrien-
nium non incipit mihi currere, nisi demum quando cer
tioratus fui me fore læsum, vel ex præscriptione,uel ex
alia causa. Ita notabiliter dicit Bal. in l.si falsam. C. si ex
fal.instrum.Idem uoluerũt Zenzelin. & dominus Card.
Florem.in clemen.1. extra de in integrum restitu. Idem
uult expresè dñs Pan.in c.j.quasi in fine commenti. ex-
tra de pręscript.Mouetur Pano.per textum in d.c.1.ext.
8 de in integ restitu.lib.6.ibi,negligenter omiserit: † nam
a ille, qui ignorat, a non dicitur negligens, nec negli-
genter omittere.c.2.& c.qui ad diuersitatem. extra de
concessi.præben.Addite dominum Alex. de Imo.idem
uolentem in suo cons.primo in quarto volu.¶ Nota sub
9 sequenter ex isto textu,† quòd istud quadriennium,quò
ad sui initium succedit loco utilis anni, qui olim daba-
tur ad petendum restitutionem. Et ex hoc loco colligit
Bal.ꝙ noua pręscriptio inducta per statutum,uel consue
tudinem sapit naturam illius, in cuius locum subroga-
tur:vnde si ipsa noua præscriptio sit subrogata in locum
præscriptionis.30.uel.40.annorum,curret aduersus mi-
nores.De quo plenè dixi uobis in l.fi.C.in qui.cau.in in-
10 teg restitu.non est necess.¶ Nota subsequenter, † quòd
ista restitutio debet inchoari, & finiri infra quadrien-
nium. Sed aduertite, quia quidam prauè intelligentes
hanc. l. dicunt hic probari, ꝙ causa restitutionis potest
durare ultra triennium.Sed certè hoc est falsum & erro
neum.Dicatis ergo pro declaratione l.nostrę,quòd si re
stitutio petatur in principio istius quadriennij: tũc debe
bit terminari infra triennium, alioquin instantia erit perẽ
pta,per.l.properandum.C.de iud. Est bene uerum,quòd
lapso ipso triennio poterit restitutio iterum peti infra
annum restantem de quadriennio. Et hoc casu, quando
in ipso anno restante petiť de nouo restitutio,causa resti-
tutionis,debebit terminari infra illud residuum tempus,
quod restat de quadriennio:alioquin,nisi ita fiat,instan-
tia erit perempta,& etiam causa,adeo ꝙ nunq̃ postea au
dietur ipse petens restitutionem.Est ergo breuis conclu
sio, quòd in ista causa restitutionis istantia bene põt esse
minor triennio,maior autem triennio,nunq̃.Nec est ue-
rum,ꝙ ista.l.corrigat.l.properandum.quia cum illa.l.ꝓ-
perandum. sit posterior in ordine: & sicut est posterior
in ordine,præsumitur posterior in compilatione.Et hũc
intellectum ad istam.l.dedit hic Pau.de Cast. nec repe-
rio,ꝙ alii Docto.tangant.¶ Vltimò notetis,quòd de isto
quadriennio subducitur minor ætas,& etiam tps absen-
11 tiæ,† licèt regulariter contra absentẽ currat pręscriptio.
l.fi.C.de præscrip.lon.temp.hẽtur in l.1. & in l. ea que.C.
de resti.militum.¶In glo.1.ibi,l cum sex.Vult ista gloss.
12 † ꝙ tempus statutum actioni redhibitoriæ (q̃tum ad sui
principium) sit utile, sed in progressu continuum. Sed
Cyn.de Pisto.in l.2.C.de ædili.actio.& Bar.in rub. ff. de
diuer.& tempor. præscrip. post Iaco.de Are.tenent con
trarium dicentes, ꝙ istud tempus semestre in actione
redhibitoria in totum est utile. & ita uult gl.in l. annus.
ff.de calumniat. & istam sententiam teneatis audacter.
¶ In gl.parua super uerbo,continuũ.ibi,facta rescindan
tur.Intentio huius glo.est dicere, ꝙ aduersus læsionem
causatam infra istud tempus quadriennij non concedi-
tur restitutio: quia istud quadriennium in hoc non est
priuilegiatum.& ad hoc allego uobis tex. notabilem.in
l.doli.§.diuersum.ff.de nouat.Fallit in casu.l. fina. C. de
repud.hæred. Nõ tamen intelligatis istam fallentiam,ꝙ
in casu d.l.fi.sit necessaria restitutio :quia ibi tex. de hoc
nullam facit mentionem,sed intelligatis, quòd ibi suus
filius in potestate, qui recusauerat hæreditatem pater-
nam,ultra quadriennium habebit adhuc aliud triennien
nium, & illud triennium non confunditur in quadrien-
nio,nec contra,& habet illa tempora ad recuperandum
hæreditatem paternam,quam recusauerat, & notetis il-
lam.l.quia est sing.¶ In glo.super uerbo,continuatio,ad
fin.Vt habeatis plenam notitiam huius difficilis materię
13 aduertatis:†quia quoddam est tempus,ad quod quis pe
tit se restitui,& tunc concludite, quod tantum tempus
restituitur,quantum abstulit læsio,& non ultra.l.quòd si
minor.§ restitutio. ff. de minor. unde si ego fui læsus in
una sola die, solùm debeo restitui ad tantundem tem-
pus,& non ultra. Eodem mõ si fui læsus in parte dilatio
nis mihi datæ, ego debeo restitui solùm ad illam partẽ.
Quod limitetis,nisi impedimentum illius partis absor-
buisset totum temporis commodum mihi dati: quia tũc
fieret restitutio ad totum tempus. Ita notabiliter dicit
Bar.in l.si stipulatus essem abs te.ff.de uerb.oblig.Quod
dam uerò est tempus, intra quod uenit petenda restitu-
tio, & in hoc concludite, ꝙ aut ego peto restitutionem
aduersus contractum: & tunc tempus proponendæ re-
stitutionis est semper uniforme,scilicet quadriennium,
ut notatur in l.fina.ff.de in integ.restitu.Aut ego peto re
stitutionem aduersus lapsum temporis:& tunc, si illud
tempus læsionis fuit maius quadriennio, habeo qua-
driennium ad petendum restitutionem, ut hic.si uerò
tempus læsionis fuit minus quadriennio:tunc uariæ sunt
opiniones:nam in primis ista glo.uidetur uelle,ꝙ hoc ca
su,quando tempus læsionis fuit minus quadriẽnio, ego
debeo petere restitutionem,& facere finiri causam resti-
tutionis infra tantundem tempus, quantum fuit tempus
læsionis. & ideo si tempus læsionis fuit solùm de uno
mense, ego debeo infra unum alium mensem propone-
re causam restitutionis, & eam facere terminari, & ista
est sententia huius glo. Alij dicunt, ꝙ aut quærimus de
tpe inchoandi causam restitutionis:& tunc,quando tem
pus læsionis fuit minus quadriẽnio,debeo infra tantun-
dem tempus proponere causam restitutionis meæ,tñ ad
faciendum ipsam causam terminari habeo quadrien-
nium. Et istam opinionem sequitur hic Bar.post anti-
quos Docto.sequuntur etiam Bal.Salice.& Pau.de Cast.
hic.& idem Pau.pleniùs in l.1.C.de restitu.mili. Mouen-
tur per.l.sed si per Pętorem. §. si ferię.&. §.quotiens.ff.
ex quib.cau.maio.Subdit tamẽ Bar.hic,ꝙ Canonistæ ali
ter sentirent,per tex.in clem.prima.extra de in integ.re-
stitu.sed idem Bar.in l.ab hostibus.§.sed quod simplici-
ter.ff.ex q̃b.cau.mai. dicit idẽ esse de iure canonico,qđ
de iure ciuili.Ad d.clem.1.respondetur, quòd loquitur
in ecclesia, in qua est speciale,vt semper habeat quadriẽ
nium ad petendum restitutionem. Ratio specialitatis
est:quia ecclesia æquiparatur minori,ut habetur in.c.1.
ext.de in integ.restitu.in antiquis. vnde debemus dice-
14 re,† quòd præscriptio nunquam incipiat currere aduer
sus ecclesiam,sicut non currit aduersus minorem: & ta-
men in d.clemen.prima statuitur contrarium: quia expe
ctare, quòd ecclesia efficiatur maior, esset nimis longũ
expectare.Et ideo statutum est, quòd statim à tempore
læsionis incipiat sibi currere tempus quadriennii, & sic
in hoc aggrauatur:unde debet in alio alleuiari, ut sem-
per,& uniformiter habeat quadriẽniuum ad petendum
restitutionem,etiam si petat restitutionem aduersus mo
dicum tempus. Et retenta ista opinione infero uobis,
ꝙ idem esset dicendum in republica, quæ æquiparatur
minori,vt uult glo.in l. respublica.C.ex quib.cau.maio.
& ideo cum statim à tempore læsionis incipiat currere
quadrienninm aduersus rẽpublicam, debet semper ha-
bere quadriennium ad petendum restitutionem.Vel ali
ter ex mente Pau.de Cast. potestis respondere ad illam
clemen. 1.ꝙ loquitur de tempore finiendæ, & terminã
dæ causę restitutionis, non autem de tempore inchoan-
dæ causæ restitutionis, & istam responsionem sensit do.
Car-

Card.in d.Clem.1.ad hoc ponderans illum tex.in uer-
bo,finiri. Alij uerò dicunt,ꝙ indiſtinctè infra quadrien-
nium debet poſſe peti reſtitutio,etiam ſi petatur reſtitu
tio ad modicum tempus.Et iſtam opin.ſentit iſta glo.&
placet Pet.& Cin.hic,& Io.And.in d.Clem.1.ubi refert
dictas tres opiniones.Mouentur iſti per tex. in d.Cle.1.
qui generaliter loquitur,& malè poſſet reſtringi ad tem
pus finiendæ reſtitutionis. Ad idem facit id,quod uo-
15 lunt Docto.in l.fi.in princ.j̃.de iur.delib.ubi dicunt, † ꝙ
licèt inuentarium debeat inchoari infra 30.dies; tamen
ſufficit,quòd perficiatur infra tres menſes, licèt non ſit
inchoatum infra 30.dies.Io.de Imo.in d.Clem.1.refert
diuerſas opiniones,& tandem non bene firmat pedem.
Dicit tamen opinionem Barto. de iure ueriorem, &
quòd ſeruaretur in foro ciuili; opinio uerò Canon.ſer-
uaretur in foro cano. Subdit tamen Bart.malè dicere in
uno,dum hic ſentit, quòd ſi ceſſante impedimento, &
nondum præſcriptione completa nõ petatur reſtitutio
infra tantum tempus,quantum fuit tempus impedimen
ti,quòd nũquam poſtea peti poterit reſtitutio.Nam hoc
eſt falſum,ſecundùm Imo.in d.Clem.1.quia ſi nondum
completa eſt præſcriptio, ergo adhuc competit be-
neficium reſtitutionis.& ideo non poteſt dici negligens
ad petendum reſtitutionem.l.1.in fi.j̃.de anna.except.
Notatur per glo.in l.quod tempore.s̃.de reſti.mili. Opi
nio Cano.ſine dubio eſt æquior:q̃a tex.in.d.§.ſi feriæ.&
in.d.§.quotiens.loquitur de tẽpore,ad quod quis petit
ſe reſtitui,non autem de tempore,intra quod debeat pe
16 ti reſtitutio. ¶Quęro de pulchra quęſt.†utrùm iſtud qua
driennium poſſit diminui. Guil.Nazo. & Io.de Imo.in
d.Cle 1.extra de in integ.reſt.determinant ꝙ non: quia
iſtud tempus eſt datum à lege àd terminandum caſum
reſtõnis,& conceditur à lege abſq; miniſterio iudicis,&
ideo nõ poteſt abbreuiari per iudicem, per ea,quæ not.
in l.2.ff de re iudi.optimè facit reg.indultum. extra de
reg.iur.lib.6.Prorogari autem bene poteſt,reo petente:
& tunc prorogatio fiet ipſo iure à lege.l.petendæ.s̃.eo.
dilatio.n.quæ daretur reo,eſſet cõis actori.d.l.petendę.
Item poſſet prorogari cauſante iuſto impedimento iu-
dicis,uel iuſto impedimento partis,puta abſentiæ cauſa
reipublicæ,ut hic. Addit Imo. ibidem hanc eſſe cõem
opin.quicquid dicat Bart.in d.l.2. ¶Quæro etiam.Vos
17 ſcitis, † quòd præſcriptio longi temporis currit etiam
contra ignorantem. tex.eſt in l.fi.j̃.de præſcrip.lon.tẽp.
nunquid aduerſus talem p̃ſcriptionem poterit peti re-
ſtitutio in integ.ex capite iuſtæ ignorantiæ,& ex clauſu
la generali,ſi qua mihi iuſta cã uidebitur. de qua in l.1.
in fi.ff.ex qui.cau.ma. Gl.notab.in l.1.inf.de pat.poteſ.
determinat quòd ſic. Idem tenuit glo.in l.ſi partem.in
§.1.in uer.non utendo.ff.quemad.ſerui.amit. & ita uult
Specu.in tit.de præſcrip.in §.1. uerſ. ſed pone colonus.
Eandẽ opin.tenuerũt. Bart.& Ang.in l.1.§.ſi quis autem
ꝓpter. ff. de itin. actuq; priua. Idem uoluit ipſe Ang.
in.l.hæredem.ff.de calum. & idem Ang.in d.l.fi.inf.de
præſcrip.lon.tem.& idem Ang.in l.fi.ff.ſi quis teſta.lib.
eẽ iuſſ.fue.& Io.de Imo.c.fi.ext.de præſcrip.& idẽ Imo.
in l.Panthonius.ff.de acq.hæred.& Roma. in l.qui uni-
uerſas.in §.fi.ff.de acq.poſſeſſ. & hoc caſu poſſum pete-
re reſtitutionem aduerſus præſcriptionem infra qua-
driennium computãdum à die perfectę præſcriptionis,
& ſcientiæ meæ.Nam iſtud quadriennium eſt utile à ſui
18 principio,& ideo non currit ignoranti.[a] Ita notab.dicit
a Bal.in l.falſam.inf.ſi ex fal.inſtru. & do.Panor. in c.1.in
ult.col.extra de præſcrip. Item aduertite: quia ſi à die
ſcientiæ meæ eſſet lapſum quadriennium, in quo nõ pe
tijſſem iſtam reſtitutionem;nõ tamen poſſem petere me
reſtitui aduerſus lapſum quadriennij:quia eſſet proceſ-
ſus in infinitum.Ita eleganter uult do.Panor.in d.c.1.in
19 ult.col.quod tenete menti. ¶ Sed uideamus,†nunquid
aduerſus præſcriptionem.30.uel 40.ann.ego poſſum pe
tere reſtitutionem ex capite iuſtę ignorantiæ, ſicut dixi
in præſcriptione longi temporis. Io.de Imo.in d.c.fi.in
ſua repet.extra de præſcrip.determinat ꝙ ſic. Eandem
opin.tenuit do.Abbas Panor.in c.uigilanti extra de præ
ſcrip. ubi loquitur de iſta præſcript. 40.anno. do.Alex.
de Imo.in l.3.§.Labeo.ad fi.commen. ff. de acq.poſſeſſ.
20 dicit hęc uerba forma lia. † ſum ſolitus tenere,ꝙ aduer-
ſus præſcriptionem 30.uel 40.anno. non competat re-
ſtitutio in integ.Mouetur per l.omnes.in fi.infra de præ
ſcrip.30.uel 40.ann.ubi tex.dicit, quòd iſta præſcriptio
30.uel 40.annorum parat nobis pleniſſimam munitio-
nem;ita quòd quis non modo eſt tutus,ſed tutiſſimus: &
nos habemus, ꝙ ille,contra quem poteſt intentari reſti-
tutio in integrum,non habet pleniſſimã ſecuritatem. vt
dicit gl. notab. in l.ait Prętor.§.permittitur.in glo. ma-
gna.ff.de minor.Poſtea ſubijcit in d.§.Labeo. hæc uer-
ba,non audeo tamen hoc firmare, & eſſet notabile uer-
bum,ſi eſſet uerum.Subdit,quòd iſte caſus ſępe ſibi oc-
currit ad conſulendum. Idem do.Alex. in l.cum filius.
§.in hac.ff.de uerb.oblig.dicit hęc uerba,quòd aduerſus
p̃ſcriptionem ex capite iuſtę ignorantię poteſt peti reſti
tutio,niſi eſſet pręſcriptio 30.uel 40.anno.quia tunc nõ
poſſet peti reſtitutio. & adducit idem motiuum, quod
s̃.retuli,poſtea ſubdit hęc uerba: non tamen pono pro
conſtanti dictam limitationem. Idem do.Alex.de Imo.
ſuo conſ.64.in 1.uol.expreſsè determinat quòd aduer-
ſus p̃ſcriptionem 30.uel 40.anno. poteſt peti reſtitutio
in integrum ex capite iuſtę ignorantię.Et ad d.l.omnes.
in fi.ipſe reſpondet,quòd illa.l.recipit determinationẽ,
21 & declarationem per alia iura,quę dicunt,†quòd p̃ſcri-
ptio non nocet impedito impedimento iuris,uel impe-
dimento facti.De impedimento iuris allegat tex.in l.1.
in fi.inf.de anna.excep. De impedimento facti allegat
notata per Bar.in d.§.ſi quis autem propter. & l.& Atti-
licinus.ff.de ſerui.ruſti.pręd. & iſtam iuſtam ignorantiã
dicit eſſe impedimentum facti. Idem do.Alex.de Imo.
ſuo conſ.163.aliàs 84.in 2.uol.& in 3.col.illius conſilii
determinat totum contrarium dicens,ꝙ aduerſus p̃ſcri-
ptionem 30.uel 40.ann. nõ põt peti reſtitutio etiam ex
capite ignorantię iuſtę. & ad hoc induxit illam.l.oẽs.in
fi.inducẽdo ut.s̃. Adducit etiam tex.peregrinum in l.fi.
ibi,moleſtiam,uel aliquam inquietudinem formidare.
22 inf.de fun.patrim.lib. 11.†Nam ibi tex.dicit,ꝙ ꝑ p̃ſcrip.
30.uel 40.ann.adeo efficimur tuti, ꝙ non debemus po-
ſtea pati neq; moleſtiam,neq; inquietudinem aliquam:
ſed nos habemus, quòd moleſtia dicitur inferri etiã ei,
qui uexatur iudicialiter,& perſonaliter. Ita dicit Bal.in
l.1.inf.de nũd.& eſt opt.tex.in Auth.de fideiuſ. in prin.
ibi,moleſtus ſit.ſi ergo ille,qui eſt tutus p̃ſcript.30. uel
40.ann.non debet amplius pati moleſtiam: ergo contra
eum nõ debet poſſe peti reſtõ in integ.quia moleſtaret̃.
Et tenendo iſtam opin.idem eſſet dicẽdum in p̃ſcriptio
ne tanti temporis,cuius initij memoria non extat in cõ-
trarium,ut aduerſus eam ex capite iuſtę ignorantię non
23 poſsit peti reſtitutio in integ. † maximè quia tẽpus tale
habet uim priuilegij, ſeu tituli.c.ſuper quibuſdam.§.p̃-
terea.ext.de uerb.ſign.& l.hoc iure.§.ductus aquę. ff.de
aqua quoti.& ęſti. & dicit notab.Bart.de Sali.in l.2.inf.
de ſeruit.& aqua.quòd q̃n habemus tempus,cuius initij
memoria non extat in contrarium,non curamus neq; de
bona fide,uel de mala,neq; de titulo: quod tenete men
ti. Sed idem do.Alex.ſuo conſ.116.incip. dñi Redem-
ptoris n̄ri inuocato ſuffragio. Perſpectis ponderatiſq;.
in 4.uol.ſuorum conſ.determinat,quòd etiam ſi ſit pręſ-
ſcrip.30.uel 40.ann.uel ultra, qualiſcunq; ſit illa p̃ſcri-
ptio, põt aduerſus eam ex capite iuſtę ignorantię peti
reſtõ in integ.& iſta ſñia fortè eſt de iure uera. ¶In glo.
ſuper uerbo, fiendam litem. ibi, uolente reo, uult iſta

glo. quòd reo uolente, & consentiente, potest istud tempus quadriennij protelari. Pau. de Cast. post alios Doct. in d. l. petendæ. determinat hoc non esse uerum, nisi petendo dilationem necessariam transcendentem terminum: tunc. n. bene posset protelari, aliàs autem non. Et
24 ideo Bal. in d. l. petendæ. dicit,† quòd sententia lata post quadriennium, etiam sciente, & patiente reo, esset nulla, sicut dicimus in sententia lata in causa appellationis post lapsum fatalium: nam talis sententia est nulla, etiam si de consensu partium esset lata. clem. si appellationem, ext. de appel. Et id, quod uult Pau. in d. l. petendæ, est etiam de mente Imo. in clem. 1. ext. de in integ. restitu. ¶In fi. gl. De materia, quam tangit ista glos. in fi. habetur plenè in l. quod tempore. sup. de restit. mili. ¶In glo. super uerbo, excipiatur. Ista glo. bene dicit. ¶Extra glos.
25 quæro,† utrùm istud beneficium restitutionis in integrũ possit opponi per modũ excipiendi. Concludite, quòd aut est restitutio, quæ conceditur à lege absque facto hominis, & tunc indubitanter per modum excipiendi potest obijci. Idem est, si restitutio concedatur facto iudicis, & à iudice per modum actionis. l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoffi. testam. Si autem restitutio ueniret concedenda officio iudicis extraordinario. Concludite, ꝙ aut quærimus, an possit opponi de utili actione restituta, & tunc si concessa sit restitutio, poterit de illa utili opponi per modum exceptionis: secus si adhuc restitutio non sit concessa, ut habetur in l. necnon. in §. exemplo. ff. ex quib. caus. maio. Sed an istud officium iudicis, per quod postulatur restitutio in integrum, possit implorari ultra quadriennium per modum exceptionis, uidetur dicendum quòd sic: quia quæ sunt annua ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. purè. §. fi. ff. de excep. dol. Sed uos determinabitis contrarium: quia regula d. l. purè. §. fi. loquitur in his, quorum propositio nõ est in potestate rei: sed in proposito nostro erat bene in potestate istius rei cõuenti implorare istud iudicis officium pro restitutione, etiam antequam conueniretur. Prædicta sunt de mente Sal. hic, & de mente Doct. in §. rursus. Instit. de actio.

ADDITIONES.

a ¶Qui ignorat. Adde, quòd ignorans dicitur, qui nihil scit, sed scire debet. per Ioan. de Turre Crema. in c. qui sceleratè. nu. 4. de conse. dist. 2.

b ¶Ignoranti. Quis dicatur ignorans. Vide latè per dom. Fran. Zab. in c. apostolicæ. nu. 3. ext. de cler. excom. mini.

Rub. Si minor se maiorem dixerit, uel probatum fuerit.

In l. Si cum minor.

SVMMAE.

1 Minor an restituetur, si dixerit se maiorem.
2 Malitia supplet ætatem, & etiam prudentia.
3 Iuramentum corporaliter præstitum, per quod minor asserit se maiorem, excludit eum à beneficio restitutionis in integrum. & nu. 4.
5 Dolosus an possit allegare nullitatem actus.
6 Iuramentum corporaliter præstitum fortiùs obligatur quàm iuramentum uerbotenus præstitum.
7 Minor in dubio excusatur à dolo præsumpto.

1 SI cum minor. ¶† Si minor deceptus ab altero dicat se maiorem, restituitur, si uerò dolosè asserat se maiorem, perdit beneficium restitutionis: si uerò ex nulla parte dolus interuenit, & asseruerit se maiorẽ, nihilominus restituitur ꝓbata minori ætate, & læsione: si uerò uerbotenus iurauerit se maiorem, non restituetur, nisi probet minorem ętatem per instrumentum: si uerò corporaliter iurauerit se maiorem, nunquam restituetur. Hoc dicit cum l. si alterius. ¶Nota primò ex ista. l. 1. quòd deceptis, & non de-
2 cipientibus iura subueniunt. ¶Nota ex l. si alterius, † ꝙ
a malitia supplet ætatem a. concordat. c. de illis. ext. de despon. impube. Idem est in prudentia. l. 2. inf. de his, qui uen. æta. impetra. & ita uult hic glo. in l. si alterius. ¶No-
3 ta, † quòd iuramentum corporaliter pręstitum, per quod minor asseruit se maiorem, excludit minorem à beneficio restitutionis in integ. Sed hic cadit celeberrima du-
4 bitatio, † utrùm hoc casu ipse minor, qui corporaliter iurauit se maiorem, saltem possit allegare contractum nullum propter defectum fortè solemnitatis nõ seruatæ in ipso contractu. Nicolaus de Mata. dicebat quòd sic: quia contractus nullus non est contractus. arg. l. quartæ. §. condemnatum. ff. de re iudi. Et hanc opinionem secutus est Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de sententia. §. ut autem. & idem Io. And. in addi. prædictis. in titu. de in integ. resti. §. 2. in secunda parte sui operis. Et hanc opinionem sequitur Pau. de Cast. in hac l. si alterius. dicens, quòd in quæst. facti multùm perquisiuit hinc inde, sed non potuit reperire, nisi auctoritatem prædictam. Addatis uos dominum Panor. attingentem eleganter istum passum suo consi. 71. ubi oĩno uideatis. Confirmo istam
5 sñiam: † quia dolosus potest allegare nullitatẽ actus, qñ illa nullitas descẽdit ex alia causa, quàm ex dolo ipsius allegantis nullitatem. Ista est gl. sing. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. quam glo. ualde commendat Bal. in l. non dubium. in no. oppo. supra de leg. & idem Bal. in l. 1. inf. plus uale. quod agi. & idem Bal. in l. si creditoribus. inf. de ser. pig. dato manumis. & idem Bal. in l. ea quæ. inf. de de dona. ante nup. Et in hoc differt iuramentum, de quo in l. nostra, à iuramento præstito de futuro, per quod minor iurauit seruare contractum, & non contrauenire. Nã hoc ultimo casu non poterit allegare nullitatem cõtractus rõne minoris ętatis, ut dixi uobis in Auth. sacramẽ-
6 ta puberũ. S. si aduer. uendi. ¶Nota, † ꝙ fortiùs obligat iuramentũ corporaliter pręstitũ, q̃ iuramentũ uerbotenus præstitum. ¶Nota ex eadem. l. si alterius. quòd in his, in quibus non cadit propria recordatio, seu memoria, fortior est probatio per instrumentum, quàm per testes. De hoc habetur in l. 3. §. duę causę. ff. de Carbo. edicto. & in c. cum Ioannes Heremita. ext. de fid. instr. Et vt habeatis perfectã intelligentiam harum duarum legum cum suis glo. concludite, quòd aliquãdo minor deceptus ab alio asserit se maiorem: & tunc conceditur sibi restitutio probata minori ętate, & læsione, etiam si assertionẽ suam firmasset cũ iuro, vt in hac. l. si alterius. Aliquando verò tã ipse minor, quàm aduersarius dolum commiserunt in tali assertione, & tunc minor etiam restituetur. l. de tutela. supra de in integ. resti. mino. Aliquando ex nulla parte interuenit dolus; sed tamẽ minor bona fide asseruit se maiorem; & tunc minor bene restituetur, vt in hac l. si alterius. in ver. aditus. Aliquando minor duntaxat dolosè asseruit se maiorem, & tunc nõ restituetur, vt in hac l. 1. & ẽt in 2. huius tit. Sed si minor iurasset verbotenus se maiorem, non restituetur, nisi minorem ætatem probet per publicum instrumentũ vt in hac. l. si alterius. & l. 2. supra eiusdem titu. Si autem corporaliter iurauit se maiorem, nunquam postea restituetur, vt in hac. l. si alterius. in fin. Sed restat adhuc vnus casus, quid in dubio, si maior asseruit se maiorem, & dubitatur, an bona fide ita asseruerit, an verò dolosè. Glo. in ista. l. si alterius. super verbo, testium. in fi. dicit, quòd pręsumitur cõtra minorem, quòd dolosè ita dixerit. Sed Docto. cõiter dãnant, per regulã. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. &

& per tex. huius. l. si alterius.in verbo,aditus. vbi dicitur, quòd minor hoc casu restituitur, nisi aduersarius
7 probet dolum.Confirmo vobis istam opinionem:† quia minor in dubio excusatur à dolo prçsumpto.Ista est gl. quç reputatur sing. in.l.vbi exigitur.ff.de eden.

ADDITIO.

a ¶Supplet ætatem.Adde Pet.de Anch.in c. de illis. il 2. nu.3.ext.de despon.impub.

In l. Si is qui.

SVMMAE.

1 *Minor asserens se maiorem per mendacium perdit beneficium restitu.in integ.*

2 *Contractus celebratus cum minore asserente se non habere curatorem an ualeat.*

SI is qui. ¶Minor,qui dolosè asseruit se maiorem, perdit beneficium restitutionis, & si minori tanquam maiori per errorem denegata sit restitutio,adhuc poterit eam implorare.Hoc di
1 cit cum l.seq.¶Not.ex ista l. † quòd minor asserens per mendacium se esse maiorem perdit beneficium restitutionis in integrum,& sic uidetur uelle iste tex. quòd cõtractus hoc casu ipso iure teneat; alioquin, si esset nullus,ad quid tractaremus de restitutione in integrum?Intelligatis tamen istum tex. procedere, quando minor per mendacium asseruit se maiorem, quando contrahe
2 bat,& carebat curatore.†Nam tunc contractus mero iure teneret: cæterùm, si haberet curatorem,& celebrando contractum cum alio asserat se maiorem 25. annis, & asserat curatoris officium esse finitum,cum tamen ueritas sit in contrarium, hoc casu contractus ipso iure nõ teneret, sed bene daretur actio de dolo contra ipsum minorem,qui falsò asseruit se maiorem.Ista est glossella ualde notab.in l.quæcunque.§.fi.in uerbo, deceptus.ff. de publi.quæ glo.allegat.l.quid enim.ff.de dol.

In l. Cum circa probandum.

SVMMAE.

1 *Restitutio in integrum, & restitutio aduersus sententiam latam per falsa instrumenta sunt remedia extraordinaria.*

2 *Remedium extraordinarium an faciat cessare aliud extraordinarium.*

3 *Iudex cognoscens de causa principali potest adiri in causa restitutionis in integrum.*

4 *Restitutio quando petitur aduersus sententiam, debet clarè probari de læsione.*

5 *Restitutio semel denegata an possit reiterari.*

6 *Minor 25. ann. potest petere restitutionem aduersus sententiam definitiuam,& interlocutoriam.*

CVm circa probandum. Hęc.l.2.fuit summata in l.si is.supra.eod.
1 ¶Nota primò ex ista leg. † ꝙ restitutio in integ. rõne ætatis concurrit cum restitutione, quæ competit aduersus sententiam latam per falsa instrumenta: quia ista sunt duo remedia extraordinaria,& nos habemus, quòd licèt remedium ordinariũ
2 faciat cessare extraordinariom.l.in causæ ff.de mino.†tamen unum extraordinarium non facit cessare aliud. l. qui bona.§.qui opus.ff.de damno infec.& l. si cum exce
3 ptione.§.eum qui.ff.quod met.caus. ¶Nota,†quòd pro restit. in integrum implorata potest adiri illemet iudex, qui de causa principali cognouit: secus est in causa appellationis.l.eos. inf. de appella. ¶ Tertiò nota ex isto
4 tex.ibi,probationum luce,hic bene probari,†quòd quando petitur restitutio aduersus sententiam,debet clarè & liquidè probari de læsione, & hoc uidetur contra theoricam domini Anto.de But. in c.tum ex literis. extra de resti.in integ.ubi dicit, quòd hoc casu sufficeret probatio læsionis per iuramentum solum: quia talis restitutio non est ualde præiudicialis: quia solùm quis restituitur ad iudiciũ, in quo oportebit plenè discutere de iuribus utriusque partis.Nam iste tex.in uerbo,probationum luce,uidetur probare contrarium,iunctis his, quæ notantur per glo.in l.non est uerisimile.ff.quod met.cau.& in l.cum de indebito.in uerbo,legitimis. ff. de proba.Nec est uerũ, ꝙ ista restitutio aduersus sententiam sit modici ꝑiudicii:q̃a tollit ius quæsitũ ex sñia,& ex quasi contractu,unde teneatis,ꝙ hoc casu opus sit alia ꝓbatione læsionis,q̃ per iuramentũ. optimè facit tex. in c. cũ uenissent.ext.de in integ.resti.ubi iudex non restituit patrem aduersus sententiam, nisi prius uisis omnibus priuilegiis iustificantibus intentionem illius, qui petebat restitutionem.De qua materia habetur per Salic. in l.1.sup.si aduersus rem iud. Posset tamen opinio domini Anto.seruari uno casu,scilicet quando peteretur restitutio aduersus omissam defensionem,seu allegationem.De qua materia dixi uobis in l. 1.sup. qui & aduers.quos. ¶ Note-
5 tis ultimò,† quòd restitutio semel denegata iterum potest implorari.Sed Bar.intelligit hoc procedere:quia restitutio erat denegata ratione defectus probationis ætatis, sed si fuisset denegata ratione defectus probationis læsionis:tunc amplius non posset peti, per l. 1. & 2.inf. tit.1.Ratio diuersitatis(secundùm eũ) quia de ætate fuit semel tantùm cognitum in causa restitutionis, sed de læsione fuit bis cognitum, primò in causa principali, per quam fuit pronunciatum contra minorem, secundò in causa restitutionis. Sed Raph.Ful.& Pau.de Cast. reprehendunt istud dictum Bar.quia si præsupponamus,ꝙ petita sit restitutio aduersus contractum, non militaret ratio Bar.& lectura gl.ad istam l. non esset uera secundùm eos: quia secundùm ipsam lecturam hic minor non allegasset se maiorem, sed potius minorem. & sic ista lex nihil faceret ad titu.nostrum. unde ipsi dicunt,quòd restitutio semel denegata amplius non debet concedi sine noua causa. Et ponunt casum in hac.l.hoc modo.Minor adiuit iudicem asserẽdo se maiorem annis.25. & petebat curatorem suum remoueri, & sibi cõcedi liberam administrationẽ rerum suarũ,& iudex pronũciauit eum maiorem: dicitur hic, quòd si postea contrahat, vel aliud agat, poterit petere se restitui probãdo minorem ętatem, & lęsionẽ,& sententia prædicta nihil sibi nocebit. Est bene verum, quòd debitores sui sibi soluentes erunt excusati virtute dictę pronunciationis, & liberabuntur.tex.est not.in.l.minor.25.annis adito Prçside.ff. de minor.¶In glo.1.ibi,interlocutoriè. Ex hac glo.col-
6 ligatis,† quòd minor. 25. annis.potest petere restitutionem,nedum aduersus sententiam definitiuam, sed etiã aduersus interlocutoriam: de quo plenè dixi uobis in l.1.& in.l.fi.supra si aduer.rem iudi.Et ex hac glo.colli-
7 gitis,† quòd licèt remedium ordinarium faciat cessare extraordinarium; tamen unum extraordinarium non tollit aliud, imò possunt concurrere. Sed dicet aliquis, quomodo minor potest petere restitutionem aduersus interlocutoriam,cum ipsemet iudex,qui eam tulit,possit eam reuocare.l. quod iussit.ff.de re iud.& c.cum cessante. extra de appella. Sol. uerum est, quòd potest eã reuocare, si uelit, sed non compellitur inuitus,ergo remedium restitutionis est sibi ualde utile.¶In fine eiusdẽ glo.De hoc dicatis,ut dixi supra in ultimo notabili.

Rub. De iudicijs.

S V M M AE.

1 Iudicium quid sit.& nu.3.
2 Inquisitio generalis non est iudicium.
4 Iudicium ubi firmetur.
5 Iudicium est multiplex.
6 Iudicium ciuile quid dicatur. Quid iudicium criminale. nu. 7. Quid mixtum. nu. 8.
9 Inquisitio an sit remedium ordinarium, an extraordinarium.
10 Iudex procedens per inquisitionem potest alterare pœnam à iure impositam.
11 Creditor an teneatur de necessitate admonere debitorem, ut si bi soluat, & an ei sit credendum sic fecisse. nu. 13.
12 Admonitio, quam creditor facit debitori, est magnæ utilitatis.
14 Arg. à communiter accidentibus est ualidum.
15 Libellus qualiter debeat concludere, ubi pars pœnæ est applicanda accusatori.

¶In glo. rubricæ in fi. Doctores communiter sequuntur istam continuationem. Sed pro introductione materiæ
1 quæro, † quid est iudicium a. Antiqui Doctores dicebant,
a quòd iudicium est status trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei in iudicio contendentium. Sed ista definitio non est bona: quia non est conuertibilis cum suo definito, quod tamen esse debet. l. 1. ff. de dolo. & l. omnis bona definitio. ff. de regu. iuris. Nam si procedatur per inquisitionem contra aliquem, ibi non est actor, & tamen dicitur esse iudicium. c. inquisitionis. extra de accusa. Item si iudex faciat inquisitionem generalem contra malefactores iux. l. congruit. ff. de offi. præs. ibi non est certa persona rei. sed dicit Bal. in c. 1. §. iniuria. in tit.
2 de pace iura. firman. in libel. feud. † quòd inquisitio generalis non est iudicium, quod notetis. unde dominus Car di. Floren & Io. de Imo. in rub. ext. de iud. definiunt hoc
3 modo. ¶† Iudicium est inuestigatio, quam facit iudex secundùm iuris ordinem per uarios modos ad ueritatem eliciendam, & elicitam custodiendam, & Moderni transeunt cum ista definitione, cum qua aliquando transiui. Nunc autem contra istam definitionem adduco pulchrũ tex. in l. naturali. §. si quæratur. ff. de confir. tuto. ubi quando iudex interponit decretum, facit inuestigationem eorum, de quibus ibi, & tamen ibi non est iudicium. Sed saluando definitionẽ prædictam dicatis, ꝙ procedit à cõ
4 muniter accidentibus. ¶Addite, † quòd Bal. in rub. ext. eo. tit. ad fi. commenti, dicit hæc uerba formalia. iudiciũ firmatur in iurisdictione, tãquam in lapide angulari, formaᵗ in contradictione tanquã in causa formali, subsistit in probatione, quiescit in causæ conclusione, & sopitur in sententiæ definitiuæ prolatione. ¶Subsequenter quæro, quare in ista rub. dicitᵉ de iudicijs. respondetur, quòd hoc nomen, iudicium, capitur multis modis in iure nostro, ut est optima gl. in §. Præterea. Insti. quib. non est per
b missi. face. testa. Item iudicium est multiplex b. † quoddã
5 n. ẽ iudiciũ ciuile, quoddã criminale, & quoddã mixtũ.
6 † iudiciũ ciuile appellaᵗ, quotiescunq; agitur de commo
7 do pecuniario partis, uel pęna uenit applicãda parti, † sed si pœna ueniret applicanda fisco, esset iudicium criminale, l. agraria. ff. de term. amot. & ita uult gl. ordinaria in l. 3. §. 1. ff. de sepul. uiola. & illam glo. Io. de Imo. in rubrica. ff. de publi. iudi. dicit esse singularẽ. Ego do duas socias, quarum una est in l. aut damnum. in princip. ff. de pœnis. Alia est in l. 1. C. de sepul. uiol. & sententiam harum glo. sequitur Bal. in l. si qua per calumniam. in prin. comment. sup. de episc. & cleri. & idem Bal. in l. qui sepulchra. C. de sepul. uiola. Et istam sententiam teneatis, licèt ipse Bal. in l. 1. C. ubi causæ fiscales. & glo. fi. in l. ab executione. C. quorum appel. non reci. dicant, quòd ubicunq; uenit imponenda pęna pecuniaria, et si ueniat applicanda fisco, tamen dicitur causa ciuilis. & Saly. in d. l. 1. C. de sepul. uio. dicit, quòd super hoc non po-
8 test dari uera doct. tamen tenete ut sup. † Causa mixta, seu iudicium mixtum dicitur, quando pœna applicatur parti, & in eodem iudicio apponitur alia pœna, quę parti non applicatur. Accipite exemplum in c. tuæ. extra de procur. Nam secundùm Anto. de But. ibi agebatur cõtra mulierem ad pœnam perditionis dotis, & ista pœna applicatur marito. Item imponebatur ibi pœna separationis tori, & ista pœna nõ applicatur parti. Sed Io. de Imo. in d. c. tuæ. dicit, quòd ibi non aperit tex. quòd imponeretur pœna amissionis dotis, nec ad illam agebatur, sed pro tanto iudicium dicitur ibi mixtum: quia agebatur ad pœnam, quæ non applicatur parti, & erat pœna, quæ non concernebat publicam utilitatem, sicut solet causa criminalis concernere. l. licitatio. §. cum illicitè. ff. de publica. Sed istud dictum Imo. non mihi placet: quia quando agitur de remouendo tutorem, ut suspectum, talis pœna non concernit principaliter utilitatem publicam, & tamen appellaᵗ causa ciuilis. l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de suspec. tut. l. non solùm. §. fi. & ibi Bar. ff. de procurato. teneatis ergo intellectum Anton. de Butr. Nunc quęro,
9 † utrùm inquisitio sit remedium ordinariũ, uel extraordinarium. Reperio Inn. uariasse. Nã in c. cum oporteat. ext. de accusa. dicit, quòd est remedium ordinarium. Sed in c. dilecto. ext. de sententia excomm. lib. 6. dicit, quòd est remedium extraordinarium. & hanc partem tenet Bar. in l. si maritus. la prima. §. si autem extraneus. ff. adulte. Subijcit tamen ibi notabiliter, ꝙ quia per statuta terrarũ permittitur inquisitio in omni casu: tũc poterit dici remedium ordinarium. Sed Bal. in l. 1. §. cum urbem. alias incipit, cum in initio. ff. de of. præfe. urb. dicit quòd etiã hoc ultimo casu erit remedium extraordinarium: quia non seruantur illæ solemnitates, quæ seruantur, quando proceditur per modum accusationis, nec fit litis contestatio, & ista sententia plus placet. De hac materia uidete per eundem Bal. in l. 1. C. de liber. & eorum liberis. & per eundem in c. 1. inf. de offi. ordi. & per eundem in c.
10 super literis. extra de rescript. Vnum notetis, † quòd quando iudex procedit per inquisitionem potest alterare pœnam à iure impositam. Ad hoc solet allegari. c. inquisitionis. extra de accusat. Ego allego gl. quã reputo singularẽ in l. qui falsa, uel uaria. ff. de test. dũ illa gl. dicit, uel ex officio pro motu iudicis, quam glo. perpetuò notetis. De hac materia uidete per Bart. in l. infamẽ.
11 ff. de pub. iud. Vlteriùs quæro, † nunquid admonitio, quã creditor solet facere debitori, ut sibi soluat, requiratur de necessitate, an uerò de honestate. Concludite audacter, quòd de honestate tantũ. l. quidam Hiberus. ff. de seruit. urba. præd. & l. debitores. & ibi Ang. C. de pigno. Dicit tamen eleganter Guil. de Cu. in l. edita. C. de edẽ.
12 & sequitur Ang. in d. l. debitores. † quòd ista admonitio est magnæ utilitatis: quia si debitor nunquam admonitus à creditore de soluendo compareat in prima citatione, & confiteatur debitum, non debebit condemnari in expensis, si ante citationem fuisset admonitus, licèt postea ad primam citationem compareat, & confiteatur debitum: tamen condemnabitur, nedum in principali, sed etiam in expensis. quod dictum tenete perpetuò menti.
13 ¶Sed circa hoc dubitatur, † an creditori asserenti se admonuisse, seu interpellasse debitorẽ, ut solueret, sit credendum. Prima facie uidetur dicendum, quòd sic, per tex. ad hoc notabilem in l. in fideicommissi. in princ. ff. de usur. ubi tex. dicit, tam & si nõ facilè euenire potest, ut mora non præcedente ad iudicium perueniatur. quasi uelit illa litera, quòd de more, & consuetudine est, & frequenter contingit, quòd creditor interpellat debitorem, ut soluat, antequam faciat eum citari: cum ergo cõ muniter

muniter ita accidat, prǽsumendum est interpellationem
14 præcessisse:† quia bonum est. argu. à communiter accidentibus, ut est bona glo. & ibi notant Docto. in l. neque natales. inf. de proba. ¶ Addo uobis, quòd quotiescunque in querela, uel denuncia apponitur istud uerbum, puniri, dicendo quare peto talem puniri, ibi censetur perinde, ac si esset accusatio. Ita eleganter dicit Bald. in repet. l. edita. in uers. circa secundum, an procedat libellus sine conclusione. sup. de eden. quod notetis. ¶ Vltimò addo uobis,
15 † quòd quando statuto cauetur, quòd pęna partim applicetur accusatori, & partim Camerario communis, sit cautus libellans, ut non petat reum condemnari ad sibi soluendum partem illius pœnæ: sed petat reum comdemnari ad soluendum totam pœnam in manibus Camerarii communis, ut postea ipsi accusatori detur pars illius pœnæ iuxta formam statuti. Istud est dictum aureum Bar. in l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. quod dictum nunquam exeat memoria uestra.

ADDITIONES.

a ¶ Quid est iudicium. Vide per Ioan. de Turre Crem. causa 2. in summa. nu. 3. Et ibi nu. 2. quot modis dicatur.

b ¶ Iudicium est multiplex. Vide per eundem Io. de Turre Crem. in c. oues. nu. 7. 6. q. 1. & per Pet. de Anch. in rubri. ext. de iud. nu. 1. Et habet quindecim significata, ut ibidem nu. 4.

In l. In iudicio.

SVMMAE.

1 *Stipulatio vsurarum non extinguitur per litis contestationem factam super sorte.*
2 *Vsuræ an currant lite pendente.*
3 *Cumulatio vbi sit prohibita.*
4 *Libellus, seu petitio conditionalis an admittatur.*
5 *Cumulari quæ possint in libello.*
6 *Sententia lata super principali extinguit accessoria. limita. vt ibi.*
7 *Litis contestatio super sorte an impediat petitionem vsurarum.*
8 *Iudicium incipit à litis contestatione.*
9 *Acta iudicij non dicuntur propriè ea, quæ fiunt ante litem contestatam.*
10 *Nouatio an perimat principaliorem obligationem.*
11 *Iudicis officium in quibus versatur, & an & quãdo lite pendente imploretur.*
12 *Fructus ueniunt in actionibus bonæ fidei post litem contestatam.*
13 *Accessoria, quæ ueniunt lite pendente, possunt petiiudicis officio mercenario.*
14 *Promissio hominis tollit legalem promissionem.*
15 *Qualitas, quæ inhæret primæ obligationi nouatæ ad fauorem debitoris ex prouisione hominis, non intelligitur repetita in obligatione nouante.*
16 *Creditor prorogauit terminum solutionis debitori absente, & ignorante fideiussore, an fideiussor ex tali prorogatione erit liberatus.*
17 *Fideiussor quando liberetur ab obligatione.*
18 *Fideiussor an liberetur obligatione nouata.*
19 *Priuilegia primæ obligationis an transeant in nouantem.*
20 *Obligatio, quæ oritur ex sẽtẽtia habet executionem paratam fauore creditoris, & ex natura causæ.*
21 *Obligatio nouans an habeat executionem paratam.*
22 *Actio utilis in rem oritur ex sententia lata per iudicem.*
23 *Citare non est necesse partem in executione iudicati.*

IVdicio. ¶ Hanc. l. uidi dari in pũctis terna uice. ego eam uobis bene, & clarè cõmmẽtabo. In summa hoc
1 intendit. † Per litis contestationem factã super sorte nõ extinguitur stipulatio usurarum, & intellige usurarum, scilicet futurarum secundùm primam lecturam. uel intellige usurarum, scilicet præteritarum, & decursarum. Hoc dicit ista notabilis
2 lex. ¶ Nota primò ex isto tex. † quòd litis contestatio fa
a cta super sorte non habet impedire cursum usurarum[a] debitarum per stipulationem: quia currunt nihilominus lite pendente super sorte. & ideo nouo, & separato iudicio poterunt peti, scilicet post finitam litem super sorte per sententiam condemnatoriam, sed lite pendente super sorte non possent tales usuræ peti nouo, & separato iudicio. Et est ratio, quia sẽtẽtia absolutoria si ferretur in fauorem rei super sorte, pareret exceptionem
3 rei iudicatæ super usuris: † ergo cumulatio est prohibita, per reg. l. fundi. & l. fundum. ff. de except. Dicit tamen Ray. de Forl. notabiliter, quòd si reus conuentus super sorte confitetur sortem apud se fuisse, sed allegat se soluisse, uel fuisse sibi factum pactum de non petendo: hoc casu (lite pendente super sorte) possent peti usuræ debitæ per stipulationem, saltem pro ea parte, pro qua reus nõ negat sortem apud se fuisse: quia tunc cessaret ratio, de qua in d. l. fundi. & in l. fundũ. & sic iam habetis unã limitationem ad illa iura. Addunt Doct. aliam limitatio
4 nem dicentes, † quòd admitteretur petitio conditionalis hoc modo: peto usuras, si ex primo iudicio apparebit te sortem debere. arg. l. conductores. inf. loca. & Docto. communiter sequũtur istam limitationem, excepto Bar. de Sali. qui dicit, quòd bene admittitur libellus cõditionalis, quando agitur cond. ex lege, & ita loquitur illa l. conductores. secus quando agitur actione ex contractu: quia tunc non admittitur libellus conditionalis. Sed Doct. communiter sequuntur primam opi. quia nõ est dare bonam rationem diuersitatis inter casum, quando agitur condictione ex leg. & casum, quãdo agit̃ actione ex contractu. Vos potestis adiuuare opinionem Sal. quia licèt procedat libellus conditionalis ad primam, & principalem petitionem purè factam, ut ecce peto à te centum. istud est purum dictum, subijcio, & si non dederis mihi illa centum, peto te condemnari ad pœnam promissam. ut uult glo. not. in c. Raynaldus. in glo. quæ incipit, sed nunquid. extra de testa. Item si peto factũ, & sic id, quod est purum, possum postea subijcere in eodem libello. & si non feceris, seu non præstiteris illud factum, peto te condemnari ad interesse, ut uult glo. not. in l. 1. in princ. ff. de act. empti. & glo. in l. 2. §. si in facto. ff. de uerbo. obli. Item possum proponere querelam inofficiosi testamenti, & subiungere in libello ista uerba,
5 & si obtineam in querela, peto hæreditatem. † Idem etiã uidemus in remedio rescindẽte, & in actione rescissoria: quia possunt subordinatè, & conditionaliter cumulari, ut uidebitis in l. 1. & in l. quo tempore. š. de restit. mil. tamen in proposito nostro libellus conditionalis in totũ conciperetur nouo, & separato iudicio, quòd uidetur fieri non posse, per l. non queadmodum. ff. de iudi. ita possetis sustinere Sal. In iudicando tamen nõ recedatis à cõmuni sententia. ¶ Nota subsequenter secundùm eandẽ
6 primam lecturam, † quòd licèt sententia lata super principali extinguat accessoria. l. 4. inf. depo. tamen hoc debet intelligi in accessorijs, quæ ueniunt officio iudicis mercenario, secus si sint accessoria, quæ ueniũt iure actionis: quia talia accessoria non extinguuntur per sententiã condemnatoriam latam super principali, ut hic, secundùm primum intellectum, & sic iam habetis unam limitationem ad d. l. ¶ Secũdò limitabitis illam. l. quando principale est extinctum morte: quia tunc nõ extingueret accessoria.

cessoria.tex.not.cum sua glo.in l.utique.ff.de rei uendi. ¶Tertiò limitabitis d.l. quartam. C. depo. nisi iudex in sententia lata super principali reseruasset sibi potestatem super accessorio.l.terminato.cum glo.& Bar.inf.de fruc.& lit.expen.habetur per Ang.& Imo.in l.Paulus,la prima.ff. de re iudic. ¶Quartò limitabitis illam l. quartam,nisi accessoria uenirent, & peterent officio iudicis nobili: quia etiam tunc lata sententia super principali non extinguerentur ista accessoria, quæ ueniunt officio iudicis nobili.l.fi.§.fi.& ibi dixi uobis.ff.de condi.inde. ¶Quintò limitabitis eandem l. 4.nisi fuisset appellatum à sententia super principali, in qua sñia fuerunt omissa accessoria.Nã tunc iudex appellationis poterit super accessorijs pronunciare,& supplere.Ita not.probat in c.1. secundùm intel.Host.ext.de calum. facit l.per hanc.inf. de temp.app. ¶Sextò limitabitis.d.l. 4. nisi iterum agatur actione prima: quia tũc poterũt peti accessoria:quia non fuerunt extincta,commissa ea, sed unà cum instãtia. Istam limitationem ponit Bal. in d. l. 4.¶ Vltimò nota
7 secundùm secundam lecturam, † quòd litis contestatio facta super sorte non impedit petitionem usurarũ prçteritarum, & iam decursarum. Quid autem si quis percipiat sortem nulla facta mentione de usuris, an uideatur remisisse usuras. Est materia, quam tractaui uobis in l.centum Capuæ.& l.fi.ff.de eo quod cer. loco.¶In glo.
8 1. in fi. Ex hac glo. colligitis,† ꝙ iudicium incipit à litis contestatione.Addo uobis, ꝙ omnis actus, qui fit ante litem contestatam,dicitur præparatorius iudicij.Ista est glo.quæ reputatur singularis in §.fin. in Auth. in medio litis non fieri sacras iussiones.in uerbo,prohibemus.& Ange.in l.1.inf.de præscrip.longi tempo.dicit illam gl. esse singularem.illam etiam glo.ualde commẽdat Bald. in l.unica.§.similique modo.il secondo.inf.de lat.liber. tollenda.Et Bal.in Auth.clericus. circa ultimam col. §.
9 de epis.& cler.dicit,ꝙ †ea,quæ fiunt ante litem contestatam,non dicuntur propriè acta iudicii.Doct. tamen oẽs intelligunt hanc gl.ut procedat in casu l. nostræ, in qua agitur de nouatione necessaria, quæ fit per litis contestationem,ut statim uidebitis.¶In glo.super uerbo,usurarum.in fi.Doct.communiter dicunt, quòd ista secũda lectura est de indubitabili, & ideo de ea non multùm curant.tenent ergo primam lecturam, scilicet ꝙ ista lex intelligatur de usuris futuris committendis lite pendente. Nam talium usurarum futurarum litis contestatio
10 cursum non impedit.Et est ratio.†quia litis contestatio,
b seu nouatio b necessaria non perimit principalem obligationem sortis,imò eam confirmat,& fortificat,& constituit debitorem in maiori mora.l. non solet.& l.aliam. hic in glo. allegatis; secus si esset nouatio uoluntaria: ꝗa illa bñ haberet impedire cursum usurarũ. l. nouatione.l.emptor.& l.creditor.ff.de noua. & de ista nouatione uoluntaria.dicam uobis in glo. fi.¶In glo.super uerbo,deductum.ibi,sed Ioan.contra.Et sic Ioan.glo.uult,
11 † ꝙ in casu l.nostræ, istæ usuræ quæ currunt lite pẽdente super sorte,non possunt in casu.l. nostræ peti officio iudicis mercenario (pendente iudicio super sorte) sed est opus nouo, & separato iudicio. Et Doct.communiter sequuntur hanc opinionem Ioan.& ad §. itẽ sciendũ, mihi.in gl.allegatũ, respondẽt, ꝙ loquitur in actionibus bonæ fidei,in quibus multùm uersatur iudicis officium, ut hr̃ in § actionum.Insti.de actio.sed.l. nostra loquitur in cõtractu stricti iuris.Ad l.nõ solũ. hic etiam in gl. alleg.rñdet,ꝙ loquitur in rei uendicatione,in qua iudicis officiũ multũ uersatur.l. in actionibus.ff.de in lit.iur.accipite simile in actionibus ꝑtoriis,seu in stipulationibus ꝑtoriis,in quibus multũ uersatur iudicis officium,ut habetur in l.in conuentionalibus.ff.de uerbo.obli.Nam in eis pro damno dato lite pendente potest implorari iudicis officium mercenarium.Ita uolunt Bal. Ang.Paul. de Cast.& Romanus in l.si quis missum. in fine. ff. de dam. infec.Secundo loco soluit Bartol.contraria prędicta dicens,quòd aut accessoriũ, quod petitur lite pendente, uenit ex natura actionis propositæ: & tunc pro tali accessorio potest implorari iudicis officium mercenariũ,
12 ut patet in dicto. §. item sciendum.† Nam in actionibus bonæ fidei post litem contestatam ueniunt fructus, & aliæ accessiones ex natura actionis bonæ fidei.l. mora. §.in bonæ fidei.ff.de usu.& l.uideamus.§.si actionem.il-
13 lo eo.titu.† unde ista accessoria, quæ ueniunt, lite pendente, possunt peti officio iudicis mercenario. Item in casu dictæ l. non solùm, accessorium ueniebat ex natura actionis: quia de natura rei uendicationis est, quòd res petita reddatur non deteriorata, & in tali statu, in quo erat tempore litis contestatæ, ut notat Bald.in l.3. §.in hac.ff.commo.& glo.in l.in hac.ff.de tritica. ideo lite contestata super rei uendicatione damnum contingens,lite pendente,potest peti officio iudicis mercenario.d.l.non solùm.Aut accessorium obueniens, lite pendente,non uenit ex natura actionis propositæ,sed uenit per stipulationem: & tunc tale accessorium non potest peti officio iudicis mercenario,& ita loquitur l. nostra. & addit ipse Bart. ꝙ ista est ueritas, sicut Deus est Deus. Eandem solutionem tenuerunt Pet. Ray. & Iac. But. Ex qua solutione infero uobis,quòd l. nostra debet intelligi in sorte debita ex contractu stricti iuris,de cuius natura non est, ut post litem contestatam ueniant usuræ, ut uult glo.in l.1.infra.de condi. indebi.& ideo usuræ, quę currunt, lite pendente, non possunt peti officio iudicis mercenario,sed nouo, & separato iudicio debẽt peti ex stipulatione. Secus si sors fuisset debita ex contractu bonæ fidei:quia tunc usuræ, quæ lite pendente supercurrerunt, possent peti in eodẽ iudicio officio iudicis mercenario.Bald.autem, & Salic.hic tenent indistinctè,quòd hic cesset officium iudicis mercenarium: cuius gratia dant istam doct.ꝙ aut accessoria, quæ lite pendente petuntur,non debentur aliqua obligatione:& tunc pro talibus accessoriis bene potest implorari iudicis officium mercenariũ. d.§. itẽ sciendum.Aut accessoria, quæ lite pendente petuntur,debentur iure actionis, & obligationis: & tunc pro talibus accessoriis non potest implorari iudicis officiũ mercenarium: quia tale officium iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem.§.fi.ff.de actio.empti.& ideo ubi competit actio,& obligatio, ibi non competit istud iudicis officium mercenarium.& ita intelligitur lex nostra.Moderniores Docto.damnant istam doct.quia in casu.l. non solùm. ff. de rei uendi.pro illo damno dato (lite pendente) suberat obligatio.l.ex maleficiis.ff.de act.& obliga.& competebat act.Aqui.ad illud damnum; & tamen dicitur ibi, ꝙ pro illo damno contingente lite pendente potest implorari officium iudicis mercenarium. Vos pro concordia potestis dicere, ꝙ aut ad accessorium obueniens lite pendẽte competit obligatio, & actio ex contractu pro-
14 prio,& ex prouisione propria: † & tunc ad tale accessoriũ non competit iudicis officium mercenariũ:quia ꝓuisio hominis tollit prouisionem legalem,ut habetur in l. fi.inf.de pact. conuen. super do. & ubi habemus remediũ ordinariũ,cessat extraordinarũ.l.in prouinciali.& ibi latè per Bar.ff.de ope.noui.nuncia. & hic est casus legis nostræ,quia ex prouisione hominis ad istas usuras, quæ cucurrerunt lite pendente,competebat actio ex stipulatione, unde non est mirum,si pro ipsis usuris nõ possit implorari iudicis officium mercenarium.arg.l.in causę. ff.de mino.Aut ad accessorium contingens lite pendente nõ cõpetit actio ex prouisione ꝓpria,nec ex proprio contractu,ut in casu d.l.non solũ.& hoc casu pro tali accessorio cõtingente lite pendente bene cõpetit offm̃ iudicis mercenarium. d.l.non solùm. & puto quòd ista sit

ueritas

ueritas in p̄senti materia.¶In gl.mag.ibi l.aliã gl.ista tra
ctat de materia nouationis uoluntariæ,& necessariæ, ex
qua ex mēte Bar.in d.l.aliam.& in l. Stichum.in §.1.eo.
15 ti.de nouat.accipite has concl.Prima concl.est,q† quali
tas, quæ inerat priori obligationi nouatæ ad fauorem
debitoris ex prouisione hominis,non intelligitur repe-
tita in obligatione nouante,quando stipulatio fuit con-
cepta sub certa,& expressa quantitate, puta decem,quæ
mihi debes ex tali causa,promittis mihi stipulanti ani-
mo nouandi,& tu promittis:certè,si in prima obligatio
ne nouata tu habebas certum terminum ad soluendum,
ille terminus non intelligetur repetitus in ista stipula-
tione nouante , imò teneberis mihi ad illa decem . d. l.
Stichum.in §.1.secus si non fuisset expressa certa quanti
tas,puta quia dictum esset . Id, quod mihi debes ex tali
causa,promittis mihi animo nouandi?Nam hoc casu di-
latio, quæ erat data in prima obligatione censebitur re
petita in ista stipulatione nouante, per not. per glo.or-
dinariam in l.si prior.ff.sol.mat.Ang. hic in repetitione
impugnat istam doctrinam Barto. dicens,quòd dilatio,
quæ datur marito ad restituendum dotem,iuxta l. uni-
cam.§.exactio.inf.de rei uxo.act.intelligitur repetita,&
durat in stipulatione nouante.allegat glo.quam dicit es
se singularem in d.l. aliam. Ego non reperi in aliquo li
bro illam gl.nec in aliqua resonante scriptura uidi istud
uerbum per aliquem relatum, & ideo teneatis doctrinã
Bar.¶Limitabitis dictum Bar.nisi dies expressus in prio
ri obligatione nouata inerat de eius natura,uel de natu
ra rei promissæ . Accipe exemplum: tu promisisti mihi
ædificare insulam, cumprimùm posses:certè ista uerba,
cumprimum posses, tacitè subintelligebantur. l.stipula
tiones non diuiduntur.§.fi.ff.de uerbo. oblig.unde si tu
postea mihi stipulanti promittas animo nouandi ædifi-
care insulam simpliciter:in hac secunda obligatione no
uante eadem dies intelligetur repetita,scilicet cumpri-
mùm poteris.& dicit hic Ange. in repetitione istud esse
ualde notandum. Et mihi uidetur , quòd ista dies non
ueniat uirtute repetitionis, sed magis ex natura rei pro
missæ,aliàs stipulatio esset inutilis.d.l.stipulationes.§.fi.
Secundo loco Ioan.de Imo.in l.in diem.ff.de nouat.sub
dubio tamen fortè limitat alio modo dictum Bartol.di-
cens,quòd dictum suum debet intelligi, quando quan-
titas in stipulatione nouante fuit apposita per hæc uer-
ba.Decem,quæ mihi aliàs promisisti ex tali causa , pro-
mittis mihi animo nouandi? Nam tunc est bene uerum,
quòd dilatio,quæ erat data in obligatione nouata,non
intelligetur repetita in hac repetitione nouante ; secus
si esset dictum hoc modo.Decem,quæ mihi debebas,p̄-
mittis animo nouandi?Nam hoc casu,quia illud uerbũ,
debebas,debet intelligi cum effectu , & ante terminum
tibi datũ in obligatione non debebas cum effectu, ideo
illa dilatio intelligetur repetita in hac secunda obliga
tione nouante.Sed iudicio meo ista limitatio Imo. non
est uera,& contra eum allego gloss.ordinariam in d.l.si
prior, quæ glo. non facit differentiam inter ista uerba.
Decem,quæ mihi debes,& decem quæ mihi promisisti .
Ideo sequamini doctrinam Bar.Secundo loco dicit Bar
tol.in d.l.aliam, quòd qualitas , quæ inerat priori obli-
gationi nouatæ ad fauorem creditoris,puta pœna , pi-
gnus,usura,& fideiussio,& similia non cēsentur repetita
in obligatione nouante,l.si creditor, & l.emptor. ff. de
nouat.nisi specificè sint expressa in obligatione nouan-
te,& in hoc omnes concordant cum Bart.¶ Ex præmis-
16 sis infero uobis ad quæst,quam habui de facto.†Credi-
tor prorogauit terminum solutionis debitori (absente ,
& ignorante fideiussore) an fideiussor ex tali proroga-
tione erit liberatus ab obligatione.Specu.in titu. de fi-
deiussoribus.§.1.uers.illud,uidetur uelle quòd sic,licèt
clarè non firmet , & hanc opinionem tenuerunt expres-
sè Io.And.Anto.de But.& d.Abbas Sicu. in c. constitu-
tus,extra de fideius.Mouentur per l.si cum Hermes , j.
locat.& per l.Labeo,in fi.ff.de arbit.Sed in ueritate illa
iura nihil faciunt cum reuerentia:quia loquuntur, quan
do obligatio habebat diem finiendæ obligationis: quo
casu si prorogatio non fuisset facta, certè lapsa illa die ,
extincta fuisset illa obligatio, & principalis fuisset libe-
ratus:ergo & fideiussor , & hoc casu prorogatio facta p̄
creditorem non potuit præiudicare fideiussori absenti ,
& ignoranti,argum.l.si.ff.de pact. Nos uerò loquimur,
quando fuit facta prorogatio diei solutionis:quo casu si
non fuisset facta prorogatio per lapsum illius diei, non
fuisset liberatus debitor ; ergo nec fideiussor : imò per
lapsum illius diei debitor fuisset constitutus in maiori
mora,quæ habuisset nocere fideiussori.l.mora.ff. de ver
bo.oblig.Vnde solemnis doctor d.Per.de Anch.& Ioã.
de Imo.in præalleg.c.constitutus,tenent q̄ fideiussor nō
liberetur : quamuis creditor prorogauerit debitori diē
solutionis.Vos pro opin.Io. Andr. & sequacium pote-
17 stis adducere urgentem rationem.†Vbicunq; debitor li
beratur ipso iure,uel ope exceptionis,hoc casu fideius-
c sor [c] etiam liberatur.tex.est notab.in l.ubicunq;.ff.de fi-
deius.sed sic est,q̄ per prorogationem termini intelligi
tur facta nouatio,saltem exceptionis ope.Ita tenet Bar.
in l.Valerianus.ff.de præt.stip. ¶Ego in quæstione facti
consulendo ita conclusi, q̄ aut creditor simpliciter pro-
rogauit terminum debitori sine noua stipulatione,puta
quia dicit.Ego tibi debitori prorogo terminum ad sol-
18 uendum per unum mensem , † & hoc casu fideiussor
non erit liberatus.Ad hoc allego Bald. in terminis in l.
tam mandatori,in tertia colum.inf.de non nu. pecu.ubi
allegat Inno.in c.præterea. extra de appel.Aut creditor
prorogando terminum debitori stipulatus est de nouo
ab ipso debitore,dicendo hoc modo. Amice ubi debe-
bas mihi soluere pecuniam infra mensem,ego prorogo
tibi terminum ad tres menses,& tu promittis mihi stipu
lanti soluere pecuniam infra duos menses.& sic interue
nit noua stipulatio , & hoc casu intelligetur facta noua-
tio,seu obligatio prioris exceptionis. & ita intelligo
Bar.ĩ d.l.Valerianus,&hoc casu fideiussor erit liberatus.
Et ideo est cautela,quòd creditor in ista secũda stipula-
tione protestetur,& sibi reseruet , quòd in casu contra-
uentionis uult posse redire ad primam obligationem.
Nam hoc casu si in termino duorum mensium debitor
non soluat,poterit creditor redire ad primam obligatio
nem,& sic fideiussor non erit liberatus. Istam cautelam
dat eleganter Bar.in d.l.aliam. post prin. ff. de noua. Et
ista commendetis memoriæ , quia sunt quotidiana. de
ista materia habetur per gloss. & Docto.in c.te quidam.
11.q.1.& per Canon.in d.c.constitutus.& per Dominos
de Rota in nouis decision. sub rub.de deposi. Tertiò cō
19 cludit Bart.in d.l.aliam. † quòd priuilegia , quæ inerant
priori obligationi nouatæ fauore creditoris, uel ex na-
tura causæ,puta fauore dotis,uel tutelę,transeunt in ob-
ligationem nouantem , si talia priuilegia inerant ex di-
spositione legali, secus si inerant ex solo odio debi-
toris , ut est uidere in actionibus bonæ fidei , in quibus
usuræ ueniunt post moram. l. mora. §. in bonæ fidei. ff.
de usur. Et ut est uidere in periculo interitus , de quo
in l. quod te. ff. si certum petatur. talia enim priuilegia
non transeunt in obligationem nouantem.Ange. hic in
sua solemni repetitione reprehendit Bar.in utroque di-
20 cto . Mouetur primò : † quia obligatio , quæ oritur ex
sententia, habet executionem paratam fauore credito-
ris,& ex natura causę;& tamen si illa obligatio nouetur,
obligatio nouans non habebit executionem paratam .
per l.si causam.inf.de execu.rei iudi.ergo doct.Bart. in
primo dicto non est uera. Sed uos potestis defendere
Bar.& dicere,quòd in proposito nostro obligatio , quæ
oritur

oritur ex re iudicata,non habent executionem paratam
fauore creditoris,uel fauore causæ, sed habet executio
nem propter aucto ritatem iudicij,in quo fuit litigatum
negotium apud iudicem.Et hanc qualitatem non habet
obligatio nouans,ideo non est mirum, si non habet pa-
ratam executionem. Istam responsionem collegi ex di-
ctis Bar.& Ang.in l.4.§ si ex cōuentione.ff.de re iud.Ex
21 hoc infero uobis, † quòd si obligatio nouans esset con-
cepta, & cōtracta coram iudice,& in iudicio:tunc bene
haberet executionem paratam,sicut obligatio,quæ ori-
tur ex sententia.tex.est singularis secundùm unam lectu
ram in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pac.Secun-
dò mouetur Angel.contra Bart.in secundo dicto supra
relato:quia quòd in actionibus bonæfidei currant usurę
post moram,non causatur ex solo odio debitoris,uel ex
natura causæ,sed causatur mixto fauore causę,& eius na
tura:unde dicit, quòd opinio Bart.est falsa.Vos potestis
defendere Bar. & dicere, quòd in obligatione nouante
hoc ideo nō ueniunt usuræ ex sola mora debitoris:quia
ipsa obligatio nouans est contracta per stipulationem:
unde cessat qualitas,quę inerat priori obligationi noua
tæ,quæ erat bonæ fidei:constat enim, quòd in cōtractu
stricti iuris, sicut est stipulatio, ex sola mora debitoris
non ueniunt usuræ,ut patet in l.uideamus.§.si actionē,
& in plerisq, locis illius.leg.ff.de usur.Non obstat,si quis
quam mihi dicat, quòd ex quo ista stipulatio, ꝑ quam
nouatur prior obligatio bonæ fidei, uidetur subrogari
in locum actionis bonæ fidei, ergo debet sapere eius na
turam.l.si eum.§.qui iniuriarum.§.si quis cau. quia ego
respondeo,quòd ista stipulatio nouans non subrogatur
loco prioris obligationis nouatæ,imò ista stipulatio no
uans extinguit,& in se trāsfundit priorem obligationē,
l.si creditor,& l.nouatione,& l.emptor.ff.de noua.habe
tis defensatam opin.Bar.à morsibus Angel. ¶In ead.gl.
ibi,l.ne in arbitris.Idē tenuit glo.in l.miles.§.qui iudica
ti.ff.de re iud.Sed contrarium uidetur uelle in l. nàm &
postea.§.fi.ff.de iureiu. In hoc concludite ex mente Do
22 cto.†quòd sicut ex sentētia arbitri lata super actione rea
li oritur utilis actio in rem.l.ne in arbitris, in fin.hic in
gl.alleg.ita & ex sententia lata. Idem est in sententia la-
ta per iudicem in actione reali: quia ex ea orietur uti-
lis actio in rem. Ita tenet hic Francis. Tigr. & sequitur
Imol. in d.§. qui iudicati, quia non est differentia inter
arbitrum, & iudicem, nisi quatenus hoc reperitur ex-
pressum in iure.l.prima.ff.de arbitr. & hanc opin.tenea-
tis, licèt Bartol. & Angel. hic uideantur uelle contra-
rium. ¶In eadem gloss.ibi, sine causæ cognitione man-
dabitur executioni. Habetis notanter colligere ex ista
23 gloss. † quòd in executione iudicati non est necesse ci-
tari partem. De quo dicite,ut per Bart. in l. à Diuo Pio.
§.in uenditione.ff.de re iudi.& per Bal.in l.1.C. de iuris
& fac.igno.& per Cano.in c.ex ratione.extr.de appella.
¶In eadem glo.ibi,uiriliter tamen incipiunt teneri.Bar.
& Ange.reprehendunt istam glo.& etiam Pau.de Castr.
quia antiqua actio durat cōtra quemlibet ipsorum reo
rum debendi insolidum: quia per sententiam nō est sub
lata prima actio antiqua. text. est de hoc cum sua bona
glo.in l.duobus.ff.de excep.rei iudi. Sed potestis salua-
re glo. & dicere, quòd si creditor agat actione antiqua
cōtra quemlibet conreorum debendi insolidum, pote-
rit quilibet ipsorum excipere de sententia lata, non ad
finē,quòd excludat actorem in totum:quia posset credi
tor replicare,ꝙ sententia est lata contra ipsum reum ex-
cipientem,sed debet esse cautus excipiēs de re iudic.ut
dicat ego offero me paratum soluere meam partem iu-
xta sententiā latam. Nam ita dicendo quilibet ipsorum
reorum debendi euitabit iudicium insolidum. Ita dicit
eleganter Iaco.Butrig.in l.1.inf.si plur.una senten.faci-
unt notata per Bart.in l.si cum totum.in uersic.planè. ff.
de excep.rei iudi.& ideo estote cauti in practica, ut scia
tis opponere.

ADDITIONES.

a ¶Cursum usurarum. Adde,quòd usuræ exhauriunt ho
minem facultate, & deducunt ad paupertatem. Pet. de
Anch.in c.quanto.nu.2.ext.de usur.

b ¶Seu nouatio. Quid dicatur nouatio. Vide per Petr.de
Anch.in c.quia intentionis.nu.6.ext.de priuileg. Et est
duplex,uoluntaria,& necessaria ibidem. nu. 7.

c ¶Fideiussor. An fideiussor coactus soluere usuras per le
gem municipalem posit eas petere à debitore princi-
pali. Vide per do.Ambro.de Vigna.in tracta.de usur.su
per c.salubriter.nu.35.

In l.Licèt iudice.

SVMMAE.

1 Sententia lata super libello generali non nocet in non prosecu tis.limita, ut nu.2.& 3.

3 Sententia lata in uno capitulo an probet in alio.

4 Agens generaliter actione generali potest in processu sequi aliqua capitula,& alia omittere.

5 Petitio quando est generalis,& sententia absolutoria est etiā generalis, an noceat actori.

6 Sententia generalis refertur necessariò ad petita,& debet esse conformis libello.

7 Quitantia generalis quid importet.

1 Licèt iudice. ¶†Sentētia generalis
lata super petitione
generali nō nocet in non prosecutis ope
replicationis, sed nocet in prosecutis tan
tùm.Hoc dicit. ¶Nota id,quod in summa
2 rio dixi.† & limitabitis hanc legem.Primò,ut procedat,
nisi actor dolosè omisisset prosequi unam speciem. Nā
tunc sententia generalis absolutoria obstaret actori ēt
in illa specie, quam scienter omisit prosequi. Ita dicunt
hic Docto.communiter per tex. ad hoc singularem in l.
de rebus.in fi.ff.de arbit.& ita etiam uult Bar.in l.& hāc
eandem.§.actiones.ff.de except.rei iudic. reperi tamen
hic Pau.de Cast. dicere,quòd Cyn. in quadam additio-
ne hic tenebat, quòd hoc casu licèt sententia generalis
absolutoria obstet in illa specie, quam actor scienter,&
dolosè prosequi omisit;tamen aduersus talem exceptio
nem obstabit replicatio. sed tamen ipse actor tenebitur
aduersario ad damna,expensas, & interesse,per d. l. de
rebus. præcedens tamen intellectus est communior. Se
cundò limitabitis legem nostram,quando aliquod capi
tulum non fuit prosecutum, nec in totum,nec in partē:
sed si actor illud capitulum fuisset prosecutus saltem in
parte:& deinde fuisset lata sentētia generalis absoluto-
ria, actor non admitteretur iterum ad agendum super
reliqua parte illius capituli,per tex.ad hoc ualde nota-
bilem.in l.si minoris.ff.de admini.tut. & Bar. ibi ad hoc
ponderat illum tex.Tertiò limitabitis,ut lex nostra non
3 procedat in capitulo cōnexo.†Nam sn̄ia absolutoria la-
ta super uno capitulo nocet actori in alio capitulo con-
nexo.tex.est notabilis in l.si cum tibi. & ibi uidebitis.j.
eod Quartò limitabitis l.nostram, nisi ad instantiam rei
fuisset statutus terminus actori ad probandum super om
ni specie: nam tunc sententia absolutoria generalis præ
iudicabit actori etiam in capitulis non prosecutis uirtu-
te termini dati ad probandum. quod imputandum est
actori,quare non probauit super omni specie.l.si ea.inf.
qui accus.non pos.& l.cum Titia.ff.de accus.& ita tenet
hic Bald.Quintò limitabitis,ut l.nostra procedat,quan-
do actor aliquod capitulum, seu aliquam speciem fuit
prose-

ꝓsecutus in ꝓcessu:alioquin si nullũ capitulũ fuisset ꝓse cutus, & fuisset lata sentẽtia generalis absolutoria in fa uorem rei:tunc præiudicaret actori,etiam in non prose cutis.l.petendæ.§.de tempo. in integ.restit. peten. nam posset imputari actori,quare non fuit prosecutus saltem aliquod capitulum,secundùm Bal.hic.Non obstat,si dicatur, quòd sententia lata omissis probationibus sit nulla,ut uult glo.quæ reputatur singularis in.c.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de constitu.quia respondet hic eleganter Bald. quòd illa glo.debet intelligi in sententia condemnatoria. Nam illa est bene nulla, si sit lata absque probationibus, sed nos loquimur in sententia absolutoria.Sed ista limitatio uidetur mihi inepta,uel dubia: qa si actori fuit statutus terminus ad probandum super omni specie:tunc actor excludetur uigore talis termini, ut dixi uobis in limitatione præsenti: si uerò non fuit sibi statutus terminus ad probandum,certè non potuit ferri sententia definitiua, ut uidebitis Deo fauente in.l.qui accusare.§.de eden. tenete tamen menti istam limitatio

4 nem.¶Nota subsequenter ex isto tex.†quòd agens generaliter actione generali,ut est actio tutelæ,potest in processu prosequi aliqua capitula, & alia omittere. Sed quæro,nunquid agens tali actione generali arctetur ad prosequendum capitula, seu species contentas sub illa actione generali. Bart.in l.1.in princ.ff.de eden. dicit,quòd in hoc iudicio generali sunt faciendæ probationes specificæ rerum administratarum per ipsum reũ. Et mouetur per legem nostram, quæ iudicio meo non probat dictum Barto.quia licèt dicat,quòd actor possit prosequi aliqua capitula,& aliqua non: non tamen arctat ipsum actorem ad hoc faciendum. Sed pro opinione Bart.adduco optimum tex.in.l.2.ff.de nego.gest.ubi tex.dicit,quòd negotiorum gestor tenetur reddere rationem de gestis per eum, ut sciatis, quid malè administrauerit. & sic,ut sciamus in quo debeat condemnari, sunt in processu fiendæ probationes specificè de rebus administratis, & opinionem Bar. superiùs relatam sequtur Anto.de But.in.c.2.extra de libel.obla. Bal.autem, Ange.Rapha.Fulgo.& Pau.de Cast.in d.l.1. ff. de eden. dicunt,quòd actor,qui agit actione generali,non necessitatur in processu facere probationes specificas de rebus administratis per reum: sed lata sententia condemnatoria contra reum, poterit actor in executione liquidare ea,super quibus ipse condemnatus tenetur reddere rationem cum restitutione reliquorum. Et istam opi. secutus est ipse Bart. in.l.2.§.de sent.quæ sine cer.quan. In practica ego multoties uidi seruari dictum Barto.in

5 d.l.1.ff.de eden. ¶Nota subsequenter, †ꝙ quando peti

a tio, est generalis, & sententia absolutoria est etiam generalis,prosecutio autem in processu fuit specialis: illa absolutoria generalis non nocet actori quantùm ad effectum, nisi quantùm ad prosecuta, sed in non prosecutis non præiudicat in effectu: quia actor poterit replicare ut hic. Sit ergo cautus actor,ut replicet: alioquin illa sẽtẽtia absolutoria generalis ipso iure sibi præiudicabit actori. Sit & cautus aduocatus actoris,ut quando reus excipiet de absolutoria generali:ipse replicet,quòd illa absolutoria non debet nocere ipsi actori, nisi in prosecutis,non autem in his,quæ non fuit prosecutus. ubi autem exceptio ipso iure non haberet obstare,non esset opus replicatione:imò iudex excipientem posset ex officio repellere,per ea,quæ uult glo.in.l.ubi pactum. in glo.magna.in tertia lect.§.de transac.Aduertite,quia.l. nostra loquitur in sententia absolutoria generali. Quid autem,si petitio fuit generalis, transactio autem fuit ẽt generalis, sed prosecutio in processu fuit specialis: an illa transactio generalis præiudicabit etiam in non prosecutis.Glo.in l.sub prætextu.& in l.age.§.de transac.vr uelle,ꝙ talis transactio gñalis præiudicabit cum effectu ẽt quò ad non prosecuta.Sed Pau.de Cast.in iurib.proximè alleg.tenet,ꝙ transactio gñalis ipso iure nõ habeat præiudicare in non prosecutis, & reddit pulchram rõnẽ diuersitatis inter sñiam gñalem absolutoriam,& tran

6 sactionem gñalem: †quia sñia gñalis necessariò refertur ad petita,cum debeat esse conformis petitioni.l.ut fundus.ff.commu.diuid.& l.fi.§.de fideicom.libert.& ideo ipsa sñia generalis ipso iure præiudicat actori,etiam in non prosecutis. sed succurritur eidem actori per replicationem,ut in.l.nostra. Transactio uerò quantumcũq; generalis necessariò non refertur ad petitionem, imò propter gñalitatem transactionis partes uidenẽ uoluisse transigere super prosecutis:unde non ipso iure præiudicat in non prosecutis. Quod pleniùs examinabo uobis in d.l.sub prætextu.& in d.l.age. & per hæc est expedi-

7 ta glo.fi.quæ opponit debitis iuribus. ¶†Quid autem in pacto generali, ut ecce, ego habeo te obligatum in decẽ ex causa mutui,& in uiginti ex causa depositi: ego per pactum libero te ab illis decem, & gñaliter ab oĩ, & toto eo,quod petere possem usq; in diem pręsentem, an uidear te quietasse quantùm ad illa uiginti? vr ꝙ sic, propter generalitatem sermonis. In contrarium est ueritas,& ad hoc allego uobis Iac.de Are. & Ange.ita uolentes in.l.obligatione generali.ff.de pigno. per tex.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. Nam illa uerba, ab omni & toto eo quod petere possem, restringuntur ad summam specificatam de decem: quod dictum nunquam exeat memoria uestra.

ADDITIO.

a ¶Quod quando petitio. Adde tu,ꝙ petitio non debet admitti non uocato possessore.Pet.de Ancha.in.c.intra quatuor.nu.1.extra de maio.& obed.

In l. Quoties quæstio.

SVMMAE.

1 *Iudex incidenter cognoscere potest de causa,de qua non posset cognoscere.*

2 *Quæstio status est de maioribus causis, adeo quòd delegari non potest.*

3 *Iudex causæ principalis debet esse iudex causæ incidentis; quamuis causa incidens sit maior causa principali.*

4 *Quæstio spiritualis incidens coram iudice laico an sit remittenda iudici ecclesiastico.*

5 *Iudex sæcularis remisit quæstionem spiritualem coram eo incidẽtem ad forum ecclesiasticum,an tũc poterit statuere certum terminum parti,infra quem debeat proposuisse, & probasse illam quæstionem spiritualem incidentem.*

6 *Arbitri,in quos est factum compromissum super hæreditate, an possint aliqualiter se informare de matrimonio, & recipere probationes super ipso matrimonio.*

7 *Iudex sæcularis si cepit aliquem pro aliquo crimine, & ille captus alleget se clericum,& dubitatur,an debeat gaudere priuilegio clericali,uel non:de hoc dubio non põt cognoscere iudex sæcularis, sed cognitio ꝑtinet ad iudicẽ ecclesiasticũ.*

8 *Iudex sæcularis quando remittit clericum ad iudicem ecclesiasticum,debet eum remittere sub fida custodia.*

9 *Instrumentum publicum est probata probatio.*

QVoties quæstio. Iudex incidenter põt cognoscere de cã, de qua principaliter cognoscere non posset.h.d.¶Nota,†ꝙ iu

1 dex,qui non posset cognoscere principaliter de cã,bene põt de ea cognoscere incidenter: nam in casu.l.nostræ,quidam petebat hæreditatem:reus autẽ conuentus opponebat contra actorem,ꝙ erat seruus, &

2 sic mouebat sibi qõnem status. Et nos habemus,†ꝙ quęstio status est de maioribus causis, adeo ꝙ delegari non

potest.l.placet.inf. de peda. iudici. non potest ergo iste delegatus cognoscere principaliter de ipsa causa status,& tamen incidenter potest cognoscere ut hic: quia erat delegatus principaliter super hæreditate.¦unde incidēter potest cognoscere de causa status.Idem in arbitro compromissario:nam potest incidenter cognoscere de causa, de qua principaliter non potuisset compromitti in eum.tex.est singularis,secūdùm Ang.in l.cū pro ponas.inf.de reb.credi. bene facit. l.fi. sup. ubi & apud quos.tex.in c.pe.ext.de in integ.resti.¶Nota ex hoc eodem tex.† ꝙ ille, qui est iudex causæ principalis, debet
3 etiam esse iudex causæ incidentis: quamuis illa causa incidens sit maior causa principali.Item ille, qui est iudex causæ præparantis,debet etiam esse iudex causæ præparatæ,l.ordinarii.§.de rei uēdi.& ideo Bal.ibi in 1.colū. dicit notab.quòd si aliquis uelit dicere contractū usurarium,uel simulatum, & per prius petat absolutionem à iuramento in foro Episcopi, debebit postea agere de illa simulatione, uel de contractu usurario coram ipso Episcopo, & nō coram illo iudice. Sed hoc limitabitis, nisi absolutio à iuramento fuisset concessa per partem, ad cuius fauorem erat præstitum iuramentum:quo casu ipsa pars potest remittere ipsum iuramentum.c.1. extra de iureiur.Nā hoc casu cessabit ratio Bal.Ita dicit Pau. de Cast.suo consi.64.incipiente.In Christi nomine,uisis & ponderatis omnibus.quod notetis. Quod dixi sup. ꝙ ille,qui est iudex causæ principalis,est etiam iudex causæ incidentis.limitabitis,nisi illa quæstio incidens esset spiritualis,& incideret coram iudice sęculari:nam tunc iudex sæcularis non posset de ea cognoscere. Accipe
4 exemplum.† Reus conuentus super contractu coram iudice temporali apponit, quòd ille contractus est usurarius, uel conuentus super hæreditate negat matrimoniū esse ualidum. Nam isto casu talis quæstio spiritualis est remittenda per iudicem temporalem ad forum ecclesiasticum.c. tuam.extra de ordine cogni.& c.lator. ext. qui filii sint legi. sed Bar. cuius opinio est communiter approbata in l.Titio.ff.solu.matrimo.& in l. omni nouatione. C.de sacrosan. eccle. distinguit, quòd aut quæstio ipsius causæ spiritualis uertitur super iure,aut super facto:primo casu est remittenda ad forum ecclesiasticū, secundo uerò non. Et ad istud dictum Bar. superiùs relatum uidete decem limitationes, quas ponit Alex. de Imo. in d. l. Titia. ¶ Sed hic formo uobis quæstionem
5 quotidianam. † Iudex sæcularis quæstionem spiritualē coram eo incidentē remisit ad forum ecclesiasticum:nūquid poterit statuere certum terminum parti, infra quē debeat proposuisse, & probasse illam quæstionem spiritualem incidentem,& debeat eam probasse coram iudice ecclesiastico. Concludite quòd non:quia esset imponere legem Superiori,cōtra.c.ex insinuatione.ext.de appella.& c.cum inferior.extra de maiori. & obedien. sed bene posset iudex sæcularis statuere certum terminum parti,infra quem debeat se pręsentasse cum suo processu coram iudice ecclesiastico. Ita uolunt Ang.Inno.& Pau. de Cast.& est de mēte Bar. in l.2.ff.de re iud. Aduertite tamen: quia licèt iudex sęcularis non possit statuere terminum parti,infra quem debeat proposuisse,& probasse talem exceptionem coram iudice ecclesiastico:tamen si uideat partem esse morosam, quia non curat procedere coram iudice ecclesiastico super illa quæstione spirituali incidente, poterit iudex sęcularis procedere ad ulteriora in causa principali.Ita uult Bal. & sequitur solemnis Doctor dominus Petrus de Ancha. in l. de die. §. fi. & per illum tex.ff.qui satisd. cogan. An autem de quæstione usuraria posit fieri compromissum in arbitratorem laicum. Vide per Bal.in c.1.§.similiter.in tit.de con trou.inuesti.in libel.feu.& per dominum Pano.in c. con
6 tingit.extra de arbi.† Item an arbitri, in quos est factum cōpromissum super hæreditate, possint aliqualiter se informare de matrimonio, & recipere probationes super ipso matrimonio.Bal.in l.unica.in uers. sed nūquid arbitri cōpromissarii.dicit se credere,quòd sic.Salua tū ueritate,uos determinabitis cōtrariū:qa arbitria sūt redacta ad instar iudiciorū,l.1.ff. de arbi. sicut ergo iudex sæcularis non posset hoc facere,ita nec arbiter.¶ Addo
7 uobis, † ꝙ quando iudex sæcularis cæpit aliquem pro aliquo crimine,& ille captus allegat se clericum,& dubitetur,an debeat gaudere priuilegio clericali,uel non:de hoc dubio non poterit cognoscere iudex temporalis, sed cognitio pertinet ad iudicem ecclesiasticum.tex. est notabilis in c.si iudex laicus. extra de senten. excom-
8 muni.lib.6.¶Et aduertite, † ꝙ quando iudex sæcularis remittit clericum ad iudicem ecclesiasticum, debet eū remittere sub fida custodia. Ita dicit notabiliter Bald, in l.eos.§.super his.ꝭ. de appel. quod tenete bene mēti. ¶Sed an coram iudice sæculari posset opponi exceptio excōicatiōis.gl.not.quā pōderat ibi Bal.in l.1.§.de iu.&
a fac.igno.determinat ꝙ sic.¶Vlt.not.[a] unum,qđ uult hic
9 Bal.& frequēter not. † ꝙ instrumētum publicū est pbata probatio.Idem uoluit ipse Bal.in l.2.ꝭ. qn̄ fis. uel priua.

ADDITIO.

a ¶Probata probatio.Adde per Mod.in l. 1. ff. de operis nou. nunciat.

In l.Si cum tibi.

SVMMAE.

1 Sententia præiudicat in connexis,& appendicijs.
2 Testis iurans ueritatem dicere intelligitur etiam iurare super connexis.
3 Adhærentium appellatione qui ueniant.

SI cum tibi.¶Ista est singularis.l. secūdùm omnes.h. d.
1 † Sententia lata nedum pręiudicat in prosecutis,sed etiam in appendicijs,seu connexis.h.d.ista notab.l.¶In hac.l.figurabitis casū hoc modo. Quidam,puta, Titius fuit curator meus,& gessit negotia mea:finita cura ego ago cōtra eū actione generali negotiorū gest. ut reddat mihi rōnē administrationis,& in pceſſu causę ego fui psecutus unum capitulum tantùm, scilicet de quadam pecunia, quæ erat in bonis meis : & ego petebam,quòd ipse curator redderet mihi rationem de illa pecunia, ipse olim curator excipiebat replicando, idest dicendo, quòd illam pecuniam exposuerat in emptionem prædiorum nomine meo. & cum in ueritate illa prædia fuissent mihi euicta per tertium culpa dicti curatoris, eò quia non denunciauerat litem uenditoribus meis, uel quia malè defensauerat causam meam, ego de hoc nihil replicaui : unde iudex credens dictum curatorem bene administrasse,& dictam pecuniam erogasse in emptionem dictorum prædiorum (ut apparebant instrumēta)absoluit ipsum curatorem generaliter.Postmodum ex interuallo ego uolo iterum agere ad illam pecuniam,& allegare culpam curatoris:quia eius culpa fuerant euicta prædia:unde quęritur,an possim.Videbatur dicendum ꝙ sic: quia dicta sententia non debet mihi nocere,nisi in prosecutis.Sed istam culpam euictionis ego nō allegaui in priore iudicio;uñ uidetur,ꝙ non debeam audiri,per l. licèt. sup.eod. Contrarium determinat Imperator : quia ista causa non est separata, nec habet diuersam rem:sed eandem summam pecuniæ. Et qa quæstio euictionis, & culpa dicti curatoris sunt accessoria ad quæstionem emptionis prædiorum: unde sententia lata super principali nocet mihi in isto accessorio, & connexo. Addo uobis, quòd de istis connexis,

xis habetis optimam glo.in c.accusatus. in uerb.iudicari.ext.de hære.lib. 6. Et ad propositum dicit Bal. in l. si quis ex argentariis.§ ratione. ff. de eden.quòd sicut notarij sunt sub consule notariorum pro eo, quod tangit officium tabellionatus:ita etiam sunt sub eodem consule pro dependentibus,& connexis ad officium Notarię,
2 & dicit Ange.in l.2.ff.de iurisd.omn.iud.† quòd testis,qui iurauit dicere ueritatem super aliquo negotio,uel capitulo,intelligitur iurasse deponere super connexis, allegat Inno.in c.cum super , extra de confessis. De uerbo,
3 adhærentibus . & qui † comprehendantur appellatione adhærentium,habetis optimum text.in.c.ad apostolicę. extra de re.iu.lib.6. Ange.ponit in l.quę religiosis.ff. de rei uendica.& in Auth.de hæred.& falci.in prima charta.ubi dicit , quòd appellatione adhærentium comprehenduntur omnes,qui sunt eiusdem uelle: quod est notandum pro capitulis pacis inter Principes, uel ciuitates, in quibus solent apponi ista uerba,quòd una pars ꝑmisit non offendere aliam,nec suos adhęrentes:qui autē dicātur sequaces,participes,& fautores,ponit Ang.in d. Auth.de hære.& falci. Et de isto uerbo,adhærentibus, habetis tex.not.in l.si quando.ↄ. de bonis uacan.lib. 10.

In l. A iudice iudex.

SVMMAE.

1 *Delegatus an possit delegare. Et assumens officium necessitatur delegare.*
2 *Iudex ordinarius assumens officiū iudicādi tenetur iudicare.*
3 *Delegare potest habens propriam iurisdictionem, Fallit: vt nu.5.6.vsque in finem.*
4 *Vsuarius an possit constituere alium vsuarium.*
6 *Legati Cardinales æquiparantur Proconsulibus.*
7 *Articulus quando dicatur non iurisdictionalis.*
8 *Testium examinatio est meri facti,& an delegetur.*
9 *Delegatus à Principe potest subdelegare . Sed non delegatus ab inferiore.nu.15.*
10 *Causæ meri, & mixti imperij sunt prohibitæ delegari.*
11 *Principi quæ sunt reseruata.*
12 *Clausula,conscientiam tuam oneramus,quid importet.*
13 *Conscientia iudicis semper dicitur onerata.*
14 *Conscientia est triplex.*

A Iudice iudex. Delegatus ab alio, quàm à Principe,non potest delegare. h. d. ¶ Nota † ꝙ
1 delegatus ab inferiore à Principe non habet potestatem subdelegandi. Et glo. hic assignat duas rationes,quarum prima est. quòd delegatus eo ipso,quòd assumit officium iudicandi, necessitatur iudicare l.munerum.§.iudicandi.ff. de mune. & hono.ergo istam necessitatem nō potest à se abdicare. Sed
2 ista ratio non uidetur bona: † quia iudex ordinarius bene assumit officium iudicandi,& tenetur iudicare,dicto. §.iudicandi,sed tamen ipse potest delegare alteri,vt hic. Aliam rationem assignat ista glo. quæ est communior:
3 † quia ille potest delegare,qui habet iurisdictionē propriam l,more.& l. & quia. ff. de iurisdi. omn. iudi. Sed delegatus non habet iurisdictionem propriam, sed utitur iurisdictione nomine delegantis.l.1.§. qui mandatā ff.de officio eius,cui est mand.iurisdi. Ex hoc infert no-
4 tanter Ange.in d.l.more.† quòd sicut usuarius non potest constituere alium usuariū in eadem re.§. 2. Insti. de usu & habita. ita delegatus,qui habet usum iurisdictionis ab alio,quàm à Principe,non habet potestatem subdelegandi, nec faciendi alium subdelegatum.¶ Aduerti
5 te,† quia regula.l.nostræ, fallit primò , si iudex ordinarius delegauerit causam alicui cum expressa potestate subdelegandi. Nam hoc casu delegatus ab ipso ordinario bene habebit potestatem subdelegandi . Ita dicit gl. ordinaria in c.is cui.extra de off.deleg.li.6.& hanc opinionem sequuntur hic Guil. de Cun.Ray. de Forli. Bal. Sali.& Rapha Fulgo.& Cy. hic in additionibus : & dñs Panor.in c.cum Bertoldus.extra de re iudi. Contrariam opinionem tenuerunt hic Petrus,& Cy.in lectura.& Specu.in titu.de off.delega.§.3.uersi. sed nūquid delegatus, aliàs incipit.sed nunquid subdelegatus.Et hanc eandem opinionem tenuerunt dominus Card. Floren. in cle.1. in 12.q.extra de officio deleg.& Ioannes de Imo.in c.super quæstionum.§.porro. cum seq.ext.de off. deleg. Et mouentur urgenti ratione: nam ea,quæ conceduntur iudici ordinario à lege specialiter, & in priuilegium,non possunt in aliū transferri.l.j. in princ. ff. de off. eius, cui mand.est iurisd. sed iudici ordinario à lege conceditur specialiter, & in priuilegium, ut possit delegare. l. cum Prętor,in.§.j.ff. de iud. ergo istam potestatem non potest transferre in alium.Ista secunda opinio est sustentabilior in puncto iuris,sed pręsens est cōmunior, & ideo tenenda in iudicijs,& in practica.¶Limitabitis tamē cōmunem conclusionem procedere, quando subdelegatus habuisset potestatem à delegato ab ordinario uirtute pōtatis attributæ ipsi delegato ab ordinario ; secus si delegatus ab ipso ordinario uelit suo proprio nomine delegare.Istam limitationem ponit Ange.in d.l.more.¶Secundò limitabitis.d.communem conclusionem, nisi delegatus à Principe, qui habet potestatem subdelegandi, ut hic , subdelegaret cū expressa potestate, ꝙ ipse subdelegatus posset alteri subdelegare : quia hoc facere nō posset.Ita dicit dominus Panor.in.d.c. cū Bertol. subijciens hoc ab alio Doct.non fuisse dictum.Sed certè hoc uoluit Archidia.in.c.quamuis.ext.de off. deleg.lib.6.& Io.And.in nouella.in d.c.is cui. ubi dicunt, ꝙ talis ptās subdelegandi non potest concedi ab alio,quàm ab ordinario,ne procedat in infinitum contra iura dicentia,infinitatē esse euitandam.l.si finita.in prin. ff. de dāno infecto.¶ Secundò fallit regula.l. nr̄æ in legato Procōsulis. Nam ipse legatus pōt subdelegare : quia est delegatus ex conscientia legis : nam lex fecit specialem titu. ff. de officio proconsul. & leg. Ex hoc loco infert notanter Bal.hic,ꝙ delegatus à Card.legato de latere potest subdelegare causam sibi delegatam per Card. † quia tales
6 Cardinales legati æquiparantur Proconsulibus c.2.ext. de off.deleg.li.6.Addite dn̄m Pano.idem uolentē.in c. cum Bertoldus,extra de re iudi.Addo Ang.idem dicentē in l.cū Prætor.in.§.1.ff.eo.de iudi. & ista q̄stio fuit in ista ciuitate Taur.q̄a Car. legatus de latere delegauerat unā cām cuidā , & ille delegatus subdelegauerat alteri. Cōsului,ꝙ illa subdelegatio erat ualida. ¶ Tertiò fallit in delegato ad uniuersitatē causarum: q̄a pōt subdelegare unā causam per tex. secundùm magis communem intellectum.in l.j.in fi.ff.quis, & quomodo appelle.licèt glo.tenuerit contrarium,& malè in l,solet, ff. de iurisdi. omn. iudi.& primam opinionem tenuit glo. in c. super quæstionū.§.si uerò.extra de off.delega. simile uidemus in ordinario , qui potest delegare , & iste delegatus ad uniuersitatē causarum hētur pro ordinario.Ita dicit glo. nota.in.c.cum cām.ext.de appella. Limitabitis tn̄ istam fallentiam ꝓcedere,qn̄ ipse delegatus ad vniuersitatem causarū uellet subdelegare unā cām,uel aliquas causas. Sed si uellet delegare totam vniuersitatē causarū,hoc facere nō posset.Ita singulariter determinat Hostien.in sūma sua.i tit.de off.deleg.§.q̄s possit.& hoc dictū sequunt Ant.de But.& Ioā.de Im.in d.§.si uerò.qđ est bn̄ mēti tenendū.¶ Quartò fallit , qn̄ delegatus ab ordinario uellet subdelegare unū articulū causæ.Nā tunc(sc̄d̄m unam opinionē)posset hoc facere.& ita uidet uelle Bar.i l.more.&

re.& in.l.quia.ff.de iurisdict.om.iudi. Sed cæteri Doct. ibi, & hic Canon. in c. super quæstionum. §.nos auté. & per illum tex.dicunt, quòd si delegatus ab inferiore à Principe uellet subdelegare unum articulum iurisdictionalem,non posset hoc facere,sed articulum non iurisdictionalem, qui est meri facti,bene poterit subdelegare, & ita uult glo. ordinaria in Clem.1. extra de off. delega.Et ita uolunt omnes Canon.in c.cum causam.&
7 per illum tex.extra de appella. † Declaro,quando dicitur articulus non iurisdictionalis, pone; Delegatus ab inferiore à Principe examinauit articulos probatorios coram se productos,& fecit super eis disputari,tandem
8 fuerunt approbati:†deinde ipse Delegatus citauit testes nominatos per partem,& eis detulit iuramẽtum de ue-
a ritate dicenda: postea solam examinationem testium[a], quæ est meri facti,subdelegauit alteri. certè ista subdelegatio erit ualida:quia subdelegauit articulum non iurisdictionalem,qui erat meri facti. Et ita teneatis audacter.¶Quintò fallit regula huius.l.secundùm unam opinionem, quando lis fuisset contestata coram delegato ab inferiore à Principe.Nam tunc poterit subdelegare, & ita uult gloss. in l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iudi. Sed Docto. communiter ibi damnant illam glo.& glo. est contraria in d.c.cum causa.& in c.1.extra de procura.lib.6.Et has ultimas glo.Docto.communiter sequuntur,per d.c.cum causam.ponderando disiunctiuam,uel, ibi positam.Ad arg.quod facit glo.in d.l.& quia.respondete,ut ibi per Bar.¶Capio secundam partem,l.nostræ,
9 ex qua colligitis, † quòd delegatus à Principe potest subdelegare.Ista regula fallit in causis sui natura indelegabilibus. Nam tales causas non poterit etiam delegatus à Principe subdelegare. Ita tenet hic Iaco.Butriga. sed glo.in.l.unica.ʒ.qui pro sua iurisdict.tenuit contrarium,& illam glo.secuti fuerunt Bart.Bald.& Ange.ibi, & idẽ Ang.in suo cons.196.incip.in causa accusationis. Idẽ tenuerunt Guil.& Bar.in l.1.in princ. ff. de off. eius cui mand.est iurisdi.per tex.in d.l.unica.ibi,nullo personarum,causarumve habito tractatu. Sed primam opin. quòd delegatus à Principe in causa meri, uel mixti imperij non possit eam alteri subdelegare. tenuerunt Iac. de Rauen.Pet.Cin.Salic.Raine.Oldra.Mart.Silli. & Rapha.Fulgo.in d.l.unica. Mouentur, quia satis est,quòd ipse delegatus à Principe possit subdelegare cãs alias delegabiles absque eo, quòd possit subdelegare indelegabiles,ut sunt causæ meri,& mixti imperij. Ad tex.in d.l.unica. respondent, quòd debet intelligi de causis aliàs delegabilibus.Ad.l.pater.in §.quindecim.ff.de lega.3.respondent. quòd ibi prohibitio non erat facta indefinitè, quò ad res,sed quò ad personas. Vnde non mirum,si facta alienatione per primam personam,alia per-
10 sona possit postea alienare;†sed in proposito nostro causæ meri,& mixti imperij sunt prohibitæ delegari.l.placet.ʒ.de peda. iudici. & ista sententia in stricta ratione est sustentabilior,sed opin.Bar.& sequacium est communior,ut attestatur Pau.de Cast.in d.l.unica.ʒ.qui pro sua iurisdic. ¶Secundò limitabitis istam secundam partem leg.nisi Princeps delegasset alicui nudum ministerium. Nam tunc ille delegatus non posset subdelegare,tex. & exemplum habes in c.fin.extra de off. delega. ¶Tertiò limitabitis, nisi Princeps Comiti Palatino dedisset potestatem legitimandi,& creandi tabelliones. Nam ille Comes talem potestatem non posset subdelegare. Ita dicit notanter Bal.in.l.gesta.in 1.colum.ʒ.de re iudi. Et idem Barto.in rub.& in.c.fin. extra de off. delega. & sequuntur Anto.de But.& Imo.in c.quod cedes.extra de
11 off.ordina. ¶†Quartò limitabitis,nisi Princeps delegasset ea,quæ sunt sibi reseruata, quæ ponit Bal.in.l.imperium.in princ.ff.de iurisdict.omn.iudic. Nam hoc casu delegatus Principis non posset subdelegare. Ita uolunt Anto.de Butr.& Imo.in d.c.quòd sedem. ¶Quintò limitabitis,nisi in rescripto delegatorio Princeps apposuisset istam clausulam (super quo conscientiam tuam oneramus.)Nam tunc uidetur electa industria personæ. & ideo delegatus Principis, seu Papæ non poterit subdelegare.Ita uidetur uelle Bald.in l.nulli.in 2.colum.ʒ. de episc.& cler.dum allegat tex.cum glo.in c.statutum. §. assessorem.extra de rescrip.lib.6.& idem uidetur uel le Ioan.de Imo.in d.c.fin.extra de off.delega. Sed Ang. in Authen.ad hæc. inf. eod. determinat totum contrarium,per tex.in Clemen.exiui de paradiso.extra de uerbo.signific. ubi tex.grauat Guardianos,& generales circa conscientias eorum, & tamen ibi non prohibentur subdelegare.Hanc opinionem tenet do.Panor.in c.cum in ueteri.extra de elect.& in.c.fin.§.his autem. extra de off.delega.dicens se ita consuluisse.cum quædam causa esset delegata per Papam cuidam Archiepiscopo, & in
12 fine rescripti erat apposita ista clausula († super quo tuã conscientiam oneramus.) consuluit Panor. quòd poterat subdelegare;quia decisio negotij non erat commissa conscientiæ illius Archiepiscopi. Et sic non obstat glo. in d.§.assessorem. & satis erat, quòd ille Archiepiscopus in subdelegando nihil faceret contra consciẽtiam. Ego quoque in consulendo sequutus fui opin.Ange.& Panor. Mouebar, quia ista clausula consueuit apponi
13 quasi semper in rescriptis Papæ: † & conscientia iudicis semper dicitur onerata.d.l.rem non nouam. vnde expressio eorum,quæ tacitè insunt,nihil operatur.l.3.ff.de lega.1.& l.non ritè.inf.de fideius.& dicit eleganter Bal.
14 inf.de pœna iud.qui malè iudic. †quòd triplex est con-
b scientia.[b]Quædam enim est conscientia ligata rebus uisis,quædam est ligata rationibus legum. quædam uerò est conscientia motiua residens in imaginibus intellectus.& illa uerba (super quo conscientiam tuam oneramus) possunt intelligi de conscientia ligata rationibus legum. iuxta tex.in c.qualiter & quando. il 2. extra de
15 accusa.¶Vltimò notabitis unum,†quòd sicut delegatus ab inferiore à Principe non potest subdelegare alteri extraneo:ita etiam non poterit subdelegare suo collegæ: quia iura indistinctè dicunt non habere potestatem subdelegandi.& ita determinat notab.do.Panor.in suis cons.cons.61.quod est bene notandum.

ADDITIONES.

a ¶Examinationem testium. An testium examinatio possit delegari. Vide per Pet.de Anch.in.c.uenerabili. nume.3.extra de testib.

b ¶Conscientia. Adde, ꝙ conscientiæ plus est parendum, quàm allegationibus,aut dictis aliorum.Ioan.de Turre Crema.in.c.cunctis.nu.1.1.q.11.

In Auth. Ad hæc si.

SVMMAE.

1 *Iudex ordinarius an possit delegare causam, reseruata sibi sententia.*
2 *Lis causæ dicitur habere tres partes.*
3 *Principium,quando dicatur.*
4 *Delegatus à Principe habet maiorem potestatẽ, quàm iudex ordinarius.*
5 *Iudex ordinarius non debet se intromittere de causa delegata à Principe.*
6 *Delegatus à Papa,uel à Principe potest delegare.*
7 *Consiliarij dicuntur assessores.*
8 *Iudex appellationis an possit delegare causam in totum, uel in parte.*

In

9 *In causa appellationis agitur de maiori præiudicio, quàm in in causa principali.*
10 *Appellationis causa sunt mixti imperij.*

1 AD hæc si. †Iudex ordinarius causæ principalis pōt delegare cognitionem ipsius causæ, reseruata sibi sententia. Sed tunc oportet, quòd lis contestetur coram eo, & probationes coram eo producantur, & per eum incerta acta recenseantur, antequàm pronunciet. Iudex uerò appellationis, & delegatus habens potestatem subdelegandi, sicut est delegatus Principis, nullo modo delegat causam reseruatà sibi sententia, & si contrafaciat punitur. h.d. secundùm intellectum glo. ¶No. primò ex isto tex. ibi, publicis occupationibus. ꝙ ista Authen. nedum intelligitur in causis delegabilibus, sed etiam in causis excedentibus summam. 300. aureorum, quæ non possunt delegari, nisi quando iudex est impeditus publicis occupationibus, ut habetur in. l. placet. ꝟ. de peda. iudici. ¶Nota ex isto
2 tex. †quòd lis dicitur habere tres partes, scilicèt principium, quod est in litis contestatione, & medium, quod est circa conclusionem causæ, & finem. s. propè prolationem sententiæ. Et ad hoc allegat istum tex. Bar. in l. 3. ff.
3 de furt. Et hoc facit ad quæstio. † Statuto cauetur, quòd Potestas in principio sui officij teneatur facere tale q. d. quodnam dicatur principium, declaratur hic. De quo per eundem Bart. & cæteros in l. nemo. ꝟ. de tempo. appella. & per Bal. in rub. in penult. quæst. ff. de rerum diuisio. ¶Nota ulteriùs ex isto tex. in uersi. delegatus autem, iuncto principio hic uideri probari, † quòd dele-
4 gatus à Principe habet minorem potestatem, quàm iudex ordinarius. Quod patet: quia iudex ordinarius pōt delegare causam reseruata sibi sententia, dummodo faciat tres actus, de quibus hic. Et tamen delegatus à Principe non potest subdelegare, reseruata sibi sententia; & tamē iura dicunt, ꝙ delegatus à Principe est maior quocunque ordinario. c. sanè. extra de off. deleg Sed responde atis, ꝙ illa iura debent intelligi, ꝙ est maior quantùm
5 ad hoc, † ut nullus ordinarius possit se intromittere de causa sibi delegata per Principem. c. studuisti. extra de off. lega. nō autem uolunt iura dicere, ꝙ ipse Delegatus Principis habeat maiorem potestatem in causa sibi delegata, q̃ ordinarius in causis suis, & notetis bene istam solutionem: quia declarat uobis multa iura. ¶In glo. sup uerbo, delegatus. in fi. Ex hac glo. colligitis intellectū ad istum tex. & ad. l. à iudice. ꝰ. cod. Et in effectu uult, ꝙ si delegatus à Principe uelit subdelegare causam in totum, potest hoc facere nihil sibi reseruando. & ita loquitur. l. à iudice. in fi. sed si uellet subdelegare causam, reseruata sibi sententia, hoc facere non posset. Et ita loquitur ista Auth. Adde Pau. de Cast. ꝙ ista auth. nō seruatur in curia Romana. Nam Cardinales habentes causas siue ordinarias, siue delegatas tenent auditores, coram quibus expeditur totus processus, & postea ipsi Card. pronunciant, & refert ipse Pau. hoc sibi contigisse, dum esset
6 auditor domini Franc. Zaba. Card Floren. †De iure autem canon. delegatus Principis, seu Papæ potest subdelegare & in totum, & in parte, reseruando sibi sñiam, ut habetur in. c. super quæstionum. hic in glo. alleg. Habetis expeditum intellectum glo. quem secuti fuerunt Iaco. Butrig. Franc. Tigri. Ang. & Rapha. Fulg. Sed Pet. Cin. Bart. & alij dant alium intellectum ad istam Auth. dicentes eam uelle, quòd si iudex ordinarius non uult causam delegare alteri, sed uult eam expedire per suos consiliarios, & assessores reseruata sibi sententia: tunc potest hoc facere, dummodo sit iudex ordinarius causę principalis, & per se expediat tres actus, de quibus hic. Iudex autem appellationis, & Delegatus à Principe nō habent potestatem delegandi, reseruata sibi sententia, & iste intellectus istorum Docto. applaudit huic literę,
7 dum dicit consiliarios. †Nam consiliarij dicuntur assessores, qui nullam habent iurisdictionem. l. consiliarios. cum sua glo. ꝰ. de off. assesso. & l. 1. ff. de off. assesso. & c. statutum. §. assessorem. extra de rescrip. lib. 6. Et in ueritate iste intellectus est ipsa ueritas. quod probo, quia Imperator in ista Authen. dum uult loqui de delegato, nominat eum per nomen proprium, ergo in prima parte huius Authen. dum dicit consiliarios, non intellexit de delegatis. Tamen Iacob. Butrig. Franc. de Tigr. Ange. & Rapha. sequuntur intellectum gloss. ut dixi per eandem rationem, & quia tex. in corpore, unde sumitur ista Authen. æquiparat istos delegatos, & consiliarios. Habetis expeditum passum de iudice ordinario, & de delegato
8 à Principe. † Capio nunc alium passum de iudice appellationis, in quo concludite, quòd si est iudex ordinarius causæ appellationis, potest totam causam appellationis alteri delegare, nihil sibi reseruando, exemplo iudicis ordinarij causæ principalis, qui totam causam potest liberè delegare, nihil sibi reseruando. l. à iudice. ꝰ. eodem. & l. more. & l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudi. Sed si iudex ordinarius causæ appellationis uelit delegare cognitionem ipsius causæ, reseruata sibi sententia, non potest hoc facere aliquo modo. Et ita intelligitur ista Authen. in uer. iudex. Sed dicet aliquis, quæ est ratio differentiæ, quòd ordinarius iudex causæ principalis potest delegare causam, reseruata sibi sententia, dummodo expediat tres actus, de quibus hic; & tamen iudex ordinarius causæ appellationis non potest delegare ipsam causam, reseruata sibi sententia? Respondetur, ꝙ
9 ratio diuersitatis est: †quia in causa appellationis agitur de grauiori præiudicio, quàm in causa principali: quia fortè est ultima appellatio: quo casu non est licitum postea appellare, ut in rubro, & nigro. ꝟ. ne in una & ead. causa lice. tertio prouo. Cin. addit hic aliam rationem, quam uidebitis hic per eum. Præmissa procedunt de iure ciuili. De iure autem canonico, siue sit iudex ordinarius causæ principalis, siue appellationis, habet potestatem delegandi & in totum, & in partem, & etiam reseruata sibi sententia, ut uult glo. in c. super quæstionū. in uerbo, alii delegare, extra de off. delega. & probatur in. c. ut litigantes extra de off. ordina. lib. 6. ¶Addo uo-
10 bis, † quòd istæ causæ appellationum sunt mixti imperii, & pertinent ad auctoritatem Superioris: vnde etiam utraque parte consentiente, non possunt agitari coram iudice incompetente, etiam per uiam prorogationis. Ita dicit eleganter Bal. in commento pacis Constantiæ. in uerbo, in causis. aliàs in uerbo, secundùm mores, & leges illius ciuitatis. Et ita obtinui in quæstione facti. licèt Ioan. de Imo. in. l. Imperatores. ff. de appella. uideatur uelle contrarium.

In l. Seruus in.

SVMMAE.

1 *Exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum, an possit opponi post lit. contest.*
2 *Seruus non potest in iudicio interuenire nec suo, nec alieno nomine.*
3 *Monachus an possit esse procurator. & nume. 6. vsque ad nume. 10.*
4 *Religiosus habens dignitatem, seu administrationem potest esse procurator.*
5 *Clericus sæcularis an possit esse procurator.*

SEruus in. ¶Cum ſeruo non poteſt iudicium conſiſtere. Hoc
dicit. ¶Et dicit Iaco.Butrig. quòd iſta.l.po-
teſt intelligi, etiam ſi ſeruus compareat in
1 iudicio, etiam ut procurator alterius,† & ſe
cundùm hoc erit caſus ſingularis ſecundùm Ang. quòd
ſi ſeruus cõpareat in iudicio tanquã procurator alterius,
non erit neceſſe cõtra illũ opponere ante litem conte-
ſtatam, imò etiam poſt litem conteſtatam poterit quan-
docunque opponi: quia iſta exceptio reddet iudicium
retro nullum, ergo poteſt opponi etiam poſt ſenten-
tiam. l. licèt, ſupra de procurato. poterit enim opponi
2 contra ſeruum. † quòd neque ſuo, neque alieno nomi-
3 ne poteſt in iudicio interuenire, ſed ego quęro, † quid
in religioſo comparente in iudicio procuratorio nomi-
ne alterius. Concludite, quòd etiam poſt litem conte-
ſtatam poterit opponi contra eum, quòd non poteſt eſ-
ſe pcurator, niſi fortè interueniret mandatũ Superioris,
& uerteretur utilitas monaſterii. Nam iſtis duobus con-
currentibus nõ poſſet repelli à iudicio. tex. eſt notabilis.
4 in c. 2. extra de poſtul. † Item ſi eſſet religioſus habens
adminiſtrationem, ſeu dignitatem, bene poſſet eſſe pro-
5 curator. tex. habetis in c. ſopitæ. ext. de cenſibus. † In cle-
rico autem ſæculari comparente procuratorio nomine
alterius, licèt malè faciat aſſumere officium procuratio
nis, tamen ſi exceptio non opponatur contra eum ante
litem conteſtatam: certè poſt litem conteſtatã non pote
rit opponi. Ita dicit dominus Panor. in c. in noſtra. in ulti
6 ma columna. ext. de procurat. Addite etiam,† quòd mo-
a nachus ª regulariter etiam proprio nomine nõ poteſt ſta
re in iudicio. Fallit, quando haberet licentiam à Superio
re ſtandi in iudicio: quia tunc poſſet omnia facere, & in
iudicio comparere, ſine quibus commodè non poſſet
ſtare in iudicio. arg. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum.
7 ff. de procur. Secundò fallit,† quando Abbas eſſet abſẽs:
quia tunc monachus poſſet agere pro iniuria ſibi illata,
8 glo. nota. in c. de præſentium. 16. q. 2. † Tertiò fallit, quan
do monachus iniuſtè fuiſſet eiectus de monaſterio: nam
tunc poſſet petere ſe reſtitui ad monaſterium. Has tres
fallentias ponit dominus Panor. in c. cum dilecta. extra
9 de reſcrip. † Quartò fallit, quando monachus ageret pro
alimentis. Ita dicunt domini de Rota ſua conclu. 303. in
10 cipiente. Item quòd monachus.† Quintò fallit, quando
ageret pro Abbate ſuo captiuo, uel iniuſtè expoliato.
Ita dicunt domini de Rota ſua conclu. 330. quæ deciſio
incipit. Itẽ ꝙ monachus. & hæc notetis, quia quotidiana.

ADDITIO.

a ¶Quòd monachus. Adde Pet. de Anc. in c. Nicolao. nu.
1. ext. de appel. & Ioan. de Tur. Crem. in c. nullus. nu. 1.
2. quæſtio. 6.

In l. Cum debitoris.

SVMMAE.

1 *Seruus hæreditarius an poßit conueniri per creditores.*
2 *Creditores hæreditatis an poßint agere in bonorum poſſeſſorẽ.*
3 *Creditores quomodo agent hæreditate iacente.*
4 *Hæreditas iacens, & pupillus æquiparantur.*
5 *Proceſſus factus contra hæreditatem iacentem eſt nullus.*
6 *Decretum ſecundum requirit limitationem.*
7 *Curator quando detur bonis præſentis. Et aliquando bonis il lius, de quo ignoratur an ſit uiuus. nu. 8.*
9 *Pignus prætorium, & conuentionale poſſunt in eadem re ſimul concurrere.*

CVm debitoris. ¶ Contra ſeruum poſſiden
tem bona domini ſui defuncti agi nõ po
teſt, ſed ſi hęreditas non defendatur cre
ditor mittetur in poſſeſſionem bonorũ.
1 Hoc dicit. ¶Nota primò ex iſto tex. † quòd ſeruus hære
ditarius, licèt poſſideat bona hæreditaria domini ſui
defuncti; tamen conueniri non poteſt per creditores:
quia cum ſeruo nullum poteſt conſiſtere iudicium, ut
etiam uidiſtis in l. præcedenti, à contrario colligitis,
2 † ꝙ ſi eſſet liber homo, qui poſſideret bona hæreditaria,
bene poſſet conueniri, quod eẽt expeditum, quãdo age
retur contra eum actione hypothecaria, quæ datur con-
tra quemlibet poſſidentem; ſecus ſi ageretur actione
perſonali, quæ non competit, niſi contra hæredem. l. pri-
ma. inf. ſi cer. pet. & l. pro hæreditarijs. inf. de actio. hære
di. niſi ignoretur quis ſit hæres: quia tunc fundata eſſet
intentio creditoris agentis probãdo, quòd aduerſarius
poſſidet hæreditatem, & bona hæreditaria. Iſta eſt gl. ſin
gu. in l. cõtrouerſia. ff. de tranſactio. ¶ Nota ſecundò ibi,
3 officio iudicis. † ꝙ ad miſsionem in poſſeſsionem perue
nitur mediante officio iudicis. An autem iſtud officium
iudicis ſit nobile, uel mercenarium, declarat eleganter
Bar. in l. iubere cauere. ff. de iuriſdi. omnium iudi. ¶ No-
ta ſecundò, quòd contra hæreditatem iacentem poteſt
perueniri ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo de-
creto, & practicam hoc caſu ſeruandam ponit Bar. in l. ſi
bona. inf. de bon. auctor. iudi. poſſid. ubi dicit, quòd de-
bent citari hi, quos proxima cauſa ſucceſsionis con-
tingit. l. 1. §. denunciari, ff. de uen. inſpic. & ſi nullus com
pareat, tũc poterit perueniri ad miſsionem in poſſeſsio-
nem ex primo decreto contra hæreditatem iacentem.
4 Hæc ſententia probatur: quia † hæreditas iacens, & pu-
pillus æquiparantur. l. is cui. §. ceſſatum. ff. ut in poſſeſſ.
lega. habetur in l. 1. ff. de curato. bo. dan. ſed pupillus pa
titur miſsionem in poſſeſ. ex primo decreto. l. apud Iu-
lianum. in princip. ff. quibus ex cau. in poſſe. eat. ergo pa
ri ratione hæreditas iacens poterit pati primum decre
tum. Et ex his apparet Ang. & Imo. malè dixiſſe. in l. ad
diem. ff. de uerb. obliga. & in l. ſi ſeruus hæreditarius. ff.
5 de ſtip. ſeru. ubi dicunt, † ꝙ creditor debet eſſe cautus, ne
faciat aliquem proceſſum contra hæreditatẽ iacentem:
quia erit ex toto nullus, quod eſt falſum; quia non erit
nullus quantũ ad primum decretum, cum ad ſm̃ decretũ
nõ poſſit perueniri contra hæreditatẽ iacentẽ, ſed opor
tet, ꝙ prius detur curator illi hæreditati iacenti, contra
quem curatorem poterit bene deueniri ad ſecundũ de-
cretum. Ita notanter dicit Bar. in l. ſi quis hæres reſtitua
tur, la grande. ff. de hær. inſti. & Bal. in c. 1. in ultima col.
in tit. de mili. uaſallo qui contumax eſt, in libel. feu. &
idem Bal. in rub. inf. de ſucceſſ. edic. notatur in l. ſi diu. ff.
ex quib. cau. in poſſeſ. eatur. Hęc ſententia comprobatur:
6 † quia ad hoc, ut poſsit interponi ſecundum decretum,
requiritur latitatio. l. furtiuus. ff. ex quibus cau. in poſſeſ-
ſio. eatur. ſed hæreditas iacens, quæ non habet uerũ cor
pus, non poteſt dici latitare, d. l. furtiuus. §. quid ſit latita
re. Confirmo iſtam opin. quia hæreditas iacens fungi-
tur uice, & perſona defuncti, non autem hæredis. l. hære
ditas. ff. de acquiren. rer. domi. Sed nos habemus, quòd
contra defunctum non poteſt ferri ſententia, quæ ſit
præiudicialis proprietati. l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudi.
& l. penul. ff. ſen. quę ſine appella. reſcin. ergo nec contra
hæreditatem iacentem. & ita teneatis, quicquid dixerit
Ang. in l. 3. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. ubi dicit, quòd
in his, quæ celeritatem deſiderant, totũ iudicium pote-
rit expediri contra hæreditatem iacentem. quod nõ eſt
uerũ: quia contra eam non põt perueniri ad ſcd̃m decre
tũ, niſi dato curatore, ut dixi ſup. & aduertite, ut bñ intel
ligatis iſtam materiã dationis curatoris: nam aliqñ cura

tor dat̄ bonis absētis,& tunc iudex debet esse cautus,ut in ꝓcessu faciat cōstare de absētia illius; alioquin datio curatoris erit nulla.Ita dicunt Dyn.& Bald.in l. curatores.ff.de cura.furio.Aliquando curator datur bonis pręsentis,ut quando filiofami. minori est delata hæreditas, & pater illam recusauit:nam tunc datur curator illis bo-
7 nis.l.fi.§.si autē patre recusante.inf.de bo.quæ libe. † Itē datur curator bonis præsentis, quando debitor cessit bonis. Nam creditores possunt petere dari curatorem bonis illius debitoris. Ita tenet Specu. in titu.de cura. in uersi.sed an bonis præsentis.allegat.l. fi.ff.de cura.bonis dan. Aliquando uerò datur hæreditati iacenti,& de hoc dixi supra.Et de istis omnibus curatoribus, & quam potestatem habeant,& an possint compromittere,ponit eleganter Ang.suo con.117.ego habeo,decimo sex.& incipit,Mortuo debitore,& nunquam tradatis obliuioni il-
8 lud consilium: quia sæpe uersatur in practica. † Aliquando etiam datur curator bonis illius,de quo ignoratur,an sit uiuus,uel mortuus.Ita dicit notanter Bar.in l.si tutor. ff.de tute.& rationi distrah.¶In gl. fi.ibi l.creditores.Ex hac gloss. colligunt Docto.& maximè Franciscus Tigri.
9 †quod pignus prætorium, & pignus conuentionale possunt in eadem re simul concurrere, unde si ego agam ad rē mihi pignoratam,seu hypothecatam,& debitor meus non compareat, potero petere me mitti in possessionē illius rei ex primo decreto, & istud appellatur pignus prætorium.l.1.inf.de præto. pign.& l.non est mirum.ff. de pignora.actio. & ibi habetis glo. magistram,quæ ponit differentiam inter pignus prætorium, & pignus conuentionale. Ex prædictis resultat magna utilitas: quia uos scitis, ꝙ ad hoc ut pignus conuentionale possit uēdi,requiruntur multæ solemnitates.l.fi.inf.de iure dom. impe. quæ solemnitates non reperiuntur à iure requisitæ in pignore prætorio.

In l.Placuit in.

SVMMAE.

1 *Aequitas præfertur rigori,& nu.4.Et quid sit æquitas. nu.3.*
2 *Rigor quid sit.*
4 *Imperatoris intentio quæ sit.*
5 *Aequitas quando sequenda,rigore postposito.*
6 *Aequitas quando præfertur rigori,& econtra.*
7 *Aequitas quando dicatur scripta.*

1 PLacuit in. ¶† Aequitas præfertur rigori.Hoc dicit.¶Nota differentiam esse inter rigorem, & æquitatem. ¶Sed quæro pro declaratiōe.
2 † quid sit rigor.Bar.in l.1.ad finem commen. sup. de legib. dicit, quòd rigor est quædam deci-
3 sio,quæ fit secundum regulas iuris scriptas. † Aequitas
a autem a secundùm Spec.in titu. de legato.§.dispensatio. uers.notandum est. & in uers. æquitas dicitur, est iustitia cum dulcedine misericordiæ temperata. Bald. autem in l. 3. inf. de dot. promis. dicit, ꝙ æquitas nihil aliud est, quàm ratio naturalis. l. scire oportet.in §. sufficit.inf.de adminis.tut.sed idem Bal. in l.1.circa tertiam col.ff.de iusti. & iur. dicit, quòd æquitas est animi inclinatio, seu iudiciū,in quo ratione naturali, & ꝓpria aliquid statuit: & habetis pulchrū tex.in l.2.§.quanquā. ff. de aqua plu.arc. ubi tex.dicit hæc uerba. hoc æquitas exigit,& si stricto iure deficiamus.Et de multiplici ęquitate uidete per Bal.in l.si defunctus.inf. de suis & legiti. habetur per Bar.in l.bona fides.ff.depo. & per eundē in l.si quis seruo.inf.de fur. & quid æquitas sit, ultra prędicta,uidete per Bal.post Iac. de Beluis.in c.1.§.ad hæc.in tit.de pace iura.firman. in libel. feudo. Et Bar.in d. l. 1. in fi. sup. de legib. dicit,quòd æquitas est conuenientia quædam facti,seu quoddam conueniens. ¶Nota 2. id,
4 ad quod allegatur,†quòd ęquitas pręfertur rigori.Hinc dicimus, quòd iudex debet habere æquitatē ante oculos.l.quòd si Ephesi.ff.de eo quod cer.loc.licèt quãdoque non seruet æquitatem,oculo ipsius iudicis caligāte. Ista est glo. aurea,quam exclamat Bal. in l. inter filios. inf.fam.ercifcun.Et Bald.in l.leges sacratissimæ.sup. de legi.dicit, quòd generalis intentio Imperatoris est duritiem, & rigorem legum emendare, & æquitatem sequi. Bene faciunt notata per Bar.in l.si fideiussor.in §.quędā & in l.Quintus.ff.mand.¶In gl.1. in fine.In hac materia concludite ex mente Docto. aliquibus additis per me, quòd aut rigor, & æquitas conueniunt in materia aliqua;& tunc sunt seruanda.l.si & me & Titium. ff. si certū pet.quam leg.ad hoc adducit hic Saly.sed iudicio meo illa.l.procedit de æquitate,ut ibi habetur, sed istud pri-
5 mum dictū bene probatur in ista gl.† Aut rigor,& ęquitas discordant, & tunc si utrunque est scriptum in genere,uel utrunq;in specie,uel rigor est scriptus in gn̄e,ęquitas uerò est scripta in spē,& his oībus casibus ęqtas p̄ferē rigori per hanc.l.Qđ limitetis,nisi rigor esset scriptus in l.posteriori post ęquitatē:quia tūc rigor pręferretur ęquitati. Ista est glo. quam ualde cōmendarunt Canon. in c.
6 extirpandæ. extra de præb.†Si uerò rigor est scriptus in specie, æquitas autem est scripta in genere,rigor præfertur æquitati, & hoc expressè probat̄.in l.1.ff. de usucap. iuncta.l.nam hoc natura. ff. de condic. indeb. Aut neutrum est scriptum; & tunc debemus seruare ęquitatem.l. non possunt.ff.de legi.sed si rigor sit scriptus, ęquitas autem non sit scripta,debemus seruare rigorem scriptum. l.prospexit.ff.qui, & à quibus.habetur in d. l.1.ff. de legi.¶Ex præmissis infertur ad delegationes, seu commissiones,quæ fiunt q̄nque,puta:quia committitur causa decidenda secundùm æquitatem, uel compromittitur in arbitrum, ut pronūciet de ęquitate,quid importent ista uerba,habetur per Bar.in d.l.si fideiussor.in §.quædā. & in l.Quintus.ff.mand.& per Bal.in l.si pro ea. inf. mand. & in l.si filiusfami.ff.de dona.& plenè per Roma.in rub. ff.de arbi.¶In glo. nihil est, quod sit dignum expeditio
7 ne.†Addite,quòd tūc ęquitas dicitur scripta,quando est dispositiua,secus si sit persuasiua. Accipe exemplum de persuasiua,quando ęquitas persuadet nobis, quòd relicta in minus solemni testamento persoluantur: talis.n. æquitas non dicitur scripta:quia non est scripta dispositiuè,sed persuasiuè.l.in testamento. & l. Paulus, respondit. ff. de fideicom. liber.Ista est notabilis doctrina Bar. in l.cū quis.supra de iuris, & fac. igno.

ADDITIO.

a ¶Aequitas autem.Quid dicatur ęquitas.Vide per Ioan de Tur.Cre.in c.Constitueretur.nu.6.50.dist.& in §.nisi rigor.num.4. 1.q.7.

In l.Iudices oportet.

SVMMAE.

1 *Cognitio causæ,& plena probatio requiritur regulariter.*
2 *Iudex,antequā ueniat ad sententiam,requiritur, quòd plenè se informet de causa.*
3 *Sententia præcipitata dicitur nulla.*
4 *Iudicium omne regulariter est ordinarium.*
5 *Causa dicitur summaria tribus modis.*
6 *In causis summarijs quomodo procedendum.*
7 *Relatio est quadruplex.*
8 *Iudex an possit assignare parti certum terminum ad proponendum exceptiones dilatorias.*

Iudices

1 IVdices oportet. ¶ † In causis regulariter requiritur plena causæ cognitio, & plena probatio. Hoc dicit in summa. ¶ Nota
2 primò ex isto tex. ibi, discutere. † quòd antequam iudex ueniat ad sentētiam, requiritur, quòd plenè se informet de causa. Hinc dicit hic Ang. quòd si iudex ferat sententiam non uisis actis, illa sententia præsumetur iniqua, adeo quòd erit iusta cau-
a sa appellandi a, allegat Inno. in c. cum Bertoldus, extra de re iudica. sed certè hoc casu sententia erit nulla, tanquam lata sine causæ cognitione. Ita dicit elegāter Bar. in l. prolatam. inf. de senten. & interlo. omn. iudi. Et hoc dicit Bar. & sequuntur Cano. & maximè Anto. de But. in c. secundo. extr. de re iudica. & in c. uestra. ext. de cohabi. clerico. & mulie. & in c. post electionem. ext. de concess. præb. Sed d. Panor. in c. tam literis. ext. de in integ. resti. dicit illum tex. facere contra Bar. quia si sententia eēt nulla, frustra disputaretur. in d. c. tā literis. an restitutio in integrum competat, uel non aduersus talem sententiam: unde in isto passu ita concludit. Aut iudex tulit sententiam penitus ignarus de meritis causæ, ut quia de sero portata sibi fuerunt acta, & processus magni uolu luminis, & in crastinum ipse tulit sententiam, & tunc ta-
3 lis sentētia † ita præcipitata erit nulla, & ita procedat di ctum Bar. Aut non ita properè tulit sententiam; tamen tulit eam in tam breui tempore, quòd uerisimiliter nō poterat esse ad plenū informatus, & tunc non erit nulla. & ita procedat tex. in d. c. tam literis. ¶ Nota secundò,
4 † quòd regulariter omne iudicium est ordinarium, & requirit plenam causæ cognitionem, & plenam probationem, quod procedit in his, quę parant plenum præiudicium, secus in his, quæ parant præiudicium qualequale, & in aliquibus causis summariis. de quibus hic in
5 gloss. Dicit hic Angel. notabiliter, † quòd causa dicitur summaria tribus modis. ¶ Primo, quando examinatio causæ poterit fieri altera parte absente. l. properandum. §. si autem reus. inf. eodem. ¶ Secundo modo dicitur summaria, puta, quando non parat plenum præiudicium, sed qualequale, ut in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & in l. si iudex. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. ¶ Tertio modo dicitur summaria, quando in eius examinatione iudex repellit exceptiones requirentes altiorem indaginem. l. 2. & l. fi. inf. de edic. Diui Adri. tollen.
6 Aduertite tamen: † quia quantuncunque causa sit summaria, & in ea sūmariè pcedat, tñ oportet plenè legitimare personas cōparentes, & plenè probare de mādato cō parētis noīe alieno. Ita dicūt Bar. & Sal. in l. 2. post glo. pen. ibi. j. de edicto Diui Adri. tol. & idem Bar. in extragāti ad reprimēdū. in uerbo, sine figura. in 2. col. & Bal. elegāter in l. 3. §. ibidē. ff. ad exhib. ¶ In gl. super uer. referenda, ibi pp factum, nō ius. Aduertite: quia ista gl. debuit dicere totum econtra. Nam dubitans in iure bene potest facere relationem Superiori; secus in eo, qui dubitat super facto. l. eum quem temerè. in §. 1. ff. eod. titu. de iudi. ¶ De materia relationis habetur per Canon. in c. intimasti. ext. de appel. & per Docto. in l. 1. & 2. sup. de
7 legi. & ibi Bald. magistraliter dicit, † quòd quadruplex est relatio: quia quædam est necessaria, quædam probabilis, quædam temeraria, & quædam malitiosa: quam de
8 claretis, ut ipse ibi declarat. ¶ † Vltimò tangitur hic, nun quid iudex possit parti assignare certum terminum ad proponendum exceptiones dilatorias. Et in hoc cōcludit Iacob. de Are. & Ang. hic, quòd sic. & post illum terminum nō audietur pars uolens opponere dilatoriam, nisi de nouo superuenisset post illum terminum. c. pastoralis. ext. de excep. optimè facit tex. in l. 2. inf. de consor. eiusd. lit. & tex. in c. insinuante. ext. de offi. deleg. uel nisi de nouo superuenisset ad notitiam. Nam hoc casu licèt de nouo non sit orta: tñ poterit proponi post terminum, per ea quæ uult gl. ordinaria. in c. si q. s. il 1. §. exceptio. 3. q. 6. ¶ Addit Angel. q iudex posset partibus assignare certum terminum ad producendum instrumenta. An autem post talem terminum admitteretur pars ad producendum instrumenta. uide per Bar. in l. mancipiorum. ff. de opt. lega. notatur in l. si ea. inf. qui accus. non poss.

ADDITIO.

a ¶ Iusta causa appellandi. De hac quæstione uide latè per do. Ioan. Amad. Tanam. in l. sciendum, ff. de uerb. oblig.

In Auth. Iubemus ut.

SVMMAE.

1 *Dilatio quæ detur dicenti se uelle allegare.*
2 *Dilationes an sint communes actori & reo, et quando unus illorum non utitur.*
3 *Mensis legalis est 30. dierum.*
4 *Iudex potest statuere terminum partibus ad producendum suas iuris allegationes.*
5 *Renunciare an quis possit productioni testium, & instrumentorum.*
6 *Pactum an ualeat, quòd solutio probari non possit, nisi cum instrumento.*
7 *Renunciare an quis possit iuramento.*
8 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
9 *Renunciatio testium nō se extendit ad causam appellationis.*
10 *Renunciare an quis possit probationibus, & defensionibus in causa ciuili.*
11 *Assignatio ad probandum, & probatum habendum quid importet.*

1 IVbemus ut. ¶ Dicenti† uelle allegare datur dilatio termini trium mensium, quibus elapsis iudex debet ferre sententiam legibus, & consuetudini consonantem. h. d.
2 ¶ Nota primò ex isto tex. secundùm Iaco. Butrig. † quòd ille, qui renunciauit probationibus, & allegationibus faciendis, non debet gaudere commodo dilationis datæ aduersario: sed hoc uidetur contra. l. petendæ. supra. de tempo. in integ. restitu. pet. ubi probatur, quòd dilatio data uni parti est communis alteri parti. Sed illa. l. debet limitari secundùm prædicta, scilicèt, quòd illa pars, quæ renunciauit probationibus, & allegationibus non debet gaudere commodo dilationis datæ aduersario suo, secus si nō renunciasset. Et sic habetis pulchram limitationem ad d. l. petendæ. Aduertite tamen quia in isto tex. loquitur de allegationibus iuris, à quibus per terminum, uel renunciationē nunquam aliquis sic intelligitur exclusus, quin semper allegare possit iura usque ad sententiam, ut dicam statim. unde ista renunciatio facta per unam partem operabitur magnum effectum: quia allegationes, quæ fient post talem renunciationem, non registrabuntur in actis. ut statim uidebitis. ¶ Nota secundò,
3 † quòd mensis legalis est 30. dierum, aliquando tamen habet plures dies, aliquando pauciores. De quo per glo. in c. quàm periculosum. extra de electio. lib. 6. Et in c. si propter tua debita. extra de rescrip. li. 6. habetur per Ioan. And. in c. licèt. ext. de suppl. negli. præla. Et per Bar. in l. cum bisextus. ff. de uerbo. sign. & per Bald. In l. eos. §. sin autem. inf. de appella. & per eundem Bald. in l. 1. inf. de tempo. appella. & per eundem in l. 1. ff. si quis
4 caut. ¶ Nota tertiò hic bene probari, † quòd iudex potest statuere terminum partibus ad producendum suas iuris allegationes, sed tamen post illum terminum bene poterunt partes, uel altera ipsarum, quandocunque ante sententiam

ſententiam allegare iura, per l. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. Nam nunquam eſt præcluſa uia parti, quin poſsit allegare iura, arg. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Sed dicet aliquis, quid ergo operabitur iſta ſtatutio termini ad allegationes faciendum, de qua loquitur iſta Authen. reſpondetur, quòd operabitur duo. Primum eſt: quia poſt illum terminum iudex non tenebitur amplius expectare. Aliud eſt: quia ſi poſt terminum præfixum parti ad pronunciandum ſuas iuris allegationes, uel poſt renunciationem factam, illa pars uellet producere allegationes iuris, illæ allegationes non debent regiſtrari in actis cāæ, ſicut fit de cõſuetudine in pleriſq; locis. Iſtud eſt aureum dictum Bal. in l. fi. ff. de fer. Et ita debet limitari dictum Inno. in c. paſtoralis. extra de cauſa poſſeſſio. & propriet. ¶ In glo. ſuper uerbo, renunciauerit. in fi.
5 uult iſta gl. † quòd non ualeat renunciatio, per quā quis renunciat productioni teſtium, & inſtrumentorum. Hoc idem uidetur uelle glo. in §. quia uerò, hic in glo. allega. & ideo glo. in §. quia uerò. in Auth. ut ſine prohib. ma-
6 tres debit. & cred. dicit, † q non ualet pactum, quod facit creditor cū debitore, quòd ipſe debitor nõ poſſet probare ſolutionem, niſi per inſtrumētum: quia utilitas, ſeu facultas probandi eſt publica, & ideo non debet anguſtari, ſed potius ampliari. l. quoniā. ſup. de hæret. & ideo pactum prędictum eſt contra publicam utilitatē, & ideo non debet ualere. l. ius publicum. ff. de pactis. Sed gl. in corpore huius Auth. facit differentiam, an quis renūciet productioni teſtium, an uerò productioni inſtrumentorum. Sed iſta differentia non uidetur bona. l. in exercendis. inf. de fide inſtrumen. Iaco. Butr. Iaco. de Are. & Cy. tenent ſimpliciter huiuſmodi renunciationem ualere.
7 Mouentur: † quia quis poteſt renunciare iuramēto, quod eſt ſpecies probationis, & poſtea non admittetur ad illud, l. ſi quis iuſiurandum. inf. de reb. cre. Vos autē p perfecta concluſione huius articuli ſic diſtinguite. Aut iſta renunciatio fit in iudicio, & tunc ualet, & tenet, ſiue quis renunciet productioni teſtium, ſiue renūciet productioni inſtrumentorum. c. cum ueniſſent. & c. de teſtibus. extra de teſt. & c. cū dilectus. extra de fide inſtru. & ita uolunt Guil. de Cun. Bar. & Ange. hic. Ad tex. in §. quia uerò, in uerbo, cõcluſerint. in Auth. de teſt. rſi debitis, ut rñdet elegāter Bar. in Auth. q ſemel, in uerſ. circa primū. ͂ſ. de pba. ubi dicit, q talis renūciatio non extēditur ad teſtes, quos quis tempore renunciationis ignorabat ſe habere, niſi appareat de mente renunciantis, quòd uoluit renunciare etiam productioni teſtium, quos ignorabat ſe habere. Hoc ultimum dicit Ioan. de Imol. in l. cuſtodias. in §. 1. ff. de publ. iud. arg. l. qui iure militari. ff. de teſtam. mil. optimè faciunt notata per Bar. in l. ſub prætextu, la ſeconda. ſup. de tranſac. Aut renunciatio fit extra iudicium, & hoc caſu non ualet, & ita intelligatur glo. in d. §. quia uerò, in Auth. ut matr. debitr. & creditr. & hanc opinionem ſecuti ſunt Guil. Bar. & Ang. & idem Ang. & Pau. de Caſt. in l. pactum, quod inter hæredem. ff. de pac. & Iacob. de Beluiſ. & Ang. in d. §. quia uerò. & Pau. de Caſt. in l. fi. ff. de præt. ſtipul. & dicit Io. de Imol. in c. ſi diligenti. ext. de for. compe. quòd iſta eſt communis opinio, quam tenet glo. in d. §. quia uerò. in Authen. proximè allegato. ut matres &c. Hanc concluſionem limitabitis, niſi qualitas teſtium aliud ſuadeat, fortè, quia ſunt legaliſsimi. Nam tenēdo opinionem, quòd ualeat renunciatio, per quam quis renunciat productioni teſtium, debet hoc limitari, ut ſup. quia non obſtante tali renunciatione poterunt produci teſtes legaliſsimi. Iſtud eſt not. dictum Spe. in ti. de inſtr. edit. §. fi. uerſi. ſed cū debitor. ar. l. Diui. ff. de lib. cau. & ar. l. fi. ff. de act. & obli. & ar. l. ſi qs ex argētariis. poſt prin. ff. de edē. & Io. An. in addit. ad Spe. in d. uerſ. ſed cū debitor. refert Alber. Galeo. idem tenuiſſe. & dominus Ant. de Butr. in c. 2. extra de proba. dicit, quòd hæc opinio poteſt ſuſtineri de æquitate canonica. ¶ Secundò limitabitis, in renunciatione iurata: quia tunc tale iuramentū deberet obſeruari. c. ſi uerò. ext. de iureiuran. dicit tamen Spec. in loco præallegato, quòd quamuis pars hoc caſu non poſſet producere teſtes; tamen iudex ex officio poſſet illos pro-
8 ducere, † ne aduerſarius locupletetur cū aliena iactura[a],
a & Io. And. in addit. ibi propter hoc alleg. c. ad noſtram. extra de iureiur. Idem tenuit Lapus in c. quamuis. extra de pactis. lib. 6. & Anto. & Ioan. de Imo. in c. 2. extra de probatio. ¶ Tertiò limitabitis, quando renunciatio fit ſimpliciter, uel renunciatio fit per pactum, per quod renunciatur omnibus probationibus, ſed ſi renunciaretur ſoli productioni teſtium, bene ualeret renunciatio, ſecūdùm Saly. hic, & ita uidetur intelligendum, quod uult Io. de Lignano. in d. c. 2. ubi dicit, quòd ualet pactū extraiudiciale, p quod renūciatur probationibus: quia partes poſſunt conuenire, quòd eadem conficiatur ſcriptura. l. contractus. inf. de fid. inſtrum. Amplius attentauit dicere Ioan. de Imo. in d. l. cuſtodias. in §. 1. quòd ualet renunciatio, per quam quis renunciat omni generi probationum. Sed tutiùs eſt tenere, quòd talis renunciatio tam generalis non ualeat: quia eſt contra publicam utilitatem, ut dixi ſup. & poſſet in ſe continere dolum de futuro, cui non poteſt renunciari. l. ſi unus. §. illud. ff. de
9 pact. ¶ Aduertite tamen: † quia quando quis renunciat productioni teſtium, talis renunciatio non ſe extendit ad cauſam appellationis. Ita uult Bar. in Auth. at qui ſemel. inf. de proba. & Canon. in c. cum ueniſſent. ext. de
10 teſti. † an autem in cauſa criminali quis poſsit renunciare probationibus, & defenſionibus ſuis. Concludite q non. Ita uult glo. reputata ſingularis, in l. pactum inter
11 hæredem. ff. de pact. ¶ Vltimò † dubitatur de aſsignatione, quam faciunt iudices Montisferrati, ſcilicet ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis. Dominus Anton. de But. in c. licèt cauſam. extra de probat. in 3. col. ſui commen. dicit, quòd lapſus talis termini habet uim concluſionis in cauſa, quò ad pbationes facti: adeo quòd ulteriùs nõ audietur pars uolens probare, quod dictum eſt menti tenendum. In multis tamen caſibus quis auditur etiam poſt concluſionem in cauſa, ut notant Canoni. in c. cum dilectus. ext. de fide inſtrumen.

ADDITIO.

a ¶ Cum aliena iactura. Adde tu tex. ff. de condi. indebi. l. nam natura.

In l. Nulli prorſus.

SVMMAE.

1 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
2 *Exceptio declinatoria quando ſit opponenda.*
Contractus contra legem geſtus quando ſit nullus.
3 *Statutum, per quod denegatur audientia alicui, ualet.*
4 *Cauſa poſſeſſorij, & petitorij dicuntur adinuicem continētes.*
5 *Iudex in cauſa poſſeſſorij debet eſſe iudex in cauſa petitorij.*
6 *Iudices diuerſos impetrans punitur. & nu. 7. & 8.*
9 *Interdicta quæ poſſunt intentari cum petitorio.*
10 *Iudex, qui terminauit cauſam poſſeſſorij, ſi ſit penitus incompetens in cauſa petitorij, quid iuris.*
11 *Actor debet ſequi forum rei.*

NVlli prorſus. ¶ Continentia cauſæ non debet diuidi, & poſſeſſorium, & petitorium debent ab eodem iudice terminari. Hoc dicit.
1 ¶ Nota primò ex iſto tex. † quòd continē-

tia

tia causæ non debet diuidi.& hoc procedit,si opponatr
alioquin si nō opponeretr exceptio,ualeret processus co
rā utroque iudice. Ita tenet hic Bal,alleg. c.cum.M.Fer
rarien.extra de constitu. Sed pulchrum est uidere,quan-
do debeat opponi ista exceptio. Ang.hic dicit,quòd de
bet opponi ante litem contestatam,& ad hoc ponderat
2 istum tex.ibi,audientia præbeatur.† Item quia est decli
natoria,quæ debet opponi ante litem contestatam.l.pe
nul.& fi.inf.de except.in tantùm quòd Rapha.Fulg. hic
dicat,quòd post litem contestatam non poterit opponi,
Sed Iac. de Beluis. est in sententia contraria, Mouetur:
quia ista.l.prohibet,& resistit pęnam imponendo,& con
tractus in contrarium gestus est nullus,l.non dubium.su
pra de legi.& ideo de tali nullitate pōt semper opponi,
per ea,quæ habentur in l.licèt.supra de procura.Ego pō
dero istum tex. in uerbo,audientia præbeatur,ad unum
3 aliud,† quòd ualet statutum,per quod denegatur audiē
tia alicui.Ad hoc allego uobis Ang.in l.uenditioni.inf.
4 de usucap.pro emp. ¶Nota secundò,† quòd causa pos-
sessorij, & petitorij dicuntur adinuicem continentes. &
licèt tex.in l.naturaliter. §.nihil commune, ff. de acqui.
posses.dicat,quòd nihil habent commune;tamen dicun-
tur continentes in inuicē ex eo, quòd concernunt eandē
rem,& ex euentu,seu decisione causæ possessorii aperie
tur uia causæ petitorii,& meliùs discernetur: quia ille,
pro quo pronunciabitur in possessorio, fungetur uice
rei,& alius,qui succubuit in possessorio, faciet se actorē
super proprietate,si uoluerit.§.commodum.Insti.de in-
5 terd.habetur in d.§.nihil commune.¶Nota,† quòd ille,
qui est iudex in causa possessorii,debet esse iudex in cau
sa petitorii,& dicit Bal.in l.ordinarii. in prima col. infr.
de rei uendica. quòd ille,qui est iudex causæ præparan-
tis,debet esse iudex causę præparatæ:quod notabile uo
bis declaraui,& limitaui in l.quoties. supra eodem titu.
6 ¶Nota,† quòd punitur ille, qui diuersos iudices impe-
trat super continentia causæ.s. unum in casu possessorii,
& alium in casu petitorii.Ex hoc loco Bartol.de Sali.in
fert,quòd dispositio.l.nostræ non haberet locum in eo,
qui adiret diuersos iudices ordinarios,unum in possesso
rio,& aliū in petitorio: quia cū ista l.sit pœnalis, non est
7 extendēda.ar.l.cum quidam.ff.de libe.& posthu.† Quid
autem de illo,qui pro una eademq; causa trahit aduersa
rium coram diuersis iudicibus.Petrus, & Cy. hic dicūt,
quòd debet priuari commodo causæ,per l.1.in fine.inf.
de asser.toll.Sed glo. communiter approbata determi-
nat contrarium in c.ex tenore.extra de rescrip. ubi glo.
dicit, quòd debet in expensis condemnari, non autem
perdet causam,& ita uolunt Bal.& Salic.hic,& Ioan.de
Imo.in l.cum procurator.in §.dominus.ff.de ope. noui
nuncia.& idem Imo.in l.quamuis.ff.de damno.infe. Ad
tex.in d.l.1.in fi.de asser.tol.respondebitis, quòd ponit
causā specialē fauore libertatis, & ita teneatis audacter.
¶In hac glo.prima,ibi. secundùm Placen. Ista prima le-
ctura est uera in se, sed non congruit huic literæ: quia
tex.iste in fi.innuit,quòd unus,& idem impetrauerat di-
uersos iudices in causa possessorii,& in causa proprieta
tis:& cū ista lex sit pęnalis,non est extendenda,secundū
Salice.hic ad diuersos impetrantes,reg.in pœnis, de re-
gu.iur.lib.sexto. ¶In eadem glo. ibi, uel dic secundùm
Ioan. ista lectura indubitanter est uera. Et dum ista glo.
8 subiicit,† quòd in interdicto retinendæ,& in iudicio ꝓ-
prietatis impeditur quis adire diuersos iudices ratione
ordinis,declaretis glo.hoc modo.Nam si ago interdicto
retinendę, nō possum pendēte eo iudicio intentare peti
toriū rōne ordinis: qa oportet primò terminare iudiciū
possessoriū, ut sciatur quis sit possessor,& q̄s debeat fun
gi uice actoris,uel uice rei.l.ordinarii.ff.de rei uen.Item
impedit ēt ratione cōtrarietatis. Nam ille,qui agit inter-
dicto retinendæ, ꝑsupponit se posidere,& dū agit peti-
torio,præsupponit alium possidere.l.unica. sup.de alie
na.iud.mu.causa fac. & sic habetis declaratam istam le-
9 ctu.† reliqua uerò interdicta, ut est interdictum recu-
perandę,bene possunt simul,& semel intentari cum peti
torio,cū nulla resultat contrarietas.c.pastoralis. ext.de
causa possessio. & proprie. debet tamen utrunque iudi-
cium agitari coram eodem iudice, ne continentia cau-
sæ diuidatur, ut hic in eadem glo. ibi, uel dic secūdò.
Ista.3.lect.est communiter approbata. Sed Petrus,& Cy.
hic,& Innocen.in c.1.extra de causa possessio.& proprie.
reprehendunt istā lecturam:quia finita prima causa,scili
cet possessorii, debet alia causa scilicet petitorii tractari
coram alio iudice.Auth.& consequenter.inf.de senten.
& interlocu.om. iud. Defendendo communē sententiā
respōdeatis ad illam Auth.quòd nihil facit: quia loqui
tur in causis omnino separatis, & tunc ratio reconuen-
tionis impedit adiri diuersos iudices, sed finita prima
causa,scilicet conuentionis cessat reconuentio,unde nō
est mirum,si potest alius iudex adiri. Nos autem hic lo-
quimur in causis se continentibus, quæ debent coram
10 eodem iudice tractari. Sed ponamus,† quòd iudex, qui
terminauit causam possessorii, sit penitus incompetens
in causa petitorii.Anto.de Butrio in pręallega.c.primo.
extra de causa possess.dicit,quòd actor non cogetur co
ram eodem iudice intentare petitorium,per d. Authen.
& consequenter,quæ nihil facit, ut supra probaui.Alex.
de Imo.hic tenet contra Anto.de Butrio.per istum text.
Nam hic erat delegatus ad causam possessorii, & lata
sententia super possessorio, extincta est prorsus iurisdi-
ctio istius delegati. c. in literis. ext. de offic. delegat.
& tamen ipsemet delegatus debet cognoscere de causa
petitorij.Vos potestis tenere opinionem domini Anto.
de But.per tex.ad hoc notabilem in c.si. ext.de iudi.ubi
reus conuentus in possessorio,& uictus, si uelit trahere
aduersarium in petitorio coram eodem iudice, non po
terit hoc facere, quando ille aduersarius est diuersi fo-
ri,& sic est incompetens in petitorio; ergo eadem ratio-
ne,si unus,& idem(finita causa possessorij) uelit intenta-
re petitorium coram eodem iudice,qui est incompetēs
11 in illa causa,non debet audiri,ne uioletur reg.† q; actor
a debet sequi forum rei.l.2.inf.de iurisd. om.iudi.faciūt
not.per glo.in c.dispendia.ext.de rescript. lib.6.& in l.
2.ff.de quibus reb.ad eund.iud.eatur.Ad motiuum do-
mini Alex.dum adducit istum tex.qui loquitur de dele-
gato, possetis respondere, quòd iste delegatus fungitur
uice delegantis, qui poterat de utraque causa cognosce
re,& poterat eidem delegato utranque causam commit
tere:unde non est mirum;si finita causa possessorij iudi-
cium proprietatis debeat coram eodem iudice tractari,
& ita tenerem opinionem Anto.de But. ¶In fin.glo.De
hoc, an delegatus in causa possessorij posit cognosce-
re de proprietate, uel econtra delegatus super petito-
rio posit cognoscere de causa possessorij, dicite, ut in
l.2. inf. si à non compe.iud. & per Canon.in c.1.ext.de
sequest.poss.& fruc. & per dominos de Rota sua concl.
379.incip. Item si committatur.

ADDITIO.

a ¶Sequi forum rei.Adde Pet.de Ancha. in c.si clericus.
nu.2.ext.de for.competen.& an semper sequatur.Ioan.
de Turre Cre.in c.experientiæ.nu.1.& 2.11. q. 1.

In l.Properandum.

SVMMAE.

1 *Instantia causæ infra quod tempus sit terminanda, & nu.6.*
2 *Instantia triennalis quando incipiat.*
3 *Sententia lata super processu summario est definitiua.*

Argumen-

4 *Argumentum à ratione quando sit licitum.*
5 *Instantia non perimitur in his, quæ emergunt ante litem contestatam.*
7 *Iudex potest statuere terminum ad actus diuersos.*
8 *Instantia termini an possit prorogari à partibus. & nu. 9. 11. & 15. & 18.*
10 *Iuramentum præstitum contra publicam utilitatem quando firmet contractum.*
12 *Iudex an poterit prorogare instantiam, de qua hic.*
13 *Instantia causæ appellationis potest prorogari per consensum partium, & potest suspendi per uiam compromissi. nu. 14.*
16 *Sententia lata post peremptam instantiam est nulla.*
17 *Confessio iudicialis non requirit telam iudicij.*
19 *Tempus quando dicatur præfixum iudici, uel instantiæ.*
20 *Instantia de iure canonico est perpetua.*

1 PRoperandum. ¶†Causæ ciuiles debent infra triennium à die lit. contest. terminari, exceptis causis fiscalibus, & publicarũ functionum. h. d. istud principium, usque
2 ad §. & si quidem. ¶Not. 1. ex isto text. † quòd instantia triennalis, de qua loquitur ista l. incipit à die lit. contest. In causis autem, in quibus lis non contestatur, instantia incipit immediatè, cum partes incipiunt tractare de meritis causæ. Idem uolunt hic Cy. & Bald. & Sal. per not. in l. nulla. & in l. nihil arbitramur. sup. de procura. Ego allego glo. ordi. ita uolentem in c. 1. in glo. magna, super uerbo, absentia, ext. de elec. lib. 6. Et ita concludit d. Panor. in c. pen. ext. de iud. Mouetur: quia etiam, ubi non fit litis contestatio; tamen dicitur lis. clem. sæpe. extr. de uerbo. sign. & ista lex habet locum in omnibus litibus. Subiungit Panor. in loco prædicto, quòd hoc non reperit tactum de iure ciuili, sed pace sua hoc uolunt Doct. præfati. Idem uult Bal. in l. 1. sup. de iuram. calum. ubi dicit, quòd si petatur executio instrumenti guarentigiati uirtute statuti, habebit locum instantia triẽnalis, de qua hic: quia (secundùm eum) quilibet articulus habet suam instantiam, intellige duraturam tanto tempore, quanto debet durare terminus ad decidendum illum articulũ: sed instantia causæ principalis durat triennio, & non ultra. Ita declarat notab. Ang. in l. & post edictũ. §. circunducto. ff. eo. tit. de iud. Ego confirmo istam sententiam: quia dispositio huius legis emanauit ratione publicæ utilitatis, & nos habemus, quòd quando aliquid statuitur ratione publicæ utilitatis, possumus facere extensionem ad quencunque casum, ubi militet ratio publicæ utilitatis, nedum quando sumus in fauorabilibus, sed etiam quando sumus in pœnalibus. Istud est notabile dictum Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de his, qui not. infa. sed ratio publicæ utilitatis militat etiam in causis, in quibus
3 non fit lit. contest. Adhuc corroboro alia ratione: † quia sententia lata super processu summario est definitiua. tex. est in d. cle. sæpe. sed ad definitiuam non potest perueniri, nisi præcedente instantia. l. prolatam. inf. de sent. & interlo. om. iud. habetur in l. 1. inf. quando prouo. non
4 est neces. Adhuc & tertio corroboro fundamento. † Nã quotiescunque ratio est generalior dicto, licitum est arguere ab illa ratione (non obstante dicto speciali) & facere extensionem ad causam, ubi militet eadem ratio. text. est notab. in l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. igno. habetur in c. constitutionem. extra de regula. in sext. & per glo. in Auth. minores. inf. qui dari tuto. possunt. sed ratio huius. leg. est ne lites sint immortales. Et hæc ratio militat etiam in causis, in quibus non fit lit. contest. & nisi ita diceremus, sequeretur absurdum, quòd dicta clemen. sæpe, disponens, quòd aliquæ causę sint summarię: & in eis non requiratur litis contest. ad finem quòd sint breuioris uitæ, operaretur contrarium effectum contra. l. legata inutiliter. ff. de leg. primo. & ita teneatis audacter. De qua materia tangitur etiam per Bal. in l. 2. inf.
5 de execu. rei iud. ¶Not. subsequenter, † quòd in his, quę emergunt ante lit. contesta. non perimitur instantia, & ideo dicit eleganter Bal. in l. & post edictũ. §. circunducto. ff. e. ti. ubi dicit, quòd si partes mille annis litigarent super legitimatione personarum, nunquam posset allegari, quod instantia sit perempta, faciunt notata per Ca
6 noni. in c. prudentiã. extra de offi. deleg. ¶No. † quòd instantia tam coram iudice ordinario, quàm etiam coram delegato finitur triennio. Idem coram arbitro, glo. notabilis in l. item si unus. in §. 1. & in l. sed si compromissum. ff. de arb. Quid autem coram arbitratore, not. per Docto. in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. ob. ¶Vltimò no. ex
7 isto tex. secundùm Bal. & Salice. † quòd iudex potest statuere terminum ad actus diuersos. s. ad producendum probationes, & articulos, & ad producendum instrumẽta ad probandum, & probatum habendum. Ad quod uidete tex. & Anto. de But. in c. licèt causam. extra de proba. & in c. 2. extra de testi. cogen. & per glos. in clemen. sæpe. in uerb. post datas. ext. de uer. sig. ¶In gl. super uerbo, triennii. ibi in his legibus. Addite alium casum, in quo prædicta instantia non durat, nisi per triduum. s. in interdicto de glande legenda, & est ratio: quia si duraret longo tempore, fructus marcescerent, & ideo inductum est, quòd expediatur infra triduũ. l. 1. & ibi Bar. ff. de glã. legen. addit Salicet. alium casum, in quo instantia durat ultra triennium, s. in casu. l. fi. supra de tempo. in integr. resti. peten. Sed Pau. de Cast. ibi tenet contrarium, & melius iudicio meo. unde dicit, quòd si instantia inchoetur in prin. quadriennij, tunc finietur triennio, & finito triẽnio opus erit noua instantia, sed illa instantia non durabit per aliud triennium; imò finietur cum tempore petendæ restitutionis. & notetis bene istum pulchrum intellectum ad illam. l. ¶In eadem glo. ibi dic, ut ibi dixi. Veritas est, quòd Auth. qui semel. non loquit̃ de tempore, infra quod debeat definiri causa, sed loquitur de tempore, usque ad quod debet expectari actor, qui est absens. ¶In eadem glo. ibi, respondeo non. Vult ergo ista
8 glo. † quòd ista instantia triennii non potest prorogari per consensum partium. & in hoc Docto. communiter sequuntur glo. in l. 2. §. si & iudex. ff. eo. de iud. respondebitis, quòd loquitur de tempore præfixo ad iudicandum, & illud tempus bene potest prorogari usque ad naturalem cursum, & naturalem uitam instantiæ, idest usq; ad triennium, & non ultra. Vel aliter potest responderi ad illum tex. ꝙ loquitur de tempore præfixo iurisdictioni, puta. Iudex delegauit mihi causam cognoscẽdam, & de finiendã infra decẽ annos: per nouem annos partes non fuerunt litem cõtestatæ, sed in ultimo anno. i. in decimo fuerunt litem contestatæ: certè partes poterunt prorogare instantiam, ita tamen quòd non duret ultra triennium, & sic fiet prorogatio de tẽpore ad tempus. ¶Sed
9 est uidendum, † nunquid sit reperire modum, per quem instantia triennij possit prorogari. Quidam consulunt talem modum, scilicet quòd partes ad inuicem sibi promittant de non allegando peremptionem instantiæ. Sed certè iste modus nihil ualet: quia quamuis partes non possent allegare; tamẽ iudex ex officio poterit allegare ꝑ publicam utilitatem. l. 2. §. sed quia ueremur. sup. de iuram. calum. unde Bar. dicit, quòd nullus alius est modus, nisi quòd remoueatur instantia repetendo omnia acta unico momento: quia dicet actor. Ego libellum, quem aliàs obtuli, nunc offero. & reus respondebit in hæc uerba. Et ego respondeo, ut aliàs respondi. & sic de singulis. Allegat ad hoc Bar. l. quæ omnia & l. mutari. cum sua glo. ff. de procur. Raph. Fulg. dicit, quòd ista non erit prorogatio, sed inchoatio nouæ instantiæ, & ꝙ requiretur consensus iudicis. Idem uoluit Ioan. de Imo.
in

in c.de causis.ext.de offic.deleg.Dominus Ant.de Butr.
in c.pen.eo.titu.de iudi. sub dubio fortè dicit,quòd ista
cautela Bart.non est bona. Mouetur: quia quædam sunt
acta iudicialia, quæ requirunt formalitatem : unde non
sufficeret talis reiteratio,alleg.tex.in c.clericus.extr.de
iureiur.Sed sustinendo Bar. potestis respondere, quòd
ibi ille clericus non reiterauerat iuramentum, sed uole
bat primum iuramentum per eum præstitum extendere
ad nouum statutum:quod facere non poterat: quia iura
mentum est strictissimę interpretationis, ut ibi,sed Bar-
tol. loquitur,quando acta fuerunt reiterata per relatio-
nem ad aliud : quo casu perinde est, ac si specificè fuis-
sent reiterata.l.ubi autem non apparet. §.secundo.ff.de
uerbo.oblig.& l.certum.ff. si cert. petat. & multoties ui
di practicari istam doctrinam Bart. tamen in qõne facti
dicebam,quòd non erat licitum actori,cuius culpa erat
instantia perempta,renouare instantiam, nisi prius solu-
tis expensis aduersario,per ea,quæ uidebitis in discursu
huius l.& ita fuit iudicatũ.¶Sed moueo uobis circa pdi
10 cta aliam dubitationem.† Ponamus,quòd partes conue
niant de non allegando peremptionem instantiæ, & iu-
ret, an iuramentum firmabit talem conuentionem.Bar.
hic determinat, quòd non: quia est contra publicam
utilitatem.Nico.de Neapoli.& Io.de Imo. in l.Seius, &
Augerius.ff.ad l.Falci. determinant totum contrarium :
quia talis conuentio non est cõtra publicam utilitatem
principaliter,sed secundariò,seu in consequentiam. un-
de debet posse firmari iuramento. Potestis has opinio-
nes concordare hoc modo, quòd partes non poterunt
allegare peremptionẽ instantiæ: quia tale iuramentum
potest seruari sine interitu salutis æternæ,ergo est seruã
dum. c. cum contingat. extra de iureiuran. & ita tenet
expressè Bal. in d. c. cum contingat. sed iudex(non ob-
stante tali iuramento) habebit seruare istam instantiam
11 triẽnalem. & ita seruaretur opi.Bar.† Quid autem si per
statutũ sit multùm abbreuiata instantia,puta, quia statu-
to cauetur, quòd omnis causa debeat terminari infra
sex menses, nunquid partes poterunt illud tempus prę-
fixum à statuto prorogare. Bal. eleganter in commento
pacis Constantiæ,in uerbo,in causis,ad fi.aliàs est super
uerbo,secundùm mores,dicit, quòd instantia causæ ap-
pellationis potest per cõsensum partium prorogari,per
illum text. secus secundùm eũ in instantia causæ princi-
cipalis,quantuncunque sit præfixa per statutum.Rõ dif-
ferentiæ secũdùm eum est: quia quando statutum impo
nit metam instantię causæ appellationis,uidetur hoc fa
cere fauore partis, & fauore sententiæ latæ, ut rema-
neat firma : unde huic fauori potest per pactum renũcia
rei.Sed quando statutum imponit metam instantię causę
principalis, uidetur hoc facere propter publicam utili-
tatem, unde tale tempus præfixum à statuto non potest
per consensum partium prorogari:quia esset contra pu-
blicam utilitatẽ.Hanc sententiã tenet Io.And.in additio
nibus ad Speculum in titu.de appel.§.nunc breuiter.uer
si.illud.Et refert Marti.Sillima.& Ricar. Malumbræ ita
tenuisse. Eandẽ sententiam tenet Io.de Imo.in c.de cau
sis.extra de offi.deleg.Mouetur:quia ista instantia præfi-
xa per statutum intelligitur subrogata in locum instan-
tiæ triennalis,de qua hic, unde debet sapere eius natu-
ram.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.quemad-
modum ergo instantia,de qua hic,non potest prorogari
per consensum partium,ita nec instãtia præfixa per statu
tum.& censeo istam esse magis communem opinionem,
à qua in iudicando non recedatis.Bar. tamen de Salice.
hic dicit,quòd talis instantia præfixa per statutum pote-
rit prorogari saltem usque ad uitam suam naturalem,
scilicet usque ad triennium, & non ultra: quia statutum
prædictum non uidetur factum ad finem, ne lites sint
immortales: quia iam prouisum erat per hanc legem.
unde statutum prædictum uidetur conditum propter
alias subditorũ utilitates, unde debet ualere progatio,
saltem usque ad terminum,de quo hic:& ista opin. in se-
creto iuris est uerior. In iudicando tamen non receda-
12 tis à præcedenti opi. & aduertite, † quia licèt iudex ha-
beat plenum arbitrium, non tamen poterit prorogare
istam instantiam,de qua hic. Ita not.dicit Bar.in l.si in le
ge.ff.loca.& Bal.& Ang.in l.1.ff.de testa.mili.& Pau. de
Cast.in l.qui ratione.§.Callimachus.ff.de uerb.oblig. &
dominus Pet.de Ancha.in repetitione.c.primi.extra de
constitu.& Ludo.Ro.suo cons.319.incipiente. Omnipo-
tentis Dei postulato suffragio. In casu propositæ con-
sultationis,uidetur prima fronte dicendum.¶Aduertite
inquantùm dixi supra,quòd Bal.in commento pacis Cõ
13 statiæ dicit, † quòd instantia causæ appellationis potest
per consensum partium prorogari. quòd Io.And.in ad-
ditionibus ad Speculum in titu.de appella.§.nunc breui
ter. uer. illud. tenet totnm contrarium. & ista sententia
14 in iudiciis fortè seruaretur.Est bene uerum,† quòd instã
tia causæ appellationis potest suspendi per uiam com-
promissi. & ita loquitur clemen. quandiù. extra de ap-
pella. instantia autem causæ principalis non potest su-
spendi per compromissum.Ita uolunt Speculator,& Io.
And.in tit.de iudice delegato.§. restat.uer.sed nunquid
de tempore.& est de mente Bar. hic. tempus autem da-
tum ad appellandum, quod est decem dierum, non po
test pęr consensum partium prorogari, neque suspendi.
Ita dicit Paul. de Leaza. in d.clemen. quandiù. & Bald.
15 in Auth.ei qui.inf.de tempo.appel.quod notetis. † Sed
an tempus instantiæ præfixum à lege, uel statuto possit
abbreuiari per cõsensum partium.Cy.in d.Auth. ei qui.
& Io.de Imola.in c.de causis.ext.de offi.dele. & Roma.
in l. 2. ff. de re iudi. determinant quòd sic. quia hoc est
consonum publicæ utilitati.¶In eadem glo.ibi, respon-
16 deo non. Habetis ex ista glo.notanter colligere, † quòd
sententia lata post peremptam instantiã est nulla, & in
hoc Doct. communiter sequuntur glo. Intelligatis tamẽ
hoc dictum procedere, quando tempus est præfixum in
stantiæ, uel iudici,& iurisdictioni.l.2.§.si & iudex. ff. eo.
secus si tempus esset præfixum iudici tantùm : quia tunc
ualeret sententia lata post illud tempus: sed iudex puni-
retur. l. 1. in fi. supra ut omnes. tam ciuil. quàm milita-
res. ¶Item secundò limitabitis hanc gloss. ut proce-
dat in sententia definitiua: q̃a absolutoria ab obserua-
tione iudicii bene potest ferri, etiam post lapsum in-
stantię.tex.est sing.secundùm Ang.hic,& ĩ l.fin.ỹ. ut inf.
cert.tempus quæstio crimina.term.Aliquando tamẽ lex
ipso iure absoluit ab obseruatione iudicii perempta in-
stantia.l.penult.inf.de naufrag.lib. 11. ¶Tertiò limita-
bitis hanc gloss. nisi perempta instantia sententia defi-
nitiua feratur in confessum : nam tunc talis sententia es-
et ualida, tanquam lata super notorio. Ita dicit hic ele-
ganter Bald. pro quo adduco notabile uerbum Innoc.
17 in c. qualiter & quando. extra de accusa. ubi dicit.† q̃
confessio iudicialis non requirit telam iudicii. quod
dictum cõmemorat,& sequitur dominus Panor. in c.at
si clerici,ext.de iudi.Ista procedunt,quando solum tem
18 pus instantiæ est lapsum.† Sed quid si statuto caueatur,
quòd post tale tempus non possit cognosci de crimine,
an hoc casu post tempus instantiæ poterit ferri senten-
tia in confessum. Hæc est sing. quęst. quam format Bal.
in l.1.inf.qui accu.non poss.uidete ibi per eum.¶Quar-
to limitabitis hanc glo. nisi esset dubium de peremptio
ne instantiæ.Nam tunc ualeret sententia definitiua lata.
Ita dicit hic Bal.quod est bene notãdum. Sed iuxta prę
19 dicta dubitatur,†quando dicatur præfixum tempus iudi
ci,uel instantiæ.Io.And.in additionib. ad Speculum in
tit.de iudice delegato. §.restat.uer.quid si statuto.dicit,
quòd quando tempus præfigitur iudici cum pœna,tunc
non in-

non intelligitur præfixum tempus ipsi instantiæ, imò ualebit sententia lata post illud tempus. sed iudex luet pœnam d. l. 1. §. ut omnes cau. tam ciui. quàm mil. Nam appositio pœnæ facit plerunq; ualere actum, ut declarat Bar. in l. Prætor, in prin. ff. de op. no. nun. si uerò tẽpus p̄figitur iudici absq; pœna: tunc intelligitur esse præfixũ instantiæ, adeo q; sententia lata post illum terminũ erit nulla, & teneatis mẽti istam theoricam. Bal. autem in d. l. fi. ȷ̃. ut inf. certũ temp. & Sal. hic dant aliam theoricam dicentes, q; aut uerba statuti diriguntur in rem, puta q; omnes causæ decidantur infra tale tempus, & tunc intelligitur præfixum instantiæ: adeo q; sentẽtia lata post illud tempus nihil ualeret, aut dirigit uerba in personã, puta dicendo, quòd iudex teneatur decidere causam. ȷ̃. tale tempus. & hoc casu nõ dicetur præfixum instantiæ, imò sententia lata post tempus ualebit. In iudicando nõ recedatis ab opinione Io. And. superius recitata. ¶ In
20 eadem gl. in fine. vult ista. gl. † quòd instantia.[a] de iure
a canoni. non finiatur triennio, sed sit perpetua, Et pro hac parte solet allegari tex. in c. tam hominis, extra de in integ. restitu. qui tex. parum facit, sed habetis tex. hoc probantem in c. cum olim propter quæstiones. extra de priuil. ubi tex. dicit, quòd per quadriennium durauerat lis. Cõmunis opinio est, quòd de iure canoni. instantia sit perpetua. Ratio diuersitatis est, secundùm Hosti. in d. c. penul. extra de iud. don. quia de iure ciuili non appellatur regulariter ante definitiuam. l. ante sententię tempus. ȷ̃. quorum appella. nõ recip & propterea iudex faciliter poterit decidere causam. ȷ̃. triennium. sed de iure canoni. à quolibet grauamine licitum est appellare. c. cordi. extra. de appel. lib. 6. & ideo non poterit ita cito causa in meritis definiri. Hæc ratio non multùm stringit iudicio meo: quia eadem ratione debuisset ius canonicum statuere, quod instantia causæ appellationis esset perpetua, & tamen statuit, quòd non duret nisi anno & ad plus biẽnio. c. & ratiõe. & c. cum sic Romana. extra de appellat. unde Rapha. Fulgo. hic, & Lud. etiam Rom. suo consi. 217. aliàs est in cons. 222. determinant, quòd etiam de iure canoni. instantia finitur triennio, sicut de iure ciuili. Mouentur: quia Papa cum magno ministerio in c. finem litibus. extra de dolo & contum. dicit, quòd intendit lites abbreuiare. sed si instantia causæ principalis esset perpetua, faceret totum contrarium eius, quod profitetur. Ad tex. in. c. pe. ext. de iud. ipse quidẽ respondet, quòd loquitur, quando per calumniam, & cauillationes partis aduersæ causa non potuit expediri. infrà triennium, quo casu, uel ipso iure altera pars remanet illesa, uel saltem conceditur sibi restitutio in integ. de quo per Bar. in. l. arbitrio. ff. de dolo. per Bal. in l. si cum ipse. ff. de excusatio. tuto. In iudicando non recedatis à communi opinione. ¶ Vltimò posset dubitari. Vos scitis, q; instantia causæ criminalis non durat nisi biennio. l. fi. ȷ̃. vt. inf. cert. tẽpus. An idem sit dicendum, quando proceditur super crimine per inquisitionem. Videte per Bald. hic, & in. d. l. fi. & uerior uidetur opinio, quòd sic: quia eadem est ratio, & quia inquisitio succedit in locum accusationis. c. qualiter, & quando. extra de accusa.

ADDITIO.

a ¶ Quod instantia. Adde tu, quòd instantia litis non spirat cursu triennii. Petr. de Anch. c. cum bonę nu. 3. extra de probatio.

In §. Et si quidem.

SVMMAE.

1 *Citari faciens alium quid debeat facere.*
2 *Accusator quomodo debeat comparere in causa.*
3 *Processus contra absentem debet fieri ad instantiam partis.*
4 *Sententia an possit ferri, si utraque pars sit absens. & numero. 5.*
6 *Iudex debet facere scribi in actis, ad cuius partis instantiam facit aliquem actum iudicialem.*
7 *Peremptorium requiritur, antequam feratur sententia. & numero. 9.*
8 *Iudex debet conspicere acta, antequam ferat sententiam.*
10 *Satisdatio, & acta litis ordinatiua pereunt perempta instantia.*
11 *Confessiones, & probationes, an pereant perempta instantia.*
12 *Reus absoluitur ab obseruatione iudicij, ubi non liquet de causa.*
13 *Contumax condemnatur in expensis, licèt obtineat in causa principali.*
14 *Actor contumax quomodo punitur.*
15 *Iudex an possit statuere terminum actori absenti, infra quem debeat agere.*
16 *Actor, ut priuetur iure suo, quid requiratur.*
17 *Reus quando possit absolui ab obseruatione iudicii actore absente.*
18 *Citatus ad domum non comparens, an dicatur uerus contumax.*
19 *Liquere quando dicatur de causa.*
20 *Terminus prefixus à partibus, uel à iudice de consensu partium, an habeat uim peremptorÿ.*
21 *Probationes an possint fieri sine termino.*
22 *Reus absolutus an repetet solutionem.*
23 *Semiplena probatio quid inducat. Et quid iuramentum suppletiuum*
24 *Reorum natura est fugere.*
25 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
26 *Expensæ factæ à reo quomodo sunt deducendæ de expensis actoris.*
27 *Pœna non debet excedere delictum.*

§. Et si quidem. Si actor lite conte. se absentet, causa debet terminari. ȷ̃. triennium, & si non liquet de causa: tunc reus absoluitur ab obseruatione iudicii; actor tamen absens cõdemnatur in expensis, & si liquet de causa, fertur sententia pro eo, qui fouet iustitiam, & à sententia lata in fauorem præsentis non licebit appellare absenti. h. d. usque ad. §. sin autem reus. ¶ Not. 1. ex isto tex. ibi, contuma-
1 ciam incusante. hic bene probari, † quòd ille, qui facit citari alium, debet comparere, & accusare contumaciam aduersarii non comparentis, & facere hoc scribi in actis, & dicit hic Rapha. Fulg. quòd iste est melior tex. qui reperiatur in iure, quantum ad propositum. Hoc idẽ uult etiã Bar. in l. consentaneum ad finem. infrà quomo. & quan. iudex. & idem Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Ange. in l. post edictum. §. circunducto. ff. de iudi. Hoc intelligatis procedere, quantùm ad hoc, vt iudex contra non comparentem, vt contumacem possit procedere: secus in his, quæ ipso iure à lege indu-
2 cuntur, puta. Statuto cauetur, † quòd si accusatus non comparet in termino sibi assignato, quòd habeatur pro confesso. Nam hoc casu non est necesse, quòd accusator in illo termino compareat, & accuset contumaciam accusati non comparentis: quia talis confessio resultat uigore statuti. Istud est elegans dictum Bald. in l. si tutor. ȷ̃. de interd. matrimo. in lectura noua. ¶ Nota
3 vlteriùs ex isto tex. † quòd ubi proceditur contra absentem, debet procedi ad instantiam partis. Hoc probat ista litera, & text. in Auth. qui semel. ȷ̃. quomo. & quan. iudex, & ex hoc apparet, q; quãdo vtraq; pars est absens, nõ põt ferri sñia: quia nemo petit eam ferri. Fallit In causis fiscalibus: quia etiam, vtraq; parte absente & nemine

petente poſſet ferri ſententia .l. 2.§.ſenatus.ff. de iure fi-
4 ſci, & illum text.dicit ibi Barto.eſſe mirabilem. ¶†Item
ex prædictis apparet, quòd ſi una pars eſt abſens, non
poteſt iudex ferre ſententiam,niſi altera parte hoc petē
te,& ita uolunt Doc. in l. 1. ſup. ut quæ deſ. a duo. par.
Fallit iſtud dictum,quando cauſa eſſet deuoluta ad Pa-
pam in cauſa electionis prælatorum. Nam tunc etiam
nemine petente poſſet ferri ſententia,ne eccleſiæ diu ca
reant paſtore.¶Secundò fallit, quotieſcunq; iudex ex
mero officio poſſet procedere parte abſente.Nam tunc
poſſet ferre ſententiam etiam nemine petente.Has duas
limitationes ponit Ang.notab.in ſuo conſ. 297.inci. cō
ſtitutio Romanæ eccleſiæ dictat. ¶ Tertiò fallit in cri-
5 minalibus:†quia altera parte abſente poſſet iudex ferre
ſententiam,etiam nemine petente.Ita dicit Bal. in l.quā
uis indubitati,& per illam l.inf.de adulte.:Ex præmiſſis
etiam apparet,qualiter debeat intelligi dictum Bar.in l.
Seius & Augerius.ff.ad leg.falc.ubi dicit,quòd,quando
iudex uidet perire inſtantiam, poteſt ex officio etiā ne-
mine petente procedere ad ſententiam, quod eſt uerū
de iure,& reperio.d.Pe.de Anch.in Cle. quamdiu, ext.
de appell.ſequi dictum Bar.in d.l.Seius. Hoc idem uo-
luit Io.de Imo. in rep.c.cū cōtingat,in decimo membro
ext.de iureiu.& dominus Panor.idem uult in c. pe. ex-
tra de iud.Sed certè dictum Barto.debet intelligi utra-
que parte præſente:alioquin una parte abſente non po-
terit ferre ſententiam, niſi altera parte hoc petente.Sed
quid ſi ambæ partes ſint præſentes, & neutra petat ferri
ſententiam,an iudex poterit ferre ſententiam.Bar. in d.
l.Seius,& Augerius,uidetur uelle, quòd non, niſi eſſe-
mus propè finem inſtantiæ,ita quòd eſſet timor, ne peri
ret inſtantia.Idem uoluit ipſe Barto. ſed non ita clarè in
l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect. Hoc expreſ
ſiùs uult Ange. in præallega.ſuo conſil. ubi allegat ele-
gantem gloſſ.in l.penul.in fine, in uerbo, per contuma-
6 ciam,infra ad Trebel.quæ dicit,†quòd debet in actis fa
cere ſcribi,ad cuius partis inſtantiam facit aliquem actū
iudicialem. Sed Bald.in l.unica,ſupra,ut quæ deſint ad-
uoca.partium.uidetur tenere contrarium:mouetur,quia
ferre ſententiam pertinet ad publicam utilitatem, ut li-
tes expediantur.Et in his,quæ concernunt publicam uti
litatem,iudex ex officio poteſt ſupplere. Amplius dicit
ibi Bald.& ſequitur Ange.in conſil.præalleg. quòd ſuf-
ficit,quòd actor in libello ſemel peteret ſententiam fer
ri: quia abſque noua petitione poterit iudex ferre ſen-
tentiam pro eo actore,& ita tranſit ibi Paul.de Caſtr. &
Ang.hic. Sed hac ratione attenta ſequeretur,quòd idem
eſſet dicendum in reo,quando in ſua ſchedula, ſeu ſcri-
ptura oppoſuit exceptionem,& petit ſe abſolui.Nam at
tenta ratione Bald.ſequeretur, quòd abſque noua peti-
tione poſſet iudex ferre ſententiam pro reo. Amplius
poſſet attentari ſubtiliùs loquendo, quòd ſufficeret, ꝙ
actor in ſuo libello ſemel petierit ſententiam ferri, ita
quòd abſque noua petitione iudex poterit ferre ſenten
tiam pro reo, quantuncunque non petierit ſe abſolui:
quia ſufficit,quòd actor petierit ferri ſententiam, & ut
ſcitis,ſententia non ſemper fertur pro actore,unde poſ-
ſet attentari,quòd quando utraque pars eſt præſens, iu-
dex poſſit ferre ſententiam,etiam nemine petente, ſiue
pro actore,ſiue pro reo: quia ſufficit, quòd actor ſemel
petierit ſententiam ferri.Sed una parte abſente non poſ
ſet iudex ferre ſententiam pro præſente etiam actore,
7 niſi petierit ſententiam ferri, quod probo. † Quia an-
tequam feratur ſententia, requiritur peremptorium, &
peremptorium non conceditur,niſi petatur,l. ad perem
ptorium,in uerbo,petat.ff.de iud. Sed in fauorem abſen
tis crederem,quòd iudex poſſet ferre ſententiam,etiam
actore non petente ſententiam ferri,quod probo. Nam
ubicunque iudex poteſt cum abſente procedere ad de-
finitiuam, ibi iudex ex officio poteſt ſupplere in his,
quæ radicantur in perſona partis, & uenirent expe-
dienda per partem,ut ſunt defenſiones.l.ampliorem,in
princ.& ibi notatur,infra de appellatio.ergo multò ma
gis poterit proferrre ſententiam ex officio in fauorem
abſentis: quia ferre ſententiam radicatur in perſona
iudicis, & in his, quæ radicantur in perſona iudicis,
poteſt iudex ex officio ſupplere, ut nota.in d.l.prima.
ſup. ut quæ deſint aduoca. partium, & notetis iſta:quia
ſunt quotidiana. ¶ Nota ſubſequenter ex iſto text. ibi
8 acta conſpiciat,hic bene probari,†quòd iudex,antequā
ferat ſententiam,debet bene acta conſpicere: nā ſi actis
a non uiſis ferat ſententiam,erit nulla.[a] Ita not. Barto. in
l.prolatam,infra de ſenten.& interlocut. omnium iudi.
& dixi uobis in princip.huius l.¶:Nota ex iſto text.ibi,
9 ab obſeruatione,†quòd ad ſententiam ab obſeruatione
iudicii ferendam requiritur peremptorium, & ita loqui
tur Barto.in l.conſentaneum,infra quomodo, & quan.
iud. ¶ Nota ſubſequenter ex iſto text. ibi, euacuabi-
10 tur, hic bene probari, † quòd ſatiſdationes, & acta li-
tis ordinatiua pereunt perempta inſtantia. De quo per
Barto.in l.cum lite mortua.ff.iudica.ſolui.& per Cano-
niſt.in cap.cauſam quæ, extra de teſtib. Addite Bald.in
commento pacis Conſtantiæ in uerbo, in cauſis,ubi di-
cit. quidam quotidie clamant, quòd perempta inſtan-
tia,pereunt acta,ſed ſecundùm Bald. qui ita diffusè lo-
quitur,non eſt ita:quia perempta inſtantia bene pereunt
acta litis ordinatiua,ut ſunt libellus,lit.conteſt. & iura-
11 mentum de calumnia, † acta uerò litis deciſiua, ut ſunt
confesſiones,& atteſtationes teſtium non pereunt per-
empta inſtantia,& quæ ſit ratio diuerſitatis, dicite,ut ibi
12 per eum. ¶ Nota penultimò, †quòd ubi non liquet de
cauſa,reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii,ſi uerò li
quet de cauſa, abſoluitur definitiuè. ¶ Vltimò nota,
13 †quòd licèt contumax obtineat in cauſa principali, ta-
men condemnatur in expenſis, quod qualiter intelliga-
tur,declarabo uobis infra.¶In gloſſ.ſuper uerbo, licen
tia,ibi,ſecundùm Placentinum.Petr.de Bellapert. Cyn.
& Salicet.ſequuntur iſtam opinionem Placentini, per
text.in §.huiuſmodi,hic in gloſſ.allega. ſed ipſe Salice.
limitat hoc procedere, niſi actor renunciaſſet probatio-
nibus,& allegationibus. Nam tunc non eſſet neceſſe ex-
pectare finem triennii,quia etiam ſi actor eſſet præſens,
non expectaretur ulteriùs, ut declaraui uobis in Auth.
ad hæc iubemus,ſ̃.eo. ergo nec abſens debet expectari,
ne ſit melioris conditionis contumax, quàm præſens.l.
non ſolùm.ff.de noxal. & l. quod ſeruus. ff. quod ui aut
clam. Addit Barto.opinionem Placen.procedere ſecun-
dùm tempora huius leg. hodie uerò quantùm ad hoc,
ut feratur abſolutoria ab obſeruatione iudicii, non eſt
neceſſe expectare finem triennii,Authen.quod fieri, in-
fra de dilation.nec etiam ſi reus uellet liquidare nego-
tium,& facere ferri definitiuam actore abſente.Authen.
qui ſemel, infra quomodo, & quan. iud. & ita ſequi-
tur Imol. in aliquibus lecturis in cap. conſuluit, ex-
tra de offi.delegat. quia extra cauſam, de qua hic, iura
antiqua remanent incorrecta,ſecūdùm quę iura antiqua
actore abſente non poterat perueniri ad definitiuam,
nec ad aliam ſententiam:quæ haberet uim definitiuæ.l.
& poſt edictum.§.circunducto.ff.eodem. Bal.autem hic
dicit opinionem Placen.procedere,quando ex una par
te tantùm eſſent factæ probationes: ſed ſi probationes
eſſent factæ hinc inde utraq; parte preſente; licèt actor
poſtea ſe abſentaret,tñ ad ferendā ſñiam non eſſet neceſ
ſe expectare prope finē triennii:quia talis expectatio eſ
ſet fruſtratoria,poſtq̃ ab vtraq; ꝑte ſunt factæ probatio-
14 nes.Itē mouet Bal.†q̃a iure ueteri,ſi actor erat cōtumax,
iudex poterat ſibi ſtatuere certū terminū ad ꝓcedendū:
& illo termino elapſo poterat abſoluere reū ab obſerua
tione

tione iudicii.l.si ea.inf.qui accus.non poss.l.cum Titia. ff.de accusa. Notatur in l.1.ꝟ.ut nemo inut.age.uel accusa.coga.ergo pari ratione poterit hoc casu ferre sententiam ante finem triennij. Sed Barto.de Salice.dicit, quòd.l.diffamari.ꝟ.de inge. manum. & alia iura proximè allegata non faciunt ad propositum:quia loquuntur in termino præfixo actori ad agendum, antequam esset factus aliquis processus, & loquuntur, quando suberat aliqua iusta causa, propter quam (lapso termino) actor non mereatur audiri, sed quando processus est iam in-
15 choatus,non reperitur iure cautum,†quòd iudex actori absenti possit statuere certum terminum ad procedendum,infra quem terminum si non procedat, quòd priuetur actione, & in proposito nostro non reperitur, ꝙ sola absentia sit iusta causa statuendi terminum modo, quo supra,ergo stabimus in antiqua regula, de qua in d.§.circumducto.& notetis bene prędicta pro limitatio
16 ne.d.l. diffamari. † Ego adduco aliam pulchram limitationem.Nam ad hoc,ut actor priuetur iure suo, & iure sibi quæsito per statuitionem termini,de quo supra,non sufficeret unica iudicis monitio,sed requiritur bina. Ita dicit eleganter Ange.in.§.hinc nobis. in Authen.de hæred.& falcid. dicens,quòd ista est opinio noua.Non obstat modò motiuum Bal.dum dicit,quòd expectatio esset frustratoria:quia respondetur per da negandi,quòd erit ualde utilis ista expectatio, ex eo quòd partes(quantumcunque ante conclusionem in causa)poterunt facere probationes,& allegationes.c.cum dilectus.extra de fide instrumen.Item quia absens poterit reuerti,& purgare contumaciam,& ita releuabitur ab expensis,in quibus fuisset condemnatus, si lata fuisset sententia eo absente,ut hic.Teneatis ergo opinionem Placen.tanquam communem,licèt Innocen. & Anto.de Butr.in præalle-
17 ga.c.consuluit. dicant,†ꝙ quando reus uult absolui ab obseruatione iudicij,absente actore, non est necesse expectare finem triennij.Sed eorum opinio posset procedere de iure Authen.ut patet in d.Auth.quod fieri. sed de iure isto, & secundùm tempora huius l. procedit opinio Placen.¶In glo.super uerbo,decem.Bart.& alii Docto.dicunt,ꝙ tex.allegatus hic in glo.in Authen.de litig.& tex.in Authen.qui semel. ꝟ.quomo.& quan.iud. qui tex.sumitur ex d.Auth.loquuntur in casu ualde diuerso à casu nostri.§. quia loquuntur, quando reus absente actore uult peruenire ad liquidationem negocii, & facere ferri definitiuam absolutoriè. Nam tunc dãtur maiores dilationes,de quibus ibi. Nos uerò hic loquimur de iure isto,quo iure reus(absente actore)non poterat facere liquidari negotium,& ideo ipse reus solùm debebat absolui ab obseruatione iudicij, si negocium non erat liquidatum, uel si erat liquidatum præsente actore,& actor postea se absentasset, & hoc casu reus poterat definitiua absolui: quia agebatur de minori præiudicio absentis; ideo hic dabantur minores dilationes. Ex his infertur, quòd si hodie reus eligeret hanc uiam, de qua in isto.§.remanerent istæ dilationes firmæ, nec essent correctæ per d.Authen.qui semel. & notetis bene prædicta pro intellectu d.Authen.¶In glo.super uerbo,inuenta,ibi,licèt non inuentus.Intelligite glo.istam
18 †qñ fuit citatus ad domum,sed non inuentus ad sui notitiam. Et ex ista gloss. sic intellecta habetis colligere,ꝙ citatus ad domum non comparens, dicitur uerus contumax, de qua materia habetur in l.diuus. ff. de in integ.restitut.& in l.ab eo.inf.quomodo & quan.iud. & in l.4.§.Prætor ait.& §.toties.ff.de dam.infec. ¶In glo. in uerbo,termino.in fi.Sed certè ista solutio ad l.qui accusare. est diuinatiua. vnde Pet.Cyn. Barto. & Docto.
19 communiter ita distinguunt,† ꝙ aut actor se absentauit, nondum datis dilationibus ad probandum: & tunc non possumus dicere liquere de causa; & ideo reus uenit absoluendus ab obseruatione iudicii,& ita loquitur ista litera.Aut actor se absentauit,datis dilationibus ad probandum,& hoc casu satis potest dici liquere de causa, & ideo reus erit absoluendus definitiuè. d.l.qui accusare. & hoc uolunt etiam Canon.in c.prout. extra de dol. & contuma.Dicit tamen singulariter Bar. in l.admonendi. ff.de iureiuran.& idem Bar.in l.si de meis.§.fin. ff.de ar-
20 bit.†ꝙ si instantiæ esset præfixus certus terminus de uoluntate partium, uel à iudice de consensu ipsarum partium,puta:quia partes elegerunt arbitros,qui habebant terminare causam infra mẽsem, uel Superior delegauit causam cum hoc,ꝙ delegatus deberet expedire causam infra mensem de consensu partium: tunc ille mensis habet uim termini ad probandum,ita ꝙ non factis probationibus infra illud tempus, reus ueniet absoluendus definitiuè. allegat Innoc.in.c.super eo.il 2.extra de appella. & idem uult Specu.in tit.de senten.prola.§.nunc uidendum.uer.illud.Sed Rapha.Fulgo.in d.l.admonendi.tenet contra Bart.quia hoc esset contra regulam.l.1. ff.de arbitr. dicit etiam,ꝙ Inno.in.d.c.super eo. hoc nõ dicit,ad quod allegatur per Bar.subiungit,ꝙ in quæstione facti nunquam potuit obtinere,ꝙ seruaretur opinio. Bar.Pau.de Cast.in d.l.admonendi. Tandem concludit tenendam esse opinio.Bart. & ꝙ Innoc. in d.c.super eo. hoc bene dicit. Subiicit tamen,ꝙ hoc dictum non bene colligitur ex glo.d.l.si de meis.§.fin. Addit etiam,quòd ista quæstio fuit in ciuitate Papiæ, & quòd Bal.cõsuluit secundùm opinionem Barto. superiùs recitatam, & alii omnes Docto.consuluerunt contrarium.Et ista est quęstio,de qua facit mentionem ipse Bal. in Authen.ei qui. inf.de tempo.appella.ubi dicit,quòd talis terminus habet uim termini peremptorii,licèt quædam humana bestia(secundùm eum)iudicauerit contrarium, & illa humana bestia,ut uidi in scriptis domini And.Barba. in c. consuluit.extra de off.delega. fuit excellentissimus doctor do.Anto.de But.& mirandum est, quòd Bal.de tanto uiro ita pudibundè loquatur. Ipse tamen Pau.de Castro in d.l.admonendi.limitat opinionem Bar. superiùs relatam procedere, quando litis contestatio esset facta coram arbitro, uel coram delegato: alioquin lite non contestata,posset perueniri ad definitiuam.l.fin.§.illud. infra de tempo.appel.Addit ipse Pau. aliam limitationem.s nisi dilatio ad probandum fuisset petita, & non
21 concessa.†Nam probationes non possunt fieri sine termino,secundùm eum,alleg.l.in crimine. ff.de adulte. Ista secunda limitatio nullo modo placet:quia imò sinę termino præfixo possunt fieri probationes. Ita nota.in d.l. in crimine.& idem Bar.in l.fin.ff.de fer.& imputandum est parti,quare nõ appellauit à denegatione dilationis, uel saltem quare non fecit querelam Superiori,ut not. Bal.in.l.2.in.11.quæst.2.de episco.audien.Roma.in d.l. admonendi.sequitur opinionem Bar. superiùs relatam. subdens,quòd hoc casu nõ est fienda differẽtia, an reus absoluatur definitiuè,an uerò absoluatur ab obseruatione iudicii: quia utroq; casu actor iteratò admittetur ad agendum. allegat glo. in l.Iulianus uerum debitorem. ff.de condictio.indebi.sed certè illa glo.hoc non dicit,
22 sed bene dicit,† quòd si reus sit absolutus, & deinde soluat,non poterit repetere solutum: quia remanet obligatio naturalis, quæ impedit repetitionem soluti. Item dicit illa glo.quòd creditor conuentus condictione indeb.poterit probare debitum subesse,quando in primo iudicio hoc non probauit, & fuit absolutus à die, & à causa:quia actor non probauerat; secus si fuisset absolutus adiecta causa:quia nunquam fuit debitor, & quòd post absolutoriam latam in fauorem rei adiecta causa, (quia actor non probauit intentionem suam)non admittatur actor amplius ad agendum,probatur in.l.sub prætextu.inf.de re iudi.& in l.Imperatores.ff.isto eo.ti. Ad-

uertite,quòd,quia Mar.Silli.Rayne.de Forli. Franci. tigri.& Bart.de Sali.dant ad istum text. vnum alium intel
23 lectum peregrinum dicentes.† quòd hic actor,antequã se absentaret,semiplenè probauerat intentionem suam, ita quòd,si fuisset præsens,fuisset sibi delatum iuramentum in supplementum probationis, & sic reportasset sententiam pro se, iuxta no. in d.l.admonendi. sed quia se absentauit, non potuit sibi deferri iuramentum suppletiuum: vnde hoc casu reus non debet absolui definitiuè propter semiplenam probationem factam per actorem, & ideo absoluitur hoc casu ab obseruatione iudicij. & ita ĩtelligitur ista litera. & iste intellectus applaudit uerbis huius tex.dum dicit,nihil sufficiens,quasi uelit,quòd actor bene probauerat: sed tamen probatio sua erat insufficiens, & notetis bene istum intellectum pro limitatione.d.l.qui accusare. Vos possetis concordare opiniones hoc modo. Aut datis dilationibus ad probandum actori,ipse actor se absentauit(nondum lapso termino sibi dato ad probandum) & tunc ego tenerem reum non posse absolui definitiuè: quia lex præsumit, quòd non probauerit propter absentiam suam, non autem ex eo, quòd malam foueret causam. Aut ipse actor fuit præsens toto tempore fiendarum probationum, sed postea se absentauit:& tunc dicerẽ reum posse absolui definitiuè. & ita procedat opinio Bar.superiùs relata, quæ est cõmunis.¶ In glo.sup uerbo iudicij,ibi vitium litigiosi duret,De hoc dicite,ut per Bar.in l.j.in fi.ff.de litigiosis. ¶ In eadem glo. ibi, confessiones,& contestationes.De hoc dicite,ut per Barto.in l.cum lite mortua.ff.iudi.sol. & per Bar.in commento pacis Constantiæ in uer. in causis.¶ In eadem glo.in fine.Opinio Placen.hic in glo. relata procedit indubitanter hodie secundùm iura Auth. quia reus (absente actore) potest liquidare negotium, & facere ferri definitiuam: sed de iure isto non procederet ista opinio Placen. sed procederet opinio Ioan. hic in gl.relata.& licèt Sali.hic pro opinione Placentini adducat istum text.in uerbo,nullo penitus regressu.ubi apparet,quòd fuit pronunciatum pro reo definitiuè: & tamen non apparet, quod actori fuerant datæ dilationes ad probandum;tamen uos potestis respondere, ꝙ est necesse intelligere istum tex.in casu, in quo actori datæ erant dilationes ad probandum, ut declaraui uobis in gl.super uerbo,decem.¶ In gl.super uerbo,euacuabitur. in fine.Circa quæst.formatam in fine gl. hic debetis scire,quòd glo.in Auth.qui semel.in uerbo, locum habebit ꝟ.quomo.& quando iud.determinat,quòd dispositio illius Auth.non habet locum in reo absente. Rõ diuersi-
24 tatis inter actorem & reum est: † quia natura reorum est fugere,ut in isto tex.Ex hoc loco colligunt Moderni, ꝙ iura corrigentia in uno correlatiuorum non extenduntur ad reliquum, quando apparet manifestè de ratione diuersitatis.ego ad hoc allego tex.cum gl.singulari in l. curatorem.ꝟ.de interd.mat.ubi autem manifestè non appareret de rõne diuersitatis: tunc iura corrigẽtia in uno correlatiuorum bene extenderentur ad reliquum.l.fi.& ibi notatur per omnes.ꝟ.de ind.uid.tol. notatur per Canonist.in c.1.extra de loca.¶ In glo. super uerbo, excipiendis.in fine. Salice pro opinione Placen.allegat c.calumniam.ext. de pęnis. sed Ioan. And.in addi. ad specu. in tit.de prola.sententiæ.§.nunc de expensis,uersi. quòd autem ibi dixit, respondet ad dictum.c.calũniam. quòd dum tex.ibi dicit pro expensis,debet exponi,s.omnibus:
25 † quia indefinita æquipollet uniuersali.[b] l.si pluribus.ff.
b de leg. 2. Vel aliter posset responderi,ut respondet Ioã. And.in d.c.calumniam.Guil.de cun. hic dicit,ꝙ ista deductio habet locum,quando hic tantum factę fuerũt expensæ tam ab actore, quàm à reo,adeo quòd reus ueniret condemnandus in tanta quantitate, quanta erat quãtitas expensarum factarum per ipsum reum: tunc enim bene poterit fieri deductio expensarum factarum per reum:aliàs autem bene poterit fieri deductio de princi
26 pali condemnatione, † & cum ista opinione concordat Raph.Fulg.Dominus Ant.de But.in d.c.calumniam.dicit,quòd ista deductio est taliter fienda, quòd non constituatur differentia inter sententiam ferendam pro actore,& sententiam ferendam pro reo,iuxta.l.fi.ꝟ.de fructi. & lit.expen.Nam si ꝓsupponeremus, quòd reus esset absens, & actor esset præsens & uictus, & reus absolutus; certè non posset fieri deductio de principali condemnatione: quia nulla condemnatio fuit facta contra reum, imò fuit absolutus, & ideo dicit,quòd ista deductio debet fieri de expensis,non autem de principali condemnatione. Addit Guil.de Cun.hic unum uerbum principale,& singulare dicẽs, quòd ista deductio expensarum rei in odium actoris absentis demum debet fieri de expensis factis per reum post tempus contumaciæ actoris;
27 † ne pæna excedat delictum l.rescriptum.ff.de his quib. vt indig.& l.sancimus.ꝟ.de pæ.Subijcit ipse Guil.de Cũ. prædicta procedere, quando condemnatio principalis est facta in pecunia: cæterùm si esset facta in aliqua specie,puta,quia reus præsens fuit condemnatus erga actorem absentem ad restituendum Stichum, uel aliam rem, & essemus in casu, in quo non posset fieri compensatio expensarum,puta,quia expensę rei essent lõge maiores, quàm expensæ actoris: tunc deductio non posset fieri de principali condemnatione:quia species, & quantitas ad inuicem non recipiunt functionem.l. si conuenerit. la.2.ff.de pigno.actio.hoc casu actor,licèt uincat in principali, tamen propter suam absentiam condemnabitur in illis maioribus expensis factis per reum, ne ius ipsius rei pereat l.cũ hæreditas.ff. ad Trebel. Raph.Ful mordet istud.dictũ Guil.qa iste tex.bene ꝑmittit deductionem,& sic concedit ipsi reo exceptionem,seu retentionem, sed tamen non concedit ipsi reo actionem.s.ꝙ faciat condemnari actorem absentem in illis maioribus expẽsis.Sed ex uerbis Guil.de Cun.colligitur responsio ad istud motiuum. s. quòd posset euenire casus, in quo reus non posset sibi consulere per uiam retentionis, puta,quando actor poterit se declarare liberum .Nam hoc casu non esset consultum reo per uiam retentionis de expensis.unde teneatis opinionem Guil.

ADDITIONES.

a ¶ Erit nulla. Addè tu,quòd sententia breuiter lata non ualet; qa non interuenit causæ cognitio. Vide per Ioan Amadeum Tanam in l.sciendum in.9. colum. circa medium.ff.de uerb.oblig.

b ¶ Aequipollet uniuersali.Adde Pe.de Anch. in c.eò libentius,uersi.tertiò not.extra de ser.non ordi. c. nimis. il.1.nume.1.extra de exces.præla.& in c.quia circa. nu. 2.extra de priuile.

in §. Sinautem reus.

SVMMAE.

1 *Reus absens an sit condemnandus.*
2 *Iudex potest condemnare reum se absentantem,& nu.3.*
4 *Aequalitas est seruanda inter actorem, & reum.*
5 *Actor potest agere reo absoluto ab obseruatione iudicij.*
6 *Delegatus ab ordinario an possit exequi suam sententiam.*
7 *Delegabilia sunt de iure canonico ea, quæ sunt mixti Imperii.*
8 *Delegatus ab inferiore à Papa potest mittere in possessionem.*

Idem

Idem in delegato ab ordinario.nu.9.
10 *Pars debet citari,quando producuntur instrumenta, uel scriptura.*
11 *Contumax uerus appellans non auditur.limita ut nu.12.*
Vt audiatur per uiam supplicationis.nu.13.
14 *Contumacia quando dicatur uera procuratoris,& domini.*
15 *Ciuitas,uel uniuersitas an dicatur contumax, si administratores non compareant.*
16 *Contumax uerus quis dicatur.& nu.18.19.& 20.*
17 *Scientia uelata non tantùm afficit,quantum aperta, quantũ ad pœnam.*
21 *Citatus ad domum præsumitur habuisse notitiam citationis.*
22 *Citatus ad sonum tubæ,uel campanæ non dicitur uerus contumax.*
Citatio generalis non tantùm afficit,quantùm specialis.
23 *Executio qualiter fiat in actione personali.& nu.24.*
25 *Reus nõ auditur super bonis,in quibus est facta missio, quando missio est facta ex secundo decreto.*
26 *Hebræi,aut alij fœneratores, licèt habeant rem specialem à debitoribus in pignore,licèt denunciauerint, quòd luant pignora,aut aliàs uendent ea, licèt debitores non redimant, tamen audientur usque ad biennium uolentes recuperare pignora.*

1 §.Sinautem reus. †Si reus se absentet post litem contestatam, si sit legitimè citatus potest condemnari, si liquet de causa contra. Et eum executio sententiæ fiet in bonis eius, ad quę non habebit regressum,etiam si uelit satisdare. Et uerus contumax non auditur appellãs, & huiusmodi pronunciatio est fienda in fine triennij.h.d.notab.usque ad
2 §.sinautem alterutra. ¶Not.primò ex isto tex.†ꝙ si reus se absentauit:iudex nihilominus potest eum condemnare:quod intelligatis procedere,quando reus se absentauit post lit.contest.alioquin lite non contestata nõ posset peruenire ad definitiuam.l.fina.§.illud.ȷ.de tempo. appella.& ext.ut lite non contest.per totum. Item intelligatis istam literam,quãdo in actis apparet, quòd reus est condemnandus, aliàs autem si appareret eum fouere iustitiam,iudex deberet eum absoluere, per ea,quæ uidistis in.§.præcedenti.& ita Cin.& Doct.communiter
3 supplent istum tex. †Quid autem si ante terminum datum ad probandum reus se absentauerit, & actor præsens(nullo recepto termino)nihil probauerit: qualiter feretur sententia hoc casu. Glo. hic super uerb.absentem, sentit, quòd hoc casu reus absoluetur ab obseruatione iudicij,& ita sequuntur Doct.communiter,per ea, quæ uidistis in.§.proximè præced. Sed solus Barto.de Salice.hic dicit, quòd hoc casu reus absens absoluetur definitiuè:quia imputandum est actori præsenti: quare non probauit intentionem suam,& in stricta ratione putarem istam opinionem Salice.ueriorem. Ad rationem
4 Doctorum,dum dicunt, † quòd æqualitas est seruanda inter actorem,& reum,sed sic est,quòd quando actor se absentat ante terminum datum ad probandum,reus absoluitur solùm ad obseruatione iudicij, ut uidistis in.§. præsenti.ergo eodem modo,quando reus est absens, & se absentauit ante terminum datum ad probandum, & actor est præsens, debet ipse reus absolui solùm ab obseruatione iudicij,non autem definitiuè, ut uult Salice. Potestis respondere sustinendo Salice. quòd æqualitas est seruanda inter actorem,& reum, nisi appareat ratio diuersitatis inter eos,ut habetur in reg.non licèt actori. extra de reg.iur.lib.6. Notatur in.l.fin.ȷ.de fruct.& lit. expen. Et ostendo in proposito, quòd sit magna ratio diuersitatis: quia quando actor est præsens,& reus absens lex præsumit, quòd actor nihil probauerit ex eo,quòd malam causam fouebat, & ideo reus hoc casu uenit absoluendus definitiuè. Sed quando actor est absens,& reus præsens lex præsumit, quòd ipse actor nihil probauit propter suam absentiam, non autem ex eo, ꝙ foueret malam causam: & ideo lex moderatur sententiam absolutoriam, ut ipse reus solùm absoluatur ab obseruatione iudicij,non autem definitiuè, & licèt dictum Salice.mihi placeat: non tamen placet ratio sua, dum dicit,ꝙ quando actor est absens,& reus præsens,ꝙ ideo reus absoluitur ab obseruatione iudicij: quia non potest imputare actori absenti, quare nihil probauit: quia ipse reus sentit lucrum, & commodum ex illa absentia actoris.l.cum in fundo.§.si mulier. ff.de iure dot. Nam & in casu quæstionis supra formatæ eadem ratione reus non posset imputare actori, quare nihil probauit. Præterea consideratio Salice non est bona in sua
5 ratione:† quia quando reus absoluitur ab obseruatione iudicij,non sentit lucrum:quia actor iteratò admittetur ad agendum super eadem materia;secus si reus esset absolutus definitiuè: vnde tenete menti rationem Salice. ¶Nota secundò ex isto tex.ibi,ad maiorem iudicem re-
6 feratur,hic bene probari,†ꝙ delegatus ab ordinario,& sic ab inferiore à Principe non habet potestatem exequendi suam sententiam, sed debet referre excusationem ad ipsum ordinarium, & intelligatis hoc notabile procedere, quòd delegatus ab inferiore à Principe, nõ potest exequi suam sententiam, scilicèt mittẽdo in possessionem in executionem iudicati, & ita firmat glo.in l.à diuo Pio.in princ.ff.de re iudi. Dicit tamen Inno.in c.cum ab ecclesiarum prælatis.extra de off. ordi. quòd talis delegatus poterit exequi suam sententiam mulctando,& ideo si est delegatus à iudice ecclesiastico,poterit excommunicare in executionem suæ sententiæ. Aduertite tamen: quia licet de iure ciuili talis delegatus ab inferiore à Principe non habeat potestatem exequendi suam sententiam mittendo in possessionem, ut supra. tamen dicunt do. Abbas Sicu.in c.si quis contra clericum.extra de fo.compet. & Io.de Imo. in d.l.à di-
7 uo Pio. †quòd de iure canonico delegatus ab inferiore à Principe habet potestatem exequendi suam sententiam,etiam mittendo in possessionem bonorum condẽnati. Mouentur: quia de iure canonico etiam ea, quæ sunt mixti imperij sunt delegabilia.Ita not.glo. in.c.qđ sedes. extra de off.ordina. & Innocen.in c.uenerabili. extra de off.delega. & communiter Canon. in.c.in Archiepiscopatu.extra de rapto.& Barto.in l.nequequam. §.ubi decretum. ff. de off. proconsul. & lega. & sic cessat ratio, qua mouentur Legistæ ad dicendum, quòd delegatus ab inferiore à Principe non potest mittere in possessionem: quia talis missio est mixti imperij.l.iubere cauere.ff.de iurisd.om.iudi. Sed uos tenebitis totum contrarium. Ad motiuum domini Abbatis respondeatis,quòd licèt de iure canonico, etiam ea, quæ sunt mixti imperij,sint delegabilia;non tamen sequitur,quòd commissa causa pecuniaria, intelligantur commissa ea, quæ sunt maioris,& diuersæ speciei iurisdictionis,sicut mittere in possessionem,per not.per Bart.in.l.1.ff.de iurisdic.om.iudi. Secundò mouetur Panor.per.c.cum uenissem. extra de eo qui mit.in possess. causa rei seruan.
8 ubi probat tex. † quòd delegatus ab inferiore à Papa potest mittere in possessionem. Sed uos respondebitis ad illum tex.duobus modis.Primò,quòd loquitur in missione in possessionẽ ex primo decreto,quæ est modici præiudicij: nos uerò loquimur de missione in possessionem ex secundo decreto in executionem iudicati. Vel aliter. In casu illius decretalis, ille delegatus bene pronunciauit partem esse mittẽdam in possessionem,sed tamen non aperit illa litera, ꝙ ipse delegatus actualiter miserit in possessionem. Plus autem dixere quidam Mo-
9 derni, † quòd etiam de iure ciuili delegatus ab ordina-

rio habet potestatem mittendi in possessionem per §.si
uerò.in Auth.de exhiben.& introdu.reis. sed responde
bitis ad illum tex, ut respondent omnes Legistæ in d.l.
iubere cauere.ubi uideatis. ¶Nota ulteriùs ex isto tex.
ibi,Dei præsentia,iunctis illis uerbis, ibi terribiles. hic
10 bene probari secundùm Ang.† quòd sicut, quando pro
ducuntur testes per unam partem,debet alia pars citari
ad uidendum iurare ipsos testes.l.si quando. inf.de te-
sti.ita quando producuntur instrumenta, uel scripturæ,
debet pars citari ad uidendum fieri talem productio-
nem.tex.est hic notab.Ad idem allego uobis Bal.in l.iu
dices,in 4.notab.inf.de fide instru.& per eundem Bald.
in d.l,si quando.ad finem commen. & not.per Bart,in l,
qui ante calendas.ff.de uerb.oblig. Limitabitis hanc cō
clusionem procedere, nisi iudex statuisset certum termi
num parti ad producendum instrumenta, & scripturas,
& illa pars, cui terminus fuit assignatus,ultima die ip-
sius termini producat instrumenta. Nam tunc non erit
necesse citari aduersarium ad uidendum fieri talem pro
ductionem:quia ad illam ultimam diem intelligitur esse
citatus usque a principio. Istud est aureum dictum Bar.
in l,item illa.in prin.commen.ff.de constitu.pecu. Item
limitabitis, nisi usque ab initio iudex fecerit assignatio-
nem per hæc uerba,scilicet,quòd partes compareant sin
gulis diebus,& horis ipsius termini assignati. Nam tūc,
quandocunque una pars infra illum terminum produ-
cat instrumenta,uel testes, non erit necesse citare aduer
sarium.& hac practica utuntur cauti commissarii procu
ratores,& iudices.Ita dicit eleganter Bald.in d.l.si quan
do.Ego addo Bald. de istamet practica loquentem in l.
1.circa 3.col.ff.si quis caut.& eundem Bal.in l.si ita reli-
ctum,in §.Pegasus.ff.de leg.2. ¶Vltimò notetis ex isto
11 text. quòd uerus contumax non auditur appellans*, &
a hoc est expeditum, quando fuit contumax tam in pro-
cessu,quàm etiam in sententia audienda, seu in calculo
ferendæ sententiæ.Sed ponamus, quòd ipse fuerit con-
tumax solùm,quando fuit citatus ad audiendum senten
tiam.Rapha.Fulg.hic tenet,quòd hoc casu audietur ap-
pellans. Idem tenet Rapha. Cuman. in l. ex consensu.§.
fi. ff. de appel. Sed communis opinio Doctorum est ad
oppositum,à qua in iudicando non recedatis. Nam &
ipse Rapha.Fulgo.hic fatetur,quòd opinio sua non ser-
12 uaretur in practica.† Quod dixi uerum contumacem nō
posse appellare, limitabitis, nisi ueniat post sententiam
iudice adhuc sedente pro tribunali. Nam tunc audire-
tur appellans. l.Diuus.ff.de in integ. restit. Addit Io.de
Imo.in d.l.ex consensu.§.fi. quòd idem esset, si ueniret
incontinenti, postquam iudex descendit de Banco, seu
Tribunali:quia ea,quæ in continenti fiunt, uidentur in-
13 esse.l.lecta.ff.si cert.peta. ¶ Sed dubitatur,† utrùm,licèt
uerus contumax non audiatur appellando, saltem au-
diatur per uiam supplicationis supplicando Superiori,
quòd causa ex sententia contra eum lata reuideatur.Ista
quæstio sæpe contingit in practica in parlamento Del-
phinali, & in parlamento Tholosano: quia ueri contu-
maces supplicant Regiæ maiestati,quòd causa reuidea-
tur.Ioan. de Imol. in d. l. ex consensu.§. fina. referens
hanc quæstionem fuisse de facto in curia Regis Ara-
gonum determinat, quòd uerus contumax non audie-
tur,etiam supplicando:ad quod allego uobis glo. singu
larem ita dicentem in l. fin. s̄. ut lite pend.Prędicta in-
telligatis procedere in propria contumacia domini:
14 † cæterùm si procurator fuisset in uera contumacia, do-
minus non propterea excluderetur ab appellando.Et qn̄
dicatur uera contumacia procuratoris, uel domini, ui-
dete per Bar.optimè declarantem in l.1.§.si procurator.
ff.si quis iusdic.non obtemp. Ad hoc uidete tex.cum ibi
notatis.in l.1.§.fi.ff.quando appell. fit.& ideo dicit ele-
15 ganter Bar.in extrau.ad repri.in uerbo,citatum ad fi. † ꝙ
licèt fuerint citati administratores cōmunitatis,licèt ipsi
non compareant,& fuerint contumaces: tamen commu
nitas, seu uniuersitas non dicetur esse in uera contuma-
cia,nec excludetur ab appellando,quod dictum nunquā
exeat memoria uestra. Allegat glo.ordi.in l. non potest
dolo carere.ff.de regu.iur.¶Nunc pro declaratione quę
16 ro,† quis dicatur uerus contumax.Concludite,quòd di-
citur ille,qui fuit personaliter citatus, uel ad domum,dū
modo hoc ultimo casu citatio legitima peruenerit ad
sui notitiam,tex.notabilis in d.l.ex consensu.§.fi. Dicūt
tamen hic eleganter Cy.& Guil.de Cu. quòd hoc casu,
quando citatio fuit facta ad domum, non sufficeret cita
tionem fuisse intimatam ipsi citato per uxorem suam,uel
per uicinum:quia poterit dicere citatus,quòd non tene-
batur credere uxori,uel uicino,per l.1. ff. quòd fal. tut,
aucto. Non dicetur ergo ipse citatus uerus contumax,
17 per rationem prædictam, & † quia quantùm ad pœnam
non tantùm afficit scientia uelata, quantùm aperta. tex.
est notabilis in l.sine metu.inf.ad leg.Iuli.de adulte.Nō
obstat.l,item ueniunt.§.petitam.& §.à quo.ff.de petitio,
hæredi.quia ibi agebatur de lucro non acquirendo.Nos
autē loquimur,quando agitur de damno uitando.Quan
do ergo citatio est facta ad domum ad hoc, ut ipse ci-
tatus dicatur uerus contumax, est necesse, quòd citatio
peruenerit ad eius notitiam, uel per edictum, uel famā
publicam,uel aliam legitimam intimationem.Et prædi-
cta etiam sunt de mente Bar.in l.fi.ff.de in integ.restitu.
Et de mente Bald. in l. ea quæ. infr. quomodo, & quan
do iudex.licèt Ioan.de Imo. uideatur uelle contrarium
in d. l,ex consensu.§. fina. Item ad hoc, ut dicatur ue-
rus contumax, requiritur, quòd peremptorium, seu ci-
tatio peremptoria peruenerit ad notitiam citati. Non
autem sufficeret, quòd una tantùm ex tribus citationi
bus peruenisset ad sui notitiam,ut probat tex. in d. l.ex
consensu.§.fi.in uerbo,peremptorium. Item requiritur,
quòd citatus potuerit comparere,& tamē nō comparue
rit. sed si aliqua iusta de causa non comparuisset, non di
ceretur uerus contumax.Et quæ sint iustæ causæ,decla-
rat Bar.in d.l.fi.ff.de in integ.restit.& Bal.in d.l.ea quæ.
Item dicitur uerus contumax ille, qui in iudicio dicit,
18 Ego nolo † amplius comparere, secus si hoc dixisset ex-
tra iudicium.Ista est glo. melior de corpore iuris cano-
ni.in c.uenerabilibus.in §.secus.extra de senten.excom.
in sexto.Sed Bar.in d.l.ex consensu.§.fin.distinguit hoc
modo.Aut facta citatione peremptoria, citatus dicit,
Ego nolo amplius comparere;& tunc erit uerus contu-
max, nec ulterius erit citandus, siue hoc dixerit in iudi-
cio,siue extra iudicium. Si uerò non est citatio perem-
ptoria,debemus distinguere,ut distinguit glo.in d.§.se-
19 cus.¶Addite,† ꝙ etiam ille dicitur uerus contumax,qui
procurauit, ne citatio ueniat ad eum. Ad hoc allegatur
glo.in l. contumacia. ff. de re iudi. & ita expresſè tenet
Bar.in l.1.§.Aristo.ff.quod ui aut clam.& dominus Pa-
nor.in c.quoniam frequenter.§.1.extra ut lite non con-
te.habetur in clem.causam.extra de elect.Sed adhuc du
20 bitatur,† utrū citatus à lege,ut in casu.c. primi in fi. ext.
de elect.lib.6. dicatur uerus contumax, si non compa-
reat.Gl. in clem.prima,ext.de dol.& contum.& Pau.de
Leazaris ibi uidentur uelle, quòd sic. Mouentur: quia
quilibet præsumitur scire iura.l.leges.sup.de legi.& cō
sequenter præsumitur habuisse notitiam citationis à le-
ge factæ. Sed uos determinabitis totum contrarium, &
dicetis istū non esse uerum contumacem, nec exclude-
tur ab appellando.Et ad confirmationem huius opinio
nis,quæ est humanior,allego uobis Spec.in tit. de cita-
tione.§.fin.ad finem. & Bal. ibi in additionibus,& eun-
dem Bal.hic,& eundem Bal.in l.fi.ff.de in integ.restitu.
& Ang.in l.& post edictum.§.fi.ff.de iudi. Ad motiuum
supra in contrarium factum respondebitis, quòd licèt
quilibet

quilibet præsumatur scire iura, & præsumatur habuisse notitiam citationis; non tamen sequitur, quòd debeat di
21 ci uerus contumax, quod probo uobis. † Nam citatus ad domum præsumitur habuisse notitiã citationis. tex. est notabilis in l. scire oportet. in §. qui aũt. in uer. cognouit. ff. de excusa. tuto. & tamẽ non dicitur uerus contumax, nisi uerè appareat, quòd citatio peruenerit ad eius notitiam, ut declaraui in præcedentibus. Addite,
22 † quòd ille, qui est citatus ad sonum tubæ, uel campanæ, non dicitur uerus contumax: quia non tantum afficit talis citatio generalis, quantum specialis. Ita dicit eleganter solemnis Doc. dominus Pe. de Anch. in cle. grauis. iũcta gl. pen. extra de sent. excõ. ¶In gl. super uer. absẽtem. in fi. uult ista gl. ꝙ ẽt post litem contestatam habeat locũ missio in possessionẽ ex primo decreto, & hãc opinionẽ sequit̃ Cy. in l. cũ ꝓponas. ĩ. de bonis auctor. iudi. possid. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infec. & ita sequuntur Doc. communiter ꝑ d. l. consentaneum. licèt Ang. in d. §. Iulianus, tenuerit cõtrarium, & malè, motus tali fundamento. Nam ubi est succursum actori, quòd ferat sententia definitiua contra reum, ibi non debet habere locum missio in possessionẽ ex primo decreto. Sed ad istud motiuũ respõdebitis, ut per Imol. ĩ d. §. Iulianus. ¶In glo. magna. in uerbo, audiatur, ibi, omnium bonorũ
23 fit missio. Vult ista gl. † quòd lata sententia definitiua super actione personali, pro eius executione olim fiebat missio in possessionem omnium bonorum condemnati. Sed Bar. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. de re iudi. dicit hoc non esse uerum. Idem tenet Bal. in Authenti. hi qui. inf. de bon. auctor. iud. possiden. & in l. etiam. inf. de execu. rei iud. ubi allegat ad hoc gl. in l. præsenti. in uerbo, admodum. supra de his qui ad eccle. confu. & hanc opinionem ẽt tenet Ang. in §. si uerò. in Auth. de exhib. reis. Dicũt autẽ præfati Doct. quòd licèt, qñ fit missio in possessionẽ ex primo decreto in actione personali, olim fieret in omnibus bonis debitoris, ut tædio affectus ueniret responsurus. l. 1. ff. quib. ex cau. in posses. eatur, tamen, quando fiebat missio in executionem iudicati in actione personali, olim non fiebat in omnibus bonis. Et istam sententiam teneatis, licèt Salice. hic nitatur defensare gl. istam dicens, quòd olim capiebantur omnia bona mobilia in executionem iudicati in actione personali. Quæ opinio mihi non placet: quia cõfunditur per tex. in l. à Diuo. Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic. ubi text. dicit, quòd bona mobilia capta uenduntur, ut satisfiat iudicato. ergo uult illa litera, quòd non capiantur, nisi ea, quæ sufficiũt pro satisfaciendo creditori. ¶In eadem glo. ibi, perpetuò auditur. Concludite circa istam parti-
24 culam glo. † quòd licèt, quando est facta missio in possessionem ex primo decreto in actione personali reus quãdocunque ueniens infra 30. annos possit recuperare bona dando fideiussores, & soluendo expensas, ut uult glo. in Auth. ei qui. in uerbo, fideiussorem. inf. de bonis auct. iud. possi. tamen quando missio in possessionem est facta in executionem sententiæ definitiuæ in actione personali, si uictor uelit retinere bona, reus condemnatus non poterit amplius ea recuperare, etiam si uelit dare fideiussores, & soluere expensas. sed habebit necesse soluere condemnationem, seu quantitatem contentam in condemnatione, aliàs non recuperabit bona. Iste est tex. aureus in l. si pecuniæ. §. fi. ff. ut in pos. leg. quem tex. Bar. in l. consentaneum. in penul. col. inf. quomo. & quando iud. dicit esse singul. Ang. tamen in l. si finita. §. item uideamus. ff. de dam. infec. hoc limitat, nisi debitor uellet soluere id, ad quod soluendũ tenebatur de iure speciali: quia tunc non posset recuperare possessionem. alleg. tex. singularem. in l. de die. §. planè. ff. qui satisd. cog. ¶In eadem glo. ibi, uendita, uel adiudicata. Ex hac glo.
25 habetis colligere, † quòd quando missio est facta ex secundo decreto, reus postea non auditur super illis bonis, in quibus est facta missio. Ad quod uidete bonum, & optimum tex. & Ang. & Imo. ibi in l. si finita. in §. postea. ff. de dam. infe. Bar. tamen in d. l. si finita. §. Iulianus. in ult. col. dicit, quòd hoc casu reus audietur usque ad biennium uolens recuperare bona, per l. fi. inf. de iu. domi. Impe. & ista fuit originalis opin. Iaco. de Are. quem sequitur Bald. in l. 2. ff. si ex noxa. cau. aga. Sed uos sequamini opi. huius glo. quam etiam sequitur Imol. in l. debitoribus. ff. de re iud. Ad d. l. fi. inf. de iu. domin. Impe. respondebitis, quòd loquitur, quando pignus conuẽtionale fuit uenditum, uel adiudicatum creditori. Nam tunc debitor bene auditur postea usque ad biennium, sed illa. l. non habet locum in pignore prætorio, uel iudiciali, de quo nos loquimur. Ang. in d. l. fi. dat alium mi-
26 rabilem intellectũ dicens, † ꝙ ponit casũ specialẽ odio hebreorum, & aliorũ fœneratorum, qui manducant corpus, & animam debitorum secundùm eum, unde licèt denunciauerint debitoribus, quòd luant pignora cum comminatione, quòd aliàs uendent ea, licèt debitores non redimant, tamen usque ad biennium audientur debitores uolentes recuperare pignora. Sed an iste intellectus procedat, uidete per Modernos in d. l. debitoribus. ¶In fi. gl. bene dicit, & de materia, quã tangit cauda huius gl. uidete, ut per Ang. & Inn. dicitur in l. à quo fundus. ff. de dam. infe. ¶In gl. in uer. contradictionẽ. in fi. Doc. magis cõmuniter damnant istam gl. ut per Bart. & alios in l. furiosos. ff. de re iudi.

ADDITIO.

a ¶Non auditur appellans. Sed postea ueniens ad quos actus admittatur. Vide per Pet. de Anch. in c. præterea. nu. 17. ext. de dilatio.

In. §. Siue autem alter.

SVMMAE.

1 Victus debet condemnari uictori in expensis, & nu. 21.
2 Cõtumax si obtinet sententiam in principali, an debeat obtinere in expensis.
3 Iusta causa litigandi excusat à condemnatione expensarum. Fallit ut ibi. & nu. 5.
4 Statutum debet taliter interpretari, quòd aliquid operetur ultra ius commune.
6 Iustam causam litigandi quòd quis habuerit, quomodo cognoscetur. & nu. 7. 9. 10. 11. & 12.
Doctori est data licentia interpretandi iura.
8 Scholares debent audire doctores ualentiores, & peritos, & non indoctos.
13 Succumbens in causa præsumitur non habuisse iustam causam litigandi.
14 Iudicis arbitrio relinquitur, an quis habuerit iustã causam litigandi, an non.
15 Iuramentum de calumnia an excuset à condemnatione expensarum.
16 Temeritas, & calumnia differunt.
17 Præsumptio tollitur per sententiam latam contra iuramentum.
18 Reus an dicatur habuisse iustam causam litigãdi propter plus petitionem.
19 Actor, qui in parte habuit iustam causam litigandi, & in parte non, an condemnetur in expensis.
20 Expensæ an sint adiudicandæ, vbi una pars obtinet in uno articulo.
Et quid si obtinet in causa principali, & in causa appellationis succumbat. nu. 22.
23 Temeritas præsumitur in dubio in appellante.
24 Expensæ an sint adiudicandæ in interlocutoria.

25 *Iudex an poterit repetere ab ipso uicto id, quod exbursauit.*
26 *Expensæ quomodo debentur, quando iudex dicit, uictum uictori in expensis condemnando.*
27 *Iudex non petitas an adiudicabit expensas. & nu. 28. & 29.*

1 .§.Siue autem alter. ¶ † Victus uictori debet in expēsis cō-
demnari taxandis sacramento ipsius uictoris, aliàs ipse
iudex tenet resarcire de suo proprio.h.d.usque ad.§. sin
autem.¶No.summarium. Et ultimam partem summarii
limitabitis, dummodo pars petierit aduersarium in ex-
pensis condemnari, aliàs autem quantuncunque iudex
non condemnet in expensis, tamen non tenebitur resar
cire de suo proprio. Ad hoc allego uobis pulchram gl.
& Panor.ibi in c.fi.in glo.fi. dum illa glo.dicit,dummo
do fuerit petitum. ext.de rescript, & ita uolunt Dyn. &
Bart.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. ¶In
glo.super uer.uictori.ibi,contumacia. Vos melius dici-
2 te,quòd †si contumax obtinet sententiam pro se in prin
ci pali,debet etiam obtinere in expensis.Est bene uerũ,
quòd fiet deductio,secundùm quod declaraui uobis su
pra hac ea.l.in §.& si quædam. si uerò contumax condē
netur in principali, condemnabitur etiam in expensis,
per regulam huius.§.¶In ea.glo.in fi.Ex ista cauda glo.
3 habetis colligere,† quòd iusta causa litigandi excusat à
condemnatione expensarum. Ista regula fallit primò,si
expensæ fuissent promissæ:quia tunc iusta causa litigan-
di non excusaret à talibus expensis. Ista est glo. quæ re-
putatur singul.in §.oportet. in Auth.de iudic. & ita uo-
lunt Bar.& Ang.in l.non solùm.ff.de rei uendi.& Bal.in
l.eos.§.cautione.inf.de appel. & Ant.de But.in c.finem
litibus.ext.de dol.& cont.Et ideo est ualde utile in pra
ctica facere scribi in instrumento obligationis,sicuti de
bitor promisit soluere expensas litis,& cætera. Nam in
casu isto iusta causa litigandi non excusabit ab expen-
sis. ¶Secundò fallit,quando expensæ deberentur iure
actionis.Nam tunc iusta causa litigandi non excusabit à
condemnatione expensarum. Ad hoc solet allegari gl.
not.in l.3.§.si rem.ff.de leg.3.& ita uult Bar. in quodam
suo consilio incip. Andreolus. Si tamen rectè considera
bitis,glo.in d.§.si rem.hoc non dicit: nam, ut ibi decla-
rat Bart.hoc ideo ibi hæres non absoluitur ab expensis:
quia propter delictum factum in testamento non pote-
rat prætendere iustam causam ignorantiæ.In practica ta
men seruaretur opi.Bart. ¶Tertiò fallit,qñ statutum di-
sponeret uictum uictori debere in expensis condemnari.
Nam tunc iusta causa litigandi non excusaret à condē-
natione expensarum. Ita dicit expressè Angel. in dicta
l.non solùm. ff.de rei uendi. & idem Angel. in Authen.
de exhi.& introd.reis.in prin.Sed reperio,quòd Bal.in l.
terminato. in fine commenti.inf.de fru.& li. expen. & in
d. §. cautione. determinat contrarium allegans gloss.in
§.tripli.Insti.de act.& communiter Canon.in d. c. finem
litibus.cōcordant cum opi.Bal.pro qua adduco optimũ
4 fundamentum. Nam illud,quod dicitur, † quòd statutũ
debet taliter interpretari, ꝙ aliquid operetur ultra ius
cōmune,debet limitari, nisi ita interpretādo quis iniustè
damnũ pateretur.Ita no. Doc.post gl.in l.fi.§. in cōputa-
tione.ĩ.de iur.deli. sed si interpretaremur statutũ prædi
ctũ,ꝙ operetur ultra ius commune in hoc, scilicet,quòd
habens iustam causam litigandi debeat in expensis con-
demnari,certè ille,qui haberet iustam causam litigandi,
indebitè, & iniustè damnum pateretur. ideo sequamini
5 opi.Bal.¶Quartò fallit, † quando expensæ deberētur ra
tione contumaciæ.Nam tunc propter iustam causam liti
gandi non excusaretur quis à condemnatione expensa-
rum.Ita dicit hic Saly.quia tales expensę deberentur iu
re actionis.l.1.§.pen.ff.si quis iusdicen.nō obtem. Et ita
uult Specu.in titu.de exp.in §.si autem. uer. hoc autem
6 certum est.¶ † Sed in declaratione præmissorum est ui-
dendum,quomodo cognoscemus, an quis habuerit iu-
stam causam litigandi. Solemnis Doctor dominus Petr.
de Anch.in cle.ne Romani.ext.de elec.dicit,quòd ille,
qui habet opi.Doct.pro se, dicitur habere iustam causā
litigandi: quia Doctori est data facultas interpretandi
a iura .l.1.inf.de profes.qui in urbe constan.li.10.Intelli-
gatis tamen hoc procedere,quando habet opi. plurium
Doct.quando haberi possunt.Ad hoc allego uobis Bal.
in l.iuris.in 5.q.ĩ.qui admit. ad bo.pos. pos. Addo uo-
bis,quòd dominus Panor.in c.1.extra de postu.pręla.di
7 cit,† quòd ille,qui habet opinionem sui Doct.pro se,di
citur habere iustam causam litigandi: quia non imputa-
tur discipulo, si sequatur opinionem sui magistri, imò
tenetur eam defendere, quātum potest(salua semper ue
ritate)l.dicere.§.si arbiter.ff.de arbi. Notanter dicit,sal-
ua ueritate: nam cũ semel Aristoteles reprehēderet opi
nionē Platonis sui magistri,dixit,amicus Plato, sed ma-
gis amica ueritas.Istud dictum Panor. ego limitarē,si il-
le Doctor esset homo ualēs,& peritissimus in iure: alio-
quin secus,per notata per glo.in c.cum beatissimus.24.
8 q.1.quæ dicit,† ꝙ scholares debēt audire Doct.ualentio
b res,& peritos,non autem indoctos b.Item limitarem,ni
si ille Doctor esset solitus sequi opiniones insolitas.
Nam in Doctore,qui consueuit sequi opiniones nouas,
& insolitas,p̃sumitur ignorantia.Ita dicit Bal.in l.fi.inf.
de pę.iud.qui mal.iudi. Item si opiniones Doctorũ sunt
pro una parte,illa pars dicetur habere iustam causam li
tigandi.Ita tenet Io. An. in c.ut debitus honor.extra de
app.& in c.1.extra de postul.præla. nisi communis opi-
nio Doctorum esset in contrarium. Ita dicit Ant.de Bu.
in c.finem litibus.extra de dol. & contu.Nam à commu
ni opinione non est recedendum.Ita no. Bar.in l.fin.inf.
de pę.iud.qui mal.iu.& Cano.in c.1.& in c.ne innitaris.
9 extra de constit. † Item dicitur habere iustam causam li
tigandi ille,qui pro se habet semiplenam probationē.
Ita uolunt Pe.de Anch.Io.An.& Anto. de Bu.in d.c.fin.
Addite Bal.in l.qui non probasse.inf.ad Turp. Dicit ta-
10 men Bal.in Auth.generaliter.sup.de episc. & cle. † ꝙ si
sunt duo litigantes, & uterque semiplenè probauit, &
una pars uincat propter iuramentum in supplementũ si
bi delatum,altera pars non debebit in expensis condem
c nari c. Item si aliquis probauerit intentionem suam per
testes, qui per partem aduersam fuerint reprobati, non
rōne dictorũ,sed rōne personarũ,puta, quia probati sũt
esse infames,uel excōicati, ille,qui probauit per tales te
stes,dicetur habuisse iustam causam litigandi.Ita no. di-
cit Bal.in l.1.s̃. de aduo.diuer.iu. Et idē Bal. in d. Auth.
gñaliter.alleg.Spe.in tit.de calũ.in fi.Limitabitis tamen
istud dictũ,nisi esset aliqua suspicio cōtra illũ,qui proba
uit per tales testes.Nam talis suspicio elidit præsumptio
nem resultantem ex dispositionibus ipsorum testium,se
11 cundùm Bal.in d. Auth.generaliter. † Item ex qualitate
personæ aliquando præsumimus,quòd habuerit iustam
causam litigandi,puta,quia erat persona religiosa,& ho
nesta,de qua non debemus præsumere, quòd non petiis
set,nisi putasset se fouere bonam causam. Ita dicũt Host.
& Io.An.in d.c.finem litibus. Item si aliqui testes se iacta
uerint,quòd de tali materia sciũt ueritatem in fauorem
mei, & ego sub consideratione talium uerborum posui
me ad litigandũ:sed dum esset tp̃s probandi,ipsi testes re
cesserunt, & se absentauerunt: certè dicor habuisse iustā
causam litigandi. Istud est aureum dictum Bal. in l. non
12 ignoret.inf.de fru.& lit.expen.† Addo uobis,quòd ille,
qui habuit consilium plurimorum Doctorũ ualentium
extra aduocatos,dicitur habuisse iustam causam litigan-
di.Ita no.determinat Ang.in l.terminato.aliàs est in l.nō
ignoret.in titu. proximè allegato. Vnum in ista materia
13 semper notetis, † quòd ille, qui succumbit in causa,prę
sumitur

sumitur, quòd non habuerit iustam causam litigandi. Ita uolunt hic Bald. & Salic. quod est notandum, dicit etiam Bald. in l. generaliter. in §. 1. inf. de re. credi. & in d. Authen. generaliter, quòd an quis habuerit iustam causam litigandi, uel non, relinquitur arbitrio iudicis: quod dictum no. Sit tamen cautus iudex, quando absoluit partem ab expensis, quòd exprimat causam quare, per ea quæ uidistis in §. illo proculdubio. inf. hac ead. l.
14 † Quid autem si quis pro parte temporis habuerit iustā causam litigandi, & pro parte non, quid fiet de expensis. Videte hic per Bar. & per eundem Bar. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & per eundem in l. si quis inficiatus. ff. deposi. & per eundem in l. si rem. §. fin. ff. de pig. actio.
15 ¶ Quæritur ulteriùs, † nunquid iuramentum de calumnia excuset à condemnatione expensarum. In hoc articulo reperio Bar. uariasse. Nam in quodam suo consilio, incip. Andreolus, tenet, quòd iuramentum de calumnia excusat ab expensis. Mouetur per l. 1. in princ. ff. si mul. uen. nom. Nam secundùm Bar. iuramentum de calumnia excusat à dolo, ut ibi; ergo, & à temeritate, quæ non differt à dolo. Sed ista opi. non est uera: quia licèt iuramentum de calumnia excuset à calumnia, & sic à dolo: tamē non excusat à temeritate, & sic à culpa, propter quam temeritatem solam ueniunt expensæ. l. eum quem temerè.
16 ff. de iudi. † & quòd temeritas, & calumnia differant inter se, est tex. not. in l. 1. §. quæro autem. ff. ad Turp. Idem Bart. hic dicit, quòd iuramentum de calumnia excusat ab expensis, nisi ex actis colligatur partem iniustè litigasse. Sed idem Bar. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. 2. & in l. eum quem temerè. superiùs alleg. tenet indistinctè, quòd iuramentum de calumnia non excuset à condemnatione expensarum: quia non excusat à temeritate, & hanc opi. tenuit Bal. in Auth. sed hodie. sup. de epi. & cle. & Ang. in §. oportet. in Auth. de iudi. & communiter Canonistæ. in d. c. finem litibus. ext. de dol. & cont. & ista est communis opi. & uera, à qua in iudicando nō est recedendum. pro qua opin. est optimus tex. in l. nam postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. ubi probatur, quòd
17 † per sententiam latam contra iuramentum tollitur præsumptio, quæ resultabat ex ipso iuramento. Quid autem si aliquis pro parte obtinet in causa, & pro parte succūbit. dicite, quòd alter condemnabitur alteri pro rata expensarum. Addit Sal. quòd fiet mutua dispensatio expēsarū propter mutuam uictoriam, & de hoc est bona glo. in l. generaliter, §. sinautem iudex. in uer. præiudicii. inf. de re. cred. De hoc tractatur etiam in Auth. generaliter. sup. de epi. & cle. Sed ponamus, quòd actor pro parte obtineat, & pro parte succumbat, puta, quia plus debito petiit, dicit hic Salyc. quòd propter plus debito petitū reus dicetur habuisse iustam causam litigandi super toto, per ea quæ habentur in c. præsentium. in uer. sigillatim. extra de testib. lib. sexto. Et ideo ipse reus non condemnabitur in aliquibus expensis, sed actor sic: quia non est imputandum reo, si non obtulit partē, cum sciret actorem non posse cogi ad recipiendum partem debiti. l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. & de hac materia se remittit ad no. per eum in l. unica. inf. de plus peti. & ibi ipse Saly. cōcludit, quòd aut reus petiit puniri actorem pœna plus debito petentis, puta, quia actor, qui plus petierat, erat in dolo: & tunc ipse actor originarius condemnabit̄ in expensis ratione plus petitionis. d. l. unica. Aut actor nō fuit in dolo: & tūc incidimus in illā dubitationē, † an reus propter plus petitionē dicatur habuisse
18 iustam causam litigandi super toto, uel non. de quo se remittit ad not. per eum in l. 2. §. quod obseruari. supra de iuram. calum. & in effectu nihil clarè firmat. Vos teneatis opi. quam tenet hic Sali. & supra recitaui. pro qua habetis optimum tex. in l. qui solidum. in prin. ff. de leg. 2. ubi Bar. & Imo. concludunt, quòd aut actor, qui plus debito petijt, non obtulit se paratum recipere partem debitam: & tunc reus non condemnabitur in expensis, sed actor: quia reus dicitur habuisse iustam causam litigandi super toto. Aut actor, qui plus debito petiit in sua petitione, obtulit se paratum recipere partem debitam, & tunc imputaretur reo, quare illam partem debitam non obtulit. l. in fideicōmissi. ff. de usu. Addit Imo. in d. l. qui solidum. quòd præmissa procedunt in reo.
19 † Quid autem in actore, qui pro parte habuit iustam causam litigandi, & pro parte non, dicit Imo. in loco allegato, quòd Bar. in suo consi. inci. Andreolus, dicit, quòd fiet mutua cōpensatio expēsarum. Quod uerum est secūdùm Imo. quando actor habuit pro dimidia iustam causam litigandi, & pro alia dimidia non: tunc enim bene fiet compensatio, secus si actor habuisset iustam causam litigandi pro tertia parte tantùm. Nam tunc pro alia parte condemnaretur in expensis. Quod limitetis, nisi in casu, in quo actor pro tertia habuisset iustam causam litigandi, & etiam reus pro illa tertia foueret iustā causam, puta, quia actor plus debito petijt. Nam tunc pro illa tertia non fieret compensatio expensarum, sed actor con-
20 demnabitur, quod not. † Quid autē si una pars obtineat super uno articulo condemnationem expensarum contra aduersarium; & deinde ille aduersarius obtineat in sententia definitiua, quid erit de expensis illius articuli. Dicite, ut per Barto. in l. si pignore. ff. de pig. act. & in l. damni. §. cum parietem. ff. de dam. infec. & per Bald. in l.
21 non ignoret. inf. de fruc. & lit. expen. † An autem regula huius. §. quæ dicit uictum uictori debere condemnari in expensis, habeat locum ēt in causa appellationis. Concludite ꝙ sic, si succumbat ex primis actis. Ita tenet Bart.
22 hic, & in l. tutores. §. curatoris. ff. de admi. tut. Quid † aūt si quis obtineat in causa principali, & in causa appellationis succumbat, quid erit de expensis? Dicite, ut plenè per Canon. in c. finem litibus. extra de dol. & contu. & per Saly. in l. generaliter. in §. 1. inf. de reb. cred. Vnum no. quod uult no. Bal. in l. eos. §. cautione. ꝯ. de app. ubi
23 dicit, † quòd in appellante in dubio præsumitur temeritas propter præsumptionem sententiæ, quæ erat lata cōtra eum: quia præsumitur pro sententia. l. Herennius. §.
24 Caia. ff. de euict. † Dubitatur etiam, an regula istius. §. habeat locum, nedū in definitiua sententia, sed etiam in interlocutoria, ut uictus debeat condemnari uictori in expensis. Concludite quòd sic, & ita tenet expressè Bart. in d. l. non ignoret. inf. de fruc. & lit. expen. & ita etiam uult Spe. in tit. de expen. §. 1. uer. nunquid deficiens. Quod limitabitis, nisi esset interlocutoria lata super aliquo puncto iuris. Nam tunc non deberet fieri condemnatio expēsarum contra uictum: quia iudex statim potuit talem articulum terminare. Ita no. dicit Cy. de Pisto. in l. Polla. infra de his qui, ut indi. & Bal. in d. l. non ignoret. Cy. all. l. post legatū. in §. 1. ff. de his quib. ut indi. optimè facit. c. sępe. extra. de app. dicit etiam hic notab. Ang. ꝙ respectu expensarum, in quibus quis condemnatur per interlocutoriam, aliqua non habetur consideratio, an habuerit iustam causam litigandi, uel non. all. Inno. in d. c. finem litibus. Insuper quia in præsentibus dixi, quòd si iudex nō facit condemnationem expensarum cōtra uictum, quòd
25 tenetur resarcire de suo proprio, dubitatur, † utrùm ipse iudex id, quod exborsauit, poterit repetere ab ipso uicto. Et in hoc Ray. de Forl. determinat, quòd sic. Idē uult Spe. in ti. de expen. §. postremò. Addite, quòd Ioan. de Imo. in l. si tertius. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. tenet, quòd iudex non poterit recuperare expensas à uicto: quia culpa sui soluit, & in pœnam sui delicti, & idem tenet Bald. in l. mancipia. ꝯ. de ser. fug. & idē Bal. in c. 1. §. iniuria. in ti. de pa. iura. fir. in usi. feud. & ista sententia apparet mihi de iure uerior. Non ob. l. missi opinatores. inf. de exa. trib. li. 10. ubi ille, qui est negligēs in exigendo tributa,

&

& collectas tenet soluere de suo, & tñ solutũ recuperat ab illis,q tenebantur soluere:qa rñdetur, ꝙ ibi ipse exactor solués pro alio liberat illũ,q tenebatur ad tributa & ideo recuperat ab eo: sed in casu nostro secus est : qa eo ipso, quòd iudex omisit condemnare uictum in expẽsis, ipse uictus ipso iure à lege est liberatus.¶ Quęro ulte
26 rius.† Actor pro parte obtinuit, & pro parte succubuit. Iudex autem circa expensas dixit hoc modo. Victum uictori in expensis condemnantes, nunquid talis sententia ualebit. Bar. singulariter in l. si legatario. §. fi. ff. de fideic. libert. determinat, quòd talis sententia non ualebit propter incertitudinem. Ego allego uobis Bal. ad oppositum in l. terminato. inf. de fru. & li. expen. & Ioan. de Imo. in l. iudex postquam. ff. de re iudi. & ita sæpe consului. ¶ Vltimò quæro de quæstione quotidiana, scili-
27 cet † nunquid iudex possit condemnare in expensis [d],
d quando non fuerunt petitæ per partem. Vt meliùs intelligatis, diuido istum articulum in duo membra. Primum membrum est de expensis, quæ sunt factæ ante litem cõtestatam, & in hoc gl. ordi. in c. finem litibus. ext. de do. & contu. dicit, quòd iudex non potest facere cõdemnationem in expensis, quæ factæ sunt ante litem contestatam, nisi fuerint petitæ in actis. Et hanc opi. secuti sunt Dy. & Bar. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infe. Sed Cyn. & Bal. in l. sancimus. inf. eo. determinant contrarium dicentes, quòd iudex poterit hoc facere, licèt non teneatur. Mouentur per l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædi. edic. ubi tex. dicit, non ualde. quasi uelit illa litera, quòd etiã ea, quæ occurrunt ante litem contestatam, bene pertinent ad officium iudicis, licèt non tm̃ quãtùm ea, quę occurrunt post litem contestatam. Et hanc eandem opi. tenuerunt Inno. & Io. And. in c. auditis. extra de procu. & Io. And. in addi. ad Spec. §. sinautem. uersi. 1. dicunt enim isti Doctores, quòd iudex non peccat, si condemnet in expensis factis ante litem contestatam, licèt nõ teneatur, quando non fuerunt petitę. Hoc idẽ tenuit Io. de Imo. in l. fi. ff. de re iudi. Et mouet per istũ tex. qui indistinctè loquit. Ad §. idẽ sciẽdũ, ipse rñdet, ꝙ loquit in accessoriis, q̃ possunt deberi iure actionis, ut sunt fructus, & partus. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei uendi. Nos uerò loquimur de expẽsis, quæ ueniunt officio iudicis mercenario. l. terminato. superiùs all. Sal. pro opi. Cy. & aliorũ allegat tex. in Auth. de executo. in prin. Vos autẽ audacter sequamini opi. glo. in d. c. finem litibus. & opi. Dy. & Bar. in d. §. hoc autem iudicium. Ad istum text. respondeatis, quòd debet intelligi, quando fuerunt petitæ, quod ꝓbo uobis. Nam iste text. dicit, quòd si iudex non condemnet uictum in expensis, tenetur resarcire de suo proprio. Sed Doct. communiter tenẽt, quòd iudex non tenetur soluere de suo proprio, nisi demum, quando expensæ fuerunt petitæ per partem, per ea quæ uult glo. fi. in c. fi. extra de rescrip. ut dixi in princ. huius. §. Ad text. in Auth. de executo. in prin. respondete, quòd ibi non dicitur, quòd iudex procedat ad condemnationem expensarum factarum ante litem contestatam, quando non fuerunt petitę. Nec placet intellectus Imo. ad d. §. item sciendum, quia confunditur per illum text. dum dicit, omniũ rerum, & sic habet locum etiam in aliis accessoriis, quàm in fructibus, & partu. Elicio ergo uobis pulchram con-
28 clusionem, quæ talis est. † Quando expensæ fuerunt factæ ante litem contestatam, & non fuerunt petitæ per partem, iudex nedum non tenetur, imò nec potest condemnare in talibus expensis. Habetis primum membrũ expeditum. Circa secundum membrum aduertite: quia Bart. de Sali. hic dicit, quòd quando expensæ sunt factæ post litem contestatã, licèt non sint petitæ per partem, tamen iudex tenetur ex officio condemnare uictum in expensis: quia hoc sibi liqueret ex actis: ergo debet supplere ex officio. l. 1. sup. ut quæ des. aduo. par. Et hanc sententiam sequuntur Ang. & Imo. in l. Paulus. Ia. 1. ff. de re iudi. & dicit ibi Imol. quòd ista opi. est uerior de iure. Vos teneatis audacter opi. Dy. & Bart. in d. §. hoc autem
29 iudicium, ubi dicunt, † quòd hoc casu iudex bene potest condẽnare in expensis factis post litem contestatam, etiã si non sint petitæ, sed tamen nõ tenetur hoc facere, & iste tex. debet intelligi secundùm regulam dicti. §. hoc autẽ iudicium. Non ob. l. 1. supra ut quæ des. aduoc. part. quia respondeo, quòd iudex bene potest supplere ex officio, sed tamen non tenetur, ex quo pars non petiit.

ADDITIONES.

a ¶ Interpretandi iura. Adde, quòd magis credendum est dicto Doctoris in consulendo, quàm si aliquid dicat in lectura. Vide per eundem Iacob. in l. si pater. ad fin. commen. inf. de instit. & substi.

b ¶ Non autem indoctos. Adde tu, quòd discipuli debent subuenire suis præceptoribus de alimentis in casu necessitatis. tex. est not. in l. 2. circa fi. ibi, & à suis auditoribus plurimũ fuit sustentatus. ff. de orig. iur. no. per Inn. in c. 2. ext. de magist.

c ¶ In expensis condemnari. Si uis uidere quis excusetur ab expensis. Vide per eundem Iacob. in l. iuris ignorantia. inf. qui admit. ad bon. pos. possunt.

d ¶ Condemnari in expensis. Et an possit sibi in sententia reseruare condemnationem expensarum. Vide per Pet. de Ancha. in repet. c. finem litibus. nu. 46. ext. de dolo & contuma.

In. §. Si autem utraque.

SVMMAE.

1 Iudex est puniendus, si fuit negligens in terminando causam infra triennium.
2 Remedium extraordinarium cessat, ubi adest ordinarium.
3 Instantia causæ appellationis quantùm duret.
4 Ius appellantis perimitur perempta instantia.
5 Tempora quando currant appellanti.
6 Protestatio à quo releuet.
7 Tempus semel suppletum non debet amplius suppleri.
8 Iudex inferior an possit delegare causam infra certum tempus terminandam.

.§. Si autem utraque.

¶ Iudex negligẽs terminare causã infra triennium punitur pœna hic scripta. Item mortuo, uel mutato iudice, si minus anno supererat ad terminandum causam, datur successori integer annus. h. d. ¶ Not.
1 ex isto tex. † quòd si iudex fuit negligens in terminando cãm infra trienniũ, est puniendus, sed an hoc casu pereat instantia. tex. hoc non aperit. sed glo. hic dicit, ꝙ imò perit, sed cõceditur restitutio. Et cum hac opi. pertranseunt hic Bar. & Bal. Idem uoluit Anto. de Bu. in c. pe. extra de iudi. alleg. Bar. ita tenere in l. arbitrio. in §. dolo. ff. de dolo. sed certè, si bene considerabitis, Bar. ibi non loquitur de instantia causæ principalis, sed de instantia causæ appellationis. imò ipse Bar. & Bal. post gl. in Auth. item si appellatione. inf. de temp. app. dicunt, quòd in casu huius. §. non erit concedenda restitutio in integrũ. & hanc opi. sequuntur hic Ia. But. Pe. Cy. Saly. & Raph. Fulg. Mouentur, quia si minoribus restitutio non conceditur, ut in l. fi. inf. hac ea. l. multò minus debet cõcedi maioribus, & ista opi. est uerior de iure, quam sing. limitat Ludo. Ro. in repe. l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. ubi dicit, quòd si tempus instantiæ transiuerit, interueniente iusto impedimẽto iudicis, puta, quia iudex propter multitudinem negotiorum non potuit terminare unam causam infra triennium, hoc casu restitutio in

integ.

integ.erit concedenda,& hoc est iustum,& æquum:quia deficit omne remedium contra iudicem in syndicatu ꝓpter suum iustum impedimentum, & ideo datur restitutio. Sed contra istam opi.ego arguo fortiter. Nos habe-
2 mus,† quòd ubi adest remedium ordinarium,cessat extraordinarium.l.in causæ.ff.de mino.sed quando instãtia est perempta,habemus remedium ordinarium: quia possumus iteratò,& de nouo agere,ut in ista l.in fin.ergo debet cessare remedium restitutionis,quod est extra ordinarium; ergo limitatio Lud. Rom.non uř bona. Ad hoc arg. possetis respondere, quòd hoc casu per remedium restitutionis pinguiùs prouidetur: quia si oportet de nouo agere, & nouam instantiam inchoare: subirentur nouæ expensę,nec possent recuperari expensæ factæ in prima instantia perempta propter iustum impedimen tum iudicis. Cęterùm si esset perempta interueniente in iusto impedimento iudicis:tunc iteratò,& de nouo ageretur, & nihilominus recuperabuntur expensæ ab eo,cu ius culpa instantia prima fuit perempta.& no.bene istud arg.cum solutione:quia cæteri Doc.non tangunt.¶Vidi
3 mus supra de instantia causæ principalis, uideamus† nũc quid de instãtia causæ appellationis. Glo.in §. hoc quoque,in Authen.ut spons. largi. tenet,quòd quanquam iu dex fuerit in negligentia,tamen tempus currit,sed restitutio in integrum concedetur. Idem tenuit Bar.in Auth. si appellationem.superiùs allegata. gl.uerò in c.anterio rum.2.q.6.& glo.in c.& ratione.extra de appel.& glo.in l.sed si per Prætorẽ.in prin.ff.ex qui.cau.ma. & in §.1. in Auth.de appel.& infra quæ tempora.tenent expressè, ꝙ hoc casu tempus ipsum non currit. & hanc opi.tenuit Ia. de Beluis.in d. Auth.Idem tenet Bart. in l.2.§.dies.ff.quã do appel.sit.Eandem opi.tenuerunt Ia.de Rauen.Ia.But. Pe.Cy.& Sal. in d.Auth. item si appellatione.Mouentur primò per tex.in §.hoc quoque.in Auth.ut sponsa.largi. ubi tex. dicit nullum præiudicium generari. sed si tempus curreret; & esset opus petere restitutionem in integrum,magnũ præiudicium generaretur appellanti: quia uexaretur sumptibus,& expensis in litigando circa restitutionem in integ.facit l.minoribus.ff.de mino. Item dubius est euentus litis.l.quod debetur.ff.de pecu.Itẽ ĩ instãtia causæ appellationis agitur de magno præiudicio:
4 †quia perẽpta instantia,perimitur totum ius appellantis, quia prima sñia remanet firma,& irreuocabilis.Non ob. tex.in §.1.in Auth.de ap. & his qui ingre.ad ap.ubi dř,ꝙ lapso primo anno facto iudicis,daľ appellãti secũdus an nus:quia respondetur,ꝙ debet intelligi,quòd ille secun dus annus datur à lege ipso iure absque aliqua restitu-
5 tione. †Vel aliter distinguite, quòd aut negligentia est in Principe,& tunc tempus nullo modo currit appellãti. Auth.sed cum lis. inf. de temp.app.& c.ex insinuatione. extra de appel.Aut negligentia est in iudice inferiore,& tũc lapso primo anno,appellans habet aliũ annũ à lege, & ita nullum præiudicium sibi generatur. d. §.hoc quoque.Vel aliter secundùm Anto.de But. in d. c. ex ratione.illud,quod dicitur in d. §.1. in Auth. de appellat. & de his qui ingred.ad appel. ubi dicitur, quòd lapso primo anno facto iudicis,succurriľ appellanti,debet intelligi, non quòd detur sibi secundus annus, sed durabit primus annus,& omnia tempora sublata appellanti reintegrantur sibi,& computabuntur in primo anno:ut autem appareat de negligentia iudicis,& non partis,est necesse,quòd appareat, quòd pars fuit protestata, seu quòd institit, quòd causa appellationis expediretur, & ideo hoc casu protestationes sunt utiles,& necessariæ,secundùm Bald.hic allegantem.l.quibus diebus. ff.de condi. & demon.Vos potestis allegare.l.fi.cum ibi no.per eundem Bald.inf.de adult.& eundem Bald.in Auth.item si appellatio.inf.de tempo.appel.& glo. ordi.in c. cupiẽtes.§.quod si per uiginti,in uer. propositam.ext.de elec.
6 lib.6.ubi glo.not.dicit, † ꝙ ille, qui impeditur exercere actum in termino sibi statuto, ut nihil possit sibi imputari,debet protestari,& per illam gl. dicit ibi Io.de Imol. se quadam uice obtinuisse in quæst. facti. Nam appellans non potuerat habere copiam iudicis, & permisit sibi labi tempus,& nunquam fuit protestatus,dicit Imol. se obtinuisse in illa causa, ꝙ appellatio fuerit pronunciata deserta: quia appellans debebat protestari, quòd per ipsum non stabat, quò minus causa expediretur,faciunt not.per Bal.& Imo.in l.Titia.§.usuras. ff. de leg.2. & in l.mora. per Bar. ff de usur.Ego addo uobis, quòd non sufficit, quòd appellans protestetur semel, & pluries,& instet causam appellationis expediri per iudicẽ, sed est necesse, quòd appareat ipsum realiter exhibuisse acta causæ in manibus iudicis; alioquin imputabitur ei,si causa non fuit decisa infra debitum tempus. Ita dicit sing.Bald.in quodam suo consi. incip. punctus quæstionis talis est. Quidam appellauit. & ideo in practica soleo consulere clientulis meis,quòd faciant sibi concedi literas testimoniales per iudicem, sicuti acta causæ fuerunt realiter exhibita. Et nuper reperi dom.Philippum de Franchis Doct.Perusinum eandem opin.tenere in d.c.ex ratione.¶In gl.super uerbo, repleatur. ibi,uel solue,ut ibi.Vera solutio est, ꝙ illa lex loquitur in iudice delegato, cui erat præfixum certum tempus ad definiendum cãm.Nos autem hic loquimur in iudice ordinario ¶In ea.gl.ibi,quod nõ placet. Et rectè ſm Doc.q̃a satis est,ꝙ ultimus iudex,qui successit circa finem triennii,habeat suũ annum integrũ,sicut est de mẽte huius.§. ¶In ea.gl.in fi. Ista gl. multùm obscurè loquitur. Vos declarando dicite,ꝙ gl.uoluit dicere, quòd in iudice, cuius iurisdictio est semestris,cum deuentum fuerit ad successorẽ illius, cui supererit de triennio minus anno, ille successor habet ex dispositione huius.l.annum, sed non potest causam intra illum annum expedire:quia citiùs mutabitur, cum officium suum sit semestre,& alius subrogabitur,& ille subrogatus debet etiã habere annũ ex hac. l. & ita computando posset instantia procedere in infinitum,& non peribit triennio,& propter hoc glo. hic dicit tempus non finiri.Sed Docto.nostri tenent cõtrarium ratione infinitatis euitandæ.l.si finita.in princi. ff.de dam.infe.Dicunt ergo Doct.quòd semel suppletur iste annus illi iudici, qui inuenit superesse minus anno de instantia.Et ille iudex unà cum omnibus suis succes-
7 soribus habebit annum,& nõ plus: † quia tempus semel suppletum amplius suppleri non debet. l. fideicommissa.§.si quis decem.ff.de leg.3.& l.1.§.si quis ita.ff. ut lega.no.ca.& ita computando,instantia nõ durabit perpetuò,sed determinabitur secundùm formã huius.l.Vltimò dubitatur.Vos scitis,quòd Princeps potest delegare causam cum hoc, quòd debeat terminari infra certũ
8 tempus.l.2.§.fi.& iudex.ff.eo.de iudi.† nunquid inferior iudex, puta iudex ordinarius alicuius loci possit delegare causam infra certũ tempus terminãdam.Pe. & Cy. determinãt ꝙ non,sed Alb.de Ro.hic dicit se sępe uidisse tales delegationes eo modo fieri, & nũquã uidit eas in dubiũ reuocari,& contra Pe.& Cy.uidetur casus in c. de causæ.ext.de offi.deleg.

In.§.Illo proculdubio.

SVMMAE.

1 *Aduocatus quomodo teneatur de causa perempta.*
2 *Expreßio causæ an requiratur in sententia.*
3 *Sententia lata ex causa falsa est nulla.*
4 *Iudex,quotiescunque recedit à iure communi, debet in sua sententia exprimere causam.*
Et idem quandò fert sententiam contra intentionem actoris,
vel

uel rei fundatam,& iustificatam.nu. 5. Et quando recedit à pœna à lege taxata.nu. 6. Et quotiescunque sententia fundatur super contumacia.nu. 7.

6 *Sententia an ualeat sine expressione causæ.*
8 *Arbiter an absoluatur ab obseruatione iudicij.*
9 *Iudicia,& arbitria procedunt à pari.*
10 *Statuto cauetur, quòd iudex teneatur terminare causam infra certum tempus sub pœna: si iudex infra illud tempus ferat sententiam ab obseruatione iudicij, an dicatur terminasse causam,ut satisfaciat statuto.*
11 *Iudex delegatus si absoluat ab obseruatione iudicij, an expiret eius iurisdictio.*

1 .§.Illo proculdubio. ¶†Si facto, uel negligentia aduocati pereat instantia,punitur aduocatus in duabus libris auri,& nihilominus reus absoluitur ab obseruatione iudicii,& officio iudicis cõstituetur salarium aduocatis, qui sine causa non possunt patrocinium semel susceptum deserere : litigator tamen potest mutare aduocatum. h. d. usque ad §.hæc autem omnia. ¶Nota hic uideri proba-
2 ri, † quòd in sententia requiritur expressio causæ,circa quod concludite, quòd quò ad ualiditatem sententiæ non requiritur expressio causæ:imò sentẽtia ualebit absque expressione causæ.c.sicut. extra de re iud. habetur per Iac.But.in l.2.§.ignominię.ff.de his q not.infa. Imò dicit Ioan.de Imo.in l.si is ad quem. ff.de acquir.hære. ꝙ fatuus est iudex, qui exprimit causam in sententia :
3 quia illa causa posset reperiri falsa,† & propter hoc sententia redderetur nulla: quia cõtineret errorem expressum;faciunt not.per Canonist.in c.cum Bertoldus.extra de re iud.Est tamen consilium, ꝙ quandoque exprimatur causa in sententia: quia exceptio rei iudicatæ super illa causa nõ noceret in alia causa.l.si mater. §. eandem. ff.de except.rei iud.Item quando iudex absoluit ab obseruatione iudicii , tunc utile est exprimere causam, ut iudex ostendat;quia per ipsum non perit instantia, & si uultis scire multos casus, in quibus causa debet exprimi in sententia,uidete per Specu. in tit.de sent.prola.§. qualiter.& per eundem in tit.de expen. §. postremò. & per Bald.in l.Præses.inf.de senten. & interlo.om.iud.&
4 inter cætera Spec.in d.§. qualiter.† ꝙ quotiescunque iudex recedit à iure communi , debet in sua sententia exprimere causam ; & ideo quando absoluit uictum ab expensis,debet exprimere causam,quare hoc facit. per nota.in §.oportet.in Auth.de iudici.Idem uoluit Io.And. in d.c.finem litibus. extra de dolo & contum. & in d.c. sicut. Et per prædicta uerificatur unum, quod uult hic Angel. dum dicit, quòd si quis petat sibi dari quartam productionem testium, quæ est concedenda cum solemnitate, Auth. qui semel. inf. de proba. si iudex eam deneget,debet inserere causam,quare:aliàs sua ordinatio redderetur iniqua,& rescinderetur per uiã appellationis.alleg.Inno.in c.significauerit.extra de testi.Verificatur etiam aliud pulchrum dictum, quod ponit ipse
5 Ang.in l.utique.ff.de rei uend. ubi dicit, † quòd quando iudex fert sententiam contra intentionem actoris, uel rei fundatam,& iustificatam, debet exprimere causam;alioquin sua sententia præsumetur iniqua.Verificatur etiam unum,quod uult hic Bar. de Saly.dum dicit,
6 † quòd quando iudex recedit à pœna à lege taxata, puta, quia uult augere, uel minuere pœnam à iure statutam,debet exprimere causam,quare hoc facit.Dominus Pano.in præalle.c.sicut.dicit.ꝙ etiam in casibus dictarũ fallentiarum bene ualeret sententia absque expressione causę:nam quantum ad ualiditatem,& essentiam sententiæ non requiritur expressio causæ, sed requiritur ad finem,ut aliquando importet aliquem effectum, quẽ aliàs non importaret,unde dicit, quòd in casu huius. §. bene ualuisset sententia absque expressione causæ, sed ideo hic causa exprimitur, ut patroni puniantur, & ut appareat instantiam non fuisse peremptam culpa iudicis,uel actoris,sed culpa aduocati,& ideo actor non te-
7 nebitur soluere expensas.Addite,† quòd quotiescũque sententia fundatur super contumacia,iudex debet exprimere in ipsa sententia causam,id est,ꝙ hoc fa cit ratione contumaciæ.Ita uult Bal.in l.pe.inf.de fideic.lib. & idẽ Bal.in l.pe.inf. de consti. pecu. ¶ In glo. super uer. sua sententia,ibi absolutas declarat,& istam opi.sequuntur Docto.communiter.Ex qua habetis colligere,ꝙ per lapsum triennij partes ipso iure sunt absolutæ ab obseruatione iudicii, quia per lapsum triennij ipso iure est perempta instantia, unde non est necesse, nisi quòd iudex declaret partes esse absolutas ab obseruatione iudicij.
8 † Sed an talẽ declarationẽ possit facere arbiter.Bal.in c. sancimus.in tit.quo tẽpore miles.determinat ꝙ non.sed dictum Bal.intelligatis procedere, qñ per lapsum temporis expirauit potestas arbitri,& sic extinctum est compromissum; alioquin si adhuc duraret tẽpus compromissi,& instantia coram arbitro esset perempta, qđ põt contingere,ut declaraui in hac. l. in prin. tunc arbiter bene posset declarare partes esse absolutas ab obseruatione
9 iudicii:quia cum iudex hoc possit, ita & arbiter. † Nam iudicia,& arbitria procedunt à pari.l.1.ff.de arbi.& hoc est de mente Bart.in l. inter pares. ff. de re iud. habetur in l.dicere.ff.de arbi.Addite in hac materia peremptio-
10 nis instantiæ, † quòd si statuto cauetur, quòd iudex teneatur terminare causam infra certum tempus sub pœna, & infra illud tempus ferat sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicii,non dicetur terminasse causam, nec satisfecisse statuto. Istud est elegans dictum Bar.in l.
11 generali.inf.de decu.li.10.Addite etiam,† quòd quamuis iudex delegatus absoluat ab obseruatione iudicii;tamen non expirabit sua iurisdictio delegata. Ita dicunt Canon.maximè.d.Panor.in c.consuluit.extra de offi. dele.Ego addo Bal.idem uolentem in l.1.inf. si à non cõpe.iud. Addite tertiò, quòd si scienter partes litigarunt coram iudice incompetenti; adeo quòd eius iurisdictio fuerit prorogata, & ille iudex ferat sñiam ab obseruatione iudicii,& actor iterum redeat coram eodem iudice, & conueniat eundem reum, non poterit ille reus in hac noua instantia allegare fori declinatoriam. Ita no.dicit Ang.in l.si quis postea.in fine com.ff.eo.titu.de iudi.all. Guil.de Cun.ita tenentem in l.eum qui.ff.de consti.pecu.all.etiam. l. si quis repeteret. ff. ad Turp. Sed cauete uobis:quia Ang. tenuit contrarium in l.si conuenerit. ff. de iurisdi.om.iu.sed præcedens opi.est de iure uerior.& notetis ista tria quia sunt quotidiana.

In l. Si uerò causæ.

SVMMAE.

1 *Tutor qualiter teneatur minori perempta instantia.*
2 *Tempora iudicialia currunt minoribus absque spe restõnis.*
3 *Ius actoris non perimitur perempta instantia.*
4 *Omnino, dictio quid importet.*
5 *Minor restituitur,quando administrator non est soluendo.*
6 *Restitutio reddit,& reparat illud,quod abstulit læsio.*
7 *Attestationes non pereunt perempta instantia.*
8 *Tempus instantiæ non currit,quando disputatur super articulo emergenti in causa.*

1 SI uerò causæ. ¶†Tutores, curatores,& procuratores, si eorum culpa instantia sit perempta,tenentur resarcire minori omne damnum. Ipsis autem non existentibus soluẽdo

do, minor restituitur h.d.usq; in finem.¶Not. 1. ex isto
3 tex.†quòd tempora iudicialia currunt minoribus absq; spe restitutionis.Concordat,quod habetur in l.fi.sup.de temp. in int.rest.pet.& in l.etiam,sup.si tut. uel cura. interue.& in l.fi.§.si aduer.rem iud.Idē in ecclesia,ut habetur in c.1.extra de ī int.rest.& ita uult dom.Card. Flor. in Cle.1.in 10.q.ext.de in integ.rest.& placet Barto. de Sal. hic.¶No.secundò ibi,suum uigorem,hic bene pro-
3 bari,†quòd perempta instantia,non perimitur ius actoris,imò ipse actor iterum potest agere, quod procedit in causis ciuilibus;secus ī causis criminalibus, quia perēpta instantia,accusator non admittetur amplius ad accusandum pro eadem causa.l.abolitionem, & ibi Bal.inf. ad leg.Iul.de adul.& probatur in l.fi.ibi,lite ulterius minimè durante.ℨ. ut inf. certum temp. quæstio. criminal. termin. Ego istam sententiam confirmo noua ratione:quia tex.in d.l.fi.proximè alleg.dicit,omnino,seu
4 omnimodo causam finiri.Modò ego habeo,†quòd quā do in aliqua dispositione apponitur ista dictio, omni-
a no,[a]excludit facultatem dispensandi in contrarium, & facultatem retractandi.Ista est glo.fin.in Cle.ut hi qui, extra de æta.& qual.ord.quam glo.ad hoc all. Ange. & Imo.in l.qua ætate.ff.de testa.¶No.ulteriùs ex isto tex. ibi,res,hic sing.probari secundùm Bart. ꝙ bona curatoris dati ad litem sunt obligata pro interesse; personę prīcipalis,sicut bona tutoris,uel curatoris.l.pro officio,inf. de administ.tut.secus dicit in bonis actoris,seu procuratoris:quia iste tex.dum loquitur de rebus, non facit repetitionē de persona actoris,seu procuratoris. Ad hoc ultimum de actore uidete per Bar.in l.actor. ff. rem rat.
5 hab.¶No.ulti.†quòd in subsidium, scilicet quando administrator non est soluendo, minor restituitur, sed est uidendum,utrùm minor restituatur ad instantiam, quæ est perempta.Pet.de Bellaper.determinat,quòd sic, per istum tex.ibi,litem habere suum uigorem, quod intelligit ipse, mediāte restitutione in integrum concessā ipsi minori. Sed certè ista uerba non bene possunt adaptari ad istum casum,unde Barto.de Sal.dicit,& est de mente Cy. quòd minor hoc casu restituetur ad expensas & dāna,quæ oporteret eum resarcire aduersario, antequàm iterum admitteretur ad agendum inchoando nouam īstantiam,& si fortè fuisset condemnatus erga aduersariū ad expensas & damna, poterit petere restitutionem in integrum aduersus talem condemnationem, ita quòd poterit nouam instantiam inchoare absque eo,quòd resarciat aduersario expensas, & damna: nam secundùm Sal.ad instantiam iam peremptam nō posset ipse minor restitui:quia acta litis ordinatiua iam sunt extincta,perēpta instantia,ut per Bar.in l.cum lite mortua.ff.iudi.sol. In secreto iuris opin. Petri uidetur mihi uerior: quia si oporteret minorem nouam instantiam inchoare, oporteret eū subire nouas expensas. Præterea pateretur detrimentum in tempore:unde intelligo,quòd ipse minor restituetur ad antiquam instantiam. Moueor per istum tex.in fine,ꝗ dicit,quòd minores restituuntur ad id, in quo fuerunt perpessi: vnde cum minor fuerit perpessus,& damnificatus propter peremptionem instantiæ:iu-
6 stum,& ęquum est eum restitui ad ipsam instantiā. † Nā ista est regula,ꝙ restitutio reddit,& reparat illud, quod abstulit læsio.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de min. unde mihi placet opi.Pe.de Bellap.¶In gl.sup uer.nihilominus, ibi sm̄ Io.Ista opi. est communiter approbata,ex qua colligitis,ꝙ perempta instantia, remanet nihilominus actio salua,ita ꝙ actor iterum admittetur ad agendum,ut dixi in tex.¶In gl.super ver.suum uigorem, in fi. Aduertite,quia l.fi.ℨ.de testi.loquitur de testibus examinatis coram arbitro.Nos aūt hic loquimur in testibus receptis corā iudice,quibus maior datur fides ꝑ ꝑ auctoritatē iudicis,& propter ordinē iudicialē: vnde ego potero illos testes ꝑducere in noua instantia absq; noua examinatione,ut habetur in l.gesta.ℨ.de re iud.Habetis ergo colligere,ꝙ perempta instantia, licèt pereant acta litis ordinatiua,ut sunt libellus,litis contestatio,& iuramentum de calumnia: quia ista sunt modici præiudicii, quod patet: quia in noua instantia fortè, imò sine fortè melius formabo libellum,& de facili ēt fiet litis contestatio,& præstabitur iuramentum de calumnia:tn̄ acta litis decisiua non pereunt perempta instantia,ut sunt confessiones,& attestationes testium,& est ratio: qa in istis uersatur magnum præiudicium.Quod probo.Nā reus,ꝗ in prima instantia fuit confessus, fortè noluerit confiteri in noua instantia:imò pœnitebit eū.Itē testis, ꝗ deposuerat in prima instantia,fortè nō recordabitur ita bene de negotio nūc,sicut tunc,& ideo,quia ista acta sunt magni præiudicii,non pereunt,licèt instantia perimatur;ꝓ
7 bationibus.n.pinguiùs est subueniendum, & materia ꝓbationum non est angustāda,l. qm̄ in fi.§.de hęre.Qđ†dixi perempta instantia non perire attestationes,intelligatis procedere,qn̄ illæ attestationes erant publicatę:alioquin si testes sint mortui,non poterunt publicari ī noua instantia.Ista est gl.sing.in l.3.§.gesta, in uer.patiatur. ff. de his quæ in frau.cre.quam gl.Bal.eleganter in c.cōsuluit,in fi.comm.ext.de off.deleg. intelligit procedere, qn̄ actor fuit in culpa non petendi publicationem testiū in prima instātia.Ad præmissa omnia uidete Bal.in cōm.
8 pacis Constantiæ,in uer.in causis,in 3.colū.† Addo uobis,ꝙ dum disputatur super aliquo articulo emergenti in cā,non currit tempus instantiæ.Ita eleganter no.in l. contra maiores.ℨ.de inof.test. Si tamen ego opponā exceptionem contra mandatū productū ex parte aduersarii mei,uel contra libellum per eum productū,& succūbam in illa exceptione:omnia tempora lapsa tꝑe disputationis illarum exceptionum,imputabuntur mihi. Hoc est de mente Bar.in l.2.§.non solùm.ff.ad senatusc.Tert. & hoc expresè uult Bal.in Auth.ei qui.inf.de tēp. app.

ADDITIO.

a ¶Dictio,omnino.Adde,ꝙ dicitur omnino.i.ipso iure,nō per snīam,gl.in l.1.§.si pecunia.ff.depo.Ang.& Alex. in l.si insulam,de uer.ob.& in l.Imperator,de iu.fisci.

In l. Rem non.

SVMMAE.

1 *Iudices in principio eorum officii debent iurare, quòd omnia decident secundùm iustitiam, & legum obseruationem.*
2 *Sententia iudicis an ualebit, si non habet sacrosanctas scripturas ante oculos.*
3 *Leges quæ sint obseruandæ.*
4 *Via uetus non est relinquenda pro noua.*
5 *Mulionibus, & Ambasciatoribus imputatur, si non tenent iter rectum, & usitatum.*
6 *Viam non tenens consuetam præsumitur habere animum eundi contra decretum.*
7 *Iudex, qui malè iudicat, iudicabitur à Deo omnipotente.*
8 *Patroni causarum debent iurare de calumnia.*
9 *Consuetudo inducens, quòd aduocati non debeant iurare de calumnia, nihil ualet.*
10 *A fine denominantur omnia.*

REm non.¶Iudices ordinarii, uel delegati,& arbitri cōpromissarii,ultra iuramētū,quod pstant. s.qa iurant oīa decidere secundū iustitiā,& legū obseruationē:debētante se habere sacrosancta Dei euāgelia,ut sciāt,ꝙ eis cōtemptis iudicabunt à Deo oīpotēte ,& patroni cāusarum debēt iurare sm̄ formā descriptā in §.patroni.h.d.tota l.¶ No. 1. ex isto
1 tex.ꝙ†iudices in prīcipio eorū officij debēt iurare,ꝙ oia decidēt sm̄ iustitiā,& legū obseruationē.Etita cōiter ītel

ligit ista litera.licèt Raph Fulg.dicat hic requiri sacras
scripturas adesse ante oculos iudicum loco iuramenti,
quod olim præstare tenebantur. & iste intellectus ap-
plaudit huic literæ; non tamen recedatis à communi in
tellectu. Quid autem si iudex non habeat sacrosanctas
scripturas ante oculos, an ualebit sua sententia? glo. hic
circa medium legis in uer.pręterea.uidetur uelle, quòd
nihilominus sententia erit ualida. Et hanc opin.sequun
tur Docto.pro qua opi.facit iste tex. dum dicit, quòd si
iudices ita non faciant, imminet eis periculum anima-
rum:ergo ista solemnitas est extrinseca,& est quoddam
præceptum,quod dirigitur iudicibus. Non obst.l.prola
tam.inf.de senten.& interlo. omnium iu.quia illa loqui
tur in solemnitate substantiali processus, de qua solem-
3 nitate non loquitur ista litera. ¶Not.2.† quòd illæ leges
sunt obseruandæ: quarum obseruatio ex experientia af
4 fert utilitatem. ¶Not. 3. † quòd uia uetus non est relin-
quenda pro noua, concordat l.fin.§.cum.n.gemini trami
5 tes.inf.de iur.delib.Addite, † quòd mulionibus, & am-
basciatoribus imputatur, si non teneant iter rectum, &
usitatum, si capiunt uiam nouam, & inusitatam. Ita dicit
Bar.in l.qui fiscales.inf. de nauicu. lib.11. Et dicit not.
6 Bal.in l.cum proponas. inf. de nau. fœ.† ꝙ ille, qui non
tenet uiam consuetam, præsumitur habere animum eun
di contra decretum. ¶Not.subtiliter tex.ualde moralẽ,
7 † quòd iudex, qui malè iudicat, iudicabitur à Deo omni
potente, iuxta illud. Nolite iudicare,& non iudicabimi-
ni,& de ea mensura, qua mensurabitis alijs, metietur &
uobis:& ideo dicit alibi Bal. ꝙ in mente iudicis debent
esse duo sales.s.unum sal sciẽtiæ, ne sit insipidus,& aliud
sal conscientiæ, ne sit diabolicus.alleg.tex.in c.cum ęter
ni.ext.de reg.iur.lib.6.Ista sunt uerba Bald.in l.2.inf.de
sent.ex peri.reci.& not.bene ista uerba. ¶Not.subsequẽ
8 ter ex §.patroni, † quòd patroni causarum debent iura-
re de calumnia,& secundùm formam hic descriptam.Di
cit tamen hic gl. ꝙ hæc l.habetur, sed de consuetudine
non seruatur, quasi uelit ista gl.ꝙ ualeat consuetudo di-
sponens, quod aduocati non debeant iurare de calum-
nia.Et ex hoc loco infert hic Bal. ꝙ si statuto cauetur, ꝙ
non ualeat sentẽtia lata inter mercatores, nisi adsint om
nes quatuor consules,& consuetudo obseruet sententiã
trium ex consulibus, talis consuetudo derogat statuto.
quod est not.Sed circa principale dictum huius glo.ad-
uertite:quia reperio, quòd Ioan. And.in nouel.in c.1.in
uer.aduocatorum.ext.de fo.competen.lib.6.referendo
9 Host.& Ioan.Monachum dicit,† quòd consuetudo indu
cens, quòd aduocati non debeãt iurare de calumnia, ni-
hil ualet:quia inducit peccatum,& captat, ac parat peri-
culum animarum. Nam si non ualet consuetudo dispo-
nens, quòd partes non iurent de calumnia. c. cæterùm.
ext.de iuram. cal. ergo à maiori ratione non ualet con-
suetudo, quòd aduocati non iurent: quia melius noue-
runt calumniari, quàm partes.& ideo glo.mag.in fi.in l.
ab Anastasio.inf.mand.dicit, quòd hi, qui uersantur in pa
latiis, omnia mala nouerunt. & ista opi. in secreto iuris
est uerior, sed de consuetudine seruatur id, quod dicit
glo.nostra.allegat etiam iste tex. quòd exitus acta pro-
10 bat. Alibi habetis, † quòd à fine denominantur omnia.
l.arboribus.in §.nouis.ff.de usufru.& in l.iure nostro.§.
fi.in uer.ab euentu.ff.de testa.tute.habetur in c.si fortè.
ext.de elec.lib.6.& in l.quidam relegatus. ff.de re.dub.

In Auth.Hodie iurant.

SVMMAE.

1 *Iudex an possit diminuere pœnam à iure statutam,& nu.9. Et an determinatam per statutum.& nu.11.*
2 *Iudex debet cauere, ne sit nimis grauis, nec nimis gratiosus in arbitrarijs.*
3 *Iudex diminuens pœnam à iure statutam sine causa efficitur infamis. Et qua pœna debeat puniri. nu.4.*
5 *Iudex an possit augere pœnam à iure statutam.*
6 *Dissimulatio præsupponit scientiam,& fictionem.*
7 *Pœna mortis non imponitur pro culpa.*
8 *Contra iuramentum non dicitur uenire, qui iure permittente uenit.*
10 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*
12 *Dolus requiritur, ubicunque imponitur pœna mortis.*
13 *Iuramentum non extenditur ad illicita.*

HOdie iurant. ¶Ista Authen.non
summatur:quia est
summarium corporis, unde sumitur, &
dicunt Alb.de Ros.& Pau.de Cast.quòd
prima pars huius Auth. loquitur in his,
quæ committuntur iudicis arbitrio. Secunda uerò pars
loquitur in his, quæ sunt à iure determinata. ¶Pro de-
1 claratione materiæ huius Auth.quæro,† nunquid iudex
posset diminuere pœnam à iure determinatam. Conclu
dite quòd sic ex causa. l.respiciendum. in prin. & l.aut
facta.§.fi.ff.de pœn. & habetur l.quid ergo.§.pœna gra-
uior.ff. de his qui not. infam. imò etiam in arbitrarijs, in
quibus non est à iure certa pœna determinata, quo casu
illa pœna dicitur debita, quæ pro tali delicto consueuit
imponi.l.hodie. ff.de poe. poterit iudex diminuere talẽ
pœnam consuetam apponi, dummodo hoc faciat cum
causa. Ita uult glo. ordi. quam semper tenebitis menti,
in d.l.hodie.& dicit not.Inno.in c.inquisitionis.extra de
accu. quòd in arbitrariis dicitur iudex excedere modũ,
quando imponit pœnam, quæ ordinariè consueuit im-
poni:quia datur sibi arbitrium, ut moderetur pœnam.&
ideo Bal. eleganter dicit in l. 2.quæ incipit si dominus.
2 ff.de his qui sunt sui, uel alie. iur.† quòd in arbitriis iu-
dex debet cauere, ne sit nimis grauis, nec nimis gratio-
sus.Idem uult ipse Bal.in l.si fugitiui. in ult. colum. inf.
de ser.fug.Not.dixi.s̃.iudicem posse diminuere pœnam
3 à iure taxatam, dummodo hoc faciat cum causa. † Nam
si sine causa diminuat pœnam à iure statutam, efficitur
infamis.tex.est sing.in l.seruos qui.in fin. inf.ad leg.Iul.
4 de ui pu.† Itẽ debet puniri illa pœna, qua debebat cõdẽ
nare reum. tex. est sing. in l.fi.in fi.sup.ne san.bap.reite.
& Ludo.Rom. in suis sing. dicit hoc non esse tactum per
Legistas, sed pace sua ego allego And.de Iser.ad hoc al
leg. illum text.in c.1.in uer.bona committentium crimẽ
læsæ maiestatis.in tit.quæ sunt reg.in libel.feud.ubi re-
fert ipse Andreas Carolum primũ fecisse suspendi quẽ-
dam iudicem ad furcas, eò quia reum dignum ultimo
supplicio condemnauerat ad manus mutilationem. Et
5 à maioritate rationis † deberet puniri iudex, quando si-
ne causa augeret pœnam à iure statutam, puta, quia reũ
dignum pœna mutilationis membri fecerit suspendi, se-
cundùm And.in d.c.1.Sed aduertite, quia prædicta de-
bent intelligi, quando iudex dolosè,& absque causa di-
minuit pœnam à iure statutam: nam tunc ipse debet pu-
niri ea pœna, qua debuisset puniri reus. Hoc probo per
tex.in d.l.fi.sup.ne san.bap.ubi tex. loquitur de dissimu
6 latione, † & dissimulatio a præsupponit scientiam, & fi-
a ctionem.l.1.§.ex hoc rescripto.ff.de uen. inspi. & l.1. ff.
de concus. nam si iudex per ignorantiam hoc faceret:so
lũ teneretur, inquãtùm uisum fuerit bono uiro. l.fi.ff.de
7 uar.& extraor.cog.† Nam pro culpa non imponitur pœ
na mortis.l.in lege Cornelia.ff.ad leg. Corn.de sica.Qđ
dixi supra iudicẽ cum causa posse diminuere pęnam à iu
rę statutã, limitabitis procedere in iudice ordinario, se-
cus in delegato.gl.no.in c.de causis. in gl.pe.ext.de off.
dele.Item limitabitis, ut non procedat in pœna applicã
da

ſarum poſſit appellari. Concludit, quòd aut iudex cõmiſit notario, ut faceret ipſam taxationem expenſarum, & tunc, ſi ipſe notarius, ſeu ſecretarius faciat iniquam taxationem contra me, non debeo appellare ab eo, ſed debeo facere querelam iudici infra decem dies. Si uerò ipſemet iudex taxauit expenſas iniquè, poſſum appellare ab illa iniqua taxatione expenſarum. Iſta ſunt notabilia uerba Bal. in l. arbitro, in pen. colũ. ff. qui ſatiſda. cog. Allegat Inn. in c. fi. & ibi plenè tãgitur per Imo. ext. quod met. cau.

In l. Apertiſsimi.

SVMMAE.

1 Iudex delegatus à Principe poteſt recuſari, ut ſuſpectus. Et quid de ordinario, & num. 2. Et quid ſi ſit delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, nu. 3.

3 Iudex an poſſit recuſari, ut ſuſpectus in criminalibus.

4 Exceptio recuſatoria contra iudicem eſt opponenda ante litem conteſt.

5 Iudicem delegatum an poſſim recuſare ut ſuſpectum ante præſentationem reſcripti delegatorij ſibi factam, & nu. 6. & 7.

6 Iudex delegatus de conſenſu utriuſque partis non poteſt recuſari ſine iuſta cauſa.

7 Suſpicio inducitur per iuramentum, ſicut & purgatur.

8 Recuſatio nihil ualet de iure canonico, ſi non exprimatur cauſa recuſationis.

9 Doctor an poſſit recuſari in iudicem in cauſa ſui diſcipuli.

10 Aduocatus groſſus, cui commiſſa eſt cauſa ſubtilis, poteſt recuſari, ut ſuſpectus.

11 Appellare quare non licet de iure ciuili ante ſententiam definitiuam ab interlocutoria.

12 Debitor ſuſpectus ut capiatur, quæ requiruntur.

13 Libellus recuſationis debet proponi coram iudice delegato.

14 Delegatus quando recuſatur ut ſuſpectus, partes coguntur eligere arbitros, qui cognoſcant de cauſa, de qua erat cogniturus ipſe delegatus.

15 Arbitri electi loco delegati funguntur loco, & uice ipſius.

16 Iura ciuilia ſeruantur in terris imperii, & in terris eccleſiæ iura canonica.

17 Recuſatio, & appellatio procedunt à pari.

18 Recuſatio ſimplex quantum operetur de iure ciuili.

19 Iudex recuſatur, ut ſuſpectus propter multas cauſas. Et uſque ad fin.

20 Conſanguinei dicuntur omnes uſq; ad gradum ſucceſſibilem. Et quid ſecundum communem uſum loquendi, nu. 21.

22 Conſanguineum inimici mei poſſum recuſare ut ſuſpectum.

23 Prælatus poteſt eſſe iudex in cauſa ſua eccleſiæ.

24 Papa non poteſt recuſari ut ſuſpectus.

25 Papa præſumitur moueri ex iuſtitia, & non ex affectione.

26 Cauſa ſufficiens, & habilis ad remouendum procuratorem eſt ſufficiens ad remouendum iudicem.

27 Inimicitia qualis eſſe debeat, ut quis recuſetur in iudicem.

28 Fideiuſſor non eſt teſtis idoneus in cauſa debitoris principalis.

29 Filiolus an poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui patrini, nu. 30.

31 Locus non tutus quis dicatur.

32 Iudex poteſt recuſari, etiam quando habet collegas.

APertiſsimi. ¶Iudex delegatus, etiam à Principe, poteſt recuſari ut ſuſpectus, & tunc eliguntur arbitri, q loco, & uice ipſius delegati funguntur. h. d.
1 ¶Nota primò ex iſto tex. † ꝙ iudex delegatus, etiam à Principe, poteſt recuſari, ut ſuſpectus, etiam de iure ciuili. Ordinarius autem iudex nõ poteſt ex toto recuſari, ſed poteſt peti, ut detur ſibi adiũ
2 ctus, ut uidebitis in Auth. ſi uerò contigerit. ɉ. eo. † Fallit ratione aduocationis. Nam ſi aliquis fuiſſet aduocatus in cauſa aduerſarii mei, quantuncunque poſtea efficeret iudex ordinarius loci; tamen poſſem eum recuſare, ut ſuſpectum, tex. habetis in l. Prætor. ff. de iuriſ. om. iu. ¶Secundò fallit, quando non eſſet ueriſimile ipſum iudicẽ futurum ſibi contrarium: quia bene tunc poſſet recuſa-
3 ri. Ita dicit hic Bal. allegans. l. eos. ɉ. de app. † Sed nũquid delegatum ad uniuerſitatem cauſarum poſſum recuſare
a ut ſuſpectũ, Bal. not. in l. fi. inf. eod. determinat, ꝗ ſic, qđ notetis. ¶An autem in criminalibus iudex poſſit recuſari, ut ſuſpectus. Bal. tangit in Auth. offeratur, inf. de litis
4 cont. ¶Nota, † quòd exceptio recuſatoria contra iudicẽ eſt opponenda ante litem conteſtatam, quid autem ſi opponã aliquam aliam exceptionem ante recuſatoriã, & patiar iudicem cognoſcere de illa alia exceptione, nunquid potero poſtea eum recuſare. Videte per Bar. & cæteros in l. quidam conſulebant, ff. de re iu. ¶ Vnũ notetis, quòd ſi in eadem ſchedula ego oppono multas exceptiones, & ultima exceptio ibi ſcripta, ſit exceptio ſuſpicionis contra iudicem, licèt ſit ultima in ſcriptura, tamen in ordine intellectus interpretatur eſſe prima. Ita
5 eleganter dicit Bar. in d. l. quidam conſulebant. † Sed nũquid iudicem delegatum ego poſſim recuſare, ut ſuſpectum ante ſibi factam præſentationem reſcripti delegatorii. Federic. de Senis ſuo conſ. 25. quem ſequitur Ludo. Ro. in l. abſenti. ff. de don. determinat quòd ſic: quia habet iuriſdictionem, ſaltem in habitu. Et notetis bene
6 iſtud dictum. ¶ † Nota ulterius iudicem delegatum poſſe recuſari abſque expreſſione alicuius cauſæ. Aduertite tamen, quia ſi eſſet iudex delegatus de conſenſu utriuſque partis, tunc abſque iuſta cauſa non poſſet recuſari: quia licèt de iure ciuili delegatus poſſit recuſari abſque expreſſione cauſæ, tamen recuſatio non debet eſſe temeraria. Ita dicit eleganter Ang. poſt Iac. de Are. in
7 l. quia poterat. ff. ad Treb. † Aduertite, quia licèt ſine cauſa poſſim de iure ciuili recuſare iudicem delegatum, ut ſuſpectum: tamen oportet, quòd ego iurẽ, quòd ego habeo eum ſuſpectum. Ita no. hic glo. quam notetis. Nam quemadmodum ſuſpicio purgatur per iuramentum. l. præſenti, ſup. de his, qui ad eccle. confu. & uult Bal. in c. 1. in titul. qual. uaſal. iurar. deb. fidelitat. ita etiam ſuſpicio induceretur per iuramentum, per iſtam gl. hic no-
8 tabilem. † De iure autem canonico oportet exponere cauſam ſuſpicionis, alioquin recuſatio nihil ualeret. c. cum ſpeciale, & c. ſecundò requiris, extra de appella. & c. ſuſpicionis, ext. de offic. delega. & c. legitima, extra de appel. lib. 6. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ recuſandi iudicem, proſequamini, ut per Spe. in titu. de iud. deleg. §. ſupereſt, per diſcurſum totius illius. §. & per Ioan. And. in c. poſtremò, extra de appel. & in d. c. legitima. ¶Vnum
9 notetis, † quòd paternalis amor, quẽ habet doctor erga diſcipulum, non eſt iuſta cauſa recuſandi ipſum doctorem, quin poſſit eſſe iudex in cauſa ſui diſcipuli. Ita notabiliter dicit Bald. in Authen. habita, inf. ne fili. pro
10 patre. † Item quando aduocato groſſo committitur aliqua cauſa ſubtilis, iſta eſt iuſta cauſa recuſandi eum, ut ſuſpectum, & ſufficit allegare, quòd ipſe ſit unum groſſum pecus. Ita ſingulariter determinat Bal. in l. fi. in 16. q. inf. de hæred. inſt. ¶ Nota ſubſequenter ex iſto text.
11 † rationem, quare de iure ciuili non appellatur ante definitiuam ab interlocutoria. Nam ratio eſt, ne lites ſint immortales. Ita probatur melius hic, quàm alibi, notatũ per Barto. in l. 3. ff. de appella. recip. & per Bal. in l. ante ſententiæ tempus, inf. quorum appel. non recipi. ¶Nota ex iſto tex. in uerbo, putat, iuncta gl. in uerbo, recuſare, ꝙ iſta putatio debet eſſe iuſta, & non fatua, ſecundũ Iac. de Are. & Iac. But. Ex hoc loco infert hic elegãter Ang. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ creditori putanti debitorẽ eſſe ſu

ſpectum debeat concedi familia ad capiendum ipſum debitorem,etiam eo non citato, non ſufficiet, ꝙ creditor ſimpliciter alleget ſe putare debitorem eſſe ſuſpectum; ſed debet allegare, & probare cauſam ſuæ putationis. & ſemper ſua putatio debet eſſe iuramento firmata.arg.l.Theopompus.ff.de dote præleg.Dicit etiam
12 hic Bald.in fi.commenti.† ꝙ quando creditor uult facere capi debitorem, non ſufficit, ꝙ iuret eum habere ſuſpectum de fuga,ſed debet allegare aliquam cauſam uериſimilem,puta; quia eſt forenſis,uel uagabundus, & nō poſsidet aliqua bona.Nam iſtis cauſis ſummatim probatis,ſufficiet iuramentum,aliàs autem non ſufficeret: qa non debet inchoari ab executione, & maximè à captura perſonæ occaſione debiti non liquidi,per not.per gl. in l.3.§.tutores qui.ff.de ſuſpe.tut. Et notetis prædicta,
13 quia ſunt quotidiana. ¶ Nota ſubſequenter, † ꝙ coram iudice delegato debet proponi libellus recuſationis. Quod intelligatis, ſi poteſt eius haberi copia;aliàs autē
14 ſeruabitur id,quod habetur in l.fi.inf.eo.¶Nota,†quòd quando delegatus recuſatur ut ſuſpectus, partes coguntur eligere arbitros; qui cognoſcant de cauſa, de qua erat cogniturus ipſe delegatus. Et in hoc habetis duplicem practicam,Prima eſt,ꝙ ipſe delegatus, qui eſt recuſatus, cogat partes ad eligendum arbitros, quia in hoc non eſt recuſatus. Alia practica eſt, quòd ipſe delegatus à Principe cogat ordinarium iudicem loci,ut cogat
15 partes ad eligendum arbitros. ¶Nota ſubſequenter,† ꝙ iſti arbitri funguntur loco, & uice delegati. Et ideo dicunt quidam,quòd tales arbitri ſunt delegati. Alii dicunt,quòd ſunt ordinarij: quia habent iuriſdictionem à lege.Bal.hic dicit,quòd ſunt tertia ſpecies:quia nō ſunt neque delegati,neque ordinarii.¶Aduertite tamē,quia iſti arbitri dicuntur arbitri iuris,non autem ſunt arbitri compromiſſarii,de quibus in titu.ff. de arbit. & de iure ciuili cognoſcunt de cauſa principali,ut hic.De iure uerò canon.tales arbitri cognoſcunt ſolùm de cauſa ſuſpicionis,ut habetur in c.ſuſpicionis.ext.de offic. deleg.&
16 in c.cum ſpeciali.ext.de appel. † & in terris imperii ſeruabitis iura ciuilia,& in terris eccleſiæ ſeruabitis iura canon.per ea,quæ habentur in c.2.ext.de arbi. lib.6.Ante tamen introitum glo. quæro de quæſtione quotidiana, utrùm proceſſus factus per iudicem recuſatum,poſt recuſationem ſit nullus.Inno.in d. c.cum ſpeciali.dicit, ꝙ non meminit ſe hoc legiſſe,quòd debeat dici nullus,niſi ultra recuſationem pars appellet, & allegat text. in l. non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbi.& hanc opinio.ſequitur Spec.in tit.de recuſa.§.qualiter. uerſ.quid ſi delegatus.Iſtam etiam opinionem ſecuti ſunt Ang. & Raph.Cuma.in l.quia poterat.ff.ad Treb.& ipſe Angel. hic,dicens, quòd proceſſus ex ſola recuſatione non erit nullus,niſi iam deuentum eſſet ad electionem arbitrorum.¶Secunda fuit opi.Bar.in l.quia poterat.ubi dicit, quòd eo ipſo,quòd iudex fuit recuſatus ut ſuſpectus, ſi ultra procedat in cauſa,proceſſus erit nullus:quia eo ipſo,quòd eſt recuſatus ut ſuſpectus,intelligitur priuatus omni iuriſdictione,per l.unicam. inf. ſi quacun. prædi. poteſtate.& hanc eandem opi.tenuit Hoſt. in d.c.ſuſpicionis.& Arch.& Ioan.And.in c.2.ext.de appel.lib.6.& dominus Pet. de Anch.in c.iudex ab apoſtolica. ext.de offi.deleg.ſequitur opi. Bar.& glo. tenet iſtam opi.in c. quia ſuſpecti.3.q.5.& glo.in c.quoties Epiſcopi.2. q. 6. Salice. quoq; in l. noſtra.ſequitur opi.Bartol. Mouetur:
17 † quia recuſatio,& appellatio procedunt à pari,ut probat iſte tex.ſed ſi eſſet appellatum à iudice,proceſſus factus per eū poſt appellationem eſſet nullus. c. per tuas. ext.de ſent.excom.& l.1.ff.nil noua.appel. penden. ergo idem debemus dicere in proceſſu facto poſt recuſationem,Dominus Abb.Sicu.in d.c.cum ſpeciali. ſequitur opin.Bar.dicens,quòd eo ipſo, quòd iudex recuſatur ut ſuſpectus,inficitur ſua iuriſdictio,ut proceſſus per eum factus poſtea ſit nullus: etiam ſi ipſe iudex poſtea citet partem recuſantem,& ipſe citatus non compareat: quia talis citatio eſt notoriè temeraria, quæ non arctat citatum,ut notatur per Inn. in c. 2. ext.de dilationib.Si uerò ipſe citatus poſt recuſationem iudicis compareat, & ſit præſens proceſſui; talis proceſſus ualebit: quia eo ipſo,quòd comparet, & patitur iudicem recuſatum procedere,uidetur renunciare exceptioni recuſationis. c. ex parte M. ext.de appel.notatur per Bar. in l. à procedente.inf.de dilat.¶Tertia fuit opi. Lapi, & Abbatis in c.iudex ab apoſtolica, ut refert per Dominicum de Sancto Gemi.in d. c.iudex. ubi dicit, quòd an proceſſus ſit nullus,uel ualidus,dependet à futuro euentu. Nam ſi pronunciabitur coram arbitris cauſam ſuſpicionis non eſſe legitimam; tunc ualebit proceſſus iudicis recuſati, ſecus ſi pronuncietur exceptionem recuſationis fuiſſe legitimam, arg.eius,quod dicimus de appella. ab interlocutoria. Nam cum proceſſus factus per iudicem poſt talem; appellationem ſit nullus,uel ualidus,dependet à futuro euentu: ſi enim pronunciabitur appellationem fuiſſe legitimam,proceſſus iudicis, à quo fuerat appellatum,erit nullus; ſecus ſi pronuncietur appellationem non eſſe legitimam,ut habetur in c. non ſolùm. ext. de appel.lib.6.¶Quarta fuit opinio Ioan.de Imo.in l.quidam conſulebant.ff.de re iud.& in d.l.quia poterat.ubi dicit, quòd de iure ciuili, & in foro Iuſtiniani uera eſt opinio Bar.in d.l.quia poterat. ut ex ſimplici recuſatio-
18 ne proceſſus reddatur nullus:† quia de iure ciuili tantū operatur ſimplex recuſatio iudicis,quantum de iure canonico operatur recuſatio, & probatio ſuſpicionis, & pronunciatio ſuper ipſa exceptione,ut hic in tex.probatur. Et iſta opinio fuit originaliter domini Mathei de Matheſilanis in c.inſinuantur.ext.de offi.deleg.Reperio etiam aliam opinionem, quæ fuit Bald. in d.l.unica.C. ſi quacun.præd.poteſtate.ubi dicit, ꝙ aut iudice recuſato, lex ſtatim transfert iuriſdictionem in alium: & tunc ex ſimplici recuſatione proceſſus redditur nullus. d. l. unica. Aut iudice recuſato,lex nō ſtatim trāsfert iuriſdictionē in aliū, & tunc ex ſimplici recuſatione nō reddit proceſſus nullus,& ita intelligatur opi.Inn.ſuperius relata.In iudicando in foro Cæſaris non recedatis ab opi. Bar.quia in ueritate concordia Io. de Imo.habet magnā
19 æquitatem. ¶†Nunc uideamus,quæ ſint iuſtæ cauſæ recuſandi iudicem.Et in hoc dicite,quòd multæ ſunt cauſæ. ¶Prima ratione conſanguinitatis:nā ſi aduerſarius meus impetrauerit in iudicem aliquem ſuum cōſanguineum, ego poſſum eum recuſare ut ſuſpectum.tex. eſt in c. po-
20 ſtremò. extra de appel.† & dicuntur conſanguinei omnes uſque ad gradum ſucceſsibilem,ut uult gloſſ.in d.c. poſtremò. & ideo poterunt omnes conſanguinei uſque ad decimum gradum recuſari: quia uſque ad illum gradū ſunt ſucceſsibiles,ut uult gl.ſing.in §.fi.Inſt.de ſucceſ. cogna.Et iſtam opi.ſequuntur Hoſti. & dominus Panor. & Imo.in d.c.poſtremò.¶Plus putat ibi Ioan.And.quòd etiam ultra decimum gradum, ſeu gradum ſucceſsibilē poſſunt conſanguinei recuſari in ſtirpe maſculina: quia uidemus ſecundùm eum, quòd in partibus Tuſciæ uindicātur offenſę etiam ultra gradum decimum. Sed iſta opinio poſſet procedere in locis,in quibus eſt talis conſuetudo. Sed de iure uerior uidetur opinio,quòd uſque ad decimum gradum, ſeu gradum ſucceſsibilem poſsint recuſari, bene facit quod uult gl.ſingularis in l.ſi fœmina. C.ad ſenatuſcon.Turpil.quæ dicit,quòd illi dicuntur ꝓſequi ſuorum iniuriam,qui proſequuntur uſque ad gradumſucceſsibilem.¶Addite pulchrum dictum Bart. in l.cum quidam.§.quod dicitur. ff.de acquirē. hæredi.ubi
21 dicit.† quòd ſecundùm communem uſum loquendi omnes illi dicuntur cōſanguinei, qui quocunque modo ſanguinei

da parti:nam illam nō pōt iudex ēt cum causa diminuere. Ista est glo.ordi.approbata per Bar.in l.uenia.sup. de in ius uocan. Sed dicet aliquis, si iudex iurauit iudicare secundùm leges,quomodo poterit minuere penam à iu-
8 re statutā?rñdeatis,† ꝙ ille, ꝗ iure ꝑmittente iuramentū deserit,non dicitur uenire cōtra iuramentum.l.fi. ff.qui
9 satisd.cog. † sed maius est dubium,quando certa pœna est determinata per statutum: an tunc iudex posset dimi nuere illam pœnam statuti, maximè, quando iurauit in principio officij seruare statuta.In hac quæstione Bal. in l.1.s̄.si aduer.delic.& in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui no.infa.determinat quòd non: pro quo facit,
10 † quia iuramentum debet impleri in forma specifica,nō autem sufficit adimpleri per æquipollens.c.ad nostram,
11 il.1.extra de iureiuran.† Contrariam opi. tenebitis, s. quòd iudex ex causa potest diminuere pœnam determinatam per statutum.Ad hoc allego uobis Bar.in d.l. pœna grauior.in fine comm.& eundem Barto.in l. fi. ff. de recepta.Et dicit Pau.de Cast.in.l.& si seuerior. s̄.ex qui.cau.infa.irro.quòd propter hoc fecit euadere quendam à pæna mortis. Nam statutum disponebat, quòd occidens occidatur,& quidam proiecerat lapidem non animo occidendi quēpiam,& cum occidisset hominem, dicebat Pau.de Cast. quòd non debebat mori: quia non fuerat in dolo.& ad hoc alleg.Bald.in.l.data opera.circa. 4. col.in uer. ex hoc infero ad talem quæstionem. j̄. qui accu.nō pos.Subiungit ipse Pau. quòd nisi reperisset illud dictum Bal.ille condēnabatur ad mortē; quia alii Doctores nō tangebant istum passum.Ego miror de istis uerbis:quia reperio Barto.hoc uelle in l.1.§.non autem, ff.si quis testa.lib.esse ius.fue.& idem uult Bald.in l.quicunque.circa.6.col.j̄.de ser.fug.Idem uolunt Bal.& Salice.in l.2.s̄. de noxa. & idem Bald. in l 1. ff. de legi. & idem Bald.in l.in actionibus.ff.de in lit. iur. Nam in lo-
12 cis præallegatis uolunt Barto.& Bal. † quòd ubicunque uenit imponenda pœna capitalis, uel corporalis, tunc requiritur dolus : unde quando statutum condemnat homicidam ad mortem, tale statutum debet intelligi, si in occidente fuit dolus. Limitabitis tamen prædicta procedere,nisi statutum dicat.Occidens quoquo modo puniatur pæna mortis. Nam illa dictio,quoquo modo,uel ista dictio,qualitercunque,uerificatur, quantumcunque homicidium non fuerit factum cum dolo. Ita dicit dominus Anto. de Bu.in c. 2. extra de consti. per tex.in l.milites.in uersi.quoquo modo.j̄.de test.mili. bene facit,quod no.glo.in l.ubi autem non apparet.§. fi.ff. de uerb.oblig. Confirmo sententiam prædictam, quòd iudex ex causa possit minuere pœnam à statuto determinatam:quia omnis lex, uel constitutio imponens pœnam recipit interpretationem, nisi iusta causa excuset. glo.ordi.quam ad hoc ponderat Bal. ibi in l. ab execu-
13 tione.in gl.fi.j̄.quor.app.non reci.† Item quando iudex iurat seruare statuta,tale iuramentum debet intelligi, si sint iusta,& rationabilia,secus si sint illicita, uel inhonesta,uel obuia ecclesiasticæ libertati. Nam ad talia non extenditur iuramentum.Ita dicit Bar. in l.si stipulatus. §. cum stipulamur.ff.de uer.obli.alleg.tex.in c.1. extra de iureiu. lib. 6. Præterea licèt inferior non possit tollere statuta Superioris.c.cū inferior.extra de maior.& obed. tamen ex noua causa posset hoc facere, per tex. ad hoc not.in l.si hominem.ff.manda.quem tex. ad hoc ponderat Bar.in l.ambitiosa.ff.de decre.ab ordi.fac.& illū tex. ualde cōmendat dominus Panor.in c.studuisti. extra de offi.leg.bene faciunt not. per Barto. in l. cum nauarcorum.j̄.de naui cu.lib.11.

ADDITIO.

a ¶ Et dissimulatio.Adde, quòd dissimulatio non importat,consensum,uel dissensum.Pe.de Anch.in c. super eo. nu.5.extra de cogna.spi.

In l. Sancimus.

SVMMAE.

1 Contumax non auditur, nisi prius refectis expensis. & nu.2.
3 Iudex potest condemnare contumacem in expensis, quamuis pars non petat.
Contumax quis dicatur.
4 Officialis quando faciat litem suam.
5 Præsumptio est contra contumacem, quòd non foueat iustam causam.
6 Condemnatio expensarum potest fieri ex quadruplici causa.
7 Condemnatio expensarum an sit fienda in interlocutoria.
8 Arbiter potest citare per nuncium.
9 Iudex inquirens an debeat condemnari in expensis, si inquisitus reportet victoriam.

SAncimus. Diuiditur in tres partes.In prima statuit.In secunda punit.In tertia remouet unum dubium. Sec. pars est ibi, scituris.Tertia ibi,
1 quid etiam in pedaneis.h.d.† Contumax nō auditur, nisi refectis expēsis,& si iudex eas refici non faciat,tenetur de suo proprio reficere. h.d. ¶ No. 1. ex isto tex.pœnam contumacis: quia non auditur,nisi prius refectis expensis.Patitur etiam aliam pænam : quia posset contra eum interponi primū decretum.l. satisq;.ff.de in ius uoc.Item posset mulctari per iudicem.l.1.ff.si quis ius dicen.nō obtem.Itē si sit uerus cōtumax, excludit ab appellando.ut uidistis in l.properandū. §. si autem.s̄.de
2 iud. ¶ No. † quòd contumax non meretur audiri, nisi prius reficiat expensas contumaciæ. Et hoc procedit,siue petantur officio iudicis nobili, siue petantur actione in factum. Nam tales expensæ contumaciales bene possunt peti actione in factum.glo.fin.in l.j.§.fi. ff.si quis ius
3 di.nō obtem.Et dicunt hic Doct. maximè Pet. & Sali.† ꝙ iudex contumacem poterit condemnare in expensis, ēt si pars hoc non petat,sicut posset eum mulctare ex officio.d.l.1.ff. si quis ius di.Sed pone.Reus fuit citatus tribus citationibus,in duabus primis non comparuit, sed in tertia bene comparuit:an tenebitur soluere expensas primæ,& secundæ citationis.Iac.de Are. dicebat, quòd non:quia non debet dici contumax, nisi præcesserit terna citatio.l.contumacia.§.1.ff. de re iudi. In contrarium est ueritas,& ita tenet glo.in c. querelam. extra de procu.& in c.quoniam contra falsam.extra de proba. & hāc sententiam secuti sunt Io.And.dominus Pet.de Anch.& Ioan.de.Imo.in d.c.querelam.& Anto.de But. in c. finē litibus.extra de dol.& contu.& Cy.& Barto.hic.& idem Barto.in l.qui ante kalendas.ff.de uer.obli.& idem Bar. in authen. qui semel. j̄. quom. & quan. iud. & Ange. in l.2.j̄.de anna.excep.habetur per Specu.in ti.de contu.§. uiso.uer.quid si tres. & ab ista communi sententia non recedatis.Ad.l.cōtumacia.in.§.1.quam alleg.Ia.de Are. respōdebitis,quòd quantùm ad effectum definitiuę sententiæ proferendæ non dicitur contumax,nisi præcesserint tres citationes,uel una cum peremptorio, & ita loquitur illa.l.contumacia.in.§.1.sed quantùm ad alios effectus bene dicitur contumax, si non comparuit in duabus primis citationibus,licèt cōparuerit in tertia. & pro cōi opinio.optimè facit tex.in d.auth.ꝗ semel.¶ No.ul-
4 terius hic bene probari,ꝙ† officialis, nedum qñ malè iudicat,sed etiam qñ negligit facere id,ad quod tenet̄,facit litem suam. De quo dixi uobis,si recordamini in l. si qs in conscribendo.s̄.de pac.not.in.l. mancipia. C. de ser. fugi. ¶ No.ulti.ex uerbo, mala conscientia, secundùm
5 Bal.† ꝙ cōtra contumacē præsumit̄, ꝙ non foueat iustam
6 causam.Et pro declaratione.l.nostrę uolo sciatis,ꝙ † quadruplici de causa poteſt fieri cōdemnatio expensarum. Primo ratione temeritatis, puta; quia erratum fuit in

nomine illius, qui debebat citari: erant enim in eadem ciuitate duo homines eiusdem nominis, & cognominis. Et nuncius ad mei instantiam citauit unum ex illis, cum quo nihil habebam agere, & debebat citare alium, & ego non instruxi nuncium de qualitate personæ citādæ: certè debeo in expensis condemnari ratione temeritatis, tex. est cum sua glo. no. in l. eum quem temerè. ff. eo. ¶Secundò fit condemnatio expensarum ratione retardati processus, puta, quando pars bene comparuit, sed tamen protraxit litem per ambages, tex. est no. in l. non ignoret, inf. de fruc. & lit. exp. ¶ Tertiò fit cōdemnatio expensarum ratione contumaciæ, ut in l. nostra. ¶Quartò fit condemnatio expensarum ratione uictoriæ l. properandum. §. sinautem alterutra, sup. eo. & hoc potest dupliciter intelligi. primò quia uictoria fuit reportata super tota causa, & ita loquitur. §. sinautem alterutra. uel uictoria fuit reportata super uno capitulo. ¶ In glo. 1. ibi. illa tamen post &c. Et sic uult ista glo. quòd si aliqua exceptio emergat ante litem contestatam, & pronuncietur super ea, tunc uictus uictori non condēnabitur in expensis, & idem est, quando feruntur interlocutoriæ in medio litis &c. Et cum ista opin. glo. pertransit hic Barto. nisi secundùm eum super ipsa exceptione fuisset diu litigatum, & propter hoc multùm fuisset retardatus processus: nam tunc fieret condemnatio expensarum ratione retardati processus, per l. non ignoret, inf. de fruc. & lit. expen. sed illa l. loquitur in casu suo, non autem loquitur in terminis huius gl. Alii uerò communiter tenent contra istam glo. dicentes,
7 †quòd in qualibet interlocutoria, super qua pronuncietur, uenit fienda condemnatio expensarum, & ita uult Spec. in tit. de expensis. §. sinautem, uers. sed nunquid deficiens. Ita et uult Inno. in c. sæpe, extra de appel. & Bal. & Sali. hic, & idem Bal. in Auth. generaliter, supra de episco. & cler. & idē Bal. in l. generaliter. §. his de præsentibus, inf. de reb. cred. & hoc uolunt etiam Cano. in c. finem litibus, ext. de dol. & contum. Potestis pro concordia dicere, & ita uidi practicari, quòd aut appellatur ab interlocutoria, ne super ea pronuncietur, & tunc uictus uictori debet ī expensis condemnari, & ita procedat dictum Innocē. in d. c. sæpe. Aut loquitur in aliis interlocutoriis, quæ ferūtur in medio litis, & tunc procedat opinio huius glos. & Bar. ut reseruetur condemnatio expensarum in fine litis. Quod ultimum limitetis, nisi esset interlocutoria lata super aliqua exceptione dilatoria definiente totū negotium, & ferretur interlocutoria, per quam pronuncietur illam exceptionem dilatoriam obstare, & actorē non esse audiendū: tunc. n. uictus debet condemnari in expēsis. l. properandum. §. & siquidem, uers. & si quidem nihil sufficiens. s. eo. Addite, quòd quantuncunque iudex pronunciaret se non esse competentem, tamen potest condemnare actorem in expensis: quia licèt non habeat iurisdictionem in principali, tamen eam habet in isto accessorio. Ita notant Canon. in c. fi. ext. de rescrip. Ego allego uobis opi. tex. in Clem. 1. eod. tit. de rescript. ¶ In glo. fi. in fi. Aduertite, quia ista fuit quæstio, quæ fuit delegata, & commissa dominis Lotario, & Azoni in causa cuiusdam pulcherrimæ puellæ, & Lotarius dicebat, ꝙ ipsi iudices delegati non poterant citare per nuncium, & hoc dicebat ad finem, ut ambo sæpe accederent ad illam pulchram puellam pro citando eam. Azo uerò dicebat, quòd imò poterant citare per nuncium, & pro opi-
8 nione sua dicebat, †quòd arbiter potest citare per nunciū, l. sed interpellatur. §. 1. ff. de arb. & maior est potestas iudicis delegati, quàm arbitri: quia delegatus habet iurisdictionem, saltem delegatam. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. arbiter uerò non habet iurisdictionem, sed notionem. l. ait Prætor. ff de re iudi. stat ergo firma conclusio, quòd delegatus potest citare per nuncium, non tamen potest citare per edictum, nisi sit delegatus Principis, ut notatur in §. si uerò, in Authen. de exhiben. reis, & in c. gratum, extra de offic. deleg. & in c. cum olim, in uerbo, per portarium, extra de
9 priuileg. ¶Quæro, †utrùm iudex inquirens debeat con-
a demnari in expensis, si inquisitus reportet uictoriam. a Bald. hic concludit, quòd si iudex procedat per inquisitionem contra aliquem præcedente fama, uel indiciis: tunc excusatur ex necessitate officii, secus si nō præcedente fama, uel indiciis procedat contra aliquem, & ille absoluatur: tunc ipse iudex condemnabitur in expensis. Ego pro hoc allego. l. seueriter, & ibi de hoc notatur, infra de excu. tuto. Non obstat, si dicatur, quòd præsumendum est pro iudice, text. est notabilis in l. 2. in uerbo, quod non arbitramur, supra de offic. ciuili. iudicum. & l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. quia respondet eleganter hic Bal. ex mente Cyn. quòd istud procedit, quando seruat debitum ordinem in procedēdo, sed quando non seruat debitum ordinem, non præsumitur pro eo, & pro hoc nihil allegat. Ego allego tex. cum sua glossella in l. 1. in uerbo, mala fide, infra de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. Nam ille text. cum gloss. probat, quòd quando iudex procedit non seruato debito ordi-
b ne, præsumitur in dolo, & mala fide, b quod perpetuò tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Si inquisitus reportet uictoriam. Vide per eundem Iaco. in l. si uacantia. & in 2. col. & 3. & 4. circa fi. inf. de bonis uacan. lib. 10.

b ¶In dolo, & mala fide. Si uis uidere multos casus, in quibus iudex potest procedere per inquisitionem, licèt nō præcedat fama, & calumniosa insinuatio. Vide eundem Iac. in d. l. si uacantia, de bo. uac. li. 10. in 7. col.

In Auth. Post iusiurandum.

SVMMAE.

1 *Expensæ qualiter taxentur.*

2 *Iudex an possit diminuere de taxatione expensarum, postquā pars iurauit.*

3 *Iudex potest ex causa absoluere partem ab expensis.*

4 *Appellari an possit ab iniqua taxatione expensarum.*

POst iusiurandum. ¶Hodie prius taxantur expensæ: deinde iuratur, post iuramentum non licet iudici diminuere taxationem, & ex causa potest utranque
1 partem ab expensis absoluere. Hoc dicit. ¶Nota† practicam seruandam circa expensas, in quibus pars fuit condemnata. Nam uictor primò faciet taxari expensas de particella in particellam: deinde, facta taxatione per iudicem, ipse iudex deferet iuramentum parti, quæ iurabit se tantum expendisse, quantum ascendit illa taxatio.
2 Ita probatur hic. ¶Nota, † quòd post tale iuramentum nōn est licitum iudici aliquid diminuere de illa quantitate taxata. Ratio est, quia detegeret periurium partis: quia istud est iuramentum ueritatis, secus esset in iuramento affectionis. Nam post ipsum iuramentum iudex bene potest moderari, & diminuere: quia tunc non detegitur periurum partis. l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem
3 iuran. ¶Nota ultimò, †quòd iudex ex causa potest absoluere utranque partem ab expensis, quando tamen ita facit, tenetur exprimere causam in sententia, ut declaraui uobis in l. properandum. §. penul. sup. eod. ¶Quæro,
4 †nunquid ab iniqua, siue nimis excessiua taxatione expēsarum

c.de causis,in uersi. sed quæro, utrùm iudex. extra de of fi.deleg.¶Trigesima nona causa est,si iudex recusatus delegauit causam alteri, sed non in totum: nam tunc poterit ille delegatus recusari. c. iudex ab apostolica. extra de offi.deleg.li.6. ¶Quadragesima causa est, si resultat uerisimilitudo,quod læderet unam partem, si posset. per not.per Bal.in l.fi.ff.de hære.inst.¶Quadragesima prima causa est, si percipiat commodum ex iurisdictione: nam tunc,si uelit se pronunciare iudicem, ego potero eum recusare,per notata per glo. ordinariam in l.de iure. ff.ad municip.de quo notatur p Panor.in c.super literis.extra de rescri.¶Quadragesima secunda causa est, si superior, siue iudex fecit aliquem actum, tanquam pars capituli: nam tūc,si appelletur ad eum, ipse poterit recusari. Ista est glo.nota.in c.à collatione.ext.de appella.¶Quadragesima tertia causa est,quando quis citatur ad locum nō tutum:nam est iusta causa recusandi iudicem ratione loci non tuti,per ea quæ habentur in c.accedens.il 2.extra

31 ut lite non contestata.† Et dicitur locus non tutus,nedū quando locus iudicii non est tutus parti citatæ, sed etiā si ad illum locum non potest haberi accessus, nisi citatus transeat per locum sibi non tutum, uel per terram inimicorum suorum,ut not. in d.c.accedens. ¶Quadragesimaquarta causa est, si executor excedat modum in exequendo: nam potest recusari, ut habetur in c.super quæstionum.in §. 1. extra de offi. deleg. ¶Et aduertite:

32 †quia iudex potest recusari,nedum quando est solus,sed etiam quando habet collegas,tex.est nota. in c. causam quæ inter,ext.de offi.deleg.imò quod plus est,uniuersitas iudicum potest recusari.Iste est tex.nota.in c.licèt ex suspecto.ext.de foro compe.& hoc uult gl.in c.in singulis. ext. de statu monach. & dominus Panor.post cæteros. in c. 1. extra de iudi.¶Aduertite, quòd si sint duo, uel tres iudices, & unus sit recusatus ut suspectus, & alii procedant cum eo,processus erit nullus,d.c.cum super. extra de off.deleg.& nedum litigantes possunt recusare iudicem, sed etiam tertius,qui pro suo interesse comparet in causa.tex.est nota.in d.c.cum super. & ibi Panor.

ADDITIONES.

a ¶Vt suspectum. Adde, quòd quando crimen est notorium,iudex non potest recusari ut suspectus. Vide eundem Iacob.in l.magistratibus.ff.de iurisd. omn. iudi. in fine commen.

b ¶Possit esse iudex. Adde, quòd potest etiam esse testis in causa ecclesiæ suæ. Pet. de Anch.in c.cum uenissent. num.3.ext.de iudi.& in c.insuper statuimus.num.1.ext. de testib.

c ¶Suspectus est. Adde,quòd se ingerens est repellēdus. Io.de Tur.Crema.in c.uos autem. nu.2.16.q.1.

In Auth.Si uerò.

SVMMAE.

1 *Iudex ordinarius non potest remoueri, ut suspectus ad finem, ut ex toto remoueatur.*

2 *Iudex potest reducere ad transactionem, & concordiam partes litigantes.*

3 *Iudex non potest cogere partes ad transactionem, seu concordiam etiam in causa pecuniaria,seu ciuili. Fallit ut nu.4.*

5 *Compromissum potest fieri in iudicem ordinarium, tanquam in arbitratorem de iure,& de facto. Et tanquam in arbitrū de iure canonico.nu.9.*

6 *Iudex dicitur habere maiestatem.*

7 *Iudex ordinarius an possit esse arbiter.*

8 *Latrunculator quis dicatur.*

10 *Sententia lata à iudice, ut ab arbitro an ualeat ex potestate ordinaria.*

11 *Arbitramentum est quædam transactio.*

12 *Transactio non ualet nisi aliquo dato, uel retento.*

1 Si uerò. ¶† Iudex ordinarius non potest allegari suspectus ad finē, ut ex toto remoueat, sed ut ei associetur Episcopus. Hoc dicit. ¶ Nota primò ex

2 isto tex. † quòd iudex potest partes litigantes reducere ad transactionem, & concordiam. Et hoc intelligatis procedere in causa pecuniaria,seu ciuili; secus in causa criminali:quia donec sit punitus reus, non debet laborare ad concordiam.Ista est gl.ualde no. quam ponderant Bar.& Saly. ibi in l. transigere. sup. de

3 transact.Aduertite etiam,† quia etiam in causa pecuniaria, seu ciuili non potest cogere partes ad transactionē, & concordiam,ita bene suadere & hortari. Glo.est nota

4 bilis in l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui not. infa. † Fallit, quando partes diu litigassent cum magnis sumptibus: quia tunc iudex, maximè Episcopus potest ipsas partes cogere ad pacem,& concordiam. Ita dicit dominus Anto.de But. in c. 1. extra de mutuis peti.per tex. ad hoc nota. in cap.placuit. 90. distin. quod notetis. Secundò fallit,quando esset timor,ne partes uenirent ad arma. l. æquissimū.ff.de usufruc. Tertiò fallit,quando ex litigio inter duas partes turbaretur publica pax. Nam tunc possent cogi ad pacem,& cōcordiam.Ita dicit Bar. in d. §.qui iussu.argu.l.congruit.ff.de offi.præsi.¶ Nota ulte

5 riùs ex isto text. † quòd in iudicem ordinarium potest

a fieri cōpromissum [a],tanquam in arbitratorem de iure,& de facto.Sed si fieret compromissum in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum, nihil ualeret. l. sed si in seruum.§.si quis iudex.ff.de arbit.sed quæ potest esse ratio huius ultimi dicti.Rapha. Fulg. hic dicit rationem esse: quia rei suæ non tenet mandatum, nec emptio, neque pignus.l.neque pignus. & l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur.cum ergo iudex habeat iurisdictionem ordinariam, non potest à partibus recipere notionem.Bal. autem in l.si qui ex consensu.sup. de epi.audi. assignat aliam rationem,scilicet ne iudicis officium uilescat: cum enim habeat iurisdictionem,qua mediante potest cognoscere de causa, si reciperet tanquam arbiter potestatem à partibus, uilesceret officium. Hostien.autem in summa sua in tit.de arbitris.§.quis possit.uersi. sed nunquid iudex, assignat alias rationes.Prima ratio est;quia quemadmodum ascendere est honor,ita descendere est pudor.c.le

6 gimus.93.distin.sed nos habemus,† quòd iudex dicitur habere maiestatem.l.si quis id quod.ff.de iurisdi.om. iudi.unde si reciperet potestatem à partibus,& fieret compromissum in eum,tanquam in arbitrum,certè descenderet:qa nō haberet nisi notionē.l.ait Prætor.ff. de reiudi. secūda ratio est sm eū:quia ubi habemus remediū ordinariū,cessat extraordinariū. l. in causę.ff.de mino.Gl. uerò in c.infames.§.si qs uerò.3.q.7.assignat alias rōnes.Prima est,quia arbiter est ad similitudinem iudicis. l. 1. ff. de arbi. sed si fieret compromissum in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum, idem & simile reperirentur in eodem subiecto contra. l. quod Nerua. ff depos.

7 Secunda ratio illius gloss. est: † quia si iudex ordinarius posset esse arbiter, semper procuraret in eum fieri compromissum tanquā in arbitrū ad finem,quòd ab eius sniā non appellaret.l.1.sup. de arbi.Alia ratio, quā assignat illa gl.est: qa iudex ordinarius est ille, qui debet cogere arbitrū, ut pcedat, & dēt suā sniam mādare executioni. l. cum antea. supra de arbi. & si fieret compromissum in eū,tanquam in arbitrum,oporteret,quòd cogeret semet ipsum, contra l.pen. ff.de arb. Inter has omnes rationes plus placet ratio Bal.in d.l.si qui ex consensu. Quod dixi supra in iudicem ordinarium non posse compromitti tanquam in arbitrum,intelligatis procedere, quando esset iudex ordinarius causæ,& personarū, secus si esset iudex ordinarius causæ, & non personarum,uel econtra. Nam tunc bene posset compromitti in eum, tanquam in arbitrum

arbitrum.d.l.si qui ex consensu.& ideo Ang. suo consi. 198 incipiente. In Dei nomine,& suę matris gloriosę.Visa narratione facti. in prima colum.illius cons. dicit ele
8 ganter,† ꝙ in iudicem ordinarium causarum criminaliũ, qui dicitur latrunculator. l.solemus.§. latrunculator. ff. de iudi. posset fieri compromissum, tanquam in arbitrũ de cã pecuniaria,seu ciuili : quia in illa non est iudex ordinarius.Quod tenete perpetuò menti.Præmissa proce-
9 dunt de iure ciuili:†de iure autem canonico bene potest compromitti in iudicem ordinarium, tanquam in arbitrum.c.cum tempore.& c.ex parte. ext.de arbi. Sed mo-
10 ueo uobis pulchram dubitationem.†Ponamus,quòd de iure ciuili partes compromittant in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum,& proferat sententiam, an illa sententia saltem ualebit ex potestate ordinaria, quam habet.Roma.in l.1.§.si quis ita.ff.de uerbo.obli. tenet ꝙ sic.Ego in quęstione facti cõsului contrariũ,& feci mihi portari processum,in quo reperi, quòd partes processerant coram illo iudice, tanquam coram arbitro, & ideo dixi, quòd sententia non poterat sustineri ex potestate ordinaria,quam habebat ille iudex.& ad hoc allegabam Angel.in l.si per errorem.ff.de iurisd. om.iu.& eundem Angel. in repetitione. l. falsus. infra de furtis. faciunt nota. per Canon. in c. cum ex officii. extra de præscriptio. Et notetis bene prædicta. ¶ Vltimò notetis id,ad
11 quod allegatur frequenter ista Auth.† quòd arbitramẽtum est quædam transactio. Quod uerum est largè, & impropriè loquendo, non autem propriè & strictè. Ad hoc allego uobis Bar.in l.quod si Ephesi.ff. de eo quod cer. loco. & eundem Bart. in l.si societatem. §. arbitro-
12 rum.ff.pro soc.quod probo optima ratione.† Nam transactio non ualet, nisi aliquo dato,uel retento. l. transactio.sup.de transact.& tamen arbitrator potest in totum absoluere.Et ideo Bald.in l.fi.inf. de execu.rei iudi.admiratur,quare arbitrator possit in totum absoluere, cũ arbitramentum sit quædam transactio,sed responsio patet ex prædictis.¶In gl.nihil est,quod sit dignũ expeditione. ¶Quęro,nunquid ista Auth.hodie seruetur in practica,dũ dicit,ꝙ Episcopus adiungitur iudici ordinario recusato,ut suspecto.Gui.de Cu.Bald.& Pau.de Cast.dicũt quòd non,imò hodie de consuetudine adiũgitur aliquis alius probus uir.Quod notetis.

ADDITIO.

a ¶Compromissum.Quid si compromissum fuerit in iudicem,& laudo dato partes eandem sententiam coram eo deducunt per uiam iudicij, an poterit pronunciare contrarium eius,quod primo ut arbiter pronunciauit. Vide latè per Pet.de Anch.in c.literas.nu.15.ext.de ꝓsump.

In l. Certi iuris.

SVMMAE.

1 *Illiterati possunt eligi in Potestates,& officiales locorum.*
2 *Causa an possit delegari imperito literarum.*
3 *In ciuitate præsumitur adesse peritorũ, & aduocatorũ copia.*
4 *Capitanei gentis armorum habent iurisdictionem in omnes illos,qui sunt sub sua conducta.*

CErti iuris. ¶ Milites, & alij illiterati possunt esse Potestates,& officiales locorum.h. d. ¶ Nota ex
1 isto tex. † quòd illiterati possunt eligi in Potestates,& officiales locorum.Dicit tamẽ hic Bal. quòd debẽt habere secum assessores iurisperitos,per ea,quæ habentur in l.fi.inf.de sen.ex peri.reci
2 tan.† Sed est uidendum, nunquid imperito literarum possit delegari causa. Gl.hic super uer. magistratus,uidetur uelle quòd non, dum dicit, quòd est speciale in Principe,ut possit delegare causam imperito literarũ. Sed glo.iuris canon.in c.sciscitatus.in uerb.alio impedimento,ext.de rescri.determinat cõtrariũ dicens,ꝙ illiterato potest committi causa, dummodo habeat consuetudinem causarum,& peritiam iudicandi. Sed contra illã glo.& pro ista facit tex.in.§. 1.in Auth.de iudici.Alber.de Rosa.hic dicit, quòd de iure ciuili illiteratus potest esse iudex ordinarius,& etiam delegatus. & ita dicit seruari. Vos aũt pro concordia oĩum prædictorũ põtis distinguere,ꝙ aut Princeps delegat causam illiterato;& tũc si hoc faciat ex certa sciã, ualebit delegatio. l. quidã cõsulebãt.ff.de re iudi.secus si hoc faceret per errorẽ. l. si per errorem.ff.de iurisdi.om.iud. Aut delegatio fit ab inferiore à Principe, & tunc si fiat intra urbem,tunc de-
3 legatus debet esse peritus literarum: † quia in ciuitate præsumitur adesse copia peritorum, ut habetur in cap. statutum, extra de rescript. lib.sexto. Aut delegatio fit extra urbem,& tunc ualebit, quantuncunque sit facta imperito literarum.Et ita intelligatur gl. in d.c.sciscitatus, quã gl.dominus Anto.de But.ibi reputat esse notabilẽ ꝑ Canon.quia non habent de hoc tex. De hac materia habetur per Specu.in titu.de iudi.deleg.§.superest.uersi.itẽ quòd est illiteratus. An autem ualeat sententia excommunicationis lata ab imperito literarum. uidete per Io. And.in nouella.in c.præsenti.circa finem commenti.extra de sententia excomunica. lib.6.¶Vltimò per hanc.l.
4 dicit Paul.de Cast.† quòd Capitanei gentium armorum habent iurisdictionem in omnes illos, qui sunt sub sua conducta. Et hoc in causis ciuilibus.In causis autem criminalibus est distinguendum, an delictum sit militare, uel non,iuxta ea quæ habentur in l.magisteriæ.inf.de iurisdi.om.iud.

In l.Cum specialis.

SVMMAE.

1 *Libellus recusationis cui sit offerendus.*
2 *Appellatio coram quo iudice sit interponenda.*
3 *Defensores ciuitatum,& duumuiri differunt.*
4 *Iudex potest partes concordare, quando discordant in electione arbitri,seu arbitrorum.*
5 *Iudex potest formare punctum consultationis,quando partes discordant in formando.*
6 *Illico quid dicatur fieri.*
7 *Arbitri, qui eliguntur in locum iudicis delegati,an possint cognoscere de negotio principali.*
8 *Appellari potest à sententia arbitrorum,qui eliguntur de necessitate.*
9 *Iudex appellationis, quando confirmat primam sententiam, debet ipsemet illam mandare executioni.*
10 *Delegatus à Principe censetur maior quocunque ordinario.*
11 *Lex interpretans debet intelligi secundum legem interpretatam.*
12 *Exceptio suspicionis an sit proponenda in scriptis.*
13 *Appellari ad quem debeat à subdelegato.*
14 *Delegatus à Principe, si subdelegat simpliciter, intelligitur subdelegasse in totum.*

CVm specialis. ¶ Si iudex delegatus,qui recusatur ut suspectus, non est præsens,sufficit offerre libellum recusationis coram ordinario loci,ubi est recusãs,& ille coget partes ad eligendum arbitros,quorum sententia mandabitur executioni,nisi fuerit appellatum. Hoc dicit ista
1 notabilis lex.¶ Nota primò ex isto tex. † quòd libellus recusationis,seu suspicionis debet offerri coram illo iudice

guinei sunt coniuncti. Quod dictum notetis ad statuta lo
quentia de consanguineis. ¶ Addite, ꝙ nedum possum re
cusare consanguineum aduersarii mei, quando illum im
petrauit in iudicem, sed etiam si sit consanguineus alicu
22 ius inimici mei. † Nā sicut inimicum possem recusare ut
suspectum, ita etiam consanguineum inimici mei. Ita di
cit eleganter dominus Panor. in c. accedens. il 2. & per il
lum text. ext. ut lite non contest. Quod dictum tenete
perpetuò menti. ¶ Sed ponamus, quòd prælatus ecclesię
impetrauerit à Papa in iudicem unum suum consangui-
neum, non in causa propria ipsius prælati, sed in causa ec
clesiæ ipsius prælati, & illum impetrauit contra me: nun-
quid potero eum recusare ut suspectum. Spec. determi-
nat, quòd non. in titu. de iudice deleg. §. superest. uersi.
quid si prælatus. sed Io. And. in addi. ibi ad Spec. deter-
minat contrarium, & bene. & hanc partem sequitur do-
minus Panormi. in d. c. postremò, allegans tex. quem sem
per ad hoc reputauit singula. in d. c. insinuante. extra de
23 offi. delega. ¶ Accipite simile. † Nam licèt Prælatus in
b causa ecclesiæ suæ possit esse iudex [b], ut uult glo. in c. si
quis erga. 2. q. 7. tamen poterit recusari ut suspectus pro
pter affectionem, quam habet ad ecclesiam suā. Ita uult
dominus Panor. in c. cum uenissent. extra de iudi. Nota-
tur in c. cum personæ. extra de priuile. li. 6. Quod dixi su
pra. iudicem posse recusari ratione consanguinitatis, qua
coniūctus est cum aduersario meo, limitetis, nisi qualitas
personæ excludat suspicionem: quia est frater cartusien-
sis, uel aliàs est religiosus bonæ, & timoratæ cōscientię.
Nam tunc ratione consanguinitatis non poterit recusa-
ri. Ita uult sing. Vicen. in d. c. postremò. & Spe. in d. §. su-
perest. uersi. quid si non est. Nam ratione qualitatis per-
24 sonæ aliquando cessat recusatio. † Et ideo Papa non pos
set recusari ut suspectus. Ita dicit d. Panor. in c. querelam.
circa quartam colum. extra de elect. & ideo pulchra glo.
25 in c. 1. extra de concessio. præben. lib. 6. dicit, † quòd Pa
pa præsumitur moueri ex iustitia, non autem ex affectio
ne. ¶ Quid autem de Cardinalibus. Io. de Imo. in c. nouit
in ulti. notabili. extra de appel. dicit, quòd si cardinalis
impetratur in iudicem, non poterit recusari, ut suspectus
per illum tex. Sed dominus Panor. ibi tenet contrarium,
& bene. Non obstat tex. in d. cap. nouit. quia loquitur,
quando cardinalis erat merus executor, seu merus mi-
nister, quo casu lædere non pōt; secus est qn̄ est iudex da
tus. Quid autem si actor impetrauerit in iudicem ali-
quem consanguineum rei conuenti, an poterit postea
eum recusare ratione consanguinitatis. Videtur quòd
non, ex quo semel eum approbauit, per rationem l. cum
Papinianus. infr. de senten. & interl. om. iudi. Vos deter
minabitis totum contrarium, dummodo tempore impe
trationis ignoret illum esse consanguineum sui aduersa
rii, ut not. in d. c. insinuante. ¶ Secūda causa recusationis
est ratione affinitatis, puta si iudex impetratus sit affinis
aduersarii mei. Nam ratione affinitatis poterit recusari.
glo. est not. in c. 1. in uerbo, metropolitano subesse. ext.
ut lit. non contest. facit l. aut affinitate. ff. de procurat. &
Goffre. & Ioan. Andr. in d. c. postremò, dant elegantem
26 doctrinam dicens, † quòd omnis causa sufficiens, & ha-
bilis ad remouendum procuratorem est etiam sufficiēs,
& habilis ad recusandum iudicem. Quod notetis perpe
tuò. ¶ Tertia causa est, si ipse iudex fuisset consultor in
causa. Ita not. Arch. in c. si contra unum. ext. de offi. dele.
¶ Quarta cā est, si fuisset aduocatus in illa causa, & ille,
pro quo fuit aduocatus, impetrasset eum in iudicem. Nā
altera pars posset eum recusare. l. Prætor. ff. de iurisdic.
om. iudi. Sed ponamus, quòd ipse iudex non fuisset ad-
uocatus, sed aliquis de familia ipsius iudicis, an ex
hoc ipse iudex posset recusari, ut suspectus. Pone enim,
ꝙ in domo iudicis impetrati contra me sit aliquis de
sua familia, qui sit aduocatus aduersarij mei, an potero
recusare illum iudicem ut suspectum. glo. in c. accusato-
res. 3. q. 5. determinat, quòd sic. Sed glo. tenet contrariū
in c. ex insinuatione. extra de appel. & illam glo. sequun
tur Doc. quia non est verisimile, ꝙ iudex commoueatur
in aliquam partem sinistram propter aliquem de sua fa
milia. & pro hac sententia est optimus tex. in c. 1. extra
de offi. iudi. ¶ Quinta causa recusationis est, quando ca-
nonicus fuisset impetratus iudex per canonicum eius-
dem ecclesię contra me, qui non sum ex canonicis illius
ecclesiæ. Nam potero eum recusare ut suspectum. c. cū
R. canonicus. ext. de offi. deleg. Secus si tam actor, quàm
reus essent canonici eiusdem ecclesiæ: quia par causa
affectionis tollit omnem suspicionem. l. non solùm. §. de
uno. ff. de ritu nup. Et per hoc etiam limitatur id, quod
dixi de consanguineo: quia si iudex impetratus esset cō
sanguineus utriusque partis, ista non esset sufficiens cau
sa recusandi eum, per rationem prædictam, nisi esset ma
gis consanguineus unius, quàm alterius. Et ideo Bal. di-
cit eleganter in d. c. postremò, quòd debemus considera
re indicia disparitatis, quod notetis. ¶ Sexta causa est,
quando iudex esset commensalis, seu familiaris aduer-
sarii mei: nam ego possem eum recusare ut suspectum,
ut uult glo. in c. 1. & in c. accusatores, uel testes. 3. q. 5. Et
ideo dicunt notabiliter Io. de Imo. & dominus Panor. in
d. c. insinuante. extra de offi. deleg. quòd si Episcopus sit
mihi aliqua iusta ratione suspectus, ego potero suum ui
carium recusare. Quod notetis. ¶ Septima causa est, si iu-
dex sit oriundus de terra impetrantis: nam altera pars,
quæ non est de illa terra, poterit recusare illum iudicē
ut suspectum. c. accedens. il 2. ut lite non contesta. Nam,
quando duo, qui sunt oriundi de eadem terra, se repe-
riunt in aliena patria, solent sibi inuicem multùm faue-
re, ut dicunt Io. And. & cæteri in c. accedens. & hoc est
de mente Spec. in tit. de iudice deleg. §. superest. uersi.
item si sit de terra. ¶ Octaua causa est, si iudex sit uasallus
illius, qui impetrauit eum: nam altera pars poterit eum
recusare. arg. c. de forma. 23. q. 5. habetur in c. 1. in tit. de
forma fidei. ¶ Nona causa recusationis ē, si suffraganeus
detur iudex sui metropolitani: quia tunc altera pars po
terit eum recusare, tex. est in c. fin. extra ut lite non con
test. ¶ Decima causa est, si dominus deputetur iudex in
cā subditi sui: nam altera pars poterit eum recusare. c.
causam, quæ inter. extra de offi. deleg. ¶ Vndecima cau-
sa est, si aliquis impetretur iudex contra me, & ille iudex
sit de districtu inimici mei; potero eū recusare, quantun
cunque ille inimicus non habeat litem mecum. Ita no-
tat dominus Panor. in c. accedens. il 2. extra ut lite non
contest. ¶ Duodecima causa est, si iudex impetratus per
aduersarium meum sit socius in eadem domo cum ad-
uersario meo: nam durante illa cohabitatione potero
eum recusare. Ita dicit dominus Pano. in d. c. accedens.
¶ Decimatertia causa est, si iudex ciuis impetretur iu-
dex in causa sui conciuis contra forensem: nam forensis
poterit eum recusare, per ea, quæ habentur in c. statutū.
§. cum autem. & §. si cum uerò. extra de rescrip. lib. 6.
¶ Decimaquarta cā est, si iudex nimis faueat alteri par-
ti: nam alia pars poterit eum recusare. Et idem si ex ali-
quibus coniecturis appareat, quod nimis diligit unam
partem, plusq̄ aliā. d. c. accedēs. il 2. ext. ut lit. non cōtest.
Dicunt tamen ibi Io. And. & cæteri Doct. quòd non suffi
ciet allegare, quòd nimis fauet alteri parti, sed est neces
se exprimere causam, quare nimis fauet. & idem uult
Io. And. in nouella. in c. legitima. extra de appel. in 6.
¶ Decimaquinta causa est, si iudex sit datus ad instantiā
unius partis: nam alia pars poterit eum recusare. l. obser
uandū. ff. de iudi. ¶ Decimasexta cā est, si ipse iudex pro-
curauit sibi causam delegari, quia qui se ingerit, suspe-
c ctus est [c]. l. quæ omnia. ff. de procu. Ita dicit Io. And. in d.
c. legitima. ¶ Decimaseptima causa est, si iudex habeat

consimilē causam:nam ista est iusta causa recusandi eū.
c.causam quæ.il 2.extra de iudi. Et quando dicatur ha-
bere consimilem causam , uidete notata in c. personas.
extra de testi.¶Decima octaua causa est, quando ipse iu
27 dex impetratus cōtra me est inimicus meus.†Et aduerti-
te,quia non est necesse,quòd inimicitia sit capitalis, uel
alia queuis,sed sufficit,quòd sit probabilis.c.cum super.
cum sua glo. extra de offi. deleg. Ad hoc allego aliam
pulchram glo.in c.2.in uerbo,inimicum. & ibi Domini-
cus de San. Gemini.hoc uult extra,de procura.li.6.Nam
si talis inimicitia (quantumcunque non capitalis)uel alia
quæuis est sufficiens ad remouendum procuratorem,
pari ratione erit sufficiens ad recusandum iudicem, ut
dixi in superioribus. ¶ Decima nona causa est , si iudex
fuit inimicus meus, sed modò est reconciliatus mecum.
Nam si impetretur contra me , est iusta causa recusandi
eum,non obstante reconciliatione. Ita tenet Specul. in
tit.de iudi.delegat.§.superest.uersi.ita si quondam, facit
c.accusatores.3.q. 5. Et de isto inimico reconciliato ui-
de optimam glo.in c. per tuas. il 1. in uerbo,capitales.
extra de simo.uide etiam notata per Bar.in l.3.§.fi.ff. de
de adimen. & transferen.lega.¶Vigesima causa est,si iu-
dices sint reciproci , puta . Tu impetrasti me in iudicem
contra Titium , & ego impetraui te in iudicem contra
Caium: nam uerisimiliter ego fauebo tibi,ut faueas mi-
hi, & ista est iusta causa recusandi per alteram partē . Et
hinc est, quòd quis non potest esse conseruator conser-
uatoris sibi deputati.c.fi.extra de offi.deleg.li.6.Ad pr̨
missa bene facit tex.in c.uisis,circa fi.16.q.2. ubi tex.ita
formaliter dicit,humani moris est illum uereri,cuius iu
dicio,& uoluntate quis nunc erigitur,& modò deprimi
tur. ¶ Vigesima prima causa est , si iudex grauauit me in
una causa:nam possum eum recusare,nedum in illa cau-
sa , sed etiam in alia , ut plenè notatur in c.ad hæc,si in
una.extra de app. ¶Vigesima secunda causa est,si iudex
receperit pretium, uel receperit donationem, uel fuit
hęres institutus ab aduersario meo: nam potero eum re-
cusare.l.Iulianus.ff.de iudi.¶ Vigesima tertia causa est ,
quando primus iudex fuit deputatus,uel subrogatus in
locum iudicis appellationis : nam poterit in illa causa
recusari,ut uult glo.in l.eos.in prin. inf.de appella.¶ Vi
gesima quarta causa est,si iudex fuit fideiussor unius par
tis: nam altera pars poterit eum recusare. Ita uult Spec.
in d.§.superest uidere.uersi.sed nunquid fideiussor. Ego
28 comprobo uobis istam opinionem : † quia fideiussor nō
est idoneus testis in causa debitoris principalis. Ita di-
cit Bal.in l.si cui legetur. ff. de leg. 1. si ergo non potest
esse testis,ergo nec iudex:quia ex faciliore causa repel-
litur iudex,quàm testis.Ita uult pulchra gl.in c.cum. R.
canonicus.extra de offi.deleg. ¶Vigesima quinta causa
est, si discipulus impetret in iudicem Doctorem suum :
nam poterit ille iudex recusari ut suspectus. Ita dicit
Spe.in titu. de iudice delegato.§. superest uidere. uersi.
quid de magistro.Sed ego in superioribus allegaui uo-
bis Bal.in contrarium in Auth. habita. inf. ne filius pro
patre.Prò concordia potestis dicere , quòd aut Doctor
impetratur in iudicem per scholarem contra alium nō
scholarem , & tunc procedat opinio Specul. Aut am-
bo sūt scholares; & tunc ista non erit iusta causa recusan
di. Et ita intelligatur opinio Bald.quia ut dixi. sup. par
causa affectionis tollit omnem suspicionem.l. nō solū.
§.de uno.ff.de rit.nup.¶Vigesima sexta causa est, si ille,
qui est impetratus iudex contra me,sit inimicus domini
mei:nā possum eū recusare,ut suspectū,per l.unicam.C.
si quacun.prædi.potestate.¶Vigesima septima causa est,
si ille,qui est impetratus iudex cōtra me, sit familiaris,&
magnus amicus alicuius inimici mei:nā potero eū recu-
sare ut suspectum: quia non solum possum recusare ini-
micum,sed etiam amicum inimici mei. Ita dicit Bar.in l.
sciendum.ff.de legatio.¶Vegesima octaua causa est,si ad
uersarius meus loquit̄ in aure iudicis , & sibilat in auri-
bus ipsius: nam nisi iudex reuelet mihi illud, quod ad-
uersarius meus sibi in secreto dicit, potero eum recusa-
re ut suspectum.Ita dicit notabiliter Specu.in tit. de posi
tio.§.septimò.uersi. quid si ponens. Et hoc dictum sequū
tur Ant.de But.& Panor.in c.accedens. il.2.extra ut lite
non contest.bene facit tex.in c.cū ex incerto.circa prin.
extra de hære.ubi tex.dicit, quod dixi uobis in secreto.
ite ad prædicandum super tecto. ¶Ego istud dictum li-
mito uobis,nisi essemus in causis summariis:quia tunc li
citum est sibilare in aure iudicis,& loqui sibi in secreto,
nec ob hoc poterit recusari per alteram partē . Ita dicit
Bar.in extrauag.ad reprimen.in uerbo,sine strepitu. ¶Vi
gesima nona causa est, si iudex nō admisit unam partem
ad osculum humanitatis,sicut aliā:nam illa pars,quæ nō
fuit admissa,poterit recusare iudicem. Ista est glo.notabi
lis in c.cum super.extra de offi.deleg.¶Trigesima causa
est,si iudex se iactauit , quòd mihi noceret , si posset. Ita
uult gl.in d.c.super.& ibi Panor.¶Trigesima prima cau
sa est,si ille,qui fuit leuatus de sacro fonte,impetrauerit
in iudicem cōtra me patrinum,qui eum leuauit de sacro
fonte, uel econtra. ista erit iusta causa eum recusandi ut
suspectum:quia patrinum meum ego non possum uoca-
re in ius,nisi petita uenia, propter reuerentiā, quam sibi
debeo.Ita dicunt Guil.& Bal.in l.generaliter.ff.de in ius
29 uocan. & ibi dicit Bal. † quòd si filiolus non est idoneus
testis in causa patrini sui , qui eū leuauit de sacro fonte,
& si non potest esse testis,ergo nec iudex. per reg. quam
tradit glo.in d.c.cum.R.canonicus. Pro ista opinione fa
cit : quia maius est uinculum cognationis spiritualis, q̄
carnalis.Ita dicit glo.in c.qui dormierit, alias,si dormie-
rit.27.q.2.facit l. si quis alumnā.in fi.inf.de nup. & dicit
tex.in c.ita diligere. 30.q.3.quòd debemus patrinum no
30 strum diligere sicut patrem . † Sed ego in quæstione fa-
cti consului filiolum posse ferre testimonium pro patri-
no suo, & econtra. & allegaui Bald. & Salice. ita uelle
in l.parentes.inf.de testi.& domi.Floria.de Sanc.Per.in
l.testis idoneus. ff.de testi.& Bar.in quodam suo consil.
incipiente.In quæstione uertente inter Simonem . Ad
contraria sup.inducta respondebam , quòd procedunt
quantùm ad prohibitionem matrimonij, & quantùm ad
reuerentiam. ¶Trigesima secunda causa est,si fuit solici-
tator causæ pro una partium:nam altera pars poterit eū
recusare,ut non sit iudex, per ea,quæ uolunt Domini de
Rota sua conclu. 379.incipiente. Item fuit dubitatum .
¶Trigesima tertia causa est, si dicit apparere suum: nam
illa pars , contra quam detexit suum apparere , pote-
rit eum recusare,per ea,quæ notantur in c.irrefragabili.
§. excessus. extra de offi. ordi.¶ Trigesima quarta causa
est, si tulit testimonium in illa causa:nam poterit postea
recusari , si uelit esse iudex . per nota. per Specul. in §.
superest.uersi. idem si testis.notatur in l. fi. ff. de testib.
¶Trigesima quinta causa est, si pro una parte supplet in
facto ultra casus à iure permissos: nam altera pars pote
rit eum recusare,per not.in c.statutum.in glo.super uer
bo,copia.ext.de rescrip.lib. 6. ¶ Trigesima sexta causa
est , si salutatus ab uno ex litigantibus nihil respondet:
nam ille, qui consueuit me salutare,& amplius non salu
tat,præsumitur inimicus meus;& pari modo si salutatus
per me nihil mihi respondet.Ista est glo. nota. in c.cum
Adrianus.63.distin.& ita uult dominus Panor.in c.cum
super.ext.de offi.deleg. ¶Trigesima septima causa est,si
ipse iudex fecit iniuriam parti, puta, quia dedit sibi unā
alapam ; nam ista est iusta causa recusandi eum,per not.
per gl.in l.si quis prouocatione. inf. de ap. ¶Trigesima
octaua causa est , si iudex sit homo partialis , & teneat
partem unam, puta partem alborum,alius litigator,qui
est de altera parte,poterit eum recusare. Ita dicit Bal.in
c.de cau-

dice, qui recusatur ut suspectus, dummodo sit præsens, aliàs autem sufficiet ipsum libellum recusationis offerre coram ordinario loci, ut hic. Habetis simile ī appella
2 tione:† nam si ille iudex, à quo uolo appellare, sit præsens, ego debeo appellationem interponere coram eo, aliàs autem sufficiet ipsam interponere coram iudice, ad quem. l. 1. §. adeundi. ff. quando appel. sit. habetur in cap. subiectum. & in cap. fina. extra de appella. in antiquis. uel coram honestis personis, ut habetur in l. 1. inf. de his qui per met. iudi. non appella. notatur in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de ope. noui nuncia. & in clem. 1. extra de appella. ¶ Nota secundò hic bene
3 probari,† quòd defensores ciuitatum, & duumuiri sunt diuersi magistratus. Nam inter defensores, & duumuiros ponitur aduersatiua, uel, ergo non sunt idem, quicquid dixerit gl. in l. 1. in prin. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. ¶ Nota subsequenter hic bene probari,† quòd,
4 quando partes discordant in electione arbitri, seu arbitrorum, iudex potest ipsas partes concordare, si potest, si autem non potest cōcordare, ipsemet eligat arbitros. Et hoc est bene notandum ad statuta terrarum disponētia, quòd causæ inter affines compromittantur. Nam si partes discordāt in electione arbitrorum, iudex ipse eliget. Facit & ad aliam quæstionem, si statuto cauetur,
5 † quòd causa mittatur consulenda, & partes discordant in formando punctum consultationis, iudex ipse habebit formare punctum. & ita uolunt omnes Doctores in l. iusiurādum & ad pecunias. §. si de qualitate. ff. de iureiur. ¶ Nota,† quòd dicitur illico fieri, quod fit infra tri
6 duum. bene facit quod notat gl. ordinaria in l. 3. §. cum igitur qui cum armis. ff. de ui & ui arma. ¶ Aduertite: quia ista dictio, illico, habet alias significationes secundùm materiam subiectam. l. momentaneę, in uer. mox. ȷ̃. unde ui. & not. in l. 2. sup. de erro. aduoca. & in l. 1. §. cū adiicit. in uer. illico. ff. de uerbo. obligatio. ¶ Nota
7 † quòd arbitri, qui eliguntur in locum iudicis recusati, cognoscent de negotio principali, & hoc de iure ciuili: de iure autem canon. cognoscent solùm de causa suspicionis. c. suspicionis. extra de offi. deleg. c. cū speciali. extra de appel. ¶ Nota subsequenter ex isto tex. in uerbo, & executione, hic uideri probari, quòd iudex delegatus habet potestatem exequendi suam sententiam. Sed hoc est contra communem opinionem, quam recitaui uobis in l. properandum. §. si autem reus. supra eo. unde Bart. in pleriſq; locis intelligit istum text. in delegato à Principe: quia ille bene habet potestatem exequendi suā sententiam, ut bene notatur in l. à Diuo Pio. in §. 1. ff. de re iud. Sed iste intellectus Bar. confunditur per istū tex. in prin. ubi fit mentio nedū de delegato à Principe, sed etiam de delegato ab inferiore à Principe: unde Bartol. de Salice. aliter intelligit istum text. dicens, quòd hic delegatus nō fuit ille, qui pronūciauit, sed arbitri fuerūt qui pronūciauerunt. Et iudex delegatus est ille, qui exequitur sententiam. Iste intellectus Sali. non placet, nec in æternū placebit: quia si iudex delegatus ab inferiore à Principe non potest sententiam, quam ipse tulit, mandare executioni, secundùm communem opinionem, quantò minus poterit eā exequi ille delegatus, qui fuit recusatus ut suspectus, ita quòd ipse non iudicauit, sed arbitri. Ideo Rapha. Fulgo. dat alium intellectum ad istum tex. dicens, quòd iste uersiculus, & executore, non loquitur in delegato, sed loquitur in executore, qui erat deputatus ad exequendum sententias. & ita sonat ista litera.
8 ¶ Nota subsequenter hic bene probari,† quòd à sententia arbitrorum, qui eliguntur de necessitate, potest appellari. & ita uult elegāter Bar. quem omnes sequuntur, & istud dictum Bart. est ualde notabile in practica. Nam si statuto cauetur, quòd causæ inter affines compromittantur, & contingat arbitros eligi: certè à sententia illorū arbitrorū poterit appellari: q̃a electi fuerūt ex necessitate statuti. Non ob. l. 1. ȷ̃. de arbi. q̃a loquitur in arbitris, qui eliguntur de uoluntate partium. Aduertite, quia ipsemet Bartol. in prima constitutione huius uol. uidetur uelle, quòd à talibus arbitris non possit appellari, sed præcedens opin. est uerior. ¶ Vltimò notetis secun-
9 dùm Pau. de Cast. ex fine huius l.† quòd, quando iudex appellationis expressè confirmat primam sententiā, ipse met debet illam sententiam mandare executioni, secus si appellatio esset deserta: quia tunc executio spectaret ad primum iudicem: de qua materia notatur per glo. & Docto. in l. eos, in prin. inf. de appel. Notatur etiam per omnes Doctor. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & per Canon. in c. pastoralis. §. quia uerò. extra de
10 offic. deleg. ¶ In glo. 1. in fi. Ista glo. uult,† quòd delegatus ad uniuersitatem causarum non possit recusari ut suspectus. Sed omnes doctores reprehendunt eam, per. l. apertissimi. supra eodem. Nam si delegatus à Principe,
a qui censetur maior quocunque ordinario a. c. pastoralis. extra de offi. ordina. & c. sanè. extra de off. deleg. potest recusari, eadē ratione poterit recusari delegatus ad uniuersitatem causarum. Nō obstat iste tex. in uerbo, specialis, quia licèt loquatur de delegato ad unam causam, tamen non tollit dispositionem d. l. apertissimi. imò, cum ista l. ueniat ad interpretationē. d. l. apertissimi, succedit
11 regula dicens,† quòd lex interpretans debet intelligi secundùm legē interpretatā. §. fi. in Auth. de fil. ante dot. instru. natis. Videtur tamen uelle ista glo. quòd delegatus ad uniuersitatem causarum censeatur ordinarius. & hoc ēt uidetur uelle gl. in c. cum causam. extra de appel. Sed certè ueritas est, quòd est delegatus, ut uult gloss. in clemen. 2. in uerbo foraneo, extra de rescrip. Et ita uult Bal. in l. si ut proponis. la prima. inf. quomodo, & quando iud. & in l. fi. ȷ̃. de auctor. præstan. notatur in l. 1. §. fi. ff. quis & à quo appel. ¶ In gl. sup. uerbo, libellum. in fine. Hanc ultimam opinionem, à qua uidetur recedere glo.
12 scilicet† quòd in scriptis sit proponenda exceptio suspicionis, tenent Bartol. de Sal. & Raph. Fulg. dicētes, quòd recusatio magis assimilatur appellationi ab interlocutoria, quàm a definitiua. Et nos habemus, quòd appellatio ab interlocutoria debet fieri in scriptis. c. cordi. extra de appel. lib. 6. habetur in c. ut debitus honor. ext. de ap. in antiquis. ergo eodem modo recusatio iudicis debet fieri in scriptis. Et hanc opinionem tenuit glo. in c. quoniā contra falsam. ext. de probat. Moderni tamen Doct. dicunt, quòd sufficiet uiua uoce proponere exceptionem recusationis contra iudicem, & facere eam scribi in actis curiæ per notarium actorum. Istud enim est diuersum à casu, quando in scriptis proponit. Ego pro ista sn̄ia alle. uobis tex. in l. in sacris. cū gl. & Bar. in uer. ex depositione. inf. de proximis sacro. scrin. li. 12. ubi Bar. ex illo tex. cum gl. colligit singulariter, quòd si quis uiua uoce faciat petitionem suam coram iudice, & illam petitionē faciat describi in actis curiæ, non dr̄ dedisse libellum in scriptis, nec ꝓcedere ordinariè, nec extraordinariè, qđ est bene notandum. ¶ In glo. super uerbo, duumuiris, bene dicit, & no. eam. ¶ In glo. fin. in fine. Cōcludite in hac materia, quòd si delegatus à Principe, uel ab inferiore recusatur ut suspectus, & eligantur arbitri secundùm formam huius. l. si contingat sententiam ferri per ipsos arbitros, non appellabitur ad delegatum recusatum: quia ipsi arbitri non ueniunt ut subdelegati ab ipso delegato recusato, sed ueniunt in locum, & uicem ipsius delegati recusati. & ideo à sententia ipsorum arbitrorum appellabitur ad primum delegantem. Ita uolunt hic Doctor.
13 ¶ † Si uerò delegatus subdelegat, tunc est distinguendū. Aut est delegatus ab ordinario: & tunc à subdelegato illius delegati appellabitur ad ordinarium, loquor in casibus, in quibus delegatus ab ordinario habet potestatē subde-

subdelegandi, per ea quæ hñr in l.1.in fi, ff.quis & à quo appel. Si uerò sit delegatus à Principe, & ille delegatus subdeleget, est distinguendum, q aut ipse delegatus sub delegauit in totum, & tunc appellabitur ad Principẽ. Si uerò subdelegauit, sed non in totũ; tunc ab ipso subdelegato appellabitur ad subdelegantẽ, non autem ad Principem. Ista distinctio probatur ad literam in c.super quę-
14 stionum.§.porrò.ext.de off.deleg.¶In dubio autẽ † quã do delegatus à Principe subdelegat simpliciter, intelligitur subdelegasse in totum. Gloss. est notabilis in d. c.super quæstionum. §. si uerò duo.in uerbo, uices suas, quod noteris.

ADDITIO.

a ¶ Maior quocunque ordinario. Et ideo supplet negligentiam ordinarii. Pet.de Anch.in c.ab excommunicato.nu.3.ext.de rescript.

Primæ partis Codicis finis.

IACOBINI DE SANCTO GEORGIO
CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE, ET LVMINIS, AC INTERPRETIS PROFVNDISSIMI
Vberrima commentaria in posteriorem partem Codicis.

Rub. De seruis fugitiuis.

In l. Seruum.

SVMMAE.

1 *Fuga serui afficit, ita quòd vsucapi non potest.*
2 *Seruus fugitiuus facit furtum suimet, nec potest vsucapi, nec præscribi. numero. 3.*
4 *Malitia subditorum non debet esse nociua suis dominis.*
5 *Mandans an teneatur de mandato, quando ille, cui mandatur, erat omnino facturus.*
6 *Associans alium dicitur sibi præstare opem ad maleficium.*
7 *Dominus passus iniuriam, si dicat seruo. Vade, & non reuertaris, donec sentiam noua, an teneatur secuto homicidio.*
8 *Consensus quadruplex reperitur in maleficijs.*
9 *Fugere non dicitur, qui vadit ad Principem, nec qui cito est reuersurus nu. 10.*
11 *Detentus iniustè in carcere, si exeat, non debet puniri.*
12 *Negationes duæ faciunt unam affirmatiuam. Limita, ut ibi.*
13 *Possessor malæ fidei censetur, qui mercatur contra iura.*
14 *Possessio naturalis non est potens ad præscribendum dominium, Limita, ut nu. 16.*
15 *Possessio ciuilis est potens ad præscribendum dominium.*
17 *Possessio ciuilis quanto tempore perdatur.*
18 *Vasallus si alienet rem feudalem ignorante domino, licèt emptor præscribat aduersus uasallum, non tamen præscribet spatio triginta annorum aduersus dominum, apud quem erat ciuilis possessio.*
19 *Detinẽs in dubio p̃sumitur posidere ciuiliter, & naturaliter.*

SEruum. ¶ Hæc l. diuiditur in tres. In prima præmittit unum dictum. In secunda respondet ad quæstionem, de qua dubitabatur. In tertia subiicit rationem. Secunda pars est ibi. & ideo. Tertia est ibi, ne. In summa hoc intendit. † Fu-
1 ga serui afficit ipsum seruum, adeo quòd nec usucapi, nec præscribi potest. Vel sic secundùm Bald. In seruo fugitiuo non habet locum usucapio temporis perfecti, nec plusquam perfecti. h. d. ¶ No.
2 1. ex isto tex. † quòd seruus fugitiuus facit furtum suimet, & istud est furtum irregulare: quia furtum propriè
3 est cõtrectatio rei alienæ. l. 1. ff. de furtis. ¶ No. 2. † ꝙ seruus fugitiuus non põt nec usucapi, neq; pręscribi. ¶ No
ta rõnem decidendi. Et per istam rõnem dicit Bal. ꝙ hoc
4 procedit generaliter in oĩbus subditis: † quia eorũ malitia suis dominis non debet esse nociua. ¶ Opponitur, & imò videtur, ꝙ seruus fugitiuus non faciat furtum sui: qa in furto debent interuenire duo. s. persona furans, & res furto subtracta. l. 1. ff. de furtis. Sed in seruo fugitiuo hoc non est, ergo non facit furtum suimet: quia una, & eadem res non potest diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Sol. habita consideratione corporali non põt una, & eadem res diuerso iure censeri. d. l. eum qui ædes. sed habita consideratione intellectuali bene potest una, & eadem res diuerso iure censeri. l. si Cõsul. ff. de adop. ¶ In glo. 2. Circa præstantem opem & consilium. Bal. hic multa dicit, et inter cætera dicit ele-
5 ganter, † quòd si quis mandet occidi hominem, puta aliquis mandauit Titio, ut occideret Seium: Titius occidit Seium, dicit Bal. quod si erat omnino facturus, etiam sine mandato meo: certè mandans non debet puniri pæna mortis. Et præsumitur, ꝙ erat aliàs facturus, quãdo inter occidentẽ, & occisum erat inimicitia, sed inter occisum, & mandantem nulla erat inimicitia. Item quando famulus mandauit dño, ut occidat alium, uel seruus domino uel frater minor ætate mãdauit fratri maiori. Nã ista nõ sunt uerisimilia. Et experimẽtum uerorum sensuum est, ut concordent cũ rebus sensatis, uel uerosimilibus, & secundùm Bal. hæc uerba debent intelligi scd'm cõem opinionem rectè intelligentium. l. si ita qs, ibi, nemo sanus ꝓbauerit. ff. de euictio. Et dicit hic Paul. de Ca. ꝙ istud dictum Bal. est ualde notandum: quia de eo possumus lu-
6 crari pulchras pecunias. ¶ Dicit ẽt hic Bal. in. 2. colũ. † ꝙ
2 ille, q associat aliũ, dr̃ sibi p̃stare opẽ ad maleficiũ, si hoc faciat ex ꝓposito, & p̃sumit, ꝙ ex ꝓposito, qñ se armat, & stat armatus cũ alio, ẽt si nihil faciat. alleg. Inn. ĩ c. cõtinẽtiã. ext. de cleri. ꝑcuss. qđ dictũ est ꝑpetuò notãdũ. Addite uos, ꝙ Bar. eleganter dicit in l. si quis mihi bona. § sed
7 quid si mandaui. ff. de acqui. hære. † ꝙ si dñs passus iniuriam ab aliquo dicat famulo suo. Vade, & non redeas in domum meam, nisi sentiam noua de isto negotio: si famulus occidat iniuriãtem, dñs pati debet pęnam mortis, & dicit ꝙ ob hoc fuit semel decapitatus qdam nobilis.
8 ¶ Et no. † ꝙ in maleficijs est reperire quadruplicẽ cõsensum. Quidam enim est consensus negligentiæ. Quidã est cõsensus cõsilij. Quidã est cõsẽsus cooꝑationis Alius ẽ cõsensus auctoritatis, & defensiõis, gl. magistra. ĩ c. 1. ext.

9 de offi.del.¶Circa caudam gl.uolo notetis,† ꝙ ille nõ
dicitur fugere,qui uadit ad Principem.l.capitalium.§.ad
ſtatuas.ff.de pœn.& l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonẽ
10 ff.de ædi.edic.¶†Item non dicitur fugiſſe,qui cito reuer
ſus eſt,ſm̃ Bal.hic.Ego allego gl.hoc dicentem, quã ip-
ſe non allegat,in c.ſi poſtquàm,in uerbo,mente, ext. de
11 elec.lib.6.Addite ad hoc,†ꝙ ille,qui eſt iniuſtè detẽtus ĩ
carcere,ſi exeat,non debet puniri.Ita dicit Bart. in l.uis
eius.C.de prob.¶In gl.3.ſuper uerbo , & ideo in fi.Ad-
12 uertite ad id,quod ſolet dici,† ꝙ duæ negationes faciũt
unã affirmatiuam.l.duobus uerbis negatiuis.ff.de uerb.
ſig.Nam hoc debet limitari, ut non procedat in ruſtico
reſpondente poſitionibus,puta , quia reſpondendo po-
ſitionibus aduerſarii dicit nõ nõ, uel dicit,nullo modo:
nõ eſt uerũ.Nam nõ uidetur affirmare,imò potius nega
re.Ita dicit notabiliter Cy.de Piſto.in l.qui ſe patris. ĩ.
unde liberi,& Bald.hic, quod nunquam exeat memoria
ueſtra.¶In gl.magna in princ. Soluite meliùs iſtam pri-
mam opp.& dicite,ꝙ aut nos loquimur in rebus , quæ
uſucapi poſſunt per ſpatium triennii , & tunc uerum eſt,
ꝙ fruſtra quærimus de præſcriptione : quia ex quo per
ſpatium triennii acquirimus dominium , nihil proderit
nobis poſtea præſcr.l.ſequitur.§.lana.ff.de uſuc.ſi uerò
quærimus de rebus,quæ uſucapi non poſſunt, ut eſt da-
re exemplum in ſeruo fugitiuo,qui facit furtum ſui: tũc
quia non põt uſucapi:bene poterat dubitari,an ſaltẽ prę
ſcribi poſſet ſpatio decem,uel 20. ann. & determinatur
hic,ꝙ non.¶Notabitis ex prima parte id,ad quod alle-
gatur.l.quemadmodum.ĩ.de agr.& cenſ.li.11.Nam alle
13 gatur ad hoc,† ꝙ qui contra iura mercatur , malæ fidei
poſſeſſor cenſetur.¶Aduertite,quia d.Panor. in c.cõſul
tationibus,ext.de iure pat.limitat illam l.procedere,ni
ſi poſſeſſor longo tempore poſſediſſet: quia tũc propter
longam poſſeſſionem præſumeretur bona fides, qđ no-
tetis.¶In eadem gl.magna in fi.Allegatur frequẽter iſta
14 gl.pro ualde notab.ad hoc†ſ. ꝙ ſola naturalis poſſeſſio
non eſt potens ad præſcribendum dominium . Ad hoc
ſolet allegari.l.acquiritur,in fi.ff.de acquiren.rer.dom.
ubi dicitur,†quòd ſi aliquis,ut uſufructuarius poſſideat
ſeruum,& ſic habeat ſolam naturalem poſſeſſionem, nõ
poterit ita poſſidendo uſucapere proprietatem ſerui.
15 Item†ſola ciuilis poſſeſſio eſt bene potens ad pręſcribẽ
dum.Ita uult glo.in c.cauſam quæ,ext.de præſcr. Et ꝓ-
16 batur in l.locum.§.proprietarius.ff.de uſuf.†Primum di
ctum,quòd ſola naturalis non eſt potens ad præſcriben
dum,debet limitari,ut procedat,quando habens ſolam
naturalem uellet pręſcribere ad acquirendum directum
dominium,quod eſt apud habentem ciuilem poſſeſſio-
nem,ſed ſi uellet præſcribere utile dominium ſubalter-
num,puta,quia recognoſceret directum dominum, be-
ne poſſet præſcribere ius emphyteoticum, uel feudale,
ut uult glo.in l.comperit,infra de præſcr.30.uel 40. an-
no.Et in feudatario probatur ĩ c.i.§.ſi quis per 30.in tit.
ſi de feu.defun.fuerit contentio.Hanc limitationem po
nit Bar.in l. 3. §. è contrario.aliàs in §.ex plurimis. ff.de
acqui.poſſ.¶Item dictum huius gloſ.debet limitari alio
modo.ſcilicet,niſi habens ciuilem poſſeſſionem , eã per
obliuionem amiſerit, puta,quia ſtetit per ſpatium 10.an
17 no.in quibus non acceſſit ad poſſeſſionem illam.†Nam
tanto tempore perditur ciuilis poſſeſſio,gloſſ. notab.in
l.furtum,in §.1.ff.de uſucap.nam lapſo iſto decennio ha
bens naturalem poſſeſſionem incipiet præſcribere , &
hoc eſt,quod uult iſta glo.dum dicit,ex tunc, cum deſi-
nam poſſidere,&c. ¶Item per iſtam caudam gloſſ. dicit
18 hic Ang.in aliquibus lecturis,† quòd ſi uaſallus(ignorã-
b te domino)alienet rem feudalem[b], licèt emptor præſcri
bat aduerſus uaſallum;non tamen præſcribet ſpatio 30.
annorum aduerſus dominum , apud quem erat ciuilis
poſſeſſio.Allegat Ioan.And.in additio.ad Specu.in tit.
de feud.§.pen.in add.quæ incipit.Itẽ Iaco.Vero.¶Note
19 tis unum,quod uult hic Bal.in ultima col.dum dicit,†ꝙ
detinens in dubio præſumitur poſſidere ciuiliter, & na-
turaliter.Allegat Inn.in c.cum olim, extra de priuil. &
Arch.in c.Pontifices.7.q.j.Et eſt notandum ad teſtes, q
dicunt. Vidimus talem detinere.de quo habetis gl.ord.
in l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.ff.de uerb.obl.

ADDITIONES.

a ¶Præſtare opem.Vide de hoc per eundem Iacob. in l.li
cèt.ſ.de pac.in fi.comm.& ibi ponit,quando dicatur qs
præſtare auxilium.
b ¶Alienat rem feudalem. Adde , ꝙ præſcriptio non hẽt
locum in re feudali. Vide per eundem Iacob. in rep.&
Rub.ff.de rei uend.

In l.Requirendi.

SVMMAE.

1 *Licentia requirendi ſeruos impertitur iudicis officio.*
2 *Iudex an debeat concedere perquiſitionem in domo aliena ſi-*
ne probatione.
3 *Iudicia quæ ſint ſufficientia ad concedendam perquiſitionẽ.*
4 *Inſtrumenta mea an liceat mihi perquirere in capſa aliena.*
5 *Iudex operans ſuam iuriſdictionem in alieno territorio facit*
iniuriam iudici illius territorij.
6 *Animal inuentum in meo prato an poſſim retinere.*

REquirendi. ¶Ad officium iudi
cis ſpectat dare licẽ-
tiam domino perquirendi ſeruos ſuos ĩ
1 domibus alienis,h. d.¶No.†quòd iſta li
centia officio iudicis impartitur, & ideo
non eſt opus libello,ut uult pulchra gloſſ. in rubr. ff.de
interro.actio.¶Item ſecundùm Bal.& Pau.de Ca.non re
quiritur citatio illius domini, in cuius domo eſt ſeruus
fugitiuus;alioquin inſtrueretur ipſe ſeruus de fuga. Al
legant not.per Iac.But.in l.conſentaneum,ĩ.quomodo,
& quan.iud.& not. per Bar. in l. ait Prætor. §. ſi debito
rem.ff.de his,quæ in fraud.credito.quod notetis . Dicũt
2 etiam,quòd eſt ſpeciale in ſeruis fugitiuis,† & idem di-
cit Pau.de Ca.in mulieribus noſtris:quia iudex ſine alia
probatione debet mihi dare licentiam perquirendi ſer-
uum,uel mulierem in domo ſua.In aliis autem rebus ſe
cus eſt:quia antequàm detur licentia per iudicẽ,debent
præcedere aliqua indicia,ex quibus ueriſimiliter appa-
3 reat,quòd illa res eſt in domo aliena . † Nam ſi indicia
a ſint ſufficientia ad torturam,[a] ut latè per Bar.in l.fi. ff.de
quæſt. multò magis debet ſufficere ad obtinẽdũ talẽ li
centiam.Sed in ſeruis fugitiuis,& mulieribus ſufficit, ꝙ
dñs,uel maritus iuret,ꝙ hoc non petit cã iniuriãdi, uel
calumniandi,ſed ꝙ hẽt iuſtam ſuſpicãdi cãm,ꝙ eius ſer-
uus,uel uxor eſt in tali domo,ſm̃ Pa.de Ca.hic,qđ eſt be
4 ne notandũ in practica.¶Quid de tali caſu.†Ego dico,ꝙ
inſtrumenta patris mei ſunt ĩ capſa tua exiſtẽte in came
ra tua:nunquid iudex debeat mihi dare licentiam, ut ape
riatur illa capſa.Concludite ꝙ non , niſi prius ego faciã
aliquã probationem , per quam ueriſimiliter appareat,
quòd inſtrumenta patris mei ſunt ibi. Iſtud eſt aureũ di
ctum Spe.in ti.de inſtr.edir.§.uidendum obſtat,uer.po-
ne inſtrumenta patris mei.Circa materiam huius.l.note
5 tis,†quòd ſi ſeruus meus fugiat de iſta ciuitate , in qua
habito,& uadat in alienum territorium: iudex huius ci-
uitatis non debet mihi dare familiam ad capiendum eũ
in alieno territorio : quia faceret iniuriã iudici alterius
territorii,tex.eſt notab.in cap.ex parte in Chriſto,extra
de uerbo.ſignific.Et ita uult expreſsè Bald.in l.ſicuti,in,
§.Ari-

§.Aristo.ff.si seru.uend.¶Formo uobis quæstionẽ quoti
6 dianam.†Ego inuenio bouem alienum,uel iuuencã alie
nam in prato meo damnum dantem, & duco eã ad domum meam: an potero eam retinere impunè, donec sit mihi satisfactum de damno.Concludite ꝙ non,si scio cu ius sit,sed si ignoro,cuius sit,ego potero eã retinere, do nec,& quousq; sciam,cuius est.Ad hoc allegatur dictum Spe.in ti.de actore.in §.1.uers.sed pone mentio. Et ita determinat Bar.in l.ratis.ff.de incen.rui.nauf.& idẽ Bar. in l.hoc amplius.§.de his.ff. de dam. inf. De quo ẽt per Io.An.& D.Pan.in c.si læserit,ext.de iniu.& damno dato.uidete etiam ad prædicta bonum tex.& Bal.in l. Quitus.ff.ad l.aquil.

ADDITIO.

a ¶Ad torturam.Adde tu,ꝙ etiam confessio extraiudicialis sufficit ad torturam,ut uult gl.& Bar.in l.capite quinto.ff.de adul.

In l.Si fugitiui.

SVMMAE.

1 *Serui fugientes ad barbaros,si deprehendantur in actu fugæ puniuntur.*
2 *Deprehendantur,uerbum quomodo intelligatur.*
3 *Electio spectat ad iudicem,quando in lege apponuntur plures pœnæ alternatiuæ.*
4 *Statutum disponens,quòd occidens alium decapitetur, debet intelligi de actu consummato.*
Et quid de statuto,quo cauetur, quòd si aliquis occiderit aliquem,decapitetur,nu.5.
5 *Culpa lata non æquiparatur dolo, ubi imponitur pœna capitis.*
6 *Alius,alia,aliud,dictio,quid importet.*
7 *Quæcunque,dictio quid importet.*
8 *Pœna,quando stat in arbitrio iudicis,potest imponere pœnam mortis,si sibi uidetur.*
8 *Iudex non debet esse nimis gratiosus, nec minus seuerus in arbitrijs.*
10 *Statuto cauetur,quòd portans granum extra ciuitatem puniatur,nisi portauerit gratia sui usus.modò quidã portauit granum extra ciuitatem,& habebat propositum portandi gratia sui usus,postea mutauit propositum,& uendidit illud granũ, an puniatur pœna statuti.*

1 SI fugitiui.¶† Si serui fugientes ad barbaros deprehendãtur in actu fugæ,puniuntur pœna hic posita. h.d.¶Nota ex isto tex.ibi,deprehendantur,hic uideri probari,ꝙ ista deprehensio requirit actum,puta, quòd familia publica,uel persona priuata deprehendat,ista appellatur deprehensio actualis, facit.l.si barsatorem,inf.de fideiu.Concludite in isto
2 passu,†quòd aut istud uerbum, deprehendantur, refert ad maleficium iam commissum, & tunc intelligitur, deprehendatur.s.per probationem testium. Ad hoc allego uobis tex.in l.1.cũ gl.in uerbo,deprehensus,sup.ubi sen. uel clarif.aut istud uerbum,deprehendãtur,refert ad maleficium nondum commissum,& tunc intelligitur de apprehensione actuali,& ita intelligitur ista litera. ¶ Nota
3 ulteriùs, † ꝙ qñ in lege apponuntur plures pœnæ alternatiuæ,tunc electio spectat ad iudicem.facit l.1.§. expilatores.ff.de extraor.crimi.Nam si daretur electio reo, semper eligeret mitiorem.¶In gl.1.Notabitis unum.qđ
4 uult hic Bal.dum dicit,†ꝙ si statuto cauetur,ꝙ occidens alium decapitetur:tale statutum debet intelligi de actu consummato.Et ideo si aliquis cum ense euaginato insequatur alium animo,& intentione eum occidendi,& nõ occidat:quia non potuit,non debebit decapitari. Nã sm̃ eundem Bal.ex generali consuetudine,& obseruantia,q̃ non indiget probatione,derogatum est l. si is q. cũ telo. ĩ.ad l.Corn.de sica.& similibus iuribus dicentibus attẽtatum,seu conatum puniri perinde, ac si actus fuisset cõsummatus.Vos addite Ang.idem uolentem in l.1.§. hæc aũt uerba.ff.quod quisq; iur in alte.&c. ubi allegat Spe. in ti.de accus.in §.1.uers.quid si primò.Dicit ẽt eleganter Bal.in l.data opera,in magna lec.circa 3.col. in uer. ex hoc infero. ĩ. qui accus. non poss.
5 † ꝙ si statuto caue tur,ꝙ si aliquis occiderit alium,decapitetur:tale statutũ debet intelligi de homicidio dolosè perpetrato;secus si per latam,uel leuem culpam occidisset alium. Nam ubi imponitur pœna capitalis, lata culpa non æquiparatur dolo.l.in lege Cornelia.ff.ad l.Corn.de sica.& ideo refert hic Pau.de Ca.se semel euasisse quendam à pęna capitis,qui traxerat unum lapidem nõ aĩo offendẽdi quẽpiam,tñ casu occidit unum hominem.Consuluit Pau.de Ca.ꝙ ille non debebat decapitari:quod nunq̃ exeat me moria uestra.¶In gl.fi.Solet ista gl.allegari cũ suo text.
6 ad hoc.s.†ꝙ ista dictio,alius,alia, aliud,importat simile eiusdẽm qualitatis. de quo per Cano. in c. sedes apostolica,ext. de rescr. quandoq; tamen non importat simile eiusdem qualitatis,iuxta illud. Crucifixus est Christus, & alii duo latrones,non sequitur; ergo Christus erat latro. De quo per glo.in Auth. ut defuncti, seu fun. coll. quinta.Et dicit ibi Iac.de Beluis.ꝙ ista dictio, alius,implicat,nisi ratio subiectæ materiæ aliud suadeat.Ego ad do uobis,ꝙ theorica huius gloss.debet limitari,nisi ante istam dictionem,alius,uel post,adiiciatur ista dictio,quę
7 cunque,†puta quia diceretur,& alia quęcunq;.Nam tũc extendetur etiam ad ea,quæ nõ essent eiusdẽ qualitatis. Ad hoc pondero uobis pulchram glo. in cle. 1. in prin. extra de re iud. Quia dixi s̃.ꝙ pœna quandoq; stat in arbitrio iudicis: quo casu dicit glo. reputata sing. in §. in
8 summa,Insti.de iniu.†quòd iudex potest imponere pœnam mortis,si sibi uideatur.Et illam gl.simpliciter sequitur Bal.in l.1.ĩ.de his,qui latrones occul.& idem Bal.in c.1.§.iniuria,in prin.comm.in tit.de pace iuram.firm. in usib.feu.Eandem gl.sequitur d.Panor.in c.cum te,extra de re iud.Et hoc idem in effectu uult ipse Panor.licèt illam gl.non alleget,in c.fi.in fi.comm.ext.de purg. canoni.¶Sed Io.de Imo.in l.2.de publ.iud.declarando,& limitando illam gl.dicit faciendos esse tres casus.Primus casus est,quando statutum ponit pœnam in arbitrio iudicis,etiam usq; ad mortem inclusiuè:& tunc uerum di cit illa gl.Secundus est casus, quando pœna ponitur in arbitrio iudicis,hoc addito, ut se non extendat ad pœnam mortis, & tunc non habebit locum gloss. in d.§.in summa. Tertius casus est, quando statutum simpliciter reponit pœnam in arbitrio iudicis, & tunc dicit Imol. quòd iudex absolutè non debet imponere pœnam mortis,sed debet considerare qualitatem delicti, & qualitatem personæ. Et si qualitas delicti non suadeat imponi pœnam mortis,non poterit eam imponere,& si secus faceret,posset ab eius arbitrio appellari,per not.per glo. in c.super his,extra de accus.Hanc opinionem Ioan. de Imo.sequitur Ange.de Aret.in suo tract.maleficiorum, super illis uerbis,& caput à spatulis amputetur,ita & taliter,quòd moriatur,in tertia car.comm.illorum uerbo. Et dicit hic Bal.eleganter,quòd etiam in arbitrariis põt
9 committi dolus.† Nam in arbitrariis iudex non debet esse nimis gratiosus,nec nimis seuerus,secundùm Bal.hic, & in l.1.§.dominus.ff.de his,qui sunt sui,uel ali.iu.¶Vltimò ad quæstionem,quam ponunt hic Docto. de por-
10 tante granum extra territoriũ,† addite,ꝙ si statuto caue tur,ꝙ portans granũ extra ciuitatem puniatur,nisi portauerit gr̃a sui usus.Mõ q̃dam portauit granũ extra ciuitatẽ, & habebat ꝓpositum portandi gr̃a sui usus,postea tñ muta-

mutauit propositum,& uendidit illud granum, an punie tur pœna statuti. Guil.& Bal.in l. 1. §. unde quærit Offilius. ff. de exercito. determinat, quòd nõ, per illum tex.

In Auth. Sed nouo.

SVMMAE.

1 *Iudex potest imponere pœnam mutilationis membri, non autem locum tenens,*
2 *Mutilatio membri est de mero iure.*
3 *Manus dicitur membrum, non digitus.*
4 *Fur non debet mori pro simplici furto.*
5 *Fures improbi qui dicantur, & qui improbiores & qui improbissimi, & qui plusquam improbissimi. nu. 6.*
7 *Mamillæ mulierum dicuntur membrum.*
8 *Statutum si imponat pœnam amputationis membri, & pœnam mortis, primò debet amputari membrum.*
9 *Iuramentum præstitum per officialem de seruãdo statuto obligat ipsum officialem ad obseruantiam statutorum.*
10 *Potestas, seu iudex, qui iurauit seruare statuta, non poterit seruare ius commune statutis contrarium.*

SEd nouo ¶ Diuiditur in quatuor partes secundùm quòd
quatuor dicta ponit. Secũda pars ibi, sed
pro furto. Tertia ibi, fures autem. Quarta
ibi, qui autem. Et ista diuisio fit loco sum
1 marii. ¶ No. 1. ex isto tex. † quòd iudex potest imponere pœnam mutilationis membri. Sed locum tenens iudi
cis ab ipso iudice deputatus non haberet istam potesta
tem, secundùm Bal. hic allegantem. l. 2. cum sua glo. ꝟ. de
2 off. eius qui uic. alte. gerit. quod notetis. † Et ista mutila-
tio est de meroĩperio, ut notať ĩ. l. imperium. ff. de iuris,
3 om. iudi. ¶ Nota hic bene probari, † ꝙ manus dicitur mẽ
brum, digitus autem nõ est membrum, sed officium mẽ-
bri. l. non sunt liberi. ff. de statu homi. l. idem Offilius ff.
de ædi. edi. Et de hoc dicam. ĵ. ¶ Nota ex secunda parte
4 † quod fur pro simplici furto non debet mori, ¶ Nota
5 ex tertia parte, & quarta, † quod furum alii sunt improbi
vt sunt illi, qui occultè furantur sine fractione aliqua.
Alii sunt improbiores, ut sunt illi, qui furantur cum fra-
ctura hostium, uel scriniorum: & isti appellantur expila-
tores. l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. & expilator. Alij
dicuntur improbissimi, qui derobant in stratis publi-
cis absque interfectione. Et isti appellantur crassatores.
6 l. capitalium. §. crassatores. ff. de pænis. † Alii dicuntur
plusquam improbissimi, ut sunt illi, qui occidunt, & de-
robant in stratis publicis. Et isti appellantur publici la-
a trones [a] l. capitalium. §. famosos. ff. de pęnis. & debẽt fur
ca suspendi, vt ibi circa primam partem. Quod dicatur
membrum. uide per Bar. in. l. 2. ff. de publ. iud. cui addi-
7 te, † quòd mamillæ mulierum dicuntur membrum se-
cundùm Bal. in l. data opera. in magna lectura in penul.
col. ĵ. qui accusa. non poss. Quid de barba, & quid de
testiculis, & de capite an dicantur membra, & an dentes
dicantur membra, uidete plenissimè per Ang. in Auth.
ut nulli iudi. §. quia uerò. colun. nona. ¶ Nota in ista pri-
8 ma parte, † ꝙ si statutum imponat pænam amputationis
mẽbri, & mortis: primò debet amputari membrũ, postea
personã perdere, nõ antẽ dẽt sibi imponi pœna mortis,
& postea mutilari membrũ. Bart. l. oẽs iudices ĵ. de dela.
lib. 10. quod notetis. ¶ Et notetis unum, quod uult hic
9 Bal. in 2. colum. † quòd iuramentum præstitum per offi
cialem de seruãdo statuta obligat ipsum officialem præ
cisè ad obseruantiam statutorum. ¶ Addite, quòd Spec.
10 in titu. de pæna temerè litigantium. in fi. dicit, † quòd Po
testas, seu iudex, qui iurauit seruare statuta, non poterit
seruare ius commune statutis contrarium. quod notetis.

ADDITIO.

a ¶ Publici latrones. De istis publicis latronibus. Vide tex. in titu. de pace tenen. in. §. publici latrones. in usi. feu do. & ibi ambos Iacobos de Beluis. & Aluarotum.

In l. Quicunque.

SVMMAE.

1 *Receptans seruum alienum punitur.*
2 *Receptatio est de genere bonorum, seu de natura boni.*
3 *Ignorantia an præsumatur.*
4 *Masculinum concipit fœmininum.*
5 *Masculinum nunquam concipit fœmininum, quando lex, uel statutum loquitur discretiuè de masculo, & de fœmina.*
6 *Pœna debet reiterari, & augeri, ex reiteratione delicti.*
7 *Pœna mortis imponitur pro delicto.*
8 *Qui non habet in ære, luat in corpus.*
Delictum tutoris non facit minorem cadere in penam.
9 *Parcitur ei, qui bona fide aliquid facit.*
10 *Excusatur quis à dolo præsumpto propter honestum titulum.*
11 *Testi vni quando credatur. & nu. 12.*
12 *Criminoso neganti se interfecisse mandato alterius an credatur.*
13 *Receptãs seruum alienum regulariter est in dolo.*
14 *Statutum si punit actum, inquantùm infertur in personam, tunc requiritur dolus.*
15 *Causa quantuncunque iniusta excusat à dolo.*
16 *Libram auri faciunt decem ducati.*
17 *Iudex non debet mulctare quempiam, nisi primò citet eum allegaturum causam, quare mulctari non debeat.*
18 *Iudicium criminale, & iudicium ciuile non possunt simul intentari æquè principaliter in uno libello.*

QVicunque. ¶ Diuiditur in partes tres. In prima loquiť de eo, qui dolosè receptauit seruum alienum. In secunda loquitur, quando bona fide receptauit. In tertia loquitur, quando dubitabatur, an bona fide, an uerò mala, & an ipse seruus fecisset tractatum cum domino suo, ut malitiosè receptaretur per alium. Secunda pars est ibi, si seruus. Tertia est ibi, sanè mancipium. iterum prima pars subdiuiditur, in quatuor, secundùm quòd quatuor dicta ponit. Secunda pars primè partis principalis est in uersi. si uerò. Tertia est in uersiculo, in minorum. Quarta est in uersi. quòd si ad prædictam. Et ista diuisio habet ui
1 cem summarij. ¶ Not. 1. ex isto tex. † quòd receptans ser
uum alienum punitur pœna, de qua hic. Quod in-
telligatis uerum, quando receptator fuit in dolo, alio-
2 quin non punieť: † quia receptatio est de gñre bonorum,
seu de natura boni: quia natura inter nos coniunctionẽ
3 quandam constituit, l. ut uim. ff. de iusti. & iu. † & in du-
bio præsumitur ignorantia. l. uerius. ff. de proba. Fallit in
facto proprio: quia non presumitur ignorãtia, l. fi. ff. pro
suo. l. quamquam. ff. ad Vellei. Fallit etiam, quando est fa
ma de aliqua re: quia tunc non presumitur ignorantia
etiam in facto alieno. gl. ordi. in l. si tutor. ꝟ. de peri. tu-
to. Tertiò fallit in factis uicinorum: quia præsumitur
scientia. l. dominns horreorum. ff. loc. not. per Bar. in. l. j.
ff. si cer. peta. Quartò fallit in factis consanguineorum:
a quia præsumitur scientia. l. de tutela. [a] ꝟ. de in integ. re-
4 stitu. mino. ¶ Nota subsequenter, † quòd masculinum
genus concipit fœmininũ. De quo hẽtur per Bar. plenè in
l. 1. ff. de uerb. sig. & hic per Albe. de Rosa. Additte Bar.
qui etiam pulchrè tractat de ista materia in l. 1. ff.
de peculio. per Canoni. in. cap. in generali, extra
de

de elect.lib.6.& per Arch. in c. si quis suadente diabo-
5 lo.17.q.4.¶Addite circa hoc,†quòd quotiescúque lex, & pari ratione testator, uel statutum loquitur discretiuè de masculo,& de fœmina, nunquàm masculinum cōcipit fœmininum. Ista est pulchra nota domini Bal. in l. multis.ff.de sta.hom.allegat l.si ita scriptum.ff. de liber. & posthum.¶Secundò notetis ex isto tex. in uers. si ue-
6 rò secundò,† quòd ex reiteratione dicti debet pœna rei terari,& augeri.facit l.3.in fi. supra de episc. aud. Fallit in adulterio, quia si millies commisissem adulterium cum muliere, non patior nisi unam pœnam, & non punior nisi pro uno delicto,gloss.singul.in l.uulgaris, quæ
7 gloss.incipit,imò uidetur.ff. de furt. Et est ratio, † quia
b pro adulterio b est pœna mortis.l.quamuis,inf.de adult. & ista pœna non potest reiterari,sed in casu legis nostræ bene potest reiterari.¶Nota subsequenter ex uersiculo,
8 quòd si ad prædictam id,ad quod allegatur, † quòd qui non habet in ære, luat in corpus: concordat l. si quis id quod.ff. de iurisdictio.omn.iud.¶Nota,quòd delictum tutoris non facit minorem cadere in pœnam. Et est ratio:quia istud delictum, de quo hic, non cadebat in administratione tutelæ,secus si caderet in administratione: quia tunc minor puniretur, sed damnum sibi resarciretur per tutorem.l.Polla,infra de his,quibus ut indign.
9 ¶Nota ex secunda parte principali,† quòd parcitur ei, qui aliquid facit bona fide.Ex hoc infert Bald. quòd si commodo equum,uel arma,uel famulum meum ei,qui dicit se uelle ire ad uillam,& iuit ad occidendum hominem,non debeo ego puniri.Allegat Bald.l.Metrodorū.
10 ff.de pœn.¶Nota ex eadem parte,†quòd propter honestum titulum quis excusatur à dolo præsumpto.Ideo dicit Bal.quòd si Bertam uxorem Titii ego teneo mecum, & habeo instrumentum matrimonii, uel si non habeo īstrumentum,neque testes, ipsa tamen confitetur se esse uxorem meam,tunc ego sum excusatus à pœna adulterii.Allegat glo.quam dicit singularem in l.pen.infra de fideiuss.Dicit tamen illam glo.debere intelligi,si mulier torqueatur.Ego addo,quòd idem Bald.in l.unica, in 3. charta,inf.de confess.in uersicu. modò fuit quæstio de facto.Iuuenculus cognouit iuuenculam. simpliciter sequtur glo.in d.l.pen.dicens eam singularem. Addite eundem Bal.in c.1.§.iniuriam,in titu.de pace iuram.firmanda,ubi dicit,quòd glo.d.l.penul.debet intelligi concurrentibus aliis coniecturis: alioquin ficti matrimonii prætensio non excusat à pœna. Item per istum text. cum glo.dicit Pau.de Cast.hic in fi.commenti, quòd limitantur omnia iura dicentia requiri duos testes.l. ubi nume-
11 rus.ff.de testib.† Nam testimonio unius solius non creditur,quantæcunque sit dignitatis.l. iusiurandi,sup. de testib.& c.licèt ex quadam,extra illo eod.titu. Nam illa iura debent intelligi, quando quis deponit de facto alieno, quod percipit per sensum corporeum, secus si deponat de facto à se:quia tunc credetur uni soli. Nam si creditur seruo soli cum tortura,ut hic,ergo debet credi soli libero homini sine tortura, quando deponit de facto à se.Et ita consuluit ipse Pau. ut patet in suo cons. 368.incip.uisis actis.Vos tenebitis contra Pau.de Castr. auctoritate Innocen.in c.cum dilecti,in gloss. sua super uerbo,responsiones,extra de accusa. Et auctoritate Cy. in l.si quis decurio,infra ad leg.Corne.de fals. ubi dicit esse speciale in officiali,ut ei credatur ratione officii de gestis à se,per illum tex.Ad idem adduco Barto. in suo consil.incip.In proposita quæstione. Item contra Paul. adduco Anto.de But.in cap.cum à nobis, ext.de testib. Item contra eundem adduco Bal.in c.1.§.iniuria,in titu.
12 de pace iuramen.firman.in usib. feud.ubi dicit, † quòd si Titius mandauit Seio, ut occideret Caium, & illum occidat:deinde Seius interrogatus, an occiderit Sempronium de mandato Titii, respondet quòd non, sed suo proprio motu.dicit Bald. quòd sibi non credetur, nisi appareant aliæ coniecturæ.¶Præterea contra Pau. de Cast.facit,quia aliqui sunt casus speciales, in quibus creditur uni soli testi, qui sunt numero quadraginta, quos ponit Spe.in titu.de teste.§.restat, uer. hoc tamen fallit,& tamen inter illos casus non numeratur iste casus,quem ponit Pau. Item contra Pau. est bonus text.in d.c.cum à nobis,in fin.ubi speciale est in Papa,ut sibi soli credatur:ergo in aliis est contrarium, & d. Alexan. in l.2.ff.si ex noxa.cau.aga.tenet contra Paul.& in secreto iuris sua opinio non est uera. Ad iura allegata per eum respondebitis,quòd non probant:quia loquuntur,quādo concurrebat semiplena probatio, uel præcedebant indicia ad torturam. ¶ In glos.1.Gloss. ista requirit,
13 †quòd receptans seruum alienum sit in dolo ad hoc, ut incidat in pœnam huius l.Pau.de Cast.putat, quòd sufficiat lata culpa,puta quia receptans credebat eum esse liberum,& erat publica fama,quòd erat seruus,ergo receptans detegitur esse in lata culpa.l.latæ culpæ.ff.de uerbo.sign.habetur plenè per Barto.in l.quod Nerua. ff.de pos.Et pro opinione Pau.notanter facit doctr.Barto.in
14 l.1.§.1.ff.si quis testa.lib.esse iuss. fuer.ubi dicit,†quòd si statutum punit actum,inquantùm infertur in personam: tunc requiritur dolus,puta quia statuto cauetur, quòd si quis turbauerit alium in possessione, puniatur tali pœna.Nam hoc casu requiritur,quòd turbator sit in dolo,
15 †& ideo causa quantuncunque iniusta excusaret eum à dolo,& consequenter à pœna.l.igitur.§.infans,& §. potest.ff.de libera.caus.gloss.ordi.in l.1.in fin. ff. de abig. Sed si statutum puniat actum,prout infertur in rem:tunc non requiritur dolus,sed sufficit lata culpa, puta quia statutum disponit, quòd si quis ingressus fuerit possessionem alienam,puniatur tali pœna, hoc casu ad pœnæ commissionem non requiritur dolus,& tenebitis perpetuò menti istam theoricam Barto.¶In gloss.2.Circa pri-
16 mam partem addite, † quòd decem ducati faciunt unā librā argēti.l.unica.inf.de argen.pret.lib.10.ad fi. illius legis.¶Item inquantùm ista gl.dicit,quòd est in electione debentis, limitabitis,nisi statutum disponat,quòd pro tali maleficio imponatur pœna centum aureorum, & si condēnatus eā nō soluat infra mensem,amputetur sibi manus. Nā si ipse cōdemnatus sit in auaritia summa: quia malit sibi amputari manum, quàm soluere centum, & habet unde soluere realiter:si in termino nō soluat,poterit iudex eū nihilominus compellere ad soluendū,non autē faciet sibi amputari membrū.Ita scribit hic Ang.referēs Bar.ita consuluisse,per tex.ad hoc not.in l.cum duobus.§.idem rēdit si soc.ff.pro soc.licèt Bar.ibi uideatur uelle cōtrariū, de quo per Bar.in l.cōmissoriæ.§. de pac.inter emp. & uē.
17 ¶In gl.ī uerbo,tertiò.Addite,† quòd iudex nō dēt mulctare quempiam,nisi primò citet eum allegaturū causam,quare mulctari non debeat.Ad quod uidete Bar.in l.3. §. si ad diem.ff.de re mil.Et eundem ī l.2.ff.si quis in ius uo. non ier. Et d.Pan.ī c.1.ext.de iud.¶In gl.in uerbo,castigatio.Addite,quòd cautus debet esse aduocatus ī practica:
18 †nam si in libello petat furem puniri,& eundem condēnari ad restitutionem rei subtractæ, libellus nō procedet: quia iudicium criminale,& ciuile non possunt simul intentari æquè principaliter,ut habetur in l.unica, inf.quādo ciu.act.crim.præi.debet ergo sic dici. Domine iudex peto furem puniri,& imploro benignum officium uestrū, ut faciatis mihi rem subtractam restitui.Hanc practicam ponit Bar.in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.

ADDITIONES.

a ¶L.de tutela.Vide eundem Iacob.ibidem.
b ¶Quia pro adulterio. Adde,quòd adulterium est grauius peccatum,quàm stuprum.Io.de Tur.Cre.in c.adulterii.nu.2.32.q.7.Et est publicum crimen.Idem in c.publico,nu.1.eadem causa 32.q.1.

In l. Mancipia.

S V M M AE.

1 *Officialis negligens punitur.*
2 *Solicitatores, & abductores seruorum qua pœna puniantur.*
3 *Forma, dictio quid importet.*
4 *Iudex propter negligentiam facit litem suam, & tenetur parti læsæ.*
5 *Statuto cauetur, quòd qui turbauerit alium in possessione, puniatur in decem, & restituat possessionem, quomodo intelligatur tale statutum, & nu. 6.*
7 *Libellus obscurus quomodo interpretetur, & ad quem spectet declaratio.*
8 *Iudex, qui priuatur officio propter maleficia, uel condemnatur in syndicatu, non potest postea redire ad idem officium.*
9 *Officialis condemnatus in syndicatu, si non potest soluere condemnationem pecuniariam, debet puniri pœna corporali.*
10 *Omissio appellationis non purgat uitium sententiæ.*
11 *Officialis, si soluat mihi interesse meum ex eo, quòd iniquè fauit aduersario meo, non habet propterea actionem contra ipsum aduersarium meum.*
12 *Arbitrium si fuerit datum aliquibus prouidendi super bono statu reipublicæ, illi non poterunt absoluere officialem à syndicatu.*
13 *Princeps non potest absoluere officialem, nisi cum clausula, de qua hic.*

1 MAncipia. ¶† Officialis negligens condemnatur, nec ualet
rescriptum liberatorium per eum impe
tratum, nec per solutionem per eum fa-
ctam habet actionem contra illum: cui
2 iniustè fauit. h. d. ¶Nota ex isto tex. † qua pœna puniātur
solicitatores, & abductores seruorum pertinentium ad
aliquam communitatem, & in hoc differt ista lex à l. qui
cunque. sup. eo. ¶ Nota ex hac parte ibi, simili forma.
3 † quòd ista dictio, forma, non semper importat solemni-
taté, imò importat substantiam, & quantitatem. Et hoc
est utile, secundùm Pau. de Cast. ad statuta loquentia de
isto uerbo, forma. ¶ Nota ex ultima parte id, ad quod
4 frequenter allegatur, † quòd iudex propter negligen-
tiam suam facit litem suam, & tenetur parti læsæ. Et
dicit hic notabiliter Bald. quòd iudex conuincitur de
negligentia, quando non uult recipere libellos que-
rimoniarum, uel accusas, uel si recipit, non uult exa-
minare testes, quos produco: nec facit restitui furtum,
uel damnum ei, qui est passus furtum, uel damnum, alle
gat. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. ¶ In gl. super
uerbo, aduocandum. in fi. per istam glo. determinat Iac.
5 But. quęstionem notabilem. † Statuto cauetur, quòd qui
turbauerit alium in possessione, puniatur in decem, &
ulteriùs restituat possessionem: contingit, quòd ego
turbaui te in possessione, sed tamen non spoliaui te, ita
quòd possessio non peruenit ad me. dicit Iac. But. quòd
ego non debeo puniri pœna dicti statuti: quia non be-
ne posset uerificari illud uerbum, restituat: si enim pos-
sessio non peruenit ad me turbatorem, quomodo pote-
ro eam restituere? Bal. determinat hic totum contrariū
dicens, quòd statutum prædictum potest intelligi in tur
batione inquietatiua. Et exponetur uerbum, restituat, id
est à turbatione desistat. Bar. de Sali. tenet opinionem Ia
co. But. Sed Pau. de Cast. sequitur opinionem Bal. In se-
creto iuris uerior uidetur opinio Iaco. But. quia intelli-
gendo, ut intelligit Bald. impropriaremus uerba. In quæ
stione tamen facti uidi determinari secundùm opinio-
6 nem Bal. & Pau. de Cast. ¶ † Addite uos, quòd si in libel
lo ego dicam. Domine iudex Titius me turbauit in pos
sessione mea, & expressi actus turbatiuos, & in eodem
libello dixi, quòd talem colonum, & famulum meum
expulit de possessione, an iste libellus procedat. Vide-
tur quòd non: quia uideor intentare pro eadem re inter
dictum retinendæ, & interdictum recuperandæ. Et ista
remedia sunt contraria, ut plenè habetur in l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. In contrarium
determinabitis: quia potest esse, quòd primò me turba-
uit, & quanquam postea expulerit illum colonum meū;
tamen bene potest etiam esse, ꝙ ipse colonus postea re-
uersus sit ad possessionem, iuxta l. 3. §. eum igitur qui
7 cum armis. ff. de ui, & ui arma. † Et quotiescunque uerba
dubia, & obscura libelli possumus trahere ad aliquem
sensum sustentabilem, talem interpretationem facere
debemus. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Et in-
terpretatio, & declaratio spectat ad ipsum libellantem,
d. l. si quis intentione ambigua, & poterit etiam eam fa-
cere in causa appellationis. Hæc omnia ponit notabili-
ter Ang. in suo consi. 351. inci. In Dei nomine, & suæ ma
tris gloriosæ amen. In causa uertente inter nobilem mi-
litem &c. ¶In gl. in uerbo, exigatur, in fi. Notetis unum,
8 quod uult hic Bald. † quòd iudex, qui priuatur officio
propter malè facta, uel condemnatur in syndicatu, non
potest postea redire ad idem officium. Alleg. text. cum
gl. in §. fi. in Auth. de armis. Item Pau. de Cast. per istum
tex. cum sua gloss. infert contra Vicarios, uel Potestates
castrorum, qui uident aliquem priuatum usurpare bona
communitatis, & non prouident. Nam secundùm eum
debent puniri. Addite, quòd Bald. in c. 1. §. iudices. in ti-
9 tu. de pace iuram. firman. in libel. feudo. dicit, † quòd of
ficialis condemnatus in syndicatu, si non possit soluere
condemnationem pecuniariam, debet puniri pęna cor-
porali. De consuetudine tamen secundùm eum punitur
10 in carcere. ¶Ibidem dicit, † ꝙ si iudex iniquè me con-
demnauit, licèt non appellem à snīa sua, tn̄ in syndicatu
potero agere contra eū: quia omissio appellationis non
purgat uitium sententię: quod tene menti. ¶In glo. super
uerbo, nec uenditione. Ex ista glo. cum suo text. inferūt
11 Docto. † quòd si officialis in syndicatu soluat mihi inte
resse meum ex eo, quòd iniquè fauit aduersario meo, nō
habet propterea actionem contra ipsum aduersariū meū:
nec debeo ipsi officiali cedere actionem aduersus illū
aduersarium meum. Quod limitat Ang. si officialis sol-
uit mihi diuersam rem ab illa, in qua mihi tenebatur
debitor meus; alioquin ipse bene haberet actionē aduer
sus debitorem meum, allegat. tex. in l. missi opinatores.
inf. de exacto. tribu. li. 10. ¶Vltimò notetis unum, quod
12 uult hic Bal. eleganter, dum dicit, † quòd si est datum ar-
a bitrium ᵃ aliquibus prouidendi super bono statu rei pu-
blicæ, illi non poterunt absoluere officialem à syndica-
13 tu: † quia etiam Princeps non potest absoluere officia-
lem à syndicatu, nisi in literis apponat istam clausulam,
non obstante. l. mancipia. cum ibi notatis. C. de seru. fug.

ADDITIO.

a ¶Si est datum arbitrium. Adde, quòd arbitrium dicitur circa substantiam. Ioan. de Tur. Crema. in c. à iudicibus. num. 2. 2. quæst. 6.

In l. Cum seruum.

S V M M AE.

1 *Opponere de iure tertij quòd sit licitum, & nu. 3.*
2 *Spoliatus ante omnia uenit restituendus.*
3 *Excipere quando liceat de iure tertij.*

Cum

CVm seruum. ¶ Si repetēti seruū referat quęstio dominii ipsius rei conuenti, uel alterius, ser uus subijcietur torturæ, ut ueritas reperiatur. h. d. ¶ Nota ex ista. l. iuncta glo. in
1 uerbo, opponit. † quòd licitum est opponere de iure tertij, de quo uidebitis inf. ¶ Sed pro declaratione literæ quæro, qua actione agebat iste actor. Glo. 1. dicit, quòd agebat rei uendicatione ad seruum. Sed Doct. communiter reprehendunt, quia rei uendicatio non est pœnalis. Item in ea non proceditur ita uelo leuato, sicut uult ista litera in uerbo, illico. Dicunt ergo Doctores. quòd hic agebatur cond. ex. l. quicunque. sup. eod. non autem agebatur remedio possessorio. l. si coloni. inf. de agricol. & censi. lib. 10. quia in casu illius legis non posset referri
2 quæstio dominij: † quia spoliatus ante omnia uenit restituendus, non admissa exceptione proprietatis. l. si quis ad se fundum. inf. ad leg. Iul. de ui pub. & c. in literis. ex
3 tra de resti. spolia. † In hoc articulo, an sit licitum opponere de iure tertii, concludite, quòd si illud ius tertii sit ipso iure exclusiuum intentionis agentis: tunc reus bene potest opponere de iure tertii, & ita loquitur hæc lex. Aut ius tertii nō est exclusiuū ipso iure intentionis agētis. & tunc non potest opponi de iure tertii. Et hoc est, quod uult glo. parua in l. 2. ff. si ager uectiga. uel emphyteo. petat. quæ gl. dicit, quòd si ago rei uendicatione utili cōtra te ad fundum, puta: quia sum emphyteota illius fundi, quem tu detines, non poteris postea opponere, ꝙ ego cecidi à iure meo propter canonē non solutum directo domino: quia ista pœna caducitatis demum habet locum, si dominus uelit, ut uult parua gloss. in d. l. 2. Pari ratione, si ego tanquam feudatarius alicuius fundi ago utili rei uendicatione contra te detinentem illum fundum, & tu opponas de iure tertii, quòd ego cecidi à iure meo ob inuestituram non petitam à directo domino infra tempus debitum, non audieris ita opponēdo: quia ista pœna caducitatis ita demum habet locum, si dominus uelit. An autem quando ius tertij non est exclusiuum iuris agentis, sed est diminitiuum, possit opponi de iure tertii, concludite quòd non, si ille tertius nō posset à me auocare rem. Exemplum; Ago rei uendica. uel negatoria contra te pro quadam domo, tu opponis, quòd illa domus debet seruitutē domui cuiusdam tertii, certè non admitteris ad ita opponendum: quia potero replicare, quòd quantùm ad te liberas ædes habeo. tex. est in l. loci corpus. in §. competit. ff. si serui. uendice. Idem est, si ille tertius possit à me auocare rem non principaliter, sed in consequentiam. Exemplum. Ago rei uendicatione contra te ad fundum, tu opponis contra me, quòd quidam tertius habet usumfructum in illo fundo, certè ista tua exceptio de iure tertii non admittetur. Secus si opponeres, quòd tertius illum fundum tenet in emphyteosim. Nam si ego directus dominus agam pro illo fundo contra te rei uendicatione, tu poteris opponere de emphyteosi tertiæ personæ: quia illa tertia persona, si ageret pro illo iure emphytheotico cōtra me directum dominum, posset à me auocare rem, & possessionem. Ita eleganter determinat Bar. in l. indebiti. §. sed & si nummi. ff. de cōd. ind. quid si ago rei uendicatione contra te ad fundum, & tu opponis, quòd ille fundus est hypothecatus cuidam tertio, certè ista tua exceptio non admittetur: quia etiam ille tertius, si ageret contra me actione hypothecaria ad illum fundum, non posset à me inuito auocare possessionem: quia si soluam sibi debitum, extinguetur hypotheca, etiam si esset lata sententia contra me in hypothecaria. l. si fundus. §. si pluris. ff. de pigno. De hac materia habetur plenè per Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. & per Doct. hic. Et per dominum Alex. suo cōsi. 137. incipiente, in causa & lite. in quinta col. illius consi. in secundo uol. & per eundem in primo consi. circa ultimam columnam. in quinto uol. suorum consi. Addite bonā gl. in hac materia in l. is consequenter. in §. 1. ff. fam. ercis. Et aliam pulchrā gl. in c. 1. in uerbo, sede uacante. ext. ne sede uacan. & per dominū Panor. in c. diuersis fallaciis. extra de cleri. cōiug. & per Bal. in Auth. qui rem. sup. de sacrosan. eccle.

In l. Si qui publicorum.

SVMMAE.

1 *Nobilitas assumitur à patre, non à matre.*

SI qui publicorum. ¶ In lege si. inf. eo.
1 Notetis unū, quod uult Bald. † ꝙ nobilitas
a assumitur [a] à patre, non autē à matre. ¶ Addite tex. cū Bar. in l. exceptio, ꝟ. de decurio. li 10. ubi Bar. dicit, ꝙ nō ualet consuetudo, ꝙ quis denominet se à genere materno.

ADDITIO.

a ¶Nobilitas assumitur. De nobilitate uide latè per dominum Bonum de Curtili in tract. suo de nobilitate.

Rub. De furt. & seruo corrupt.

In l. Si ex pecunia.

SVMMAE.

1 *Allegans contraria non debet audiri. Fallit ut num. 2. usque ad 7.*
Consuetudo, quòd quis denominet se à genere materno, non ualet.
5 *Libellus alternatiuus quando admittitur.*
8 *Libellus, in quo agitur rei uendicatione, & publiciana, admittitur de consuetudine.*
9 *Copulatiua, quando ponitur inter duo incompatibilia, resoluitur in alternatiuam. Et quando intelligatur poni conditionaliter.*
10 *Reus proponens exceptiones contrarias an admittatur ad probandum eas.*
11 *Contrarietas erubescenda maximè in Doctore.*
12 *Fur an excusetur, domino dicente, rem sua uoluntate raptam.*
13 *Proxeneta si intret stabulum meum, & capiat equum meum, et uendat, licèt fecerit conditionem meam meliorem; tamen tenetur de furto.*
14 *Negotiorum gestatio quomodo dicatur ad nos pertinere.*
15 *Contraria duo non possunt stare in eodem subiecto. Et uno posito tollitur aliud.*
16 *Actio mandati, quæ oritur ex contractu, statim acquiritur, etiam domino inuito.*
17 *Dominium rei legatæ acquiritur legatario ipso iure etiam ignoranti.*
18 *Sententia contraria non ualet propter repugnantiam.*
19 *Priuilegium, & præscriptio non sunt contraria.*
Auctoritas Superioris, qui concessit priuilegium, causat bonam fidem.

1 SI ex pecunia. ¶ † Allegans cōtraria nō debet audiri. h. d ¶ No. 1. ex isto tex. id, quod dixi in summario, s. quòd allegans contraria non auditur. Et aduertite: quia ista lex loquitur in actore, quid autem sit in reo, statim audietis.
2 Regula prædicta in actore fallit in multis casibus. † Primus est casus, quando quis iusta ratione motus elegit

uiam incompetentem: nam, si succubuit, poterit eligere
uiam competentem: quantuncunq; contrariam primę.
l. mater decedens. ff. de inof. testa. secus si obtinuisset in
prima uia: quia non esset sibi licitum dicere, quòd obti-
nuit sententiam iniquam. l. si seruus pluriũ. in §. 1. ff. de
3 leg. 1. ¶ † Secundò fallit, quando quis iniusta ratione
motus eligit uiam incompetentem: nam si dispositio est
scripta in diuersis scripturis, poterit postea eligere uiam
sibi competentem. l. Clodius Clodianus. ff. de acquir.
hære. ¶ Tertiò fallit quotiescunque remedia sunt in ex-
ercitio contraria; nam si quis succumbat in uno, poterit
amplecti aliud. tex. est in l. Aurelius. in §. fi. ff. de liberat.
4 leg. ¶ † Quartò fallit, quando actum semel reprobaui, &
postea uolo illum actum approbare, ista sunt contraria,
& tamen si illam approbationem uelim facere ad utili-
tatem alterius, debeo admitti. l. dispensatorem. in §. fin.
5 ff. de solu. ¶ † Quintò fallit, quando actor est incertus,
qua actione debeat agere, & incertitudo prouenit ex fa-
cto aduersarij: nam hoc casu poterit intentare remedia
incompatibilia, tex est no. in l. 1. §. quia autem. ff. quor. le-
gat. Et dicit hic elegãter Bal. ꝙ sicut in casu illius. §. quia
autem, admittitur libellus alternatiuus, ita etiam admit
tentur positiones alternatiuæ; secus in sententia: quia nõ
6 debet esse alternatiua, quòd noteris. ¶ † Sextò fallit, quã
do remedia contraria proponuntur conditionaliter.
exemplum. Ego dico sententiam nullam, & si qua est,
ego dico eam iniquam, ut notatur per gl. in l. 1. inf. quan
7 do prouo. non est nece. ¶ † Septimò fallit propter circui
tum euitandum, & ideo de consuetudine admittitur li-
bellus, in quo ago rei uẽdicatione, & publiciana, ut uult
glo. in §. aliæ. Insti. de actio. & probatur in c. Abbate sa-
8 nè. extra de re iudi. li. 6 † Quid autem in reo, an sibi per-
mittatur opponere exceptiones contrarias. Dy. in regu.
nullus pluribus. extra de reg. iur. li. 6. dicit. quòd sic, si
eas proponas successiuè, non autem simul, ut puta op-
posuit unam exceptionem, & succubuit, postea uult op-
ponere contrariam exceptionem, uult dicere Dyn. ꝙ
admittetur, sed simul & eodem tempore non poterit eas
opponere. ¶ Alia fuit opinio Dy. ut refert Bar. in l. nemo
prohibetur. ff. de exceptio. ubi refert Bar. Dy. dixisse, ꝙ
reus non potest simpliciter contrarias exceptiones op-
ponere, ita bene conditionaliter. Vos autem sequamini
doctrinam Bar. in d. l. nemo. ubi concludit, quòd, quan-
do exceptiones contrariæ sunt talis naturæ, quòd ipsi
reo incumbit onus probandi utranque, tũc reus potest
simul opponere exceptiones contrarias, etiam copulati
9 uè. Pro opi. Bar. facit: † quia quotiescunq; copulatiua po
nitur inter incompatibilia, resoluitur in alternatiuam,
tex. est, & ibi Bar. notat in l. si Titio fundus. ff. de usuf. le-
ga. Et quando alternatiua ponitur inter ea, quæ subor-
dinantur, tunc intelligitur proponi conditionaliter.
10 l. hæredes mei. §. peto. & ibi Bar. ff. ad Trebell. ¶ † Addo
uobis, quòd licèt reus admittatur ad opponendum ex-
ceptiones contrarias; tamen non admittitur ad proban-
dum exceptiones contrarias, neque ad producendum
eas in uim probationis. Ita dicit Bal. in l. scripturæ. quasi
ad fi. commenti. sup. de fide instrumen. allegat Io. An. in
nouel. in c. imputari. extra de fide instru. qđ est notãdũ.
11 † Quid autem in Doctore, qui uno tpe consuluit unũ, &
postea alio tẽpore consuluit cõtrariũ super eodẽ pũcto.
Bal. suo cõs. 90. in primo uol. quod consilium inci pit. In
Dei nomine amen. Sciendum est. dicit, ꝙ contrarietas
est erubescenda, & idem Bald. in c. ne innitaris. extra de
constit. ad fi. primæ col. dicit, ꝙ talis contrarietas est ar-
guenda, sed non fortè punienda. Allegat dictum apo-
stoli. cum eram paruulus, sapiebam ut paruulus; cum au-
tem factus sum uir, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. Moue
tur etiam, quia Sanc. Agustinus fecit librum retractatio-
num. ¶ Item allegatur iste tex. in fi. ꝙ pecunia domini cõ
trectatur, & tamen stat in uoluntate domini, an agatur
12 furti. Et hoc facit ad quotidianam quæstionem. † Iudex
inquirit contra aliquem de furto, dominus rei furto sub
tractæ comparet coram iudice, & dicit. Domine iudex
dimittatis istum in pace: quia cœpit rem cum bona uo-
luntate mea. Certè non stabitur assertioni meæ, nisi con
currant aliæ coniecturæ: puta, quia erat consanguineus
meus, uel amicus, uel erat res, quam consueueram con-
cedere istis, & illis. Ita dicit notabiliter Bar. in l. inter om
nes. in §. rectè. ff. eod. ¶ Et per istum tex. dicit hic Angel.
13 in aliquibus lecturis, † ꝙ si proxeneta intret stabulum
meum, & capiat equum meum, & uendat; licèt fecerit cõ
ditionem meam meliorem, puta, quia uendidit eum ul-
tra quam ualeret, tamen tenetur de furto. quod notetis.
¶ Nunc opponitur contra istum text. & imò uidetur, ꝙ
dominus non possit reprobare istum contractum cele-
bratum per istos mandatarios ad mandatum serui: quia
ista prædia fortè multò plus ualebant, quàm esset pre-
tium exbursatum; ergo uidetur, quòd dominus teneatur
omnino ratificare contractum. l. Pomponius. ff. de neg.
14 gest. † Sol. contrarium procederet in negotio ad nos per
tinente re ipsa, uel ipso gestu. Exemplum; quando perti-
net ad nos re ipsa, puta, quia tu fecisti utilem impensam
in re mea de pecunia tua: ipso autem gestu dicitur ad
nos negotium pertinere: quoniam tu soluisti de pecu-
nia tua creditori meo: nam tu liberas me. l. soluendo. ff.
de neg. gest. & his duobus casibus teneor habere ratum
negotium utiliter gestum. Aliquando uerò negotiũ per-
tinet ad nos ratihabitione, ut quando tu emis aliquam
rem nomine meo, quæ fortè ualet multò plus, quàm sit
pretium exbursatum: & tunc non teneor ratificare, sed
possum, si uolo. & ista est doctrina glo. magistræ, quæ est
in l. si pupilli. §. item quæritur. uersi. quid ergo, super uer
bo, ipso gestu. ff. de neg. gest. ¶ In gl. mag. licèt gl. ista mi
sceat omnia ista contraria simul; tamen separanda sunt.
In primis ergo ad l. si seruus. ff. commod. respondete, ꝙ
ibi actio furti, & cõmodati concurrunt in origine, & nõ
contrariantur in origine; sed contrariant in exercitio: qa
si dñs uellet exercere utranq;, non audiretur: tñ ambę na
tæ sunt, & ideo ultima solutio, quæ est hic in glo. in fi. in
uer. alij respondent, est optima ad d. l. si seruus. Ad reli-
qua autem iura contraria hic in gloss. signata, teneatis
primam solutionem hic in gloss. relatam. ¶ Opponi-
tur & imò uidetur, quòd actio mandati. & furti non com
15 petant domino: quia nos habemus, † quòd duo contra-
ria non possunt stare in eodem subiecto: ideo dicimus, ꝙ
posito uno contrariorum excluditur reliquum. Ita di-
cit glo. in l. sed si pupillus, §. penul. ff. de instito. Sed per
actionem mandati dominus uidetur approbare contra-
ctum, per actionem autem furti, uel condictionẽ furtiuã
uidetur reprobare contractum, ergo ista duo cõtraria nõ
possunt stare in eodem subiecto. idest in persona domi-
ni, qui est subiectum ipsarum actionum. Sol. dicit Pau.
de Cast. quòd arg. procederet intelligendo, quòd simpli
citer & irreuocabiliter starent, sed reuocabiliter bene
16 possunt stare in eodem subiecto. † Nam actio mandati,
quæ oritur ex contractu, statim acquiritur domino etiã
inuito. l. etiam inuitis. ff. de acqui. rer. dominio, & per cõ
sequẽs acquiritur domino irreuocabiliter, actio uerò fur
ti, & condictio furtiua, quæ oriuntur ex maleficio, bene
acquiruntur domino ignoranti, uel nolenti, sed non inui
to, & ideo acquirũtur reuocabiliter. Simile habemus in
17 legatario. † Nam dominium rei legatæ acquiritur legata
rio ipso iure etiam ignoranti. l. cum pater. §. surdo. ff. de
leg. 2. tamen est in potestate legatarii repudiare legatũ,
& tunc fingitur retrò sibi non fuisse acquisitum. l. proin-
18 de. ff. si cer. peta. ¶ Extra glos. addatis, † quòd sententia
contraria non ualet propter repugnantiam. secus si sit
correctiua, puta, quia iudex dicit cõdemnamus, imò ab-
soluimus

soluimus. Ita dicit glo. sing. in c. prædicator. 16. quæstio,
19 1. ¶Vltimò notabitis, † quòd priuilegiũ, & præscriptio non sunt cõtraria: quia priuilegium, licèt erretur in iure, potest esse causa præscriptionis. Nam auctoritas Superioris, qui concessit priuilegium, causat bonam fidem. tex. est in l. & generaliter. ff. de noxa. actio. habetur in l. fi. inf. de his, qui à non domino manumit.

In l. Inciuilem rem.

SVMMAE.

1 *Emens rem à non domino tenetur eam restituere.*
2 *Possessor antiquior quo remedio utetur erga nouum possessorẽ.*
3 *Possidentis conditio melior est in pari causa.*
4 *Spoliatus ante omnia uenit restituendus.*
5 *Præsumptio qualiter resultet, si res fuit apud aliquẽ reperta.*
6 *Emptor rei furtiuæ an recuperet pretium à domino, & an repetet solutum.*

1 INciuilem rem. ¶† Emens rẽ à non domino tenetur eam restituere, etiam sine restitutione pretii, & emens rem à fure [a] suspectus est de furto. h. d. ¶In gloss. super
2 uerbo, à dominis. in fi. Ista gl. uidetur uelle. † quòd si ego bona fide emi à nõ domino unum codicẽ, quẽ ego possederim per unũ annum, deinde ille codex peruenerit ad manus tuas quia bona fide emisti à quodam alio: ego antiquior possessor habeo contra te nouũ possessorem remedium possessorium, de quo in l. si coloni, quę est hic in gl. allegata. Gl. uerò in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. posses. dicit, quòd contra te bonæ fidei possessorem, qui possides sine uitio furti, uel uiolentiæ, non competit mihi aliquod remedium possessorium pro illa re mobili. & istam opi. tenuerunt Bar. Ang. & Imo. in d. l. rem quæ nobis. & est et de mente And. de Barulo, & do. Io. de Platea in d. l. si coloni. Mouentur per l. siue autem. §. si duobus, uersi. quod si à diuersis. ff. de publici. ubi dicitur, quòd si ego emi rem mobilem à non domino bona fide; deinde tu emisti eandem rem ab alio non domino etiã bona fide, si ago contra te, ego succumbam: quia tu ha-
3 bes parem titulum, & habes possessionem. † Et in pari causa melior est conditio possidentis, ut ibi Dominus Ant. de But. & d. Panor. in c. sæpe. extra de restitu. spolia. Et ipse Panor. in c. si diligenti. extra de præscript. dicit, quòd imò potero agere remedio possessorio contra te,
4 nec poteris mihi opponere de paritate tituli: † quia spoliatus ante omnia uenit restituendus. c. in literis. extra de restitu. spolia. & l. si quis ad se fundum. inf. ad leg. Iul. de ui publica. D. Alex. de Imo. in d. l. rem, quæ nobis. in fi. quintæ col. dicit, quòd secundùm istam opinionem Ant. de But. & domini Panor. uidit sæpe iudicari, & obtinuisse. Ad tex. in d. l. siue aũt. §. si duobus, respõdebitis, ut rñdet d. Panor. in d. c. si diligenti. ubi dicit, ꝙ in illo. §. si duobus, agebatur iudicio petitorio; nos aũt loquimur, qñ antiquior possessor agit remedio possessorio recuperãdæ. ¶Si aũt ꝓsupponamus, ꝙ nouus possessor possideat cũ uitio, uel emerit à fure, quod remedium tunc habeam contra eũ, uidete gl. ord. in l. & ideo. §. Neratius. ff. de cõdi. furt. ¶In gl. in uer. incidatis, in fi. Colligitis ex ista gl.
5 † quòd ex hoc solo, quòd res furtiua fuerit reperta apud aliquem, non resultat præsumptio, quòd ipse furto subtraxerit, nisi aliæ coniecturæ concurrant. Et addite, quòd ita cõsuluit dominus Alex. de Imo. ut patet in suo cons. 5. incip. In causa inquisitionis formatæ in primo uolu. suorum cons. Sed si cõcurrerent cõiecturæ, puta: quia est homo, qui consueuit emere res furtiuas, uel consueuit furari: tunc esset præsumptio contra eum. Et istæ cõiecturæ essent sufficientes ad torturam, secundùm Pa. de
6 Cast. hic, per not. in l. fi. ff. de quæst. ¶† Sed pone. Quidã furto subtraxit mihi librum, tu emisti illum librum à fure, ego ago contra te, ut restituas mihi librum: de iure non teneor tibi restituere pretiũ ꝑ te exbursatum, l. si mancipium. sup. de rei uendi. & hic. ¶Ponamus, ꝙ spõte; ego soluerim tibi pretium, an potero postea repetere. Distinguite, ut distinguit illa sing. l. seruus cuiusdam inscio domino magidem. ff. de cond. inde.

ADDITIO.

a ¶Emens rem à fure. Adde tex. in c. rapinam. 14. q. 5. & ibi latè per Ioan. de Tur. Crem.

In l. Si nondum.

SVMMAE.

1 *Priuignus potest agere furti actione contra priuignum.*
2 *Monialem carnaliter cognoscens committit tria delicta, sacrilegium, adulterium, & incestum.*
3 *Statutum conditum à laicis si faciat mentionem de pœna sacrilegij, debet intelligi secundùm ius ciuile, à quo recipit auctoritatem.*
4 *Sacrilegium ad hoc, ut committatur, duo copulatiuè requiruntur.*

1 SI nondum. ¶ † Priuignus potest agere actione furti cõtra uitricum, licèt habeatur loco parentis: uel sic. In re consecrationi destinata; nondum tamen consecrata committitur
2 furtum. h. d. ¶ Nota, † quòd cognoscens carnaliter monialem committit tria delicta: committit enim sacrilegium, eò quia est Deo cõsecrata: committit adulterium, eò quia est sponsa Dei, & cõmittit incestum, ut declarat pulchra gloss. in c. uirginibus. 27. q. 1. ¶Notabitis unũ,
3 quod uult hic eleganter Bal. dicens, † quòd si statutum conditum à laicis, puta ab aliqua communitate faciat mentionem de pœna sacrilegij: tale statutum debet intelligi secundùm ius ciuile, à quo recipit auctoritatem.
4 Ideo ad † hoc ut cõmittatur pœna sacrilegii, requirũtur duo copulatiuè, scilicet quòd res furto subtracta sit sacra, & quod fuerit capta in loco sacro, sed si esset constitutio Episcopi loquens de sacrilegio, sufficeret alterũ prædictorũ: quia debet interpretari secundũ iura cano. quod tenebitis menti.

In l. Aduersus.

SVMMAE.

1 *Pœnæ diuersæ orientes ex diuersis delictis possunt intentari cõtra eandem personam.*
2 *Actiones ciuiliter intentatæ possunt exerceri per procuratorem.*
3 *Accusatio de furto, & damno dato est priuata.*

ADuersus. ¶Corrumpẽs seruum alienũ tenetur actione serui corrupti. Contrectans uerò eum, tenetur
1 actione furti. h. d. ¶No. ex isto tex. † quòd diuersæ pœnę orientes ex diuersis delictis possunt intentari contra eandem personã.
2 ¶Nota subsequenter, † quòd actiones ciuiliter intentatæ possunt exerceri per procuratorem. Et notate, quòd licèt actio furti sit actio famosa, tamen potest intentari per procuratorem. ¶ Et ideo in quæstione facti dicebã: quòd si ago contra aliquem ad pœnas. l. si quis maior, potero

potero illam cām intentare per procuratorem,etiam cū
3 generali mandato.† Notate unum, quod uult hic Bald. dum dicit, quòd accusatio de furto, & de damno dato est priuata,non autem publica. Allegat glo.ordinariam in l.fi.ff.de priua.delict.

In l. Ciuile est.

SVMMAE.

1 *Contrahens cum alio præsumitur eum habere notum.*
2 *Nominare an quis teneatur suum uenditorem.*
3 *Possessor an teneatur ostendere titulum possessionis.*
4 *Iudex potest inquirere etiam nemine instante in iuribus pupillorum,orphanorum,& aliarum personarum miserabiliū.*
5 *Suspicio surgit etiam ex possessione de præterito.*
6 *Suspicio debet esse remota ab omni bono uiro.*
7 *Verba ambigua an sit licitum loqui pro saluanda uita hoīs.*
8 *Probatio per coniecturas,præsumptiones,et uerisimilitudines potest fieri,quando de aliqua re non pōt fieri clara probatio.*

Ciuile est. ¶Possessor rei furtiuæ tenetur ex uoluntate in iudicio nominare auctorem suum, si uult euitare suspicionem, quę à bono uiro debet esse remota. h. d. ista notabilis lex.
1 ¶Nota primò ex isto tex.† quòd ille,qui contrahit cum alio,præsumitur eum habere notum.bene facit tex.in l.
2 qui cū alio.ff.de reg.iur.¶†Not.casum,in quo quis tenet nominare suū uenditorem: regulariter aūt quis non tenetur ostendere titulum suæ possessionis. l. cogi. supra de pet.hær. Fallit primò in beneficiis ecclesiasticis: quia possessor beneficii tenetur ad instantiam sui Superioris ostēdere đ tit.suo. Ad hoc allegetis tex.ī c.ordinari.ext. de offi. ordina.lib.6.Et nota.in cap.1.extra de regu.iur.
3 lib. sexto. ¶†In hoc tamen est distinguendum: quia aut possessio beneficii est antiqua, & nunc non tenetur possessor ostendere de titu. suo: quia ex longa possessione præsumitur quis canonicè institutus, ut not. in l. qui in aliena.§. sed si non adierit. ff. de acquirend. hæredit. Et hoc casu sufficiet solum iuramentum ipsius possessoris. Aut possessio est recens, & tunc ad instantiam Superioris tenetur ostendere de titulo suo. Hanc distinctionem facit dominus Panormi. in cap. licèt Heli. in ult.colum. extra de simo. Secundò fallit,secundùm Bal. hic,in possessore rei ecclesiæ: quia si constat de proprietate ipsius ecclesiæ,tenetur possessor ostendere de titulo:quia in talibus rebus ecclesiarum potest iudex ex officio inquirere,etiam nemine instante. Ita notatur in c. ad nostram. il
4 3.ext.de iureiu.¶Addo uobis,†ꝙ idem est in iuribus pu
a pillorum[a],orphanorum, & aliarum personarum miserabilium:quia iudex ex officio potest inquirere etiam nemine petente.Ita notabiliter dicit Cy.in l.mulierem. supra si mancip.ita fue.aliena. ne prostit. ¶Addo tertiam fallen. quia uasallus posidens feudum,tenetur ad instātiā domini directi ostendere de tit.seu inuestitura.Ita dicit Bal.in l.cessante.inf.quom.& quan.iud.¶Nota subse-
5 quenter ex isto tex. in uerbo, fuisset, † quòd nedum ex possessoine de præsenti,sed etiam ex possessione de prę terito insurgit suspicio,de qua hic, quod est bene notandum. ¶Vltimò notetis ad quod frequenter allegatur,
6 † quòd suspicio debet esse remota ab omni bono uiro. Et ideo dicimus,ꝙ nō solùm à crimine, sed à suspicione criminis cauendum est.¶In gl.prima.Vltra scripta hic ꝑ
7 Doc.† quæro, an sit licitū loqui per uerba ambigua ꝑ saluando uitam hominis,puta iudex interrogat me,an fur sit in domo mea.Ego respondeo per ista uerba,uerè dñe iudex fur non est hic, & intelligo uerbum, est, pro comedere. Iudex autem intelligit pro essentia corporali. Vel pono manū in manica larga,& dico. Domine iudex fur non transiuit hac,uel muto me de loco ad locum, & dico. Domine iudex, postquam sum hic,fur non transiuit.De istis omnibus notatur in c.ne quis arbitretur.22. q.2.ubi glo.expressè dat exemplum de illo, qui dicit, fur non est hic.¶Addite in materia furti,quòd l. si quā do.inf. unde ui.licèt loquatur in uiolentia expulsiua;tamen habet etiam locum in furto.Ita expressè determinat dominus Pan.ex mente Inn. in c.fi.ext.qđ met. cau. & Bal.in c. 1.§.iniuria.in fi.3.col. in tit. de pace iur. firmā.in libel.feudo.Et d.Io.de Anan.suo consi.55.¶Vnū
8 etiam notetis,†quòd quando de aliqua re non potest fieri clara probatio,ut est dare exemplū in furto, quod committitur clandestinè; tunc admittitur probatio per coniecturas,seu præsumptiones, & uerisimilitudines, puta, quòd hostia domus meæ fuerunt fracta de nocte, uel quòd famulus meus aufugit.Ita dicit Bar.in l.si quis ex argentariis.§.pen.ff. de eden. & in terminis propriis uidete copiam allegationum per dominum Alexan. de Imo.suo consil.incip.Viso themate in 2.uol.suo.consil.

ADDITIO.

a ¶In iuribus pupillorum. Vide plenissimè per eundem Iacobi.in rub.ff.de iudi.

In l. Alienum.

SVMMAE.

1 *Vendere rem alienam quomodo quis cognoscatur.*
2 *Vendens rem apud alium constitutam dicitur eam tradere.*

Alienum. ¶ Vēdēs rem alienam nō committit furtum, si eam non contrectat: non tamen facit præiudiciū domino. Hoc dicit.¶ Pro declaratio
1 ne l. quęro, † quomodo potest esse,quòd quis uendat rem alienam:& tamen non dicatur committere furtum. Nam si uendit, & tradit alteri,nonne contrectat? ergo furtum cōmittit,ut hic in fi.Sol.aliqñ ille, qui uēdit rem alienam mobilem, illam tradit emptori, & tunc bene committit furtum:quia contrectat eam.l.si in emptione.§.item si emptor.ff. de contrahen.emptio. Aliquando uerò non tradit eam,neque quasi tradit:puta quia erat apud Titium,& ego illam rem alienam uendidi Titio.Nam non dicor eam contrectare.Et ideo nō committo furtum. Et ita pōt intelligi hæc lex in principio.¶Item si tit.haberem in illa re, & ego uendam eam alteri,non cōmitto furtum. Hæc omnia uult glo.ordinaria,quæ est plenior ista,in l.item si res,in prin. ff.de alie. iudi.mutan.cau.fac. ¶ Nota secundùm Bal. hic pulchrā limitationem ad §.uenditæ.Institu.de rerum diui. & ad l.qua ratione.§. interdum. ff. de acquiren. rer. domi. in
2 quibus iuribus dicitur,† quòd ille,qui uendit rem apud alium constitutam, dicitur eam tradere. Nam dicit hic Bal. quòd illa iura intelliguntur,quando uenditio fit à domino, secus si fieret à non domino de re apud alium constituta:quia tunc non diceretur eam tradere. Quod notetis pro limitatione.d.§.uenditæ,& §. interdum.

In l. Si is cui te.

SVMMAE.

1 *Nuncius, qui rem ad alium perferendam intercipit, uel in usus suos conuertit, committit furtum.*
2 *Periculum pecuniæ fraude delatæ per mandatarium cuius sit.*
3 *Genus non potest perire.*
4 *Periculum rei,de qua tibi scripsi, ut mihi mitteres,cuius sit.*

5 *Credenti homini fide digno nihil debet imputari.*
6 *Nuncius pertractās pecuniam sibi datam an cōmittat furtū.*

1 SI is cui te. ¶†Nuncius, qui rem ad alium perferendam intercipit, uel in usus suos conuertit, furtū committit. h. d. ¶ Aduertite, quia ista lex procederet, siue iste nuncius debeat portare pecuniam ad certam personam, ut hic, siue ad incertam, puta, quia dixi sibi: tolle istam pecuniam, & da cui uelis: talis nuncius non potest eligere seipsum, nec conuertere illam pecuniam in utilitatē suam. tex. est ualde notab. cum sua glo. in l. si mandauero tibi. §. si tibi centū.
2 ff. man. ¶ Quærit hic Bal.† si ego sum debitor tuus, & mitto tibi pecuniam per nuncium, & illa pecunia perit in itinere, uel cōsumitur, cuius sit periculum. Cōcludit, quòd aut mittens pecuniam est debitor in genere, & tūc illud
3 periculum spectat ad ipsum debitorem: † quia genus perire non potest. l. incendium. sup. si cert. peta. & l. in ratione. §. incertæ. ff. ad leg. Falci. si uerò est debitor speciei certæ; tunc est considerandum, an ipse mittens pecuniam sit in culpa, & tūc imputatur ei. Et dicitur in culpa, quando creditor dixerat sibi, quòd non mandaret per aliquem nuncium, sed portaret ipsemet: uel dixit sibi, quòd mitteret talem nuncium, & misit alium: uel misit hominem, qui non erat probatæ, uel fidelis uitæ. Ad hæc omnia uideatis tex. in l. argentū. & in l. si mei causa. §. fi. ff. cōmo. ¶ Addite, q̄d in Bidello, cui scholaris mādauit per nuncium, ut deberet sibi mittere talem Codicē, qui erat ipsius scholaris, & nūcius perdidit, uel uendidit librum. uidete per Bar. in l. si quis uxori. §. apud labeonē.
4 ff. eod. de fur. ¶ † Quid si ego mando alicui Abbati epistolam, seu literas, in quibus scribo, quòd mihi mittat talem rem meam: non tamen expresso, per quem deberet mittere, sed dixi, & scripsi in genere, quòd debeat mihi mittere: ipse tradidit uni famulo, q̄ portaret literas meas, & in itinere res periit, uel famulus eam alienauit, dicit hic Bald. quòd istud periculum spectat ad illum, cui scripsi literas. Et ideo dicit, quòd mercatores, qui recipiūt tales literas, debent esse bene aduisati. Pau. de Cast. limitat, nisi ille famulus consueuisset pro me talia exercere, & consueueram sibi dare fidem, per d. l. si mei causa. in
5 §. fina. ¶ Addite, † quòd ei, qui credidit homini fide digno, nihil debet imputari, ut dicit glo. notabilis in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demon. Et circa hoc uideatis copiosas allegationes per dominum Alex. de Imol. suo cons. 80. in 3. col. in quinto uol. ¶ Addite ad istam. l. quòd dominus Ioan. de Imo. in l. si tibi dederim. ff. de do
6 nat. dicit, † q̄ cum percasum huius. l. quidam iudices procederent contra nuncium de crimine furti criminaliter, & nuncius respondisset uerum esse, quòd talis dederat sibi pecuniam portandam ad talem, & quòd conuerterat eam in utilitatem propriam. quòd ille nuncius non debebat puniri criminaliter: quia in sua reuersione dixerat, quòd pecunia fuerat sibi data: & dare est dominium transferre. §. sic itaque. Insti. de actio. Si ergo dominium pecuniæ erat translatum in nūcium, ergo furtum non commiserat. Subdit tamen Imol. quòd hoc non obstante iudices afflixerunt illum nuncium pœna corporali. & istud dictum commemorat & examinat, D. Alex. de Imol. in l. eius qui in prouincia. in gloss. super uerb. nam si tibi. ff. si cer. peta.

In l. Etiam furti actione.

SVMMAE.

1 *Publicanus rapiens rem alienam prætextu officij committit furtum.*
2 *Officium publicum uelat maleficium.*
3 *Agendi modus semper debet inspici in actore.*
4 *Criminosus condemnatus per inquisitionem an sit infamis.*
5 *Bona si sunt commissa fisco propter pedagium non solutum, & fiscus infra quinquennium non petat, non poterit postea petere.*

1 ETiam furti actione. ¶ † Si publicanus prætextu sui officij rem alienam rapiat, furtum committit. & res ipsa (quia furtiua) usucapi non potest. h. d. Ratio du
2 bitandi in hac l. potuit esse: quia nos habemus, † quòd publicum officium uelat maleficium, tex. est notab. in l. tres tutores. in prin. circa med. ff. de admini. tut. Ratio decidēdi est: quia publicum officium uelat maleficium præsumptum, sed non uelat maleficium uerum, ut hic. Nam in l. nostra iste publicanus fuit in dolo: quia bene sciebat transeūtem nihil debere soluere. Et hoc probat ista litera in uerbo, sciens. ¶ In glo. in uerbo, tenetur, uel uerius, ista bona. Ex hac glo. dum soluit contrarium. l. 2. §.
3 ex quib. cau. infa. irrog. habetis notare, † quòd semper debet inspici modus agendi in actore. Item & in reo debemus inspicere formam excipiendi. Ad hoc solet allegari tex. cum gl. in c. hoc quippe. 5. q. 6. Ego allego tex. cum Bal. in l. 1. §. cum patronum. ff. de offi. præfect. urb. & allego Ang. in suo consi. 175. incip. In Dei nomine, & suæ matris gloriosæ. Visis, & diligenter inspectis. ubi dicit, quòd in actore forma agendi semper est inspicienda, & in reo forma excipiendi est semper attendenda. alleg. Innoc. in c. dudum. ext. de electio. & eundem in c. conquestus. ext. de fer. & eundem in c. super literis. ext.
4 de rescript. ¶ † Quæritur in ista l. nunquid condemnatus super crimine per inquisitionem efficiatur infamis. glo. in l. 3. §. præterea. ff. de suspe. tut. determinat, quòd non. & illā sequitur Dyn. Sed Bar. tenet contrarium. in l. infamem. ff. de pub. iud. allegat. l. 1. inf. de calumnia. iuncta l. Athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa. & circa hoc uidete notabi. & utilem distinctionem, quam facit hic Bald. Nam dicit Pau. de Cast. q̄ distinctio Bal. est subtilis, & utilis. & faciet nobis magnum honorem. ¶ Circa istam l. quæro ultra ea, quæ hic scribuntur per Doct. Vos scitis, q̄ si propter pedagium non solutum bona sint commissa fisco, & fiscus infra quinquennium non petat, nō poterit postea petere. l. commissa. ff. de publ. l. 2. sup. de uectig. & commis. Sed an salua conscientia poterint ista bona retineri. gloss. singul. in c. fraternitatis. 12. q. 2. dicit, quòd pœnæ legales (salua cōscientia) possunt retineri. Et in hanc sententiam inclinarunt Nicol. Mata. & Bal. in d. l. 2. sup. de uectig. & commis. Sed domi. Panor. in c. 1. circa 3. col. prope fi. ext. de constit. determinat cōtrarium: quia ex quo dominium ipso iure talium rerum transiuit in fiscum, non possunt tales res in præiudiciū fisci salua conscientia retineri. Et notetis bene istam decisionem domini Panor.

In l. Subtracto.

SVMMAE.

1 *Periculum rei furtiuæ, uel uiolenter ablatæ pertinet ad furē, & raptorem.*
Fur semper dicitur esse in mora.
2 *Periculum interitus rei ad quem spectet.*
3 *Stipulatio rei meæ, quæ detinetur à iure, quomodo sit fienda.*
4 *Actio omnis degenerat contra furem.*
5 *Stipulatio simpliciter facta intelligitur facta ex causa præcedenti.*

subtra-

1 SVbtracto. ¶ † Rei furto ſubtractę
uel uiolenter ablatę pe
riculum interitus pertinet ad furem, &
raptorem.h.d.¶ Allegamus hanc.l.quòd
per obligationem factam de re debita
purgatur mora, & uiolentus poſſeſſor ſemper dicitur
a eſſe in mora ª.l.parui.ff.de condict.fur.& hic,& l.1.§.re-
ctiſsimè.ff. de ui,& ui arma. Circa primam partem glo.
2 addite, † ꝙ qñ res perijt inf.tempus, intra quod licitum
eſt purgare moram,periculũ interitus ſpectat ad debito
rẽ,ſeu promiſſorem,tex.eſt ſingularis.l. ſancimus.circa
3 fi.int.de fideiuſſ.¶ In eadẽ glo.in fi. † Not.ex hac cauda
glo.practicam formandi ſtipulationem,quando uolo ſti
pulari rem meam à fure: quia debeo ſic dicere erga fu-
rẽ.Quicquid te mihi dare, facere ue oportet, promittis
mihi,& fur reſpõdet promitto,ualebit ſtipulatio. Secus
ſi ſimpliciter ſtipuler rem meam mihi dari: nam non ua-
leret ſtipulatio; quia dare eſt dominium transferre,§.ſic
itaque.Inſtitu.de actio.& cum res ſit mea, amplius mea
fieri non poteſt.l.ſequuntur.§.lana.ff.de uſucap.Bar. au
tem in §.ſi à fure.hic in glo.alleg.dicit, quòd aut ſtipu-
lor rem meam mihi dari ex cauſa furtiua, & tunc uale-
bit ſtipulatio, ſicut uidemus in ſimili, quòd ſi ago con-
dictione furtiua contra furem, poſſum in libello conclu
dere furem condemnari ad mihi dandum rem meam.
4 †quia omnis actio degenerat contra furem.l.fin.ff.uſuf.
quemadmo.caue.ſicut ergo procedit libellus, ita etiam
debet ualere ſtipulatio. Aut ſimpliciter ego ſtipulor rẽ
mihi dari, & tunc non ualebit ſtipulatio. Sed cõtra Bar.
facit: quia ſtipulatio ſimpliciter facta intelligitur facta
ex cauſa præcedenti,ex qua debebatur.gloſſ.ordinaria
approbata per Bar.in l.triticũ.ff.de uer.oblig.ergo nõ re
fert,an exprimã illa uerba,ex cauſa furtiua, uel nõ expri
mã.Sed ſaluando Bar.potes dicere, ꝙ hic nõ eſt eadem
ratio taciti,& expreſsi.

ADDITIO.

a ¶ Dicitur eſſe in mora. Adde Pet.de Anch.in c.ex lite-
ris.num.2.ext. de furt. ubi etiam dicit furem nunquam
præſcribere.

In l.Si abducta.

SVMMAE.

1 *Res furtiuæ non ſunt uſucapibiles, niſi prius reuertantur in poteſtatem domini.*
2 *Actio furti,quæ competebat defuncto,tranſit in eius hæredem uniuerſalem.*
3 *Contrectare quid dicatur.*
4 *Fur ſi contractet rem furto ſubtractam per diuerſa loca, ex diuerſitate locorum non naſcitur noua actio furti.*
5 *Fures quòd puniantur,concernit publicam utilitatem.*
6 *Liberta poteſt agere contra patronum ſuum actione iniuriarum,ſi iniuria facta libertæ eſſet atrox.*
7 *Fur quomodo dicatur manifeſtus.*
8 *Statuta non ſunt extendenda contra regulas iuris.*

SI abducta. ¶ Res furtiua non po-
teſt uſucapi, & actio
furti competens defuncto tranſit ad eius
hęredem uniuerſalem.h.d.¶ Nota ex iſto
1 text.† quòd res furtiuæ non ſunt uſucapi
biles,niſi prius reuertantur in poteſtatem domini.¶ No
2 ta ſecundò id,ad quod allegatur,† quòd actio furti, quę
competebat defuncto, tranſit in eius hæredem uniuer-
ſalem.¶ In glo. magna ibi,in hærede dicendum eſt.Vult
iſta glo. quòd ſi defuncto competebat actio furti, tunç
hæredi eius competit actio furti ex ueteri contrectatio-
ne, non autem ex noua: quia quamuis fur poſt mortem
defuncti contractet de nouo illam rem, tamen hæredi
non naſcetur noua actio furti. Sed uos tenebitis contra
rium,& habetis gloſ.huic contrariam.in l. ſi dominium.
ff.eod.quæ glo.per multos Docto. reputatur ſingularis.
¶ Et quid ſit contrectare, declaratur in l.3.§.ſi rem.ff.de
3 acquiren.poſſeſ.¶ † Addite ad propoſitum de contrecta
tione pulchrum conſilium Rapha. Cuma.ſuo conſ.32.in
cipien.Viſo proceſſu Ludouici.ubi dicit, quòd cum qui
dam perfidus iudęus fuiſſet intitulatus de furto, & cõfeſ
ſus fuiſſet ſe retinuiſſe quædam nomina debitorum cu-
iuſdã alterius Iudæi, & appodicias,in quibus erant no-
minati ipſi debitores, fuit pronunciatum ipſum Iudęum
fore abſoluendum:quia non probabatur, quòd contre-
ctaſſet illas ſcripturas. Item illæ ſcripturæ non poterant
dici eſſe illius alterius iudęi,cui dicebatur furtum factũ:
q̃a non erant ſcriptæ in ſuis chartis: alleg.l.3.§.interdũ.
ff.ad exhib.¶ Aduertite,inquantùm Bar.in l. ſi dominiũ.
4 ff.eod.titu.tenet. † quòd ſi fur contrectet rem furto ſub-
tractam per diuerſa loca, ex diuerſitate locorum naſci-
tur noua actio furti.Mouetur Bart. quia bonum eſt arg.
de dominio ad iuriſdictionem. l. qui furem. ff. de ſtatu
hominum. Sed per mutationem dominii noua naſcitur
actio furti.d.l.ſi dominium, ergo & per mutationem iu-
riſdictionis de loco ad locum.Secundò adducitur.l. 1.
ſupra de noxa.Bal.hic facit multa arg.contra Bar. tandẽ
uidetur inclinare in ſuam opin.Ang.in d.l.ſi dominium,
dicit, quòd de rigore communiter reprobatur opinio
5 Bar.tamen refert ſe uidiſſe eam practicari: nam † ſecun-
dùm eum concernit utilitatem publicam,ut fures puniã
tur.Dominus Richardus de Salic.& Ioan.de Lignano.&
dominus Bar.Calde.Oldr.de Ponte, & collegium Bono
nien.tenuerunt contra opi.Bar.Dominus Anto. de But.
in c.1.ext.de rapto.ſequitur opin.Bar. Dominus Panor.
in d.c.1.dicit,quòd opi.Bar.eſt periculoſa.& dicit ſe nol
le ultra procedere. dominus Saluſtius de Peruſ. tenet
opi.Bar.uidete etiã Ang.de Are. in ſuo tractatu malefi-
ciorum.in uerbo,ueſtem cæleſtem.Vos contra opi. Bar.
poteſtis adducere. ĩ. ſcripta arg. Primò poteſtis argue
re ſic. Ex aſsidua contrectatione rei furtiuæ non naſci-
tur noua actio furti. l. ei qui. ff.eod. ergo ex mutatione
loci non debet induci noua actio furti. ¶ Secũdò arguit.
ſic.Si illi, cui eſt factum furtum,ex noua contrectatione
non naſcitur actio furti.d.l.ei qui, ergo nec rei publicæ
6 illius loci.quod probo in ſimili.† Nam ſi ego ſum patro
nus unius libertæ coniugatæ,pro leui iniuria ipſi liber-
a tæ ª meæ illata maritus eius non poteſt agere actione
iniuriarum contra me: quia nec ipſa liberta hoc facere
poſſet,ſecus ſi iniuria eſſet atrox. l. 2. ff. de his qui ſunt
ſui,uel alie.iuris.& l.non ſolùm.§.quanquam.ff.de iniu.
¶ Tertiò arguitur. Mutatio loci non inducit nouum fur
7 tum,ſeu actionem furti, quod ſic deduco. † Nam ſi fur
furetur rem in hac ciuitate Taurini, & deprehendatur
in furto,punietur pœna quadrupli tanquam manifeſtus.
Si uerò non deprehendatur hic, ſed deprehendatur in
loco, ad quem deſtinauerat ire cum re furtiua; non ta-
men punietur ut fur manifeſtus pœna quadrupli: ſed
punietur tanquam non manifeſtus pœna dupli. l. tertia.
cum.l.ſequenti.ff.eod.de fur.Ecce,quòd non attẽdimus
iſtam ſecundam contrectationẽ, ſed attendimus initium
contrectationis, ergo ex noua contrectatione non naſci
tur noua actio furti.¶ Quartò arguitur. Vbi eſt diuerſa
ratio,ibi debet eſſe diuerſa diſpoſitio.l.à Titio.arg.à cõ
trario.ff.de uerborum oblig. Sed mutato dominio hoc
ideo inducitur nouum furtum,& noua actio furti: quia
in ipſo ſecundo,ſeu nouo domino habet locum defini-
tio furti, quia eſt contrectatio rei alienæ inuito domi-
no. Sed in quæſtione Bar.præſupponitur, quòd ille ſit
dominus tempore ſecundæ,uel tertiæ contrectationis,
qui

qui erat dominus tempore primę cōtrectationis. ¶Quī to contra Bar.adduco tex.in l.inficiando.§.infans.ff.eo. licèt ille tex.in fi. ibi,tam ridiculum,posset allegari pro opin.Bar. Ad l.qui furem, per quam mouetur Bar.respō deatis,quòd ibi agitur de magistratu, & de dominio retinendo,& sic de iure iam quęsito retinendo.Sed in qst. Bar.agitur de iure de nouo quærendo odioso,& pęnali
8 in casu non permisso,imò prohibito.d.l.ei q.†Item statuta non sunt extendenda contra iuris regulam.l.ius singulare.ff.de leg.Ad l.1.sup.de nox.respondeatis, quòd ibi nulla actio ciuilis erat nata ex prima contrectatione unde non est mirum,si nascitur ex secunda contrectatione.Præsupposita opi.Bar. pro uera,limitabitis eam procedere,nisi fur,portata re furtiua ad alium locum, uendat eam:quia tunc in pretio non committeret nouū furtum : quia tunc pretium non succederet loco rei, l. qui uas.§.fi.ff.eo.de fur. Hanc limitationem ponit Bal. in l. unica,in 3.charta, inf.de confess. in uers. quæro de tali quæst.Quidam furatus fuit rem Bononię. Secundò limitabitis dictum Bar.procedere,si fur in alio loco, ad quē portauit rem furtiuam,faciat residentiam per unā diem, aliàs secus.Ita dicit Bal.in d.l.qui furem.

ADDITIO.

a ¶Ipsi libertæ.Si libertus offendat patronum potest redigi in seruitutem.Vnde per eundem Iac.in trac.feudo. super illis uerbis, permiserūt eidem præstare debita seruitia,in quintadecima excusationis causa.

In l.De his quæ.

SVMMAE.

1 *Furtum an committant uxor, & nouerca.*
2 *Expilator hæreditatis largo modo loquendi potest dici committere furtum.*
3 *Vxor defuncti tenetur officio iudicis indicare hæredi bona defuncti uolenti inuentarizare cum iuramento.*

DE his quæ ¶Id,quod post aditam hæreditatem, & possessionem apprehensam nouerca accepit,uenit in actione furti.h.d.¶In gl.in uerb.dominus. Pro clariore doctrina concludi-
1 te sic,†q aut mulier surripit bona uiuente uiro,& tunc nō conuenitur actione furti:quia est famosa,sed conuenitur actione rer.amota. & ita loquitur totus titulus.ff.rer. amot. Aliquando uerò surripit bona, iacente hæreditate, quia hæres nondum adiuit, & tunc etiam non committit furtum, nec conuenitur actione furti,nec etiam de crimine expilatæ hæreditatis, qa irrogaretur sibi infamia, bene tamē tenetur restituere bona,& de hoc uidebitis in l.quamuis.J.eo. Aliquando uerò surripit bona mortuo uiro,& post aditam hæred. per hæredem,& apprehensam possessionem,& hoc casu cōmittit furtum hæredi,& potest ab eo conueniri actione furti,ut in hac lege. Verumtamen notab. quod uult hic
2 eleganter Bald.dum dicit,† q expilator hęreditatis largo modo loquendo potest dici committere furtū. Qđ est utile(secundùm eum)ad statuta loquentia de furtis: nam publicus,& famosus expilator hæred.poterit furca suspendi,uel alia pœna affligi, prout disponit statutū faciens mentionem de furtis,quia qn quis expilat hæred. dicitur furtum improbius.Ita uult gl.in l.si te.s.ex quib. cau.inf.irrog.& dicit Pa.de Ca.in l. præced. q istud dictum Bal.est sing.& bene no.¶Addit ēt hic Bal.†q uxor
3 defuncti officio iudicis tenetur indicare hæredi defūcti bona,quæ ipse hæres uult inuentarizare, de hoc est gl. no.ī l.2.in uerbo, iurata fide. J. qn, & quib. quarta pars deb. lib.10,Ego addo uobis,q si esset concubina defun
a cti,ᵃposset poni ad torturā,ut indicet bona defuncti hæredi,Ita dicit Bal.in l.1.sup.de natur.lib.

ADDITIO.

a ¶Concubina defuncti. Adde, q habere concubinam est cōtra ius naturale,Io.de Tur.Cre.32.q.4.in summa,nu. 3.Et contra legē naturæ,ibi.nu.4.limitatur tn̄ ibi.nu.5.

In l.Ancillæ subtractæ.

SVMMAE.

1 *Partus ancillæ furtiuæ editus penes furem est furtiuus, & nō potest usucapi.*
2 *Res furtiuæ sunt inusucapibiles.*
Actio pœnalis non tollit rei psecutoriā. Fallit sex modis,ut ibi
3 *Alter, est dictio distributiua duorum propriè, aliquādo triū.*
4 *Neuter,dictio est collectiua duorum.*
5 *Dubitatio nulla debet esse,ubi est casus legis.*
6 *Scientia superueniens non interrumpit usucapionem.*
7 *Fructus naturales qui dicantur,& qui industriales.*
8 *Bonæ fidei possessor quando non teneatur restituere fructus extantes.*

ANcillæ subtractæ ¶Diuidit̄ i quinq; partes.In prima ponit duplex dictū. In scđa ponit illationem. In tertia rationem illationis.In quarta rōnem rōnis.In quīta cōcludit per arg.à minori.Secūda ibi,qua propter. Tertia ibi,cum altera.Quarta ibi,nam extra pœnā.Quinta, ibi,
1 cum etiam h.d.¶† Partus ancillæ furtiuæ editus penes furem est furtiuus,& non potest usucapi,& pro eo cōpetit condictio furtiua,& rei uendicatio.Et actio furti, & rei psecutoria nō tollit pœnalem,nec econtra, & idem iudicamus de malę fidei possessore, quod de fure. h. d.
2 ista notab.lex.¶Nota primò ex isto tex.†quòd res furtiuæ sunt inusucapibiles.¶Nota secundò, q actio pęnalis non tollit rei persecutoriam, nec econtra, concordat l. si pro fure,in §.1.ff.de cond.fur. ¶Ista tamen regula fallit,quia non procedit in pœna conuentionali. l. rescriptum.§.si pacto.ff.de pac.Secundò fallit, quando resultaret contrarietas,tex.uidistis in l.1. sup.eo. Tertiò fallit,quando intentaretur contra diuersas personas.l.manifestissimi.§.sed tales.J.eo.Quartò fallit,quando in pęna inesset rei psecutio.l.hoc edicto.ff.de publica.Quintò fallit,quando actio non esset pœnalis à sua origine, sed ex postfacto efficeretur pœnalis propter contumaciam rei,ut in actione,quod met. cau. nam si reus restituat rem,non condemnabitur ad quadruplum.l. si cum exceptione.§.hæc actio,&§.quadrupliciter.ff.quod me. cau.Fallit sextò,qnando pœna esset extraordinaria.l.4. aliàs 3.§.fi.ff.nau.caup.& stabu.¶Nota ex isto tex.hic ui
3 deri probari†quòd ista dictio,alter,est distributiua triū. Sed uos dicite,quòd ppriè intelligendo est distributiua solùm duorum.l.nonnunquam,in uerbo,altera.ff. de iudic.& l.qui duos.§.primo.ff.de rebus dub.Et ex hoc infert hic eleganter Bald.quòd cum quidam processus accusationis,seu inquisitionis fuisset formatus contra tres pro crimine homicidii,uel pro uulnere:unus tamen solus ex eis hoc fecerat,& in accusatione, seu inquisitione fuissent apposita ista uerba, alter alteri auxilium, & fauorem,& consilium præbendo, fuit pronunciatum accusationem,seu inquisitionem esse ineptam propter incertitudinem.Nam illa dictio,alter,conuenit solū duo-
4 bus:& erant tres.Item ista dictio,neuter,† est collectiua duorum, ut notatur in l. penul. ff. rem ratam habe.

De dictione,uterque,habetis in l.creditor.§. duobus.ff.
mand. & in l. quidam cum filium. ff. de uerb. obliga.
¶Notetis ultimò ex isto tex,id,ad quod allegatur,ꝙ ubi
casus legis est, nulla dubitatio est.Ex hoc infert Bald.ꝙ
si statuto cauetur, quòd causæ inter affines compromit-
tantur, tale statuium debet intelligi de quæstionibus fa
5 cti,non autem iuris. † Alias plurimas limitationes tradi
di uobis aliàs ad statutum prædictum in l. 1. ff. de tran-
sact.¶In gl.magna.in fi. Circa istam gl habetis conside-
rare tres articulos.Primus articulus est:nunquid , si an-
cilla sit furtiua,ita partus sit furtiuus . Secundus articu-
lus est, nunquid pro ipso partu competat actio furti ,
Tertius,& ultimus articulus est, nunquid ipse partus sit
usucapibilis.Circa primum articulum concludite, quòd
si partus sit conceptus , & editus apud furẽ:tunc certum
est, quòd est furtiuus. Idem est , si solùm sit editus apud
furem.Et idem est , si fur ancillam prægnantem furatus
fuerit , & partus sit editus apud bonæ fidei emptorem:
nam partus erit furtiuus . Idem est,si sit conceptus, uel
editus apud bonæ fidei emptorem,ut in fi.l.nostræ.Præ
dicta omnia probantur in l.qui uas.§.si ancillam.ff.eod.
de fur.Circa secundum, & tertium articulum distingui-
te,ut in gl.Sed aduertite ad caudam huius gl.dum dicit,
quòd si emo à fure ancillam prægnantem,ꝙ in partu nõ
habeo tit.emptiõis:nã dicit hic,eleganter Bal. & sequi-
tur Pa.de Ca. ꝙ imò ego habeo tit.emptionis in partu ,
non quidem discretiuè,sed concretiuè allegat Bal. in l.
fi.in §.fructus.ff.de his,quæ in frau.credit.¶ Ex hoc in-
6 fert Bal. † ꝙ scientia superueniens nõ habet interrũpere
usucapionem , ex quo ita bene habeo titulũ emptionis
in partu,sicut in ancilla , quantùm tamen ad agendũ de
dupla pro euictione partus: ego non dicor in eo habe-
7 re tit.l.si prægnans.& l.uaccæ.ff.de euict. † Tractat ẽt hic
Bal.de fructibus naturalibus,& industrialibus,& dicit,ꝙ
poma sunt fructus naturales.Vinũ autẽ,& frumentũ sunt
fructus industriales:quia in eis multùm uersatur homi-
nis industria.¶Addite, quòd lac,& lana dicunt̃ fructus
industriales,ut no.per gl.& Doc.in §. si quis à non dño.
Insti.de rer.diui.Idem in oliua.¶Addite,quòd Bald. in
c.grauis.ext.de restit.spoliat.dicit, quòd fęnum,& palea
dicuntur fructus industriales.Idem ibi dicit de ceruisia,
quæ fit ex pomis . Nam dicitur redditus , seu fructus
industrialis.¶Addite,ꝙ dum partus est in uentre, cense
tur portio uiscerũ matris. Ita probatur in tex.in l.1.§.ex
hoc rescripto.ff.de uen.inspicien. ¶ Addite bonum tex.
in l.sed adest. §. si quis mulierem.ff.loca. ¶ Addo ulte-
8 riùs uobis, † quòd regula , quæ dicit , quòd bonæ fidei
possessor fructus extantes tenetur restituere, debet limi
tari,nisi possessor eos tenuisset per triennium:nam, quia
per lapsum triennii eos usucepit,non tenebitur amplius
restituere. glo. est sing. approbata per Bar. & omnes in
l.sequitur in §.fructus.ff.de usucap.

In l.Post decessionem.

S V M M AE.

1 *Transigi an poßit cum Episcopo super rebus incertis , & malè ablatis .*

2 *Testator quando mandat malè ablata restitui , quomodo probabitur illud malè ablatum .*

POst decessionem. ¶Transa
ctio, non
autem partis debiti receptio petitionem
residui impedit.h.d. ¶ Inquantùm Bald.
1 hic quærit , † nunquid super incertis , &
malè ablatis posit transigi cum Episcopo , se remittit
ad notata per Pau.de Leaza. in clem.1.ext. de pœniten.
& remis. Addite uos,quòd ista malè ablata sunt restituẽ
da ad ordinationem Episcopi . Et an si aliquis teneatur
aliquid restituere in foro conscientiæ , an illud debeat
restituere per manum Episcopi , an uerò sufficiat illud
restituere per manum presbyteri, qui audiuit in confes
sione illum, qui tenebatur restituere. Videte plenissimè
per do.Panor.pleniùs quàm alibi in c. cum scit . ext. de
iudæ.De isto puncto tangit notanter Bald.in c.1.§.1.qui
§.incipit,si quis uerò.in titu.de pac. iuram. firman.in li.
2 bel.feudo. ¶†Item addo uobis, quòd quando testator
mandat restitui omnia malè ablata,& illicitè extorta, ta
le relictum est magnæ utilitatis : quia in sciendo , an sit
extortum,uel non, summatim est procedendum: intan-
tùm quòd aliquando stabitur iuramento agentis,& pe-
tentis cum aliquibus indiciis.Ita dicit Ioan. Andr.in no
uella.in c.quanquam.ext. de usur.lib. 6.Et istud dictum
refert,& commendat Bald.in lectu. ordinaria. in l. 1. in
fin. antepenult. colum. sup. de sacrosan. eccles. & dicit
notab.do.Franciscus de Aret.suo consil. 93. in princip.
quòd tale relictum pro malè ablatis,non reuocatur per
natiuitatem posthumi præteriti , allegat Bald. in l. filio
præterito.ff.de iniusto rupt.& irri. test.Bald.in l. Titius.
in princ.ff.de liber. & posth.

In l.Eos qui à seruo.

S V M M AE.

1 *Receptans scienter rem furtiuam tenetur furti , & condictione furtiua, sicut fur.*

2 *Seruus an poßit conueniri actione furti.*

3 *Antequam procedatur contra aliquem , tanquam præstiterit opem,& auxilium furto , oportet primò constare de maleficio principali.*

4 *Auxilium præstans puniatur an de homicidio.*

1 EOs qui à seruo. ¶ † Receptãs
scienter rem
furtiuam committit furtum , & tenetur
actione furti,& condictione furtiua,sicut
principalis fur.h.d.Et dicit hic Bal.quòd
per istam.l.uidit suspendi unam mulierem , quæ sciẽter
receptauerat unum magnum furtum , Item ista lex facit
contra ribaldos fœneratores , qui scienter recipiunt pi-
gnori res furto subtractas.De hoc aliàs allegaui tex.in l.
seruus cuiusdam.ff.de cond.indeb.Limitabitis , nisi rece
ptasset ad finem,ut restitueret domino.l.3. §. non tantũ.
ff.de incen.rui.naufr.& l.3. §. non tantùm. ff. bon. rapt.
¶Opponitur contra istum tex.& imò uidetur, quòd iste
2 receptator non posit cõueniri actione furti:† quia prin
cipalis , id est seruus meus, uel filius meus pro furto
mihi facto non potest conueniri actione furti.l.serui. &
filij.ff.eo.ergo uidetur, quòd receptator tanquã accesso
rius non posit conueniri actione furti,per tex. ad hoc
notabilem in l.si is qui.§.si tu Titium. ff. eodem,de furt.
ubi tex.dicit, quòd si principalis furtum non commisit,
non potest dici, quòd tertius sibi præstiterit auxiliũ,uel
opem ad furtum:quia iste præstans opem dicitur acces-
sorius,& si non est principale,ergo nec accessorium.d.§.
si tu Titium.Sol.licèt seruus, & filius non conueniantur
actione furti,tamen furtum committunt . Habemus er-
go principale fundamentum,nimirum ergo , si recepta-
tor teneatur actione furti, & pro ista solutione allego
tex.& Barto.in l.qui seruo.§.item placuit. ff. eo. de fur.
Et notetis unum, quod uult Barto. in d. §. si tu Titium.
3 dicit, † quòd antequam procedatur contra aliquem,tan
quam præstiterit opem, & auxilium furto, oportet pri-
mò cõstare de maleficio principali , idest de ipso furto.
qđ est bñ notã.facit optimè text. in l.1.§.illud sciẽdũ.ff.
ad

ad Sill. Addite pro intellectu.d.§. si tu Titium, pulchrũ cõs. Ang. suo cons. 198. incip. uiso themate. Per premissa infertur ad quæst. Quidam occidit bannitum, & alius sibi præstitit opem, & auxilium ad occidendum, an iste præstans opem debeat puniri, uidetur ꝙ non, si statutum permittat occidi bannitum, per rationem. d.§. si tu Titiũ. Pau. de Cast. hic distinguit hoc modo. Aut. statutum disponit, quòd licitum sit occidere bannitum: & tunc, quia occisor nõ cõmittit aliquod delictum, non punietur præstans opem, & auxilium: quia deficit principale. si uerò statutum disponat, quòd occidens bannitum nõ puniatur: tunc præstans opem, & auxilium bene punietur, per not. per gl. (secundùm opi. Ioan.) in l. cum fundũ in uer. postea. ff. de ui & ui arma. De cuius glo. intellectu ponit Bal. in c. 1. in. §. 1. in titu. de pace iura. firmã. in usi. feu. & pro distinctione Pau. addite Ang. in prꝑalleg. cons. 178.

In l. Furti actione.

SVMMAE.

1 *Actio furti non transit contra hæredes furis.*
Hæredes furis tenentur actiõe furtiua, etiã si nihil ad eos peruenisset.
2 *Neque hæredes furis, neque ipse fur tenentur in foro conscientiæ ad pœnam dupli, uel quadrupli.*
3 *Ius ciuile quomodo differat à canonico.*

1 FVrti actione. ¶ † Actio furti non transit cõtra hæredes furis, rei uendicatio sic. h. d. In materia huius. l. concludite, quòd hæredes furis tenentur actione furtiua, etiam si nihil ad eos peruenisset. l. in cõdictione. ff. de cond. furti. actione autem furti, quæ est merè pęnalis, hæredes furis conueniri non possunt, etiam de ęquitate canon. quia est pænalis tam ex parte actoris, quàm ex parte rei conuenti, & ideo non transit contra hæredes. Ita uult notanter Bar. in. l. fi. in. 2. col. ff. de priua. delict.
2 Et ita teneatis, quicquid dicat hic Bald. † In foro autẽ conscientiæ neque hæredes furis, neque ipse fur tenẽtur ad istã pœnã dupli, uel quadrupli. ut dicit gl. sing. in c. fraternitas. 12. q. 2. † In hoc tamen posset esse differẽtia
3 inter ius canon. & ius ciuile: quia de iure ciuili, si hæres delinquentis non fecerit inuentarium, tenetur insolidũ, sed de iure canoñ. non teneretur, nisi iuxta uires hæreditarias, c. in literis. & ibi per D. Panor. extra de rapto. hæredi. & c. quamquam. extra de usu. lib. 6. ¶ Addo uobis in ꝓsenti materia, quòd licèt contra furem, & hæredem furis posit agi condictione furtiua, ut hic: tamen contra eum, qui præstitit opem furto, non potest agi cõdictione furtiua, nisi in subsidium, scilicet si fur non sit soluendo. Ita dicit Bar. post Iacob. de Are. in l. sæpe, quasi in fi. comm. ff. de uerb. sign.

In l. Si seruum.

SI seruum. ¶ Qui de pastore efficitur lupus, furtum committit. Hoc dicit secundùm Bald. Nota, summarium.

In l. Quis etiam.

SVMMAE.

1 *Vxor surripiens bona uiuente uiro, non potest conueniri actione furti.*
2 *Probatio dominii est difficilis.*
3 *Furari an mihi liceat rem meam ab alio detentam, quam nullo modo possim recuperare.*
4 *Statutum disponens, quòd si fur non famosus furatus fuerit ultra quinquaginta libras, quòd furca suspendatur, an habebit locum in muliere.*

1 QVis etiam. ¶ † Sicut uxor surripiens bona uiuente uiro non potest conueniri actione furti, ita si ante aditam hæreditatem surripiat, crimine expilatæ hæreditatis non tenetur. Hoc dicit. ¶ Item inquantùm ista litera dicit, quòd isti filij, & hæredes patris contra matrẽ, quæ surripuit bona defuncti, possunt agere rei uendica-
2 tione, † quærit Pau. de Cast. nam si in rei uendicatione oportet actorem probare de dominio. l. in rem. in prin. ff. de rei uendi. & difficilis est probatio dominij, ut dicit glo. in l. cum res. ꝯ. de proba. quomodo ergo facient isti filij, & hęredes patris? Dicit Pau. de Ca. quòd sufficiet probare, quòd pater tenebat, & possidebat bona subtracta per matrem istorum filiorum: & allegare, quòd pater erat dominus. Nam probata possessione, præsumetur dominium in odium matris iniustam causam habentis, nec poterit referre quæstionem dominij, allegat. l. si quis emptionis titulo. §. sed hoc super illis. ꝯ. de præscr. 30. uel 40. annorum. Vos dicite, quòd ibi non probatur opi. Pau. quia in illo. §. sed hoc super illis. concurrunt duo. scilicet antiqua possessio expulsi, qui. 30. annis possederat rem. Item uiolentia spoliatoris: quo casu spoliator non potest referre quæstionem dominij: sed hæc non cõtingunt in proposito nostro, & ad hoc allego uobis Nicolaum Mata. & Bal. ita intelligentes in l. uis eius. ꝯ. de proba. & pro intellectu. d. §. sed hoc super illis, uidebitis dominum Alexan. de Imo. in l. 4. in. §. Cato. ff. de uerbo. oblig. & eundem Bal. in l. 2. uersi. tertiodecimo quærò. ꝯ. de serui. & aq. & eundem Bal. in l. si quis ad se fundum. ꝯ. ad. leg. Iul. de ui pub. ¶ Addite, quòd Inno. in c. olim.
3 il primo ext. de restitu. spolia. † dicit, quòd si aliquis indebitè tenet rem meam, quam nullo modo possim re-
a cuperare, licitum est mihi illam capere,[a] uel æquiualentem, nisi ex tali furto posset sequi scandalum, puta propter uxorem, uel familiares illius, qui passus est tale furtum. Sed limitationem ad illud dictum Inno. ponit D. Alex. de Imo. suo cons. 135. incip. Circa primum, in primo uol. suorum consil. & in eodem cons. dicit, quòd cũ quædam mulier stetisset ad seruiendũ cuidã. nobili per duodecim annos, & non posset consequi solutionem salarij, & ipsa fractis capsis surripuisset pecuniam usque ad concurrentem quantitatem salariorum suorum. Consuluit dominus. Alex. quod non poterat puniri de furto: quia non fecerat animo lucrandi, sed animo sibi satisfa-
4 ciendi. † Item dicit, quòd in statuto disponente, quòd si fur nõ famosus furatus fuerit ultra quinquaginta libras, quod furca suspendatur: tale statutum non habebit locum in d. muliere. quod probat multis rationibus, & omnino uideatis illud cons.

ADDITIO.

a ¶ Illam capere. De hac quæstione, scilicet, quando est licitum furari debitori rixoso, uel nolenti soluere per creditorem. Consuluit Paul. de Cast. consi. 35. & Vide dominum Ioan. Amadeum Tanam in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. noui. nunci. Scarauel. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. & pro limitatione faciunt no. per Panor. in c. 2. extra de præscript. & ibi dicitur, quòd ratione scandali est desistendum à iure suo. &c. Vide etiam tex. in c. 1. in tit. de mili. uasal. qui contum. est in usib. feud. in fin.

In l.In eum qui ex.

SVMMAE.

1 *Fur surripiens ex naufragio, ruina, uel incendio, quomodo puniatur.*
2 *Afflictio non est danda afflicto.*
Lex noua, quando imponit nouam pœnam pro delicto, nõ uidetur pro hoc esse sublata pœna imposita per legem antiquam.
3 *Statuto si imponatur pœna centum aureorum contra occidentem hominem, an per hoc erit derogatum legi imponenti pœnam mortis pro tali delicto.*
4 *Iuramentum præstitum per officialem debet impleri in forma specifica.*
5 *Pœnis appositis in statutis an uideatur recessum à pœnis legis communis.*

1 IN eum qui ex. ¶†Cõtra surripientẽ ex naufragio, uel ruina, ultra actionem furti ex edicto Prætoris, prouisum est de actione in factũ in quadruplum.j. annum, post ue rò in simplum.h.d.Nota summarium. Et si quæras quare Prætor uoluit prouidere de ista actione in factum cõtra istos, qui surripiunt bona in naufragio, uel incẽdio. Respondetur, ꝙ isti tales maiorẽ perfidiam, & iniquita-
2 tem committunt, †quia non est danda afflictio afflicto.l. diuus.ff.de off.Præs.¶Nota ex ista l.secundùm Bal.ꝙ quã lex noua imponit nouam pœnam pro delicto, per hoc non uidetur esse sublata pęna imposita per leg.antiquã. De qua materia uidete per Bar.in l.senatus.ff.de acc.Notatur etiam in l.sanctio legum.ff.de pœn.& per Sal. in l.
3 qui sepulcra, inf.de sepul.uio. ¶†Quid autem in statuto. Pone, quòd per statutum imponatur pœna centum aureorum contra occidentem hominem, an per hoc erit derogatum legi imponenti pœnam mortis pro tali crimine. Dicit nota. Bal.ꝙ si statutum loquatur imperatiuè dirigendo uerba ad iudicem; tunc ipse iudex non poterit imponere pœnam, nisi statuti: quia iurauit seruare statuta illius loci.¶Addite eundem Bal.idem uolentem in
4 l.non est nouum.ff.de legi. ¶†Nam iuramentum præstitum per officialem debet impleri in forma specifica.cap.debitores, ext. de iureiur. bene facit quod uult gl.parua in l.si pecuniam, in uerbo necesse habeas. ff.de cond.ob cau.¶Addo uobis, ꝙ quando in uol. statutorũ sunt multa statuta imponentia pœnas pro delictis, & in eodem uol.est statutum disponens, ꝙ in casibus, in quibus non reperitur pœna determinata per statutum, ser-
5 uet ius commune, ex hoc datur intelligi, † ꝙ per pœnas appositas in statutis intelligitur recessum à pœnis iuris communis, ita ꝙ iudex habebit imponere pœnã determinatam per statutum, non autem poterit imponere pœnam impositam à iure communi. Ita dicit eleganter Bar. in l.1.ff.ui bon.rap. Addite d. Panor. ita dicentem in c. causis, in fi.pen.col.ext, de off.del.

In Auth.Nauigia.

SVMMAE.

1 *Res naufragorum prohibentur surripi non obstante statuto, uel consuetudine contrariis.*
2 *Clausula generalis, non obstante, quid operatur, & nu.3.*
4 *Consuetudines, & statuta cassata non ualent, nec excusant à pœna.*
5 *Consuetudo praua, licèt excuset à pœna huius sæculi, non tamen excusat quò ad Deum omnipotentem.*
6 *Pyratæ æquiparantur hostibus fidei Christianæ, & eorum bona possunt impunè derobari.*

1 NAuigia. ¶†Res naufragorum prohibentur surripi non obstante consuetudine, uel statuto contrariis, nisi sint res pyratarum, uel hostiũ fidei Christianæ, uel Imperatoris. Et transgressores puniuntur pœna, de qua hic.h.d.¶Not.ex isto tex. ꝙ licèt per hanc Authẽ. uideantur solùm cassatæ consuetudines præteritæ, seu statuta præterita: tamen non excusabit consuetudo nouiter inducta: quia militat eadẽ rõ, quæ militabat in consuetudine præterita. De quo uidete per Bal.in l.dudum.s̃.de contrah.emp. not. per gloss.in Clem.statutum, ext.de elec. ¶ Nota secundò, secundùm
2 Bal.†ꝙ in constitutione Principis sufficit clausula generalis, nõ obstante, nec est opus deuenire ad speciẽ.¶Addite, ꝙ melius loquitur ipse Bal.in Auth.hoc inter libe-
3 ros.j.de testam.ubi omnino uideatis.¶†Addo etiam, ꝙ in Papa sufficit, quòd apponat clausulam generalem, nõ obstãtibus quibusuis statutis, & consuetudinibus in contrarium disponentibus. Ad hoc allego uobis tex.cũ sua gl. ord.quæ est finalis, in c.cum non deceat, extra de elec.li.6.¶Aduertite tamen, quia per istam clausulã generalem (non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus ac pactis, & conuentionibus in contrariũ facientibus) non uidetur derogatum statutis, & consuetudinibus, & pactis iuramento firmatis. Ista est gl.not.approbata per omnes, in Clem.dudum, alias incipit super cathedram, in fi.ext.de sepul.& licèt aliqui dicant illam gl.esse singularẽ, ego allego sociam in d.c.cũ nõ deceat,
4 in gl.fi.¶Penultimò nota, †quòd consuetudines & statuta cassata non ualent, nec excusant à pœna. ¶Addo uobis in contrarium pulchram gl.in c.denique.4.dist. ubi
5 gl.dicit, †quòd consuetudo praua, licèt excuset à pœna huius seculi non tamen excusat quò ad Deum omnipotentem. Sed respõdete, quòd illa gl.debet intelligi, quã illa consuetudo praua nõ est cassata per legem, sed ista Auth.loquitur de consuetudine cassata. Ad hoc allego uobis D.Panor.in c.cum uenerabilis, ext.de consue.qui aliquid etiam ponit de ista materia in c.fi.in fi. commẽ.
6 ext.de const.¶Vltimò nota, quòd pyratæ æquiparantur hostibus fidei Christianæ, & eorum bona possunt impunè derobari secundùm Bal.quia ipso iure sunt diffidati, allegat c.primum in tit. hic finitur lex, & incipiũt consuetudines regni in libel.feu.

In l.Si quis seruo.

SVMMAE.

1 *Affectus quando puniatur.*
2 *Castrum, seu arcem habens in custodia, si requiratur de proditione, poterit facere duplicem tractatum.*
3 *Vxor requisita de adulterio potest fingere amare, & nunciare marito.*
4 *Consilia, quæ tendunt ad malum exemplum, sunt punienda.*
5 *Casus, in quo non committitur furtum, & tamen agitur actione furti, & contra.*
9 *Extensio non dicitur fieri, ubi per omnia est eadem ratio.*
7 *Extensio fit in pœnalibus, quando uersatur utilitas publica.*
8 *Dispositio huius legis habet locum in fratre.*

1 SI quis seruo. ¶† In delictis, quæ faciliter trahuntur ad exemplum, punitur affectus, & si non sequatur effectus. Hoc dicit, secundùm Bar. Diuiditur in partes tres. In prima ponitur thema ex quo quæstio. In secunda ponitur responsio. In tertia respondet ad quædam alia iura, quæ uidebantur facere contra determinationem. Secunda pars est

eſt,ibi nos.Tertia ibi,licèt.¶Nota primò ex iſto tex.ſe-
2 cundùm Ang.& Pau.de Ca.optimum arg. † quòd ſi ali-
quis habeat caſtrum,ſeu arcem in cuſtodiam, & requira
tur de proditione: licitum erit ſibi facere duplicem tra-
ctatum. i. annuere ei requirenti de proditione , & reue
3 lare hoc domino caſtri,à quo hẽt in cuſtodiam.¶†Eodẽ
modo dicit Pau.de Caſt.ſi uxor alicuius requirat̃ de for
nicatione,poterit facere duplicem tractatum.ſ. fingere,
uelle amare eum requirentem,& reuelare marito,¦ut il-
lum faciat uerberari. ¶ Nota ſubſequenter ex iſto text.
4 †ꝙ conſilia,ᵃ quæ tendunt ad malum exemplum ſunt pu
a nienda.¶Nota ulterius caſum,†in quo non committitur
5 furtum,& nihilominus agitur actione furti. Econtra ali
quando fit furtum,& tamen non agitur actione furti.l.
ſerui & filii.ff.eo.tit.¶In gl.fi.Iſta glo.cum ſuo¦tex.ſolet
allegari ad hoc uidelicet, quòd quando duo caſus ſunt
æquiparati à lege antiqua:deinde ſuperueniat lex noua
aliquid diſponens , licèt illa lex noua loquatur ſolũ de
uno ex caſibus æquiparatis à lege antiqua,tamen exten
ditur ad alium.¶Vos limitabitis iſtam doc. procedere ,
quando illi duo caſus ſunt æquiparati expreſsè,& gene
raliter per modum regulæ:ſecus,ſi eſſent æquiparati in
aliquo caſu:nam tunc lex noua loquens de uno caſu,nõ
extenditur ad alium,gl,not.approbata in.Authen. quas
actiones.s̃.de ſacroſ.eccl.nam in l.fi.de ſacroſ.eccl. æq-
parantur eccleſia,& ciuitas,ſed non æquiparantur gene
raliter per modum reg.ideo noua diſpoſitio, de qua in
d.Auth.quas actiones loquens de eccleſia,non extendi
6 tur ad ciuitatem,ut uult ibi gl.¶Addite,† ꝙ ubi per oĩa
eſt eadem ratio,non dicitur fieri extenſio.gl.magiſt.ĩ c.
1.in uer.Italiæ,ext.de temp. ord. lib. 6. bene facit l. his
ſolis.j̃.de ren.do.uoc.& ita uult Dy.in reg.fi.ext.de reg.
iu.lib.6.& Bal.in l.data opera,circa 9.col.j̃.qui accu.nõ
poſſ.& idem Bal.in l.oẽs populi.ff.de iuſt.& iu.& in pen.
col.& idem Bal.pulchrè in l.1.j̃.de interd.& dicit Bar.
in l. cum mulier uiri.ff.ſol.ma.ꝙ ubi eſt eadem ratio,ca-
ſus eueniẽs dicitur conuenire menti legis.Adhuc addo
7 uobis,†ꝙ etiam in pœnalibus facimus extenſionem, qñ
uerſatur utilitas publica.Ita uult expreſsè Bar. in l. 2.§.
exercitum.ff.de his qui not.infa.& idem Bar. ex mente
glo.in l.quemadmodum,inf.de agr.& cenſ.lib. 11. opti-
mè facit gl.in uer.uoluerit,in l.fi.j̃.de reuo.don.¶Et an
in pœnalibus fiat extenſio,uide Bal.in c.1.§.porro,in ti.
quæ ſit prima cau.benef.amit.in libel.feud.¶Vltimò no
8 tetis unum , † quòd diſpoſitio legis noſtræ habet locum
etiam in fratre. Et refert hic Guid.de Suz. ita fuiſſe de-
terminatum in Lombardia,licèt ipſe nitatur tenere cõ-
trarium ſatis debilibus fundamentis.

ADDITIO.

a ¶Conſilia.Quid autem dicatur conſilium.Vide per Io.
de Tur.Cre.in c.obeuntibus,nu.2.diſt.63.

In l. Apud antiquos.

SVMMAE.

1 Diſtinctione temporum aliquando uitiatur actus.
Teſtamentum debet fieri unico contextu.
2 Arg.à contrario ſenſu dicitur uenire ex coniectura.
Et dicitur eſſe tex.legis . Et hẽt locum in contractibus nedũ bonæ fidei,ſed ſtricti iuris , & in ſtatutis:ſed nõ habet locũ, quando reſultaret abſonus intellectus,ſeu contra iura .
3 Bonæfidei poſſeſſor quis dicatur.
4 Dominus non tenetur pro maleficiis ſeruitoris ſui liberi hominis.
5 Statuto cauetur,quòd ſi duo habeant rem communem , unus ex eis non debeat uendere partem ſuam non requiſito ſocio, etſi uendat,quòd alter habeat actionem contra emptorẽ ad faciendum ſibi reuendi illam rem pro eodem pretio, quid ſi ambo uendant.
6 Arg.à contrario ſenſu,ſeu econuerſo,& contrarius ſenſus differunt.
7 Arg.à contrario ſenſu an habeat locum in ſtatutis.

APud antiquos. ¶Diuidit̃ principaliter ĩ partes duas.In prima loquitur,qñ ſeruus fecit furtum.In ſecunda loquitur , quando liber homo furtum fecit. Secũda pars eſt ibi,de eo autem.Iterum prima pars ſubdiuiditur ĩ tres. In prima ponit duas quæſtiones . In ſecunda ad ipſas duas quæſtiones applicat quandam regulã antiquorũ . In tertia ponit determinationem quæſtionum.Secunda pars primæ partis principalis eſt ibi,cumque generalis. Tertia ibi,nos aũt.h.d.Pro ſeruo bona fide poſſeſſo põt conueniri ipſe bonæ fidei poſſeſſor actione furti noxa-
li , ipſe autem deſinens poſſidere ſeruum , non poterit
conueniri.Pro libero autem homine bona fide poſſeſſo
non poteſt conueniri ipſe bonę fidei poſſeſſor.h.d.¶No
1 ta primò id,ad quod frequenter allegatur . † Diſtingue
tempora , & concordabis ſcripturas. Aliqñ uerò per di
ſtinctionem temporum uitiatur actus , ut patet in teſta-
mento,quod debet fieri unico contextu.l.cum antiqui-
tas,inf.de teſt.Idem in teſtibus.Nam ſi actus eſt reitera-
bilis,& teſtes deponant de diuerſis temporibus,erũt ſin
gulares,ut habetur in l.ob carmen.§.fi.ff. de teſti. Si ve-
rò actus non eſt reiterabilis,teſtes deponentes de diuer
ſis temporibus erunt contrarii, ut habetur in l. teſtiũ. s̃.
2 de teſti.Nota ſubſequenter,†ꝙ arg.à contrario ſenſu dr̃
uenire ex cõiectura.Alibi habetis,ꝙ arg. à cõtrario sẽſu
legis eſt tex.legis.l.qui¦teſtamẽto.§.mulier.ff. de teſt.Itẽ
arg.à contrario ſenſu habet locũ in cõtractibus,nedum
bonę fidei,ſed ẽt ſtricti iuris.l.pecuniã.ff.ſi cer.pe.l. in-
ter ſoceiũ.§.cum inter.ff.de pac. dot. Itẽ arg.à cõtrario
hẽt ẽt locum in ſtatutis. De qua materia uidete pleniſ-
ſimè ꝓ Alex.de Imo.in l.1.ff.de off.eius cui eſt mãd.iu
a riſ.Et de multis modis arguendiᵃ in iure noſtro uidete
pleniſſimè per Bal.in l.conuenticulam.s̃.de epi. & cle.
Iſtud tñ arg.à cõtrario non hẽt locum, qñ reſultaret ab-
ſonus intellectus,ſeu cõtra iura.l.2.inf.de cõd.inſer. &
d.l.cõuenticulã,hẽt ẽt locũ in reſcriptis,ut uult gl. par-
ua in l.ſi ꝓcuratorẽ. §.ignorãtes.ff.man.¶Not. ulterius,
3 †ꝙ bonę fidei poſſeſſor dr̃ ille,qui poſſidet cogitatione
dñi,puta qa titulũ hẽt,facit qđ hr̃ in l.q bona. ff. de dã.
4 inf.¶Nota ſm̃ Bald. ex ultima parte l. †ꝙ dñs non tene-
tur pro malefactis ſui ſeruitoris liberi hoĩs,allegat tex.ĩ
c.cũ ad ſedẽ,ext. de reſt.ſpo.l. de quo per Bar. ĩ l.de pu
pillo.§.ſi quis ipſi Prætori.ff.de ope.no. nun. ¶ Notetis
unũ, qđ uolũt hic Odof. Nicol. Mat. Alb.de Roſ.& Bal.
dũ dicunt,ꝙ ſi mercenarius meus,uel dapifer furetur mi
hi hodie unã rẽ uilem,cras unam aliã,& poſt cras aliã,&
ſic in multis uicibus furatus fuit mihi multas res uiles ,
poterit conueniri actione furti , arg. l. 3. in fin. ſup. de
epi.aud.Idẽ uoluit Bal.in c.1.in §.iniuria,ĩ ti.de pac.iur.
fir.in libel.feud.quod notetis pro limitatione l.reſpiciẽ
dum.§.furta domeſtica.ff.de pęn.¶ Itẽ ꝑpetuò not.unũ,
5 qđ uult Pau.de Caſt.dũ dicit,†ꝙ ſi ſtatuto cauet̃,ꝙ ſi duo
habeant rem cõem,unus ex eis non debeat uẽdere par-
tem ſuam,non requiſito ſocio,& ſi uendat , ꝙ alter hẽat
actionem contra emptorẽ ad faciendum ſibi reuendi il
lam rem pro eodem pretio.Modò contingit,ꝙ tu & ego
habebamus quandam rem cõem:tu me irrequiſito uẽdi
diſti partẽ tuam Titio:ego poſſem agere contra Titiũ,ut
mihi reuendat:tamen ego uendidi partem meam Semꝑ
nio,& in eodem contractu ego ceſſi ſibi omnia iura , &
actiones mihi cõpetentes , & competentia contra dictũ

Titium ad reuendēdum. ¶ Quæritur, nunquid ipse Sempronius poterit agere contra Titium, ut reuendat sibi illam partem, quam tu uendidisti ipsi Titio. Aliqui Doct. consuluerunt, quòd non. credentes, quòd istud ius non potuerit per me cedi Sempronio. per no. in l. ad officiũ sup. communi diui. Sed ipse Pau. de Cast. hic determinat contrarium, & dicit, quòd Sempronius habens causam à me poterit agere uirtute dictæ cessionis contra Titiũ, ut reuendat ipsi Sempronio illam partem, quam tu ipsi Titio uendideras. Et ideo Titius non posset agere contra Sempronium, ut reuendat sibi illam partem, quã ego ipsi Sempronio uendidi. Mouetur, quia cuius rei nomine quis potest conueniri, eiusdem rei nomine agere non potest, ut hic. Ad not. per Docto. in d. l. ad officium. respondet Pau. uerum esse, quòd si ego uendidissem partem meam Sempronio, non potuissem sibi cedere ius ad agendum contra Titium, ut reuendat, sed uendendo ipsi Sempronio partem meam, bene possum simul sibi cedere illud ius rehabendi contra Titium. ¶In glo. super uer. coniectura. Bar. in l. omnes populi. ff. de
6 iusti. & iure. ualde notat istam glo. dicens † esse differentiam inter arg. à contrario, seu econuerso, & sensũ contrarium. Arg. enim à contrario, seu ecõuerso in proposito nostro fit hoc modo. Cuius serui nomine quis potest cõueniri actione noxali, eiusdem serui nomine agere non potest actione noxali. Si uultis arguere econuerso, debetis dicere sic. Cuius serui nomine quis agere potest actione noxali, eiusdem serui nomine non potest quis conueniri actione noxali. Sensus uerò contrarius fit hoc modo. Iste potest conueniri actione noxali, ergo bene sequitur, quòd non potest agere contra alium.
7 ¶Addo uobis, † quòd quotiescũque statutum nihil operaretur, nisi liceret nobis arguere à sensu contrario ipsius statuti; tunc etiam in statuto corrigente licitum est sumere argumentum à contrario. Ita dicit Bal. in l. nec quicquam. §. proficisci. in fine. 3. q. ff. de offic. procons. & leg. Exemplum in practica. Statutum præfigit tempus trium mensium instantiæ causarum; ergo à contrario ultra tres menses non durabit instantia. Istud argumentũ est ualidum; quia aliàs statutum nihil operaretur. Et de isto argu. à contrario sensu tractat notabi. dominus Frã. de Are. suo consi. 144 incip. uisa consultatione.

ADDITIO.

a ¶Multis modis arguendi. Vide latè per Dyn. in suo tractatu, quem inscripsit modus arguendi, qui tract. incip. per locum à sufficienti, ubi plures inuenies modos.

In l. Manifestissimi.

SVMMAE.

1 *Actio furti competit ei, cuius interest.*
2 *Fur quando possit agere actione furti.*
3 *Causa probabilis quæ dicatur.*
4 *Lucrum proueniens ex usucapione dicitur uenire cum iniuria alterius.*

1 MAnifestissimi. ¶† Actio furti cõpetit ei, cuius interest. h. d. istud principium. ¶No. summariũ, quod procedit, ēt si ex post facto desinat interesse. tex. habetis in l. inter eos. in prin. ff. eo. tit. de fur. Limitabitis tamē, nisi desinat interesse ex tali causa, ex qua fingeretur retrò furtum factum non fuisse: nam tunc non duraret actio furti. l. si uendidero. §. si Titius. in fi. ff. eo. tit. ¶Aduertite, quia gl. uestra hic dicit, quòd est necesse, quòd intersit ex causa honesta, & ideo si causa esset inhonesta, non daretur actio furti. Exemplum. Quidam furatus est mihi librum, deinde ille liber fuit ipsi furi furto subtractus, certè ipse fur non aget actione furti, ne ex improbitate sua actionem cõse-
2 quatur. l. itaque. ff. eo. de fur. Aduertite tamen: quia † licèt fur non possit agere actione furti pro re sibi furto subtracta, quam alii subtraxerat, tamen bene poterit cõdicere possessionem per actionem triticariam. l. i. & 2. ff. de triti. cond. Limitabitis tamen id, quod dixi supra, furem non posse agere actione furti. Nam hoc debet limitari, nisi ipse fur à principio habuerit uoluntatem domini. tex. & exēplum habetis in l. qui uas §. si ego. ff. eo. tit. Item limitabitis per l. eum qui emit. §. idem Põponius.
3 ff. eod. Addit uestra glo. † quòd oportet, quòd intersit ex probabili causa. Et appellat causam probabilem, quãdo quis prætendit sua interesse ratione dominii, quod habet in ipsa re, uel ratione quasi dominii, uel ratione ususfructus: quem habet in ipsa re, uel ratione possessionis. Alioquin si nullum ex prædictis haberet, sed haberet solum titulum, & sic nõ haberet ius in re, sed haberet actionem personalem ad rem propter titulum; certè ex hoc solo non potest dicere sua interesse. ¶Vnde ad practicam dico uobis, quòd si ego à iudice obtinui tenutam in bonis debitoris mei occasione debiti, in quo mihi tenetur; & data mihi tali tenuta, compareat aliquis tertius, & dicat illam tenutam fore nullam, eò quia fuit concessa mihi, ipso tertio non citato, qui tertius dicit, quòd sua intererat, quòd citaretur ex eo, quòd emerat ipsa bona, uel aliqua ex eis à debitore meo ante dictam tenutam: talis allegatio nihil proderit illi tertio: quia solus titulus non dat probabile interesse ad faciendum annullari dictam tenutam. Ita dicunt hic eleganter Iac. But. Bal. & Paul. de Cast. quod nunquam exeat memoria uestra. Hoc multũ prodest ad ea, quæ habentur in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Item notabitis, quòd licèt ista actio detur ad interesse etiam ratione lucri. l. si quis uxori. §. pe. ff. eod. titu. tamen non datur ad interesse ratione lucri, quod potuisset fieri propter usucapionem. l. si is cui. §.
4 fi. ff. eo. tit. de fur. & est ratio; † quia tale lucrum proueniẽs ex usucapione dicitur uenire cum iniuria alterius. Ita uult glo. ualde not. in d. l. si quis uxori. §. pe. qui §. incipit, si seruus qui subiectus.

In. §. Sed quærebatur.

SVMMAE.

1 *Dominus potest agere contra commodatarium, uel contra furem pro re commodata subtracta.*
2 *Actio rei persecutoria non tollit pœnalem, nec econtra.*
3 *Ignorans, & dubitans æquiparantur.*
4 *Variatio non habet locum post executionem factam.*
Mora quando non purgetur.
5 *Dilatio cessat cessante eius causa.*
6 *Statuto cauetur, quòd proximior uicinus possit retractare uẽditionem factã eo irrequisito, si proximior uicinus non curet retractare ipsam uenditionem, poterit secundus uicinus.*
Commodatum, & precarium qualiter differant.
7 *Commodatarius si turbatur in usu rei sibi commodatæ, quale debeat intentare officium.*

1 .§. Sed quærebatur. ¶† Si res commodata subtrahatur, dominus habet electionem, utrùm agat contra furem, an uerò contra commodatarium; uno tamen electo, nõ potest agere contra alterum, si fuit sciẽs, secus si ignorans, uel dubitans, an fuerit sibi satisfactum à commodatario. h. d. in summa usque ad §. sed cum in secunda. ¶No.
2 1. ex isto tex. † quòd licèt actio rei persecutoria non tollat pœnalem, nec econtra. l. si pro fure. §. 1. ff. de cond. furt. tamen hoc debet limitari, nisi competant contra diuersas

diuersas personas: nam tūc una bene tollit alteram. tex.
3 est hic. ¶ No. ex isto tex. † quod ignorans a, & dubitans ęqui
parantur, & dicit Bar. quòd iste tex. in hoc est sing. Sed satis concordat tex. in l. fin. §. de cond. indeb. Ex hoc loco inferunt hic Ia. de Are. Cy. & Bal. quòd sicut ille, cui statutus fuit terminus ad suas dilatorias exceptiones proponendas, potest post ipsum terminum opponere dilatoriam, quam ignorabat sibi competere, & post terminum incepit scire, quòd sibi competebat. c. pastoralis. ext. de excep. ita idem est in dilatoria exceptione, de qua dubitabat, an sibi competeret. Et ista est una pulchra extensio ad d. c. pastoralis. ¶ No. subsequenter, † quod
4 post executionem factam non habet locum uariatio, sicut in simili dicimus, quòd postquam executio est facta ab homine, uel à lege, nō est locus purgationi morę. l. qui ob rem non defensam. & ibi Bar. ff. de cond. ind. & l. si is cui. ff. de leg. 2. habetur per Bar. & omnes in l. si insulā. ff. de uer. oblig. ¶ Ponamus, quòd in casu huius. §. dominus, qui commodauit rem, fit negligens in eligendo, an uelit agere cōtra commodatarium, an uerò cōtra furē. rñdetur, quòd cōmodatarius poterit facere statui terminum per iudicem ipsi domino, quòd debeat eligere, quo termino elapso, postea non audietur: debet tamē commodatarius expectare finem termini, nisi ante finitū terminum ipse dominus expressè renunciasset actioni
5 furti. Nam tunc frustra expectaretur finis termini: † quia cessante causa dilationis, cessat ipsa dilatio. l. à filia. §. alū no. ff. ad Trebel. ¶ Ex hoc loco infert hic sing. Cy. & se-
6 quitur Pau. de Cast. † quòd si statuto cauetur, quòd proximior uicinus possit retractare uenditionem factam, eo irrequisito: si ipse pximior uicinus non curet retractare ipsam uenditionem, poterit secundus uicinus facere statui certum terminum ipsi proximiori uicino, ut retractare debeat uenditionem, quo termino elapso, & retractione non facta, poterit secundus uicinus retractare illam uenditionem, quod perpetuò notetis. Nam quisque prima facie determinaret contrarium: quia statutum dicit, quòd proximior uicinus, & tamen illa qualitas non congruit alteri uicino secundo. ¶ Ante apparatum glo. fundamentaliter notetis differentiam inter commodatum, & precarium. Nam commodatum semper fit ad certum usum, & non potest reuocari, nisi finito usu. Precarium uerò est reuocabile de hora in horam. Ita dicit gl. in l. commodato. in §. sicut. super uer. non officium. ff. cō-
7 mo. ¶ Item no. quòd † quotiescunque commodatarius turbatur in usu rei sibi commodatæ, uel expellitur, sit cautus, ut intentet officium iudicis, non autem interdictum, uti possidetis, uel unde ui. glo. sing. in l. Aquilius Regulus. in glo. fi. ff. de dona. No. gl. magnam huius. §. & distinctionem suam, quia Doc. sequuntur.

ADDITIO.

a ¶ Ignorans. An ignorans possit suspendi, & excommunicari. Vide per Pet. de Anch. in c. Apostolicæ. nume. 1. ext. de cler. excom. mini.

In. §. Sed cum in secundam.

SVMMAE.

1 *Commodatarius si consequatur à fure rem, & pœnam, non tenetur ipsam pœnam reddere domino. & nu. 4.*
2 *Lucrum debet esse, ubi potest esse periculum, siue damnum.*
3 *Consilium licitum est mutare in melius.*
4 *Corrigere seipsum melius est, quàm expectare ab aliis corrigi.*
5 *Ambasciatores an teneātur restituere domino dona eis facta.*
6 *Maritus non potest agere actione furti contra uxorem aliquid sibi surripientem.*
7 *Vxor est socia diuina, & humanæ domus, & dicitur persona coniuncta.*
8 *Furtum factum ab uxore reputatur casus fortuitus.*
9 *Debitor uendens rem mihi obligatam committit furtum.*

1 §. Sed cum in secundam. ¶ † Si cōmodatarius à fure consequatur rem, & pœnam, non tenetur ipsam pœnam reddere domino. Et si marito subtrahatur per uxorem res commodata ipsi marito, licèt maritus non habeat actionem furti contra uxorem: tamen dominus rei commodatæ potest agere contra ipsam mulierē actione furti, si maritus non sit soluendo. h. d. usque in finem l. ¶ Not. 1. ex isto tex. id, ad quod frequenter alle-
2 gatur, scilicet, † quòd ubi potest esse periculum, seu damnum, ibi debet esse lucrum. Alibi habetis, quòd ille, qui sentit commodum, debet sentire incommodum. l. secundum naturam. ff. de reg. iu. ¶ No. quòd hic Papinianus
3 mutauit opi. & ideo dicunt Doct. † quòd licitum est mutare consilium in melius. l. nonnunquam. ff. de colla. bo. Alibi habetis, quòd magnæ sapientiæ est homo, si reuocet id, quod malè locutus est. c. magnæ. 22. q. 4. Imò Deus omnipotens aliquando mutauit consilium. 22. q. 2. c. incommutabilis. & c. prædixerat. de pœni. dist. 1. Alibi ha-
4 betis, † quòd melius est seipsum corrigere, quàm expectare ab aliis corrigi. Ita dicit tex. in c. qualiter, & quando. extra de accu. imò Papa quandoque corrigit sententiam suam. c. tum ex literis. extra de in integ. rest. ¶ Item iste tex. inquantùm dicit, quòd commodatarius pœnam à fure exactam non tenetur reddere domino, est arg. se-
5 cundùm Doct. hic. quòd † Ambasciatores dona eis facta nō teneantur restituere domino, uel communitati, quæ mādauit illos ambasciatores. De qua materia uidete per Bal. & Ang. in l. qui proprio. §. procurator ut in cæteris. ff. de procura. Not. ex. §. cum autem in confinio. casum sing. secundùm Bal. in quo pro furto domestico facto per uxorem uiro non potest agi actione furti contra ipsam mulierem, si maritus sit soluendo. & dicit hic Albe. de Rosa. in fine commenti. quòd in casu huius. §. dominus rei furto subtractæ non posset ipsam mulierem cri-
6 minaliter accusare de furto. quod not. ¶ Not. † quòd maritus contra uxorem aliquid sibi surripientē non potest agere actione furti: quia infamat, sed debet agere actione rerum amotarum, & hoc propter promiscum usum: quem habet mulier in rebus uiri, ut declaraui in l. quāuis. & in l. aduersus. sup. eo. & dicit tex. in l. aduersus. §.
7 de crim. exp. hær. † quòd uxor est socia diuinæ, & humanæ domus. Not. id, ad quod allegatur, quòd uxor dicitur persona coniuncta. de quo in l. si maritus. sup. de procur. & in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postulan. ¶ Pertinenter ad materiam huius. §. cum autem in confinio, ad
8 do uobis, † quòd quando uxor furto subtrahit uiro aliqua bona, illud furtum reputatur esse casus fortuitus: quia maritus uerisimiliter debebat confidere de uxore. Ita uult glo. ualde not. quam perpetuò not. in l. cum duobus. §. damna. in uer. surreptū. ff. pro soc. & de illamet glo. facit mentionem, quòd aliquando ille, qui uult furari bona alicuius, dat sibi olopiū, ut faciat eum dor-
9 mitare. Addo etiam uobis, † quòd si debitor meus obliget mihi pignori aliquam rem suam, & non tradat: si tamen uendat eam sine mei licētia, furtum committit. tex. est sing. in l. si is qui rem pignori. in princ. ff. de fur. ¶ In glo. super uer. furtiuam. Teneatis opi. quòd habet officium iudicis.

In l. Falsus procurator.

SVMMAE.

1 *Procurator dicitur falsus multis modis.*
2 *Dominus non potest ratificare gesta cum falso procuratore in*

audientia Principis: Et quid de gestis coram alijs iudicibus. num 3.
4 *Procurator quis dicatur.*
5 *Citra, dictio aliquando accipitur pro contra.*
6 *Procurator falsus recipiens pecuniam debitam domino committit furtum. Et qua pœna puniatur.*
7 *Depositarius de quo teneatur.*
8 *Procurator constitutus ad exigendum pecunias à debitoribus meis, an poterit recipere pecuniam à sponte soluentibus.*
9 *Exigere est ab inuito extorquere. Et qualiter differant exigere, & recipere.*
10 *Mandati forma est diligenter custodienda.*
11 *Verba relata ad personam intelliguntur secundùm conditionem, & qualitatem personæ.*
12 *Circa, dictio importat diminutionem.*
13 *Soluens falso procuratori qua actione aget.*
14 *Vendens rem tanquã procurator, aut tutor ad quid teneatur.*
15 *Ratihabitio trahitur retro, & æquiparatur mandato.*
16 *Actio omnis degenerat contra furem.*
17 *Debitor licèt compellatur per sententiam iudicis ad soluendũ falso procuratori, talis tamen iniuria non debet præiudicare creditori.*
18 *Procurator si habeat diuersa mandata, cui standum.*
19 *Procurator constitutus in absentia si gerat aliquem actum, antequam præsentetur sibi instrumentum mandati, an ualeat ille actus.*
20 *Procurator debet facere fidem de mandato per publicum instrumentum ad recipiendum solutionem, nec sufficit facere fidem per testes.*

FAlsus procurator. ¶ Hęc est lex, quæ
consueuit repeti. & habet materiam subtilem.
Diuiditur in partes duas. In prima
declarat in quod crimen labatur iste falsus procurator.
In secunda qua pœna tenetur, & quibus
actionibus potest conueniri. Secunda pars est ibi, ac pręter.
h. d. Quod à falso procuratore exigitur, condici potest
tanquam à fure, & actionibus, de quibus hic, potest
1 conueniri. h. d. Ad † clariorem intelligentiam huius. l.
præmitto uobis, quòd multis modis dicitur falsus procurator.
Primò ille, qui nunquam habuit mandatum à
domino, l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solu. Secundò,
quando aliquando habuit mandatum, sed postea illud
mandatũ fuit reuocatum per dominum, & reuocatio intimata
fuit ipsi procuratori. l. cũ quis, in prin. & in §. 1. &
l. si cum Cornelius. ff. de solu. Tertio modo dicitur falsus
procurator ille, qui habet mandatum insufficiens, puta
quia fuit cõstitutus procurator à pupillo, uel ab alio
non habente potestatem constituendi. Ita no. Archi. in
c. is qui. extra de procura. lib. 6. & Bal. in l. licèt. in prin.
commenti. C. de procu. Quarto modo dicitur falsus procurator
ille, qui fuit constitutus procurator in absentia,
& antequam reciperet literas, seu instrumentum mandati,
gessit aliquos actus tanquàm procurator. Nam
tales actus erunt inualidi. Ita uolunt Archi. & Ioan. An.
in nouella. in d. c. is qui, licèt Dyn. consuluerit contrarium.
De quo uidete per Dom. de san. Gemi. in d. c.
is qui. & per Bald. in d. l. licèt, in 1. col. Iste tamen proprie
loquendo non est falsus procurator. Et not. perpetuò
unum, quod uult hic Bal. in 1. col. dum dicit, quòd
2 † gesta cum falso procuratore in audientia Principis, nõ
possunt per dominũ ratificari propter uitium obreptionis,
qđ est ualde detestabile in auditorio Principis. all.
Inno. in c. ex parte Decani. extra de rescrip. & l. fi. inf. de
his, qui à non domi. manumit. Addite uos Pau. de Cast.
3 idem uolentẽ in d. l. licèt. & in l. licèt. ff. de iudi. † Gesta
uerò cum falso procuratore coram aliis iudicibus bene
possunt ratificari per dominum. glo. ord. approbata per
Bar. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iu. ¶ No. 1. ex
isto tex. quòd aliquando est dare oppositum in adiecto.
Nam dum dicitur falsus procurator, est hic oppositum
4 in adiecto. Quod probo. † Nam procurator dicitur ille,
qui habet mandatũ à domino. l. 1. ff. de procu. & si est falsus,
quomodo potest dici procurator? Dicite, quòd non
potest simpliciter dici procurator, sed cum ista adiectione,
falsus, sicut dicitur falsus denarius. l. eleganter. §. qui
reprobus. ff. de pig. acti. Et sicut dicitur homo mortuus.
l. si homo mortuus. ff. de uerb. oblig. ¶ Nota subsequẽter
5 hic probari, † quòd dictio, citra, aliquando capitur pro
contra, & de ista dictione, citra, uidere oĩno per Bar. in l.
Celsus. ff. de usuca. & per Bal. in l. iudicia. sup. de rei uendi.
& per Canon in c. licèt causam. ubi est optimus tex.
6 extra de prob. ¶ Not. † quòd falsus procurator recipiendo
pecuniam debitam domino, furtũ facit. Quod qualiter
intelligatur, uidebitis inf. ¶ No. quòd falsus procurator
tenetur restituere rem, & ultra potest cõueniri actione
furti non manifesti ad duplum. ¶ In glo. 1. in fi. Aduertite,
quia in aliquibus est differentia, an procurator
nunquam habuerit mandatum, an uerò habuit semel,
sed fuit reuocatum. Nam primo casu, quando nunquã
habuit mandatum; soluens ipsi falso procuratori, non liberatur
neque ipso iure, nec exceptionis ope. l. qui
hominem. §. si nullo. ff. de solut. Sed in alio casu, scilicet,
quando habuit mandatum, sed postea fuit reuocatum, liberatur,
saltem exceptionis ope, si soluens ignorabat reuocationem.
l. cum quis. §. 1. ff. de solu. Item in primo
casu, scilicet quando nunquam habuit mandatum, furtũ
fit ipsi debitori soluenti: quia liberatus non est. Sed in
secundo casu, scilicet quando habuit semel mandatum,
sed postea fuit reuocatum, si falsus procurator recepit
pecuniam bono animo, statim dominium illius pecuniæ
fuit acquisitum domino, & si falsus procurator postea
mutato proposito uelit intercipere illam pecuniã:
furtum fit domino, non autem debitori, qui soluit. Ad
præmissa habetis bonum tex. in l. si quis uxori. §. apud
7 Labeonem. ff. eo. ¶ In glo. super uer. depositum. † Addite,
quòd etiam depositarij potest interesse, puta si per latam
culpam perdidisset depositum. Nam depositarius tenetur
de lata culpa, l. quod Nerua. ff. deposi. Imò etiam
posset teneri de leui, & leuissima culpa, si fortè ita fuit
conuentum inter deponentem, & depositarium. l. 1. §. si
conueniatur. ff. deposi. ¶ In gl. 3. in fi. Ista gloss. inducitur
8 ad quæstionem quotidianam: † nunquid si constituo procuratorem
ad exigẽdum pecunias à debitoribus meis,
poterit ipse procurator recipere pecuniam à debitoribus
meis sponte soluentibus. Prima facie uidetur dicendum
9 quòd non: † quia exigere est ab inuito extorquere.
l. fideicommissa. §. si rem. hic in glo. alleg. Ad idem habetis
tex. in l. 2. sup. solut. mat. ubi exigere, & recipere, ponuntur
tanquam diuersa. & istam opin. tenuit Specul. in
tit. de procur. §. ut autem. uer. Verùm ad euitandas. Sed
Doct. determinant. contrarium. in l. non solùm. ff. sol.
mat. Et Ang. hic. & idem Ang. in l. solutum. §. solutam.
ff. de pig. act. per Bar. in l. hoc iure. ff. de sol. & ꝑ hac sñia
10 facit: † quia licèt soleamus dicere, ꝙ forma mãdati sit diligenter
custodiẽda. l. diligẽter. ff. mand. & c. cũ dilecta.
ext. de rescrip. tñ mãdatũ bene potest adimpleri ꝑ æquipollens.
l. fi. §. fin. ff. manda. Item pro hac sententia communi
potestis allegare: quia quando mandatur aliquid
explicari per modum magis periculosum, intelligitur
etiam mãdatum, ut illud explicetur per modum minus
periculosum. & nihilominus dicetur mandatum fuisse
adimpletum. Iste est tex. no. & ibi Bar. hoc colligit in l. si
quis mihi bona. in §. pater. uer. at si ex testamento. ff. de
acqui. hære. Et dicit hic Ang. no. quòd hoc procedit,
maximè si persona procuratoris sit pacifica & quieta, &
non rixosa, neque litigiosa. Nam indubitanter intelligitur

tur habere mandatum ad recipiendum pecuniam à debi
21 toribus spõte soluentibus : † quia uerba relata ad perso nam intelliguntur secundùm conditionem,& qualitatẽ personæ.l.plenum.§.equitii. ff.de usu & habi.Concludo ergo, quòd procurator constitutus ad exigendum pecu nias à debitoribus meis, talis procurator poterit recipe re pecuniam à meis debitoribus sponte soluentibus, & ista est opin. uerisſima. Ad l.2. ff. re.amo. respondeatis, ꝙ ibi uerbũ, exigere, nequaquã importat receptionem à sponte soluente, quia Imperator ibi fuisset superfluus, cum ẽt apposuerit uerbum, recipere. ¶In gl.super uerb. citra,in fi.De ista dictione, citra,dixi uobis in text. Quid
22 de dictione,circa.† Concludite, quòd ista dictio, circa, semper importat minus, & sic importat diminutionem. Ita dicit dominus Panor.in c.ex parte, in 1.colum.extra de rest.spol.Et hoc ẽt uult expresſè in suo cõs.100.aliàs 101.Thema illius consilii incipit, cum lis. Consilium ue rò incipit. Pro parte negatiua.Ad hoc all.ipse Angel. l. hæc adiectio.ff.de uer.sig.& no. per gl.mag.in l. ab hosti bus.§.sed quod simpliciter.ff. ex qui. cau.ma. ¶In gloss. mag.Prima pars huius glo. bene dicit. In secunda parte glo.format duo contraria.Primum contrarium est de. l. creditoris.supra de cond. ind ubi tex.dicit,quòd soluẽti datur condictio indebiti contra falsum procuratorem recipientem,ergo cõtra istum tex.qui dicit,quòd soluẽti datur actio furti,& condictio furtiua: si enim datur actio furti,& condictio furtiua,ergo est opus fateri, quòd nõ fuit translatum dominium pecuniæ in falsum procuratorem.Nam si esset translatum dominium, non committerẽt furtum:quia furtum est contrectatio rei alienæ,&c. ff.eo.& in casu.l. creditoris,dicitur, quòd datur condictio indebiti contra falsum procuratorem, & illa condictio indebiti præsupponit translatum fuisse dominium pecuniæ in falsum procuratorem, ergo obuiat huic leg. Glo.nostra respondet, quòd in l.creditoris, fiebat solutio asserẽti se procuratorem in rem suam.i.cesſionariũ. & in ueritate cesſionarius non erat; sed in l.nostra,fuit facta solutio asserenti se simplicem procuratorem, qui tamen non erat.Vel aliter respondetur ad l.creditoris, quòd ibi solutum erat indebitum falso procuratori: hic autem solutum erat debitum. ¶Secundum contrarium est de.l.si procuratori falso.ff.de condi.ob cau. ubi dici
23 tur, † quòd soluens falso procuratori agit contra eum condictione ob causam.Sed respondeatis ultra gl.istã, q̃ diuinat in soluendo, ꝙ ibi erat solutũ falso procuratori ob causam de futuro, & ista causa de futuro,sñ Bar. hæc est,ꝙ ipse procurator recipiens,alterum de duobus efficiat,s.ꝙ uel ostendat mandatum, uel faciat dominum ratum habere, & si neutrum faciat, poterit cõueniri condictione ob causam à soluente.Ita dicit hic no.Bar. Addo uobis eundem Bar.in l.1.ℨ. credi. eui. pig. non deb.
24 ubi dicit, † quòd si ego uendo tibi rem tanquam procurator alterius,uel tanquam tutor,licèt non tenear nomine proprio de euictione; tamen ego teneor docere, & ostendere, quòd ego eram legitimus procurator, uel legitimus tutor. quod dictum no. perpetuò. Et pro declaratione debetis scire, quòd quatuor sunt casus, in quibus non haberet locum. l. nostra. Primus est casus, quando falsus procurator bono animo, & bona intẽtione recepisset pecuniam, & perseuerauit in illa bona intẽ tione.Secundus est casus, quando ego soluens sciebam recipientem esse falsum procuratorem, & ipse recipiẽs bene sciebat hoc me scire:nam tunc uideor donare ipsi falso procuratori.l.cuius per errorem.ff.de reg. iuris.
25 Tertius † est casus,quando dominus, cui debebatur pecunia,ratam habuit solutionem falso procuratori factã: quia ratihabitio retrotrahitur,& mandato æquiparatur. l.fi. sup. ad Macedo. Quartus est casus, quando soluens transtulit dominium pecuniæ in falsum procuratorem ;

tũc.n.falsus procurator nõ tenetur actione furti:quia furtũ est contrectatio rei alienæ,& qñ est translatũ dñium in falsum procuratorẽ,contrectat rem propriam, non autẽ alienam.¶In ea.gl. ibi. licèt Martinus contra,Pe. de Bellaper. dicit. ꝙ opi. Martini hic fuit infideliter relata: nam uoluit secundùm eum dicere Martinus, quòd quãdo ego soluo falso procuratori, & non transtuli dominium pecuniæ in eum, posſum agere contra eum actione furti,& condictione furtiua,ut in hac.l. Dicit etiam, quòd si uellem agere condictione ob causam cõtra eũ,
26 posſem hoc facere.† Nõ ob.si dicatur, ꝙ nulla cõdictio datur dño:quia respondetur, ꝙ imò datur cõtra furem. quia oĩs actio degenerat cõtra furem. l.fi.ff.usufr. quẽad.caue.& dicit Pet.in originali Martini glossa.¶Pro expeditione secundæ partis gl. quæ incipit ibi, creditori autem. opponitur fortiter contra.l.nostram, & imò uidetur,quòd non competat mihi contra falsum procuratorem actio furti:quia ego transtuli dominium pecuniæ in eum, ergo non facit furtum in illa pecunia. Sol. l. nostra debet intelligi, quando falsus procurator nunquam habuit mandatum : si uerò semel habuit mandatum,sed postea fuit reuocatum, si bona fide recepit, & perseuerauit; ego transtuli dominium pecuniæ in eum, & ideo non facit mihi furtum: sed si postea mutato proposito intercipiat pecuniam, facit furtum ipsi domino, idest creditori meo, non autem mihi soluenti:quia dominium erat iam translatum in ipsum creditorem. ¶Superest alius casus, scilicet quando procurator, qui semel habuit mandatum,sed postea fuit reuocatum, recepit à me pecuniam cum mala intentione, & hoc casu ego liberor exceptionis ope: quia ignorabam reuocationem, sed non posſum me defendere per exceptionẽ aduersus meum creditorem,nisi ego cedam sibi actionẽ furti,& condictionem furtiuam. Modò intelligitis men
27 tem huius glo.¶Not. id, quod † uult hic Bald. dum dicit, quòd licèt debitor compellatur per sententiam iudicis ad soluendum falso procuratori; tamen talis iniuria iudicis non debet præiudicare creditori.arg.l.si per imprudentiam.ff. de euic. nisi mandatum datum illi procuratori per creditorem habuisset uerba dubia,& obscura,& iudex fecisset interpretationem ampliatiuam, ubi debebat facere arctatiuam. Nam tunc imputandum esset creditori,qui fecisset tale mandatum obscurum,arg. l.ueteribus.ff.de pact.Et ex hoc infertur ad quæstionem
a quotidianam[a], quando aliqui expelluntur de ciuitate, & eorum debitores compelluntur per Superiorem soluere fisco,uel communitati;an liberentur ab eorũ creditoribus, & concludit Bald. quòd debitores debent seruare legalitatem, & bonam fidem erga creditores suos, & multa pati propter eos,antequam soluant aliis: alioquin non liberabuntur.De quo per Bar.in l.creditor,in prin.ff.de solut.per Cyn.& Bal.in l.2.sup.quod met.cau.
28 per Bal.in l.si te.inf.de iur.delib.†Tractat etiam hic Bal. de procuratore,qui habet duo mandata diuersa, & concludit,quòd si sunt diuersa in quantitate,stabitur illi mãdato,quod continet minus. alleg.l.Sempronius Proculo.ff.de leg.2.Addite,quòd dominus Alex.in hoc sequitur Bal.ut scribit ipse Alex. in l.si quis ante.ff.de acqui.
29 pos.Item tractat,† quid si procurator[b] constitutus in ab
b sentia gerat aliquem actum, antequam præsentetur sibi instrumentum mandati, an ualebit ille actus. Et refert Bartol.in suo consi.incip.an procurator constitutus,&c. determinare,quòd non ualebit.Vos limitabitis hoc,nisi in illo mandato esset clausula, quòd ipse dominus promittit habere ratum, & gratum quodcunque gestum fuerit per ipsum procuratorem.Nam tũc gesta per eum, etiam antequam præsentetur sibi mandatum, ualebunt, dummodo postea illud producat.Ita dicunt sing. domini de Rota sua concl. 306. in antiquis decis. & hoc refert

fert,& ſequitur Domi.de San.Gemi. in c. is qui. ext. de
20 de procu. lib.6. Addit ipſe Bal. † quòd ad recipiendum
ſolutionem oportet, quòd procurator faciat fidem de
mandato per publicum inſtrumentum,nec ſufficeret fa-
cere fidem per teſtes,quod eſt ſing. notã.¶ Item tractat
hic Bal.quid ſi iudex puniat,uel condemnet aliquem tã
quam contumacem,& adhuc non conſtet ſibi, quòd nun
cius citauerit illum ; quia nuncius adhuc non retulit ſe
feciſſe citationem, an ualebunt geſta per iudicem.Bar.
not.in l.hæc autem.in §.1.per illum tex. in uer. liquere
Prætori.ff.qui.ex cau. in poſ. ea.determinat,quòd actus
nihil ualebit. Quod limitat hic Bald. niſi periculum
eſſet in mora. & not. bene iſta dicta. Bene faciunt not.
per eund.Bar.in l. multum intereſt.ff. de condi.& dem.

ADDITIONES.

a ¶Ad quæſtionem quotidianam. Vide de hac quæſtione per eundem Iacob.in l.conſenſiſſe. ff.de iudi.& in l.ſi te bonis.inf.de iure delib.

b ¶Quid ſi procurator. Adde per eundem Iacob. in l. cũ furioſus.ff.de iud.cum pleriſque limitationibus ibi per eum datis.

Rub. De operis libertorum.

In l. Liberti libertæ.

SVMMAE.

1 *Opera quid dicatur.*
2 *Opera præſtatur à ſolis ortu uſque ad occaſum.*
3 *Operas debens,an teneatur eas præſtare de nocte.*
4 *Operæ ſunt multiplicis generis. & quæ dicantur officiales.& quæ obſequiales.nu. 5.*
6 *Libertus ad quas operas teneatur.*
7 *Libellus qualiter concipiatur contra dominũ actione famoſa.*
8 *Operæ fabriles,& artificiales an poßint alteri, quàm domino deberi iuſſu domini.*
Et qualiter inter ſe differant.nu.9. Et quando non debeantur domino.nu.10.
11 *Operæ an poßint conuerti ad pretium.*

Liberti libertæ. ¶ Præmitto ad euidentiam ma
1 teriæ huius titu. † quòd opera eſt officiũ
diurnum, quod exhibetur alicui per diẽ
naturalem, non autem artificialem. l. 1.
cum ſua glo.ff.eo.tit.de ope.lib.Quæ autem ſit differen
tia inter diem naturalem,& artificialem,habetur per gl.
2 in l.more Romano. ff. de fer. † & iſta opera præſtatur à
ſolis ortu uſque ad occaſum ; melior tamen pars eſt de
a mane : quia homo tunc eſt operoſior.l.2. ff. de an. leg.
3 † Et ideo debens operas,nõ tenetur eas præſtare de no-
cte. Ad hoc eſt opti.tex.in l.continuus.§.cum ita.in uer.
noctibus.ff.de uer.oblig. Et ideo in quæſtione facti, cũ
quidam dominus terræ,cui homines ſui tenebãtur præ-
ſtare uecturas,uellet eos compellere ad conducendum
ligna de nocte, conſului eos adhuc non debere cogi.
4 ¶Secundò præmitto,† quòd operæ ſunt multiplicis ge
neris. Quædam enim ſunt operæ officiales, ut ſeruire
patrono in menſa, uel aſſociare eum : & ad iſtas operas
officiales libertus tenetur naturaliter erga patronum,
per illam reg.Bene facientibus bene faciamus, quæ ap-
pellatur obligatio ad antidora. l. ſed ſi lege. §. conſu-
luit.ff.de pet.hæred.& c.cum in officiis.ext.de teſtam.&
quòd libertus naturaliter teneatur patrono ad iſtas ope
ras, probatur in l. ſi nõ ſortem.§.libertus.& ibi per Bar.
5 ff. de condict. indeb. † Aliæ ſunt operæ obſequiales,
puta in aſſurgendo, & in reuerentiam exhibendo patro
no ; & iſtæ operæ obſequiales conſiſtunt in faciendo.i.
6 in aſſurgendo,& in reuerentiam exhibendo.Et † ad iſtas
operas(quæ tamen propriè non dicuntur operæ)liber-
tus tenetur naturaliter patrono ; ſunt tamen redactæ ad
neceſsitatem præſtationis: quia per officium iudicis po
teſt libertus ad eas compelli.d.§.libertus.Et iſtæ operæ
obſequiales aliquando conſiſtunt in non faciendo,pu-
ta in non uocando patronum in ius ſine uenia. l. 2. ſup.
de in ius uoc. & in non inſtituendo actionem famoſam
contra patronum,uel exceptionem famoſam,ſiue infa-
met de iure,ſiue de facto.l.parens.in fi. cum duabus ſe-
7 quẽtibus.ff.de obſeq.à lib. pa. pſt. ¶†Sed circa hoc quę
ro de practica libellandi.Nam libertus non poteſt agere
contra patronum actione de dolo;quia infamat,quomo
do ergo poterit libellare contra eum ? Dicite,quòd de-
bet agere actione in factum,temperando uerba actio-
nis:non enim debet facere fundamentum, quòd patro-
nus decepit eum,ſed debet dicere, & facere fundamen-
tum ſuper bona fide,hoc modo.Domine iudex:quia bo
næ fidei non congruit,quòd patronus meus locuplete-
tur cum iactura mea,ideo peto eum condemnari &c.Ita
dicit eleganter Bar.in l.infamem.in 1. col.in uer.his ex-
peditis.ff.de pub.iud.Et hoc dictum commemorat,& ſe
quitur dominus Ang.de Are.Inſti.de actio.in prima co
lum.ſuper tex.& probatur in l.non debet.in fin.ibi,uer-
bis temperandam actionem. ff. de dolo. Et iſtæ operæ
officiales, & obſequiales concernunt perſonam patro-
ni, non autem patrimonium : & ideo non poſſunt præ-
ſtari alteri perſonæ,quàm perſonæ ipſius patroni.l.ope-
8 ræ in rerũ.ff.eo.ti.de ope.lib.†Sed aliæ operæ.ſ.fabriles,
& artificiales, de quibus ſtatim dicam,bene poſſunt alte
ri præſtari,imò(iubente patrono)libertus inuitus cogere
tur iſtas fabriles,& artificiales præſtare alteri.d. §. liber-
tus.in fi. ſed tamen inuitus non poſſet cogi ipſe libertus
ad ſe obligandum alteri ad præſtandum ipſas operas fa
briles,& artificiales.Ita uult Io.An.in addi. ad Spe.in ti.
de ceſ.act. in §. 1. & ita expreſsè determinat Io.de Imo.
in l.2.ff.ſol.ma.& iſtam opi.teneatis, licèt Bar.in d.§.li-
bertus.in pe.col.teneat contrarium.Et opi. Io. de Imo.
ſequitur Alex.de Imo.in l.in ſtipulationibus.in §.opera
rũ.ff.de uer.oblig.per.l.1. & l. nec creditoris.ȷ̃.de noua.
Nũc uidendũ eſt de operis fabrilibus,& artificialibus.In
hoc teneatis declarationẽ,quã facit Bart.in d.§.libertus,
pterquam in uno.Nam Bar.ibi dicit,quòd opera fabrilis
dicitur illa, quæ ſine doctrina haberi poteſt, artificialis
uerò eſt illa,quæ cum doctrina tantùm haberi,& præſta-
ri poteſt.Sed Ang.& Pau.de Caſt.in d.§.libertus.dicunt
quòd primum dictum Bar.inquantũ loquitur de fabrili-
bus,eſt contra tex.in d.§.libertus. dum dicit fabriles ue
luti pictorias. conſtat aũt, ꝙ operæ pictoriæ non habent
ſine doctrina : nemo enim naſcitur pictor, nec à natura
ſcit pingere,ſed opus eſt doctrina.Dicatis ergo ex mente
præfatorum Doct. quòd opera fabrilis eſt tanquam ge-
nus,& aſſumitur pro opera tam cum doctrina, quàm ſi-
9 ne. † Differunt tamen iſtæ fabriles ab operis officiali-
bus:quia officiales concernunt perſonam patroni: fabri
les autem cõcernunt patrimonium ipſius patroni.l.ope-
ræ in rerum. ff. de ope. liber. Aliquando tamen ſumitur
opera fabrilis pro ſpecie operarum præſtitarum à fabro
tanquam ſpecifico artifice: non autem capiẽdo eum pro
omni artifice,ſeu opifice.l.hę enim.ff.de ope.lib. Aduer
tite tamen ad aliud,quod ponit Bar.in d. §. libertus. dũ
pro ultima ſpecie operarum ponit operas incertas, ut
quando ipſe patronus ita obſcurè ſtipulatur operas, ꝙ
neſcitur,de quibus ſenſerit.Sed ipſemet Bart. in antepe.
col.in d.§.libertus, dicit,quòd quando patronus ſimpli-
citer ſtipulatur operas:ſemper intelligitur,aut de officia
libus,aut de fabrilibus, uel artificialibus,ergo operæ in-
certæ

certæ non sunt species de per se. Nisi saluando dixerimus, quòd, quando ita simpliciter stipulatur non exprimendo qualitatem operarum, potest dici opera incerta: quia opus est probare, quas operas consueuit exercere promissor, quod non contingit, quando in stipulatione exprimit qualitatem operarum. Vel potest esse, quòd ipse promissor pariter uersetur circa uarias operas, & tunc si quæratis, cuius sit electio, dicite, quòd erit promissoris. l. qui ex pluribus. & l. quicquid astrigendæ. ff. de uer.
10 oblig. † Aduertite tñ, quia istæ operę fabriles, & artificiales nō debentur à liberto patrono, nisi ipse patronus ita fuerit stipulatus à liberto, uel ipse libertus tempore manumissionis iurauerit se præstiturū operas patrono. l. vt
11 iurisiurandi. ff. eo. de ope. li. & l. fi. ff. de lib. cau. † Et ꝓ istis operis fabrilibus, & artificialibus, patronus propter necessitatem suam potest exigere pecuniam à liberto, & conuertere ipsas operas ad pecuniam. Et ideo dominus terræ, qui debet habere ab hominibus suis roidas, potest propter suam necessitatem eas conuertere ad pecuniã. Sed si non subsistente sua necessitate uellet cogere homines suos ad sibi præstandum pecuniam in recompensationem roidarum, hoc facere non posset de iure. Imò tã quam malè tractans subditos suos posset priuari feudo. Ita dicit Bal. & expressius Paul. de Cast. in l. 1. huius titu. quod perpetuò commendate memorię.

ADDITIO.

a ¶De mane. Adde Bald. hic in rub. Et Alex. in l. more. in fi. ff. de feriis. Ang. & Imo. in l. stipulationes. de uer. obli. & ibi pulchrè Alex. post gl.

Rub. Qui admitti ad bonorum possessionem possunt.

SVMMAE.

1 Bonorum possessiones an sint hodie utiles, & necessariæ.
2 Repudians hæreditatem de iure ciuili potest postea petere bonorum possessionem de iure prætorio.
Aditioni hæreditatis quomodo præscribatur.
3 Bonorum possessio delata infanti carenti tutore quomodo acquiratur ei.
4 Decretum iudicis est ius prætorium.
5 Consequens qui uult, uidetur uelle & antecedens.

1 ¶Ante omnia q̃ro, † quid prosunt nobis istæ bonorum possessiones, & an sint nobis hodie utiles, & necessariæ. Respondeo, quòd in multis casibus sunt nobis necessariæ. Nam in primis bonorum possessio, vnde vir & vxor, est nobis etiam hodie necessaria. l. 1. inf. vnde vir & vx.
2 ¶ † Item si quis repudiauit hæreditatem de iure ciuili, poterit postea adhuc petere bonorum possessionem de iure prætorio. l. suum hæredem. inf. de iu. delib. ¶Item quando quis spatio. 30. annorum esset exclusus ab adeũdo hæreditatem de iure ciuili, iuxta. l. licèt. inf. de iur. delib. cum & isti quoque anni. 30. currant etiam contra ignorantem, ut habetur in d. l. licet, tamen lapsis 30. annis poterit infra annum, uel infra centum dies à die sciẽtiæ agnoscere bonorum possessionem, ut habetur in l. 2.
3 ff. quis or. in bo. pos. ser. † Item si infanti carẽti tutore sit delata bonorum possessio, poterũt amici illius infantis comparere coram iudice, & petere eidem decerni bonorum possessionem. Et hoc erit ualde utile, ut habetur per glo. in l. tutor, & in l. pe. ff. eo. de bo. pos. & si infans postea moriatur, transmittet illud ius successionis ad hęredes. Item si aliquis vagatur per orbem, & sit sibi delata bonorum possessio in bonis alicuius defuncti, poterunt amici sui adire iudicem, & petere sibi decerni bonorum possessionem, & si postea sequatur ratificatio, & ille moriatur, transmittet ad hæredes suos. ¶ Item licèt quis nō possit adire hæreditatem sub conditione, nec cōstituere procuratorē ad adeundū sub conditione, si hæreditas sit lucrosa. l. Paulus. aliàs incipit, per procuratorem. ff. de acqui. hære. l. actus legitimi. ff. de reg. iu. tamen poterit constituere procuratorem ad agnoscendum bonorum possessionē, explorato prius, an illa successio sit damno-
4 sa. l. 3. §. acquirere. ff. de bon. pos. † Item si per decretum Marchionis Ferrariæ, vel Montisferrati, vel Ducis Venetorū, vel Ducis Genuę deferatur alicui bonorum possessio, seu successio: quia illud decretū est ius prætorium, bonorum possessio erit necessaria. Secus si statutum fuisset conditum à populo, uel à prioribus habentibus potestatem à populo. Nam tunc illud statutum esset remediū iuris ciuilis, & poterit adiri hæreditas de iure ciuili, ꝑ no. per Bar. in l. 1. ff. de bo. pos. prædicti effectus sunt
5 de mente Bal. hic in Rub. Et no. bene p̄dicta. † Ponamus, ꝙ occurrat aliquis casus, in quo sit primò petenda rescissio contractus, antequam petatur res in illo contractu deducta: nunquid procedet libellus, in quo ego peto rem illam, & non petiit primò rescisionem cōtractus. Alex. de Imo. hic per plura determinat, quòd sic. Mouetur, quia qui uult consequens, uidetur uelle antecedens ad illud. l. illud. ff. de acqui. hære. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. Et signanter adducit glo. in c. constitutus. in uer. iuxta ratam. ext. de reli. do. & Ant. de But. ibi. Addite ad hoc in propriis terminis pulchrum consi. eiusdem Alex. suo consi. 177. incip. uiso testamento Bartolomei, in 5. uolu. suorum consi.

In l. Bonorum possessio.

SVMMAE.

1 Filiusfamilias potest agnoscere bonorum possessionem sibi delatam etiam patre ignorante. & nu. 2. & 3.
2 Delata, uerbum quid importet.
4 Negligentia filij in non agnoscendo bonorum possessionem sibi delatam præiudicat patri.
5 Filius, & mater sunt sibi adinuicem cognati.
6 Filiusfamilias iure ueteri non habebat hæredem.
7 Filiusfamilias non potest sine consensu patris comparere in iudicio neque agendo, neque se defendendo. Fallit ut nu. 8.
9 Filius si sine consensu patris sit litem contestatus in causa, & postea pater sibi præstet consensum, & ratificet retro gesta, processus non ualidabitur, sed remanebit nullus.
10 Ratihabitio infra quod tempus fienda.
11 Ratihabitio potest fieri, etiam si tunc actus geri non potest.
12 Appellaui si nomine amici mei, ille amicus debet ratificare appellationem infra decendium, quod datur ad appellandum sed post decendium nihil ualebit ratificatio.
13 Ratihabitio non trahitur retro in præiudicium tertij.
14 Lex intelligitur correcta, correcta eius ratione.
15 Liberi admittuntur ad successionem patris triplici capite de iure prætorio.
Filius est agnatus patri.
16 Agnatus omnis est cognatus, non econtra.
17 Filius, qui est suus hæres, non potest usucapere, neque præscribere titulum pro hærede.

Bonorum possessio. ¶Diuiditur in tres partes secundùm quòd tria dicta ponit. Secunda ibi, emolumentum. Tertia
1 ibi, admittitur. h. d. † Filiusfamilias bonorum possessionem sibi delatam potest agnoscere, etiam patre ignorante, & si pater postea ratificet, acquiretur
2 ei, & cursu temporis amittitur. h. d. ¶†Not. 1. ex isto tex. uòd

2 † quòd ſi filiusfamilias ex teſtamẽto,uel ab inteſtato de
beat habere ſucceſsionem in bonis alicuius,poteſt pete
re bonorum poſſeſſ.ſibi delatam.Quid autem importet
uerbum,delata,habetis in l.delata.ff.de uerb. ſig. & per
Bar.in l.is qui putat,in petiis nouis. & in l.is poteſt.ff.de
a acq.hæred.[a]¶Note.† ꝙ filiusfamilias habet integrã per
3 ſonam ad agnoſcendum bonorum poſſeſsionem ſibi de
latam,etiam ſine conſenſu patris.¶Not.ſubſequenter,ꝙ
ſi filiusfamilias bonorum poſſeſſ. ſibi delatam agnoſcat,
& pater illam agnitionem ratificet, emolumẽtum acqui
retur patri.Sed opponitur,ꝙ pater non poſsit ratificare
iſtam agnitionem:quia nos habemus reg. ꝙ id quod no
mine meo geſtum non eſt,ratum habere non poſſum.l.ſi
pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt. Sol.ratihabitio cõpe
tit aliquando alicui nomine principali,& tunc habet lo
cum regula prædicta. Aliquando ratihabitio competit
alicui nomine acceſſorio,& tunc etiam, quod noſtro no
mine geſtum nõ eſt,ratum habere poſſumus, l.ſi fundus.
§. 1. ff. de pigno. hæc eſt doctrina Bald. in l. 1. inf. qui.
4 res iu.non no.ubi alleg.iſtam.l.¶Vlt.no.† quòd negligẽ
tia filii in non agnoſcendo bonorum poſſeſsionem ſibi
delatam, præiudicat patri,nec in hoc corrigitur. l. no-
ſtra.per l.fi.inf. de bo. quæ lib. quia illa loquitur in ex-
preſſa repudiatione facta per filium. Nos autem hic lo-
quimur in tacita repudiatione,quę inducit̃ à lege per la
pſum temporis.Limitabitis tamen hanc.l. niſi filius ma-
litiosè neglexiſſet agnoſcere bonorum poſſeſsionem,&
pmiſiſſet labi tempus. Nam tunc non pręiudicaret patri.
Ita dicit no.Bar.in l.is qui hæres. in §. neque filius.ff.de
acq.hær. Aduertite ẽt,quia iſte tex.in uer.amittitur.de-
bet intelligi,quòd ipſo iure amittatur iſta bonorum poſ
ſeſsio per lapſum temporis:quia hic agitur de iure quę-
rendo, ſecus ſi ageretur de perdendo ius iam quæſitum:
quia tunc ipſo iure per lapſum temporis nõ perderetur,
ſed exceptionis ope.Et ita loquitur glo.in l.cum notiſ-
ſimi.in uer.prorogari.inf.de pręſcri.30.uel.40.an.¶Sed
quid ſi in caſu huius.l.filius bene ſciebat bonorum poſ-
ſeſsionem ſibi delatam,pater autem erat abſens,uel ali-
quo alio iuſto impedimento detentus,ita quòd non po
tuit iubere filio, ut adiret, uel agnoſceret bonorum poſ
ſeſsionem,nec potuit facere præfigi terminum ipſi filio,
ut agnoſceret, vnde lapſus eſt annus,an ſaltem remedio
reſtitutionis in integrũ ſuccurretur patri. Dicite ut not.
per nouiſsimos, maximè dominum Alex. de Imo. in l.
cum quidam.ff.de acquir.hæred.¶ In gloſſ.1. Gloſſ. iſta
exemplificat.l.noſtram in bonorum poſſeſ.vnde legiti-
mi,in bonis matris.Dicũt Doct.quòd etiam poterit hoc
5 caſu petere bonorum poſſeſ.vnde cognati : † quia filius
& mater adinuicẽ ſunt ſibi cognati. l.hac parte.ff.unde
cog.Cy. exemplificabat in bonorum poſſeſ. vnde liberi
figurando caſum hoc modo.Ego habeo filium,& ex eo
nepotem,ſi moritur filius,poterit filius eius, qui eſt ne-
pos meus, uenire ad ſucceſsionem ſui patris per bo-
norum poſſeſ. vnde liberi. Sed iſtud exemplum non eſt
6 bonum, non † quidem iure ueteri: quia filiusfamilias
iure ueteri nõ habebat hęredẽ:ſed qñ moriebatur,pater
eius occupabat omnia iure peculii. tex. eſt in l. 2. ff. de
caſt.pecu.Iure autẽ nouo ẽt non procedit opi. Cy.quia
licèt hodie filiusfamilias moriẽs habeat hæredẽ. Auth.
in ſucceſsione.ĩ.de ſuis & leg.& in corpore,uñ ſumitur.
tamen hoc procedit de iure ciuili,ſed de iure prætorio
filius filii mei præmortui non poteſt uenire ad ſucceſ-
ſionem patris ſui per vnde liberi: quia nunquam fuit in
poteſtate patris ſui, nec deſijt unquam eſſe per emanci-
pationem.ergo non debet ſibi dari bonorũ poſſeſsio de
iure prætorio.l.ſed cum patrono.§.1.ff.de bo.poſ.tenea
tis ergo glo.Et ſi uultis exemplificare.l.iſtam in bonorũ
poſſeſ.vnde liberi.ponatis caſum hoc modo.Habeo filiũ
& ex eo nepotem,filium emancipaui,& nepotem in po-
teſtate retinui;tunc ipſe emancipatus bene poterit face
re teſtamentum,& ex illo teſtamento poterit peti bono
rum poſſ. ſecundùm tabulas. Si uero ipſe emancipatus
moriatur inteſtatus: tunc filius eius poterit de iure præ
torio petere bonorum poſſeſſ.vnde liberi. ¶In gl. ſuper
uer.ignorante,ibi, extraordinariè. no.ſing. hanc glo. ex
7 qua colligitis,† quòd, licèt filiusfamilias non poſsit ne-
que agendo, neque ſe defendendo comparere in iudi-
cio ſine conſenſu patris.l.cum non ſolum. §.neceſsitate.
ĩ.de bo. quæ lib. Tamẽ hoc debet intelligi,quando pro
ceditur in figura iudicii,ſecus, ſi procedatur extraordi-
nariè, puta quia uult agnoſcere coram iudice bonorũ
poſſeſsionem ſibi delatã: nam hoc poterit facere ſine cõ
ſenſu patris.Ita uult iſta glo.quæ eſt ſing.ſecundùm An-
gel.Intelligite tamen hoc eſſe uerum, antequam compa
reat aliquis contradictor: quia comparente contradicto
re,opus erit conſenſu paterno, ut dicit no. Bald. in l. ne
quicquam.§.de plano.circa fi.commen.ff.de offi. procõ.
8 & leg.Ego addo uobis aliũ caſum.† Nam ſi ſtatuto caue
tur, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam,
& pater & filius ſint obligati in eodem inſtrumento, &
ego petam inſtrumenti executionem contra filium:ipſe
poterit ſtare in iudicio ſine conſenſu patris.Ita not. di-
cit Bal.in l.3.§.ſed utrum. ff.de mino. propter gl. aureã
quæ eſt ibi in uer.inuito patre.quæ glo. dicit,quòd ſi pa
ter præſtitit conſenſum filio in iudicio, & feratur ſenten
tia contra filium,& uictor petat executionem ſententiæ
contra filium: non erit neceſſe, quòd pater ſibi præſtet
conſenſum,ut compareat in iudicio.quã glo.note.Addi
9 te etiam. † quòd ſi filius ſine conſenſu patris litem ſit cõ
teſtatus in cauſa,& pater poſtea ſibi præſtet conſenſum,
& ratificet retro geſta: tamen proceſſus non conualida-
bitur,imò remanebit nullus.Ita dicit Ang. in l. quid er-
go.in prin.ff.de his qui no.infa.& uolunt Doct.poſt gl.
in d.l.cum non ſolum.§.neceſsitate.inf.de bo. quæ lib.
Et iſtam ſententiam teneatis pro firma, licet dñi de Ro-
ta ſua concluſ.174.incip.Item quòd commiſsio.uidean
tur uelle contrarium. Eſt bene uerum, quòd ſi ante litẽ
conteſtatam ſuperueniret conſenſus paternus, bene
ſufficeret. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. & ibi
no.ff.ſolu.mat.¶Addite,quòd Ang.in l. ſed & ſi de ſua.
ff.de acqui.hære. dat pulchram cautelam dicens, quòd
ſi ego egi contra aliquem, & ſententiam reportaui con-
tra eum.Cautela eſt,quòd dicat ſententiam nullam, eo
quia ipſe condemnatus eſt filiusfamilias. Nam præſumi
tur,quòd ita ſit,cum nemo naſcatur ſine patre, & pater
præſumitur uiuere.ſed Io.de Imo. ibi damnat iſtam cau
telam Ang. quia filius poſſet eſſe in tali ætate, quòd ex
eius aſpectu præſumeretur patrem eſſe mortuum.Vide-
te ibi plenè per dominum Alex.de Imo. ¶In glo. ſuper
uer.ratã.Nota limittationem, quam dat hic Bar.ad l. bo
10 norum.ff.rem ra.hab. dicit enim, qnòd † illa.l.debet in-
telligi qñ petitio fuit inanis.Nã tũc ratihabitio debet fie
ri.inf.tempus, infra quod actus potuit geri. Sed in caſu
noſtro petitio non fuit inanis. De aliis limitationibus
ad.d.l.bonorum. Alex. ſe remittit ad no.per Imo. in l.ſi
is qui pro emptore.ff.de uſuca. in 17.col. Ego circa hoc
addo duo.Primò limitationem, quam ponit Ang.in l.ſi
11 ego.ff. de neg.ge.ubi dicit,† quòd ratihabitio poteſt fie
b ri [b] etiam ſi tunc actus geri non poteſt.Niſi ille actus nõ
poſſet geri uigore tacitæ renunciationis inductæ per la
pſum temporis. & ita dicit debere intelligi,& limitari
12 d.l.bonorum.Addo aliud,† quòd ſi ego appellem nomi
ne amici mei, ille amicus debet ratificare appellationẽ
inf.decẽdium, ꝙ datur ad appellandum,ſed poſt decen
dium nihil ualeret ratificatio.Ita dicit Bar. in l. 1. ff. de
appel.reci. & de hoc eſt gl.no.in c.ut circa.in uer.adhæ
rentes.extra de elect.li. 6. Item ex verbis Bal. ſuper iſta
13 glo.habetis colligere, † quòd ratihabitio non trahitur
retro

retro in præiudicium tertij. Et de hoc habetis gloſſ. & Bar. in l. ſi indebitum. §. fi. ff. rem ra. habe. optimè facit l. ſi partem. §. fi. ff. quemad. ſer. amit. ¶ In ea. gl. ibi, ſed ho die. doc. communiter ſequuntur hanc glo. licet Ange. hic teneat contrarium, & malè. Nam hodie filiusfamilias in aduentitiis habet proprietatem: & pater uſumfructum. l. cum non ſolum. hic in glo. alleg. ergo hodie filius poteſt ſibi acquirere. Olim uerò quicquid acquirebat filius, acquirebat patri. l. placet. ff. de acqui. hære. iō non eſt mirum, ſi olim oportebat præcedere iuſſum patris, ut filius poſſet adire hæreditatem ſibi delatam, ne pater obligaretur oneribus hæreditariis abſque ſuo cōſenſu. & iſta ratio eſt hodie correcta: quia hodie filius
14 non acquirit omnia patri, ut dixi. s. † & correcta ratione legis, intelligitur correcta lex ipſa, glo. ſingu. approbata per Bar. in l. 1. in prin. in uer. prouidētia. ff. de legi. tu. ¶ In glo. fi. ibi, ex quocunque capite. Pro declaratione
15 debetis ſcire †, quòd liberi de iure prætorio admittūtur ad ſucceſsionem patris triplici ex capite. Primò per bonorum poſſeſſ. vnde liberi ab inteſtato. & ſi infra annum illam non agnoſcāt, poterūt. ſ. vnum alium annum petere bonorum poſſeſſ. vnde legitimi. quæ competit agnatis, & filius eſt agnatus patri. l. filius ff. de ſuis, & leg. Et ſi infra iſtum ſecundum annum non petāt iſtam bonorum poſſeſſ. vnde legi. poterūt poſtea infra unum alium annū
16 petere bonorū poſſeſſ. vnde cognati. † quia omnis agnatus eſt cognatus, ſed non econtra. Et ex hoc loco infert ſing. Bal. in rub. extra de præſcrip. circa. 5. col. quòd. l. ni
17 hil. ſ. de uſucap. pro hære. ubi dicitur: † quòd filius, qui eſt ſuus hæres, non poteſt uſucapere, neque præſcribere titulo pro hærede, debet limitari, niſi ueniat ex capite agnatorum; quia tunc bene poterit uſucapere, & præſcribere titu. pro hære. & Alex. hic ſequitur hoc dictum: quod non placet. Nam ratio, quare filius, qui eſt ſuus hæres, non poteſt uſucapere titu. pro herede, eſt: quia nouum titulum non acquirit (mortuo patre) immo fit in eū continuatio eiuſdē naturæ, & qualitatis, cuius erat apud patrem, vt habetur in l. cum miles. ff. quib. ex cau. ma. Et iſta ratio militat, etiam ſi ueniat ex capite agnatorū, ne lex ſit impoſita uerbis, contra. l. ij. ſ. commu. de lega.

ADDITIONES.

a ¶ De acqui. hære. Adde etiam Bal. in l. potuit. in 7. q. ſ. de iu. delibe. & ibi ponit, quare dicatr̄ hæreditas delata.
b ¶ Ratihabitio poteſt fieri. Adde quòd ratihabitio cōfirmat contractum inutilem. Pet. de Ancha. in c. quoties. nu. 2. extra de pac.

In l. Si bonorum poſſeſſio.

SVMMAE.

1 *Bonorum poſſeſſio competit tranſuerſalibus infra centum dies à die ſcientiæ mortis defuncti.*
2 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, & mortem, quādo deceſſit ab inteſtato.*
3 *Coniunctus meus, ſi fecit teſtamentum, non præſumitur, quòd habuerim ſcientiam illius teſtamenti.*
4 *Tempus agnoſcendi bonorum poſſeſsionē currit à die ſcientiæ. Bonorum poſſeſſiones ſunt triplices.*

1 SI bonorum poſſeſsio. ¶ Tranſuerſalibus † cōpetit bonorū poſſeſſio. ſ. centum dies à die ſcientiæ mortis defuncti. h. d. No. ex iſto tex. ibi, ſciſti, quòd iſtud tempus centum dierum demum currit à die, quaille, cui delata eſt bonorū poſſ. ſciuit mortē defuncti.
2 Dicunt tñ hic Doct. † ꝙ coniunctus pręſumitur ſcire mortem ſui coniuncti, quando deceſſit ab inteſtato, quia cōiunctus p̄ſumitur ſcire facta coniuncti. l. octaui. ff. unde cog. & l. de tutela ſ. de in integ. reſt. mino. Et hoc uult
3 Bar. expreſſè in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. † Sed ſi coniunctus meus fecit teſtamentum, non tamen præſumitur, ꝙ habuerim ſcientiam illius teſtamenti. Ita uult Bar. in l. q. duos. in uer. quæro quid oportet eū ſcire. ff. de re. dub. Et eſt de mente eiuſdem Bart. in d. l. is poteſt. Et aduertite: quia ex hoc reſultat magna utilitas iſtius bonorum poſſeſsionis. Nam iuri adeundi de iure ciuili præſcribit, etiam contra ignorantem. l. licet. ſ. de iu. delib. & tamē huic iuri agnoſcendi bonorū poſſeſſionē de iure præto-
4 rio non p̄ſcribitur contra ignorantem: † quia iſtud tempus agnoſcendi bonorum poſſeſſionem demum incipit currere à die ſcientiæ, per iſtum tex. ¶ In gl. 1. Addite, ꝙ nos habemus alias tres bonorum poſſeſſiōes ex edicto, ſ. bonorū poſſeſſionem ex edicto Carbon. Et iſta bonorū poſſeſsio locum habet quādo moritur aliquis, & dimittit paruulum filium, & agnati inſurgunt negantes eum eſſe filium defuncti, iſte paruulus ex edicto Carboniano mittitur in poſſeſſionem bonorū defuncti. & quæſtio ſtatus, ſeu natalium differretur uſque in tempus pubertatis. l. 1. ſ. de carb. edi. Alia eſt bonorum poſſeſſio uentris nomine; exemplum. Moritur aliquis, cuius uxor aſſerit ſe eſſe prægnātem, agnati negant eam eſſe prægnātē: certè mittetur in poſſeſsionem bonorum defuncti nomine uētris, & cuſtodietur, donec ueniat tempus pariendi. & interim percipiet fructus. l. 1. ff. de uen. in poſ. mit. Alia eſt bonorum poſſeſſio gratia litis agnoſcendæ. Declaro. Emancipati erant incogniti de iure ciuili, & ſi exhæredabantur à patribus, non poterant intentare querelam inofficioſi, niſi prius impetrarēt à Prætore aliquod ſignū, puta unum annulum, uel unum gladium, uel unam ex rebus hæreditariis mobilibus, & illud ſignum dabatur eis cauſa litis agnoſcendæ, deinde poterāt intentare querelam. Iſta eſt glo. no. in l. Papinianus. in. §. 1. in uer. bonorum poſſeſſionem. ff. de inof. teſt. Et quamquam iſtæ tres bonorum poſſeſſiones ius non tribuant; tamen durant anno, ſicut & reliquæ: quia in fauorem liberorum introductę ſunt. Ita determinat no. Bal. in l. certum. ſ. vnde legi. in ver. quò ad quartum.

In l. Infantis nomine.

SVMMAE.

1 *Bonorum poſſeſſio agnita nomine infantis tranſmittitur ad eius hæredem.*
2 *Tutor poteſt agnoſcere bonorū poſſeſſionem nomine infantis, & quilibet amicus.*
3 *Curator ſi nomine furioſi agnoſcat bonorum poſſeſſionem in bonis defuncti, demum furioſus reperiatur læſus propter multitudinem creditorum: poterit curator nomine furioſi petere reſtitutionem in integ. aduerſus illam agnitionem.*
4 *Priuilegia omnia competentia minoribus, competunt furioſis, & mentecaptis.*

1 INfantis nomine. ¶ † Bonorum poſſeſsio nomine infantis agnita tranſmittitur ad eius hæredem. h. d. ¶ Gloſſ. 1. uidetr̄ velle, ꝙ tutor noīe infantis agnouit bo-
2 norū poſſeſsionē. † Vos dicite, ꝙ nedū tutor, imò q̄libet amicus ipſius infantis pōt cōparere corā iudice, & agnoſcere bonorum poſſeſsionem in bonis defuncti noīe infantis. Et iſta agnitio habebit effectum, ēt nō ſecuta ratificatiōe, dummō fiat volente & ſciēte iudice. l. pe. & l. tutor.

tor,cum suis glo.ff.de bo.possess.tit.generali. Et hinc resultat magnus effectus: quia tale remedium non reperitur in adeunda hæreditate de iure ciuili,sm Bal. in rub. §.eo.in 6.q.¶In gl.in uer.competere,ibi,Antistius.§. fi. Sol.q ibi hæreditas non erat delata immediatè ipsi furioso, sed mediatè:quia filius, uel seruus ipsius furiosi fuerat hæres institutus ab aliquo:quo casu,si ipse filius, uel seruus cum auctoritate curatoris ipsius furiosi adeat hæreditatem,illa hæreditas efficaciter, & irreuocabiliter acquiretur furioso. ¶In ea,gl.ibi, uel dic.ista est
3 cõmuniter approbata,¶No.†q si curator nomine furiosi agnoscat bonorum possessionem in bonis defuncti; deinde furiosus reperiatur multum læsus propter multitudinem creditorum, poterit curator nomine furiosi petere restitutionem in integ.aduersus illam agnitionẽ. Ita no.Bar.in l.1.ff.de bo.pos.infan.uel furio.dela.Et se
4 quitur hic Bal.quia†omnia priuilegia competentia minoribus competunt etiam furiosis,& mentecaptis, gl.ordi.in l.2.sup.de cura.fur.¶Sed quæro. Quidam habens multa bona feudalia,in eis fecit magnas expensas necessarias,& utiles,& decessit relicta una sola filia; agnati q dicebant se debere succedere in feudis,molestabant eã in possessione,ipsa intentauit interdictum retinẽdę possessionis,& succubuit: nunquid possit petere restitutionem in integ.aduersus illam sententiam,Alb.de Ro.in l. fi.§.qui leg.perso.stan.in iud.non ha.determinat q sic; quia existens in possessione consequetur impẽsas illas per uiam retentionis. Sed si esset extra possessionẽ, eas non consequeretur.Notetis istam decisionem; quia ualet ad multa.

In l. Emancipata.

SVMMAE.

1 *Bonorum possessio non agnita etiam in hæreditate ascendentium non transmittitur ad hæredes.*
2 *Dispositio iuris communis facta in casu uero extenditur ad casum fictum illi parificatum.*
3 *Testamenta ne subuertantur,interest reipublicæ.*

a EMancipata. ¶Bonorũ possessio etiam liberis delata, si infra tempus debitum non agnoscatur, non transmittitur.h.d.¶In gl.super uerb. nullam ibi.§ acquirere.Ista gloss.uult,† q
1 bonorum possessio non agnita,etiam in hæreditate ascẽdentium,non transmittatur ad hæredes.Sed Pe.de Bellap.Ray.de Forl.Iac.But.& Bar.hic determinant totum contrarium,& Dy.in l.unica.ᵹ.de his qui ante aper.tab. Mouentur:quia hæreditas ascendentium non adita per descendentes transmittitur ad liberos,per d.l.uni. ergo idem debemus dicere in bonorum possessione nõ agnita:quia ista bonorũ possessio est similis aditioni hęreditatis,l.2.ff.de bon.poss.titu.gener.l.hæreditatis, la 2.ff. de uerb. sig.Et ista sententia est cõmunis, pro qua facit:
2 †quia dispositio iuris communis facta in casu uero,extẽditur ad casum fictum illi parificatum.Ita uolunt Bal.& Imo.in l.Gallus.§.& quid si tantùm,& per illum tex. ff. de lib.& posth.& bene probatur in c.ad audientiã, ext. de cler.non resi. secus si ille casus fictus non sit parificatus casui uero,& ita intelligitur tex.cum gl.& Bart.in l. 3.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.Sed iste casus fictus s. agnitionis bonorum possessionis est æquiparatus casui uero s.aditioni hæreditatis.d.l.hæreditatis la 2.ergo &c.Hãc communem conclusionem limitabitis secundùm Bald. hic,quando est bonorum possessio fauorabilis; secus si
3 esset odiosa,ut est bonorum poss.cont.tabu.† Nam tunc non agnita non transmitteretur ad hæredes. Interest.n. reipublicæ,ne testamenta subuertantur,gl.sing.in l.Gallus.§.quid si is,super uerbo.utilitate.ff. de lib.& posth. Item notabitis,quòd ius dicendi testamentum nullum competens filio in potestate præterito transmittitur ad eius hæredes,quantuncunq; filius præteritus illud non intentauerit.Ita dicit notab.Bal. in l. filio præterito. ff. de iniust.rup.Et sequitur ibi Io.de Imo.in pen.charta.

ADDITIO.

a ¶Bonorum possess.Quid contineatur appellatione bonorum.Vide per Pe. de Anch.in c.non est, nu.3.ext.de deci.& in c.relatum,il 2.nu.1.ext.de testa.

In l. Quamdiu per facti.

SVMMAE.

1 *Statuto cauetur, quòd qui non posuerit bona sua in registro, seu æstimo communitatis,perdat ea:si aliquis per errorẽ facti non posuerit bona in registro, non incidet in pœnam statuti.*
Et quid si omisit ponere dolosè, & scienter, & fiscus steterit per quinquennium ad petendum illa bona, an poterit postea petere,nu.2.
3 *Dubitans,& ignorans æquiparantur.*
4 *Bonorum possessionem agnoscens coram iudice an teneatur exprimere,ex quo capite agnoscat.*
5 *Gerens aliquem actum coram iudice,debet eum taliter gerere,quòd iudex intelligat.*
6 *Libellus generalis procedit,si non opponatur.*
7 *Testis quare teneatur reddere rationem sui dicti.*
8 *Tempus præfixum à lege,uel statuto,an currat ignoranti.*
9 *Ignorans non dicitur negligere,nec differre.*

QVãdiu per facti. ¶Ei, q est incertus,an bon.possess.sit sibi delata,uel ex quo capite,nõ currit tempus petẽdæ bon.poss.h.d.¶Per istã
1 l.dicit not.Bal.†q si statuto cauetur, q qui non posuerit bona sua in registro,seu æstimo cõitatis,perdat ea,& aliquis per errorem facti nõ posuerit bona in
2 registro, non incidet in pœnam statuti.Addite, †q et si dolosè,& scienter omisisset facere describi bona in registro:si tñ communitas,seu fiscus,cui applicatur illa pœna,steterit per quinquennium ad petendum illa bona, non poterit postea petere.Ita no. dicit Bal.in l.cõmissa, ff.de pub.Et qđ dicimus de errante,& ignorante, idem
3 debemus dicere de dubitante:†quia dubitans, & ignorans æquiparantur.l.fi.§.de cõd.ind.,& l.fi.§.finautem ne scius.§.de fur.Qđ limitetis,nisi dubitans potuisset de facili certificari.Nam tũc nõ ęquiparatur ignoranti,imò sciẽti.Istud est aureũ dictũ Bal.in d.l.fi.§.de fur.Alleg.gl. in l.locus ff.de acq.pos.optimè facit l.reg.§.sed facti.ff.de iur.& fac.igno.¶Quæritur hic de pulchra qst.†nunquid
4 ille, qui corã iudice agnoscit bon.pos.in bonis alicuius defuncti,teneatur exprimere,ex quo capite agnoscat.s. uel ex capite.vnde liberi,uel ex capite. vnde legitimi, uel ex capite.vnde cognati.Bal.in hoc uariauit. Nam in rub.sup.eo.in 3.q.determinat,q tenetur exprimere.Sed idem Bal.in l.fi. ᵹ.eo.determinat cõtrarium. Pro parte affirmatiua,q teneatur exprimere,adducit iste text.ibi, ex quo capite.Secũdò adducit tex.in l.fi.ff.de lib.& posth.
5 †Tertiò, quia, qñ aliquis gerit aliquẽ actũ corã iudice, debet eũ taliter gerere,q iudex intelligat.l.coram.ff.de uer.sig.Quartò,q teneatur exprimere,saltẽ qñ interrogatur à iudice,facit l.solam,sup.de testi. ubi si testis iterrogetur à iudice de causa sciẽ,tenetur eam reddere.His nõ obst. tenebitis partem contrariam.s.q agnoscens bono.poss. coram iudice non teneatur exprimere, ex quo capite agnoscat.l.fi.ibi.qualiscunq; testatio,inf.eod.Ad motiua

na.sup.in contrariũ alleg. respõdebitis,& primò ad istũ tex.ꝙ hic nõ dicit tex.ꝙ ego tenear exprimere, ex quo capite,sed hoc ideo dicit ex quo capite, quia ista soror nesciebat,an sibi competeret bonorum possessio in bonis defuncti;quia probabiliter dubitabatur,an frater dimisisset filio.Ad l.fi.ff.de lib.& posthu.respondebitis, ꝙ loquitur sm̃ iura Digest, secundum quæ non sufficiebat agere bonorum posses.coram iudice,sed ẽt oportebat, ꝙ ipse iudex decerneret eã.Hodie uerò sufficit simplex agnitio absq; eo,ꝙ iudex decernat.l.fi.§.eo.Ad l.coram ff.de uerb.sig.respondebitis,ꝙ sufficit, ꝙ iudex intelli-
6 gat in genere,sicut in simili habemus,† ꝙ libellus generalis procedit,si non opponatur.l.fi.§.de ann. exce.Ad l.solam,respondebitis,ꝙ loquitur in depositionibus te-
7 stium.†Et rõ quare teneretur reddere rõnem sui testimonii,quando interrogaretur,est: quia iudex hẽt formare sententiam super ipsis dictis testium. Sed in proposito nostro nihil habet decernere,neq; definire. ¶Vltimò
8 addite ad dictum Alex.inquantum hic tangit,†nũquid quando tempus est præfixum à lege,uel statuto, currat ignoranti,ꝙ quotiescunq; lex requirat, uel statutum, ꝙ quis differat aliquid facere,uel negligat aliquid facere: tunc tempus non currat ignoranti:quia ignorans nõ dr̃
9 negligere,neq; differre.†Ad hoc allegatur tex.ĩ c.1.ibi negligenter omiserit,ext.de rest.in integ.li.6.Ad uerbũ, distulerit,allegabitis tex.in §.item mixta,in uerbo distulerit,Inst.de act.& bonam gl.in c.quàm sit,in uerb. distulerit,ext.de elec.li.6.Habetur de utroq; uerbo in c. 2.& in c.quia diuersitatem,ext.de conces.præb.Et de his loquitur Alex.de Imo.in suo cons.116.incip.Redemptoris nostri,&c.Perspectis,ponderatisq;,in 5.uolum. & tenebitis menti.

In l. Iuris ignorantiam.

SVMMAE.

1 Ignorantia iuris non prodest mulieribus in lucris,& in quasi lucris.

2 Rusticus & mulier præsumuntur potuisse cõsulere peritiores.

3 Consilium qui habuit à suis aduocatis,non dicitur habuisse iustam causam litigandi,ut excusetur ab expensis.

Et quid de illo,qui habuit consilium ualentium doctorũ,n.4. & nu.7.& 8.Et quid de illo,qui secutus est auctoritatẽ sui præceptoris,nu.9.& 10.

5 Mulieri,uel rustico non succurritur in his, quæ sunt inducta ad rigorem iuris obseruandum.

6 Rusticus uel mulier si infra debitum tempus non opposuerint exceptiones,eis non succurritur.

11 Scholares debent semper audire Doctores ualentiores.

1 IVris ignorantiam. ¶† In lucris iuris ignorantia non prodest mulieribus, h.d. ¶Nota quod in summario dicit. Et hoc procedit nedum in lucro, sed ẽt in quasi lucro.tex.est cum sua gl.in l.3.sup.de iu.& fac.ign.bene facit quod uult gl.in l.si duo,in uerbo scire potuit.ff.de acq.hær.¶Gl.2.dicit,si potuit consulere peritiores. Et
2 dicit hic Bal.notab.†ꝙ rusticus,& mulier præsumunẽ potuisse consulere peritiores, nedum quando periti sunt ĩ loco,ubi habitat rusticus uel mulier,sed etiam, qñ sunt in ciuitate propinqua, ubi habitat rusticus uel mulier: quia sm̃ Bal.quemadmodum rustici, & mulieres sciunt ire ad nemora,uel ad ciuitatem pro indulgentiis: ita debent scire ire ad ciuitatem pro capiẽdo consilio. Quod
3 notetis.¶Addite hic ad d.Alex.inquantũ dicit, † ꝙ ille qui habuit consilium à suis aduocatis,nõ dicitur habuisse iustam cãm litigandi,ut excusetur ab expensis: quia non debuit aduocatis credere,qui suspecti sunt.l. fin.ff. de test.& c.1.ext.de test.lib.6.Nam dicit Ang. singu. in l.terminato.C.de fruc. & lit.expen. aliqui habent in lectura Ang. in. l. non ignoret. illo eod. titul. ubi dicit,
4 †quòd siquis habuit consilium ualentium doctorum extra aduocatos, præsumitur habuisse iustam causam litigandi,ut nõ condẽnetur in expensis. Et ideo in quæstione facti, cum in quadam causa ardua uertẽte inter dños Strambini ex una parte, & eorum hoĩes ex altera super facto maritagii, almũ collegiũ doctorum ciuitatis Taurini consuluisset præfatis dominis,ꝙ fouebãt bonũ ius. Dixi ꝙ licèt iudices essent inclinati absoluere dictos homines,ꝙ iõ non debebant dicti dñi cõdẽnari in expẽsis, attento consilio memorati collegii, & ita fuit iudicatũ.
5 ¶Item notab.id,quod uult hic Bal.dum dicit,†ꝙ in his, quę sunt inducta ad rigorem iuris conseruandi,non succurritur mulieri uel rustico,puta, si errore aduocati nõ produxerunt instrumentum,uel testes infra tempus debitum,uel non confecerunt inuentarium, uel confecerunt, sed minus solẽne. Et istud secũdũ dictum ponit ip-
6 se Bal.in l.fi.in prin.in 3.q.§.de iure deli.¶†Item si rusticus,uel mulier infra debitum tempus nõ opposuerunt exceptiones suas,nõ succurritur eis.Ita uult Bar. expressè in l.1.§ de iu.& fac.ign.Dicunt tamen Franc.Tigr. & Bartol.de Sal.in d.l.1.ꝙ si rusticus,& mulier habuerunt iustam causam ignorantiæ, puta:quia non potuerunt cõsulere peritos,& omiserunt conficere inuentarium, uel confecerunt minus solemniter: concedetur eis restitutio ĩ integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta cã &c.De qua clausula habetur in l.forma,in fi. ff. ex quib. cau.maio.¶Notabitis unum,quod uult hic Bar.in l. bo-
7 norum.ff.de bo.poss.†ꝙ ille,qui habuit consilium à peritioribus,& malum,excusatur,quod uerum intelligit hic Bal.si habuit consilium saltem à duobus.Quod debet ĩtelligi,si reperiantur in loco plures,aliàs excusaretur habendo consilium ab uno.§.quod autem,in Auth. de nõ alie.col.2.& l.1.in fi.ff de uerb.obl. Si autem habuisset consilium à Doctore imperito non excusaretur,per notat. per gloss. in l. quod si nolit. §. mancipium. ff. de
8 ædil. edict. † Item si unus doctor habuisset malum consilium ab alio doctore, non excusaretur, secundũ Bar.in d.l.in bonorum,dicit etiam Ang.in l.plagii.§.ad leg.Flau.de plag.ꝙ ille qui habuit consilium à doctore, qui non erat ex peritioribus,licèt excusetur à dolo: nõ tamen excusatur à temeritate,seu culpa.Addite uos ꝙ
9 cõis sententia doctorum indubitanter excusat. † Dicit fortius Old.in l.quæsitum.in §.1.ff.de fun.instr.ꝙ ille,qui fuit motus auctoritate sui præceptoris,præsumitur habuisse iustam causam litigandi, ut excusetur ab expensis: qa discipulus tenẽ sequi opi.sui præceptoris,salua semper ueritate.l.dicere,aliàs est sub l.qualem.in §.si arbiter.ff.de arb.& ita etiam tenet expressè D.Pan.in c.1.
10 circa 7.col.ext.de postu.prel.†Sed ego limitarem istud dictum Old.& Panor.si ille pręceptor sit de doctoribus ualẽtioribus. Aliàs secus.Ad hoc adduco pulchram gl.
11 in c.cum beatissimus.24.q.1.quæ gl.dicit,† quòd scholares debent audire Doctores excellentes. Item limitarem,nisi ille præceptor esset doctor, qui consueuisset sequi opi.extraneas,& insolitas.Nam dicit Bar.in l.fi.§. de pœna iud.qui malè iud. quòd in tali doctore præsumitur ignorantia.

In l.Bonorum quidem.

SVMMAE.

1 Tutor solus potest agnoscere bonorum possessionem nomine pupilli,& nu.5.

2 *Pupillus solus sine tutoris auctoritate non potest agnoscere bo norum possess. Fallit sex modis, ut ibi.*
3 *Iudex potest supplere defectum tutoris. Et tunc est necesse quòd appareat, quòd illud fecerit ex certa scientia. nu. 4.*
6 *Aditio hæreditatis de iure ciuili consistit in mera uoluntate.*
7 *Bonorum possessio si sit delata infanti de iure prætorio, vel ali qua hæreditas delata de iure ciuili, an possit iudex supplere defectum tutoris circa agnitionem bonorum pos. vel circa aditionem hæreditatis.*
8 *Infans non habet sensum, neque intellectum.*
9 *Factum temerarium iudicis non habetur pro dispensatione.*
10 *Princeps in dubio non uidetur uelle uti plenitudine potestatis. & nu. 11.*

1 BOnorum quidem. ¶ † Solus tu-
tor nomine pupilli potest agnoscere bo-
norum possesionem, sed solus pupillus
sine tutoris auctoritate agnoscere non
potest, nisi iudex scienter suppleat defectum tutoris. h.
2 d. ¶ Nota primò regulã, † quòd solus pupil. sine auctori
tate tutoris non potest agnoscere bonorum possessionẽ
Ista regula fallit primò si iudex suppleat defectum tuto
ris, ut hic. Secundò fallit, quando solus pupillus adimple
uisset conditionem, sub qua erat institutus. Nam ex tali
implemento efficitur hęres. l. conditionibus pupillus. ff.
de condi. & demon. Tertiò fallit, quando statutum, uel
consuetudo ita disponeret. l. more. ff. de acqui. hære.
Quartò fallit in casu. l. sed si per epistolam. ff. de acqui.
hęre. Quintò fallit in pupillo filiofamilias: quia bo. pos-
sessionem sibi delatam potest agnoscere, uel repudiare
sine patre. l. fi. §. sinautem in secunda. ꝫ. de bo. que libe.
Fallit secundùm quosdam, si pupillus careret tutore, &
non posset habere p̃sentiam iudicis: tũc. n. ipse solus pos
set adire, ut uult gl. reputata sing. in l. de pupillo. in prin.
ff. de ope. noui nuncia. Sed reperio, quòd Bart. & Docto.
communiter ibi damnant illam glo. ¶ Nota id, ad quod
3 allegatur, † quòd iudex potest supplere tutoris defectũ,
& appello defectum, qñ pupillus nullo mõ hẽt tutorẽ. &
ita declarat̃ ista lex ꝑ Bar. in l. si curatorẽ habens. ꝫ. de in
integ. resti. min. ¶ Vltimò nota ex uerbo, sciens, hic no-
4 tanter probari, † quòd quando iudex supplet defectum
tutoris, est necesse, quòd appareat, quòd hoc facit ex cer
ta scientia sua. An autem in dubio Superior uideatur
dispensare. uidete per. Bar. & omnes Doct. in l. quidam
consulebant. ff. de re iudi. & per Canon. in c. ueniens. ex
tra de filiis presby. ¶ In glo. super uerbo, agnoscere. in
5 fi. Doct. communiter damnant gl. & dicunt, ꝙ † solus tu-
tor (etiam sine consensu pupilli) potest agnoscere bono
rum possesionem pupillo delatam, etiam si pupillus es-
set habilis ad præstandum consensum. Verum tamen est:
quòd tutor solus non potest adire hæreditatem de iure
ciuili nomine pupilli, sed habet necesse habere consen-
sum pupilli. l. potuit. ꝫ. de iure delibe. Sed quę potest es-
se ratio diuersitatis. Ange. & Pau. de Cast. hic dicunt ra-
6 tionem diuersitatis esse, † quia aditio hæreditatis de iu-
re ciuili consistit in mera uoluntate. l. gerit. ff. de acqui.
hæredi. & §. fi. Insti. de hęre. qual. & differ. iõ nõ est mirũ,
si hæres sit aptus ad præstandum uoluntatem, seu con-
sensum, sed eius consensus debet requiri. Sed agnitio
bonorum possessionis requirit factum: quia oportet adi
re iudicem: et ea, quæ consistunt in facto, meliùs possunt
explicari per alium, quàm ea, quæ consistunt in uolunta
te, glo. notabilis in l. sicuti. ff. de arb. dum illa glo. dicit,
nec sufficit, quòd unus alteri cõmittat uices suas, seu mo
7 tum animi. ¶ Circa unam partem glo. fi. dubitatur: † utrũ
si infanti sit delata bonorum possesio de iure prætorio,
uel delata aliqua hæreditas de iure ciuili, posit iudex
supplere defectum tutoris circa agnitionem bonorum
possessionis: uel circa aditionem hæreditatis de iure ci
uili. Bal. hic tenet, quòd supplere non poterit. Alex. de
Imo. tenet, ꝙ imò poterit supplere in agnoscenda bono
rum possesione de iure prætorio. Mouetur per. l. penul.
& l. si seruus ff. de bono. pos. bene fatet̃, ꝙ in adeunda hæ.
reditate de iure ciuili non poterit supplere. Ista senten-
tia non uidetur uera, saltem hodie respectu agnitionis
8 bonorum possesionis: † quia infans non habet sensum,
neque intellectum. l. mulier. ff. de uerbo. obli. quomodo
ergo poterit agnoscere bonorum possessionem coram
iudice? & iura allegata per dominum Alexan. loquun-
tur secundùm iura Digest. secundùm quæ oportebat iu-
dicem decernere bonorum possesionem: quod hodie
non requiritur. l. fi. ꝫ. eod. Præterea infans patitur defe-
ctum naturalem, ergo iudex circa defectum non potest
supplere, vt notatur in c. si citatus. extra de rescrip. faciũt
notata per do. Panor. in c. 1. extra de transac. ¶ Circa il-
lum articulum, an pater posit præstare auctoritatem fi-
lio facienti donationem causa mortis ipsi patri, videte
plenissimè D. Alexã. de Imo. in l. 1. §. quęsitum. ff. ad Tre
bel. ¶ Ad ea, quæ scribuntur per do. Alexan. hic, addite
inquantùm litera nostra dicit, sciens, quòd factum teme-
a rarium [a] iudicis non habetur pro dispensatiõe. † Et quã-
9 do factum Superioris potest referri ad ius commune, nõ
intelligitur dispensatum, nec inutile confirmatum. alle-
gat Ioan. And. in nouella in c. dudum. ext. de dec. Et ibi
10 hoc uult Anto. de Butr. ¶ Addite etiam, † quòd Princeps
in dubio nõ uidetur uelle uti plenitudine potestatis. Ita
dicit Inno. in. c. innotuit. extra de elec. & Ange. sequitur
in l. bene à Zenone. ꝫ. de quadrien. præscrip. Quod limi-
tetis, nisi Princeps apposuerit istam clausulam, non ob-
stante quauis lege in contrarium faciente, quia tunc be-
ne uidetur uelle uti plenitudine potestatis. Ita notab. di
cit Bal. in l. si testamentum. ꝫ. de testam. Idem, quando ap
poneret istam clausulam, ex certa scientia nostra, gl. sin-
gularis in c. ad hæc sumus. extra de rescrip. & hoc uult
Bal. in l. eos. in prin. ꝫ. de appell. Dicit etiam eleganter
Pau. de Cast. suo cons. 280. incipiente, in facto pręsenti
11 non intendo, † quòd illud, quod dicitur, quòd Princeps
in dubio non intelligitur uelle uti plenitudine potesta-
tis, debet intelligi, quando ille actus potest ualere de po
testate ordinaria, seu de iure communi. alioquin, si non
posset ualere de potestate ordinaria, etiam Principe sciẽ
te, bene uidetur uelle uti plenitudine potestatis. quod
nunquam exeat memoria uestra.

ADDITIO.

a ¶ Factum temerarium. Adde, quòd temerarius dicitur qui exercet officium sibi non concessum. Pet. de Anch. in c. 1. nu. 3. extra de cleri. non ordi. ministran.

In l. Quicunque.

SVMMAE.

1 *Rusticitas, ignorantia facti, & alia iusta causa impediunt, ne tempus præfinitum ad agnoscendum bonorum possessionem currat. & nu. 2.*
3 *Rustico non succurritur, nisi in casibus à iure expressis.*

1 QVicunque. ¶ † Rusticitas, igno-
rantia facti, & àlia iu
sta causa impediunt, vt tempus præfinitũ
ad agnoscendum bonorum possessionem
non currat. Hoc dicit. ¶ Aduertite, quia
iste tex. uidetur uelle, quòd non currat isto casu tempus,
siue rusticus potuerit consulere peritiores, siue non. Vos
2 autem coucludite pro veritate, † quòd ista lex debet in-
telligi, qñ rusticus non potuit consulere peritiores, alio-
quin bene curreret sibi tempus, vt vidistis in l. 3. & in l.
iuris.

iuris,sup.eo.Nam ista distinctio adhibetur in muliere, ut ibi uidistis:ergo idem debemus dicere in rustico:qa in hoc rusticus,& mulier procedunt à pari.l.1.§.fi.ff. de eden.l.2.in fi.ff.de iure fisci. Vnum notetis, quod uult

3 Raph.Fulg.in l.præced.dum dicit,†quòd rustico nõ suc curratur,nisi in casibus à iure expressis,facit l. fi. sup.de iu.& fac.ign.Addite,q iura dicentia succurrendum esse rusticis,debent intelligi de rustico grosso,& ignaro, nõ autem de sagace.Gl.notab.in l.athletas.§.de rusticis.ff. de excus.tut.

In l.Vt verborum.

SVMMAE.

1 *Præposteratio non nocet.*
2 *Bonorum possessio ut agnoscatur,quid requiratur,& nu.3.*
3 *Agnitio bonorum possessionis contra tabulas facta coram iudice rumpit ipso iure testamentum patris.*
4 *Agnitio bonorum possessionis facta ante tempus cõgruum operatur effectum suum in tempore congruo.*
5 *Possessio non est auferenda possessori non citato.*
6 *Citare quenquam non oportet in insinuatione donationis.*
7 *Iudex si statuat actori terminum decem dierum ad probandũ intentionem suam,& reo statuat terminum decem dierum sequentium ad probandum suam exceptionem, si actor statim renunciet suæ dilationi,an incontinenti incipiat currere tempus decem dierum ipsi reo.*
8 *Dilatio finitur finita eius causa.*
Libellus appellatorius potest mutari infra decem dies.
9 *Vasallus alienauit feudum antiquũ irrequisitis agnatis,quis ex proximioribus agnatis poterit opponere.*
10 *Præscriptio non currit ualenti agere.*
11 *Reuocatoria in feudalibus competit de gradu in gradum.*

VT verborum. ¶Sufficit simplex cognitio bonorum possessionis facta coram iudice competenti etiam sine iudicis decreto, dummodo infra tempus debitum sit fa-

1 cta, †& præposteratio non nocet.h.d. ¶Nota primò ex isto text. q hodie non est necesse bonorum possessionẽ de iure prætorio agnoscere coram iudice habente merum,& mixtum imperium,sed sufficit eam agnoscere coram quocunq; alio iudice competenti: tamen imò põt agnosci coram Duumuiris.i.coram magistratibus municipalibus,& de istis Duumuiris habetis tex. cum gl.in l. fin.sup.de iud.Et habetur per Bar.& alios in l.1.supra si quis iusdic.non obtemp.¶Notetis secundò ex isto tex. ibi,qualiscunq; testatio,hic bene probari secundũ Fulg.

2 †q si aliquis,qui uocatur solùm de iure prætorio ad bonorum possessionem,compareat coram iudice, & dicat se adire hæreditatẽ talis defuncti.hoc sufficiet pro agnitione bonorum possess.Et ideo dicit, q in quæst.facti in Apulia, cum quidam magnus Dominus comparuisset coram iudice,& dixisset se adire hæreditatẽ patris sui, & constituisset procuratorem coram iudice ad petendũ bona hæreditatis paternæ,& sibi opponeretur, q lapsũ erat tempus.30.annorum à die mortis patris,& q nõ poterat amplius adire hęreditatem.l.licet.C.de iure delib. consuluit ipse Raph.q illa uerba,adeo hęreditatem, sufficiebant pro agnoscenda bon.poss.in bonis patris, & q licèt esset præscriptum iuri adeundi de iure ciuili:tñ nõ erat præscriptum iuri agnoscendi bonorum possessionẽ de iure prætorio:quia istud tempus nõ currit, nisi à die scientiæ mortis patris.Et subiicit ipse Raph.q licèt iudices essent inclinati ad pronunciandum contra illũ nobilem,tñ mutata opi.pronunciauerunt in eius fauorẽ. Nã ut actus sustineatur,uerba improprientur.l. sed si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiu.¶Nota subsequẽter,

3 †quòd hodiè sufficit simplex agnitio bonorum possess. nec est necesse,q iudex interponat decretum. Et hoc pcedit etiam in bonorum posses.cont.tab. quia sola agnitio bonorum possessionis contra tabulas facta corã iudice rumpit ipso iure testamentum patris,gl.sing. in l.fi. §.nos itaq;,sup.de cur.furi.quam gl.pro sing.alleg.Bal. in l.1.ff.de iurisd.om.iud.Limitatur tamen illa gl.nisi filius præteritus dicat. Domine iudex ego peto mihi per uos decerni causa cognita bonorum posses. cont. tabu. Nam hoc casu per agnitionem istius bonorum possessionis non rumpetur testamentum ipso iure, nisi prius iudex decernat ipsi præterito istam bonorum possessionem contra tabulas:quia uia,quam elegit, illa sibi pateat.l.si mulier,in fi.ff.quod met. cau. Et ista est limitatio Spe.in tit.de libel.concept.§.nunc dicendum, uer. 30.& notetis bene istam limitationem. ¶Vltimò note-

4 tis ex isto tex.iuncta gl.pen.† q agnitio bonorum possessionis facta ante tẽpus congruũ operat effectum suũ in tpe congruo,& in hoc iste tex. est ualde not. Vnum ẽt notetis,quod uolunt hic Bal.& Pa.de Ca.dum dicũt, quòd ẽt hodie in bonorum possessionibus, q̃ sunt facti, ut bonorũ possess.ex edicto Carboniano,& uetris noĩe, nõ sufficiet sola agnitio bonorum possessionis, sed erit necesse,q iudex interponat decretum.Raph.Fulg.dicit, quòd ĩ istis sufficiet sola agnitio quãtùm ad hoc,ut postea non expiret per lapsum anni, sed quantùm ad auferẽ

5 dam possessionẽ possessori non sufficit sola agnitio:†qa possessori non citato non est auferenda possessio. l. si deserta. §. si propter pub. pensita.& l.cũ miles.ff.ex qb. cau.maio.Item in bonorum possessione gr̃a litis agnoscendæ ẽt hodie requiritur decretum iudicis,ut uult expressè Ang.in l.1.ff.de iurisd.om.iu.¶Notab.unum sin-

6 gulariter,quod uult hic Cy.dum dicit,† quòd si ego cessi tibi iura,& actiones contra debitorẽ meum ultra quĩgentos aureos ex cã donationis,& tu.q es cessionarius, uelis facere ĩsinuari istã donationẽ corã iudice, nõ erit necesse facere citari debitorẽ,neq; ẽt me cedentẽ, & allegamus quotidie istud dictum, q in ĩsinuatione donationis nõ oportet citare quẽpiam,qđ est mẽti tenẽdum. ¶In gl.pen.ibi,sed statim incipit currere.Per istã gl.de

7 terminat Bal.†quòd si iudex statuat actori terminum decẽ dierum ad pbandam intẽtionem suam, & reo statuat terminum aliorum decẽ dierum sequẽtium ad probandum suã exceptionẽ,& actor statim renunciet suæ dilationi,incõtinẽti incipiet currere tẽpus decẽ dierum ipsi reo p istam gl. Quod limitetis,nisi interesset rei habere spatium suum integrum decẽ dierum inchoandorum à fine primorum decẽ,fortè propter distantiã loci.Nã tũc renũciatio facta p actorẽ nõ pỉudicabit reo,arg.l.si post mortẽ.in §.fi.ff.de bon.poss.cont.tab. Addit Pa. de Ca.

8 per istam gl.†q si statuto cauetur, q debeat appellari à sñia infra decẽ dies,& q appellans post habeat 40. dies ad prosequẽdum appellationẽ, & cõtingat appellationẽ fuisse interpositã usq; in prima die latæ sñiæ, ĩcipiet statim currere tẽpus.40.dierum ipsi appellãti: qa finita cã dilationis,intelligit finita dilatio.l.a filia.§.alũno. ff. ad Treb. Vos tenebitis cõtra Pa.de Ca.qa statutũ dicit, post,& à uerbis statuti recedere nõ debemus.l.1.§.si is q nauem.ff.de exer.Nõ ob.motiuũ Pa.de Ca.qa rñdetur, q cã dilationis nõ est finita,quod probo,quia ille, q appellauit,usq; in prima die decẽ dierum põt durãte illo tempore decem dierũ mutare, & emendare libellũ appellatoriũ.l.si quis libellos,cũ sua gl.C.de app.ergo non est finita cã appellationis,& ita me cõsulente fuit iudicatum ĩ qõne facti.Ego ĩduco istammet gl.ĩ sui prima lec.

9 ad quæst.quotidianam.†Quidam uasallus alienauit feudum antiquum irrequisitis agnatis. uos debetis scire, q dum durat tempus agnati proximioris, cui competit reuocatoria illius feudi, non currit tempus agna-

10 to in gradu ſequenti: † quia non ualenti agere non cur-
rit præſcriptio.l.1.in fi.inf.de annal.excep.& ita uolunt
And.de Iſer.& Mar.de Laude in c.1.in §. 1. in tit. de in-
ueſt.de re aliena facta.in uſib.feud.& hoc eſt,quod uult
ipſe And.in c.1.in §.1.in tit.de ſucceſ.feudi. dum dicit,
11 †quòd reuocatoria in feudalibus competit de gradu in
gradum.arg.l.cum pater.§.libertis.ff. de legat. 2. Pona-
mus, quòd proximior agnatus ſtatim, & incontinenti ꝙ
incepit ſibi competere reuocatoria, renunciet: certè ſta-
tim incipiet currere tempus agnato in gradu ſequenti,
per iſtam notabilem gloſſ. dummodo ſit informatus de
dicta renunciatione.quod eſt menti tenendum.

Rub. Quando non petentium partes petentibus accreſcant.

In l. quoties.

SVMMAE.

1 Portio repudiantium, ſeu eorum, qui ſunt excluſi, accreſcit alijs acceptantibus.

2 Ius accreſcendi eſt reale. Et transmittitur ad hæredes illius, cui accreſceret, ſi uiueret. nu. 5. Et eos habet locum in portione non agnita. num. 4. Et habet locum inter ea, quorum unita eſt portio alterius. nu. 5. Et illud, quod obuenit ex iure accreſcendi, dicitur obuenire ex iure proprio. nu. 6.

7 Teſtator legauit duobus unum fundum, et cuilibet eorum prohibuit, ne alienaret partem ſuam, unus repudiauit, an alter, cui portio accreuit, poterit alienare partem ſibi accreſcentẽ.

8 Filius intelligitur eſſe hæres ſtatim mortuo patre.

9 Iuri dicendi teſtamentum nullum præſcribitur ſpatio triginta annorum.

10 Narrationes an ſint de deciſione.

11 Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali. Et an habeat locum in feudalibus. nu. 12.

13 Cuilibet, dictio attribuit inſolidum.

QVoties. ¶Quando pluribus eſt dela-
ta bonorũ poſſeſsio, & unus
acceptat, & alius repudiat: portio repu-
diata accreſcit ei, qui acceptauit, dummo
do excluſus de iure prætorio non poſsit
admitti de iure ciuili ad portionem repudiatam. h. d.
1 Nota ex iſto tex.† quòd portio repudiantium, ſeu eorũ,
qui ſunt excluſi, accreſcit aliis acceptantibus. Et aduer-
tite: quia ius accreſcendi habet locum, nedum in hæredi
tatibus, & ſucceſsionibus, ut hic, ſed etiam in mortis cau
ſa donatione, text. eſt not. in l.unica.circa fi.inf.de cad.
tollen.& ita uult Bald.hic in fi. comment. Item habet lo
cum in mortis cauſa capione.l.Thais. in §.Stichus.ff.de
fideicom.liberta. An autem habeat locum in contracti-
bus. Videte per Bar.& omnes in l. ſi mihi, & Titio. ff.de
2 uerb.oblig.†Item ſciatis, quòd iſtud ius accreſcendi eſt
reale, & ideo dicimus, quòd portio accreſcit portioni,
non autem perſonæ.l.ſi totam.ff.de acq. hæred.& l.ſi Ti
tio.in §.1.ff.de uſufruc.& in l.hæc ſcriptura. in §.fi.ff.de
3 cond. & demon. Hinc eſt, † quòd iſtud ius accreſcendi
tranſmittitur ad hæredes illius, cui accreſceret, ſi uiue-
ret.tex.habetis in l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legit. ¶Itẽ
ius accreſcendi habet locum in portione non agnita.
Nam poſtquam eſt agnita non habet locum ius accre-
4 ſcendi.†Fallit in uſufructu.tex.eſt not.in l.1.§. interdũ.
ff.de uſufr. accreſc. Item ad hoc ut habeat locum ius ac-
creſcendi, eſt neceſſe, quòd portio alterius deficiat ipſo
iure, ſecus ſi exceptionis ope deficeret. Iſte eſt tex. cum
ſua glo.nota.in l.ſi duo patroni.in princ.cum glo.in uer
5 bo, iurauerit.ff.de iureiuran. Item † ius accreſcendi ha-
bet locum inter eos, quorum unita eſt portio alterius.
Et ideo dicimus, quòd in diuerſis hæredibus non habet
locum ius accreſcendi. l.ſi ex duobus. ff.de teſtam.mili.
6 ¶ † Item illud, quod mihi obuenit ex iure accreſcen-
di, dicitur ad me pertinere iure proprio.l.ſi mihi & tibi.
& ibi per Bal.ff.de leg.1. Et hoc facit ad elegantem quę
a ſtionem [a]. † Teſtator legauit duobus unum fundum, &
7 cuilibet eorum prohibuit, ne alienaret partem ſuã, unus
repudiauit, & ſic portio ſua accreuit alteri: certè ſicut
non poteſt alienare partem ſuam, ita non poterit aliena
re partem ex iure accreſcendi ſibi obuenientem. Ita ele
ganter uolunt Cy.Bal.Ang.& Imo.in l. ſi in teſtamento.
ff.de uulga. & pupil. ſecus ſi alio modo, uel alio titulo
acquiſiuiſſet portionem alterius, puta titulo emptionis:
quia tunc bene poſſet quis alienare illam portionẽ redẽ
ptam (nõ obſtante prohibitione de non alienando.) tex.
eſt notab.in l.pater filium.in §.quindecim.ff.de lega. 3.
¶ In glo.1.in uerſi.uel pone.ibi, perpetuò admittuntur.
8 Solet hæc glo.allegari, † quòd exiſtentię ſui hæredis nõ
præſcribitur ſpatio.30.anno.imò ultra.30. annos poſſet
filius in poteſtate ſe immiſcere hæreditati paternæ. Et
pro hoc facit: quia ſtatim mortuo patre intelligitur eſſe
hæres.l.1.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſ.cauſ.te-
ſta.glo.tamen in l.licèt.inf.de iure delib.uidetur uelle,
quòd iuri immiſcendi præſcribatur ſpatio.30.an.& tenẽ
do illam gl.ſecundùm quam conſului, & obtinui, reſpõ-
debitis ad glo. iſtam, dum dicit, perpetuò. quod debet
intelligi perpetuò uſque ad 30. annos, & non ultra. De
b multiplici ſignificatione huius dictionis, in perpetuũ [b],
uidete glo. magiſtram in l.1.ff.pro ſocio. Si tamẽ uultis
tenere opi.huius glo.ſecundùm primum intellectum, li
mitabitis eam procedere, niſi filius in poteſtate eſſet prę
9 teritus:† quia tunc, ſi infra. 30. annos non diceret teſta-
mentum nullum, ipſe excluderetur: quia ſecũdùm com-
munem opi. iuri dicendi teſtamentũ nullum præſcribi-
tur ſpatio.30.an. ſecundùm Bal.& omnes Doct.in l.filio
prę̨terito.ff.de iniuſt.rup. Item limitabitis glo. iſtam ali-
ter, quia ſi filius non intentaret petitionem hæreditatis
aduerſus poſſeſſores rerum hæreditatis paternæ infra
30.annos, excluderetur.l.hæreditatis. ſup. de petit. hæ-
red. ¶In eadem glo.ibi, uel dic tertiò. Iſta lectura dam-
natur per omnes: quia Imperator hic procedit ponendo
regulã, & ſic nõ eſt ueriſimile, ꝙ iſta ſit contingẽtia facti,
& ꝙ in hac lege narretur factũ, & ad propoſitũ allego uo
10 bis Io.And. in c.dilecto. extra de præb.ubi dicit, † ꝙ nar
rationes factorum, quæ fiunt in decretalibus, non ſunt
deciſoriæ, id eſt, non important iuris miniſterium. Idem
uolunt Guil.de monte Lau.in cle.1.§.præſentatos. ext.
de exceſſ.prælat.ubi dicit, quòd conſtitutiones clemen.
ſunt deciſoriæ, ſed conſtitutiones Gregorianæ decreta
lium in ea parte, in qua narratur factum, non ſunt deciſo
riæ. ¶In fi.glo.notabitis unum, quod uult hic notab.Bal.
dum dicit, quòd ſi ille, qui poteſt uenire de iure præto-
rio, ſit excluſus à bonorum poſſeſsione per lapſum tem-
poris, uel per repudiationem, licèt poſsit uenire alia uia
ſcilicet remedio iuris ciuilis, tñ interim portio ſua accre
ſcet aliis: reuocabitur tñ. Et iſta acquiſitio erit magnę uti
litas: q̃a illi, q̃bus accreſcet, adminiſtrabunt interĩ bona,
& fructus ꝑcipient, & ſi poſtea iſte, q̃ eſt excluſus de iure
p̃torio, ueniat remedio iuris ciuilis, reuocabĩt acquiſitio
facta alijs de ſua portione. Ad hoc alleg.Bal.l.quæſitũ.§.
fi.ff.de Carb.edict. & per iſtam declaratur iſta lex. Et de
intellectu illius.§.fi.ponit Bal.in l.certum.inf.unde legi.
& in l.certum.inf.de ſuis & legiti. & in l.poſthumo.in 1.
colum.inf.de bono.poſſeſ. contra tab. & in locis allega-
11 tis dicit illum.§. fi. eſſe ſingularem. ¶Nota, † quòd inter
coniunctos coniunctione legali non habet locum ius ac
12 creſcendi.l.& Proculo.ff.de lega.2.†Circa illum paſsũ,
qui tangitur hic, an in feudalibus habeat locum ius ac-
accreſcen-

crescendi. Concludite, quòd regulariter non habet locum. c. 1. & 2. in titu. de duob. fratri. de nouo benefic. inuestit. Fallit, quando feudum esset concessum à Principe. Ita eleganter determinat Bal. in dicto. c. 1. in titu. de duob. frat. Secundò fallit, quando in inuestitura fuissent apposita ista uerba. Concedimus Petro & Martino, & cuilibet eorum tale castrum in feudum: nam hoc casu, si portio vnius ex inuestitis deficiat, accrescit alteri, & pro
13 priè est ius non decrescendi: † quia ista dictio, cuilibet, attribuit cuilibet ipsorum insolidum actum. Ita notab. dicit Bal. in c. 1. in §. filia. in titu. de success. feudi. quod tene perpetuò menti. Adde Alex. de Imo. suo cons. 30. in primo uolumine. Tertiò fallit, quando esset feudum antiquum, per ea, quæ notantur in c. 1. in titu. de alien. feudi paterni.

ADDITIONES.

a ¶Allegantem quæstionem. De hac quæstione uide per eundem Iacob. in l. si proprietati. ff. de iure dot.

b ¶Dictionis, in perpetuum. De hac dictione uide per eũdem Iacob. in l. 1. ff. de iure dot.

In l. Qui se patris.

SVMMAE.

1 *Ioannes de Barùtio fuit præceptor domini Iacobini.*
2 *Nepos repudians hæreditatem patris sui, an possit assequi hæreditatem aui de iure ciuili.*
3 *Hæreditas delata ex testõ dicitur obuenire de iure ciuili.*
4 *Domini eiusdem hæreditatis non possunt esse duo insolidum.*
5 *Suscipere, uerbum, est uerbum commune. & uerbũ, pertinere.*
6 *Maximè, dictio quid importet. & nu. 16.*
7 *Secus, dictio quid importet.*
8 *Nisi, dictio stat taxatiuè.*
9 *Hæreditas an repudietur his uerbis: nego me esse hæredem talis defuncti.*
Et an per uerba, nolo adire. nu. 10.
11 *Deliberare dicitur medium inter nolle adire, & repudiare.*
12 *Repudiatio hæreditatis regulatur eisdem regulis, quibus alienatio.*
13 *Citato dicente, nolo adire, inducitur consensus tacitus, & contumacia uera.*
14 *Ius iam quæsitum difficiliùs perditur, quàm ius de nouo quærendum.*
15 *Hæreditas non dicitur in bonis ante aditionem.*
17 *Mortuum quem esse an quis confiteatur dicendo, non credo eum uiuere.*
18 *Hæreditatem adijsse uidetur dicens, ego sum hæres.*
19 *Repudiatio inducitur per hæc uerba, nolo adire hæreditatem.*
20 *Renunciatio litis inducitur per hæc uerba, nolo amplius uenire ad causam.*
21 *Successorium edictum ubi, & quando habeat locum. et nu. 24.*
22 *Filius in potestate an sit hæres uelit nolit.*
23 *Fideicommissarius qualiter dicatur hæres.*
25 *Nepos an admittatur ad successionem aui, si filius in potestate abstineat ab hæreditate paterna.*
26 *Sui qui dicantur.*
27 *Nepos an possit uenire ad hæreditatem aui ex lege duodecim tabularum.*
28 *Ius abstinendi ab hæreditate à quo sit inuentum, & num. 30. & 32.*
29 *Filius quo iure possit abstinere ab hæreditate paterna.*
31 *Deliberandi beneficium unde.*
33 *Statutum est de iure ciuili.*
34 *Statutum si dicat, quòd filius possit abstinere ab hæreditate paterna, intelligitur Prætoris beneficio.*
35 *Nepos non potest repudiare hæreditatem paternam, & adire auitam.*
36 *Bonorum possessio non agnita non transmittitur.*
37 *Nepos conceptus post emancipationem filij an sit agnatus aui. & num. 38.*
39 *Emancipatus succedit in feudalibus, sicut si non esset emancipatus.*
40 *Statutum disponens, quòd causæ debeant compromitti inter agnatos, quas personas comprehendat. Et statutum sic disponens non est correctorium iuris ciuilis. nu. 42.*
41 *Compromittere nemo tenetur de iure ciuili.*
43 *Statutum disponens, quòd stantibus, filijs filiæ excludantur à successione, extenditur ad nepotem.*
44 *Venire per unde liberi, quid dicatur.*
45 *Filius emancipatus si moriatur uiuente auo, an auus testando teneatur instituere nepotem.*
46 *Liberi ascendentium an teneantur relinquere legitimam honorabili titulo institutionis.*
47 *Solẽnitas, quæ requiratur de descendentibus ad ascendentes.*
48 *Priuilegium concessum propter pecuniam non est propriè priuilegium.*
49 *Ciuitas, quæ immunitatem pro pretio concessit ciuitati inferiori, an possit reuocare.*

QVi se patris. ¶Hæc est lex difficilis. Et Bar. hic dicit, quòd est ita difficilis, sicut alia, quę sit
1 in hoc libro Codicis. † Et refert hic subtilissimus Doctor pręceptor meus dominus Io. de Monte Barutio, quòd in primo anno studiorũ suorum hæc lex fuit data in punctis domino Raphaeli de Adurnis ciui Genuæ, qui postea fuit creatus Dux in illa ciuitate. Et ego audiui ab aliquibus Doctoribus Papien. quòd fuit data in punctis Martino de Laud. Cy. de Pisto. diuidit eam in duas partes. In prima ponit vnum dictum. In secunda exceptionem. Secunda pars est ibi, nisi. Vos diuidite eam in quattuor. In prima ponitur dictum, ex quo tacita quæstio. In secunda ponitur responsio. In tertia responsionis extensio. In quarta ponitur exceptio. Secunda pars est ibi, mortui aui. Tertia ibi, maxi-
2 mè. Quarta ibi, nisi. In summa. h. d. † Si nepos repudiat hæreditatem patris sui, hæreditatem auitam consequi non potest de iure ciuili, sed per bonorum possessionẽ, vnde liberi, de iure prætorio. Hoc dicit in summa. ¶Nota primò ex isto tex. ibi, post auum, arguendo à cõtrario. ꝙ si filius, idemq; pater prædecessisset auo: tunc nepos bene potest obtinere hæreditatẽ de iure ciuili, eò quia tempore mortis aui reperiretur tenere primum gradũ suitatis. §. sui. Insti. de hære. quali. & diffe. hoc ergo casu non esset necessarium remedium Prætoris. ¶Nota secundò ex isto text. ibi, intestatum. à contrario sensu,
3 † quòd si auus istius nepotis condidisset testamentum, in quo instituisset nepotem suum hæredem: hoc casu nõ fuisset necessarium remedium Prætoris: quia hæreditas delata ex testamento dicitur obuenire de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de uerb. sign. ¶Nota casum, in quo bonorum possessio est necessaria. Nam cum iste auus decessisset relicto filio in potestate, ipse filius, uellet nollet, erat hæres de iure. 12. tab. l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. causa testa. Et quamuis ipse filius primi gradus abstinuisset ab hæreditate paterna; tamen remane-
4 bat suus. l. filius qui se paterna. ff. de acqui. hęredi. † vnde duo insolidum non possunt esse domini eiusdem hæreditatis. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commod.
5 ¶Nota, † quòd istud uerbum, suscipere, est uerbum commune, sicut uerbũ, peruenire. l. hæreditatis. in fi. ʃ. de hære. insti. ¶† Nota istam dictionẽ, maximè [a]. Nam de eius
6 proprio significatu est exprimere casum minus dubitabilem, & includere casum magis dubitabilem. Et de ista
a dictione, maximè, habetis bonam gl. in l. illud. ff. ad leg. aquil. De dictione, præsertim, habetis in c. ad abolendã.

ext.de filiis presby.& in l.proximè.ff. de his quæ in test.
7 delen.† secus est in ista dictione, etiam, quia eius natu-
ra est exprimere casum magis dubitabilem, & include-
re casũ minus dubitabilẽ.l.cẽ.& l.cẽ.§. si tut. uel cura.in-
8 teruene.¶Vlt.no.† de ista dictione, nisi: q̃a hic stat taxati
uè, de qua dictione habetis in l.actione.§.de trãsac.& in
l.si eũ.§.fi.ff.si quis caution.¶In glo.1.ibi, s.repudiando.
9 Habetis ex hac glo.colligere,† quòd ista verba, nego me
esse hæredem talis defuncti, non inducunt repudiationẽ.
Et ideo glo. supplet ad tex.in uerbo, negat, ista uerba sci
licet repudiando. Quod limitat hic Angel.nisi præcessis
set terminus statutus ad deliberandum: quia si post ta-
lem terminum quis dicat ista verba, nego me esse hære-
dem: talia verba inducerent repudiationẽ. & idem nota-
tur per Bar.& omnes in l.si quis suus.ff.de iure delib. Ad
dit Pau.de Cast.quòd idem esset, si fluxisset tempus triũ
mensium post ista verba, nego me esse hæredem, quia
tunc induceretur repudiatio, per tex.cum sua glo.in l.fi.
10 §.similiq; modo.inf.de iure delibe.† Quid autem de istis
verbis, nolo adire, an inducant repudiationem, ista glo.
sentit quòd non. Idem vult gloss. hic. & sequitur Bartol.
in l.2. sup. de iuris & facti igno. Et pro ista opi. adduci
tur id, quod not.glo.in l. 2. §. quod obseruari. supra de
iura. calum. Item adducuntur iura infrascripta. In pri-
mis l.Celsus.§.fi.cum.l.sequenti.ff.de arbi.vbi probatur,
quòd ista verba, noluit accipere, non inducunt expressã
repudiationem. Secundò adducitur tex.in l.Titius.la.1.
ff.de acti.empti. Tertiò allegatur. l. nonnunquam. uers.
sed ista sententia benignior.ff.de coll. bon.nec dicat ali
quis, quòd ibi ponitur casus specialis in hæreditate pa-
terna: quia tex.ibi dicit, maximè, & sic innuit idem esse
in hęreditate extranei. Quarto adducitur l.quia poterat.
iuncta.l.ita tamẽ.§.si patronus.ff.ad Trebel. ubi ille, qui
dicit se nolle adire, potest mutata uoluntate adire, & re
tinere quartam, & tamen si ista uerba, nolo adire, induce
rent repudiationem, non posset mutare uoluntatem. l.si
cut.inf.de repudian. hære. Quintò pro hac parte facit,
11 † quia inter nolle adire, & repudiare est dare medium,
scilicet deliberare, nec sequitur: ego dico me nolle adi
re, ergo repudio: quia possum deliberare. Bene facit gl.
in l.1.§.scientiam.ff.de tribut. Sextò pro hac parte argui
12 tur sic. † Eisdem regulis determinatur, & regulatur re-
pudiatio, quibus aditio. Istam doctrinam tradit Bar.in l.
gerit.ff.de acqui. hæred.sed si dicam volo adire, per ista
verba inducitur aditio, vt notatur in c.ex literis.il.1.ex-
tra de sponsal.ergo per ista verba, nolo adire, non debet
induci repudiatio. Septimò adducitur l. sed si alio.ff.ad
Trebel. Octauò ad idem adducitur.l.in plurium. in fi.ff.
de acq.hære. & l.unus.ff.ex qui.cau.in pos.eat. Contra-
riam opi.tenuit gl.in l.fi.§.de repud.hær. Et hanc senten
tiã, q̄ per ista uerba, nolo adire, inducatur repudiatio, te
nuerũt Pet.Cy.Bar. & Bal. in l. 2.§.de iur.& fac.igno.&
idem Bar.in l.filij mater.§.1.ff.ad Tertul. Et pro hac par
te adducuntur infrascripta iura, scilicet.l. 1.§.si mater.ff.
ad Tertul.l.1.§.qui semel.ff.de success.edicto.l.nolle.ff.
de acquir.hæredi.l.si is qui.ff.de inoffi.testa.l.si ita quis
hæres instituatur si legitimus. ff. de hære.insti. & quod
not.glo.in l.ex consensu.§.fi.in glo.penul.ff. de appell.
13 ubi glo.dicit,† quòd si citatus dicat, nolo comparere,
talia uerba inducunt expressum contemptum, ita quòd
erit uerus contumax. Nõ obstat, si dicatur, quòd poterit
mutare uoluntatem, & comparere: quia respondet Bal.
in l.ea quæ.inf.quomo. & quand. iud. quia illud infini-
tum, comparere, respicit futurum, & in futurum tendit
ratio, quasi dicat, Nolo comparere nũc, nec etiam in fu-
turum. Nunc restat respondere motiuis sup. in contra-
rium factis, quibus respondete hoc modo. Et primò ad
14 l.Celsus.§.fi.ff. de arbi.† quod ibi agebatur de repudia-
tione iuris iam quæsiti, quod difficilius tollitur, quã ius

de nouo quærendum.l.fi.inf.de acquiren.possess. Quòd
autem in proposito nostro agatur de iure de nouo quæ-
15 rendo, patet: † quia ius adeundi ante aditionem hæredi
tatis non dicitur in bonis nostris. Iste est tex. singu. in l.
pretia rerum.ff.ad leg.Falci. Ad l.nõnunquam.ff.de col.
bono.respondete, quòd ibi non fuerunt prolata ista uer
ba, nolo adire, sed ille dixit. nolo conferre. Et per ista
uerba non uidetur repudiare hæreditatem. Vel aliter
ibi probatur, quòd per uerba, de quibus ibi, induci-
tur repudiatio, sed tamen est speciale in hæreditate ascẽ
dentium, ut descendens posit mutare uoluntatem in-
fra annum, & adire. Non obstat, si dicatis, quòd ibi est
16 dictio, maximè, quia respondetur, & bene † q̄ illa dictio,
maximè, includit idem esse in hæreditate extranei.
Ad l. Titius. ff. de actio. empt. respondebitis, quòd ibi
illa uerba, ad se pertinere noluisset, debent exponi hoc
modo. noluisset, hoc est, non uoluisset, ut uult ibi glo. 1.
& inter ista uerba, uolo non adire, & nolo adire, est dif-
ferentia, ut declarat Bar.de Saly.in l.accusationem.§.de
accus. Vel aliter secundùm Fulgo.hic in casu.l.Titius, il
la uerba, noluit ad se pertinere, inducunt renunciatio-
nem; alioquin ad quid Iurisconsultus præsupponeret
illos seruos esse effectos libertos hæredis? Ad argu.
quod fiebat de l. prima. §. scientiam. cum sua gloss.
ff. de tribu. respondebitis, quòd inter uelle adire, &
nolle adire, est bene dare medium, scilicet deliberare,
sed quando dico, nolo adire, ista uerba inducunt repu-
diationem, ut probatur in l.filii mater.in §. 1. ff. ad Ter-
tul. quia tex.ibi dicit, si consanguineus non adiuerit: er-
go præsupponit illa litera, quòd postquam filius dixit
se nolle adire, sequens in gradu potest uenire; ergo ta-
lia uerba non inducunt repudiationem. Ad glo.l.secun
dæ.§.quod obseruari. sup. de iuram.calum.ubi gl.dicit,
17 † quòd si ego dicam, non credo Titium uiuere, per talia
uerba non uideor confiteri eum esse mortuum, respon-
dete, quòd diuersa ratio est in casu nostro: quia, quan-
do dico, nolo adire, est signum, quòd ego repudio.d.l.fi
lii mater.§. 1.cum aliis iuribus supra pro hac parte alle
gatis. Ad motiuum Bar.in l.gerit.ff.de acquir. hær. dum
dicit, quòd eisdem regulis regulatur aditio, quibus re-
gulatur repudiatio, & econtra. Respondeatis, quòd quã
do dico, uolo adire. Ista uerba nõ inducunt aditionem:
quia expectant post se actum aditionis. Sed quando di-
co, nolo adire. Ista uerba post se non expectant alium
actum. Vel aliter, & elegantiùs respondete, quòd ista nõ
est bona consequentia: per uerba affirmatiua inducitur
aditio; ergo per uerba negatiua inducitur repudiatio.
18 †Nam si dicam, ego sum hæres. per ista uerba uideor adi
re hæreditatem. Sed si dicam, non sum hæres. per hæc
uerba non inducetur repudiatio. Ita declarat Bald.in l.
potuit.in 6.quæst.sup.de iur.delib. Ad l.quia poterat.ff.
ad Treb.respondete, quòd ibi nullus fit sermo de repu-
diatione. Ad l.ita tamen. §.si patronus. ff.ad Trebel.re-
spõdete dupliciter, primò, quòd ibi erant uerba dubia:
quia hæres grauatus restituere dixit, quòd habebat hæ-
reditatem suspectam: nos autem loquimur, quando uer
ba sunt clara: quia dixit se nolle adire. Vel aliter in d.§.
si patronus, est speciale in patrono, ut postquam dixit
hæreditatem esse sibi suspectam, posit mutare uolunta-
tem, antequam cogatur inuitus adire: & hoc casu pote-
rit retinere quartam: quia est tanquam æs alienum. Ad
l.sed si alio.ff.ad Trebel.respondete, quòd ibi uerba so-
nabant in dubium, & in suspicionem. Ad l.in plurium.in
fi.ff.de acquir.hære.respondete, quòd facit pro ista opi.
Et idem est dicendum de l.unus.sup.allegata. Et sic eli-
19 cio uobis pulchram conclusionem,† quòd per ista uer-
ba, nolo adire hæreditatem, inducitur repudiatio: & sic
habetis iam conclusam unam ex difficultatibus huius.l.
Retenta tamen priori opi.pro uera, quòd ista uerba, no-
lo

lo adire,non inducant repudiationem. Limitabitis,nisi dictum esset hoc modo. Nolo amplius adire hæreditatē:quia tunc bene induceretur repudiatio. Et de hoc habetis bonam glo.in l.postquam liti.in glos. mag.sup.de
20 pac.ubi glo.dicit, † quòd per hæc uerba. Nolo amplius
b uenire ad causam,inducitur renunciatio [b] litis. Secundò limitabitis, nisi fuisset statutus terminus ad deliberādum.Nam hoc casu,si quis dicat.Nolo adire,inducetur repudiatio,ut notant Bar. & cæteri in l.si quis suus.ff.de iure delib.¶In eadem glo. ibi,si ergo ponas.Et sic uult ista glo.quòd hæc lex nostra potest procedere,quando tam filius,quàm nepos erant emancipati. Item & quan-
21 do nepos solus erat emancipatus.† Si uerò utrique erāt adhuc in potestate,an adhuc secundùm ista tempora poterat procedere hæc lex:quia in suis non erat locus edicto successorio de iure ciuili, neque de capite in caput, neque de gradu in gradum: attamen quia hodie inter agnatos est locus edicto successorio.§.placebat.Inst.de legi.agna.succes.istamet glo.in sui si. uult, quòd hodie etiam in suis sit locus edicto successorio de iure ciuili. Tamen Pet.de Bellaper.Iaco.de Ra.Cyn.Martinus Silli. & Iacob.But.tenent contra istam glo.& dicunt, quòd ēt in suis non est locus edicto successorio de iure ciuili.
22 Mouentur:† q̄a filius in potestate de iure ciuili est suus, & necessarius hæres,uelit nolit: & licèt per beneficium Prætoris habeat facultatem abstinēdi. §.sed his Prætor. Insti.de hæred.quali.& differen. tamen licèt abstineat: adhuc remanet hæres: quia Prætor non potest facere eum,qui est hæres de iure ciuili, desinere esse hæredē. §.quos autem.Insti.de bono.poss.ergo edictum successorium non habet locum de iure ciuili;alioquin reperirētur duo eodem iure esse hæredes insolidum, contra. l. hæreditatem,in §.pater.ff.de castren. pecul. & contra.l. quod contra.§.uni duo.ff.de reg.iur. Bar. autem hic sequitur opi.huius glo. dicens, quòd hodie etiam in suis est locus edicto successorio de iure ciuili, ita quòd lex nostra hodie remanebit correcta.Mouetur per §.placebat.sup.allegatum.Secundò adducitur l. defunctis.j.de legit.hæred.Tertiò adducitur tex. in §.1.in Auth.de hæred. quæ ab intesta. Quartò allegatur tex.in l.1.§.si quis adita. ff.ad senatuscon.Tertul. ubi obtenta restitutione in integr.per filium aduersus aditionem hæreditatis maternæ,sequens,idest agnatus, qui est frater personæ defunctæ,admittitur beneficio senatusconsulti Tertul.qđ est de iure ciuili. Quintò ad idem adducitur l. 2. §. sed & si sint sui. illo eodem titu. ff. ad Tertullia. Sextò mouetur Bar.quia certum est,quòd per aditionem instituti expirat uulgaris substitutio.l.post aditā. supra de impu. & alijs subst. & tamen si institutus per in integ.restitutionem abstineat,substitutus admittetur de iure ciuili.l. ex contractu.ff.de re iudica.& l.sed & si fine.§.sed quòd Papinianus.ff.de mino.Nō obstat secundùm Bar.si dicatur, quòd duo eodem iure non possunt esse hæredes insolidum:quia respondet Bar.quòd verum est directò. Sed unus bene potest esse hæres directò, & alter hæres utili-
23 ter, & dat exemplum in senatusconsulto Trebel.† Nam hæres post hæreditatem restitutam fideicommissario remanet hæres directò, & fideicommissarius est hæres utiliter.§.restituta.Insti.de fideicom. hære. Vltimò pro hac parte adducitur l. & si ex modica. §. si filius. ff. de bon. libert. ubi si filius liberti abstineat ab hæreditate liberti, p̄ronus uocatur ex leg.12.tab.ad successionē liberti.Vos autem sequamini opinionem Iac.de Rauen. Pet.de Bellaper.& sequaciū,& dicite, quòd etiam hodie in suis nō est locus edicto successorio de iure ciuili, ita quòd lex nostra etiam hodie non erit correcta, imò iste est casus, in quo bonorum possessio adhuc hodie est necessaria.Et pro ista opi.faciunt motiua,quæ in superioribus allegaui.Ad motiua supra in contrarium facta respondebitis, & primò ad §. placebat,quòd loquitur in agnatis transuersabilibus, in quibus hodie est bene locus edicto successorio de iure ciuili. Et est ratio, quia quando proximior agnatus ex trāsuersalibus repudiat,desinit esse hæres ipso iure,ideo non est mirum, si sequens admittatur de iure ciuili:nos verò loquimur in suis,quo casu, si filius in potestate abstineat à beneficio Prætoris,tamē nō desinit esse suus, nec desinit esse hæres de iure ciuili, ut probaui in superioribus.Ad l.defunctis,respondeatis, q̄ loquitur in agnatis transuersalibus. Nos autē loquimur in agnatis descendentibus, vnde illa lex hic corrigens non debet extendi ad casum nostrum, etiam ex identitate rationis, ut notatur in Auth. quas actiones. supra de sacrosan.eccle.Ad §.1.in Auth.de hære.quæ ab intestato.respondebitis, quòd non loquitur, quando filius in potestate abstinuit, & si uidebitis totum illum titulum, non reperietis, quòd Imperator ibi dicat nepotem admitti, quando filius in potestate, itemque pater abstinuit,sed bene dicit nepotem admitti in eo gradu, & ex eo capite,quo pater suus,si uiueret,admitteretur. Ad l. 1.§.si quis adita,respondete,quòd uerba senatusconsulti Tertulliani erant suspensiua,& extensiua:quia dicebāt hoc modo. Si nemo ex filiis volet hereditatem &c.licèt ergo filius uoluerit: quia tamen non perseuerauit in illa voluntate, imò fecit se restitui in integrum aduersus aditionem,ideo senatuscōsultum Tertullianum uocat agnatum.Et eodem modo respondeatis ad §.sed & si sint sui. Ad l. ex contractu,respondeatis, quòd ibi ille substitutus non uocatur de iure ciuili,sed de iure Prætorio.Ad l.& si ex modica §.si filius.respōdebitis, quòd licèt lex. 12.tabu.uocet patronum ad successionem liberti(nullo filio liberti existente) tamen quando extat filius liberti, & abstinet ab hæreditate,lex.12. tab.nō uocat patronū. Cū ergo text.in d.§.si filius, dicat patronū admitti,& nō exprimat quo iure, debemus intelligere,quòd admittitur non ex l.duodecim tab.sed ex l.Papia.de qua loquitur tex.in §.postea.cum.§.sequenti.Insti.de succes. libertorum. Elicio ergo uobis secundam conclusionem,
24 † quòd etiam hodie in suis non est locus edicto successorio de iure ciuili.Et ut habeatis utilitatem huius con-
25 clusionis dicite, † quòd si filius in potestate abstineat ab hæreditate paterna, nepos tanquam suus non admittetur ad successionem aui de iure ciuili. Ex hoc infertur, quòd si ipse nepos, qui non vocatur tanquā suus,moriatur ante aditam hæreditatem aui, non transmittet illam hæreditatem uirtute suitatis ad quoscunque hæredes suos,& tamen si(filio primi gradus abstinente)nepos uocaretur, & suus ad hæreditatem aui,& moreretur ante aditam illam hæreditatem, eam transmitteret ad quoscunque secundùm ueram,& magis communem conclusionē,quā recitaui uobis in l.3.§.de iur.delib.Quòd autē nepos(filio primi gradus abstinente)non vocetur vt suus
26 ad hæreditatem aui,probo uobis.† Quia illi solùm dicūtur sui, qui obtinēt primum locum tempore mortis defuncti.§.sui.Insti.de hære.quali.& diffe.Sed in proposito nostro tempore mortis aui nepos non obtinebat primum locū, imò præcedebatur à filio primi gradus, qui est pater suus.Est ergo conclusio, quòd nepos non potest uenire vt suus, licèt filius, idemque pater repudiet.
27 † Si uerò quæritur,an ipse nepos possit saltem uenire ad hæreditatē aui ex leg.12.tab.tāquā de liberis, uel agnatis,& in hoc dicendum est,quòd non:quia lex 12. tabularum uocat suos,& facit,quòd ipsi sint sui, & necessarij hæredes,vt habetur in l.necessarijs.ff. de acquir. hæred. unde frustra tractaremus hoc casu, an abstinente filio nepos possit ex leg.12.tab.uenire ad successionē aui,cū ex leg.12. tab. filius in potestate non possit abstinere:quia Prætor fuit ille, qui dedit sibi beneficium abstinendi.§. sed his Prætor. Instit.de hære. quali. & diffe. Aut quæri-

mus

mus, nunquid nepos abstinente filio possit uenire tanquam agnatus ad successioné aui ex alijs legibus iuris ciuilis,& dicendum est, quòd sic, ut probatur in l. placebat.& in l.defunctus sup.allegatis,& expressiùs in §.consequens.& in §.1.in Auth.de hære.quæ ab intest.sed cõtra conclusionem, quam supra feci, dum dixi, quòd filio abstinente ab hæreditate patris, nepos non potest de iure ciuili uenire, ut suus ad hæreditaté aui, arguitur for-
28 titer.† Nam ius abstinendi, licèt sit adinuentum à Prætore.d. §. sed his Prætor.tamen hodie uidetur esse factum de iure ciuili.l.1.sup.si ut se ab hæredi.abst.& l.cum antiquioribus. inf.de iure delib.ubi de iure ciuili, etiam filiis suis est datum tempus ad deliberandum; ergo & ad abstinendum.Item per l. unicam. inf.de his qui ante aper. tabu.Ad idem, quòd beneficium abstinendi hodie sit de iure ciuili, adduco uobis tex. formalem. in l. fi. §. si uerò postquam.ibi, & præsentis legis auctoritate. inf. de iure delib.quem tex.ad hoc allegat Bal. in l. si pater. inf.de his qui à non domino manumi. Si ergo ius abstinendi est, ergo bene sequitur, quòd hodie de iure ciuili, quando filius abstinet ab hæreditate paterna, desinit es-
29 se hæres, etiam quò ad nudum nomen hæredis:† quia licèt Prætor non possit quem facere desinere esse hæredé, postquam fuit hæres de iure ciuili.§. quos autem. Insti. de bon. possess. tamen ius ciuile bene potest facere qué desinere esse hæredem, etiam quò ad nudum nomen hæredis, ut notatur in l.in substitutione.ff.de uulg.& pupi. & in §.exhæredatos.& ĩ §.si quis aũt non implens.in uerbo, auferri.ĩ Auth.de hær. & falc.Si ergo filius abstinendo desinit esse hæres in totum, ita quòd apud eum non remanebat nudum nomen hæredis, quare non dicimus nepotem posse uenire hoc casu ad hæreditatem aui de iure ciuili, cum nullum adsit impedimentum? ergo uidetur, ꝙ hodie sit locus edicto successorio etiam in suis.
30 †Sustinendo conclu.s̃.per me factam, respondebitis ad arg.prædictũ, ꝙ beneficium abstinendi concessum filiis in ptãte est de iure Prætorio, non aũt est de iure ciuili ẽt hodie: qa, si eẽt de iure ciuili, filius hodie abstinẽdo desineret esse hæres in totum, ita quòd nudum nomen hæredis nihil operaretur.Et tamen nos habemus, quòd tale nudum nomen hæredis operatur multos effectus etiam hodie. Nam confirmat tabu. pupillares. l. si filius qui patri,& ibi per Bar.ff.de vulg.& pupilla. Item confirmat libertates.l.cum quasi.§. sed & si quis. ff. de fideicõ. libert. Operatur etiam multos alios effectus, de quibus notatur in d.l.si filius qui patri. Non obstant arg. supra in cõtrarium facta, & primò non obstat l. prima. supra si vt se ab hær.abst.& l.1.inf.de his qui an.ape.tab.cum similibus.quia respondeo, quòd illa iura non inducunt, nec disponunt de nouo, quòd beneficium abstinendi sit de iure ciuili, sed referunt ius prætorium, per quod filiis in potestate est concessum beneficium abstinendi. d. §. sed his Prætor.cum ergo sint relatiua iuris prætorij, nõ inducunt nouam dispositioné.Ad l.fi.§.si uerò postquã. infra de iure delib. respondebitis, quòd illa uerba, ex præsentis legis auctoritate, referuntur ad id, quod dictum erat in præcedentibus, dum ibi dictum fuerat de adeunda hæreditate cum beneficio inuentarii, non autem referuntur ad id, quod dixerat de potestate discedendi ab hæreditate.Ad l.cum antiquioribus.inf.de iu-
31 re delib.respondebitis,†ꝙ licèt beneficium deliberandi sit concessum ẽt filiis in potestate, non tñ sequitur, ꝙ habeant beneficium abstinendi de iure ciuili, sed illud habent de iure prętorio.Faciatis ergo conclu.quæ est cõis
32 apud Doct.† quòd ius abstinendi(etiam hodie)est de iure prætorio, nec est effectum de iure ciuili,& huius sententiæ fuit Bal.in c.primo. in titu. an filius vel agnatus. in libel. feud. vbi dicit, quòd ibi est casus specialis, in quo ius abstinendi est de iure ciuili, scilicet quando feudum est iunctum cum hæreditate. Aduertite tamen, quia Ang.in repetitione huius.l.dicit posse reperiri unũ casum, in quo beneficium abstinendi erit de iure ciuili, scilicet in casu.l.cum antiquioribus. infr. de iure delib. Nam per illam. l. etiam filiis in potestate est concessum beneficium deliberandi, ergo & repudiandi. & sic uř, ꝙ istud ius repudiandi, seu abstinendi sit de iure ciuili.Ex quo infert, ꝙ si filius moriatur intra annum deliberandi, licèt transmittat illud ius deliberandi ad hæredes suos; tñ virtute suitatis nõ transmittet hæreditaté pr̃is non aditã ad hæredes suos, sed si moreretur post tp̃s deliberãdi; quia tũc suitas incipit reassumere vires suas, transmittet hæreditaté paternam nõ agnitam, etiam ad quoscunque hæredes uirture suitatis.Subijcit tamẽ ipse Ang.quòd licèt ista opi.sit pulchra in cathedra, tamen tutius est tenere, quòd filius in potestate(etiã hodie)sit suus, sicut olim, & quòd licèt possit abstinere; tamen illud ius abstinendi non est de iure ciuili, sed de iure prætorio. Ex ista cõclusione, quam fecit hic Ang. in repetitione, concipitis, quòd illud, quod vult Bart.in l.ex militari.§.fi.ff. de test. milit.est ualde dubitabile, dum dicit, quòd si filius in potestate moriatur pendente termino sibi statuto ad deliberandum, an velit adire uel non, transmittet uirtute suitatis hæreditatem paternam non agnitam ad quoscũque hæredes. Dicebat etiam hic eleganter Bal. posse reperiri casum, in quo nepos ex edicto successorio admittetur ad hæreditatem aui (etiam de iure ciuili) excluso patre suo, scilicet quãdo statutum disponeret, quòd filius pos-
33 sit repudiare hæreditatem paternam.† Nam, quia statu-
c tum est de iure ciuili c.l.omnes populi.ff.de iust. & iure. & statutum debet aliquid operari, vt vult Bart.in l.4.§. Prætor.ff.de damn.infe. & idem Bar.in l.1.ff.de usucap. Ideo hoc casu, si filius abstineat ab hæreditate patris uirtute statuti, desinet esse hæres ipso iure, etiam quò ad nudum nomen hæredis,& ideo nepos de iure ciuili ex edicto successorio admittetur ad successionem aui. Si tamen ipse filius moreretur ante abstentionem,& ante aditam hæreditatem paternam, bene transmitteret hæreditaté patris ex potẽtia suitatis ad quoscunq; hæredes: qa licèt per statutum prędictum possit extingui suitas secuta abstentione:tamen añ abstentionem non est extincta. Simile uidemus in datione cohæredis, quæ est apta extinguere suitatem. l.apud Iulianum.§. idem Iulianus. ff. ad Trebel.Et tamen si filius, cui est datus cohæres, moriatur ante aditam hæreditatem, uel repudiatam paternam, transmittet hæreditatem uirtute suitatis ad quoscũque hęredes, vt uidistis in l.si fratris.j.de iure delibe.Nõ ob.si dicatur, ꝙ tale statutũ non debet tollere suitatem, ẽt si filius abstineat:quia ut s̃. conclusi, licèt multæ leges recenseãt ius prætoriũ, quod dedit filiis potestaté abstinendi; tamen beneficiũ abstinendi oĩno est factũ de iure ciuili, sed remansit de iure prætorio, secundùm communem opin.ergo uidetur; quòd quamuis statutum disponat, quòd filius possit abstinere ab hæreditate paterna; tamen per tale statutum non debemus dicere, quòd ius abstinendi sit de iure ciuili, seu municipali, ergo non debet dici, quòd si filius hoc casu abstineat ab hæreditate paterna, quòd desinat ipso iure esse suus. imò uidetur, quòd remaneat suus, sicut quando abstinet beneficio Prætoris.l.2. §.sed si sint sui. ff. ad Tertul. quia huic arg.respondet Pau.de Ca.quòd multùm refert, per quæ
34 uerba loquatur statutum. † Nam si statutum dicat, quòd filius potest abstinere ab hæreditate paterna, intelligitur scilicet Prætoris beneficio:quia tale statutum uidetur relatiuum iuris prætorij. Sed si statutum dicat, quòd filius possit abstinere ab hæreditate paterna: tunc uidetur inducere nouam dispositionem, ita quòd, si filius abstineat uirtute statuti, desinet ipso iure esse suus, etiam quò ad nudum nomen hæredis.¶In eadem gl. ibi, si ponens

nens filium emancipatum. In hac parte uult glo. quòd l. nostra non possit intelligi in casu, scilicet quando filius primi gradus erat emancipatus, & nepos in potestate aui retentus; quia hoc casu nepos bene admitteretur ad successionem aui de iure ciuili, & tamen lex nostra uult, quòd non admittatur de iure ciuili, sed solùm de iure prætorio. Sed Iaco. de Rauen. insurgit contra istam gloss. & arguit hoc modo. Quando filius primi gradus est emancipatus, & nepos in potestate retentus, per edictum Prætoris, de quo in titu. de coniung. cum emanci. pa. liber. emancipatus admittitur ad dimidiam, & nepos de iure ciuili ad aliam dimidiam. vnde si hoc casu nepos uelit uenire ad partem patris sui emancipati exclusi, habet necesse uenire de iure prætorio, sicut uocabatur pater suus; alioquin portio patris sui non accresceret sibi ipso iure, imò necessaria esset noua petitio, l. sed cum patrono. ff. de bono. poss. Sed Rapha. Fulg. respõdet ad istud argu. quòd in casu præmisso nepos de iure ciuili uocabatur ad totam hæreditatem, & emancipatus uocabatur per edictum Prætoris ad dimidiam: ita demũ si uolebat admitti, & non aliàs; ergo eo repudiãte perinde est, ac si nunquam fuisset in medio. l. 2. §. si mater hæreditatẽ. ff. ad Tertull. Vel aliter licèt in casu præmisso non accresceret ipso iure portio patris emancipati, & exclusi; tamen nihil est impedimento, quin peti possit illa portio, nec hoc negat arg. Iacobi. ¶In eadem glo. ibi, sed in eo, quod dicitur, negat in hac parte. Glossat. uult ostendere, quòd istud uerbum, negat, hic in tex. positum non importet iuris ministerium. Nam si præsupponimus patrem nepotis adiuisse hæreditatem aui: certè nepos repudiando hæreditatem patris sui, non potest facere, quin habeat utranque hæreditatem, scilicet auitam, & paternam; quia simul sunt commixtæ. l. sed si plures. §. filio. ff. de uulga. & pupilla. Si uerò præsupponimus, quòd pater nepotis repudiauerit hæreditatem aui: tunc oportet dicere, quòd sunt hæreditates diuersæ, & distinctæ, & ideo nepos poterit amplecti utranque, si uoluerit, uel alteram ex eis, ut notatur in l. quidam elogio. inf. de iure deliber. Ad istud arg. ista glos. respondet, q istud uerbum, negat, in tex. positum nõ fuit appositum ad demonstrandum, quando hereditas auita possit separari à paterna, sed est appositum ad denotandum, quòd si nepos non repudiaret hæreditatem patris sui, posset euenire casus, in quo de iure ciuili ipse nepos posset habere hæreditatem aui, scilicet, quando eius pater adiisset hæreditatem aui, & intelligendo, q ipse nepos non repudiasset heręditatem patris sui, sed imò erat in eius potestate, & sic erat suus hæres patri, uel si erat emancipatus, fuerat hæres institutus à patre suo. Sed quamuis iste intellectus gl. sit uerus in se; tamen nõ adaptatur ad terminos legis nræ. Nã si pater nepotis adiisset hæreditatem aui, nõ posset hoc casu nepos etiã repudiãdo hæreditatẽ patris sui habere solã hæreditatẽ aui, ẽt de iure ꝑtorio: quia reperirẽtur istæ hereditates simul commixtæ. d. §. filio: vnde intelligendo istam legem in casu, quando scilicet pater nepotis repudiasset hæreditatem aui, est necesse fateri, q istud uerbũ, negat, non importet iuris ministerium, sed denotat facti cõtingentiã. vnde non posset hic sumi arg. à cõtrario sensu. Posset ẽt aliter intelligi, ita quod uerbũ, negat, importabit iuris ministerium intelligendo secundùm Bal. q iste pater nepotis decessit non adita, neque repudiata hæreditate aui, & ita decessit deliberans. Nam hoc casu, si nepos agnoscat hæreditatem patris sui, uocabitur de iure ciuili ad hæreditatem aui per ius deliberandi in eum transmissum. l. cum antiquioribus. inf. de iure delib. uel uirtute transmissionis in eum factæ ex potentia suitatis. l. si fratris. inf. de iur. delibe. & hoc si nepos agnoscat hæreditatem patris, sed si eam repudiat, non poterit uenire, nisi de iure prætorio ad hæreditatem aui: imò qđ fortius est, hoc casu, quando repudiat hæreditatem patris sui, excludetur à tali bonorum possess. per eum, qui erit hæres patris sui, secundùm Iacob. de Rauen. Bart. & communiter omnes, saluo Bal. qui dicit, quòd communis opinio, quæ habet, quòd hæreditas non adita transmittitur uirtute suitatis ad quoscunque hæredes. d. l. si fratris, debet limitari, ut non procedat in casu isto, scilicet quando pater nepotis decessit deliberando, nõ adita, neque repudiata hæreditate aui, & nepos repudiat hæreditatem patris sui. Nam hoc casu fiet transmissio hæreditatis auitæ in nepotem duplici iure, scilicet suitatis, & sanguinis. Mouetur per l. unicam. inf. de his, quæ ante aper. tab. quæ in ueritate non probat, quia loquitur de transmissione, quando fit in eum, qui est hæres transmittẽtis, & nos loquimur in casu diuerso. Ideo fortè Bart. de Sali. Raph. Fulgo. & Paul. de Cast. reprehendunt Bald.
35 Mouentur: † quia nepos non potest repudiare hæreditatem patris, & acceptare auitam, imò repudiãdo hæreditatem patris, intelligitur etiam repudiare auitam simul iunctam ob suitatem: quæ suitas operatur, ut etiam patri ignoranti acquiratur hæreditas aui. l. hæreditatem. §. 1. ff. de castren. pec. Mouentur etiam alio fundamento; quia sicut pater nepotis præferebatur ipsi nepoti in hæreditate aui, ita & hæres ipsius patris, quicunque sit: quia repræsentat personam defuncti, Authen. de iureiur. à morien. præsti. in prin. Et in ueritate Bald hic in eo, quod dixit sup. proximè, malè loquitur, & ipsemet seipsum correxit in l. 2. inf. ad senatuscon. Orfic. licèt pro eo, quod hic uult, uideatur esse glos. in l. si quis filium. in §. 1. ff. de acquiren. hæred. sed illa glo. est communiter reprehensa. Addit Bal. hic unum aliud uerbum subtile dicens, quòd in casu proximè relato, scilicet quãdo pater nepotis decessit deliberans, idest, non adita, neque repudiata hæreditate aui, & nemo reperitur, qui uelit esse eius hæres; tunc nepos, quantumcunque hæreditatem patris sui repudiauerit, tamen per bonorum poss. vnde lib. poterit uenire ad successionem aui ex edicto successorio: quia nemo alius est, qui possit uenire præ-
36 ter eum, † cum bonorum possessio non agnita non transmittatur. l. 3. §. 1. ff. de bono. possess. & uidistis in l. emancipatus. §. qui admitti. Sed Pau. de Cast. in hoc tenet cõtra Bal. quia hoc casu saltem fiscus uocabitur: quia bona incipiunt esse uacantia. l. 1. §. an bona. ff. de iur. fis. & l. si uacantia. inf. de bon. vacan. lib. 10. Sed uos potestis sustinere Bal. quia, antequam fiscus adeat, poterit nepos per bonorum poss. vnde lib. habere successionem aui: reuocabitur tamen. l. si impubes. §. fi. ff. de Carbo. edict. de cuius §. intellectu dixi uobis in l. unica. sup. quand. non peten. par. Rapha. Fulgos. dat alium intellectum ad l. nostram, dicens, quòd si pater nepotis repudiauit hæreditatem aui: tunc nepos ex persona patris sui poterit reuocare illam abstentionem: quia sicut suus, qui abstinuit ab hæreditate paterna, potest suam abstentionem reuocare. l. fi. inf. de repud. hæred. ita & hæres suus poterit hoc facere. Sed Ang. & Io. de Imo. in l. uentre pleno. ff. de acquiren. hære. determinant contrarium dicentes, quòd licèt hoc priuilegium concedatur ei, qui est suus, tamen eius hæredi non conceditur, per l. unicam. inf. de his qui ante aper. tabu. & licèt Romanus hic sequatur opi. Fulgo. tamen uos tenebitis opi. Ange. & Imo. Et ad motiua Romani respondebitis: primò enim adducit gl. in l. cum antiquioribus. in uerb. præcipua. ĩ. de iu. delib. quæ hoc nõ probat, neq; ẽt suam opi. probat l. Iulianus. aliàs incipit si pupillus. ff. de acquir. hær. adducit ẽt l. nõ solùm. ff. de in integ. restitu. sed illa loquitur in casu speciali, scilicet in restituti. in integ. quæ competit minori: quia illa bene transmittitur ad hæredẽ minoris. Et quòd in proposito nostro beneficium. l. fin. inf. de repud. hæred.

red.non tranſmittatur ad hæredem, probo vobis: quia
quòd fiat tranſmiſsio hæreditatis non aditæ,eſt ad fauo
rem tranſmittentis,vt habeat hæredem.l.& quia.ff.de in
terrog.act. ſed quando ſuus abſtinuit ab hæreditate pa-
terna,licèt ipſe poſſet illam abſtentionem reuocare.d.l.
fi.tamen hoc beneficium non trāſmittitur ad eius hære-
dem:quia eſſet in damnum ipſius tranſmittentis,quia fie
ret contra voluntatem ſuam, & ideo non tranſmittitur
ad hæredem, arg.l.fi.ff.de uſu & habit. ¶In eadem gloſſ.
ibi,ſit emācipatus, vel non. Si intelligatis gl.velle,quòd
iſta lex procedat in caſu iſto, ſcilicet quando filius eſt
emancipatus, & nepos in poteſtate retentus,malè dice-
ret:quia in præced.dicit oppoſitum.Videamus ergo, an
l. noſtra poſsit procedere in aliquo ex caſibus ſupra in
hac glo.enumeratis.Et concludatis, quòd ſi præſuppo-
nimus filium, & nepotem ambos remanſiſſe in poteſta-
te, tunc, an hoc caſu procedat lex noſtra, dependet ab
articulo, quē examinaui ſupra,an hodie in ſuis,ſit locus
edicto ſucceſſorio de iure ciuili. Et ſi teneas partem af-
firmatiuam, quòd habeat locum, tunc hoc caſu hodie l.
noſtrá non procederet:quia nepos poſſet uenire de iure
ciuili,& tamen l. noſtra vult, quòd ſit ſibi neceſſaria bo-
norum poſſeſ.de iure prætorio.Si uerò præſupponimus
filium, & nepotem ambos emancipatos,tunc hodie non
procederet l. noſtra,quia hodie emancipati ita bene ſuc
cedunt,ſicut ſui de iure ciuili,Auth.in ſucceſsione. infr.
de ſuis,& legit.& Auth.ceſſante,inf.de legit.hæred. Et
ideo filius emancipatus hodie pręferretur nepoti in ſuc
cedendo.Si uerò præſupponimus filium emancipatum,
& nepotem in poteſtate retentum, tunc nepos admitte-
retur de iure ciuili.Et an hoc caſu procedat l.noſtra,exa
minaui ſupra. ¶In glo.in uerbo,facultates, & ibi, quòd
37 omnino nego.Iſta glo.determinat,† quòd nepos conce-
ptus poſt emancipationem filii non eſt agnatus auo, &
eſt ratio: quia filius primi gradus per emancipationem
deſijt eſſe agnatus:q̃a paſſus eſt minimā capitis diminu-
tionem. l.tutelas. ff.de capit. dimin.aliàs niſi ita dicere-
mus, prouiſio Anaſtaſij, de qua in l.4.ſupra de legit. tu
to.non fuiſſet neceſſaria.Et pro opi.huius glo. facit tex.
Inſti.de fidu.tut.Non obſtat,ſi dicas,quòd lex ciuilis de
fert legitimam ſucceſsionem patri in bonis filij emanci-
pati.§.fi.Inſtitu.de legit.agna.ſucceſ.ergo uidetur,quòd
filius non obſtante emancipatione remaneat agnatus.
quia ad hoc arg.reſpondebitis, quòd non ſequitur.Lex
defert legitimam ſucceſsionem, ergo non deſijt eſſe
agnatus.Nam videmus,quòd lex ciuilis defert legitimā
ſucceſsionem etiam cognatis, & tamen non omnes co-
gnati ſunt agnati. Ang.in repetitio. huius.l.fuit in ſingu-
lari opi.dicēs,quòd licèt filius per emancipationem de-
ſinat eſſe agnatus; tamen ipſe pater emancipans non de
ſinit eſſe agnatus:quia nullam patitur capitis diminutio
nem.l.fina.inf.de emancip.liber.Sed opi.iſta Ang.nō vi-
detur bona duabus rationibus. Prima eſt,quòd extincto
vno correlatiuorū extinguitur & reliquum.l.fi.ff.de ac-
cept.Item attenta ratione Ang.ſequeretur, quòd nepos
qui fuit conceptus poſt emancipationem filij,eſſet agna
tus auo:quia cum nunquam fuerit emancipatus,non poſ
ſumus dicere, quòd vnquam paſſus fuerit aliquā capitis
diminutionem.Eſt tamē verum,quòd non dicitur agna-
tus auo:quia non poteſt dici agnatus per mediam perſo
nam filij,qui non eſt agnatus patri ſuo propter emanci-
pationem,l.qui in adoptionem. ff. de adop. Faciatis er-
38 go hanc concluſionem, † quòd nepos conceptus poſt
emācipationē filii non dicitur agnatus auo.Et ita tenea-
tis.Dicunt tamen hic Bal. Sal.& Pau.de Caſt.quòd filius
d emancipatus,& nepos [d] conceptus poſt emancipationē
filii largo modo poſſunt dici agnati: quia deſcendunt p
39 virilem ſexum. Ex hoc inferunt, † quòd emancipatus
ita bene ſuccedit in feudalibus, ſicut ſi emancipatus nō
eſſet.Et hoc uolunt et Bal.& Pau.de Ca.in Auth.in ſuc
ceſsione.inf. de ſuis & legit.Et ipſe Bal.in c.1.in titu.an
filius,vel agna.bene facit tex.in c.1.§.& ſi clientulus. in
titu.de alienat.feud. vbi conſideratur deſcendentia per
uirilem ſexum, non autem conſideratur prima pote-
40 ſtas. Inferunt etiam præfati Docto.† quòd in ſtatuto di-
ſponente,quòd cauſæ inter agnatos debeāt compromit
ti,comprehendantur prædictæ perſonæ: quia tale ſtatu-
tum eſt fauorabile, cum ſit interdictum gratia dirimen-
darum litium,arg.l.fin.ff.fam.erciſcun.Et quòd tale ſta-
tutū dicatur fauorabile,tenuit ipſe Bal. in l.affinitatis.j.
commu.de ſucceſ.Et Fulgo.in l.4.§. Prætor. ff. de in ius
uoc.Ego ad hoc addo pulchrum conſi.Raph.Fulgo.ſuo
conſi.52.incip.uiſo dicto themate, bene facit,quod no.
Bar.in prima conſtitutione huius uol.ubi dicit,ꝙ tale ſta
tutum cenſetur conditum ob publicam utilitatem. Ad-
uertite,quia tale ſtatutum nō poteſt dici correctoriū iu-
ris communis.Nam tunc poſſet dici correctorium,quan
do generaliter diſponeret,quòd omnes cauſæ inter liti-
gantes debeant compromitti: nam tunc bene diceretur
correctorium iuris communis, & conſequenter dicere-
41 tur odioſum: † quia de iure communi nemo tenetur cō-
promittere.Ita notat Bar.in l.furti.§. qui iuſſu. ff. de his
qui nota.infa.Et Bal.in l.ex ſtipulatione.C.de ſentētiis.
42 † Statutum autem diſponens, quòd inter agnatos cauſæ
compromittantur, non eſt correctorium iuris commu-
nis,ſed potius limitatiuum.Et nos habemus, quòd iura
limitatiua potius extenduntur, quàm iura correctoria,
vt notatur in l.ſi conſtante.ff.ſol. mat.Et quando tracta-
tur de fauore rei publicæ,uel de aliqua cauſa fauorabi-
li,bene poſſumus facere extenſionē de uno caſu ad aliū
per identitatē rōnis, ut not.in d.l.ſi cōſtante.q.7.primæ
par.prin. Et ꝙ ſtatutū prædictum diſponens de agnatis,
poſsit extendi.bñ facit pulchra gl.in l.unica.inf.de his,
qui ante aper.tab.:ubi diſpoſitio illius.l. quæ eſt fauora-
bilis; licèt loquatur ab inteſtato, tamen extenditur ad
cauſam teſtati.Ad idem faciunt notata per Bald.& Salc.
43 in l.2.ſup.de in ius uocan. ubi dicunt, † quòd ſi ſtatuto
cauetur, quòd (extantibus filiis) filiæ excludantur à
ſucceſsione, tale ſtatutum extenditur ad nepotem, ut
excludat fœminas;licèt nepos impropriè, & largè dica
tur filius,ut uult Bar.in l.liberorum. ff.de uer.ſig.Et per
prædicta patet reſponſio ad argum. quod fieri poſſet in
contrarium, arguendo, quòd ſtatutum loquens in caſu
uero,non debet extendi ad caſum fictum.l.3.§.hæc uer
ba.ff.de neg.geſt.Sed emancipatus, & nepos conceptus
poſt emancipationem non ſunt propriè agnati;licèt ad
ſimilitudinem agnatorum ſint redacti.l.meminimus,ibi,
ad ſimilitudinem ſuorum.inf.de legit.hæred.& nota prę
dicta,quia ſunt utilia.¶ In eadem glo. ibi per maſculinū
ſexum. Iſta ratio non eſt bona: quia non ſequitur, ne-
pos conceptus poſt emancipationem filii eſt coniūctus
per lineam maſculinam,ergo eſt agnatus auo:quia cum
ſit coniunctus per mediam perſonam filii emancipati,
qui propter emancipationem deſiit eſſe agnatus,conſe-
quenter ipſe nepos non poteſt dici eſſe agnatus auo, ar
gu.l.traditio.ff.de acquiren.rerum dominio. & l. qui in
adoptionem.ff.de adop.¶In eadem glo.ibi,non eſt ab-
ſurdum.Vult iſta glo. ꝙ patri in bonis filii detur bono-
rum poſ.vñ lib.uel vnde parētes.Et de hoc habetis opti
mam glo.in §.ſunt tamen.in uerbo. vnde liberi.Inſti.de
bon.poſſe.Et iſta opi.eſt magis communiter approbata,
arg.l.nam & ſi parētes.ff.de inof. teſt.Nā vnde liberi nō
eſt ſpeciale nomen bonorum poſſeſsionis, ſed eſt,no-
men primi capitis inter quatuor capita bonorum poſſeſ
ſionum,quæ capita inducit Prætor.l.1.ff.ſi tab.teſta.nul
44 læ extab. † Vnde uenire per unde liberi, nil aliud eſt
quam uenire ex primo capite, & iſtud primū caput fuit
adinuentum:quia liberi primò uocantur ex uoto paren-
tum

tum.l.ſcripto.ff.vnde lib.& ſicut in ſucceſsione aſcendẽtium deſcendentes habẽt bonorũ poſſeſ. unde liberi.Ita econtra aſcendentes in ſucceſsione deſcendentiũ debẽt habere bonorum poſſeſ.vnde liberi, vel vnde parentes. Et pro iſta parte facit:quia quemadmodum liberi habẽt animum ad agnoſcendum bonorum poſſeſſ.ita etiam parentes.l.1.§.largius. ff. de ſucceſſ. edict. Ad idem facit: quia patri bonorum poſſeſsio contra tab.datur in bonis filii emancipati.l.1.ff.ſi quis à paren.fue.manumiſ.ergo debet habere ab inteſtato bonorum poſſ. vnde liberi.l.1.ibi,ut ſicut contra tabu.&c.ff.ſi tabulæ teſta.nullæ extab.Sed domini Vltramontani tenent contra iſtam glo. Mouentur,quia ſi patri in bonis filii daretur bonor. poſ. vnde liberi,uel vnde parentes, certè pater excluderet matrem à ſucceſsione filii:quia mater uenit per bonorũ poſſ.vnde legitimi.l.2.in fi.ff.vnde legit.Et bonorũ poſ. vnde liberi,præfertur bono.poſſ.vnde legitimi.l.1.ff qs ordo in bono.poſſ.ſeru.& Ioan.Fab.in §.ſunt autẽ, Inſt. de. bon. poſſ. ſequitur opi.DD. Vltramont. Sed ſuſtinẽdo opinio.huius gloſſ. quæ eſt communiter approbata, poteſtis reſpondere argu.prædicto,& fateri, quòd olim pater in ſucceſsione filii præferebatur matri.§.præferentur,Inſt.ad Tertullia.& l.2.§.obiicitur.ff.illo eod.tit.ad Tertul.Hodiè uerò pater non præferretur,imò mater admitteretur cum eo ad ſucceſsionem filii.Authen.defuncto,infra ad Tertullia. & licèt pater ueniret ad bonorum poſſ. vnde liberi,uel vnde paren.tamen hodie nõ excluderet matrem.tenete ergo opi.huius glo. ¶Extra gloſſ. quæro pertinenter ad materiam.Viſum eſt in iſta glo. ſi. quòd nepos conceptus poſt emancipationem filii nõ eſt
45 agnatus auo.†Ponamus,quòd filius emancipatus moriatur uiuente auo: an auus teſtando teneatur inſtituere dictum nepotem. Concludatis quòd ſic: quia hodie eſt ſublata differentia agnationis,& cognationis,& differentia emancipationis,& patriæ poteſtatis.§.nullam.In Authen.de hæred.quæ ab inteſt.& Auth.ceſſante, infra de legit.hæred.Et ad hoc uide pulchrum conſil.Alex. ſuo conſil.103.in 3.uolum. quod incipit Chriſti ſaluatoris noſtri,& glorioſæ Virginis Mariæ nominibus inuocatis circa primam dubitationem.Addatis, quòd ſicut parentes liberis debent relinquere legitimam honorabili titulo inſtitutionis,alioquin teſtamẽtum eſt nullum.§. aliud quoque capitulum,in Authen.vt cum de appel.cognoſ.
46 †ita econtra liberi aſcenden.tenentur relinquere legitimam honorabili tit.inſtitutionis, aliàs teſtamentum erit nullum,tex.habetis in §. ſinautem hæc obſeruata nõ fue
47 rant in Authen.proximè allegata,ubi text.dicit, † quòd eadem ſolemnitas,quæ ſeruatur de deſcend. ad aſcend. ita econtra.& iſtam opi.ſequitur Ang. in l. nam & ſi parentibus.ff.de inoff.teſtam.Et iſtam opi.tenete,licèt Bar. in l.ſiue.§.excluditur.ff.de iure patr.tenuerit, quòd deſcendentes aſcenden.non tenentur relinquere honorabili tit.inſtitutionis, ſed ſufficit,quòd quoquo relicti titu. relinquant.Et iſta opi.Bart.poſſet procedere de liberto ad patronum.Addatis,quòd ſecũdùm iſta iura C. quòd ſi filius præteribat matrem,talis præteritio habebatur ꝓ exhæredatione,ita quòd matri,uel aliæ præteritæ dabatur querela inofficioſi,tex.habetis in l. cum filium, ſup. de inof.teſtam.tamen hodie ſi talis præteritio fieret ſine cauſa legitima,teſtamentum eſſet nullum, per notat.per glo.in §.exhæredato,in Authen.de hære.& falc. uidiſtis in Auth.ex cauſa.ſup.de lib. præter.¶Vltimò nota perpetuò unum,quod uult hic Bal.in antepen.colum. dum
48 dicit,†quòd quando Princeps concedit priuilegium alicui mediante pecunia,ſeu pretio, illud non eſt propriè priuilegium, ſed dicitur conuentio & contractus irreuocabilis,ita quòd Princeps non poterit poſtea reuocare.Addatis,quòd.Pau.de Caſtr.in l.1. ſupra de liber. & cor.lib.licèt non faciat mentionem de dicto Bal.hic;ta-
49 men mouet talem quæſtionem. †Pone. Communitas ſuperior,puta communitas Venetiarum conceſsit immunitatem alteri ciuitati mediante pretio,an illa communitas ſuperior poterit poſtea reuocare illam immunitatẽ. Dicit quòd quidam dicebant, quòd non: quia illa erat conuentio,& contractus irreuocabilis. Sed ipſe Pau.dicit ſe allegaſſe ad oppoſitum.l.Titius puerum.ff. de obſeq.à lib.patr.præſtan.ubi ſecundùm eum probatur,ꝙ licèt pecunia ſit accepta:tamen dicitur gratia:licèt nõ gratuita,ergo debet poſſe reuocari, poſtea dicit diſtinguẽdum eſſe hoc modo. Aut talis immunitas fuit conceſſa per communitatem ſuperiorem,uel Principem,communitati ſibi ſubditæ,& tunc appellatur gratia,licèt nõ gratuita,ſiue priuilegium: & quando priuilegium conceditur ſubdito,poteſt quandocunque reuocari,allegat c.ueniens,extra de præſcri.vos allegabitis not.Innocent. & aliorum Docto.in c.nouit,extra de iud. Aut talis conceſſio fuit facta communitati non ſubditæ,quæ tamen poſt ea uenit in ſubiectionem, & hoc caſu: quia talis conceſſio tranſiuit in contractum,non poterit poſtea reuocari, per not.per Bar. in l.quod ſemel.ff.de decr.ab ord.faciẽ. Addatis,quòd ſi uultis ſcire, an Princeps priuilegium conceſſum alteri poſsit reuocare cum cauſa, uel ſine cã, uidete pulchrum conſ. Alex.ſuo conſil.1.incip.In Chriſti nomine,&c.uiſis inſtrumentis, in 1. uolu.Ex his cum laude Dei ſit expedita iſta lex 8.die menſis Iunii M.493.

ADDITIONES.

a ¶Dictionem,maximè. Adde, quòd iſta dictio,maximè, ponitur comparatiuè,ſeu augmentatiuè.l.filiofam. ff de cond.& dem.l.prouinciarum.C.de fer.l.illud.ff.ad l.aq. & l.1.C.de reſcin.uend.& aliquando abundat, ut l.ulti. circa princip.C.de teſtam. vide de hac dictione in cap. ad abolendam,per Bal.ext.de fil.presb.

b ¶Renunciatio. Adde, quòd renunciatio iuris præſentis non requirit præſentiam partis aduerſæ.l.poſtquam liti, ſupra de pac.Innocen.Hoſtien.& Ioan. And.in c.ueniẽs, extra de renuncia.& ita intelligit gloſſ. in l. non ſolùm. §.liberationis uerba.ff.de lib.lega.not.Bald.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.ſiue talis renunciatio fiat in iudicio,ſiue extra.C.qui accuſ.non poſſ. l. accuſationem,& ff. de acqui. hære. l. 2. & l. is qui,&extra de pręſcrip.c.pen.& per Henricum Bouhic,in c.ex parte,extra de confeſſ.

c ¶De iure ciuili. Et ideo uariantur ſecundùm tempora,ſicut & ius ciuile,Pe.de Anch.in c.non debet,nu.2.ext.de conſang.& aff.

d ¶Et nepos. Quis dicatur nepos. Vide per Pe.de Ancha. in c.tua nos,nu.1.ext.de cõſang. & affini. & an contineatur appellatione filiorum. Vide eundem in c. quibuſdã, nu.7.extra de pęn.

Rub. de hæredibus inſtituẽdis, & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt.

SVMMAE.

1 *Hæres, hoc nomen capitur tripliciter in iure.*
2 *Hæreditas non dicitur iacens, quando filius, qui dicitur ſuus, ſupereſt mortuo patre.*
3 *Auctoritas gloſſæ antecellit omnes alias auctoritates.*

1 ¶Super hac Rub.ꝓmitto uobis,†ꝙ hoc nomẽ,hæres,capitur tripliciter in iure nr̃o. Primò pro filio, quantuncũq; nihil hẽat de hæreditate pr̃na.l.ꝓ hærede.§.ſi ſepulchri. ff.de acq.hę.Scd̃ò capitur pro eo, qui eſt hęres in habi-

tu,& nõ in actu.l.3.inf.de iure delib. Tertiò capitur pro
eo,q est hæres habitu.& actu.Ista sũt uerba Bal.in d.l.3.
2 in fin.commenti.¶ † Item quando mortuo patre super-
est filius,qui dicitur suus. non dicitur hæreditas iacens.
¶ Et ideo processus factus contra hæreditatem tan-
quam iacentem nihil ualeret.Ita dicit Bald. post glo.in
3 l.hæreditas.inf. depositi. & ibidem dicit, † quòd aucto-
a ritas glo.omnes alias auctoritates antecellit [a].

ADDITIO.

a ¶Antecellit.Adde tu,quòd gl. sufficit pro tex. quando tex.non reperitur.Ioan.de Imo.in l.2. de vulg. & pupil. Bal.in l.fi.de edic.Diui Adria.tol.Franc. Por. in tracta. suo de duobus fratrib.in 2.par.q.47.

In l.Qui deportantur.

SVMMAE.

1 *Institutio facta de deportato est pro non scripta.Et de excommunicato.nu.3.*
2 *Tanquam,dictio quomodo sumatur.*
3 *Excommunicatus non potest institui hæres.Et an possit facere testamentum.nu. 4.*
5 *Spurius non potest institui hæres uniuersalis, & si instituatur,institutio erit nulla.*
6 *Bannum,hoc nomen sumitur quattuor modis in iure.*

1 QVi deportantur.¶† Institutio facta de de-
portato est pro non scripta.h.d. ¶In gl.1.
2 † Addite,quòd dictio,tanquam, aliquan-
do est nota improprietatis,seu similitudi
nis, aliquando est nota ueritatis. Ad hoc allego uobis
tex.cũ gl.in c.solitæ.in uer.tanquã ext.de maio.& obed.
& Bart.in l.1.in prin. ad fi. commenti.ff.de offic.eius,cui
man.est iurisdi.eundem Bart.in l.omnes populi. in vlti-
ma charta.ff.de iusti.& iure. tex.& Bal.in l.meminimus.
inf.de legit.hæred.Addatis hic ad scripta per dominum
3 Alexan.† quòd si excommunicatus instituatur hæres,in-
stitutio non ualet.Ita not. Hostien. in summa sua,in titu.
4 de testamẽtis.§.quis sit effectus. versicu. † & hoc prodest
a notare, licèt excõmunicatus possit facere testamentũ [a],
ut habetur in c.decernimus.ext. de sententia excommu-
ni.li.6.& Bar.hoc vult in l.si quæramus.ff.de test.¶Item
5 dicit hic Ang.† quòd si pater instituat spurium suum hæ
redem vniuersalem,institutio est nulla, nec fiscus habe-
bit, sed venientes ab intestato.Idem dicit, si instituatur
filius hæretici, vel filius damnati de crimine læsæ maie-
6 statis.¶Item notabitis,†quòd bannum sumitur quattuor
modis ĩ iure nostro.Primò sumitur pro voce pconia,iux
ta Auth.qui semel.C.quomodo,& quando iud. Secũdò
capitur bannum pro mulcta, quam imponit iudex.glo.
notabilis.in l.1.§.quid ergo,in verbo mulcta. ff. de ven-
insp.Tertio modo capitur bannum pro annotatione bo-
borum.l.1.& ibi gl.ff. de requir.reis.Quarto modo capi
tur pro sententia ipsius banni; talis tamen sententia non
reddit bannitũ intestabilem . l. si quis filio exhæredato.
§.eius.ff.de iniust. rupto. ¶Quandoque tamen quis bannitur extra ciuitatem, sed non propter maleficium,puta propter lepram, uel si est hæreticus: tales enim propter timorem infectionis possunt expelli. Authen. iusiuran. quod præst. ab his. in fine. Bald. in l.nullus. C. de sum. trinit. & fide catho.

ADDITIO.

a ¶Facere testamentum. Tu vide tex.quòd non potest facere testamentum.in c.excommunicamus. §.credentes. ext.de hæret.& ibi Scriben.maximè Pet.de Anch.

In l. Pater tuus.

SVMMAE.

1 *Residui appellatione continetur totum.*
2 *Superfluum,uerbum idem importat, quod uerbum,residuum.*
3 *Bastardus quomodo possit institui pulchra cautela.*

1 PAter tuus.¶† Appellatione residui continetur totum. h. d. Idem est, si testator usus fuisset isto uerbo parte: quia appellatiõe partis qñque uenit totum.l.uxoris.in prin.ff.de leg.3.¶ Addo hic ad scripta per dominum Alex. ꝙ illud,quod dicitur hic de isto uerbo, in residuo, haberet etiam locum, si testator dixisset,in superfluo, vel in reliquo. De uerbo, reliquum,habetis tex.cum glo. in uerbo,reliquum. in l.
2 si ex pluribus.ff.de solu.De isto verbo,superfluũ,†quod
idem importet,quod verbum,residuum,est tex. cum gl. in l.in insulam.§.fructibus.ff.sol.mat.Et ita expresse determinat Raph. Cum.suo consi. 114.incipien.Antonius Benedicto filio.Vltra cautelas,quæ dantur ad instituendum bastardos hic, addo uobis cautelam securam. Nã si pater relinquat aliqua bona suo spurio pro alimentis, ualebit tale relictum, per ea,quæ habentur in cap. cum haberet.extra de eo, qui dux.in matrimoniũ eam,quam pollu.per adul. ¶ Caueat tamen pater, ne omnia bona sua, uel maiorem partem relinquat spurio pro alimentis:quia præsumeretur fraus. Ita notabiliter dicit Bal. in l.id quod pauperibus.sup.de episcop. & cleri.

In l.Cum proponas.

SVMMAE.

1 *Substitutio uulgaris habet duo capita.*
2 *Seruus hæres institutus an possit repudiare hæreditatem in præiudicium domini.*
3 *Prælatus solus an possit præiudicare ecclesiæ in acquirendis.*

CVm proponas ¶Substitutio vulgaris facta ei,quem testator suum proprium libertum credebat,habet effectum, uel nõ habet,prout probabitur fuisse de mente
2 testatoris.h.d.¶Nota primò, † quòd substitutio vulga-
ris habet duo capita,scilicet si hæres institutus nolit esse hæres,uel non possit.Bar.in l.si mater.in §.1.ff.de vulga.& pupil.limitat,nisi dicendo,quòd comprehendatur caput impotentiæ,sequeretur absurdum, scilicet, quòd testator uideretur prætulisse extraneos suis descendentibus.¶Addite alium casum,in quo in substitutione uulgari non comprehenditur casus impotentiæ, ut habetis tex.singularem in l.pater Seuerinam.in prin.ff.de cond.
2 & demon. Quia uidetur ista litera probare, † quòd ser-
uus hæres institutus ab aliquo potest repudiare hæreditatem etiam inuito domino, & ad præiudiciũ ipsius do-
3 mini. Infero ad pulchram quæstionem. † Testator lega-
uit ecclesiæ aliquam rem immobilem, nunquid solus prælatus illius ecclesiæ poterit repudiare illud legatũ sine solemnitate, & sine consensu sui capituli. Fede. de Senis suo cons.9.& dominus Cardi. Floren.in c.tua.extra de his, quæ fiunt à prælato . determinant, quòd sic: quia in acquirendis potest prælatus solus præiudicare ecclesiæ,licèt nõ in iam acquisitis.arg. l.fi.inf.de acquir. possess.Sed dominus Pet.de Anch.in c.super. extra de rebus eccles.non alien.determinat cõtrariũ.Mouet:quia sumus

mus in iã acquisitis. Nã dominiũ rei legatę trãsit in legatarium à morte testatoris.l.à Titio.ff.de furt. ¶ Et ꝑ ista parte allegatur tex.in l.magis puto.in. §. fundum. ff. de rebus eorum.De hac materia uidete per Ioan. de Imo. in d.c.ut super. & per dominum Panor. in c. 1. extra de dolo & contuma.Per eundem in c.uerum.extra de foro competen. per Bald. in l.si pupillorum. inf. de repud. hæredi.

In l. Si pater tuus.

SVMMAE.

1 *Institutio est nulla, quando erratur in finali causa institutionis, & nu.3.*

2 *Institutio facta de fratre, uel filio, cum non sit, est nulla.*

SI pater tuus. ¶ Institutio facta de aliquo, tanquã de filio, uel tanquam de fratre, cum nõ sit, habetur pro non facta, & est locus uenientibus ab intestato. h. d. cum l.nec apud,
1 quæ debet simul legi.¶ Nota id,ad quod allegatur, † ꝙ quando erratum est in finali causa institutionis, institutio est nulla.Et hoc idem procederet in donatione. tex. sing.in l.cum hic status.in fi.ff. de don. inter vir. & uxo.
2 †¶ Addo uobis pro declaratione, & practica istarum duarum legum.quòd Raph.Fulgo.suo cons.23.incip.En gilbertus de san.Victo.consuluit in tali casu.Quidam habẽs filium illegitimè natum nomine Andreutium, fecit eum legitimari, sed legitimatio nihil ualebat : quia erat subreptitia,& in testamento instituit Andreutium, quasi legitimum credens legitimationem ualere, & idẽ testator legauerat aliqua,& etiã donauerat ante testamẽtum filiis ipsius Andreutii,tanquam iustis nepotibus, & tanquam natis ex filio legitimo,putans legitimationem ualere.Consuluit & institutionem,& legata,& donationes non ualere:quia erratum fuerat in causa finali. Et mouetur signanter per ista duo iura.Addo vobis, quòd dispositio istarum legum procederet, etiam si institutus esset præsens tempore testamenti.& ita uult ipse Raph.Fulg. in l.si in noĩe.s̃.de testa.quod est valde menti tenẽdum.

In l. Non ideo.

SVMMAE.

1 *Institutio facta de vxore à viro valet.*

1 NOn ideo.¶†Institutio facta de vxore à uiro ualet, etiã si instituta fuerit, ut affinis.h.d.¶ Hæc lex infert ad quæst. quòd si statuto caueẽ causas inter affines debere compromitti, & vertatur quæstio inter maritum, & uxorem, an erit compromittenda.De quo dicatis,ut per Bal.in l. affinitatis.C.communia de success.¶ Addo uobis, ꝙ statutum prædictum dicitur fauorabile, & non odiosum. Ita dicit Bal.in l.qui se patris. in vltima col. s̃. vnde lib.

In l. Si compensandi.

SVMMAE.

1 *Institutio facta de parte hæreditatis animo compensandi cum toto debito ipsius debiti petitionem excludit.*

2 *Compensationis beneficium non obstat, quando agitur ex contractu iurato.*

3 *Iuramentum debet adimpleri in forma specifica. Et obligat præcisè ad factum, nu. 4.*

1 SI compensandi. ¶†Institutio facta de parte hæreditatis animo compensandi cum toto debito ipsius debiti, petitionẽ excludit.¶ In glo.in uerb.refragatur.in. fi.Quia glo.non respondet ad contrarium, respondete vos,quod tex.in §.cum fideicommissum.hic in gl. alleg. habet duas lecturas, & secundùm secundam lecturam concordat cum ista lege:secundùm verò primam lecturam contrariatur.Sed respondete,quòd ideo ibi non fit compensatio:quia testator non poterat inducere, ut fieret illa compensatio in præiudicium liberorũ primi gradus,sed in præiudicium aliorum sic.l.debitor.ff.eod.ad leg.Falcid.¶ Ad materiam huius.l.inquantùm loquitur de compensatione, addite notata in.l.si cum dotem.§.si pater.ff.sol.ma.& in Auth.pręterea.2.vnde vir, & uxor.
2 ¶ Item addite, † ꝙ si ego promitto, & iuro tibi soluere centum ex tali causa,& tu agas contra me virtute promissionis iuratæ,non potero tibi obijcere exceptionem compensationis de alio debito. Ita uolunt communiter Canon.in.c.ad nostram.il primo. & per illum tex. ext. de iureiur.licèt Bar.teneat contrarium.& malè.in.l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi. Pro cõmmuni sentẽ
3 tia contra Bar.facit.† quia iuramentum debet impleri in forma specifica.c.debitores ext.de iureiur.& in c.ad nostram.sed compensando non impleretur in forma speci
4 fica. ¶ † Item iuramentum obligat præcisè ad factum, vt vult glo.sing.in l.si pecuniã.in uerbo,necesse habeas. ff.de cõd.ob cãm.Et ita,ut.s̃. D. Alex. tenet cõtra opin. Bar. attestando cõmunẽ Canon.esse contra Bar. ut patet in suo cons.91.in 2.vol.quod cons.incipit. Redemptoris nostri inuocato suffragio.visis actis.

In l. Collegium.

SVMMAE.

1 *Collegium non approbatum non potest institui.*

2 *Superior potest compellere collegia, & communitates ad sibi edendum, & demonstrandum statuta, quæ habent inter se, ut uideatur, an sint licita, vel non.*

3 *Personæ appellatione an comprehendatur collegium, seu uniuersitas.*

1 COllegium. ¶ † Collegium non approbatum non potest institui. Et de materia collegiorum approbatorum,& non approbatorum videte remissiones,quas dat.D.Alexan.hic
2 ¶ Addite,† quòd Superior potest compellere collegia, & communitates ad sibi edendum, & demonstrandum statuta,quæ habent inter se,vt uideatur,an sint licita, uel illicita.Ita dicit notabiliter Bar. in l.sub prætextu. ff. de extraord. crimin.¶ Et illud dictum semel allegaui contra quãdam communitatem,quæ habebat quædam statuta,& Dominus illius terræ petebat sibi demonstrari illa statuta,ut uideret,an essent licita, uel illicita. Et ubi essent aliqua statuta in præiudicium suę iurisdictionis, cõsului, quòd erant sibi edenda. Ad idem allegaui Bald. in c.1.§.conuenticulas in tit.de pace iura.firmã. in vsib.
3 feud.¶ Addo ẽt vobis pulchram quæst. † nũquid appellatione ꝑsonæ comprehẽdaẽ collegiũ, seu vniuersitas, vt ecce:ego constituo Petrũ procuratorẽ meũ ad agẽdũ contra quãcunq; ꝑsonam,nunquid virtute talis manda-

ti poterit agere cõtra unam communitatem,seu uniuersitatem mihi obligatam, uel contra collegium aliquod. Bal.in rub,ĩ.ad Treb.determinat,ꝙ non. Idem uidet uel le in l.sed si hac.§.qui manumitti.ff.de in ius uoc. & idẽ Bal.in l.conuenticulã, & in Auth.item quæcunq;.ĩ. de epi.& cle.pro eius opi.adduco optimum tex.ĩ Auth. Itẽ nulla communitas.ĩ.de epi.& cle.& ista opi.placet licèt gl.notab.uideatur uelle contrarium in c. ut circa,in uer bo,aliqui,ext.de elec.lib.6.

In l.Extraneum.

SVMMAE.

1 *Hæres potest quis institui,cum tertius morietur.*
2 *Institutio post mortem uxoris an ualeat ea instituta usufructuaria omnium bonorum, & quid si uxor dederit potestatẽ uendendi mobilia.*
3 *Domina,uerbum importat institutionem.*
4 *Testator non habens filios instituit uxorem suam hæredem ad uitam,& post mortem ipsius uxoris uoluit,& mãdauit,quòd frater ipsius testatoris esset hæres, qualiter mulier intelligatur grauata.*
5 *Fideicommissum conditionale non transmittitur.*

EXtraneum. ¶Legitur tribus modis.s.duobus in glo.& tertio modo legitur extra glo. secundùm primam lecturam. h.d.Valet institutio facta,cum hæres morietur.Vel secundùm secundam lecturam.Valet institutio facta,cum testator morietur. Vel secũdùm tertiam lecturã summabitis hoc mo
1 do.†Potest quis hæres institui, cum tertius, puta Titius
2 morietur.¶Circa quæst.hic formatam per Docto.† quid si testator relinquat usumfructum omnium bonorũ suorum uxori suæ,& addat in eodem testamẽto, quòd post mortem uxoris instituit talem hæredem uniuersalẽ,nunquid hoc casu ualebit relictum usufructus, Bald.& Sal. dicunt hic,quòd sic,arg.l.mulier,§.pen.ff.de cond.instit. Et idem uolunt Bal.Ang.Raph.Cuma.in l.filius à patre. ff.de lib.& posth.Sed Dy.suo consi.9.Ioan.And.in addi. ad Specu.in tit.de pign.§.2.Pet.de Anch.& Imo.in c.fi. extra de pig. & D. Bened. de Plumb.in l. qui duos. in §. 1.ff.de manum.test.tenent contrarium . Addite uos pulchrum cons.D.Alexan.de Imo.suo cons.53.incip. Domini Redemptoris nostri inuocato suffragio habita super narratis in themate oportuna consideratione,in 3.uolu. suorum cons. refert has omnes auctoritates, & addit in quæstione prædicta, quòd si aliquis esset hæres institutus in re certa, quòd per aditionem illius instituti posset confirmari relictum usufructus, postea dicit, quòd ipsa bona mulier tenetur describere, seu inuentarizare bona hæreditaria.Item,quòd tenetur satisdare de utendo,& fruendo arbitrio boni uiri . Item quòd testator nõ
a posset eam liberare à tali satisdatione.ᵃItem, quòd si testator in testamento dedit sibi licentiam uendendi de bonis mobilibus tantùm,si dolo malo uendat,tenebitur restituere pretia hæredi instituto in eodem testamento,secus si bona fide,& iusta de causa uendat. Et ex coniecturis poterit probari,quòd dolosè uendidit.Nam secundũ eum, illa uerba, quòd possit uendere, sunt referenda ad arbitrium boni uiri. allegat l. Titius.ff.ad Trebel. allegat etiam not.per Bar.in l.cum filius.in § pater.ff.de leg.2.& per eundem in l.alio.ff.de alim.& cib.leg. Conclusionem prædictam.s.quòd si testator relinquat usumfructum omnium bonorum uxori,& adiiciat, quòd post mortem ipsius uxoris Sempronium instituit hæredem (quo casu relictum usufructus nihil ualet)limitabitis,nisi in testamento apposuisset ista uerba,relinquo uxorem meam dominam, & usufructuariam omnium bonorum
3 meorum.†Nam propter illud uerbum,dominam, quod importat idem,ac si instituisset ipsam hæredem in usufructu,quia exponitur hæres.i.dominus.§.fi.Inst.de hære.qual & differentia.Nam tunc relictum usufructus ualeret.Ita dicit D.Benedi.de Plumb.in d.l.qui duos, in §. 1.¶Secundò limitabitis,nisi reliquisset usumfructũ uxori,& addidisset, quòd post eius mortem instituebat filiũ proprium ipsius testatoris.Nam tunc(quantùm ad legitimã) illud tẽpus subduceretur de medio. l.quoniam in prioribus,supra de inof.testa. & sic per eius aditionẽ poterit confirmari relictum usufructus. Hanc limitationẽ ponit Ioan.And.in addit.prædicta. ¶ Addite ad scripta
4 hic per D.Alex.pulchram quæst. † Testat or non habens liberos instituit uxorem suam hæredem ad uitam,& post mortem ipsius uxoris uoluit,& ordinauit, quòd frater ipsius testatoris esset hæres.In qua quæstione Mart. Sillim.& Bal.in l.miles ita.ff.de testam.milit.& Io.de Imo. in l.hæreditas.ff.eo.de hæred.insti.tenent, quòd mulier erit hæres, dum uixerit, & intelligitur grauata, ut post mortem suam restituat hæreditatem fratri testatoris. ¶Ex hoc sequitur magnus effectus,secundùm Imol.in d.l.hæreditas, quòd si frater testatoris moreretur ante ipsam bonam mulierem,hæres ipsius fratris nihil haberet de illa hæreditate,imò pertineret ad hæredes mulie
5 ris:†quia frater testatoris illud fideicommissum conditionale non transmitteret ad hæredes suos.l.unica.§.sin autem sub conditione.ĩ.de cad.toll.

In l.Neque per se.

NEq; per se.¶Qui capere non potest per se,nec per aliũ potest capere.Et penitus extraneus hęres potest institui. Et ciuitates possunt habere legata particularia,& uniuersalia.Hoc dicunt istę ii.usq; ad l.quoties.¶Nota summarium istarũ legum,& ex l.hæredi.colligit Bald.quòd in relictis in ultima uoluntate non distinguitur, an fiant in potentiorem,uel non.

ADDITIO.

a ¶Liberari à satisdatione. Si uis uidere de muliere usufructuaria,vide per eundem Iacob.in l.consensisse.§.fi. ff.de iudic.

In l. Quoties.

SVMMAE.

1 *Institutus in re certa habetur loco legatarij.*
2 *Testator potest ordinare in suo testamento,quòd institutus in certa parte hæreditatis sit contentus una certa re.*
3 *Testamentum an sit nullum, si pater reliquit filiæ mille, & præcepit,ut sit contenta,si illa mille non ascendunt ad legitimam,& an poterit petere legitimam.*
4 *Filia si accipit relictum à fratre suo, & facit sibi quietantiã de illo relicto,an poterit petere supplementum legitimæ.*
5 *Institutus in re certa (nullo dato sibi cohærede) habetur pro hærede uniuersali. Et quomodo hoc intelligatur, nu.7.*
Et quid quando alius est un iuersaliter institutus,nu.6.
8 *Pater si dicat in testamento, relinquo filio meo centum pro sua legitima,uel pro sua parte,intelligitur istud relictũ sibi factum titulo institutionis,& testamentum ualet.*

Quo-

1 QVoties. ¶†Institutus in re certa, uel iussus esse contentus re certa pro sua institutione, habetur loco legatarii, ut actiones hæreditarias exercere non possit. h.d. ista notab. lex. ¶Nota pri
2 mò ex isto tex.† ꝙ testator in suo testamento potest ordinare, ꝙ institutus in certa parte hæreditatis sit contentus una certa re. Et talis institutio habet istum effectum, ꝙ ille capiet illam certam rem, & residuum intelligetur grauatus restituere suo cohæredi, tex. est notab. in l. peto, in prin. ff. de leg. 2. & ille, qui (accepta re) restituit residuum, non tenetur subire aliqua onera hæreditaria pro illa certa re. §. si quis una, Insti. de fideicomm. hæred.
3 ¶Sed circa hoc formo quæst. quotidianam.† Pater in testamento titulo institutionis reliquit suæ filiæ mille, iubens eam esse contentam, & tacitam, ita quòd nihil amplius petere posit. Et illud relictum non ascendit ad suam legitimam; an (non obstante dispositione paterna) poterit petere supplementum legitimæ. Concludo, ꝙ sic. Ad hoc allego uobis Bald. in l. omnimodo, supra de inof. test. & eundem Bal. & Sal. in l. si quando. §. generaliter, illo eod. titu. de inof. test. & Alexan. de Imo. suo con
4 sil. 69. in 1. uolum. suorum consil. ubi plus dicit, † quòd etiam si filia reciperet illud relictum à fratre, & faceret sibi quietantiam de illis mille, tamen adhuc posset petere supplementum legitimæ. Et est ratio, quia illa uerba, iubens tacitam, & cōtentam esse, & quod nihil amplius petere posit, habentur pro non appositis, quantùm ad legitimam. l. quoniam in prioribus, supra de inof. testa. Et decisio prædicta probatur per tex. notab. in §. cæterũ, in Auth. ut cum de appella. cognosc. ¶Vltimò notetis, ꝙ
5 illud, quod dicitur, † quòd institutus in re certa (nullo dato sibi cohærede) habetur pro hærede uniuersali. l. 1. §. si ex fundo. ff. eo. de hæred. inst. procedit etiam in substituto pupillari. Nam si pater instituat filium suum impuberem hæredem, & adiiciat, quòd si cōtingat eum mori in ætate pupillari, substituit Titium in tali fundo, eueniente casu substitutionis, habebit ipse substitutus omnia bona pupilli, tex. est singu. in l. cohæredi. §. fi. ff. de uulga. &
6 pup. ¶Aduertite ad id, quod dicitur, † ꝙ institutus in re certa habetur loco legatarii, quando filius est uniuersa-
a liter institutus, & acceptat hæreditatem[a] ut hic. qa tñ in duobus casibus ipse institutus in re certa habetur loco hæredis. Primò quantùm ad exclusionem querelæ, gl. reput. sing. in l. si quis priore. ff. ad Trebel. secundò habetur loco hęredis quantùm ad hoc, ut propria auctoritate possit intrare illam rem, in qua est substitutus, nec tenetur eã capere de manu cohæredis. Ita dicit Bar. elegãter in l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. inst. & Bal. in rep. c. si pater, ext. de testam. & Ioan. de Imo. in l. 1. §. si ex fundo, hic in glo. alleg. Quid si in aliqua dispositione fiat mentio de hærede simpliciter, an comprehendetur hæres institutus in re certa. Bal. in l. 1. ff. de petit. hære. quẽ hic non allegat d. Alex. distinguit. Aut loquimur in his, quæ diuiduntur uiriliter, ut in emphyteosi ecclesiastica recepta pro me, & liberis meis, & hæredibus. Et tunc si unus ex filiis instituatur in re certa, etiam uocabitur ad illam emphyteosim, & tantùm habebit, quãtum alii. Aut loquimur in his, quæ diuiduntur per portiones hæreditarias, & tunc secus, & Bal. allegat Albertum Galeoti in sua Margarita, in ti. de quarta Treb. in fi. & ita dicit fuisse determinatum. ¶ Penultimò notetis unũ, quòd illud,
7 quod dictum est sup.† quòd institutus in re certa habetur quandoq; loco hæredis, qa debet intelligi, qñ uerba institutionis fuerunt collata directò in ipsum institutum, secus si per obliquum; exemplum. Instituo Titium hæredem meum uniuersalem, post ea dico, Titi rogo te, ut Sempronium habeas in cohæredẽ in tali fundo. Nam ista uerba important fideicommissum, quia Titius intelligitur grauatus restituere Sempronio illum fundum, & ipse Sempronius hoc casu in aliquo casu nõ habebit loco hæredis, & ideo si esset filius testatoris, testamentum nihil ualeret, tex. est sing. in l. pater filium, in §. fi. ff. de le-
8 gat. 3. ¶Vltimò notabitis unũ, quod uult hic Bal. † quòd si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum pro sua legitima, uel pro sua parte: intelligitur istud relictum sibi factum titulo institutionis. Et ideo testamentũ ualebit. Addite Bar. & Bal. idem uolen. in Auth. unde si parens, sup. de inof. test. Et d. Card. Flo. in c. Rayn. ext. de test. Et dicit d. Alex. de Imo. in l. humanitatis. ȷ̃. de imp. & aliis substi. ꝙ ista est communis opinio.

ADDITIO.

a ¶Acceptat hæreditatem. Adde tex. & ibi Ang. in §. si qs una Inst. de fideicom. hær.

In l. Cum in liberis.

SVMMAE.

1 *Testator si disponat aliquem esse hæredem tertiæ personæ, an valeat tale testamentum.*
2 *Error in nomine proprio an vitiet testamentum.*
3 *Hæres hæredis censetur esse hæres testatoris, fallit. nu. 4.*
5 *Testator priuat hæredem, si quid iniunctum non faciat; si hæres morietur, an hæres hæredis incidat in pœnam.*
6 *Substitutio tacita vulgaris excludit ius accrescendi.*
7 *Causa causæ est causa sui causati.*

1 CVm in liberis. ¶†Si testator aliquem esse hæredẽ tertiæ personæ disposuit, ualet, si testator illi hęres extitit, uel illum tertiũ hęredem instituerit, alias secus. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur thema, ex quo quæstio. In scđa ponitur rñsio antiquorum. In tertia ponitur reprehensio opi. antiquorũ. In quarta decidit qõnem per distinctionem, singulam partem cuilibet membro distinctionis annectens. Secunda pars est ibi, veteres. Tertia ibi, sed huiusmodi. Quarta ibi, sed si quidam. Et dicunt omnes Doc. ꝙ ista est lex sing. ¶ Nota ex ista. l. q, licèt error in noĩe ꝓprio nõ vitiet testm̃. l. si in noĩe. ȷ̃. de test.
2 † tñ fallit, si testator errasset in suo noĩe ꝓprio: qa tunc talis error habet vitiare, tex. est hic notabilis. Idẽ est, si errasset in noĩe filij, nisi ille filius fuisset natus, & nutritus in absentia p̃ris, tex. est notabilis, & ibi Bal. in l. & Titius.
3 §. Lucius. ff. de lib. & posth. ¶ Nota scđò hic bñ ꝓbari, † ꝙ hæres hæredis censetur hæres testatoris. qđ facit ad sustinendum libellũ, in quo ego dico me hæredẽ Sẽpronii, & tñ in veritate ego immediatè nõ successi Sẽpronio, sed bene successi Lucio, q successerat Sẽpronio, ad qđ videte Bar. in l. 2. & 3. quia simul legit. ff. de pet. hære. & iõ in practica, cũ q dã ĩ libello dixisset se esse hęredẽ m̃ris suæ insolidũ. & tñ nõ erat uerũ, ꝙ successisset matri insolidũ: qa habuerat fratrẽ, q successerat ꝓ dimidia, ipse tñ successerat frĩ, dicebã libellũ posse sustineri, & ita hic expssè determinat Alb. de Ro. Sed aduocatus rei dẽt esse cautus, ut petat actorẽ interrogari, an immediatè successerit insolidum matri, an uerò mediatè, & ꝙ istud interrogatoriũ ꝓcedat de iure, uidete tex. & Bar. in l. si defensor. in
4 §. illud. ff. de interr. ac. ¶†Addo uobis unũ casum, in quo nõ iudicamus idẽ de hęrede hęredis, qđ de primo hærede l. in cãæ. §. Põponius. ff. de min. ubi si testator ĩstituat hæredẽ, & nepti suæ leget unũ fundũ, hoc adiecto, ꝙ si cõtinget eã mori sine liberis, ꝙ illum fundũ restitueret hæredi ipsius testatoris. Nã si hæres institutus moriatur relicto hærede: deinde moriat̃ illa neptis sine liberis, restitutio fundi nõ erit fiẽda hæredi hæredis, & notetis ꝓ-
5 petuò illũ tex.† ¶ Quid si testator sub pœna priuationis

hæreditatis iubeat hæredi,ut aliquid faciat,& ipse dece
dat infra tempus deliberandi, & transmittat ius delibe-
randi ad hæredem suum, & ille hæres hæredis non fa-
ciat id,quod iussit testator,an incidet in pœnam apposi
tam in testamento.Bar.in suo consi.incip. Andreas con
didit testamentum,in quo Gaudifredum, distinguit no-
tanter, quòd aut tale onus nominatim fuit iniũctum uni
hæredi,uel pluribus:& tunc hæres hæredis non tenebi-
tur ad illam pœnam,secus si testator indefinitè fuerit lo
cutus,ad hoc allegatur.l.1.§.fina.ff.de leg.3.& l.Celsus
pater meus.§.quod alicuius.ff.de lega.2.& istam distin-
ctionem teneatis, quicquid dicat hic Bal.in 22.q.¶Ad-
dite pro distinctione prædicta doctr. Bar. in l.Lucius.§.
1.ff.de leg.3.¶Allegatur ista lex ibi,partem quę Plotii,
6 † quòd tacita substitutio uulgaris excludit ius accrescẽ
di.De quo dicam pleniùs in l.fi.inf.titu.seq. Ego allego
istam l.ad aliud. dum probat, quòd hæres hæredis &c.
7 Nam allegabitis eam,† quòd illud,quod est causa cau-
sæ,est causa sui causati. hoc notatur etiam in c.imperia-
lem.§.illud.in tit.de prohib. aliena.feu. per Feder. Item
per istum tex. dicit Bar. quòd si testator pupillo extra-
neo faciat pupillarem substitutionem; licèt non ualeat
ut pupillaris:tamen habebit effectum uulgaris substitu-
tionis.Et licèt Pau.de Cast.contradicat:quia uitiato ex
presso uitietur tacitum.l.3.§.qui habet.in fi. ff.de seruit.
rusti.præd.tamen sequamini opinionem Bar.Et ad arg.
Pau.respondete per doctrinam, quam tradit Bart. in l.si
fideiussor.ff.de lega. 1. ubi examinat illud Brocardum,
an & quando uitiato expresso,uitietur tacitum. uidete
ibi per eum.

Rubr. De institutionibus, & substitutionibus,& restitu.sub condi.factis.

¶ Pro declaratione nostræ rubricæ debetis scire, quòd
nos habemus modum, conditionem, causam,& demon
strationem.Modus fit per,ut.conditio fit per, si,causa fit
per, quia, de demonstratione habetur in l.demonstra-
tio falsa.ff.de condi. & demonst. ¶Ad ista omnia uide-
te glo.magistram.in §.si q̃s in noĩe.uers.sed si conditio-
naliter.Instit.de legat. Et aliam glo. in rub.ff.de condi.
& demonst.

In l. Cum auum maternum.

SVMMAE.

1 *Institutio facta sub conditione an sit adimplenda.*
2 *Inuitari quis potest ad matrimonium carnale sub spe lucri.*
3 *Conditio apposita in legato,seu relicto(quantumcunque sit de fecta)non habet impedire petitionem legati,seu relicti, quã do testator erat omnino relicturus.*
4 *Conditio apposita in legato, & conditio apposita in hæredum institutione,quomodo differant.*
5 *Conditio quando dicatur haberi pro non impleta.*
6 *Testator instituit me hæredẽ sub conditione,si in domo sua ædi ficauero ecclesiam, si Episcopus nolit mihi dare licentiam ædificandi,conditio habebitur pro impleta,& ego consequar hæreditatem.*
7 *Conditio habetur pro adimpleta, quando prohibetur adimple ri facto tertij.*
8 *Modus adiectus dispositioni quomodo sit adimplendus, et quã do habeatur pro impleto.*
9 *Mora an possit purgari in dispositionibus conditionalibus ap positis in ultima uoluntate.& nu.10.*
11 *Ex contractu conditionali non potest agi ad implendam condi tionem.*
12 *Conditio iudicatur esse impossibilis,& habetur pro non apposi ta,quando non potest impleri, nisi per dispensationem Prin cipis.*
13 *Verba in dubio quando possunt importare conditionem, & mo dum,interpretantur,quòd importent modum.*

CVm auum maternum.
1 ¶†Si institutio fiat sub cõditione mixta,
quæ dependeat ex facto instituti,& alte-
rius,debet adimpleri,vel facto illius ter-
tij impediri ad hoc,ut ipse institutus posit adire. h.d.
2 ista notab.lex. ¶No. 1.ex isto tex.† q̃ sub spe lucri quis
a potest inuitari ad matrimonium carnale.[a]¶ Quid in ma
trimonio spirituali.vt ecce; Testator reliquit mille mo-
nasterio sanctæ Claræ de Taurino, si illæ moniales filiã
testatoris reciperent in monialem.Bar.in l. 2. huius titu.
tenuit, quòd:quia illa conditio est turpis, & inhonesta:
quia sapit simoniam;ideo reijcietur, & legatum remane
bit purum,& monasterium habebit illa mille,allegat. c.
non satis.ext.de simo.Sed idem Bar. in l. Titio centũ.in
§.1.ff.de cond.& dem. tenet totum contrariũ. dicens, q̃
talis cõditio est honesta, & q̃n conditio est honesta eam
imitari sub spe lucri est turpe,vt not.in l.ille aũt.ff.de hę
re.inst.& sic legatum erit nullũ,& monasterium nihil de-
bebit habere.Et ista secunda opi. Bart. est uerior, ut ex-
presè attestatur D.Alex.in l. 2.huius tit.¶In glo. magna
quia glo. primò opponit de l. legatum.inf. de conditio.
insertis. dicite, quòd ultima solutio hic in cauda glo.re
lata est ipsa ueritas.¶In eadem glo.ibi, omnino relictu-
3 rus.Ex hac glo.habetis singulariter colligere,† quòd cõ
ditio apposita in legato,seu relicto,quantũcunq; sit de-
fecta, non habet impedire petitionem legati,seu relicti,
quando testator omnino erat relicturus. Et ad hoc alle.
istam glo.clarissimus Doctor.d.Fran.de Aretio suo con
si.94. incipi. In Christi nomine, & suæ matris gloriosæ.
consideratis maturè & accuratè. & ipse d. Fran, refert
4 Ang.hic in lectura Padua.ita tenuisse.¶†Nota,quòd est
magna dñia inter conditionem appositã in legato, & cõ
ditionem appositam in hæredum institutione.Nam quã
do in legatis apponitur conditio, legatarius debet eam
adimplere,quàm primùm potest, sed in hæredibus non
est ita.Ista est theorica Bar.in l.& cõditio si in capitoliũ.
5 ff.de condi.& demon.Itẽ nota,† quòd si ille,cui est factũ
legatum sub conditione potestatiua,sit impeditus ad tẽ
pus,ita quòd implere nõ posit,puta,quia est infirmus,
conditio non habetur pro impleta,imò cessante impedi
mẽto debet impleri. Ita notanter dicit Bal.in l.si pater.
in 3. q. inf. eo.quod est bene notandum.Notetis vnum,
quod vult hic Bal.per l.si Titius.ff.de condi. & demon.
6 hic in glo.alleg.Nam dicit Bal.quòd illa facit, † quòd si
testator instituat me hæredem sub conditione, si in do-
mo sua ædificauero ecclesiam, & Episcopus non uelit
mihi dare licentiam ædificandi:conditio habebitur pro
adimpleta,& ego cõsequar hęreditatẽ.¶ Notabitis etiã,
7 quòd illud,quod dicitur, † quòd quando facto tertii im
peditur conditio adimpleri,quòd habetur pro adimple
ta.Nam hoc debet limitari, si factum illud tertii directò
tendebat ad impediendum implementum cõditionis.
Secus si non directò, sed per quandam consequentiam.
Nam tunc non haberetur conditio pro impleta.l.3.§.si
quis seruum.& l.non esse.ff.de statu.lib. Aduertite dum
gl.allegat.l.si fundum.§ Iulianus.ff.de leg.1.quia voluit
allegare.l.si fundum per fideicommissum. §. Iulianus. si
Titio.& communiter respondent Doct.quòd ibi erat di
spositio modalis; sed.l.nostra loquitur de dispositione
8 conditionali.Et accipite hanc regulam, † quòd quando
modus adiectus in aliqua dispositione potest concerne
re,nedum utilitatem legatarii, sed etiam alterius: tunc
ille modus non intelligitur appositus pro causa impulsi
ua

ua,sed potius pro causa finali,vt declarat Bar.in l.2.§.fi. ff.de donat.vbi ponit de causa impulsiua, & de causa finali.& in l.Lucius.§.quisquis.ff.de leg.2.modus poterat concernere utilitatem, nedum Pamphili,sed etiam alterius.¶In eadem glo.ibi,fauore alimentorum. de hoc dicite,vt per Bar.in l.illis libertis.ff.de conditio.& demõ. ¶In eadem gl.ibi,vt ex fratribus.Dicit hic Angel.quòd illa est lex singularis, per quam limitatur.l.nostra.& illa l.ut ex fratribus.contradicit. l.nostrę duobus modis.Primò inquantùm dicit, quòd si vnus ex fratribus testatoris ducat Bertam in uxorem,habebit dodrantem, & alter frater non habebit nisi quadrantem,& tamen non steterat per eum,quò minus caperet Bertam.Sed responde te,quòd ibi uoluntas testatoris repugnabat,qui uoluit, quòd nuberet alteri ipsorum, & si contrahat cum uno, non poterit postea contrahere cum alio,& ita limitatur lex nostra.Item limitatur alio modo.s.nisi natura conditionis esset apta nata importare, quòd ille impediret implementum conditionis.Exemplum, ego lego Titio centũ,si superauerit Caiũ iaculando,certè, licèt non stet per Titiũ,quò minus superet Caiũ : quia imò Titius fuit superatus,non propterea habebit legatum.gl. singularis in l.in executione.§.fi. ff. de uerb. obli. Item obstat illa l.ut ex fratribus. alio modo.quia dicitur ibi, quòd si illa mulier nolit nubere alicui ipsorum duorum, quòd hæreditas æqualiter diuidetur inter eos.Sed respondere, quòd ibi institutio à principio fuit pura; sed diuisio portionum fuit facta sub conditione,de qua ibi.sed in l. nostra institutio usque à principio fuit conditionalis.

9 ¶Nota,† quòd in dispositionibus conditionalibus appositis in ultima uoluntate est locus purgationi moræ quò ad inducendũ exceptionem. Ita notanter dicit Bar. in l.cui fundus.in fi.ff.de cond. & demon.Adde circa il

10 lam quæstionem,quam hic Doct.formãt. † Quid si testator dixisset sic. Instituo Pomelinam hæredem meam, si filius Antilii nubat secum.Pomelina est parata contrahere matrimonium, sed filius Antilii recusat,an Pomelina habebit hæreditatem.Determinant Doc.quòd non, per l.Labeo scribit si mihi bibliothecam, & l. cum ab eo. ff.

11 de contrah. emptio.¶Ex qua lege uolo notetis, †quòd ex contractu conditionali non potest agi ad implendã conditionẽ; sed ex contractu modali bene potest agi, ut impleatur modus.hoc uult illa l.cum ab eo.¶ Not.unũ,

12 quod uult hic Bal.in ultima col.dum dicit,† quòd quando in aliqua dispositione apponitur conditio, quę non potest impleri,nisi per dispensationem Principis,iudicatur impossibilis,& debet haberi pro nõ apposita, quod est bene menti tenendum.faciunt no.in l.apud Iulianũ. §.fi.ff.de leg.1.Addite ad ea,quæ scribuntur hic, quòd si in aliqua dispositione apponantur ista uerba, ea conditione, ut tale quid facias,puta, uendo tibi fundum ea conditione, ut soluas taleas duorum annorum præteritorum,ista uerba non important conditionem,imò modum,& sic,quamuis tu non soluas taleas, tamen contractus non erit irritus:quia non est conditionalis,imò modalis,iste est tex.notabilis,ubi Doct.hoc notant,maximè

13 Saly.in l.ea conditione.sup. de rescinden. uend. † Et in

b dubio quando uerba[b] possunt importare conditionem, & modum,interpretamur,quòd importent modum.Ita notanter uolunt Bar.& omnes in l.cum mota.sup.de trãsactio.Et hæc omnia,& multa alia bona de dispositione conditionali, & modali uult Alex. de Imo. suo consil. 102.in primo uol.& consilium incipit Redemptoris nostri inuocato suffragio.uisis & perspectis.& per eundem suo consi.44.in secundo uolum. Ego addo Bald. quem ipse non allegat, qui ponit differentiam inter modum, & conditionem,& ponit definitionem modi in l.Aretusa. in 1.col.ff.de stat. ho. Et de materia modi uidete per Bar.in l.quibus diebus.§.Termilius.ff. de cond.& dem.

ADDITIONES.

a ¶ Ad matrimonium carnale. Si promitto aliquid mulieri,ut mihi nubat: talis promissio nihil ualet.Vide per eundem D. Iac. in l.fi.sup.de transf.in fi.commen.

b ¶In dubio quãdo uerba . Quis debeat interpretari uerba dubia.Vide per Ioan.de Tur.Cre.25.q.2.nu.7.

In l. Conditioni.

SVMMAE.

1 *Conditio honesta apposita in institutione est adimplenda. & num. 5.*

2 *Conditio apposita in testamento est adimplenda in forma specifica.*

3 *Verba narratiua apposita in libello faciunt fidem contra libellantem.*

4 *Libellans si aliquid confessus fuisset in libello, quod esset sibi præiudiciale,an poterit talem confessionem reuocare.*

6 *Officium iudicis censetur remedium extraordinarium.*

7 *Conditio nubendi qualiter implenda. Et quando finiatur.numero.8.*

9 *Relictum factum à testatore,ut maritentur filiæ,quomodo intelligendum.*

1 Conditioni ¶† Conditio honesta apposita in institutione est adimplẽda,aliàs substitutus admittitur.h. d. ¶Nota,quòd de iure ciuili inter constitutiones licitũ est matrimoniũ. Hodie autem usque ad quartum gradum est prohibitũ matrimonium.c.non debet. ext.de consang. & affinita.

2 ¶†Not.quòd conditio apposita in testamento uenit adimplenda,& solemus dicere,quòd uenit adimplenda in forma specifica.l.Mæuius. & l. qui hæredi.ff. de condi. & demonst.Item per istum tex. ibi, in libello complexa

3 est.probatur,† quòd uerba etiam narratiua apposita in libello faciunt fidem contra libellantem. ad hoc solet allegari iste tex.& l.cum pretium.inf.de libe.causa.& tex.

4 in l.cum te. sup.de transact. †Quod procedit etiam si libellus sit porrectus iudici in absentia aduersarij.Ita notanter dicit Bar.in l.certum.§.si quis absente. ff.de confessis.Aduertite tñ,quia libellans, si aliquid fortè cõfessus fuisset in libello, quod esset sibi præiudiciale, bene poterit talem confessionem reuocare,ut notatur in d.l. cũ pretium.& per Bal.in l.error.s. de iur. & facti ignor. Sed ego do cautelam, qua mediante non poterit reuocare,scilicet quòd reus acceptet proposita per actorem in libello,inquantùm concernunt commodum,& fauorem ipsius rei,& præiudicium ipsius libellantis.Nam nõ poterit postea libellans reuocare. Ita notãter dicit Bal. in l.Gallus.§.quidam rectè.in secunda col. ff. de libe.& posthum.Idem tenet Ang.de Aret.in §. omnium.in 14. seu 15.col.Instit.de actio.quod notetis in practica.¶No

5 ta regulam in legatis conditionalibus:† quia si conditio sit honesta,legatarius debet eam adimplere, antequam consequatur legatum.l.Mæuius. & l. qui hæredi. superiùs allegatis.& in l.nostra. Et si eueniat casus,in quo cõditio habeatur. pro adimpleta de iure communi: tunc pro consequendo legatum,agetur actione ex testamento.l.cum pupillus.ff.de condi.& demonst.Si uerò conditio habeaẽ pro adimpleta de aliquo iure singulari,puta fauore libertatis: tunc legatarius non debet agere actione ex testamento, sed debet implorare iudicis offi

6 cium.l.si peculium. §.is cuius. ff.de statulib. † & officiũ iudicis reputatur remedium extraordinarium, tex. cum glo.in l.si filius.ff.si cer.peta.In hæreditatibus autem cõcludite, quòd si conditio habetur pro adimpleta de iu-

re ciuili;tunc hæreditas de iure ciuili poterit adiri,si ue
rò conditio habeatur pro adimpleta de iure prætorio;
tunc ex illo testamẽto poterit peti bonorum possessio,
secundùm tabul. Ista omnia probantur in l. facta. §. si in
danda.ff.ad Trebell.Ad materiam huius.l.quę loquitur
7 de conditione nubendi,adde,† quòd si testator mandet
hæredibus,ut filiã suam nomine Ludouicã maritent ad
consilium Caii,certa dote sibi constituta,adiicens,quòd
si sine consilio Caii eam maritent,uoluit,quòd hæredi-
tas perueniret ad Ludouicam filiam, debent hæredes
parere tali cõditioni,per l.Theopompus.ff.de dot.præ
leg.& si non pareant,priuabuntur hæreditate.Ita consul
uit clarissimus Doctor dominus Io. de Anania,ut patet
in suo consi.15.incip.d.Amadeus de Sabaudia manda-
uit hæredibus &c. Contra suum consilium uidetur for-
titer facere.l.cum tale.§.rescriptum.ff.de cond.& dem.
Sed respondebitis,ꝙ in d.§.rescriptũ,cõditio erat appo
sita in persona puellæ; sed in quæstione prædicta condi
8 tio fuit apposita in personis hæredum.† Addite etiam,
quòd ista conditio nubendi finitur per triennium post
pubertatem.Ita dicit Bart.in l.2.§.ad filias.ɉ.quando,&
9 quib.quar.pars debe.li. 10.† Item si testator pro anima
sua uoluit expendi mille florenos pro pauperibus puel-
lis maritandis,& sic in genere hæres,seu executor testa-
menti non posset eligere puellas non existentes in æta
te nubili. Secus si nominasset certam puellam:quia tunc
deberẽ sibi legatum, etiam si nõ esset in ętate nubili. Ita
dicit Bal.in l.sancimus. in lect.magna. sup.de nup.

In l. Si mater.

S V M M AE.

1 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat.*
2 *Legatis mille uxori donec honestè, & in uiduitate uiuat, & ea mortua testator legat Sempronio,uxore nubente,an ante eius mortem Sempronius habebit illa mille.*

1 SI mater.¶†Non refert,quid ex ęqui
pollentibus fiat. ad hoc al-
legatur.h.d.¶Glo.opponit de iuribus,&
non soluit.Respondete uos,quòd in iuri-
bus contrariis casus non erant æquipol-
lentes; sed in l.nostra erãt bene æquipol-
lentes inspecta mente testatricis. ¶Per hanc.l.determi-
2 nabitur quæstio quotidiana.† Testator filios suos hære
des uniuersales instituit, & uxori suæ legauit mille flo-
nos pro uita sua,donec honestè, & in uiduitate uiueret,
& adiecit,quòd post mortem uxoris uolebat, quòd Sẽ-
pronius haberet illa mille. Ipsa mulier mortuo uiro, &
lapso anno transiuit ad secunda uota, & sic expirauit
suum legatum propter illa uerba, in uiduitate, an Sem-
pronius statim debebit habere illa mille,an uerò debeat
expectare mortem naturalem ipsius mulieris. Conclu
dite, quòd Sempronius statim debebit habere illa mil-
le.Ita determinat Io.An.in additio. ad Spe. in rub.de se
cundis nuptiis.Et refert Richardum Mal.ita determinas
se.Idem uult hic Pau.de Ca. & Alex. hic,& in l. mulier.
in §.1.ff.ad Trebel. De hac quæstione plenissimè habe-
tur per Bar.in repetitione Auth. hoc locum. sup. si mul.
secun.nupse.Addite, quòd decisio prædicta non proce
deret in his terminis, s.quãdo testator duas mulieres in
stituit in usufructu, & post mortem earum uoluit,quòd
Sempronius esset substitutus: vna earum, uel ambæ
transiuerunt ad secunda uota, certè substitutus non ha-
bebit illam hæreditatem.Ita dicit Alex.de Imo. suo cõ
sil.111.in secundo uol.& in cons.45.quarto uol.

In l. Si pater.

S V M M AE.

1 *Filius in potestate non potest institui sub conditione casuali, uel mixta.& nu.7.Sed bene sub conditione potestatiua. nu. 2.Limita ut nu.3.*
4 *Conditio potestatiua quæ dicatur.Et est duplex.nu.5.*
6 *Conditio non potestatiua est duplex.*
8 *Pater si instituat filiam sub conditione,si nupserit,talis conditio tanquam respiciens grauamen filiæ reijcitur de legitima.*
9 *Filius si instituatur sub conditione non potestatiua,institutio nihil ualet,nisi in contrarium euentum exhæredetur.*
10 *Fictio retrotractiua non potest habere locum,ubi deficit extremum.*
11 *Casus,cuius euentus nihil operatur,frustra expectatur.*
12 *Nepos obtinens primum locum non potest institui sub conditione non potestatiua.*
13 *Sicut,dictio non importat omnimodam similitudinem.*
14 *Conditio omnis reijcitur quantùm ad legitimam.*
15 *Doctoris dicto in consulendo magis est credendum,quàm si aliquid dicat in lectura.*
16 *Quis,uel qui, relatiuum aliquãdo importat demonstrationẽ.*

SI pater.¶Diuiditur in tres partes. In
prima præmittit quoddam di
ctum generale. In secunda decidit casum
in specie,prout de facto contigerat.In ter-
tia ponit unam dilationem.Secunda ibi,cũ
autem. Tertia ibi, & ideo. h. d. in summa.
1 † Filius in potestate non potest institui sub conditione
casuali,uel mixta: aliàs testamentum est nullum, nisi in
contrarium euentum conditionis exhæredetur.h.d.ista
notabilis lex habens materiam subtilissimam. ¶Nota
2 primò ex isto tex.† quòd filius in potestate potest insti-
tui sub conditione potestatiua, etiam si in defectum il-
lius conditionis non exhæredetur,ita colligitur hic à cõ
trario. quod procedit, etiam si esset conditio potestati-
ua, quæ ultimò uitæ spiritu adimpleri posset. Exem-
plum habetis in l.si libertus.§.existimo.ff.de bon.liber.
debet tamen talis conditio potestatiua esse multùm fa-
cilis.Ita uult Bartol.in l.fina.circa fin.ff.de conditio.in-
3 stitu. Id,quod supra dixi,† filium posse institui sub con-
ditione potestatiua, & quòd testamentum ualeat, limi-
tabitis, nisi talis conditio esset turpis, seu contra bo-
nos mores.Nam tunc institutio esset nulla.l.filios,qui in
potestate.ff. de cond. institu. & illa l. procederet etiam
hodie,& per illam.l.semel.in quæstione facti dicebam,
quòd quædam institutio, per quam pater instituerat fi-
lium sub conditione,si exiret de religione, quam intra-
uerat,erat nulla: quia turpis.Et pro declaratione debe-
4 tis scire,† quòd conditio potestatiua a est illa, quæ pen-
a det à potestate ipsius filij instituti.Exemplum,instituo fi
lium meum hæredem,si dederit decem Titio, uel ascen
derit capitolium.Et de ista conditione potestatiua habe
5 tis in l.fi.ff.de cond.instit. † Et aduertite: quia quædam
est conditio potestatiua, quæ potest adimpleri etiam in
ultimò vitæ spiritu, vt est conditio dandi decem Titio.
Quædam verò est conditio potestatiua, quæ non posset
adimpleri in vltimo vitæ spiritu, vt conditio ascenden-
di capitolium.Ista probantur in d.l.fi.ff.de conditio. in-
stitutio. Habemus etiam conditionem non potestatiuã,
6 † & ista est duplex:quia quædam dicitur conditio casua
lis dependens à mera fortuna, puta instituo filium meũ
hæredem, si nauis ex Asia venerit, & hoc casu institutio
est nulla, nisi filius in contrarium euentum conditionis
exhæredetur.Quædam uerò est conditio mixta, partim
dependens à ptãte instituti,& partim à fortuna.puta,si di
cã instituo filiũ meũ,qui est ultra mare, si regrediatur in

patriam

patriā Pedemontanā[a], & hoc casu institutio est ēt nulla, nisi in contrariū euentum conditionis exhæredetur. Et ita loquitur lex nostra in uers.cum autem. ¶Nota secun
7 dò,† quòd filius in potestate non potest institui sub cōditione non potestatiua,& ad hoc bene facit tex.in l.Lucius.ff.de cond.& dem.¶Sed opponitur de l. si quis hæredem,inf.eo.vbi filia fuit instituta sub conditione,si nuberet,& ista cōditio non est merè potestatiua: quia non depēdet à mera potestate filiæ,& tamen testm̄ valet.Quidam respondent, quòd illa lex loquitur in filio, seu filia emancipata,& hoc vult Cy.Pau. de Cast.refert Bart. ibi dicere,quòd illa conditio est fauorabilis filiæ,& subiicit Bal. dicere, quòd illa conditio etiam hodie non reiiceretur de legitima,per l.quoniam in prioribus.sup. de inoff testa.Sed non reperi Bald.ita dicere, & uos te-
8 nebitis totum contrarium: † nam si pater instituat filiam sub conditione,si nupserit:talis conditio tanquam respiciens grauamen filiæ reijcietur de legitima, ita quòd ipsa filia statim mortuo patre(etiam antequam nubat)poterit petere tantum, quantū ascendat ad suam legitimam. Ad hoc videte Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ad fi.ff.de conditio.& demon.& ita uult hic Bal. Addite Ang. suo consi. 116. incipi. domina Antonia.¶Vltimò
9 no.†quòd si filius instituatur sub cōditione non potestatiua, institutio nihil ualet, nisi in contrarium euentum conditionis exhæredetur: quo casu nullo t pe reperit se preteritum.Hoc notab. limitabitis: nam si filius instituatū sub conditione non potestatiua, & illa conditio eueniat viuente filio, ualebit institutio : quamuis in contrarium euentum conditionis non fuisset exhæredatus. Ita dicit hic Ang.& eius opi.sequitur Alex.de Imo.Mouetur per tex.sing.in l.posthumus.uersi.idem circa,secundùm cōmunem intellectum.ff.de iniust.rup.irri.test.¶Item limitabitis per l. cum posthumus. ff. de liber. & posthum.
10 ¶Not.† q̄ fictio retrotractiua non potest habere locum, vbi deficit extremum,l.huic scripturæ. ff. ad leg. aquil. & capitur ibi istud notabile,inquantùm loquitur de seruo vulnerato,qui decessit,& hoc uult Bar.qui allegat illam.l.in l. si is qui pro emptore.dum tractat de fictione
11 retrotractiua.ff.de usucap.¶Item notetis,† quòd frustra expectatur casus,cuius euentus nihil haberet operari. Ad hoc allegat l.si quis ita scripsit Titius. ff.de hære.institu. quæ lex est ante l. hæreditas,in illo titu. allegatur etiam ad hoc.l.aliquando.§.fi.ff.ad Velle.& c.cum contingat.extra de offi.dele.¶In glo.magna ibi.tu dic.Doc.
12 communiter sequuntur hanc glo.quæ uult, † quòd sicut filius in potestate non potest institui sub conditione non potestatiua: ita idem est dicendum in nepote obtinente primum locum. In judicando non recedatis ab ista sententia; licèt in stricta ratione contraria sententia sit de iure uerior.Et si hanc partem vultis tenere contra communem opi. respondebitis ad l. posthumorum.
13 in ver.sicut filiam.ff.de iniu.rup.† quòd illa dictio,sicut, non importat omnimodam similitudinem, iuxta illud. Estote perfecti,sicut pater vester, qui est in cœlis, quam auctoritatem allegat gl.in l.si cum venderet.in §.fi.ff.de pigno.act.habetur in l.custodiam.ff.de perric.& commodo rei vend.Notatur in l. si cum exceptione. §. quod si homo.ff. quod met.causa. Addite de ista dictione,sicut, Bal.in l.edita.in vltima charta.s̄.de eden.Addite.D.Panor.in c.quia.v.circa quintam col.extra de iud.& Bald. in commento pacis Constantiæ. in ver. vasalli nostri. ¶In gl.super verbo,non erat,in fi.Omnes ferè Doctores vsque ad tempora Bar. tenuerunt contra istam glo. Sed ipse Bar.in consulendo secutus est opin. huius gl. Et dicit, quòd cōsulendo maturiùs consideraeuit, & ante Bar. Richardus Malumb. secutus est istam glo. Eandem opi. tenuit Salic. in l. quoniam in prioribus. supra de inoffi. testa. & idem tenuerunt Pau. de Cast. hic. & in l. suus quoque.ff.de hære.insti.& Ioan. de Imol. ibidem. Alex. de Imo. hic tenet opi. Bar. Ego in quæstione facti obti-
14 nui secundùm istam opi.in his terminis.† Pater instituerat filiam in certa quantitate,si nuberet,& cōsului, quòd antequam nuberet, poterat petere relictum usque ad legitimam, ultra non: quia quantùm ad legitimam reiicitur omnis conditio,omne grauamen,& omnis dilatio.d. l.quoniam in prioribus.& ita fuit judicatum per tres senten.licèt Angel.in duobus locis.scilicet in consi.116. incipien. Domina Antonia quondam Blasii Iacobelli, & in consi.53.incipien.Viuentibus Guil. & Francisca. consuluerit totum contrarium,dicens,quòd,quando filius, uel filia instituitur sub cōditione non potestatiua,quòd testamentum est ipso iure nullum. Et tenet expressè cōtra glo.nostram.Vos teneatis ut supra. ¶ Et notetis ex
15 uerbis Bar.hic, † quòd magis credendum est dicto Doctoris in consulendo, quàm si aliquid dicat in lectura. Addite,quòd hoc idem uult D.Alex.de Imo.suo consi. 185.in 4. vol.incip.Viso titulo quæstionis.in 10.col.illius consi.dum respondet ad quoddam dictum domini Ludo.Roma. qui in lectura tenuerat unum,& in consulendo tenuerat contrarium. Dicit dominus Alex. quòd magis standū est dicto suo in consulendo: quia est actus
16 magis deliberatus.¶Nota,† quòd licèt relatiuum, quis, uel qui, adiectum uerbo futuri temporis importet con-
b ditionem[b].l.Stichum qui meus erit.ff.de lega.1. tamen quandoque importat demonstrationem.l.scribit Quintus Mutius,§.fi.ff.de aur.& arg.leg.

ADDITIONES.

a ¶Conditio potestatiua. Quæ dicatur conditio potestatiua.Vide per Pet.de Anch.in c.nos quidem.nu. 19. ext. de testam.Et ibi nume. 20.quæ dicatur causalis.Et quæ dicatur mixta.nu.21.

b ¶Importet conditionem. Adde Pet. de Ancha.in sua solemni repet.c.postulasti.nu. 19.ext.de for.compe.

In l.Reprehendenda.

SVMMAE.

1 *Conditio turpis adiecta in institutione reijcitur.*
2 *Voluntas declaratur per facta.*
3 *Honor est præferendus omni commodo pecuniario.*
4 *Damnum dicitur pati,qui perdit lucrum.*
5 *Damnum quid dicatur.*
6 *Institutio de aliquo,si uxor masculum pariat,ea mortua masculum extrahendo,an habebit locum talis institutio.*

1 REprehendenda. ¶†Conditio turpis adiecta in institutione reiicitur,& licèt adimpleatur,tamen institutus nō tenetur perseuerare in illo implemento. Hoc dicit
2 ista lex.¶Nota,†quòd uoluntas declaratur per facta,cō
3 cordat l.de quibus. ff. de legib.¶Nota,† quòd concordia maritalis est præferenda omni lucro pecuniario. ¶ Nota,quòd honor est præferendus omni commodo pecuniario. ¶ Nota,quòd ille, qui elegit malam uiam, debet redire ad bonam.¶Nota secūdùm Bal. quòd plus peccat, qui exequitur mandatum illicitum, quàm qui
4 mandat.¶Nota hic uideri probari, † quòd perdere lucrum est pati damnum:alibi habetis, quòd non sunt paria, lucrū non capere, & damnum pati.ita probat tex. in l.fi.inf. de codic.Vnum notetis,quòd postquam lucrum est iam radicatum, & acquisitum, illud perdere est pati damnum.Ista est gl.notabilis in l.1.§. si quis autem propter,super uerb.in integrum restit.ff.de itin.actuque priua.Et ita dicit Bald.in l.cum te sponsæ.sup.de don. ante nupt.

nup. & idem Bal. in l. non amplius. in §. 1. ff. de lega. 1.
5 Et idem Bal. in l. iubemus. sup. de sacrosan. eccl. † aliàs
regulariter damnum dicitur diminutio patrimonij. l. 3.
6 ff. de damn. infec. ¶ Quæro,† quid si ego instituo, uel
substituo aliquem hæredem, si uxor mea pariet mascu-
lum, & uxor mea decedat in partu, & ex ipso uentre ex-
trahatur masculus viuus, an dicetur adimpleta condi-
tio prædicta. Concludite audacter, quòd non, imò est
defecta, adeo quòd institutio, uel substitutio locum non
habebit. Iste est tex. notabilis in l. anniculus. la. 1. in §. 1.
ff. de uerb. signi.

In l. Generaliter.

SVMMAE.

1 Substitutio facta in testamento cum pluribus conditionibus alternatiuis quando habeat locum.
2 Dispositio omnis alternatiua dicitur incerta, & nu. 3.
3 Conditiones plures, quando apponuntur inter personas, resoluuntur in copulatiuam.
4 Statuto cauetur, quòd si quis intestatus decesserit, mater repellatur à successione, an habebit locum in decedente in pupillari ætate.
5 Patre instituente filium hæredem, & substituente si sine liberis decedat, mortuo instituto superstitibus filijs, an filij ueniant ab intestato, uel ex testamento tanquam substituti.

Generaliter. ¶ Dicunt Doctores
quòd principium hu-
ius l. non habet concordantiam, nisi unã,
scilicet in l. Lucius, in ultima charta. ff. de
1 hære. institu. ¶ In summa. h. d. † Substitu-
tio facta, vel fideicommissum relictum, si institutus deces
serit sine liberis vnà cum aliis pluribus conditionibus
alternatiuis locum nõ habet, nisi omnes conditiones exi
stant, & sic alternatiua resoluitur in copulatiuam. Hoc
dicit. usque ad. §. cum autem. ¶ Quæro, qualiter intelli-
gantur ista verba, vt incertus successionis exitus &c. re-
spondetur, quòd debẽt intelligi hoc modo. Nam Impe-
rator vult dicere, quòd hæ conditiones erant alternati
2 uæ, † & omnis dispositio alternatiua dicitur incerta. l.
vbi autem non apparet. §. illud aut illud. ff. de uerb. obl.
& l. Prætor edicit. in §. illud. ff. de iniur. Item voluit di-
cere, quòd mens testatoris fuit fauere liberis ipsius in-
stituti; & tamen verba testatoris sonabant ad oppositũ:
3 quia erant concepta alternatiuè, † & alternatiua parit
incertitudinem. Vt igitur seruetur uerisimilis, & præsum
pta uoluntas testatoris, statuit hic Imperator, quòd istæ
conditiones alternatiuæ resoluantur omnes in copula-
tiuã, & sic claudentur omnes certo fine: ita quòd substi
tutio, seu fideicommissum nunquam habebit locum, ni-
si omnes conditiones existant, & est, quando plures con
ditiones alternatiuè apponũtur inter personas: quia re
soluuntur in copulatiuam. tex. est notabilis in l. si is qui
ducenta. in §. itẽ si pater. ff. de rebus dub. ¶ Quæro de ra-
tione huius tex. Dicite, quòd ratio est, quia intentio te-
statoris fuit fauere liberis hæredis instituti per eum. vn-
de quãdo dicit, si institutus decesserit sine liberis, vel sine
testamento, si illa alternatiua intelligerẽt propriè, seque
retur, quòd si institutus decederet cum liberis, & sine
testamento, quòd substitutus posset petere bona, & sic
excluderet liberos hæredis instituti, & hoc esset contra
mẽtem testatoris, qui voluit fauere ipsis liberis, & ideo
ad hoc, vt substitutio, vel fideicommissum habeãt locũ,
requiritur, quòd omnes istæ conditiones eueniant: &
sic disiunctiua resoluitur in coniunctiuam. ¶ In glo. pri-
ma. Inducitur materia huius glo. ad quęst. quotidianam.
4 † Statuto cauetur, quòd si quis intestatus decesserit, ma
ter repellatur ab eius successione (existentibus fratri-
bus ipsius defuncti) an, si contingat aliquem mori in æta
te pupillari, statutum habebit locum, vt mater exclu-
datur. Dominus Alexan. de Imol. hic plenè disputat, &
dicit communem opinionem esse, quòd dictum statutũ
non uendicabit sibi locum in pupillo, licèt Bar. tenuerit
contrarium in l. 1. ff. de suis, & legit. & in cons. suo incip.
puella, & in cõs. suo inci. Hęc est copia cuiusdam statuti.
Et alleg. Pet. de Anch. & Ang. tenuisse opi. Bart. Addite
vos, ꝙ D. Ludoui. Roma. suo consi. quarto, & in alio suo
consi. 199. tenet opi. Bar. hic. Addite etiam, quòd domi-
nus Floria. de San. Pe. in l. cum antiquioribus. inf. de iu-
re delib. tenet contra Bar. nisi probetur communis usus
loquendi. Ad tollendum istam dubitationem consulo
in practica, quòd faciatis unum articulum, sicuti commu
nis usus loquendi tam peritorũ, quàm imperitorum ha-
bet, quòd istud uerbum, intestatus, comprehendat etiã
intestabilem, idest eum, qui testari non poterit, & hoc
modo mater obtinebit. ¶ Idem in statuto loquente de
istis uerbis, ab intestato, comprehenditur pupillus, &
huic opi. adhæret Alex. de Imol. hic. Addite uos (ultra
eum) Bal. qui ita dicit Insti. de hæredit. quæ ab intest. in
prin. Idem ad id, quod no. glo. in l. Lucius. in ultima car
5 ta. ff. de hæred. insti. quæ glo. dicit, † ꝙ si pater instituat
filium hæredem, & substituat hoc modo. Si filius meus
decesserit sine liberis, substituo Albertum amicum meũ.
Ipse filius institutus suscepit liberos. vnde quæritur, an
mortuo instituto illi liberi ueniant ex testamento, an ue
rò ab intestato. Glo. notab. in d. l. Lucius. determinat, ꝙ
uenirent ab intestato. Ista inuestigatio est magnæ utilita
tis: quia si uenirent ex testamẽto, & tanquã substituti, &
institutus alienasset aliqua de bonis testatoris, ipsi liberi
tanquam substituti reuocarent illam alienationem, sed
si ueniant ab intestato, non reuocabunt alienata per eo-
rum patrem, sed solùm habebunt de hæreditate testato-
ris id, quod supererit. Addite, quòd Do. Alex. de Imol.
suo. consi. 109. incip. Viso themate. in 1. uol. refert, quòd
communis opi. Doctorum sequitur glo. in d. l. Lucius.
& istammet cõem opi. refert etiam Ange. in d. l. Lucius.

In. §. Cum autem.

SVMMAE.

1 Substitutio facta per fideicommissum liberis intelligitur facta, si decesserint sine legitimis descendentibus.
2 Correlatiuorum unum facit cognosci alterum.
Statutum, quo cauetur, quòd rapiens filium alterius decapitetur, rapiens non habentem patrẽ non meretur decapitari.
3 Dispositio huius legis an habeat locum in donatione causa mortis.
4 Testator instituit hæredem, & adijcit hæc uerba, si hæres meus sine liberis legitimis, & naturalibus moriatur, substituo Sempronium. Si hæres decessit relicto filio legitimato, an ille legitimatus excludet substitutum.
5 Substitutio facta instituto filio, si sine liberis decedat, ipso filio ingrediente monasterium, an cesset.
6 Opinio, quæ fauet religioni, est sequenda.

1 §. Cum autem. ¶ † Substitutio facta per fi-
deicommissum liberis, ne
dum legitimis, & naturalibus, sed etiam naturalibus tan
tùm post eorum mortem intelligitur facta, si decesserint
sine legitimis descendentibus. h. d. iste notabilis. §. ¶ No
2 ta. ex isto tex. ibi, si pater efficiatur. secundùm Salic. † ꝙ
unum correlatiuorum facit cognosci alterum. Et ex
hoc infertur, quòd si statuto cauetur, quòd si quis rapue
rit filium alterius decapitetur, & aliquis rapiat unum,
qui non habeat amplius patrem, non merebitur decapi-
tari,

tari. Idem uult Bal. in l. cum acutissimi. inf. de fideicom. Et aduertite, quia dispositio huius legis haberet locum, et si unus ex filiis eēt grauatus restituere post mortē suā alteri filio eiusdē testatoris. Nam subintelligeretur ista cōditio, si sine liberis decesserit ipse grauatus. l. cū auus. ff. de cond. & dem. ¶ Item hoc etiā haberet locum in donatione causa mortis. gl. singularis approbata in l. 1. inf.
3 de don. causa mor. ¶ Quæro circa istā legem. † Quid si testator instituat hæredem, & grauet eum restituere hæreditatem Sempronio, si ipse institutus decesserit sine liberis, & contingat, quòd institutus decedat relicto uno filio naturali tantùm nato ex concubina: an ille naturalis excludet substitutum. Concludite quòd sic, regulariter, ut notatur per glo. in c. Rainaldus. in ver. legitimè. extra de test. & per gl. in c. in pęnitentia. in uer. absq; liberis. extra de ꝓba. habetur in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Ista regula fallit in multis casibus. ¶ Primus casus est, si substitutus esset filius legitimus, & naturalis testatoris. Nam tunc naturalis tantùm natus ex hærede instituto non excluderet substitutum. Ita dicit hic singulariter Bar. de Salic. ¶ Secundò fallit, quando illa conditio, si sine liberis decesserit, non fuisset apposita ꝑ testatorem, sed subintelligeretur à lege. Nā tunc naturalis tantùm non excluderet substitutum. & iste est uerus intellectus nostri. §. ¶ Tertiò fallit, quando ecclesia esset substituta. Nam tunc verisimiliter testator non cogitauit, quòd naturalis tantùm deberet excludere ecclesiā substitutam. Ita dicit eleganter Bal. in c. in præsentia. extra de probat. ¶ Quartò fallit, quando institutus tempore testamenti habebat filios legitimos, & naturales. Nā tunc de mente testatoris non videtur fuisse, quòd naturalis tantùm excludat substitutum, secundùm Paul. de Cast. in lect. Padua. in d. §. si quis rogatus. ¶ Quintò fallit, si testator esset notabilis, uel in dignitate cōstitutus. Nam tunc non videtur cogitasse, ꝙ naturalis tantùm excludat substitutum. Ita dicit Ang. in d. §. si quis rogatus. ¶ Sextò, & vltimò fallit, quando ista proles non legitima denigraret honorē, & famā testatoris, puta: quia habens unicam filiā eam hæredē instituit, & sibi substituit alium. Nam non est verisimile, quòd testator voluerit naturalem tantùm, qui nasceretur ex filia sua, excludere substitutum. Ita dicit Ang. in d. §. si quis rogatus. ¶ Circa
4 aliam quæstionem quæ formatur hic. † Quid si testator instituat hæredem, & adijciat hæc verba, & si hæres meus sine liberis legitimis, & naturalibus moriatur, substituo Sempronium: hæres decesit, relicto filio legitimato, qui erat spurius, sed fuit legitimatus, an ipse legitimatus excludet substitutum. Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus. & in l. ex facto. ff. de vulgari & pupil. refert, quòd communis opi. Doct. est, quòd ipse legitimatus excludet substitutum. Addite vos, quòd clarissimus Doctor dom. Ant. de Prato veteri in sua solemni repetitione. c. 1. §. naturales. in tit. si de feud. defun. fue. contr. in libel. feud. refert, quòd secundùm istam opi. tempore suo cōsuluerūt dominus Florianus de S. Petro, nec nō & dñs Petr. de Anchara. & Ludo. Romanus refert etiam, quòd omnes Doctores existentes in curia tempore, quo Papa Eugenius erat Bononiæ, ita consuluerunt, & dicit, quòd ita fuit determinatum in causa Comitis Ioannis de Cantagallo. Limitabitis tamen conclusionem istā, nisi testator dixisset. Si hęres meus decesserit sine liberis legitimè natis. Nam tunc legitimatus non excluderet substitutū: quia uerum est, quòd non est legitimè natus. Item limitabitis, nisi testator esset nobilis, vel in dignitate constitutus. Nam tunc verisimiliter noluit substitutum excludi per legitimatum, secūdùm Ang. in sua disputatione inci. Nobilis quidam genere. & Ant. de But. in c. per venerabilem. ext. qui filij sint legitimi. per Bar. in suo consi. incip. Viso instrumento locationis. Addite aliā pulchram
5 quæstionem. † Nam si ego instituo Titium hæredem meum, & grauo eum restituere bona mea Sempronio, si sine liberis legitimis naturalibus decesserit, & ipse Titius institutus ingrediatur monasterium, substitutus excludetur. Et ista est communis opin. relata per Alex. de Imo. suo consi. 35. in 3. volu. Idem voluit suo consi. 121. in 2. vol. & dicit Io. de Imol. in c. in præsentia. extra de
6 proba. quòd ista opi. seruaretur in practica: † quia quotiescunque in aliquo passu sunt variæ opin. in dubio sequenda est opinio. quæ fauet religioni. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun.

In l. Si quis hæredem.

SVMMAE.

1 *Conditio apposita in testamento sufficit, quòd semel fuerit adimpleta.*
2 *Doctor iurauit non legere in studio, nisi prius facta taxatione domorum, si primo anno taxarunt domos, & sequentibus annis non, an possit perseuerare in lectura sine metu periurij.*
3 *Scholaris si iurauit nō capere insignia doctoralia alibi, quàm in studio Taurinensi, & uadat ad aliud studium, & faciat se de nouo examinari, & licentiari, poterit sine metu periurij ibi doctorari.*
4 *Testamentum nunquam habet robur, nisi mortuo testatore.*
5 *Legatum conditionale nunquam transmittitur ad hæredes.*

SI quis hæredem. ¶ Sufficit conditionē causalem, uel mixtam semel fuisse adimpletam, etiam viuo testatore: quamuis implementum postea non duret. h. d. ¶ No-
1 ta ex isto tex. † quòd sufficit, quòd conditio apposita in testamento semel fuerit adimpleta, licèt postea desinat,
2 & non perseueret implementum. † Inducitur hæc lex ad Doctores, qui iuerant ad legendum in studio Aurelianen. qui iurauerāt ad sancta Dei euāgelia nō legere in illo studio, nisi prius facta taxatione domorum. Aurelianen. primo anno taxarunt domos, sequētibus autem annis non: vtrùm sine metu periurii possint perseuerare in lectura. hæc lex facit, quòd sic. Petrus de Bellap. dicit, ꝙ securiùs fecerunt illi, qui recesserunt, quàm illi, qui perseuerarunt. Ange. dicit, quòd si illi Doctores (lapso anno) fuerint conducti de nouo, poterunt sine metu periurii perseuerare, aliàs non. Addo uobis quòd Anto. de But. & dom. Panor. in c. cum inter. extra de renun. dicūt,
3 † quòd si scholaris iurauit non capere insignia doctoralia alibi, quàm in studio Taurini, & vadat ad aliud studium, & faciat se de nouo examinari, & licentiari: poterit sine metu periurii ibi doctorari. ¶ In glo. prima ibi, & à sciente. Sed quæ est ratio differentiæ, quòd conditio, quæ consistit in dando, debeat impleri per eum, cui relictum factum est, demum mortuo testatore, & à sciēte talem conditionem fuisse appositam, & tamen si est conditio casualis, vel mixta, puta, si nauis uenerit ex Asia, quæ est casualis, vel si Titius factus fuerit cōsul, quæ est mixta, vel nupserit, quæ etiam est mixta, sufficit quòd impleatur quandocūque, siue viuo testatore, siue mortuo, & etiam ignorante eo, cui proficit implementum. Respōdete, quòd ratio diuersitatis est: quia quando conditio consistit in dando, continet iussum testatoris, vt ille, cui relictum est, debeat implere id, quod in conditione continetur, & uerisimiliter voluit adimpleri post mortem
4 ipsius testatoris, † cùm testamentum nunquam habeat robur, nisi mortuo testatore. c. cū Martę. extra de celeb. miss. & l. unica. §. cum igitur. inf. de caduc. tollen. Sed quando conditio est casualis, uel mixta, non continet iussum testatoris respectu personæ honoratę, & ideo sufficit,

ficit, quòd quandocunque adimpleatur, etiam viuente
testatore, & etiã ignorante eo, cui proficit implementũ
5 conditionis. Induco hanc. l. ad quæstionem. † Testator
habens filias paruulas legauit uxori mille, si steterit cũ
illis filiabus, ipsa stetit per unum annum, uel duos, dein-
de decessit, & adhuc non fuerat consecuta legatum, an
illud legatum transmiserit ad hæredes suos. Videtur ꝙ
non: quia istud uidetur legatum conditionale, quod nõ
transmittitur ad hæredes. l. unica. §. sin autem sub condi
tione. inf. de cad. tol. Contrarium determinabitis: quia
ista cõditio defecit per casum mortis ipsius mulieris, &
ideo illud transmisit ad hæredes suos. Non ob. §. sin au-
tem. quia loquitur in conditione, quæ unico momento
impletur & vna vice tantùm; nos uerò loquimur in cõ-
ditione, quæ habet tractum successiuum, vt stare cum fi-
liabus. Nõ obstant no. per Bar. in l. qui concubinam. §. si
vxori. ff. de leg. 3. quia loquitur ibi Bar. in legato annuo:
quo casu mulier, donec stabit, habebit legatum: sed quã
do morietur, pro annis sequentibus non transmittet le-
gatum ad hæredes suos. Ita determinat notanter. d. Io.
de Anania suo consi. 8. incip. Viso puncto.

In l. Si testamentum.

S V M M AE.

1 *Institutio facta sub modo, uel conditione, uel demonstratione exprimendis à testatore non uitiatur, licèt non exprimãtur.*
2 *Secundùm, dictio non importat conditionem. & nu. 3.*
3 *Princeps si me inuestiuit de tali feudo, secundùm quòd prædecessores mei fuerunt inuestiti, licèt prædecessores mei nõ fuerint inuestiti, ualet talis institutio.*
5 *Villæ, & castra habent confines.*
6 *Arbiter, uel arbitrator si aliquid mihi adiudicat non facta taxatione, an ualeat tale arbitramentum.*

1 SI testamentum ¶ † Institutio facta sub mo-
do, vel conditione, vel demonstratione
exprimendis à testatore non vitiatur, li-
cèt non exprimantur, & si conditio sit ap
posita in fine testamenti, facit institutionem conditiona
lem, sicut si in princi. testamẽti apposita fuisset. h. d. ¶ No.
2 1. ex isto tex. † quòd ista dictio, secundùm. non importat
a coditionem [a]. Et hoc facit secundùm Ang. hic in aliqui-
3 bus lecturis ad quæstionem. † Princeps inuestiuit me de
tali re in feudum, secundùm quòd prædecessores mei
fuerunt inuestiti: licèt nõ appareat, quòd prædecessores
mei vnquam fuerint inuestiti, tamen inuestitura mihi fa
cta erit valida, & hoc etiam vult hic Pau. de Cast. Item si
fui condemnatus ad soluẽdum alicui nobili singulis an-
nis vnum par caponum, secundùm quòd prædecessores
mei facere consueuerunt, licèt non appareat, quòd vn-
quam prædecessores mei soluerint, tamen condemna-
tio factam contra me ualebit. Ita expresè determinat
Bartol. & Bald. in lectura antiqua in l. eum qui. §. Iulia-
4 nus. ff. de consti. pecu. † De ista dictione, secundùm, habe
tis per Cy. in l. secundùm. inf. de contrahen. commit. &
stipulatione. per Bald. in repetitione l. edita. in ultima
carta. sup. de edẽ. per Canon. in c. abbate. ext. de uer. sig.
5 ¶ Nota subsequenter, † quòd villæ, & castra habent suos
confines. vnde dicit hic Ang. quòd si ego accuso alium,
quòd commisit maleficium in territorio Taurini, ego
in libello meo debeo exprimere confines territorii Tau
rinen. quod est notand. Inducitur etiam secundùm Alb.
6 de Rosa. hæc lex ad quęstionem. † Arbiter, seu arbitrator
in iudicio communi diuidundo adiudicauit mihi rem
unam insolidum, reseruato tamen sibi arbitrio taxan-
di pretium dandũ socio meo in recompẽsationem: ipse
arbiter, vel arbitrator si moriatur nõ facta illa taxatiõe,
tamen laudum remanebit validum. ¶ In glo. vnica ad fi.
Pro vera solutione l. quoties. §. tantũdem. quæ est hic in
glo. alleg. dicite secundùm Bar. ibi, & pleniùs per Imol.
quòd in casu. d. §. tantundem. testator ante actum testan
di prædixerat, quòd intendebat instituere Titium sub
conditione, deinde per aliquod modicum tempus faciẽ
do testamentum instituit Titium hæredem simpliciter,
dicitur ibi, quòd institutio est nulla. Et est ratio, quia Ti
tius non debet esse hæres purè: quia hoc testator nõ vo
luit: non erit etiam hæres sub conditione, quia non ap-
pareret de aliqua conditione apposita, ideo ratione in-
certitudinis vitiatur institutio. Sed in l. nostra testator
ante actum testandi ita non prædixerat, sed in ipso testa
mento dicit, quòd instituebat Titium sub conditione,
quam adscriberet. inf. deinde nullam conditionem ad-
scripsit: certè institutio remanet pura, quia videtur peni-
tuisse, & nolle aliquam conditionem apponere.

ADDITIO.

a ¶ Non importat conditionem. Adde Bar. in §. Iulianus.
alleg. in tex. & Sal. in l. secundũ. nu. 3. versi. colligo. ĩ. de
contrahen. & commit. stipula.

In l. Cum quædam.

S V M M AE.

1 *Substitutio pupillaris tacita non admittitur contra matrem.*
2 *Substitutio tacita pupillaris comprehensa sub uulgari expressa non admittitur contra matrem.*
3 *Substitutio uulgaris, quæ fit per ista uerba negatiua, & si filius meus hæres non erit, substituo Caium, habet quinque effectus.*

1 CVm quædam. ¶ † Tacita pupil-
laris substitutio
non admittitur contra matrem; si tamen
mater ante mortem filii exeat de medio,
substitutus admittetur. h. d. secũdùm opi
nionẽ glo. & Doctorum communiter. Vel sic (secundùm
Bar.) Vulgaris substitutio expressa in unum casum exten
ditur ad alium non expressum, nisi mater sit data cohæ-
res instituto. h. d. ¶ In glo. fi. ibi, contra matrem non ad-
2 mittitur. Ex hac glo. colligitis, † quòd tacita pupillaris
a comprehensa sub expressa vulgari non admittitur con-
tra matrem, imò mater excludit substitutum volentem
venire ex illa tacita pupillari, quę comprehendit sub ex
pressa vulgari. Et hãc opi. Doct. communiter sequuntur.
licèt Raph. Fulg. hic determinet contrarium, cuius moti
uis respondet hic Alex. de Imo. Sed ego limito commu
nem opi. glo. & Doct. vt non procedat, quando testator
instituisset filium impuberẽ, & adiecisset hęc uerba: Et si
filius meus hæres non erit, ego substituo tale monaste-
rium, vel pauperes Christi. Nam hoc casu, si filius meus
moriatur in ætate pupillari, & monasterium, vel paupe-
res Christi velint venire ex tacita pupillari comprehen-
sa in expressa vulgari, excluderẽt matrẽ impuberis: quia
testator verisimiliter prędilexit animam suam vxori. Ita
eleganter determinat Ang. in l. precibus. in lectura Pa-
duana. inf. titu. 1. Et istud dictum commemorat, & sequi
tur Alex. de Imo. suo consi. 38. incipien. viso themate. in
1. volu. Et idem dicit suo consi. 66. incip. viso testamen-
to in 2. volu. Limitabitis secundò, nisi mater ante mortẽ
filij impuberis transiuerit ad secunda vota. Nam tunc:
quia per talem transitum contristatur anima mariti. §.
quæ nunc. & §. soluto. in Auth. de nupt. ideo tunc tacita
pupillaris comprehensa sub expressa vulgari excludit
matrem. Ita dicit Ang. in l. 2. ff. de vulg. & pupil. Et hoc
dictum

dictum commemorat,& sequitur d.Fran.de Are.suo cō sil.165.inc.periculosum est.¶Nota,† q; vulgaris substitu
3 tio,quæ fit per ista uerba negatiua,& si filius meus hęres non erit,substituo Caiū,ut no.Inst.de vulg.subst.in prin. hēt quinq; effectus. ¶ Primus effectus est, quia sub ista uulgari expressa comprehēditur tacita pupillaris,ut hic, & ista tacita pupillaris non excludit matrem, ut probat ista lex,secundùm communem intellectum.Secundus effectus est,quia facit vulgaris substitutio, q; testamentum pōt incipere à secundo gradu.l.3.§.fi.ff.de lib. & posth. Tertius effectus est, quia per uulgarem substitutionem succeditur testatori, non aūt hæredi instituto.l.post aditam.infra titu.j.Quartus effectus est,quia datio substituti vulgaris tollit suitatem, vt plenè notatur in l. si filius hæres.ff. de libe. & posthu. quod verum intelligatis, quando vulgaris substitutio fuit facta per ista verba generalia, si hæres non erit, secus si sit facta in unum specialem casum.s.si hæres esse non possit. Nam tunc datio substituti vulgaris non tollit suitatem Istud est elegans dictū Bar.in l.Gallus.§.& quid si tm̄ ff.de lib.& posthu.¶Quintus,& vltimus effectus est,quia si instituo seruum hæredem meum,& do substitutum vulgarem,si hæres non erit.Nam ista verba,si hæres non erit,intelliguntur,vel alium hæredem non fecerit,tex.vidistis in l.cum proponas.s̄.de hær.instit.bene facit l.paterfamilias.ff.de hæred.institu.

ADDITIO.

a ¶ Tacita pupillaris. Substitutio pupillaris an expiret per ingressum monasterij.Vide per Pe.de anch.in c.Raynaldus.nu.4.ext.de testa.

Rubr.De impub.& alijs subst.

SVMMAE.

1 Fideicommissarius non est propriè hæres substitutus, & nu.2.

¶ Addite ad ea,quæ scribit hic Alex.in Rub. dum dicit.
1 † q; fideicommissarius non est propriè hæres substitutus,alle.l.postulante.in §.1.ibi.quodammodo, & ibi lo-
2 co hæredis.ff.ad Trebell.postea dicit, † quòd fideicommissarius bene dicitur substitutus. Addite,quòd ille.qui format libellum pro fideicommissario,debet esse cautus,ne dicat in libello, quòd ipse fideicommissarius est hæres rogati,seu grauati restituere, licèt dicat, quòd est hæres grauantis,seu rogantis:quia per fideicommissariā substitutionem succeditur testatori.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil. Et si in libello diceret, quòd est hæres ipsius rogati, libellus esset ineptus. Ita per plura probat Bal.in suo cons.64.incip.in Christi nomine,casus talis est.Zeno veniens ad mortem.in 3.vol. suorum cōs.

In l. Cum hæredes.

SVMMAE.

1 Partes adiectæ in institutione censentur tacitè repetitæ in substitutione. & nu.2.

3 Scriptura præcedens declarat scripturam sequentem.

4 Declaratio qualiter fienda in substitutione,quando pater instituit tres filios, & duas filias in re certa, adijciendo hæc verba,q; si aliquis filiorū meorum decedat sine liberis, quòd eius portio deueniat ad superuiuentem.

1 CVm hæredes. ¶† Partes in institutione adiectę cēsentur in substitutione tacitè repetitæ. h. d. ¶De ista materia habetur in l. turpia.in§. fi.ff.de leg.1.Et hoc procedit,nedum quā do substitutio est facta per nomina appellatiua,sed ēt p nomina indefinita,quę possunt haberi pro appellatiuis, tex.est notab.in l.Lucius,in §.Mæuia.ff.ad Treb.Item ista lex nostra ꝓcedit,ut partes adiectæ in substitutione uul-
2 gari intelligantur †repetitæ in substitutione compendiosa,tex.est notab.in l.Lucius.§.pater puerum.ff.ad Treb. Item sm̄ Cum. in l.si hæredes nominatim.ff.de leg. 1.ꝓcederet hęc lex,si testator dixisset Substituo Titios.Nam hoc casu testator uidetur potius habuisse respectum ad nomen appellatiuum, q̄ ad nomen proprium,per d. l.si hæredes nominatim,non tamen procedet hæc lex in legatariis. Nam si testator sub appellatiuo noīe grauaret legatarios dare certam quantitatem,intelligerentur grauati uiriliter,nō autē habito respectu ad legata, in q̄bus legatarii erant dispares,tex.est cum sua gl.sing.in l.unica.§.sed ut manifestetur,in uerbo,uirili.j̄.de cadu. toll.
3 Addite ad scripta hic per d.Alex.† q; scriptura præcedēs declarat scripturam sequentem.l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulg.& pupil.Et hoc facit ad pulchram quæst.
4 †Pater habens tres filios,& duas filias,ipsos filios masculos hæredes uniuersales instituit: filias autem instituit ī certa quantitate, deinde adiecit hæc uerba. Et si aliquis ipsorum filiorum meorum masculorum decedat sine liberis,uolo,q; portio sua deueniat ad superuiuētes: vnus ex filiis masculis decessit sine liberis,alii masculi virtute substitutionis uolūt totā illam portionē:filiæ fœminæ dicunt se debere partem habere suam,quia testator dicit ad superuiuentes.Vera concl.est, q; filiæ fęminæ nihil habebunt de portione illius defuncti,quia scriptura præcedens,per quam testator coniunxit illos tres masculos, declarat mentem testatoris fuisse,q; illa verba,ad superuiuentes, intelligerentur de masculis. Secus si testator habuisset tantummodo duos masculos, & duas filias fœminas,& fecisset substitutionem per verba prædicta. Nā hoc casu illa dictio,superuiuentes, pluralis numeri non potest uerificari in vno solo masculo superstite: & ideo
5 filiæ fœminæ habebunt partem suam.†Sed quid si notarius scripsisset abbreuiatè illud uerbum,superuiuētes,ita q; nesciamus,an dicat superuiuentes,an uerò superuiuentem.Concludite,q; in dubio interpretabimur in singularis ita q; filiæ fœminę nihil habebunt de portione fratris defuncti.Hæc omnia scribit eleganter Barto.in l.fi. ff.ad Treb.Et sequitur Alex.de Imo.in d.§.qui discretas, qđ tenete perpetuò menti.

In l. Hæreditatem.

SVMMAE.

1 Substitutio breuiloqua facta disparibus personis non comprehendit pupillarem substitutionem in persona impuberis. Nec comprehendit fideicommissariam.nu.2.

3 Substitutio facta hoc modo,instituo Petrum filium meum, & ei substituo Caium,an contineat fideicommissariam.

HAereditatem. ¶Breuiloqua substitutio facta psonis disparibus, quibus poterat fieri sola uulgaris substitutio non comprehendit
1 pupillarē.h.d.¶Nota,† q; breuiloqua sub-
a stitutio facta disparibus personis,puta: quia pater instituit filium impuberem pro dimidia,& alium extraneum pro alia dimidia, deinde dicit. Vos ad inuicē substituo, certè sub ista substitutione breuiloqua, seu reciproca non comprehenditur pupillaris substitutio in persona impuberis. Et ideo licèt moriatur in pupillari ætate, alter cohæres maior non excludet matrem pupilli à suc-
2 cessione.†Et dicit hic Bartol.se uelle dicere unum,quod nunquam proposuerat dicere, scilicet, quòd in casu

prædicto ſubſtitutio facta, ut ſup. non comprehendit fideicommiſſariam. Quod limitetis, niſi eſſet admixta cō pendioſa cum aliquo verbo importante tractum tēporis, puta, quia dixiſſet teſtator. Et quandocunque alter veſtrum deceſſerit, vos adinuicem ſubſtituo. Nam hoc caſu bene comprehenderet fideicommiſſariam. Et hoc vult eleganter Bar. in l. Lucius, in pen. & vlt. quęſt. ff. eo.
3 de vulg. & pup. quod eſt menti tenendum. ¶ † Quid autē ſi teſtator dicat hoc modo. Inſtituo Petrum filium meū, & ei ſubſtituo Caium. Bald. in l. humanitatis. inf. eo. dicit, quòd iſta ſubſtitutio continet etiam fideicommiſſariam. Vos tenebitis contrarium: quia continet ſolā vulgarem. Et ita vult Bar. in l. centurio. in verſ. oppono ad prædicta. ff. eo. de vulg. & pup. & Ioan. de Imo. in c. Raynutius, ext. de teſtam. Addite, quòd de hac materia plenius tractat. D. Alexan. de Imo. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu.

ADDITIO.

a ¶ Breuiloqua ſubſtitutio. Subſtitutio quare dicatur reciproca, vel breuiloqua. Vide per dominum Fran. Zaba. in c. Raynutius. num. 20. ext. de teſtam. Et quibus verbis fiat, ibidem. num. 21.

In l. Hæres inſtituta.

S V M M AE.

1 Subſtitutio uulgaris facta per hæc uerba, ſi hæres non erit, intelligitur ex teſtamento.
2 Cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati.
3 Legitimam an poſsit petere repudians hæreditatem.
4 Filius, qui repudiauit hæreditatem patris, poteſt mutare propoſitum infra triennium, & adhuc adire, & acceptare hæreditatem.
5 Repudiatio an uitietur, ſi filius dicat, repudio hæreditatem, ſalua legitima.

1 HAeres inſtituta. ¶ † Subſtitutio vulgaris facta per hæc verba, ſi hæres non erit, intelligitur. ſ. ex teſtamento. Et ideo ſi inſtitutus repudiet ex teſtamento, facit locum ſubſtituto vulgari: ſi quid tamen à defuncto debebatur ipſi inſtituto, poterit petere à ſubſti
2 tuto. h. d. ¶ Not. ad quod alleg. † ꝙ cauſa teſtati pręfertur cauſæ inteſtati. Fallit in caſu ſing. l. ſi quis hæres ita inſtituatur ſi legitimus. ff. de hære. inſti. quæ eſt in vltima car
3 ta illius tituli. ¶ † Sed dubitatur hic de pulchra qōne: nū quid iſta filia, quæ repudiauit hæreditatem maternā ex teſtamento, poſsit petere legitimam ſibi iure naturæ debitam ab iſto ſubſtituto vulgari. Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb. & idem Bar. in l. gerit. ff. de acq. hære. determinat, ꝙ non. Et dicit hic Alex. de Imo. ꝙ iſta eſt cōis opi. Et iſta opin. procedit, etiam ſi pater, vel mater decedat ab inteſtato: quia filius, uel filia non poteſt repudiare hæreditatem paternam, vel maternam ab inteſtato retinēdo legitimam. Ita ſing. dicit D. Panor. in c. Rainutius. in fi. commen. ext. de teſta. quod dictum nunquam vidi ſcriptum alibi. Communem concl. prædictam limitabitis, niſi pater in teſtamento grauaſſet filium, vel filiam legatis in rebus ipſius filij, vel filiæ. Nam hoc caſu poterit filius, vel filia repudiare hæreditatem ex teſtō (retenta ſibi legitima) & facere locum ſubſtituto vulgari. Ita eleganter determinat Bar. in l. 1. circa 8. col. in ver. ſed quęro, an aliquo caſu. ff. eo. de vulg. & pup. quod eſt menti
4 tenendum. ¶ † Secundò limitabitis, niſi filium, vel filiam poſt repudiationem pœniteat. Nam infra triennium poterit mutare propoſitum, & adhuc acceptare hæreditatē patris, tex. eſt ſing. in l. fi. ſ. de repud. hær. ¶ Not. ēt vnū,
5 quod vult hic Bal. dū dicit, † ꝙ ſi filius dicat. Ego repudio hęreditatem (ſalua legitima) vitiabitur talis repudiatio, alleg. l. ſi libertus p̄ono. verſ. quid ergo. ff. bon. liber.

In l. Quamuis placuerit.

S V M M AE.

1 Subſtitutio uulgaris expreſſa facta duobus ſimul, quorum uni non poterat pupillariter ſubſtitui, continet ſolam uulgarē.
2 Determinatio una reſpiciens plura determinabilia debet ea determinare uniformiter. Limita ut ibi, & nu. 3.
4 Subſtitutio tacita pupillaris non comprehenditur ſub uulgari ſubſtitutione expreſſa in caſu.
5 Pluralis locutio reſoluitur ī ſuas ſingularitates. Limita, ut ibi.
6 Subſtitutione facta, & euentu pendente, ſi aliqua res alienatur, an habeat locum reſtitutio.

1 QVamuis placuerit. ¶ † Expreſſa vulgaris ſubſtitutio facta duobus ſimul, quorum uni non poterat pupillariter ſubſtitui, continet ſolam vulgarem, non aūt tacitam pupillarem in perſona impuberis
2 h. d. ¶ † Nota id, ad quod allegatur, ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, dēt ea determinare vniformiter, concordat l. iam hoc iure. ff. eod. Limitabitis tū hanc regulam procedere, niſi uni determinabilium aliquo ſpeciali iure maior fauor debeatur, quā alteri. Nā tunc non determinaret vniformiter. Ad hoc allego uobis text. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſ. teſt. Ad idem allego pulchrū tex. cū ſua gl. in l. Gallus. in §. 1. ff. de lib.
3 & poſth. Et dicit Imo. in. l. Caius. ff. ſolu. ma. † quòd illa regula, ꝙ una determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea determinare vniformiter, debet intelligi, qn̄ eſt eadē rō determinandi, ſecus ſi diuerſa. Et ita
4 probatur in d. l. ſi ita ſcriptū. ¶ † Nota unū caſum, in quo ſub uulgari ſubſtitutione expreſſa non cōprehenditur tacita pupillaris. Alius eſt caſus, qn̄ teſtator dixiſſet, ſubſtituo vulgariter tm̄. Nā tūc non cōprehēderetur pup. l. iā hoc iure. ff. eo. de vulg. & pup. Tertius eſt caſus, qn̄ appareret de mente teſtatoris, ꝙ noluit pupillarē cōprehēdi. Et ad probandum iſtam mentem ſufficerent duo teſtes, ſecundùm Bal. & Sali. hic. Quartus eſt caſus, qn̄ ſtatutū loci diſponeret, ꝙ teſtamenta ſeruentur ad literam. Nam litera eſt illa, quæ vr̄ ad oculū. l. j. ff. de his, quę in teſt. delen. ergo cū tacita pupillaris ſubintelligat̄ à lege in expreſſa vulgari, hoc caſu nō cōprehendetur. Iſtud eſt not. dictū Bal. in. l. precibus. circa. v. col. ī. eod. ¶ Not. ꝙ illud,
5 † quod dicitur, ꝙ pluralis locutio reſoluitur in ſuas ſingularitates. l. falſa. §. fi. ff. de condi. & demon. dēt limitari, ſecundùm Bal. hic, niſi mens teſtatoris præſumatur in oppoſitū rōne æqualitatis ſeruandæ inter eos, quibus ſub plurali locutione fecit ſubſtitutionē. & ita loquitur. l. noſtra. Vel aliter pluralis locutio reſoluitur in ſuas ſingularitates, talis tamen naturæ & cōditionis, qualis erat ſub illa plurali locutione. De hoc, an pluralis ſermo reſoluatur in ſingularitates, videte. d. Alex. de Imo. ſuo cōſ. 236.
6 inci. uiſo proceſſu. in 5. uol. ¶ † Sed pone; Teſtator duos nepotes ſuos ex fratre hæredes inſtituit, & adiecit, ꝙ ſi vnus ex eis decederet ſine liberis, uolebat, ꝙ portio ſua deueniret ad ſuperſtites, & prohibuit, ne unquā aliquid alienarēt de bonis ipſius teſtatoris. Vnus ex hæredibus, puta Titius alienauit vnum fundum hæreditarium: qua alienatione facta, deceſsit alter cohæres, puta Mæuius (relictis liberis) deinde deceſsit Titius alienator fundi (nullis relictis liberis) an filij dicti Mæuij poterunt uēdicare illum fundum. Raph. Cuma. conſuluit quòd ſic, vt patet in ſuo conſ. 12. inci. Titius inſtituit.

In

In l. Post aditam.

SVMMAE.

1 *Substitutio uulgaris expirat adita hæreditate, Substitutus uulgaris non concurrit cum instituto.*
2 *Potestas executoris quando non expiret.*

1 POst aditam. ¶†Vulgaris substitutio expirat, adita hæreditate.h.d.& ad hoc all.¶No.sũmariũ, ex quo habes, ꝙ vulgaris substitutus nõ concurrit cum instituto. Fallit in tribus casibus, quos ponit Bar.in l.1.in 3.q.prin.ff. de vul.& pupil. Alium casum addit Pa.de Ca.in l. qm̃ in prioribus, §.de inof.test.ubi dicit, ꝙ si ego instituo filium meũ sub cõditione potestatiua, & do sibi uulgarem substitutum, me mortuo, statim hahebit legitimam suã, in qua reijcitur omnis conditio, & omne grauamen.d.l. quoniam in prioribus, & si postea non adimpleat illam conditionem potestatiuam, substitutus habebit residuum hæreditatis. Alex.hic damnat istud dictum, & bene, per ea quæ uidistis in l.hæres, sup.eo. Quintus est casus sm̃ Cuma.in l.si plures.ff.de cond.inst.ubi dicit, ꝙ si ego instituo Titium, si nauis uenerit ex Asia, & eundem instituo, si Imperator venerit Italiam, & si non venerit, substituo Caium. Si prima conditio fuerit adimpleta: quia nauis venit, secunda verò conditio defecerit, concurreret institutus, & substitutus. Addite ad quęst.quę tangitur hic,
2 †quando eligitur vnus Potestas, & in eius defectum eligitur alius, ꝙ si Superior mandet executori, ꝙ prouideat mihi de beneficio, & ille prouideat mihi, sed nulliter, nõ expirabit potestas illius executoris, secundùm Inno. & Io.de Imo in c.in literis, ext.de off.del.

In l. Testamento.

SVMMAE.

1 *Ius accrescendi quando habeat locum in substitutis.*
2 *Spes pupillaris substitutionis non transmittitur ad hæredem substituti. Et idem in restitutione reciproca.*

1 TEstamento. ¶†Inter institutos simul, qui ēt sunt ad ĩuicem substituti, habet locum ēt ius accrescendi.h.d.¶Quærit hic d.Alex.nunquid, quando cum iure accrescendi est iũcta substitutio vulgaris, spes illius vulgaris substitutionis transmittatur ad hæredem. Dicit cõiter teneri, ꝙ non. Sed contra istam communem opi. videtur esse tex. in l.qui ex duabus.ff.de acqu.hęr. sed respondete, ꝙ ille tex.non loquitur in substitutione, sed in institutione.
2 †Addite ēt, ꝙ spes pupillaris substitutionis non transmittitur ad hęredem substituti.l.qui habebat.ff.de vul.&pupil. Idē est in substitutione reciproca: q̃a spes ipsius substitutionis reciprocę non transmittitnr ad hęredē, tex.est in l.qui plures, la 1.ff.de vul.& pup. Idem est in spe fideicõmissarię substitutionis: quia non transmittitur ad hęredē substituti, nec ēt ad descendētes ipsius substituti. l. cũ virum.§.de fideic.Bal.in l.si in personam, illo eo.ti.gl.& Doc.in l.unica.§.de his qui ante aper.tab.Doc. maximè Bal.in l.cum ex filio.ff.de vul.& pup.licèt gl.tenuerit cõtrarium, & malè in l.is cui.ff.de act.& obl.

In l. Si testamento.

SVMMAE.

1 *Impubes, cui est datus substitutus pupillaris, si ingrediatur religionem, & faciat professionem ex dispensatione, Papa expirabit substitutio pupillaris.*
2 *Impubes potest suscipere prolem.*

SI testamento. ¶Per substitutionē pupillarē succeditur pupillo ex testõ, & excludũtur veniētes ab intestato.¶ Circa materiã pupil-
1 laris substitutionis notate, †ꝙ si impubes, cui est da tus substitutus pupillaris, ingrediatur religionē, & faciat professionē ex dispēsatione Papę, expirabit, & finietur pupillaris, sm̃ Bar. in l.i pupillari.ff.de vul. & pup. Idē dicit ibidē, si impubes cõtrahat matrimonium, & suscipiat prolē. Nã finietur substitutio pupillaris, nec
2 amplius habebit effectum.¶†Nec miremini, ꝙ impubes possit suscipere prolē: nam dicit gl.20.q.1.in c.1. ꝙ q̃dam puer nouem annorum impręgnauit suam nutricē, & illa gl.refert Gregorium in dialogo ita dicere.

In l. Precibus.

SVMMAE.

1 *Interrogationi implicitæ est respondendum explicitè.*
2 *Positioni inuolutæ, & cornutæ non est explicitè respondendum*
3 *Substitutio tacita pupillaris comprehensa in uulgari expressa non admittitur contra matrem, nu. 8. & nu. 25.*
4 *Omnimodo, dictio, & omnino quid importent.*
5 *Substitutio expressa pupillaris excludit matrem in totum.*
6 *Successio qualiter fiat per fideicommissariam substitutionem.*
7 *Substitutio compendiosa facta à milite filio impuberi quomodo ualeat, & nu. 14.*
9 *Testator reliquit matrem impuberis usufructuariam omnium bonorum, donec vitam uidualem seruauerit. Mater transiit ad secunda vota, substitutus vulgariter ueniens ex tacita pupillari, an excludat matrem.*
10 *Mulier transiens ad secunda vota dicitur honestè uiuere.*
11 *Substituendo filium impuberem, si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres: an sit expressa pupillaris substitutio, ubi illa uerba non apposuit, hæres sit.*
12 *Substitutio pupillaris quomodo fit, & uulgaris substitutio quo modo comprehendatur, & an mala.*
13 *Substitutione pupillari extincta, puta: quia filius viuo patre decesit, an uulgaris comprehensa extinguatur.*
14 *Miles potest substituere puberi per uerba directa.*
Substitutio pupillaris quando trahatur ad fideicommissariã.
15 *Substitutio pupillaris contenta sub compendiosa est expressa saltem uerbis generalibus.*
16 *Dispositio dubia, quæ potest esse directa, & obliqua, in dubio debet interpretari directa.*
17 *Dispositio necessaria aliquando mutatur in uoluntariam.*
18 *Hæres institutus in testamento militis, si conficiat inuentariũ, poterit detrahere Falcidiam, & Trebellianicam.*
19 *Miles simpliciter substituendo per fideicommissum, non uidetur eum priuare legitima.*
20 *Miles quando substituit filio per uerba directa, si filius moriatur, substitutus directò uocabitur ad hæreditatem, & mater excludetur à legitima.*
21 *Testator quando disposuit, quòd post mortem filij bona per fideicommissum restituantur Titio, in dubio uidetur onus fideicommissi iniunctum uenientibus ab intestato.*
22 *Substitutio aliquando ualet iure directo, aliquando iure fidei commissi,*
23 *Dominium rei legatæ efficaciter transit in legatarium ab adita hæreditate.*
24 *Substitutio pupillaris comprehensa in compendiosa excludit matrem. Idem in comprehensa sub breuiloqua.*
26 *Substitutio facta per hæc uerba, si filius meus decesserit in pupillari ætate, talis sit mihi hæres, dicitur pupillaris.*

PRecibus. ¶ Subſtitutio vulgaris extinguitur per aditio-
nem inſtituti, & tacita pupillaris compre
henſa in expreſſa vulgari non admittitur
contra matrem,& pupillaris expreſſa ex-
cludit omnino matrem. Idem eſt in pupillari compre-
henſa in compendioſa, ſi inſtitutus moriatur in pupilla-
ri ætate. Si uerò moriatur poſt pubertatem,ualet iure fi-
deicõmiſsi,quod eſt petendum à matre poſsidente hæ-
1 reditatem filij.h.d.iſta ſolẽnis.l.¶ No.j.ex iſto tex.† ꝙ in
a terrogationi [a] implicitæ eſt reſpondendũ explicitè.i. ad
oĩa membra, quæ poſſunt comprehendi ſub interroga-
tione implicita.Quod procedit ſecundùm Bal.hic in in-
terrogatione ſupplicantis,ſecus ſecundùm eum in inter
2 rogatione litigantis.Ideo dicit,† ꝙ poſitioni inuolutæ &
cornutæ nõ eſt explicitè rñdendũ.Etiã ſi ponens dicat ſe
ponere diuiſim. alleg. gl.in c.2.in uer.rationabili cauſa.
extra de cõfeſ.lib. 6. Ego de hac materia remitto vos ad
Spe.in ti.de poſitio.& ad Bal.in c.dudũ.ext. de elect.vbi
3 ponit, quot de cauſis repellunt poſitiones.¶ Not. 2.† ꝙ
tacita pupillaris comprehenſa in expreſſa uulgari nõ ad
mittitur contra matrem. ¶ Sed dicet aliquis, quòd iſte
tex.in primo caſu non aperit, an filiùs deceſſerit in æta-
te pupillari,ergo non uidetur notabile prædictũ hic pro
bari.Sed dicite,ꝙ imò probat, quia text. dicit,ad te om-
nimodo. Sed ſi filius deceſsiſſet factus pubes omnimõ,
nõ ſpectaret ſucceſsio ad matrem: quia potuiſſet ipſe fi-
4 lius teſtari, & alios inſtituere. † Et iſta dictio, oĩno,ſeu
oĩmõ, idẽ importat, quod indiſtinctè, & oĩ caſu.alleg.
Alex.de Imo.gl.in l.ſi cum exceptione.in.§.quatenus.ff.
qđ me.cau.&.l.j.cum gl.ĩ.qũo,& qñ iud.& glo.cũ tex.in
c.ex parte.il.1.extra de offi.deleg.& gl.in l.ubi aũt non
apparet.in.§.fi.ĩ.de uer.oblig.¶ Ego addo Sal.in Auth.
hæres.ſ.de ſecun.nup.ubi dicit, quòd iſta dictio, oĩno,
neceſsitat,& rẽ pręciſam facit.¶ Et addo gl.in cle.1.ex-
tra de ui.& hone.cle.ubi gl.uult, ꝙ iſta dictio, oĩno,im-
portat ꝑpetuitatem.¶ Aduertite tñ: qa licèt iſta dictio,
oĩno,ſit præciſæ ſignificarionis.l.oĩmodo.ſ.de inof.teſt.
tñ recipit cõgruã determinationem. Iſta ſunt uerba Bal.
in l.fi.in.j.col.ſ.de contrahen.emp. & uend. vbi all.tex.
ĩ l.ſi ſtipulatus ſim Damã.ff.de uerb.obli.¶ No.ſubſequẽ
5 ter,†ꝙ expreſſa pupillaris ſubſtitutio excludit matrem in
totùm,adeo quòd etiam non habebit legitimã in bonis
filii defuncti ĩ pupillari ætate:ſed ſubſtitutus habebit oĩa
bona,concordat.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de
inof.teſt.& c.ſi pater.extra de teſta.li.6.¶ No. ſubſequẽ-
6 ter, † ꝙ per fideicõmiſſariam ſubſtitutionem ſuccedítur
ſolùm in bonis teſtatoris, non aũt in bonis grauati reſti
tuere fideicõmiſſum.concordat text.in l. cẽturio.& in l.
7 cũ hæredi.§.cũ filiæ.ff.de vul.& pu.¶ No.vlti.† ꝙ ſubſti-
tutio compendioſa facta à milite filio impuberi ualet in
vim pupillaris,ſi filius moriatur in ætate pupillari,ſi ue-
rò moriatur poſt pubertatẽ, trahitur ad fideicõmiſſum.
Ita videtur hic probari.¶ In gl.ſuper ver.oĩmodo. in fi.
8 Vult iſta gl.† ꝙ tacita pupillaris comprehẽſa ſub expreſ
ſa vulgari non excludit matrem.Sed hoc fallit,ſi cõiectu
ræ eſſent ad oppoſitũ. Videamus ergo de iſtis coniectu-
ris.Prima coniectura eſt,ſi teſtator legauit aliquid matri
impuberis,& iuſsit eam eſſe tacitam,& contentam. Nam
ſi impubes, cui eſt facta ſubſtitutio uulgaris, moriatur
in ætate pupillari,ſubſtitutus ueniens ex tacita pupilla-
ri,excludet matrem,ſecũdùm Bar.in l.2.ff.eo.de vulg.&
pup.& placet Sal.hic Quod eſt bene not.¶ Secunda cõ-
iectura eſt, quæ poteſt colligi ex uerbis prolatis à teſta-
tore tempore teſtĩ, vel poſt teſtamentũ, vel extra teſta-
mentũ,puta:quia dicit iſta uerba. ſi cõtingat filium meũ
mori in pupillari ætate,nollem,quòd mater ſua haberet
vnũ obolum.Nam hoc caſu ſubſtitutus uulgariter ve-
niens ex tacita pupillari excludet matrẽ,ſecundùm Bar.
in d.l.2.& Sali.hic.¶ Tertia coniectura eſt,qñ teſtator le
gaſſet aliquid matri impuberis,donec uitã vidualẽ ſerua
uerit: nam ſi tranſeat ad ſecunda vota, ſubſtitutus vulga
riter veniens ex tacita pupillari contẽta in expreſſa vul
gari excludet matrem,ſecundùm Bar.eleganter in d.l.2.
9 †Et ideo in queſtione facti, quam habui in loco Salucia
rum, cum teſtator reliquiſſet matrem impuberis vſufru
ctuariam omnium bonorum, donec vitam uidualem ſer
uaret,& ipſa deinde tranſiuiſſet ad ſecũda vota, conſul
ui, quòd ſubſtitutus uulgariter veniens ex tacita pupil-
lari excludebat matrem à ſucceſsione impuberis, & re-
peri Alex.de Imo.ita cõſuluiſſe, ut patet in ſuo conſ.12.
inci.Domini Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio, at-
tentis verbis.in.3.uol.ſuorum conſ.¶ Quarta coniectu-
ra colligitur ex uerbis Bal.in iſta.l.dum dicit, ꝙ ſi teſta-
tor dicat in teſtamento. Volo,quòd vxor mea mater im
puberis habeat mille,ſi non nubat: certè ſi nubat,quẽad
modum priuatur legato,ita priuabitur ſucceſsione filii,
et ſubſtitutus uulgariter ex tacita pupillari excludet ma
trem.quod not. ¶ Quintam coniecturam addidit Ang.
in l.ij.§.fi.ff.eod.de vulg.& pup.vbi dicit,ꝙ ſi pater in te-
ſtamento faciat ſubſtitutionem vulgarem filio impube-
ri, & impubes immiſceat ſe hęreditati paternæ: deinde
moriatur in ætate pupillari,& mater uiuente filio tranſi
uerit ad ſecunda uota: ſubſtitutus vulgariter ex tacità
pupillari excludet matrem,quia per talem tranſitum fa-
cit iniuriam filio. §. Gregoriana. uerſi. proſpeximus. in
Auth.de non elig. ſecun.nub.Item per talem tranſitũ cõ
triſtatur anima viri defuncti.§. ſoluto. in Auth. de nup.
Io.de Imo.in d.l.2.ff.de vulg. & pup. tenet contrarium,
dicens,quòd mater per talem tranſitũ non priuat ſucceſ
ſiõe filii.alleg.l.3.ĩ ad Tertul.meliùs alleg.l.fœminæ.in
fi.ſ.de ſecun.nupt. Pro hac opi.adduco optimum funda
10 mentum.†quia licèt tranſeat ad ſecunda uota, tñ dr ho-
neſtè uiuere.l.mulier.§. cũ proponeretur. ff.ad Treb.Et
Alex.de Imo.in d.l.2.de vulg. & pup. dicit communiter
Doct.tenere cõtra id,quod voluit Ang. in loco ſuperiùs
alleg.Ego putarem dictum Ang.poſſe ſaluari,qñ mulier
tranſiuiſſet ad tertia vota. Nam talis mulier non dicitur
honeſtè uiuere. Ad hoc allego uobis tex.& Ang.in.§.hoc
autem Deo amabilius.in Auth.quomodo oportet epos.
Idem putarem,quando mater impuberis, mortuo uiro,
accepiſſet mantellum tertii ordinis ſancti Franciſci. Nã
ſi poſtea nubat,in ueritate eſt contra honeſtatem.Et hoc
caſu ex coniecturata mente teſtatoris fortè ex tacita pu-
pillari cõtenta in expreſſa vulgari excludet ipſa mater.
¶ Sexta cõiectura eſt,qñ mater impuberis poſt mortẽ ma-
riti teſtatoris aliqd ĩhoneſtũ cõmiſit. Nã hoc caſu exclu-
det ex tacita pupillari. Ita dicit elegãter Bar.ĩ d.l.2.ff.de
vulg.& pup.quem ſequit Sal.in l.nra.Ioã.de Imo.ĩ d.l.2.
dicit,ꝙ ſucceſsio auferet à matre,& applicabit fiſco, per
no.in l.ſororẽ,& in l.hæreditas.ĩ.de his quib.ut ind.& in
l.fideicõmiſſum. ĩ. de fideicõ.¶ Septima coniectura eſt,
ſi mater impuberis ipſi impuberi tutorem non petierit
infra tempus debitum: nam hoc caſu priuatur ſucceſsio
ne impuberis.l.ſciant.ĩ.de legit.hæred.& excludetur ex
tacita pupillari,ſecundùm Bar. in d.l.2.¶ Octaua conie-
ctura eſt,ſi teſtator filio impuberi vulgariter ſubſtituiſſet
pauperes Chriſti,uel aliũ pium locũ: nã hoc caſu mater
impuberis ex tacita pupillari comprehẽſa in vulgari ex
cludetur:quia uериſimiliter teſtator prædilexit animam
ſuã uxori ſuæ.l.ſancimus.ſ.de ſa.ſan. ecc.& c.cũ infirmi-
tas. extra de pœn. & remiſ. Hanc coniecturã poſuit hic
Ang. in lectura Paduana. & ſequit Pau. de Ca. Sed ego
in quæſtione facti dicebã,ꝙ hoc debet intelligi, quando
teſtator habebat cõſcientiã pollutã, & ſubſtituit paupe-
res Chriſti,vel alium piũ locũ pro exoneratione cõſcien
tiæ malè ablatorum: quia aliter anima ſua non poterat
ſaluari,aliàs eſſet ſecus.Ita declarat dñs Frã.de Are. ſuo
conſ.

cõs.155.in finalibus uerbis,& ita credo tenendum,licèt Alex.de Imo.simpliciter sequatur dictum Ang. ut patet in suo cons.12.in 3.uol.¶Nona coniectura est,quando testator filio suo impuberi uulgariter substituisset matrẽ propriam ipsius testatoris:nam quia est uerisimile,quòd eam prędilexerit mulieri:ideo si mater testatoris veniat ex tacita pupillari,excludet matrem impuberis,secundũ Bar.in l.2.ff.eo.¶Decima coniectura est, quando mater impuberis erat facta inimica ipsi testatori: quia copulauerat amicitiam cum scriptore,uel cum scholari.Nã tũc ex præsumpta uoluntate testatoris excludetur ex tacita pupillari,secundùm Bar.no.in d.l.2.ff.eo.de uulg.& pupil.facit.l.si inimicitiæ.ff.de his qui ut indi.¶Vndecima cõiectura est,si testator ipsi filio impuberi substituat vulgariter alium filium eiusdem testatoris.Nam tunc tacita pupillaris excludet matrem:quia uerisimiliter prædilexerit filium uxoris suæ.l.cum acutissimi,ĩ.de fideicõ. Ad hoc bene facit gl.fi.huius l.& ibi uidebitis. Et si uultis scire,quæ sint uerba directa in substitutionibus,&quę obliqua,& communia.videte plenè per Bar.in l.cẽturio ff.eo.de vulg.& pup.& per Bal.in l.fi.§.de sacrosan.ecc. ¶In gl.super ver.secundum casum ibi,ille sit hæres.Glo. ista uult, quòd si pater habens filium impuberem dicat

11 hoc modo.Instituo†talem filium meum,& si hęres erit,& in pupillari ætate decesserit,talis sit hæres,quòd est propriè expressa pupillaris.Si uerò dicat hoc modo. Instituo filium meum hæredem, & si in pupillari ætate decesserit,talis sit hæres,& sic non apponit illa uerba,si hæres erit,sentit ista gl.ꝙ non erit propriè expressa pupillaris:imò dicit hic Bal. circa 18. col. in uer. ad unum etiã aduerte.ꝙ substitutio facta secundùm modum ultimum superiùs relatum erit compendiosa limitata ad pupillarem ætatem.Sed Iac.Bu.hic,& Bal.in c.si pater, extra de testa.& Ang.in l.uerbis ciuilibus.ff.eo.& Sal. in l.si testamento,§.eo.& Io.de Imol.in c.Raynutius,ext.de testa.tenent,quòd erit propriè pupillaris. Et ista sententia plus placet,quæ uidetur probari per istum tex.ibi,si infra 14.

12 annum,iungendo uersic.immediatè sequentem.† Aduertite tamen,quia est magna differentia, an substitutio pupillaris fiat secundùm primum modum hic in gl.relatũ, an uerò fiat secundũ sm̃ modum superiùs relatum.Nam primo casu,quando fit per hæc uerba, si filius meus mihi hæres erit,& in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres,uel talem substituo:hoc casu vulgaris substitutio cõprehẽsa sub expressa pupillari est omnino tacita, & ideo si eueniat casus,ꝙ filius moriatur in pupillari ætate,hęreditate paterna non adita,substitutus volens venire ex tacita vulgari comprehensa sub expresa pupillari non excludet matrem:quia ista tacita vulgaris matrem non excludit,ut no.Bar.in l.1.& 2.ff.eo.de vulga.& pup.Sed in secundo casu,quando pater substituendo filio impuberi non apposuit illa uerba,si hæres erit, sed solùm dixit, quòd si in pupillari ætate decederet,uolebat, quòd talis esset hæres,uel substituebat talem:hoc casu vulgaris cõprehensa sub pupillari non est omnino tacita, & ideo si filius non fuit hæres patris,puta quia decessit,patre uiuẽte,in pupillari ætate,mater excludetur ex ista uulgari cõprehensa sub expressa pupillari. Et hoc est magni effectus.

13 ¶Præterea dicit hic Pau.de Cast.†quòd quando pupillaris substitutio est facta per ista uerba,si hæres erit,& in pupillari ætate decesserit:extincta pupillari, puta qa filius in pupillari ætate decesserit uiuo patre, extinguetur etiam tacita uulgaris,& sic habebit locum. l. quod si filius.ff.de cap.& postli.reuer.¶Sed quãdo pater fecit substitutionem pupillarem, non appositis illis uerbis, si filius hæres erit, sed solùm dicit, si in pupillari ætate decesserit,substituo talem.hoc casu, extincta pupillari, nõ extinguetur uulgaris: quia substitutio prædicta ex proprio significatu potest comprehendere casum. s. si filius moriatur in ætate pupillari, adita hæreditate paterna, uel non adita, & ideo si filius moriatur in pupillari ætate, non adita hæreditate paterna, puta quia decessit uiuo patre,substitutus,quantùm ad bona patris,ueniet ex uulgari,quantùm uerò ad bona pupilli ueniet ex pupillari.Et subiicit ipse Pau.de Cast. quòd ita consuluit Florentiæ cum pluribus aliis doctoribus Perusinis magnæ auctoritatis,& omnes moti sunt per dictum Bald. hic in 18.col.in uer.superius all.¶Circa primam quęstionem, quam mouet hic gl.super uer.fideicommissi.Pro ueritate

14 concludite,†quòd aut miles substituit filio per uerba directa,ut sunt ista uerba,talis sit hæres; et tunc siue fiat impuberi,siue puberi,semper ualebit iure directo,etiam si mater reperiatur ĩ medio:quia miles potest substituere per uerba directa etiam puberi, & quando ita substituit,est signũ,quòd uoluit uti priuilegio militari, & opi. Pilei hic in gl.relata est communiter reprehensa. Si verò miles substituat impuberi per uerbum commune, ut est uerbum,substituo, tunc pro tempore pupillaris ualebit iure pupillaris.Sed si moriatur filius post pubertatẽ, & mater sit in medio, fauore matris talis substitutio trahetur ad fideicommissum: quia miles faciendo substitutionem per uerbum commune,in dubio videtur voluisse testari de iure communi.l.quanquam.sup.de test. mi. & ideo trahitur ad fideicommissum post pubertatem.casus est hic.¶In ea.gl.ibi, hanc reputo semper fideicommissariam.Ista gl.determinat,quòd si pater filio impuberi substituat hoc modo. Quandocũq; filius meus decesserit,substituo Albertum,quòd talis substitutio omni tempore est fideicommissaria,& secundùm istam opi. si mater impuberis uiuat, & filius moriatur etiam in ætate pupillari,ipsa mater, antequam restituat hæreditatem Alberto,detrahit legitimam debitam filio,& etiam Trebellianicam.Sed glo.in §.qua ratione, Inst.de pup. subst.dicit,quòd in casu prædicto,si filius moriatur in ætate pupillari,valebit in vim directæ pupillaris,& ita intelligen-

15 do,mater nihil habebit:†quia pupillaris contenta sub cõpendiosa est expressa(saltem uerbis generalibus) & iõ matrem excludit,ut videbitis in gl. fi. Videamus modò quę opi.sit verior.In hoc reperio,quòd Io.And.in gl.sua in c.si pater,extra de testam.lib.6.tenuit opi. huius glo. s.quòd omni tempore sit fideicommissaria. Et eandem opi. tenuerunt Iaco. Bal. Dyn. Rayn. de Forl. Mar. Sill. Odof.& Guil.de Cun.Ita etiam tenuit Bald. hic in lectura,& in consulendo,ut patet in cons.suo.469.quod consil.incip.Præmissis uerbis testamenti, in 2.volum. suorũ cons. & ibi attestatur hanc esse communem opin. Idem tenuit Ang.suo cons.13.incip.Iacobus habens,& in cõsil.suo 121.aliàs est cons.126.& inc. Hoc est testamentũ. Contrariam opin.scilicet,quòd si filius moriatur in ætate pupillari, quòd ualeat iure directæ pupillaris, & sic mater omnino excludatur,tenuit gloss.in d.§. qua ratione.Et istam opi.tenuit Cyn.hic,qui dicit se ita consuluisse. Eandem opi.tenet hic Sal.& Io.And.in nouel.in d.c. si pater.Istã etiam sententiam tenebat hic dominus Frã. de Rampo.ut refert Imo. in l.cẽturio.ff.eo.secuti ẽt sunt eam Ang.Pau.de Cast.& Imo. in d. l. centurio.sequitur Alex.de Imo.suo cons.12. incip.Dñi Redẽptoris nostri inuocato suffragio.attentis uerbis testamẽti,& ibi refert istã opin.esse ueriorẽ,& cõmuniorem, in tertio vol. suorũ consil. Idem consuluit dominus Francisc. de Are. ut patet in suo cõs.152. incip.Periculosum est,ut Hieronymus inquit.Ista secunda opinio. videtur probari in d.c.si pater, iuncto cap. Raynutius, extra de testamen. Corroborate istam secundam opinio. optimo fundamento.

16 †Nam dispositio dubia[a], quæ potest esse directa, &

a obliqua, in dubio debet interpretari directa. l. si quis ita, & ibi per Bald. ff. de vsufruct. Et ita uult Bartol. in l.tertia.§.cum Titio.ff.de adimen.lega.& in l.fundi Trebatia-

batiani.ff.de vſufru.leg.& ſecundũ iſtam opi.ſæpe cõſul
ui.Non ob.ſi mihi dicatis, quòd una,& eadem diſpoſi-
tio non debet diuerſo iure cenſeri.l. eũ qui ædes. ff.de
vſucap.quia reſpondeo, quòd hoc eſt uerum, niſi ſubſit
cauſa rationabilis,propter quã aliud dicere debeamus.
ſ.propter aliquod accidens,quod ex præſumpta mente
teſtatoris,uel ex diſpoſitione legis habeat inducere ue-
ritatem diſpoſitionis.Iſta ſol. ſeu concluſio probatur in
l.3.§.qui fideicommiſſariam. ff.de hære.inſti.ubi proba
17 tur, † quòd diſpoſitio neceſſaria mutatur quandoque
in uoluntariam.¶In ea.glo.ibi,hanc ſemper interpretor
fideicommiſſariam.Vult iſta glo.quòd ſi pater ſubſtituẽ
do filio impuberi dicat hoc modo. Quandocunque de-
ceſſerit filius meus ſine liberis,talis ſit hæres, vel talem
ſubſtituo, quòd omni tempore erit fideicommiſſaria:
quia teſtator uidetur ſolùm habuiſſe reſpectum ad tem
pus poſt pubertatem, cum in pupillari ætate nullus poſ
ſit ſuſcipere liberos. Sed Docto. reprehendunt iſtam
gloſſ. & ſignanter contra iſtam gloſſ. tenet Bart. in ſuo
conſi.incip.homo.Addite Bal.qui tenet contra iſtam gl.
ſuo cõſ.184.incip.Teſtator filiæ.in 2.uol.¶Nõ ob.qđ di
citur, quòd in pupillari ætate nemo poteſt ſuſcipere li-
beros:quia reſpondetur, quòd hoc non eſt uerum, ut al
legaui uobis aliquando glo.in c.1. quod inci. quod in-
18 tra.22.q.1.¶In glo.fi.ibi, quantum ad hoc. † Hodie do-
mini, ſi hæres inſtitutus in teſtamento militis conficiat
inuentarium,poterit detrahere Falcidiam,& Trebellia-
nicam.§.pe.in Auth.de hære. & Fal.¶In ea.glo.ibi, iura
ſepulchrorum non tranſeunt.Addite, quòd ad idem eſt
in iure patronatus:quia nõ trãſit in fideicommiſſarium,
vt uult Bar.in l.quia perinde.ff.ad Trebel.¶In ea.gl.ibi.
l.quoniam in prioribus.Vult iſta glo.quòd ſi miles ſub-
ſtituat filio per fideicommiſſum,quòd hæres filij defun-
cti poterit detrahere legitimam, quæ erat debita ipſi
filio.¶Bar. de hoc dubitat: quia miles ſecundùm tempo-
ra huius.l.poterat priuare filium legitima, nec ipſi com
petebat querela,l.de inofficio.& l.fi.ſ.de inoffi.te.ergo
hæres filij defuncti non debet poſſe detrahere legitimã.
Raph.Ful.etiam reprehendit iſtam glo.dicens,quòd. l.
quoniam in prioribus. non fundat opi. huius glo. quia
loquitur in caſu, quando competebat querela. Sed in
propoſito noſtro non competebat,ut dictum eſt. Ange.
19 ſuſtinet hanc glo. ex qua ſing.colligitur, † quòd miles
ſimpliciter ſubſtituendo filio per fideicommiſſum non
uidetur eum priuare legitima.Et hanc opi. ſequitur hic
Pau.de Caſt.Et pro iſta opi.facit,quia miles in dubio ui
detur actum exercere,ſecũdùm quod facere põt de iure
cõi.l.quanquam.ſup.de teſt.mili.Nõ ob.motiuũ Ful. cir
ca.l.quoniã in prioribus.quia rñdetur,ꝙ illa.l.habet lo-
cũ ẽt in caſu,in quo nõ competeret querela, ut patet ꝑ
illum tex.in uer.conditio. Nam intelligendo de condi-
tione poteſtatiua,conſtat,quòd filius inſtitutus ſub con
ditione poteſtatiua non poteſt querelare teſtamentum.
Ita uolunt omnes in l.ſuus quoque.in princ.ff.de hære.
inſtit.Et tamen tex. in d.l.quoniam in prioribus.uult,ꝙ
talis conditio eſt reijcienda de legitima,& habetur pro
non appoſita.Item ex iſta glo. habetis colligere aliud,
20 † quòd quando miles ſubſtituit filio per uerba directa,
puta dicendo,quandocunque filius meus deceſſerit,ta-
lis ſit hæres,hoc caſu,ſi filius moriatur,ſubſtitutus dire-
ctò uocabitur ad hæreditatem,& mater etiam excludē-
tur à legitima.Et iſta opi. eſt communiter approbata,li
cèt Pau.de Caſt.hic nitatur tenere contrarium.¶Aduer
tite etiam ad id,quod uult gl. noſtra fi.dum dicit,quòd
quando ſubſtitutio ualet iure fideicommiſsi,quòd ma-
ter detrahit legitimam debitam filio.Nam hoc debet in
telligi, quando onus fideicommiſsi uniuerſalis fuit in-
iunctum filio, ſed ſi tale onus fideicommiſsi eſſet iniun
ctum non filio,ſed ſuccedentibus ab inteſtato ipſi filio:
tunc non deducerent legitimam filio debitam. Ita uult
eleganter Barto.in l.qui duos.in fi.ff.eo.& alleg.ad hoc
tex.ſing.in l.,ſi fundum per fideicommiſſum.§. fi. cum l.
ſeq.ff.de leg.1.Et dicit eleganter Imo.in l.cohæredum.
21 §.cum filiæ.ff.eod. † quòd quando teſtator diſpoſuit, ꝙ
poſt mortem filij bona per fideicommiſſum reſtituantur
Titio, in dubio uidetur onus fideicommiſsi iniunctum
uenientibus ab inteſtato.Et ad iſta omnia precor,ut ui-
deatis Alex.de Imo.ſuo conſi. 12. quaſi ad finem.quod
conſilium eſt in 3.uolu.& incipit. Redẽptoris inuocato
22 ſuffragio.attentis uerbis teſtamenti. ¶†Et quia uidimus
ſupra, quòd aliquando ſubſtitutio ualet iure directo,
aliquando iure fideicommiſsi, uidendum quis effectus
reſultat ex hoc. Dicite,quòd reſultãt quattuor effectus.
Primus effectus eſt, quòd quando ualet ſubſtitutio iure
fideicommiſsi,fructus percepti per grauatum reſtituere
hæreditatem, ſi ſint percepti negligentia non petentis,
non ſunt reſtituendi fideicommiſſario. l.mulier.§.ſi hæ-
res.cum §.ſeq.ff.ad Treb. ¶Sed ſi ſubſtitutio ualeret iu
re directo,immediatè cum ſubſtitutus acceptaſſet, debe
rent omnes fructus reſtitui ipſi ſubſtituto, quemadmo-
23 dum uidemus, † quòd dominium rei legatæ efficaciter
tranſit in legatarium ab adita hæreditate.l.ſi tibi homo.
§.cum ſeruus. ff.de leg. 1. ita fructus ipſius rei legatæ à
die aditæ hæreditatis debent reſtitui legatario. l.Heren
nius.ff.de uſur.habetur in l.fi.inf.de vſu.& fru.le. Secun
dus effectus eſt,quia quando ſubſtitutio ualet iure fidei
commiſsi,mater, cui aliquid naturaliter tantùm debe-
batur à teſtatore,poterit illud naturale debitum retine-
re in reſtitutione fideicommiſsi.l.Stichum.§.aditio.uer.
aliquando.& ibi glo. ff.de ſolu.Et hos duos effectus po
nit hic Alexan.Tertius eſt effectus, ſecundùm Ang. hic.
quia conditio legati appoſita in teſtamento hoc modo.
Lego Titio fundum, ſi centum dederit hæredi meo.
licèt quando ſubſtitutio ualet iure directo,poſsit adim-
pleri in perſona ſubſtituti.l.qui hæredi. ff. de condi.&
demon. tamen non poterit adimpleri in perſona fidei-
cõmiſſarii:quia non eſt hæres, licèt habeatur loco hære
dis.l.poſtulante.ff. ad Treb. & l. ſi filius. ff.quod cũ eo.
Quartus eſt effectus,ſecundùm Raph.Ful.& Pau.de Ca.
hic: quia quando ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, & fi-
deicommiſſarius moriatur ante diem fideicommiſsi ce-
dentem, puta,quia deceſsit uiuo teſtatore: fideicommiſ
ſum, ſeu hæreditas remanebit penes hæredes grauati.l.
unica.§.ꝓ ſecundo,& §. ſi aũt aliquid ſub cõditione. inf.
de cadu. tol. Sed ſi ſubſtitutio ſit directa, & ſubſtitutus
moriatur uiuo teſtatore: quia deſinit nomen hæredita-
rium, mortuo inſtituto erit locus uenientibus ab in-
teſtato(quibus non exiſtentibus) bona ibunt ad fiſcum,
non autem ad hæredes teſtamentarios filii. l. miles ita.
ff.de te.mili.quod eſt ualde no.¶In fi. gloſſ. Concludite
24 in hac materia,†quòd ſubſtitutio pupillaris comprehen
ſa in cõpendioſa excludit matrem per hanc.l.quia eſt ex
preſſa ſaltem uerbis generalibus. Item ſubſtitutio pupil
laris comprehenſa in breuiloqua, ſeu reciproca etiam
excludit matrem per eandem rationem, ut habetur in
l.iam hoc iure.& in l.Lucius.ff.de vul. & pup. Hoc ulti-
mum dictum limitabitis, niſi ſubſtitutio breuiloqua ſit
facta per iſta uerba. Petrum, & Martinum filios meos
hæredes inſtituo, & ſi quis eorum hæres mihi non erit,
eos in inuicem ſubſtituo. Nam hoc caſu pupillaris com
prehenſa in iſta breuiloqua eſt omnino tacita, & ideo
non excludet matrem.Ita dicit ſingu.Bar.In l.Lucius. in
25 vlti.col.ff.de vul.& pup.¶ † Item pupillaris comprehẽ-
ſa ſub uulgari expreſſa matrem non excludit, ut decla-
raui uobis in l. fi. ſup.tit.1.Sed dedi uobis multas con-
iecturas in præcedentibus,in quibus iſta tacita pupilla-
ris comprehenſa ſub vulgari expreſſa excludit matrem.
Addite ad cõcluſionem,quam ſup.aliquando feci, dum
concluſi,

conclusi, q̄ si pater filio impuberi faciat substitutionem p hæc uerba, quandocunq; filius meus decesserit, substi tuo Albertū. cōclusi, q̄ si filius moriat̄ in ętate pupillari, q̄ talis substitutio ualebit iure directę pupillaris, & mater oīno excludetur. Nā hoc debet limitari, qn̄ substitutio compendiosa fit in tota hæreditate, secus si fiat in certa re, vel in certis bonis. Nam tunc etiam, si filius moriatur in ætate pupillari; tamen non ualebit ut pupillaris, imò ualebit iure fideicōmisi, & mater detrahet legitimam. Ita dicit sing. Bar. in l. centurio. in uer. sed quid si testator substituat aliquem compendiosè in certa portione. ff. eo. de vulg. & pupill. Secundò limitabitis conclusionem prædictam secundùm Bart. de Sali. hic. nisi testator dixisset hoc modo. Instituo filium meum impuberem hæredem, & quandocunque decesserit, uolo, quòd per commissarios, seu executores meos omnia bona mea distribuantur inter pauperes Christi. Nam si filius moriatur in ætate pupillari, non habebit effectum pupillaris. quod patet ex uerbis testatoris, dum dicit, bona mea, & ideo mater hoc casu detrahet legitimam. Has duas limitationes ponit Alex. de Imol. suo consil. 45. in
26 1. uol. quod consi. incip. Ponderatis his. † Quid si pupillaris substitutio fiat per ista uerba. Si filius meus decesserit in pupillari ætate, talis sit mihi hæres, an dicetur pupillaris? Dicite quòd sic: quia perinde est, ac si illa dictio, mihi, non esset apposita. tex. est aureus in l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bo. pos. secundùm tab.

ADDITIONES.

a ¶Interrogationi. Adde, quòd in interrogationibus faciendis tria sunt attendenda. Ioan. de Tur. Cre. de pœn. dist. 6. in summa. nu. 7.

b ¶Dispositio dubia. Adde, dispositio in dubio an uideatur concepta sub modo, uel sub conditione. Vide per Petr. de Ancha. in c. cum sit proprium. num. 7. extra de condit. apposi.

In l. Humanitatis.

SVMMAE.

1 *Substituere possunt parentes filijs mentecaptis.*
2 *Substitutio pupillaris ad quid sit inuenta.*
3 *Pater si in testamento relinquat certam quantitatem, uel certam rem fisco dicendo hoc modo. Relinquo filio meo centum pro sua legitima, uel pro sua parte, ualebit perinde, ac si titulo institutionis reliquisset.*
4 *Relinquo, uerbum quid importet. & nu. 6.*
5 *Clausula. Testator uoluit testamentum ualere omni meliori modo &c. quid importet.*
7 *Ascendentes possunt facere substitutionem exemplarem descēdentibus mentecaptis, & non econuerso.*
8 *Fratris appellatione continetur soror.*
Et frater uterinus. nu. 9.
10 *Mater an excludatur per substitutionem exemplarem.*
11 *Substitutio pupillaris an fiat filio prodigo.*
12 *Substitutio exemplaris quomodo expiret in filio mentecapto. & num. 14.*
13 *Pater quando non possit substituere filio pupillo.*

1 HVmanitatis. ¶† Parētibus utriusque sexus permittitur filiis mentecaptis institutis (saltem in legitima) substituere ad similitudinē pupillaris, & talis substitutio finietur, cum peruenerint ad sanam mentem: non tamen possunt substituere quemlibet, sed debent substituere vnum, vel plures ex filijs ipsius mentecapti, vel vnū ex fratribus, si sint: alioquin quemlibet alium possunt
2 substituere. Hoc dicit. ¶Not. primò ex isto text. † quòd ista substitutio exemplaris est adinuenta ad similitudinem pupillaris: vnde sicut pupillaris expirat adueniente pubertate. Insti. de pup. subst. ita ista exēplaris expirat adueniente sana mente. ¶No. ex isto tex. secundùm Bal.
3 † quòd si pater in testamento relinquat certā quantitatē, vel certam rem filio dicendo hoc modo. Relinquo filio meo centum pro sua legitima, vel pro sua parte, valebit perinde, ac si titulo institutionis reliquisset. Eādem opi. tenuerunt Bar. & Bal. in Authen. vnde si parens. supra de inof. te. Idem voluit Pau. de Cast. suo consi. 198. & domi
4 nus Card. Florent. in c. Raynutius. ext. de testa. † Addite vos in primis, quòd de æquitate canonica verbum, relinquo, relatum ad filium, etiam si certa quantitas, vel res fuerit solùm sibi relicta, operatur institutionem. Ita dicit Bal. in l. fi. supra fa. ercis. & Hosti. in c. Raynutius. & per illum tex. ext. de testa. & hoc prodest scire: quia in terris ecclesiæ debet seruari ius canonicum. ¶Item dicit Ant. de But. in d. c. Raynutius. quòd istud verbum, relinquo, relatū ad dotem operatur institutionem. Mouetur, quia dos est quid vniuersale. l. quod dicitur. la. 1. & ibi per Bar. ff. de impen. in re. dot. fa. & verbum, relinquo, relatū
a ad uniuersitatem bonorum operatur institutionem a l. his verbis. & ibi glo. & Doc. ff. de hęre. insti. ¶Item verbum, relinquo, relatum ad filium, cui pater reliquit certam rem, vel quantitatem, operatur institutionem, si in testa-
5 mento sit apposita ista clausula. † quòd testator uoluit illud testamentum ualere omni meliori modo, quo potest. Hoc est de mente Bal. in l. quoties. sup. de hære. inst. &
6 Ang. suo consi. 79. inci. Maria de Bastardis. ¶† Item quādo testator relinquit filio certam rem, vel quantitatem per istud verbum, relinquo. operatur institutionem, si testator adiecerit, quòd prohibebat filium, vel filiam aliquid amplius petere. Ita dicit Bal. in l. si adulta. supra de acquir. hære. ¶Has omnes limitationes ponit eleganter Alex. de Imo. suo consi. 176. in 5. vol. & incipit consiliū. Redemptoris nostri inuocato suffragio, viso processu. ¶No. ulteriùs ex ver. legitima. hic videri probari, quòd in casu huius. l. est necesse, quòd relinquatur integra legitima, & hoc videtur sentire glo. hic. tamen Bar. Angel. & Sali. hic. & idem Bart. in l. ex facto. ff. eo. videtur velle, quòd quanquam fuerit relictum minus legitima: attamē substitutio valebit, quia poterit agi ad supplementum legitimæ. l. omnimodo. supra de inof. te. & istam opi. quæ est magis communis teneatis, licèt idem Ang. & Imo. in d. l. ex facto. videantur velle contrarium. Et pro opi. Bart. potestis adducere bonum fundamentum: quia ista l. fuit facta ante. d. l. omnimodo. & secundùm ista tempora debebat relinqui in integrum legitima, & ideo text. istę dicit, legitima. Sed hodie, quamuis relinquatur minus legitima: tamen per hoc non rescinditur testamentum, sed agitur ad supplementum legitimæ, per d. l. om-
7 nimodo. ¶No. † quòd ascendentes possunt facere substitutionē exemplarem descendētibus mentecaptis. Econtra autem descendentes non possent facere substitutionē exemplarē ascendētibus mentecaptis: quia posset euenire casus, quòd ipsi descendentes haberent necesse substituere seipsos. quod esset impossibile. ¶No. vlti. ex isto tex. in ver. fratres. hic videri probari, quòd si filius mentecaptus habeat sororem, & nullos habeat descēdentes ipse mentecaptus, quòd pater habebit necesse substitue
8 re ipsi mentecapto sororem ipsius mentecapti: † quia appellatione fratris continetur soror. l. tres fratres. ff. de pac. ¶Sed ego hic quæro vltra dominum Alex. utrùm dispositio huius. l. habebit locum in fratre vterino tantùm, videte per Bart. in d. l. ex facto. ¶Et ex verbis Bart.
9 ibi, habetis colligere, † quòd appellatione fratris cōtinetur etiam frater vterinus. De quo per Angel. in l. 1. ff. de inof. test. Addo tamen vobis, quòd in materia statutaria appellatione fratris non comprehenditur frater vterinus

nus tantùm. Ad hoc allego.vobis not.consil.Angel.suo cons.166.incip.statuto Tudertinæ ciuitatis.quod est bene menti tenendum.¶ Sed dubitatur vlteriùs,† nunquid
10 per hãc exẽplarem substitutionem excludatur mater ipsius filij mẽtecapti.Bar.in d.l.ex facto. determinat quòd sic.Eandem opi.tenet hic Sali.placet etiam Bal. in repe. c.si pater.extra de testa. licèt ipse Bald.hic teneat totum contrarium.Et pro sententia Bar.quæ est communis,facit, quia ista exemplaris est adinuenta ad similitudinem pupillaris expressæ.§.qua ratione.Insti.de pup. subst. Et nos habemus,quòd per pupillarem expressam excludi-tur mater.c.si pater. ext. de testa.li.6.& l. Papinianus. §. sed nec impuberis.ff.de inof.test. ergo eodem modo de
11 bet excludi mater per istam exemplarem.¶ † Item dubitatur,nunquid ista substitutio exemplaris sicut potest fieri filio mentecapto, ita possit fieri filio prodigo, uel muto,& surdo,vel furioso.Concludite,ꝙ magis communis opinio est,quòd quia habet locum ista lex in eo muto,& in eo prodigo,qui testari non possunt, habeat etiã locum in furioso. Et pro ista sententia potestis adducere istum tex. qui generaliter loquitur de insipientibus. ¶ Addite tex.no.in §.& hoc dicimus.in Auth.hi qui oblig.perhib.res mino. vbi tex.æquiparat prodigum,mẽte captum,& furiosum.¶ Et reperio,quòd Bal. in l. sed & milites.in §.2.ff.de execu.tut.dicit illum tex.esse sing.Et si vultis differentiam inter mentecaptum, & furiosum. videte Bal.hic.in 3.col.& eũdem Bal.in l.si furiosi. sup. de nup.¶ An autem dispositio.l.nostræ habeat locum in frenetico.videte per Bal.hic in fi.commen.& de isto frenetico loquitur etiam pulchrè dominus Bal. in l. 2.sup. de rescin.uen.¶ In glo.super ver. cesset.in fi. Habetis ex
12 ista glo. colligere, † quòd si mentecaptus,cui pater,vel mater fecit substitutionem exemplarẽ,suscipiat liberos post istam substitutionem, expirabit ista substitutio exẽplaris. Simile habetis,ꝙ si pupillus,cui pater fecit substitutionem pupillarem, contrahat matrimoniũ,eò quia in eo malitia suppleat ætatem,iuxta.c.de illis,ext. de sponsa.si suscipiat liberos in illa ætate, finietur ipsa substitutio pupillaris, secundùm Bar.in l. pupillari. ff. eo. Et ita etiam volunt Bald. Angel. & Imol. in l.ex facto. ff.eod.
13 ¶ † Sed dubitatur, vtrùm quando pater est persona turpis:ita quòd non est aptus administrare bona filii, possit ipsi filio impuberi facere pupillarem substitutionem. Bar.in l.2.ff.eo.de vul.& pupil.determinat quòd nõ.per l.fi.inf.de senten. pass. facit. l. Imperator. ff. ad Trebel. ¶ Sed Bal.hic determinat totum contrarium,& Ang. in l.1.§.fi.& in l.2. §.fi.ff.eo.de vul. & pup. Et pro ista sententia est optimus tex.in l.Papinianus.§. sed nec impuberis.ff.de inof.te.Io.de Imo.in d.l.2.distinguit hoc modo. Aut patri est interdicta administratio bonorum tanquam prodigo,& tunc procedit opi. Bar. Aut non est sibi interdicta,& tunc procedat opi.Bald. & Angel. ¶ Nõ ob.l.fi.inf.de senten.pas.quia licèt dicat ille tex.quòd si pater propter deportationem amisit patriam potestatẽ, licèt postea restituatur à Principe; non tamen recuperat patriam potestatem,tamen non dicitur ibi,quòd prohibeatur pupillariter substituere filio.¶ Sed circa hanc gl.
14 dubitatur.† Certum est,quòd si mentecaptus, cui pater fecit exemplarem,suscipiat liberos, quòd rumpetur illa substitutio exemplaris,vt vult ista glo. Sed quid si illi liberi postea suscepti moriantur, an reconualescet substitutio exemplaris?Bal.hic determinat quòd sic, per l.posthumus.ff. de iniu. rup. ¶ Item si pater substituat filios nascituros ex ipso mentecapto, per eorum natiuitatem non rũpetur.¶ In gl.fi.in fi.Richar.Malũ.Ray.de For.Cy. de Pisto.Fran.Tig.& Bar. hic tenent contra istam gloss. per istum tex.ibi,vnum,vel certos.¶ Item quia auus non tenebatur substituere nepotes,qui sunt filii ipsius mẽtecapti,eò quia præcedebãtur à patre.l.Gallus.§.in omnibus.ff.de libe.& posth. ¶ Item istud non est testamẽtum istius mentecapti: quia testari non poterat, & pro hoc adducunt.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff. de inof. testa.¶ Sed idem Bar.in l.ex facto.ff.eo. de vulg.& pup. & Bal.Ang.& Sal.hic sequuntur opi.huius glo.Et Alex. de Imo. in sententiam huius glossæ tanquam humaniorem inclinat.¶ Ad istum textum,dum dicit, vnũ vel certos,potestis respondere,quòd debet intelligi dũmodo, alios instituat,saltem in legitima, vel eos exhæredet cũ iusta causa.Et ad §. sed nec impuberis. respondeatis, ꝙ loquitur in pupillari, & quia ista litera videtur velle à contrario, quòd filii istius mentecapti omnes sint insipientes, quòd hoc casu nullus ex eis est necessariò substituendus; tamen auus debet eis aliquid relinquere. De materia huius exemplaris substitutionis videte plenè per Bar.& Ange.& Inno.in d.l. ex facto. & per Bald. hic plenissimè.& per Canon.maximè Inno.in c.Raynutius.ext.de testa.

ADDITIO.

a ¶ Operatur institutionem. Adde Pet.de Ancha.in commento.c.Raynutius.nu.4.ext.de testa.

In l.Cum quædam.

SVMMAE.

1 Substitutio pupillaris facta duobus impuberibus,expresso nomine collectiuo,non habet locum in uno ex eis decedente.Et quid si apponatur dictio,uterque.nu.7.

2 Pater si faciendo substitutionem pupillarem dicat hoc modo. Si filius meus decesserit in ætate pupillari,substituo mihi Albertum.dictio,mihi,uel sibi, non uitiat pupillarem substitutionem.

3 Vterque,dictio est nomen collectiuum,& quid requirat.

4 Quilibet,dictio est nomen collectiuum, & distributiuum.& num.5.

6 Vter,dictio quid importet,& quid alter.

8 Pluralis locutio quòd resoluatur ĩ suas singularitates,limita.

9 Testator quando legat eandem rem pluribus, & prohibet alienationem, ex hoc uidetur facere substitutionem fideicommissariam inter eos reciprocè.

10 Testator dixit hoc modo. Si filij mei decesserint in ætate pupillari, substituo Albertum. qualiter admittetur talis substitutus.

11 Substitutio pupillaris, uel fideicommissaria facta per nomen collectiuum habet etiam effectum,si casus substitutionis eueniat in persona unius tantum.

Et quid si fiat hoc modo Si hæredes mei decesserint sine liberis, ego per fideicommissum substituo Albertum. nu.12.

13 Neque,dictio importat copulatiuam.

14 Mater non potest substituere filio pupillariter.

15 Pater habens unicum filium, eum hæredem uniuersalem instituit,deinde dicit hoc modo.Et si filius meus sine liberis decesserit, substituo fratres mei testatoris, & si omnes tam filius,quam fratres mei decesserint sine liberis, substituo ulteriores de domo mea: mortuo patre decessit filius sine liberis,deinde decessit unus ex fratribus testatoris cum liberis, postea decessit alter frater testatoris sine liberis: an illi ulteriores de domo ex substitutione fideicõmissaria admittãtur.

16 Substitutio uulgaris si sit facta duobus per nomina simplicia, non admittetur substitutus uulgaris, nisi omnes instituti repudient,& si unus solus repudiet, substitutus uulgaris non admittitur.

17 Maritus,& uxor donauerunt omnia bona sua monasterio post eorum mortem,unus ex eis decessit altero coniuge superstite, an monasterium habebit bona illius defuncti.

Cum

1 CVm quidam. ¶†Subſtitutio pu
pillaris facta duo
bus impuberibus expreſſo noĩe collecti-
uo non habet locum,vno ex eis deceden-
te,ſed requiritur,quòd uterque moriatur
in ætate pupillari.h. d. ¶ No. 1. ex iſto tex. in uer. ſibi,
2 hic probari ſecundùm Sali. † quòd ſi pater faciendo ſub
ſtitutionẽ pupillarem filio impuberi dicat hoc mõ. Si fi
lius meus deceſſerit in ętate pupillari,ſubſtituo mihi Al
bertũ.illa dictio,mihi,vel dictio,ſibi,nõ habet vitiare pu
pillarẽ ſubſtitutionẽ.'quod expreſsius probatur in l.ſi ita
ſcriptũ.§.qui filio.ff.de bo.poſ.ſm tab.¶No.ſubſequẽter,
3 ad qđ frequenter all. † ꝙ iſta dictio , uterq;,eſt nomẽ col
lectiuum,& requirit concurſum utriuſq;.Aliqñ eſt ẽt no-
a men diſtributiuum. §.ne autem a.cum glo. ſua.in uer.ab
4 utraque parte.in Auth.de iudic.¶ † Item iſta dictio, qui
libet,eſt etiam nomen collectiuum: tamen eſt etiam no-
men diſtributiuum. Accipe exemplum. Teſtator iubet,
quòd quilibet hęredum det decem:nam ſtat collectiuè,
quia requirit concurſum omnium hæredum. Stat etiam
diſtributiuè, quia attribuit unicuique actum inſolidum,
Et ideo quilibet hæredum debebit dare decem.De quo
per Bar.in l.hoc articulo quiſque.ff.de hæred.inſti. Ad-
dite Bald.in c.1.in §.filia.in tit.de ſuc.feu. vbi dicit, ꝙ ſi
Princeps concedat feudum Petro , & Martino, & cuili-
bet ipſorum:ſi portio vnius ex eis deficiat,accreſcet al-
5 teri per ius nõ decreſcendi:† quia illa dictio,cuilibet,at
tribuit actum vnicuique inſolidum.alleg. l.ſi pluribus.
6 in princ.ff.de leg.2.†Dictio verò,alter, & dictio , vter,
ſunt omnino diſtributiuæ.l.vter ex fratribus.ff.de con-
di.inſtit.& l.qui duos.ff.de reb.dub.De qua materia ha-
betur per Bal.in l. ſi apud. inf. de appel. & per eundem
in l.Cornelius.ff.de hæred.inſtit.¶Addite vos,quòd de
iſta dictione,alter,ponit not. Bal.in l.ancillæ.in 4.not.ſ.
de fur.& ibi dixi.Et de iſta dictione,uterque,habetis in
l.creditor.in §.duobus.ff.manda.& per glo. in ver.vtro
que caſu in l.quidam cum filium.ff.de verb.obli. Et per
Bal.in l.ſi quis duas.circa 3.col. ff.de excu.tut.& habe-
tis bonam glo. in l.fi. §. hoc proculdubio obſeruando.
7 in ver.vtraque parte.inf.de bo.quæ liber.¶Not.ult.† ꝙ
quando teſtator facit ſubſtitutionem pupillarem duo-
bus filiis ſuis impuberibus,adiecta iſta dictione,vterq;,
licèt vnus moriatur in pupillari ætate,ſuperſtite altero,
ſubſtitutus non admittitur: quia teſtator videtur voluiſ
ſe reſeruare inter ipſos filios ius legitimarum hæredita
tum,iuxta.§.vel ſingulis.Inſtit.de pup.ſubſti. ¶Vltimò
8 not.†quòd licèt ſoleamus dicere,quòd pluralis locutio
reſoluitur in ſuas ſingularitates.l.falſa.§.fi.ff.de condit.
& demonſt.tamen hoc debet limitari, niſi ex mente te-
ſtatoris appareat de contrario, vt hic. ¶Oppo. contra
iſtum tex.qui dicit,quòd ſi pater duobus filijs impuberi
bus faciat ſubſtitutionem pupillarem , expreſſa iſta di-
ctione , vterque , puta, ſi vterque morietur in pupillari
ætate , ſubſtituo Albertum . dicitur hic,quòd ſi vnus ex
eis moriatur in pupillari ætate, altero ſuperſtite , quòd
Albertus ſubſtitutus non admittetur: imò ſuperſtes ſuc-
cedet ab inteſtato fratri ſuo defuncto . Sed hoc videtur
contra.l.Titia Seio. §.Seia libertis. ff.de leg.2.vbi text.
dicit , quòd ſi teſtator legauit vnum fundum duobus li
bertis , & prohibuerit eis alienationem : deinde dicit,
quòd is , qui vltimò morietur , reſtituat illum fundum
Sempronio. dicit ibi text. quòd ſi vnus ex libertis mo-
riatur , quòd alter collibertus vigore tacitæ recipro-
cæ ſubſtitutionis admitteur ad partem liberti mor-
tui,ergo non venit ab inteſtato, ſed ex tacito fideicõmiſ
ſo reciproco.Dy.& Bar.in d.§.Seia.reſpõdent,quòd ille.
§. loquitur in fideicommiſſaria ſubſtitutione; nos autẽ
hic loquimur in directa pupillari. Vel aliter in d.§. Seia
libertis.vltimò morienti eſt datus ſubſtitutus , & vltimò
moriens debebat reſtituere totum fundum,& nõ poteſt
totum reſtituere, niſi portionem colliberti prædefuncti
habeat ex tacita ſubſtitutione fideicommiſſaria,quę reci
procè videtur facta inter ipſos fideicommiſſarios liber
tos.Et hos duos intellectus refert hic Alex. Addite ter-
tium,quòd illa tacita ſubſtitutio,de qua in d.§.Seia. non
videtur fuiſſe facta ex eo , quòd vltimò moriens fuerit
grauatus reſtituere totum fundum , ſed videtur facta ex
eo:quia teſtator prohibuit alienationem,& iſtum intelle
ctũ ponit Bal. in l. ab eo. inf. de fideicom.Et tunc habe
9 tis colligere,† quòd quando teſtator legat eandem rem
pluribus, & prohibet alienationem : ex hoc videtur fa-
cere ſubſtitutionem inter eos reciprocè.Ad quod Ioan.
de Imo.in l.codicillis. §.inſtituto. ff.de leg. 2. ponderat
hic gl.ſing. ad hoc.De quo puncto tangitur per Bar.Ra
ph.& Pau.de Ca. in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uer.
obli.Alex.de Imo.ponit in l.filiusfamilias. in §. Diui. in
fi.commẽ.ff.de leg.1.Et de multiplici intellectu.d.§. Se
ia.videte eleganter per d.Alex.de Imo. ſuo conſi.14.in
4.uolu.quod conſi.incip.Spiritus ſancti gratia . aliàs in-
cip.Adſit Spiritus ſancti gratia.& eſt in pe.col.illius cõſ.
10 ¶† Quid ſi in caſu huius. l.nõ eſſet appoſita dictio,vter-
que, neq; dictio, ambo, ſed teſtator dixiſſet ſimpliciter
hoc modo.Si filii mei deceſſerint ĩ ętate pupillari,ſubſti
tuo Albertum.dicunt hic Bar.& Ang.quòd hoc caſu ſuf
ficit , quòd conditio euenerit in perſonam vnius : quia
tunc Albertus ſubſtitutus vocabitur.alleg. Bar. ad hoc.
l.fi.§.filiũ.ff.de le.2.& l.Lucius.in §.Caio ff.ad Treb.Sed
Bal.Saly.Raph.& Pau.de Caſt.hic tenent contrarium. &
Imo.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.Et eſt ratio :
quia teſtator videtur voluiſſe conſeruare ius legitima-
rum hæreditatum inter ipſos filios, & ad hoc bene facit
l.pater filiam.in §.fi.ad l.Falci.& tex.cum glo. in l. ſi pa-
ter impuberes.ff.eo.de vulg. & pup. Ad iura alleg. per
Bar.ipſi reſpondent, quòd loquuntur in fideicõmiſſa-
ria ſubſtitutione. Nos uerò loquimur in directa pupilla
ri.& hanc opi.tenet hic Alex.de Imo.¶In glo.fi.ibi, no-
minatim fuit facta.Iſta bona, & eſt cõiter approbata. Di-
catis ibi,vel hic defecit conditio in perſona ſecũdi mo-
rientis. Melius dixiſſet glo.ſi dixiſſet , quòd in perſona
ſecundi nondum euenit conditio: quia adhuc viuebat ,
& poterat decedere in ætate pupillari , vel etiam factus
11 pubes. Et ſic habetis ſimiliter colligere , quòd † ſubſti-
tutio pupillaris , vel fideicommiſſaria facta duobus per
nomen collectiuum habet effectum , etiam ſi caſus ſub-
ſtitutionis eueniat in perſona vnius tantùm, per §. cum
ita. in glo.alleg.Tamen hoc debet limitari , niſi ſuperſit
perſona,quæ ex præſumpta mẽte teſtatoris excludat ſub
ſtitutum,per rationem.l.cum acutiſsimi. inf. de fideicõ.
& l.ſi is qui ducenta.in §.itẽ ſi pater.ff.de reb. du.¶ Ad-
uertite tamen,quia lex noſtra , quæ loquitur in pupilla-
ri ſubſtitutione,debet limitari,niſi primus deceſsiſſet fa
ctus pubes:deinde alter moriatur in ætate pupillari. Nã
tunc ſubſtitutus admittetur ex ſubſtitutione pupillari
ad partem illius , qui vltimo loco deceſsit in ætate pu-
pillari: quia tunc ceſſat ratio huius. l. quia non ſupereſt
amplius perſona , quæ ex præſumpta mente teſtatoris
habeat excludere ſubſtitutum.Et ita probatur in §.cum
ita.hic in glo.alleg.Non obſt.ſi dicas,quòd in d. §. cum
ita.ſupererat filius illius,qui primo loco deceſsit : quia
reſpondetur , quòd ille filius non habebat prioritatem
gradus:quia Claudia ſubſtituta erat in pari gradu , & vl
tra hoc habebat ſubſtitutionem, ideo præfertur . Et ſic
habetis pulchram limitationem ad l.noſtram. ¶Aliam
limitationem poſuerunt hic Raph.Fulg.& Pau.de Caſt.
dicentes hanc l.debere limitari, ut non procedat,quan-
do frater ſuperſtes non poterat ſuccedere fratri defun-
cto,puta:quia erant nati ſub diuerſis matribus,& adhuc
extabat mater illius,qui primo loco deceſſerat,qui præ
fertur

fertur in succesſione defuncti fratri non vtrinque con-
iuncto.Auth.defuncto.inf. ad Tertul. Nam tunc ipſi fi-
lio primò morienti in ætate pupillari ſuccederet ſubſti
tutus pupillaris:quia ceſſat ratio huius. l .quæ eſt,quòd
fauemus fratri ſuperſtiti, vt ſuccedat fratri ſuo defun-
cto ab inteſtato, & ſubſtitutus pupillaris excludatur.
Sed quando ſunt nati ex diuerſis matribus,ceſſat iſta ra-
tio fauoris:quia exiſtente matre illius, qui primò deceſ
ſit in pupillari ætate,frater primò morientis non ſucce-
deret fratri. Et no. bene iſtam limitationem. ¶ Tertiò li
mita tex.in §.cum ita.in l.hæredes mei.ff.ad Treb. Nam
licèt in caſu illius.§.ſi primus deceſsiſſet ab inteſtato ſi-
ne liberis. Claudia ſubſtituta per fideicommiſſum non
fuiſſet admiſſa ex ſubſtitutione : quia ſupererat fra-
ter illius, qui primo loco deceſſerat, qui frater ſu-
perſtes ex præſumpta mente teſtatoris haberet exclu-
dere Claudiam ſubſtitutã per rationem huius. l. tamen
ſi ille primus moriens condidiſſet teſtamentum, in quo
inſtituiſſet extraneum hæredem:certè Claudia ſubſtitu-
ta per fideicommiſſum admiſſa fuiſſet ad partem illius,
qui eſt mortuus: quia circa ſucceſsionem ipſius primò
morientis non ſupereſt perſona, quæ habeat excludere
ſubſtitutum,vel ſubſtitutam.Ita dicũt hic notab. Nic.Ma
te.& Bal.hic in vlti.col.quod eſt bene no.Ad has limita
tiones,& ad intellectum huius. l. & eius declarationem
videte pulchrum conſ.Alex. de Imol.ſuo conſi.167. in-
cip.videtur prima conſideratione dicendum.in 4.volu.
12 ſuorum conſiliorum.¶ Nunc quæro. † quando fideicõ-
miſſaria ſubſtitutio fit duobus hoc modo, videlicet ſi hę
redes mei deceſſerint ſine liberis,ego per fideicommiſ-
ſum ſubſtituo Albertum.Modò contingit,ꝙ vnus ex ip-
ſis hęredibus inſtitutis moritur ſine liberis poſt mortem
teſtatoris: vtrùm Albertus ſubſtitutus per fideicommiſ-
ſum vocabitur ad eius portionem.Concluditur commu
niter ꝙ ſic,per tex.in l.Lucius.in §. Caio.ff.ad Trebel.&
per.l.fi.in §.filium.ff.de le.2.Sed iſtud debet limitari,niſi
teſtator dixiſſet hoc modo.Et ſi hęredes mei deceſſerint
ſine liberis, volo, quòd omnia bona mea deueniant ad
Albertum.Nam hoc caſu,ſi vnus ex eis hæredibus inſti-
tutis moriatur ſine liberis. Albertus per fideicõmiſſum
non vocabitur ad eius portionem: quia ex eo,quòd te-
ſtator dicit omnia bona, videtur voluiſſe vocare ſubſti-
tutum demum poſt mortem omniũ inſtitutorum, aliàs
ſubſtitutus non poſſet habere omnia bona. Iſtam limita
tionem ponunt Bar. & Bal.in l.quidam teſtamẽto. ff.eo.
de vul.& pup.¶ Contrariam opi.tenuerunt Ang.Io. de
Imo.Rapha.Cu.& Pau. de Ca. in d.l. quidam teſtamen-
to.per d.l.Lucius.in §.Caio.& per d. §. filium. & per d.
§.cum ita. vbi teſtator vſus eſt iſto verbo, quicquid, vt
patet in d.§.filium. vel vſus eſt iſtis verbis,omnem hære
ditatem,vt patet in d.§.cum ita. & tamen dicitur in illis
iuribus, quòd ſubſtitutus per fideicommiſſum vocatur
ad portionem vacantem, licèt ambo inſtituti non deceſ
ſerint.Ad l.quidam teſtamento.per quam mouetur Bar.
& Bald. reſpondent præfati Doc. quòd non loquitur in
fideicommiſſaria,ſed in vulg.ſubſtitutione.Vel aliter in
d.l.quidam teſtamento.hoc operatur illa dictio,neque,
13 † quæ importat copulatiuam.l.ſi quis ita ſtipulatus fue-
rit,ſiue nauis.ff.de ver.oblig.Dominus Alex.hic non de
clarat,quam opin. debeamus tenere ex prædictis. Vos
addite,quòd communis opi.eſt contra Bar. in hac limi-
tatione,vt refert ipſe Alex.de Imo. ſuo conſi.91. incip.
ponderatis his,quæ in themate.circa.8.col.illius conſi.
in 1.vol.ſuorum conſi.& ibi bene declarat.d.§. cum ita.
& hanc.l.noſtram.¶ Secundò limitabitis concluſionem
prędictam,niſi ſuperſit perſona,quæ ex præſumpta mẽ-
te teſtatoris habeat excludere ſubſtitutum fideicommiſ
14 ſarium,vt ecce.Vos ſcitis, † quòd mater non poteſt pu-
b pillariter ſubſtituere filio [b].l.2.ff.eo.de vul.& pup.Pona

mus; Quædam mulier habẽs duos filios impuberes eos
hęredes inſtituit,deinde adiecit hæc verba. Et ſi filij mei
deceſſerint in ætate pupillari, ego ſubſtituo per fideicõ
miſſum Albertum. Defuncta matre deceſsit vnus ex fi-
liis in pupillari ætate. Albertus ſubſtitutus per fideicõ-
miſſum vult habere portionem illius mortui, & facit
fundamentum ſuper d.§.Caio.& ſuper d.l.fi. in §. filiũ.
certè, quia ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente
teſtatoris habet excludere Albertum fideicommiſſariũ,
quia ſupereſt frater illius,qui deceſsit,ideo Albertus fi
deicõmiſſarius nihil habebit ex illa ſubſtitutione. Hanc
limitationem poſuit Bar.in d.§.cum ita. & Bald. in l.1.
inf.de condi.inſer. & Angel. & Imol.in l. ſi pater impu-
beres.ff.eod.de vulg.& pupil. & Raph. Fulgo. hic.Pau.
de Caſt. reprehendit iſtam limitationem in d.§.cum ita.
quia eſſet nimis reſtringere text.in d.§.Caio. Sed pote-
ſtis huic motiuo reſpõdere, ꝙ non eſt nimis reſtringere.
quia §.Caio.non loquitur in deſcendentibus. Itẽ Paul.
de Ca.tenendo contra limitationem prædictam reſpon
det ad d.l.ſi is,qui ducenta.in §. item ſi pater. ff. de reb.
dub.quòd loquitur in vulgari ſubſtitutione. Sed iſta re-
ſponſio non ſatisfacit,quia ibi erat alternatiua, & vi il-
lius alternatiuæ ſubſtitutus debebat vocari,& tamen di
cit ibi tex. quòd excluditur propter præſumptam uolũ
luntatem teſtatoris,quæ veriſimiliter fuit prę̨ferre pro-
priam ſobolem alienæ ſucceſsioni, quæ ratio limitatur
in prædicta limitatione.Item Pau. de Caſt.reſpondet ad
hanc. l. quòd loquitur in directa pupillari, nos loqui-
mur in fideicomiſſaria. Iſta ſol.non ſatisfacit mihi, quia
dico uobis,quòd ſecundùm communem opi.deciſio. l.
noſtræ, & ratio ſua haberet locum in fideicommiſſaria
ſubſtitutione, vt refert ipſemet Alex. in illo ſuo conſi.
167.in 5.vol.imò ipſemet Paul.de Caſt.in d.§.Caio.aſ-
ſentit limitationi prædictę cum modificatione,ſcilicet ſi
ille,qui ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſti-
tutum fideicommiſſarium,fuerit pariter inſtitutus cum
illo,qui poſtea deceſsit.¶Pro complemento,addo pul-
15 chram quæſtionem.†Pater habens unicum filium, eum
hæredem vniuerſalem inſtituit: deinde dicit hoc mo-
do. Et ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo fra-
tres mei teſtatoris. Et ſi omnes tam filius, quàm fratres
mei deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo vlteriores de do-
mo mea.Mortuo patre deceſsit filius inſtitutus ſine libe
ris:deinde deceſsit vnus ex fratribus teſtatoris cum li-
beris,poſtea deceſsit alter frater teſtatoris ſine liberis,
vtrùm illi vlteriores de domo ex ſubſtitutione fideicõ-
miſſaria admittantur ad portionem illius, qui deceſsit
ſine liberis. Concludite quòd ſic, ad hoc allego vobis
Bal.ſuo conſ.98.circa fi. in 2.vol. & illud conſilium in-
16 cipit,ſuper primo quæſito.†Nunc videndum eſt de vul-
gari ſubſtitutione facta duobus. Et in iſto paſſu Bart. hic
dicit,quòd ſi ſubſtitutio uulgaris ſit facta duobus,etiam
per nomina ſimplicia, puta dicendo. Et ſi hæredes mei
non erunt mihi hæredes,ſubſtituo Albertum,non admit
tetur ſubſtitutus uulgaris,niſi omnes inſtituti repudiẽt.
Et ſi vnus ſolus repudiaret ſubſtitutus vulgaris non ad-
mitteretur, & opin.Bart.ſecuti ſunt hic Ange.& Salice.
Et Pau.de Caſt. in d.§.cum ita. Addite Rapha.Cuma.in
l.Lucius.in §.Caio.ff.ad Treb.vbi dicit,ꝙ licèt opi.Bar.
non bene probetur in l.quamuis.ſ.eo.tamen attentis ra
tionibus ſuis tutius eſt adhęrere eius opin. Videamus
modò motiua Bar.In primis ipſe mouetur per d. l. quã-
uis.cum ſua gloſſ.Sed aduertite,quia ipſemet Bart. in l.
hoc articulo quiſque.ff.de hære.inſtit. confitetur, quòd
concluſio prædicta non bene probatur in d.l.quamuis.
Secundò mouetur, quia quando teſtator facit vulgarẽ
ſubſtitutionem duobus, hoc ideo vno ex eis repudian-
te non debet admitti ſubſtitutus vulgaris: quia veriſimi
liter teſtator prædilexit cohæredem ipſius repudiantis.
attento

attento, quòd illum instituit, & ideo uidetur eum magis dilexisse, quàm substitutum vulgarem. l. pupillus. in §. fi. ff. de condi. & demon. Sed huic rationi posseris respondere, quòd uerum est, quòd uidetur prædilexisse cohæredem in illa scilicet parte, in qua instituit eum: sed non videtur eum prædilexisse in parte illius, qui repudiauit, imò in illa parte uacante videtur prædilexisse substitutum uulgarem. l. penul. ff. de iniusto rupt. & irrit. &c. Tertiò mouetur Bart. Nam dicit ipse, quòd in hoc est differentia inter vulgarem substitutionem, & fideicommissariam: quia in vulgari substitutione agitur de vno solo effectu finali, scilicet de hæreditate defuncti, cui succeditur per vulgarem substitutionẽ. Insti. de vulga. substi. in princi. cum ergo agatur de uno solo effectu, iste sermo pluralis, si hæredes mei non erunt, non debet resolui in suas singularitates, imò ad hoc, ut substitutus vulgaris admittatur, requiritur, quòd omnes instituti repudient. Sed in fideicommissaria substitutione agitur de pluribus, & diuersis effectibus, quia vnusquisque hæredum intelligitur grauatus de portione sua, & sic in persona cuiuslibet ipsorum est fideicommissum de per se: cum ergo agatur de diuersis effectibus, ideo pluralis locutio resoluitur in suas singularitates. l. falsa. §. fin. ff. de cond. & demon. & ideo si conditio substitutionis eueniat in persona unius tantùm, substitutus fideicommissarius admittetur per d. §. cum ita. Sed ista ratio non est bona, quia sicut per vulgarem substitutionem succeditur testatori, ita etiam per fideicommissariam. l. cohæredum. §. cum filiæ. ff. eo. de vulg. & pupil. ergo uidetur agi de uno solo effectu. Et si aliquis mihi dicat. Bar. fortè cõsiderauit pluralitatem effectuum in fideicommissaria propter pluralitatem portionum, ego respondeo, ꝙ eodem modo in vulgari substitutione sunt plures portiones, quando uulgaris substitutio est facta duobus. Et ideo ratio s. assignata per Bar. reprehenditur per Doct. hic, quibus addite, quòd Alex. de Imo. impugnat rõnem Bar. in suo consi. 157. in pe. col. in 5. uol. ubi in substitutione fideicommissaria facta duobus post mortem eorum, quo casu si unus ex eis moriatur sine liberis, substitutus per fideicommissum admittetur ad portionem illius defuncti, per l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. Nam ratio est (secundùm Alexan. de Imo. ibi) quia sicut testator faciendo substitutionem fideicommissariam duobus post mortem eorũ vr̃ uoluisse, ꝙ ipse substitutus habeat totam hæreditatem, casu quo ambo instituti moriantur sine liberis, ita præsumitur fuisse de mente testatoris, quòd si unus solus ex institutis moriatur sine liberis, quòd substitutus per fideicommissum debeat habere portionem ipsius defuncti. Et ista ratio Alex. probatur in tex. d. §. cum ita. Videtis ergo confutata motiua Bar. circa vulgarem substitutionem. ¶ Bal. hic ita distinguit. Aut testator faciendo substitutionem uulgarem apposuit copulationem dicendo. Si Titius, & Seius hæredes mihi non erunt, substituo Albertum: & hoc casu, quia de natura copulatiuæ est, quòd requiratur consensus utriusque. l. si hæredum plures. ff. de condi. institue. ideo hoc casu ad hoc, vt vulgaris substitutus admittatᷣ, requiritur, quòd ambo instituti repudient. & ita seruatur opi. Bar. Sed si vulgaris substitutio sit facta per nomina simplicia, puta. Si hæredes mei non erunt mihi hæredes, substituo Albertũ: hoc casu, si unus solus repudiet, admittetur substitutus vulgaris ad illam portionem repudiatam, sicut dicimus in fideicommissaria, per d. §. Caio. Nisi alter cohæres esset persona, quæ verisimiliter haberet excludere substitutum extraneum, per rationẽ huius legis. Ang. in d. §. cum ita. in effectu videtur idem velle, quod Bal. hic. Ioan. de Imo. in l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. tenet contra Bar. idem Imo. in d. §. cum ita. distinguit hoc modo. Aut testator faciendo substitutionem vulgarem duobus dicit hoc modo. Si neq; Titius, neque Seius mihi hęredes erunt, substituo Albertum: & hoc casu ad hoc, ut substitutus vulgaris admittatur, requiritur, quòd ambo repudient: quia verba, & significatio verborum ita videntur importare, quia illa dictio, neque, stat copulatiuè. l. si quis ita fuerit stipulatus decem aureos. ff. de verb. oblig. Et est de mente gloss. in d. l. quidam testamento. Aut testator faciendo substitutionem vulgarem, dicit. Si Titius, & Seius hæredes mihi nõ erunt, substituo Albertum, vel dicat. Si hæredes mei non erunt mihi hæredes, substituo Albertum: & hoc casu, si testator substituit in tota hæreditate: tunc ad hoc, vt substitutus vulgaris admittatur, requiritur, quòd omnes instituti repudient, & ita dicit probari in d. l. quidã testamento. Si verò non substituit in tota hæreditate: tunc non requiritur, quòd omnes repudient, imò si vnus solus ex institutis repudiet, admittetur substitutus vulgaris ad portionem repudiatam, per d. l. qui testamento. arguendo à contrario. ¶ Contra opin. Bar. videtur in primis esse tex. in l. fi. in prin. ff. eo. de vulg. & pup. ¶ Secundò contra Bar. facit fortis ratio, quia cum ista conditio substitutionis vulgaris veniat adimplenda in ipsa re, seu circa ipsam rem, idest hæreditatem defuncti: certè debet talis conditio scindi, & diuidi, & exponemus verba hoc modo. Si hæredes non erunt, idest quatenus hæredes non erunt. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. ergo, vno solo repudiante, debet admitti substitutus vulgaris, per ea, quę habentur in l. 2. ff. de condi. insti. ¶ Item contra Bar. fortiter vrget tex. in l. si is qui ducenta. in §. cum ita. ff. de reb. dub. vbi probatur, quòd si promitto pœnam de decem, si non sistam Stichum, & Damam, & ego sistam tantummodo Damam, cado in pœnam de decem: quia verificata, & purificata non est conditio. Alexan. de Imol. dicit hic, quòd in puncto iuris verior est ista opi. contra Bar. tamen propter auctoritatem Bart. & aliorum sequacium durum esset in practica obtinere cõtra Bar. & idem Alex. in d. §. cum ita. dicit, quòd ipse cõsueuit tenere contra Bar. in substitutione vulgari. Addite vos ad istam quæstionem, & ad intellectum d. §. cum ita. pulchrum consil. eiusdem Alex. suo consi. 38. in primo volu. quod consilium incipit. Viso themate. Et in consil. 91. in eodem volu. & in illo consilio iam allega. 167. in quinto vol. & videte Raph. Cum. suo consi. 123. incip. Bartolomeus. ¶ Addite quòd Pau. de Ca. in l. qui duos. ff. eo. de vulg. & pupi. & in d. §. cum ita. dicit, quòd quando testator duobus extraneis facit substitutionem fideicommissariam sub nomine collectiuo, puta, si ambo decesserint sine liberis: tunc dicit ipse, quòd non intelligitur substitutio facta tantummodo vltimò morienti, imò præmorienti: quia cessat ratio illa, scilicet, quòd testator uidetur uoluisse cõseruare ius successionis inter eos. Nã quando sunt extranei, cessat ratio ista, quia unus ab intestato non succedit alteri. Sed Bar. Imo. & Docto. communiter tenent contrariam opi. per l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. Quærit etiam hic Bal. quid si in casu huius. l. primus decessisset factus pubes, & cum liberis: deinde moriatur secundus filius in pupillari ætate, superstitibus filijs illius, q primò decessit, an excludetur substitutus extraneus. Et determinat, quòd sic, quia testator faciendo substitutionem per nomen collectiuum, uidetur voluisse præferre posteritatem ipsi extraneo substituto, per rationẽ. l. cum acutissimi. inf. de fideicom. Et opin. Bal. sequitur hic Saly. ¶ Vltimò de materia. d. §. cum ita. videte pulchrum consi. domini. Io. de Anania suo consi. 66. cum consi. sequenti, quod fuit compositum per dominum Barto. Bolog. ¶ Finaliter formo uobis quæstionem, quam habui in practica.
17 † Maritus, & uxor donauerunt omnia bona sua monasterio post mortem eorum: vnus ex eis decessit altero coniunge superstite, monasterium

rium petit bona, quæ erant illius defuncti, coniux uerò superstes dicit, quòd dicta donatio non debet habere effectum, nisi altero mortuo. Cõcludite, quòd monasterium habebit bona defuncti: quia coniux superstes non debet succedere coniugi defuncto, nisi in subsidium. l. unica. sup. vnde vir & vxor. Si ergo nõ succedit, non debet excludere monasterium. l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & ita determinat hic Bal. in fine commenti.

ADDITIONES.

a ¶Vt autem. Adde tex. & Doc. hic, & aliquando est distributiua. ut per Bald. in l. si duas. in ver. vtranque. ff. de excus. tuto.

b ¶Substituere filio. Et an posit offerre filium in monasterio. Vide per Ioan. de Tur. Crem. in c. addidisti. num. 2. 21. quæst. 1.

In l. Si quis duobus.

SVMMAE.

1 *Substitutio facta sub signo distributiuo assignat ipsis substitutis viriles portiones.*

2 *Cum, dictio coniungit.*

3 *Pater, & filius censentur eadem persona.*

4 *Statuto cauetur, quòd nullus assumatur ad tale officium, nisi habeat centum libras in æstimo, filius viuente patre habente centum librarum æstimum, assumitur ad illud officium, an teneat assumptio.*

5 *Substituti veniunt ad substitutionem pro eisdem partibus.*

6 *Viuens non habet hæreditatem.*

7 *Casus, in quo instituti sub nomine collectiuo, & tertius, qui fuit nominatus singulariter admittuntur quilibet pro uirili.*

8 *Hæredes quando uocantur ad hæreditatem cum tertio, an illud, quod capiunt ipsi hæredes, debeant inter se diuidere ꝓ virilibus portionibus, an verò ꝓ portionibus hæreditarijs.*

9 *Hæres, & defunctus censentur eadem persona.*

SI quis duobus. ¶ Si cũ duobus institutis substituatur tertius (adiecto nomine distributiuo) quilibet ipsorum vocatur in uirilem. Sed si testator dicat. Titius cũ liberis, & Sempronius hæredes sunto, Titium cum filiis in semissem, & Sempronium in alium semissem instituere uidetur. Hoc dicit ista lex, quæ habet subtilem, & dif
1 cilem materiam. ¶ Nota primò, † quòd substitutio facta sub signo distributiuo assignat ipsis substitutis viriles portiões. Addite quid significet ista dictio, uirilis, & ista dictio, rata, & ista dictio, in stirpes, declarat Bal. in Auth.
2 defuncto. C. ad senatuscon. Tertul. ¶Nota, † quòd ista di-
a ctio, cum[a], coniungit, sicut copulatiua, & l. Titiæ textores. §. nihil. ff. de leg. 1. ¶ Nota id, ad quod frequenter
3 allegatur, † quòd pater, & filius eadem persona censent. Alibi dicitur, quòd vox patris intelligitur uox filii. §. ei qui. Insti. de inutili. stipul. Alibi habetis, ꝙ illud, quod placet patri, præsumitur placere filio. glo. est in l. si operarum. ff. de ope. liber. Et proximè dicta inducũt ad quę
4 stionem quotidianam. † Statuto cauetur, quòd nullus assumatur ad tale officium, nisi habeat centum libras in æstimo. Filius uiuente patre habente centum librarum æstimum assumitur ad illud officium, an teneat assumptio. Concludite quod sic: quia æstimum patris prodest filio, etiam uiuente patre. glo. singularis in. l. 2. C. qui æta. li. 10. & ita uult Bal. in l. Prætor. §. sed si filius. in lect. antiqua. ff. de eden. & idem Bal. in l. sciendum. ff. qui satisda. cog. ¶In glo. 3. ibi, hæc corrigitur. Ista reprehenditur per omnes, quia iurium correctio, &c. ¶ In eadem glo. ibi, uel melius. Ista diuinat ad. l. si pater filio impuberi. ff. eodem. de vulg. & pupill. Et est bene uerum, quòd dicit ista glo. in hac particula, dum vult, quòd isti duo hæredes, qui fuerunt institutim à defuncto, & filius de per se, non fuerunt instituti coniuncti, imò fuerunt instituti separatim, scilicet quilibet eorũ in tertia, nam si isti duo hæredes fuissent instituti coniunctim, non haberet unusquisque ipsorum trientem, vt vult ista lex, imò quilibet ipsorum haberet quartam, ut habetur in l. liber homo.
5 §. Titius. hic in gl. allegata. Nam † substituti ueniunt ad substitutionem pro eisdem partibus, pro quibus fuerãt instituti. l. qui liberis. §. fi. & l. sed si plures. & l. si in testamento. ff. eod. ¶ Bartolo. de Saly. habet hic nouam considerationem dicens, quòd illa regula, quæ dicit, quòd substituti ueniunt ad substitutionem pro eisdem partibus, pro quibus fuerant instituti: habet locum, quando in substitutione nullus tertius fuit adiunctus cum institutis, qui etiam fuerunt substituti, & ita dicit debere intelligi. d. l. qui liberis. §. fi. cum suis concordantibus. Sed quando in substitutione fuit adiunctus tertius cum ipsis institutis; tunc uocatur in uirilem. & ita intelligit. l. nostram. Sed ista consideratio Saly. est contra opi. Pet. Cy. Bar. & Doct. communiter in d. l. si pater filio impuberi. usquequaq; non habetis solutum contrarium. de d. l. si pater filio impuberi: vt de soluite illud contrariũ, & dicite, quòd in l. nostra substitutio fuit facta sub isto signo distributiuo, quisquis, sed in l. si pater filio impuberi, fuit facta sub signo collectiuo. & refert Bar. hic se audiuisse à quodam antiquo aduocato Florẽtino, quòd Martinus de Fano iuris utriusque Doctor post ingressum religionis prædicatorum interrogatus de isto contrario, respondit, quòd dictio, quisquis, hic in tex. posita soluebat contrarium. ¶In eadem gloss. ibi, l. qui cum plures. Gloss. hic considerauit, quòd l. qui cum plures. ff. de vulga. & pup. contradicit d. l. si pater filio impuberi. quia in l. qui cum plures. ille adiunctus vocatur in virilem. sed in l. si pater filio impuberi. ille adiunctus vocatur in semissem. Sed vos huic oppositioni respondebitis, vt respondet glo. 2. & ibi Bar. in d. l. qui cum plures. ¶In eadem glo. ibi, scilicet legatarij. hic glo. respondet ad l. si quis Titio. in prin. ff. de vsufr. accres. & intelligit text. ibi, dum dicit, & in hæredibus suis, vt loquatur de hæredibus legatarij, non autem de hæredibus defuncti.
6 Sed omnes damnant istam solutionem. † quia legatarius viuens non habet hæreditatem. l. 1. ff. de hæred. vel act. vendi. Præterea, quando aliquid legatur Titio, & hæredibus suis, illi hæredes non admittuntur cum Titio, sed veniunt ordine successiuo, vt declarat Bar. in l. Gallus. in §. 1. ff. de lib. & posth. & in l. si quis Titio. 1. rñso. dr, ꝙ Titius habet vnã dimidiam, & hr̃des aliã dimidiã; & sic eodẽ tempore vocantur. Soluite ergo istam contrarietatem eodem modo, quo respondi ad d. l. si pater filio.
7 † Est tamen unus casus, in quo illi, qui sunt instituti sub nomine collectiuo, & alius tertius, qui fuit nominatus singulariter, admittuntur quilibet pro uirili; exemplum. Testator dicit hoc modo. Relinquo Titio, & posthumo Sempronij mille: nam si ex Sempronio tres posthumi nascantur, ipsi tres posthumi, & Titius primò nominatus habebunt quilibet suam uirilem, tex. est in l. quidã. §. fi. cum l. seq. & princ. l. subsequentis. ff. de reb. dub. ¶In glo. fi. ibi. l. liber homo. in §. Titius. Glo. ista bene reprobat primam solutionem, per tex. in d. §. Titius. vbi non erat apposita ista dictio, unà, & tamen dicitur ibi, quòd si testator dicat hoc modo. Titius hæres esto, deinde dicat. Sempronius, & Mæuius hæredes sunto: ipsi Sempronius, & Mæuius, qui sunt ambo coniuncti, uocantur in unum semissem, & Titius disiunctus primo loco nominatus habebit alium semissem; illi ergo duo coniuncti habentur pro uno corpore, seu pro una persona. & ita in casu l. nostræ. quando testator dicit. Titius cum filiis, &

& Sempronius hæredes sunto : ipse Titius cum filiis debet haberi pro vna persona, seu pro uno corpore . ¶ In eadem gloss. ibi, tu dic. Ista est communiter approbata. ¶In eadem gloss. ibi, vel refert. In hac parte gloss. vult
8 quærere, † an quando aliqui hæredes uocantur ad hæreditatem cum tertio, nunquid illud, quod capiunt ipsi hæredes debeant inter se diuidere pro virilibus portionibus, an verò pro portionibus hæreditariis. In quo articulo concludite, quòd si sunt substituti per nomina propria, uocantur in viriles. l. quotiens, & l. nonnunquàm. ff. ad Trebellia. Aut sunt substituti per nomina appellatiua, & tunc intelliguntur substituti pro portionibus hæreditariis. l. si in testamento. ff. eod. de vulga. & pupilla. uidistis in l. 1. supra eod. Fallit in casu. l. qui cum plures. ff. eod. de vulga. & pupilla. Nam testator ibi expressit, quòd substituebat eos pro eisdem partibus, pro quibus eos instituerat, & adiecit vnum tertium, qui habebit uirilem, & illa l. qui cum plures, est singularis secundùm omnes. Aduertite, quia Barto. de Sal. limitat istam l. mirabiliter dicens, quòd si testator dixisset hoc modo . Titius cum filiis suis, & Sempronio hæredes sunto: quia hoc casu Sempronius concordaret in casu cum illo nomine filiis, tunc Titius haberet unam tertiam partem, & eius filii aliam tertiam, & Sempronius aliam tertiam. Et ita secundùm eum potest intelligi l. si quis Titio, secundo responso. ff. de usufruct. accre. sed in casu l. nostræ, Sempronius fuit positus in casu nominatiuo, & sic nullam coniūctionem uideretur habere à filiis Titii, qui sunt positi in casu ablatiuo. Sed ista consideratio Sal. non est bona, quia tex. iste non fundat se super eo, quòd sit cōcordantia, uel discordantia in casu, sed fundat se, quòd pater, & filius censentur eadem persona. Præterea in d. l. si quis Titio, in secundo responso . illi hæredes erant positi in casu ablatiuo, & Titius, & Mæuius in casu datiuo. Præterea intelligere illum tex. in hæredibus legatarii, nō est bene intelligere, quia ut dixi sup. uiuens non habet hæredē,
9 non placet ergo ista consideratio Salicet . † Vnum addo uobis, quòd illud, quod dicitur, quòd hæres, & defunctus censentur eadem persona, debet intelligi, & limitari, quantùm ad illam partem, in qua fuit institutus hęres, sed quantùm ad alias partes, in quibus alii fuerunt instituti, habetur ipse hæres pro extraneo. Ista est gloss. perpetuò menti tenenda in l. 2. in §. fin. in gloss. magna. ff. de præto. stipul.

ADDITIO.

a ¶Dictio cum. Adde, quòd ista dictio ponitur consecutiuè, & non causatiuè, ut l. 3. C. de obseq. patr. præstā. & in l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad leg. aquil.

Rub. de liberis prætèritis, uel exhæredatis.

In l. Cum post omnes.

SVMMAE.

1 Exhæredatio facta in vno gradu, quomodo dicatur facta in omnibus.

2 Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia. Fallit, ut nu. 4.

3 Exhæredatio facta à certa persona non ualet.

5 Clausula apposita in medio refertur ad præcedentia, & ad sequentia.

6 Donatio facta ecclesiæ à coniugibus, an dicatur causa mortis.

7 Donatio causa mortis quando dicatur.

1 CVm post omnes . ¶† Exhæredatio facta post omnes gradus tacitè , uel expressè facit valere ipsos gradus , qui aliàs uitiarentur . Et quando exhæredatio est facta in fine omnium graduum , intelligitur facta ab omnibus, nisi appareat de ratione contraria. Hoc di-
2 cit. ¶ Nota id, ad quod frequenter allegatur, † quòd
a clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, & infra hanc regulam limitabo multis modis . ¶ In gloss. super uerbo, nulla ratio, ibi non potest probari cōtrarium . Doctores communiter damnant gloss. & licèt Rapha. Fulgos. faciat differentiam inter casum , quando ijdem sunt instituti, & substituti, quo casu tenet opinionem huius gloss. & casum quando instituti , & substituti sunt personæ diuersæ, quo casu dicit procedere opinio, Doctorum reprobantium istam gloss. Tamen uos tenete communem opinio. quia potest resultare magnus effectus, an filius sit exhæredatus à gradu substitutorum , an verò à gradu institutorum: quia potest esse , quòd gradus substitutorum sit magis oneratus legatis , quàm gradus institutorum, iuxta l. licèt Imperator. ff. de legat. 1. deinde uult ista glos. quòd exhæredatio facta post omnes gradus, in dubio intelligitur facta ab omnibus gradibus præcedentibus . Et doctores communiter sequuntur gloss. & ita teneatis, quicquid dicat hic Pileus repetens illam suam opinionem superius relatam. Et aduer-
3 tite inquantum ista gloss. uult, † quòd non valet exhæredatio facta à certa persona, potestis assignare rationem, quia sequeretur, quòd quantùm ad illam personam ualeret testamentum, & quantùm ad alias esset nullū, quod non est possibile dicere. Et intelligatis istam conclusionem procedere, quando exhæredatio fit à certa persona nominando eam per nomen proprium: secus si exponeretur per appellatiuum dicendo . Exhæredo filium meum à primo hærede . Nam talis exhæredatio esset bene ualida. l. si à primo. ff. de liber. & posthum. Et aduertite, quia si exprimatur utrunque nòmen, scilicet proprium, & appellatiuum, non refert hoc casu, & ita debetis limitare. l. si communis seruus ita stipuletur. ff. de stipulat. seruorum. Nam illa lex debet intelligi, quando in omnem causam actus remanebat ualidus. Nam tunc multum refert, an præcedat nomen proprium , & sequatur appellatiuum , uel econtra . Sed in proposito nostro in omnem casum non esset ualitura exhæredatio , & ideo non refert, an præponatur nomen proprium, an uerò appellatiuum . Ita dicunt hic Bald. & Salicet. Et ista est pulchra limitatio ad l. si communis seruus ita stipuletur, quam limitationem posuerunt Bartol. & Angel. in l. si unus, in §. fina. ff. de pact. & Ioann. de Imol. in l. quod dicit, circa nonam colum. ff. de uerbo. obliga. ¶Addite ad dominum Alexand. hic, quòd regula prædicta, quę uult,
4 † quòd clausula in fine apposita referri debeat ad omnia pręcedentia, fallit, nisi ex tali relatione induceretur contrarietas. Nam hoc casu non refertur ad omnia pręcedētia, tex. habetis in l. si idem cum eodem, in §. fina. ff. de iu-
b risdict. om. iudi. ¶Secundò fallit, b quando aliqua ex pcedentibus haberent suam specialem determinationem. Nam tūc clausula in fine apposita non esset referenda ad ea, quę habent specialem determinationem. l. talis scriptura. ff. de legat. primo. Et ita expressè determinat dominus Panormi in c. cum dilecti, in final. uerbis suis, extra de donatio. ¶Tertiò fallit, quando clausula in fine apposita non est apposita de per se principaliter , sed est apposita ad qualificandum aliquod capitulum ex pręcedentibus, & hoc casu non refert ad omnia superiora . Istud est dictum aureum Barto. in l. fina. ff. de reb. dub. allegat pulchrum tex. in l. filium. ff. quando dies leg. ced. ¶Quartò fallit, qn̄ essemus in materia , in qua latissima

esset fienda interpretatio, ut in beneficiis Principum,
in quibus est fienda interpretatio latissima. l. beneficiũ.
ff. de constitu. princ. & l. si quando inf. de bon. uacan.
lib. 10. Quod debet intelligi, nisi agatur de graui præ-
iudicio tertij. secundùm Ion. in c. cum dilecti. ext. de do
nati. Nã hoc casu, qñ non agitur de p̃iudicio tertij, & de
bemus facere latissimã ĩterp̃tationẽ, & si clausulã ĩ fine
appositã referremus ad omnia præcedentia, ex tali rela
tione contingeret fieri restrictionem, vbi latissimã de-
bemus facere interpretationem: tunc clausula in fine
apposita non refertur ad omnia præcedentia, & ita de-
bet intelligi tex. in d. c. cum dilecti. secundùm vnum in-
tellectũ. Has omnes limitationes ponit eleganter Alex.
de Imo. suo consilio. 48. incip. super excitatione, de qua
5 quæritur. in primo vol. suorum cons. ¶ † Addite adhuc,
quòd iura dicentia, quòd quando clausula est apposita
in medio, refertur ad præcedentia, & sequentia. l. 3. §. sed
& si inter. ff. de libe. & posthu. debẽt intelligi, quando
est apposita inter articulos cõnexos dependẽtes à prin
cipali. secus si sit apposita inter diuersos articulos: quia
tunc non referretur ad omnia præcedentia, & sequen-
tia. Ita probatur in c. secundo requiris. iuncto. c. inqui-
sitioni. extra de appel. ¶ Addite ultimò, quòd illud,
quod dixi supra de clausula in fine apposita, facit ad
6 pulchram quæstionem. † Maritus, & uxor donarunt cui
dam loco religioso talem petiam terræ sitam in tali lo-
co. Item talem petiam sitam in tali regione. Item talem
domum ad habendum &c. reseruando sibi dicti iugales
habitationem in dicta domo, & fructus dictarum terra
rum pro uita eorum: deinde sunt scripta ista uerba. &
post eorum mortem remaneant dicto loco religioso.
Dubitať an dicta donatio sit causa mortis, an verò inter
uiuos. Nam si est causa mortis, est reuocabilis. si uerò
inter uiuos, est irreuocabilis. uidetur prima facie dicẽ
dum, quòd sit donatio causa mortis, quia illa clausula
(& post mortem eorum) est apposita in fine. ergo debet
7 referri ad omnia præcedentia, per hanc. l. † Item quãdo
fit mẽtio de morte, dicitur donatio causa mortis. l. Seia.
ff. de dona. causa mortis. In contrarium est ueritas, quia
per illam reseruationem vsusfructus fuit translatum do-
minium in illum locum religiosum. l. quisquis. infra de
donat. & in re propria non potest quis habere vsumfru
ctum formalem. Item illa ultima clausula est apposita
ad augmentandum, & si diceremus, quòd esset donatio
causa mortis, induceremus diminutionem, & ita deter-
minat eleganter Bal. suo cons. 273. incip. quòd dicta do
natio. in secundo vol. suorum consil.

ADDITIONES.

a ¶ Secundò fallit. De ista secunda fallentia est text. no-
tabilis. & ibi Bald. in l. qui hæredi. §. qui patrem. ff. de
vulga. & pupil.

In l. Si auus tuus.

SVMMAE.

1 Nepos præteritus, qui tempore mortis aui reperitur obtinere primum locum in suitate, rumpit testamentum ipsius aui.

2 Nepos succedens auo succedit ex persona sua, non patris.

3 Statuto cauetur, quòd filia dotata non succedat patri dotanti, donec, seu quamdiu superest masculus. stante statuto pater condidit testamentum, & instituit filium masculum hæredem, & filiam dotatam præteriit, an mortuo masculo instituto possit ipsa filia, tamquàm præterita dicere testamentũ nullum. Et quid si filia moriatur viuente fratre. nu. 7.

4 Quamdiu, & dictio donec, quid importent.

5 Mors ciuilis æquiparatur naturali.

6 Hæreditas non potest adiri ex testamento pendente dubio ruptelæ testamenti.

8 Statutum, quo cauetur, quòd filia dotata non succedat, intelligitur, si est dotata tempore, quo est sibi delata successio.

9 Clausula (si non valet iure testamenti, ualeat iure codicillorum) quid importet.

1 SI auus tuus. † Nepos præteritus,
qui tempore mortis
aui reperitur obtinere primum locum in
suitate, rumpit testamentum ipsius aui.
2 Hoc dicit. ¶ Nota primò ex isto tex. † q
licèt reperiatur, quòd nepos succedat in locum patris
sui, tamen non succedit ex persona patris, sed ex perso-
na sua propria. Ad quòd uidete Bar. in. l. 1. §. si sit filius.
ff. de coniungen. cum emanci. lib. ¶ In glo. super verbo,
sine impedimento, ibi, sclicet concedente. Ista prima ex
positio est cõiter approbata. Secunda verò reprehen-
ditur per Doct. Vltima autem solutio, quæ est in uersi.
tu dic. non est bona: quia iura Digest. quæ dicebãt ex
hæredationẽ debere fieri nominatim, loquebantur de
filia: non autem de nepote, & non est verisimile, quòd
Imperator hic diuinauerit de lege immediatè sequen-
ti. Vel aliter secundùm Fulg. & Pau. de Cast. tunc lex
velleia uetabat rumpi testamentum, quando nepos na
tus tempore testamenti fuerat institutus, vel exhære-
datus l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. Sed
quando nepos erat præteritus, ut in casu legis nostræ,
lex velleia non vetabat, imò permittebat rumpi testa-
mentum. tenete ergo istam sol. vel primam, quæ est hic
in glo. assignata. Et si vultis scire capita legis velleię,
videte pulchram glo. in l. gallus. §. nunc de lege velle-
3 ia. ff. de libe. & posthu. ¶ † Quæro. Statuto cauetur, quòd
filia dotata non succedat patri dotanti, donec, seu
quamdiu superest masculus. stante tali statuto, pater
condidit testamentum, & instituit filium masculum hæ
redem: filiam autem dotatam præterijt. Queritur nun-
quid mortuo masculo instituto possit ipsa filia tanquã
præterita dicere testamentum nullum. Bartol. in. l. fi. ff.
4 ad Tertul. determinat quòd sic. † quia illa dictio, quam
diu, & dictio, donec, est suspensiua. l. pater Seuerinam.
in §. fi. ff. de condi. & demon. & l. 1. j. de lega. & est sen
sus, quòd viuẽte fratre, filia præterita nõ habet aliquod
remedium, sed mortuo fratre cessat illa suspensio, &
consequenter filia poterit dicere testamentum nullum,
& reportabit dimidiam hæreditatis. Hanc opi. Barto. se-
quitur hic Bald. & Sali. & idem Bal. in c. 1. §. fi. in titul.
Episco. vel Abb. in libel. feud. & idem Bald. in l. cum
vxori. infra quan. dies leg. ced. Idem volunt Ange. &
Imo. in l. ei qui soluendo. ff. de hæred. insti. Et refert
ibi Ange. quòd collegium Bononien. consuluit pro opi.
Bartol. Est bene verum, quòd duo collegia consulue-
runt contra opi. Bartol. silicet collegium Senen. & col-
legium Paduan. sed motiua eorum militant in succes-
sione de iure communi: nos autem loquimur in succes
sione debita ex statuto. & pro opi. Bartol. facit, quia
filia intelligitur prohibita ad tempus, scilicet, donec vi
uet frater. ergo post tempus intelligitur permissa. l.
Imperator. ff. de postula. Ego adduco vobis, quòd
communis opi. Doctorum est pro opi. Bartol. Hanc
communem opi. refert Alexan. de Imo. suo consil. 13.
incip. circa primum dubium. in 3. volum. suorum cons.
Addo vobis, quòd stante statuto, de quo supra, si su-
peresset masculus, qui intrasset religionem fratrum
minorum: certè filia non prohiberetur succedere, quia
ille habetur pro mortuo. clemen. exiui de paradiso. ex
tra de verb. sign. habetur in l. Deo nobis, supra de Epi-
sco. & cleri. Vnde sicut mortuo fratre habet remedium
(secundùm comunem opi. superius relatam) qñ habe-
tur

5 tur pro mortuo: † quia in hoc mors ciuitis æquiparatur
naturali,ut habetur in l.ex ea parte.§.insulam.ff. de uer-
bo.obliga.& per glo. in c.susceptum,ext.de rescript.lib.
6.ita determinat dominus Alexand. de Imol. in consil.
prox.allegato,in ultima colum. Addite etiam, ꝙ prædi-
cta procedunt,quando statutum loquitur per uerba su-
spēsiua.s.quādiu uel donec:alioqn si simpliciter diceret,
ꝙ extātibus masculis filia dotata non succedat, postquā
semel ipsa filia esset exclusa,nunquam postea admittet̄.
Ad hoc videte pulchrum cons.domini Alex.suo consil.
43.incip.consideratis his,in eodem 3.volum. ¶Quæro
subsequenter,nunquid stante statuto prædicto loquente
per dictionem donec, & quamdiu, an masculus institu-
tus poterit adire hæreditatem patris ex testamento.Bar
6 to.in d.l.fi.ff.ad Tert.determinat,quòd non, † quia pen-
dente dubio ruptelæ testamenti, non potest hæreditas
adiri ex testamento.l.uentre pleno.ff.de acq.hære.l.2.§.
expectandi.ff.de bon.poss.secundum tab.& licèt Bald.&
Sal.hic teneant contra Bar.tamen opi.Bar. est sustentabi
lis.Nam opin.Bald.& Sal.posset procedere, quando sta
tutum prouideret circa ruptelam testamenti. Sed in ꝓ-
posito nostro nihil prouidet circa ruptelam,sed circa ꝑ
sonam filiæ,ut dotata non succedat.Dicit etiam Bart. in
7 d.l.fi.ff.ad Tert.† quòd si stante statuto prædicto filia p̄-
terita moriatur,viuente fratre nō transmittet ius succes-
sionis ad liberos suos, ut possint succedere ex persona
matris,& Imo.in d.l.ei qui soluendo,sequitur opi. Bart.
& licèt Bald.hic teneat contrarium,per l.si à primo.ff.de
libe.& posthum.tamen sustinendo Barto.potestis respon
dere,quòd ille tex.non probat,quòd ille præteritus trās
mittat ius succesionis ad liberos suos: imò contrarium
probatur in l.si posthumus,vers.itaq;.ff. de libe. & post-
hum.fatetur tamen Barto.in d.l.fi.quòd nepotes ex filia
ex eorum persona propria,bene poterunt succedere, si
erant concepti uiuo auo.Sed Bal.in l.si quis filium, sup.
de inoffic.testam.& Sal.hic tenent contra Bar.quia nepo
tes ex filia tempore testamenti præcedebatur à filia, & à
filio,ergo non debent admitti ad rumpendum. l. si quis
filio exhæredato.ff.de iniusto rupto. Concordate opin.
hoc modo,vt opin.Barto.procedat,quando nullum fuit
conditum testamentum,opin.verò Bal.& Sali. procedat
8 condito testamento.Addo uobis,† quòd quando statutū
disponit,quòd filia dotata non succedat. tale statutum
debet intelligi,si reperiatur dotata tempore, quo est si-
bi delata succesio,aliàs non excludetur.Ita notab.dicit
Bal.in l.non fine,inf.de bonis, quæ libe. & ita uult etiam
Alex.de Imo.suo cons.83.incip.uiso themate, in 3.vol.
9 suorum consi.¶Vltimò quæro. † Stante statuto pręedicto,
filia dotata præterita vult dicere testamentum nullum.
Ponamus,quòd in illo testamēto patris sit apposita clau
sula codicillaris hoc modo.si non ualet iure testamenti,
ualeat saltem iure codicillorum,cuius clausulę magnus
est effectus:quia ille,qui dicit testamentum nullum, te-
netur restituere hæreditatem his, qui sunt scripti hære-
des in testamento,ut uidebitis in Auth.ex causa. j. de li
be.præte.Nunquid ista filia præterita dicens testamen-
tum patris nullum,tenebitur restituere hæreditatem hæ
redibus fratris sui?Barto.in d.l.fi.ff.ad Tertull.determi-
nat,quòd sic,sed Bald.& Sal.hic sunt in opi.contraria.
Mouentur,quia illa conditio clausulæ codicillaris non
fuit verificata viuente masculo,sed demū post eius mor
tem,ergo spem fideicommissi conditionalis non trans-
misit ad hæredes suos.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Tre
bell. notatur in l. vnica, infra de his, qui ante apert. ta-
bul. Sed potestis sustinere Bartol.& dicere, quòd imò
illa clausula codicillaris fuit uerificata uiuente mascu-
lo, per ea,quæ uidistis in secunda dubitatione superiùs
relata.

In l.Si quis filium.

SVMMAE.

1 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat.*

2 *Clericus,ut possit priuari beneficio suo propter non residentiam,requiritur,quòd moneatur tribus uicibus per interualla,nec sufficit una monitio cum peremptorio.*

3 *Statutum requirens solemnitatem cum clausula annullatiua quomodo intelligatur.*

4 *Mens testatoris magis attendenda est,quàm uerba.*

1 SI quis filium. ¶Non refert qd ex æquipollenti-
bus fiat. Hoc dicit. Limitabitis tamen
istud notabile, nisi statutum pro forma
requireret aliquam solemnitatem. Nam
tunc non sufficeret seruare æquipollens. Accipe exem
plum. Statuto cauetur, quòd nullus possit banniri, ni-
si pręcedentibus tribus citationibus. Nam hoc casu non
sufficeret facere unicam citationem cum peremptorio,
sed oportet facere tres citationes per interualla. Ita di-
cit Bald.in l.cessante, in ultima colum. infra quomo. &
quand.iud.bene faciunt notata per Bald. in c.1. in titul.
de mili.uasal.qui contum.est in libel.feud.& per glos.in
Clemen.1.extra de uita, & honest. cleric. Optimè facit,
quod uult Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in rub.de
2 cleric.non residen.ubi dicit, † quòd ad hoc, ut clericus
possit priuari beneficio suo propter non residentiam, re
quiritur,quòd moneatur tribus uicibus per interualla,
nec sufficeret unica monitio cum peremptorio,quod est
3 notandum.† Item quando statutum requirit talem solem
nitatem,& in eo est apposita clausula annullatiua, casu
quo non seruetur illa solemnitas,tunc non sufficeret ser
uare æquipollens.Ita uolunt Bald, Ange.& Imo.in l.1.ff.
de libe.& posthum.¶Nota subsequenter id, ad quod al-
4 legatur,† quòd magis debemus attendere mentem testa
toris quàm uerba.Quod notabile limitabitis procedere
si uerba testatoris secundùm propriam significationem
possunt conuenire menti testatoris: aliàs secus. Et ita
uult Barto.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.per l. si alii.ff.
de usufr.legat.De cuius l.intellectu uidete Bald.in l.uo-
luntatis,infra de fideicōmiss.Secundò limitabitis regu
lam prædictam,si testatoris uoluntas transeat in disposi
tionem,secus si non transeat in dispositionem:quia tunc
non attenderemus mentem ipsius testatoris.Iste est text.
ualde notab. in l. quidam consilium. ff. de hęredi. insti-
tuen.¶In gloss.secunda, in fin.pro fundamentali doctri-
na concludit tria iura. Primum fuit ius Digest.quo iu-
re filius debebat institui, uel exhæredari nominatim. l.
Gallus.§.in omnibus,& l.inter cætera.ff.de lib. & posth.
& si sibi relinquebatur aliquid alio titu.quàm titu. insti-
tutionis,dicebatur præteritus.l.ita tamen.§.qui rogatus
ff.ad Treb.Secundum fuit ius Codicis,& secundū istud
ius sufficiebat filio relįquere quoquo relicti titulo.l.om
nimodo.s̄.de inof.test.Tertium fuit ius Authē.quo iure
fuit dispositum id,quod dispositum erat de iure Digest.
scilicet quòd filio relinquatur titu.institutionis, non au-
tem alio titu.§.aliud quoque capitulum,in Auth.ut cum
de appel.cognosc.

In l.Maximum.

SVMMAE.

1 *Succedere æqualiter debent masculini, & fœminæ, & numer.2.*

3 *Statuta, quæ extantibus masculis excludunt fœminas à suc-
cessione, sunt odiosa, & restringenda.*
4 *Mater qualiter succedat cum fratribus.*
5 *Statutum excludens matrem existentibus agnatis masculis
an sit odiosum.*
6 *Querela inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium.*
7 *Iura paria sunt seruanda in filys, & nepotibus.*
8 *Statutum, quo cauetur, quòd mater excludatur à successio-
ne existentibus nepotibus, debet intelligi de nepotibus ex fi-
lio.*
9 *Causa testati regulatur à causa intestati.*
10 *Statuto cauetur, quòd pater teneatur relinquere filio quin-
tam partem bonorum suorum, & alio statuto cauetur, quòd
teneatur sibi relinquere legitimam; licet illam quintam non
relinquat titulo institutionis, tamen testamentum erit ua-
lidum.*
11 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

MAximum. ¶Ista lex de se (secundũ
Doctores) est inutilis,
sed redditur vtilis propter quæstiones,
ad quas inducit ista lex. Diuiditur in par
tes sex. In prima ponit quædam vitia in-
troducta a media iuris prudentia, quæ fuit post iura Di-
gest. ante Iustinianũ. In secunda ostendit, & declarat quo
modo sint vitia. In tertia ostendit ex vltimo vitio re-
sultare vnum magnum inconueniens, quod fuit adinuẽ-
tum in libris Vlpiani à prudentibus viris compositori-
bus huius iuris deputatis per Iustinianũ Imperatorem.
In quarta tollit, & corrigit ipsa vitia, inquantum cõstitue
batur differentia inter masculos, & fœminas. In quinta
tollit illud vitium, per quod constituebatur differentia
inter filios & nepotes. In sexta, & vltima tollit aliud vi-
tium, per quod constituebatur differentia inter natos, &
nascituros. Secunda pars est ibi, qui enim. Tertia ibi, cũ
etiam. Quarta ibi, sancimus. Quinta ibi, & hæc omnia. Se
1 xta & vltima est ibi, sed quia. hoc dicit. † Masculi, & fœ-
minæ æqualiter debẽt succedere, & fœminæ sunt nomi
natim exhæredandæ, sicut masculi: alioquin exhæreda-
tio non valet. Et eodem modo dicunt testamentum nul
lum, & petunt bonorum possessionem contra tabulas. &
idem est in filijs & nepotibus, & idem in natis & nascitu
2 ris. h. d. ¶Nota primò ex isto tex. † quòd pariter tam ma
sculi, quàm fœminæ debent succedere patri, & qui con-
stituunt differentiam inter masculum & fœminam (quan
tùm ad succedendum) sunt accusatores naturæ. Ex hoc
3 infertur; † quòd statuta, quæ (extantibus masculis) exclu-
dunt fœminas à successione, sunt odiosa, & consequẽter
sunt restringenda. De qua quæst. videte per Bar. in l. cun
ctos populos. in 6. q. sup. de summa trini. & fide catho. Et
per Bal. & Saly. ibidem. & per eundem Bal. in l. 2. sup. de
4 in ius voc. Et hic addo vobis, † ꝙ si statuto cauetur, quòd
existente patruo, mater non succedat filio defuncto, &
cõtingat casus, quòd mortuo filio supersint mater eius
& frater, vel soror ipsius defuncti; patruus non excludet
matrem, imò mater & soror defuncti ambæ succedent
ipsi defuncto, iuxta Auth. defuncto. inf. ad Tertul. Ita no
tanter decidit Alex. de Imo. suo consi. 70. incip. viso &
opportunè animaduerso. in primo volu. allegat do. Pe.
de Anch. in sua eleganti repetitione. c. canonum statuta.
5 extra de constit. † An autem statutum excludens matrẽ
(existentibus agnatis masculis) sit odiosum. videte per
Angel. suo consil. 67. quod incipit. Martinus Ioannis de
Florentia. Et per Io. And. in additio. ad Spec. in rub. de
successſ. ab intest. ¶ Nota secundò id, ad quod allegatur
6 iste tex. in versi. nam cũ vltimum. † quòd querela inoffi
a ciosi testamenti est remedium subsidiarium; quod non
competit, quando habemus aliud remedium. ¶Nota ter
7 tiò, † quòd paria iura sunt seruãda in filijs & nepotibus.
Et ideo secundùm Bal. hic si statuto cauetur, ꝙ (extanti-
bus masculis) filia non succedat, quemadmodum exclu-
ditur filia, ita & nepos, uel neptis ex ea. Quid autem si
ex filio masculo supersit nepos, & ex filia præmortua su
persit neptis, an ille nepos ex filio excludet neptem? vi
dete per Bar. in l. liberorum. ff. de verbo. sign. Et doctri-
nam Bar. ibi, in omnibus sequitur solemnis Doct. domi
8 nus Pet. de Ancha. in Clem. 1. extra de baptis. † Et si sta-
tuto cauetur, quòd mater excludatur à successione (exi
stentibus nepotibus) tale statutum debet intelligi de
nepotibus ex filio, non autem de nepotibus ex filia. &
hoc est de mente Salice. in l. 2. s̃. de successſ. edicto. ¶In-
ducitur etiam iste tex. ad quæstionem, quæ est quotidiè
in Regnis, Ducatibus, & Principatibus, scilicet, an filius
primogeniti excludat patruum in successione Regni.
De qua quæstione videte per Barto. in Authen. post fra
tres. j̃. de legiti. hæred. & per Bal. in l. cum antiquiori-
bus. j̃. de iure delibe. vbi tractat materiam primogeni-
turæ. & ibi factis argumentis ad vtranque partem, dicit,
soluat Apollo. Idem Bal. in l. liberti, libertęq;. s̃. de ope.
libert. circa viij. colum. dicit, ꝙ Papa Bonifacius in de-
cisione istius quæstionis fuit potius partialis, quàm apo
stolicus: quia determinauit in fauorem Regis Roberti,
vbi debebat determinare pro filio primogeniti. sed idẽ
Bal. in l. vt intestato. j̃. de suis & legiti. dicit excusando
Papam, quòd hoc fecit propter summam prudentiam
regis Roberti, qui fuit secundus Salomon. De qua quæ-
stione videte ueram decisionem per dominum Marti-
num de Laude in suo tractatu primogenituræ. ¶Vltimò
9 notetis, † ꝙ causa testati regulatur à causa intestati, &
hoc facit ad pulchram quæstionem. Statuto cauetur, ꝙ
(extantibus masculis) filia dotata non succedat ab inte-
stato: quid si pater præferat eam in testamento, an po-
terit dicere testamentum nullum? tangitur plenè in l.
Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posthu. ¶Vnum
10 notetis, quod vult hic Bald. in ultima colum. † quòd si
statuto cauetur, quòd pater teneatur relinquere filio
quintam partem bonorum suorum, & alio statuto ca-
ueatur, quòd teneatur sibi relinquere legitimam, licèt
illam quintam non relinquat titu. institutionis; tamen
testamentum erit validum. Non obstat si dicatur, quòd
tale statutum recipit interpretationem à iure commu-
ni. l. si serui vestri, supra de noxalibus. notatur in cap.
cum dilectus. extra de consue. ergo si recipiat interpreta
tionem à iure communi, debemus intelligere, quòd de-
beat sibi relinqui illa quinta honorabili titulo institutio
nis. §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cum de appel
11 la. cogn. Nam respondet hic eleganter Bal. † quòd regu
la iurium dicentium, quòd statuta recipiunt interpreta-
tionem à iure communi. debet limitari, nisi statutum ve
niat derogatiuè ad ius commune. nam tunc non recipit
interpretationem à iure communi. Addite, quòd idem
tenuit ipse Bal. in c. cum non liceat. in vltima colum. ex-
tra de præscript. Addo vobis Angel. idem volentem
suo consil. 221. incipien. in Dei nomine, & suæ matris
gloriosæ in quæstio. Ioannis Lanfredi. quam, ad finem il
lius consil. Addo Paul. de Castr. qui transit cum isto di-
cto Bal. in l. fi. §. in computatione. inf. de iure delibe. vbi
refert multos solemnes Doctor. secutos fuisse istud no-
tabile dictum Bal. in consulendo.

ADDITIO.

a ¶Quòd querela. Adde tu, quòd querela potest propo-
ni coram iudice contra absentem non citatum. Petr. de
Ancha. in cap. perlatum. nume. 1. extra qui fil. sint legi-
timi.

In

In Auth.Non licet.

SVMMAE.

1 *In exhæredatione, quæ debeant exprimi, & quæ probari.*
2 *Frater an possit exhæredare fratrem, & quando.*
3 *Succedatur quomodo decedenti ab intestato, & quare.*
Præteritio propriè spectet ad patrem.
4 *Exhæredationis causa an semper sit inserenda.*
5 *Pater si in testamento dicat hoc modo. Ego exhæredo filiũ meũ quia uoluit exhæredari: talis exhæredatio erit ualida, etiã nulla causa ingratitudinis inserta, & nu. 6.*
7 *Iuramentum quando defertur ei, qui passus est uiolentiam, ut iuret super rebus amissis in illa violentia, non est necesse citare partem.*
8 *Filius ex quibus causis possit exhæredari.*
9 *Maledictio paterna an habeatur pro exhæredatione.*
10 *In exhæredatione, an requirantur locus, & tempus ingratitudinis commissæ.*
11 *Spurius legitimatur per ingressum religionis, sicut per oblationem curiæ.*
12 *Pater si in exhæredando filium inseruerit multas causas ingratitudinis, quarum una de per se sufficeret, non oportebit hæredem scriptum probare omnes illas causas, sed sufficiet probare vnam.*
13 *Filius si copulauerit amicitiam cum inimicis capitalibus patris, ista est iusta causa exhæredandi eum.*
14 *Voluntas non præsumitur mutata, nisi probetur.*
15 *Testamentum est nullum, si filius prætereatur à patre, vel à matre sine causæ legitimæ expressione, etiam si filius sit emãcipatus, nu. 16.*
17 *Testamentum an sit nullum, quando pater præterit filium in potestate cum insertione causæ legitimæ.*

1 NOn licet. ¶†Hodie in exhęredatione debet inseri legitima causa, quæ debet probari per hæredem, aliàs exhæredatio non valet. h. d. & ista Authẽ. uenit correctiuè ad iura Codicis. nam vidistis in l. maximum vitium, quòd etiam posthumus potest exhæredari, sed hodie, cum non possit committere causam ingratitudinis, non potest exhæredari. l. si quis in suo. §. legis, sup. de inoffi. test. Itẽ ante istud ius Authẽtico. filius exhæredatus debebat ꝓbare se gratũ, vt habetur in l. liberi, supra de inof. testamen. sed hodie causa ingratitudinis expressa in exhæredatione debet probari per hæredem, & ita vult ista Authen. Nota summarium. ¶Gl. 2. declarat, quid est præterire, sed hoc uidistis in l. 3. supra eod. ¶Glo. fi. dicit, quòd causæ,ᵃ propter quas frater potest exhæredare fratrem, sunt tres.
2 ¶Sed hic ego quęro de pulchra quęst. †Ponamus, quòd frater contra fratrem commiserit unam de causis ingratitudinis, de quibus in §. ingratitudinem, ĩ Auth. de nup. col. 3. & frater, contra quem fuit commissa ingratitudo, nullum faciat testamentum: nũquid frater ingratus succedet ei? gl. reputata sing. in d. §. ingratitudinem, determinat, ꝙ non. Ego addo gl. sociam, in c. fi. ext. de postul. sed Io. de Imo. in d. c. fi. sub dubio fortè determinat contra illam gl. Mouetur, quia frater, contra quem fuit commissa ingratitudo per fratrem, decedendo sine testamento uidetur remisisse illam iniuriam fratri, allegat. l. fi. in fin. ꝟ. de reuo. don. Mihi placet ista opi. Imo. & pro ea adduco optimum tex. in l. conficiuntur, in prin. ff. de iure codic.
3 vbi tex. vult, †ꝙ ille, qui decedit (nullo condito testamẽto) videtur uoluisse hæreditatem suam peruenire ad ꝓximiores ab intestato. ¶Nunc reuertor ad gl. primã paruam, quæ videtur velle, ꝙ ista Auth. non habeat locũ in præteritione paterna, sed Bar. in Auth. ex causa. ꝟ. eo. & alii Doc. magis communiter ibi determinant contrariũ: quia iste tex. vtitur hoc verbo, præterire, & propriè præteritio spectat ad patrem. Nam præteritio matris habeť pro exhæredatione. §. mater, Inst. de exh. lib. ¶Facite er-
4 go vobis regulam, †ꝙ quando pater, vel mater exhæredat filium, debet nominatim exprimere causam ingratitudinis in exhęredatione, per istam Auth. & debet exprimere vnam de causis quattuordecim, quæ numerantur ĩ §. causas, in Auth. ut cum de appell. cog. quas causas numerat gl. iuris cano. in c. quintauallis, ext. de iureiu. Ista regula fallit in aliquibus casibus. Primò fallit, quando frater (turpi persona instituta) exhæredat fratrem. Nam hoc casu non est necesse, quòd in testamento fratris inseratur causa exhæredationis: nam ualebit exhęredatio etiam sine expresione causæ. Ita volunt Bar. Bal. & Sal. in l. fratres. ꝟ. de inof. test. Et ideo hoc casu frater non dicet testamentum nullum, sed habebit necesse intentare querelam inofficiosi testamenti contra testamentum fratris, in quo turpis persona fuit instituta. d. l. fratres. Secũdò fallit, quando exhæredatio fieret ad finem, ut prouideretur, & consuleretur filio. Accipe exemplum. Mater facit testamentum, & dubitat, quòd si instituat filium hæredem, pater prodigabit omnia bona. Nam hoc casu mater poterit exhæredare filium sine expressione causæ, & instituere extraneum grauando eum, vt restituat hæreditatem filio, quando erit factus sui iuris, vel cum peruenerit ad ætatem legitimam: talis enim exhæredatio etiã sine expressione causæ ingratitudinis valebit, quia non fuit facta in odium filii, imò ad eius prouisionem. Ita volũt expressè Bar. Ang. & Imo. in l. cũ ex filio. ff. de uulga. & pup. & Ang. in l. mulier. ff. ad Treb. & ad hoc solent allegari tres optimi tex. Primò tex. in l. filiis matrem. ꝟ. de inof. test. Item tex. in l. multi non notæ. ff. de lib. & posth. Item tex. in l. si emancipatus filius, la picciola. ff. de bon. poss. con. tab. Tertiò fallit, quando filius suam propriam exhæredationem subscripsit manu sua propria. Nam hoc casu valebit exhæredatio, etiam sine expressione causæ alicuius ingratitudinis, tex. est not. in l. nõ putauit. §. si qs sua manu. ff. de bono. poss. cont. tab. Et ideo ad propositum dicit notab. Bar. in l. si quando, in §. fi. sup. de inof. te-
5 sta. †ꝙ si pater in testamento dicat hoc modo. Ego exhæredo filium meum, quia uoluit exhæredari: talis exhæredatio erit valida, ẽt nulla cã ingratitudinis inserta: quia iura dicẽtia debere exprimi cãm ingratitudinis loquuntur, qñ pater exhæredat filium inuitum, nos verò loquimur, qñ ipsum volentem exhæredat. ¶ Amplius putat Io. de Imo. in l. filio prætꝑito. ff. de iniu. rup. irr. fac. test. vbi dicit, ꝙ si pater exhæredat filiũ, q̃a ipse filius uoluerit exhęredari: talis exhęredatio ualebit, quãtũcũq; pater in exhęredatione nõ adiecerit illa uerba, quia uoluit exhęredari. Accipite bonum simile. nam si pater ĩstituat filium sub conditione potestatiua, & in contrarium euẽtum conditionis exhæredet eum: talis exhęredatio valebit, etiam sine insertione alicuius causę ingratitudinis: q̃a filius nõ adimplẽdo conditionẽ potestatiuam, vĩ vo-
6 luisse exhęredari. l. iam dubitari. ff. de hęr. inst. ¶† Hic addo vobis quęst. quam habui de facto in ciuitate Hipporegię. Pater habebat filiũ ingratissimum, qui multas cãs ingratitudinis cõmiserat contra patrem dignas exhęredatione, tandem pater pietate motus filio humiliter ueniam petenti humiliter pepercit: conuentum tñ fuit inter eos, ꝙ si ipse filius vllo unq̃ tempore committeret aliquam causam ingratitudinis dignã exhęredatione, ꝙ pater posset eum exhęredare, & ꝙ de ipsa causa ingratitudinis deberet stari iuramento decisiuo ipsius patris. Ipse filius postmodum commisit contra patrem ingratitudinem, & ipse pater faciendo suum testamentum exhęredauit ipsum filium cum expressione causę ingratitudinis: quam ipse post ueniam pręd ictam commisit, & iurauit ad

ſancta Dei euangelia illam cauſam eſſe ueram, & hoc fe
cit in abſentia filij. Dubitabatur,an illa exhæredatio eſ-
ſet ualida, & an illa cauſa deberet probari per hæredē
ſcriptum,an uerò ſufficeret iuramētum patris. Videtur,
quòd tempore iuramenti filius deberet uocari,quia po
tuiſſet forſan illam reuocare poteſtatem patri attribu-
tam. per notata per Bart.in l.fi.ff.de præto.ſtipulat.Item
agebatur de magno pręiudicio filij.¶ In contrarium eſt
ueritas,quia pater potuit ſuam uoluntatem & ſuum ani
mum declarare, etiam in abſentia filij. l. pro hærede.ff.
de acqui.hæredi. & l.ſi auia. infra de iure delibe. & di-
cūt ſing. Domini de rota ſua concluſ. 283.† quòd quā
do defertur iuramentum ei, qui paſſus eſt uiolentiam,
ut iuret ſuper rebus amiſsis in illa uiolentia, non eſt ne
ceſſe citare aduerſarium. & iſta eſt una elegans declara
tio ad l.ſi quando.C.vnde vi. & ad c.fi. extr. quod met.
cauſ. Non obſtāt nota.per Barto.in d.l.fi. quia Ange.&
Imo.& ferè Doct.oēs determināt cōtra Bart.& pro deci
ſione quæſt.ſupra formatæ,videte Alexan. de Imo. ſuo
conſil. 130.incip. Difficultas huius negotij. in primo
vol. ſuorum conſ. ¶ Quartò fallit, quando præteritur,
vel exhæredatur ille,qui non tenet primum locum. Ac
cipe exemplum.Filius emancipatus facit teſtamentum,
& exhæredat filium ſuum proprium, & pręterit patrem
ſuum: certè ſi filius exhæredatus excludatur à querela.
pater pręteritus non ueniet per ius dicendi nullum,ſed
habebit neceſſe venire per querelam inofficioſi tanquā
ritè exhæredatus, licèt nulla ſit inſerta cauſa ingratitu-
dinis. Ita dicit Bal. eleganter in l. pater filium circa 11.
colum.ff.de inoffi.teſta. & idem Bald.in repet.l. in ſuis.
circa.21.colum.ff.de libe.& poſth.quod eſt bene notan
b dum. Dicebat etiam hic Guil.de Cun.b:† quòd filius po
8 teſt exhæredari,nedum ex aliqua cauſarum, de quibus
in.§.cauſas. in Authe.ut cum de appella. cognoſci. ſed
etiam ex aliqua alia cauſa,in qua militaret eadem ratio,
vel maior,ſeu enormior. per text. in.§. prædictis autem
modis.in titu.quæ ſit prima cauſa beneficij amit.in libe.
feud.Et ibi hoc tenet Iacobus Aluarotus referens domi
num genitorem ſuum ita conſuluiſſe. Bene facit quod
notat glo.in verbo, voluerit.in l.fi.infra de reuocan.do
nat.Et licèt Alex.de Imo.hic aliquantulum pugnet con
tra Guil. tamen dicit, quòd in iudicando non eſſet rece
dendum ab eius opi. quia non habet contradicentem.
9 ¶ Quæro,† nunquid maledictio paterna habeatur pro
exhæredatione. Bal.ſingulariter ī procemio Decretaliū
in ſecunda charta in fi. determinat, quòd non, etiam ſi
exprimatur cauſa in illa maledictione,allegat.l.his ver-
bis. ff. de hæredi. inſtit. Mouetur etiam, quia con-
traria diſpoſitio non haberet vim inſtitutionis, puta, ſi
pater benedicat filium ſuum. Et notetis bene iſtam de-
10 ciſionem: quia nunquam uidi eam alibi. ¶ † Sed an quā
do pater exhæredat filium, & inſerit cauſam ingratitu-
dinis, teneatur pro forma inſerere tempus, & locum in
gratitudinis commiſſæ. Alexan.hic determinat, ꝙ non,
ſed bene confitetur,quòd hæres,quando voluerit proba
re cauſam ingratitudinis eſſe ueram, debebit deſignare
locum, & tempus,quibus fuit cōmiſſa illa ingratitudo,
per.l.idē exigit.ff.de dolo.& per.l.prętor edicit.in prin.
ff.de iniu. Alexand.ad hoc allegat Bald.in quodam ſuo
conſ.incip. propoſito. vos dicite,quòd eſt in conſ. 383.
incip. proponitur,quòd Lucarellus.in ſecundo vol.ſuo
rum conſ. An autem per ingreſſum religionis purgetur
vitium ingratitudinis.videte per glo.in Auth.de mona.
in prin. notatur etiam in l. Deo nobis. ſupra de epiſc.&
11 cleri.¶ Addo hic vobis†ꝙ ſpurius per ingreſſum mona
ſterij legitimatur, ſicut per oblationem curiæ. Iſtud eſt
dictum ſing. Guil. de Cun.quod refert Bal.in l.1. in le-
ctura ordinaria in antepenulti.colum.in uerſi.iuxta hoc
quæro.ſupra de ſacroſan. eccle.quod eſt bene menti te-
nēdum.¶ Addo etiam vobis ad materiam huius Auth.
pulchrum conſ.domini Bal.ſuo conſ.406.incip. pūctus
primò quęritur. aliàs incipit per hęc uerba.Ego aliàs cō
ſului. in ſecundo vol. nam in illo conſilio dicit,† quòd
12 ſi pater exhæredando filium inſeruerit multas cauſas in
gratitudinis,quarum una de per ſe ſufficeret,non opor-
tebit hæredem ſcriptum probare omnes illas cauſas,ſed
ſufficit probare vnam.& hoc vult etiam Bal.hic,cū quo
tranſit Alexa.de Imo.licèt non alleget dictum conſ.Bal.
13 Item in eodem conſilio dicit Bal.†ꝙ ſi filius copulauerit
amicitiam cum inimicis capitalibus patris: iſta erit iuſta
cauſa exhæredandi cum.allegat.l.liberi. ſupra de inoffi.
teſtam. & l.1.§.cum patronus.ff.de offi.præfec.vrbis.Itē
dicit ibidem,quòd ſi pater in teſtamento exhęredauerit
filiū inſerta cauſa legitima, & filius ſæpe iuerit ad oſtiū
cameræ patris ꝓ petēdo ueniam: ſed nunquàm potuerit
habere audientiam patris,hoc non ſufficiet ipſi filio: qa
ſumus incerti,an pepercíſſet ei, vel nō.& pręſumitur pa-
14 ter perſeueraſſe in illo odio,† quia uoluntas nō pręſumi
tur mutata,niſi probetur.l.cum tacitū.ff.de ꝓbatio. Fina
liter vt habeatis perfectam doctrinā circa materiā huius
15 Auth.dū loquit̄ de præteritione. Concludite,†ꝙ ſi filius
prętereatur à patre, vel à matre abſq; expreſsione cauſę
legitimę,teſtamentū erit nullū hodie,quia nō eſt ſeruata
forma à iure requiſita. Aut filius eſt p̄teritus à matre cū
inſertione cauſæ legitimę, & tunc teſtamētū erit validū,
& oportebit filiū intentare querelā inofficioſi teſtamen
ti, & ſi illa cauſa inſerta in pręteritione facta à matre ꝓ-
betur per hęredē ſcriptum in teſtamēto matris:tūc filius
excludetur ab illa querela. Aut filius eſt præteritus à pa
tre,& tūc ſi eſt pręteritus ſine inſertione cauſę legitimę,
teſtamentum erit ipſo iure nullū.l.1.ff.de iniuſto rupto.
& l. Gallus.§. in omnibus. & l. inter cætera.ff. de lib. &
poſth. ¶ Si uerò ſit præteritus à patre cū inſertione cau-
ſæ legitimæ,adhuc iſto caſu teſtamentum erit nullum ip
ſo iure,ita ꝙ filius præteritus,q̄ erat in poteſtate patris,
ueniet per ius dicendi nullū. Dicit tn̄ hic elegāter An-
ge.& Pau.de Caſt.in Aut. ex cauſa. infra eod.ꝙ ſi hęres
inſtitutus in teſtamento patris probauerit cauſam inſer-
tam in præteritione eſſe ueram, excludetur filius à iure
dicendi nullum. Quod an ſit uerum uidebitis ſtatim.
16 † Si autē filius emancipatus ſit præteritus à patre abſq;
expreſsione cauſæ, teſtamentū hodie erit nullū,ut vult
glo.reputata ſing.in.§. exhæredatos.in Auth.de hære.&
Falc. Si autem ipſum filium emancipatū pater prętereat
in teſtamento cum inſertione cauſæ legitimæ,teſtamētū
hoc caſu erit ipſo iure validum. ſed ipſe filius emācipa
tus præteritus poterit venire per bon. poſſeſ. cōtra tab.
& expugnare teſtamentum patris,ſicut olim faciebat.l.
filium.cum ſua glo.ff.de bon.poſſeſ. contra tab.& in ip-
ſo puncto (inquantū loquimur de emācipato) nullus cō-
17 tradicit.¶ † Reuertor nunc ad paſſum, quando pater fi-
lium in poteſtate præterit cū inſertione cauſę legitimæ,
an hoc caſu teſtamentum ſit nullum. Ioannes de Imo.in
l.filio præterito.ff. de iniuſto rup.dicit, ꝙ teſtamentum
erit nullum.Non obſtat (ſecundùm eum) tex.in.§. aliud
quoq; capitulū.in Auth.ut cū de appella. cogn. ubi tex.
uidetur uelle,ꝙ teſtamentum teneat,ſi probetur cauſa in
ſerta,quia reſpondet Imo.ꝙ ille tex.debet intelligi in ex
hæredatis,uel habitis pro exhæredatis, non autē loqui-
tur in filijs in poteſtate præteritis. Addit ipſe Imo.quòd
ſi purè uolumus intelligere illum text. in præteritione
patris,tunc debemus dicere, ꝙ teſtamētum non poterit
dici nullum defectu formæ non ſeruatæ in præteritio-
ne,attēto quòd fuit inſerta cauſa,ſed non negat ille tex.
quin poſsit dici nullum, per regulam iuris antiqui, de
qua in l. inter cætera. ſuperius allegata. Raph. Fulg. in
Aut.ex cauſa.infra eo.dicit,ꝙ iſta Aut.& tex.in corpore
vnde ſumit̄.nullo modo loquitur in p̄teritione paterna.
Quod

quod probat primò per tex. in §. siue igit. in illo Auth. vt cum de appella. cogno. vbi tex. dicit, quòd probata causa, testamentum obtineat suam firmitatem, & ista uerba demonstrant, quòd usque à principio ualebat, ergo non loquitur in præteritione facta à patre: quia tunc testamentum est nullum. Secundò mouetur per tex. in d. §. siue igitur. in uer. sin autem hæc obseruata nõ fuerint, ubi text. dicit nullum exhæredatis præiudicium &c. ¶Sed ad ista motiua Fulg. possetis respondere & primò, quòd per istud motiuum suum non negat, quin ista Authen. posit habere locum in filio emancipato præterito cum insertione causæ legitimæ: quia tunc omnes concedunt, quòd testamentum usque à principio est ualidũ, ut dixi supra. Si uerò uolumus intelligere in filio in potestate; tunc si hæres institutus probet illam causam insertam in præteritione, ipse filius excludetur à iure dicendi testamentum nullum, ut uult hic Ang. & Pau. de Ca. in Auth. ex causa. inf. eo. & sic testamentum, quod ab initio erat nullum, reconualescet, ut habetis in simili in l. posthumus. in princip. ff. de iniusto rupto. & in l. filio præterito. illo eodem titu. Sed quia ista responsio non bene tollit contrarium de illis uerbis, suam firmitatẽ, ideo Alex. de Imo. hic tenet, quòd hoc casu testamentum est nullum, & quamuis probetur causa inserta in p̃teritione; non tamen reconualescet testamentum. Ad hoc adducit nota. per Bar. in Auth. ex causa. inf. eo. in 2. q. & notata per Cy. hic in prima quæstione. Et per Dyn. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. ubi dicit, quòd iura nouissima (quantùm ad hoc) nullam nouitatem induxerunt in filio in potestate præterito. & pro ista opi. facit text. in d. §. aliud, dum loquitur de præteritione facta à matre. & sic loquitur de præteritione facta à non habente filiũ in potestate, & dum postea subijcit de præterione facta à patre, debemus intelligere de præteritione filij emancipati, ut sic eodem casu loquatur, argu. l. quamuis. s. de impub. Et si uultis tenere, quòd tex. iste loquatur in p̃teritione paterna, potestis bene respondere ad uers. sin autem hæc obseruata nõ fuerunt, in Auth. ut cum de de appella. cogno. dum dicit nullum exhæredatis præiudicium. quòd loquitur de exhæredatione sumpta largo modo, ut sic etiam comprehendat præteritionem. quia per præcedentia declarantur sequentia. l. si seruus plurium. in §. fi. ff. de lega. 1. In iudicando non esset recedendum ab opi. Angel. & Pau. de Cast.

ADDITIONES.

a ¶Quòd causæ. Vide de istis causis in Auth. de nupt. §. ingratitudinem. collat. 4.

b ¶Guil. de Cun. Adde tu, quòd est nu. 3. quasi in fi. Auth.

In l. Ex causa.

SVMMAE.

1 Testamentum redditur nullum propter uitium præteritionis.
2 Legata corruunt uitiato testamento.
3 Filia nubens inuito patre, an possit exhæredari.
4 Pater tenetur copulatiuè ad duo, scilicet ad maritandam filiam, & eam dotandam.
5 Filia, quæ luxuriabatur, si se emendauit, pater tenetur eam alere, & dotare.
6 Testamentum an reddatur nullum exhæredatione, & quomodo consulatur filio.
7 Iurium correctio non debet induci per repetitiones, subaudi tiones, aut tacitos intellectus.
8 Rescindere non est necesse, quod est nullum.
9 Exhæredatio non ritè facta habetur pro præteritione. & num. 13. & 29.
10 Testamenta condita de bonis castrensibus, uel quasi an possint expugnari per querelam, sicut testamenta aliorum. et nu. 12.
11 Emancipatus potest indistinctè condere testamentum.
14 Iura noua recipiunt interpretationem, & distinctionem per iura antiqua.
15 Testamentum filijfamilias potest expugnari, quando testatur de castrensi.
16 Extensionem licitum est facere in correctorijs.
17 Hæreditas patris magis est debita filio, quàm econtra.
18 Institutio in re certa an conseruetur per istam Auth.
19 Legatum an debeatur filio præterito.
20 Substitutio pupillaris an conseruetur ex ista Auth. & nume. 22. & 23.
21 In dubijs non debemus recedere ab opi. glo.
24 Legata, quæ fiunt in codicillis sunt petenda vtili actione ex testamento tanquam ex codicillis.
25 Clausula codicillaris quid operetur.
26 Præteritus restituens hæreditatem hæredi scripto quantum detrahet. & nu. 27.
28 Authentica ista an habeat locum in præteritione paterna. & num. 36.
30 Pater credens filium mortuum in testamento fecit multa legata, an irritato testamento per filium ignoranter præteritum conseruabuntur legata facta in testamento patris.
31 Anima cunctis rebus est præferenda.
32 Partis appellatione quid contineatur.
33 Periculum ubi est maius, ibi cautiùs est agendum.
34 Desideria morientium deprehenduntur ab actibus uiuorum.
35 Voluntas testatoris præsumitur esse talis, qualis debet esse secundùm iuris interpretationem.
37 Frater si expugnet testamentum fratris, in quo turpis persona est instituta, an conseruabuntur legata.

EX causa. ¶Diuiditur in tres partes. In prima ponit vnum dictum. In secũda ponit limitationem ad illud dictũ. In tertia remouet vnum dubiũ. Secunda pars est ibi quantum, tertia ibi: cætera. Non summatur, quia est summarium corporis, vnde sumitur, & habet magnas difficultates, intantum quòd Rapha. Falg. hic circa quintam col. dicit, quòd cũ esset in ciuitate Constantiæ, fuit propositum inter multos Doc. ibi existẽtes de reperiendo aliquas magnas difficultates, super quibus fierent nouæ leges per Cæsarem. & ipse Fulg. inter cæteras difficultates intẽdebat facere decidi per Imperatorem aliquas difficultates, quæ tãgũtur in ista Auth. maximè vtrũ ista Auth. habeat locum in
1 præteritione paterna. ¶Not. 1. ex isto tex. † q̃ p̱p̱ vitium p̃teritionis testm̃ redditur nullum. ad hoc sæpe allegatur ista Auth. ¶No. 2. quòd propter vitium exhæredationis testamentum fit irritum. & qualiter intelligatur, videbi-
2 tis in glo. magna. ¶Nota ex tertia parte, † quòd licèt vitiato testamento corruant legata regulariter. l. cum duobus. supra de inoffi. testa. & l. eam quam. infra de fideicom. tamen per istam Auth. conseruantur legata, & fideicommissa: quod qualiter intelligatur, apparebit ex infra dicendis. ¶In glo. 1. in fi. vel secũdùm Rapha. Fulgo. Ista verba, ex causa præteritionis, possunt stare intransitiuè: & p̃inde est, ac si dixisset propter præteritionem ip-
a sam. Sed quæro hic de pulchra quæstione a, quam non
3 tangit, hic Alex. † nunquid si filia nubat, ignorante, vel inuito patre, ista sit iusta causa exhæredandi eam, in hoc habetis tex. notabilem in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bon. poss. contra tab. vbi tex. videtur probare, quòd ista est iusta causa exhæredandi eam, saltem quando accepit sui indignum. Nam tex. ibi expresè dicit, quòd si filius sine consensu patris ducat vxorem sui indignam, quæ sit dedecori & ipsi, & patri; ista est iusta causa exhæredandi filium. Sed aduertite, quia hodie ista non esset sufficiens causa exhæredandi filium, vel filiam: quia non numera-

 tur

tur inter causas dignas exhæredatione.de quibus habetur in §.causas.in Auth.vt cum de appel.cogno. Ita dicit Io.de Imo.in c.accedens.extra de procuratoribus. imò hoc casu pater tenebitur dotare filiam,quamuis nupserit sine consensu patris.Ista est glo.valde notabilis in c.hoc sanctum.32.q.2.& glo. in c.de raptoribus.36. q. 1. quas glo.d.Panor.in d.c. accedens. limitat procedere, si filia promisit dotem viro; alioquin si nuberet sine consensu patris,nulla dote penitus promissa, pater non teneretur eam dotare.allegat notata per Bar.in l.obligamur. in §.
4 1.ff.de actio.& obli.† Sed istud dictum Panor.nunquam placuit:quia pater tenetur ad duo copulatiuè.s. ad maritandum filiam,& ad eam dotandum. vnde licèt primũ fuerit adimpletũ, quia accepit virum;tamen restat aliud .s. quòd dotet eam,l.fi.sup. de dotis promiss. & l. qui liberos.ff.de ritu nupt. ¶ Dicit tamen notabiliter Imo. in d.c.accedens.quòd hoc casu,quando nubit sine consensu patris,& accipit sui indignum, quòd licèt pater teneatur eam dotare:tamen poterit sibi dare minorem dotem inspecta qualitate personæ viri.l. quæro. & l. cum post. in §.gener.ff.de iure dot. Addite,quòd.d.Panormi.in c.
5 quintauallis.in 2.col.extra de iureiur.†dicit,quòd si filia, quæ luxuriabatur, se emendauit, quòd pater tenebitur eam alere,& dotare.quod est bene notandum.optimè facit quod vult Spe.in ti.qui filij sint legit.§.pe.in ver.sed qd si filia peccauit. De hac materia tractat ẽt d.Panor.in c.1.ext.de adul.& in suo consi. 12.incip. magnificus dominus Ioan.videte etiam per Bar.in l.si pater. tam in lectura antiqua,quàm noua. supra de spons. Et plenè per d.Alex.de Imol.suo consi. 7.incipiente, visis & diligenter animaduersis. in 2. vol. suorum cons. vbi allegat copiosas auctoritates.& per eundem in l.1.ff.sol.matrimo. ¶In glo.super verbo,irritum. ibi.tu dic.Ista opi.est com-
6 muniter approbata. † ex qua habetis colligere, quòd si pater,quando exhæredat filium,in testamẽto inserit causam legitimam in exhæredatione, tunc testamentum valet,& est opus,quòd filius exhæredatus cum causa expugnet testamentum patris per querelam inofficiosi.Si vero pater in exhæredatione causam non expresit: tunc testamentum redditur nullum defectu formæ non seruatæ.l.cum hi.§.si Prætor.ff. de transact.& ista est cõis opinio.Sed Raph.Fulg. hic dicit, ꝙ ẽt hodie si pater exhæredet filium sine expresione causæ, tamen testm̃ erit validũ:non autem poterit dici nullum, quia olim non erat necesse in exhæredatione exprimere causam, vt vult glo. in §.exhæredatos.in Auth.de hæredi. & falcid. Et cum illa iura antiqua non reperiantur hodie correcta in isto passu, certè stare non prohibentur.l. sancimus. s̃.
7 de testa. & l.præcipimus.in fin. supra de appella. † Nam per repetitiones,subauditiones, aut tacitos intellectus non debet induci iurium correctio.glo. reputata singularis in c.cupientes.§.quòd si per 20.in uer.priuatos.extra de elect.li.6.¶Ad istum tex.in uer. irritum, respõdet Fulgo.quòd istud uerbum, irritum, non est in corpore huius Authen. Sed Irnerius de sua farina addidit istud uerbum.& tamen non habebat potestatem legis condẽdæ.Item Raph.Fulg.respondet ad tex.in §.siue igitur.in uerbo, euacuato.& in. §. si tales.in uerbo,rescisso.ꝙ illi duo tex.probant suam opi.nam si testamentum esset nullũ,quando causa exhæredationis non est adiuncta, frustra dicerent illi tex. testamentum euacuari,uel rescin-
8 di:† quia quod nullum est rescindere non est necesse. l. nam & si sub conditione. §.post defectum.ff. de iniusto rupto. irri.que fac. testamento. Si vultis tenere commu nem opi. à qua in iudicando non debetis recedere,potestis pro ipsa opinione adducere optimum fundamentũ
9 †.s.quòd exhæredatio non ritè facta habetur pro præteritione.ad hoc allegatur gl.notabilis. in l. si posthumus à primo.& est prima gl.ff.de lib.& posth.potestis allegare pulchrum tex.in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bono.poss.cõtra tab.quando ergo filius exhæredatur à patre sine expresione causæ,habetur pro præterito: ergo põt dicere testm̃ nullum, non autem habet necesse intẽtare querelam.ut uult Fulg.ergo tex. ĩ d. §.siue igitur.in uerbo,euacuato.& in d.§.si tales.in uerbo,rescisso. quando pater exhęredat filium sine expresione causæ,debẽt intelligi hoc modo,euacuato,& rescisso,scilicet ipso iure à lege. Alex.adducit simile in c.pręsenti.extra de off. lega.li.6.ego allego tex.cum glo.in c.ascendens. il secũdo,in ver.cassauimus.ext. vt lite non cont. & pulchram glo.in l.1.in ver. infirmari.ff.de feriis.Nam illæ gl.probant,quòd verbum,infirmari, & verbum,cassari,possunt adaptari ad casum, quando actus est ipso iure nullus, quando verò pater exhæredat filium cum expresione causæ ingratitudinis; tunc quia habet necesse intentare querelam inofficiosi,tunc verbum euacuato,& verbum, rescisso,stant propriè,nec miremini,quòd idem verbum capiatur propriè,& impropriè sm̃ diuersos casus:quia simile habetis in l.2.ff.de offic. procõs.& leg.habetis defensatam communem opin. contra Martinum glossato. Aduertite tamen,quia Bal.in l.omnimodo.sup.de inof. testa.saluat opin.Martini vno casu.s.quando testator dolo fuisset inductus ad exhæredandum descendentem etiam cum expresione causæ. Nam hoc casu testamentum esset nullum,secundùm eum, ita quòd non esset necesse illud expugnare per querelam. ¶ In eadem gl.ibi, nec obstat.In hac parte glossator arguit contra ea, quæ proximè dixerat. nam in præcedentibus dicit gloss.ꝙ filius emancipatus præteritus à patre in testamento intentat bono.posses.contra tab. & tamen suus præteritus dicit testamentum nullum.arguit glo.contra hoc, quia hodie est sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis.Et respondet huic obiectioni duobus modis. Primò, quòd est sublata quò ad succedendum: sed non quò ad modum succedendi, quia emancipatus præteritus venit per vnam viam; & suus præteritus venit per aliam viam. Vel secundò respondet, ꝙ est sublata dña emancipationis,& patriæ ptãtis,quantùm ad successionẽ ab intestato,sed ex testamento nõ est sublata.De qua materia habetur plenè in l.si emancipati.sup.de colla.& in l. Gallus.in §.1.ff.de lib.& posthu.& potestis secundã responsionem iungere cum prima.¶In eadem glos. ibi: vnde dic.In hac parte glossator intendit declarare nobis modos,quibus expugnantur testamenta, de quo statim videbitis.¶In eadem glo.ibi, de inofficioso testamẽto.l.fi. Vult ista gloss. quòd testamentum factum de bonis castrensibus,vel quasi non potest expugnari per querelam,neq; ꝑ contra tab.gl.verò in §.presbyteros.in Authen.de sancti. Episco.dicit, quòd hoc casu poterit agi cõdictione ex lege ad legitimã, seu supplementum legitimę.Sed certè ille tex.in d.§.presbyteros.licèt dicat,ꝙ debet relinqui legitima;non tamen propterea dicit,ꝙ exhæredatus possit agere condictione ex lege ad legitimam.glo.autem in l.aduersus. ff. de inoffic.testam.& in
10 rub.ff.si quis à par.fue.manumis.dicit,† quòd hodie testamenta condita de bonis castrensibus,vel quasi,pñt expugnari ꝑ querelã, sicut testamenta aliorum, & ista est communis opi.quæ probatur in §.hæc quidẽ de parentum.in Auth.vt cum de appell.cogno. ubi tex.dicit de bonis propriis, in quibus habent testandi licentiam, nõ loquitur ergo ille tex.de filio emancipato testãte, quia non loqueretur ita limitatiuè,dicendo in quibus habẽt
11 licentiã &c. † Nam emancipatus indistinctè potest condere testamentum,dummodo sit habilis. loquitur ergo ille tex.in d.§. & hæc quidem de parẽtum.de filiis in potestate testantibus de castrensi,vel quasi. Facio ergo vo-
12 bis conclusionem communem, † quòd licèt olim testamenta illorum, qui testabantur de castrẽ́sibus,vel quasi, non

non possent expugnari per querelam:tamen hodie poterunt expugnari,per tex.in d.§.& hæc quidem de parentum.vnde hic Bar.notabiliter distinguit hoc modo. Aut pater pręteritur sine causa in testamento filii,vel exhæredatur sine causa in testamento ipsius filii, & tunc testamentum est ipso iure nullum: quia non est seruata forma à iure requisita. Aut pater exhæredatur cum causa in testamento filii, & tunc intentabit querelam inofficiosi testamenti.Aut pater fuit præteritus cum expresione causæ in testamento filii, & isto casu adhuc testamentũ est nullum. sicut econtra, quando pater præterit filium in potestate cum expresione causæ:quo casu dixi in Auth.proximè præcedenti,quòd testamentum est nullum, & quòd filius præteritus etiam cum expresione causæ poterit venire per ius dicendi nullum.¶Raph.Fulg. hic & Imo.in d.l.filio præterito.in hoc vltimo determinant in contrarium.Mouentur,quia si filiusfamilias est miles, & testatur de castrensibus, & scienter prætereat patrem in testamento:talis præteritio habetur pro exhæredatione.l.sicut certi.& l.si cum vel in vtero. supra de test.milit.vnde si talis præteritio,quę habetur pro exhęredatione fit facta sine causa,testamentum est nullum ratione defectus formæ non seruatæ. Si verò in tali præteritione fuit inserta causa, dabitur patri querela inofficiosi, vt vult ista glo. in sui prin. Si verò filius ignoranter præterierit patrem:quia putabat eum mortuum,tunc ineptum esset dicere, quòd inferatur causa in homine mortuo. Si autem filiusfamilias non erat miles,sed erat de illis, qui habent quasi castrense peculium,de quibus in l.fi. supra de inoffi. testa. tunc etiam patri non debet competere ius dicendi nullum;quia non reperitur,quòd olim haberet hoc remedium: imò si erat emancipatus, & exhæredabat patrem, vel pater habebatur pro exhæredato, tunc patri dabatur querela inofficiosi. l.pater filium. ff. de inofficioso testamento.Si verò præteribat patrẽ,tunc patri competebat bono.posseſſ.contra tab.l. 1. ff. si quis à parente fuerit manumiſs. Si verò erat filius in potestate, & testabatur de quasi castrensibus, tunc eius testamentum non poterat expugnari quouis modo.d.l.fi. vnde cum iure Auth.non reperiatur cautum,quòd patri pterito competat ius dicendi nullum, non debemus dicere,quòd sibi competat istud remedium.imò tex. in §. si tales.in Auth. vt cum de app. cogno. videtur velle in verbo, rescisso,quòd sit opus remedio rescissorio. Amplius tẽtat dicere Io.de Imo.in d.l.filio præterito. quòd patri præterito sine causa,vel exhæredato sine causa, nõ competat ius dicendi nullum: quia licet olim reperiretur in patre testante,quòd pro forma deberet instituere, vel exhæredare filium.l.inter cætera. ff. de liber. & posthu. tamen hoc non reperiebatur econtra. imò si pater erat præteritus,dabatur sibi contra tab. quando testamẽtum erat conditũ non in castrensibus, vel quasi.& si erat conditum in castrensibus,vel quasi, non poterat quouis modo expugnari,nec requiritur,quòd de iure Authenticorum patri præterito, vel exhæredato sine causa competat ius dicendi nullum:imò tex. in d. §. si tales,in verbo rescisso.probat contrarium,iuncta l.nam & si sub conditione.§.post defectum.ff.de iniuſ.rup.Et pro hac opi.facit.

13 † quia exhæredatio [a] facta minus legitimè habetur pro

a præteritione.l.non putauit.§.non quęuis.ff.de bon.pos. contra tab.& non reperitur, quod patri præterito competat ius dicendi nullum,& dicit Imol. in d.l.filio præterito.quod ista est opi.noua.Non recedatis,à communi opi.superius recitata.Et ad motiuũ,quod fiebat.s.in contrarium,respõ

14 deatis † quòd iura noua recipiunt interpretationem, & distinctionem per iura antiqua.Ita notat Bar.expresè in l.sciendum.ff.qui satisd.cogan.facit l.sed & posteriores. ff. de legi. sed per iura Authentico. reperitur inductum pro forma, quòd in præteritione, vel exhæredatione,

quæ fit de patre per filium,debeat inseri causa.§. & hæc quidem.& §.sin autem hæc obseruata non fuerint,in Authẽ.vt cum de appel.cogn.& iura vetera dicebant,quòd vbi certa forma requiritur, & non obseruetur, actus est nullus ipso iure.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.Et ad tex.in §.si tales.in verbo,rescisso,respondeatis,quòd si in præteritione, vel exhæredatione facta de patre per filiũ nulla causa fuerit inserta, debet ĩtelligi, rescisso.s.ipso iure à lege.Si verò sit inserta causa in exhæredatione, tũc verbum,rescisso,stabit propriè.simile habemus in l.2. ff. de off.procon.& leg.dicit tamen hic notab. Cyn. quòd quando pater est pręteritus cum causa, vel exhęredatus cũ causa,si hæres institutus probet illam causam,tunc pater excludetur à iure dicendi nullũ, & à iure expugnandi testamentum,quod dependet ab his, quæ dixi in Authẽ.non licet.supra eo. Verùm,quia sup.conclusimus, quod hodie per iura noua,quando filiusfamil. testatur de ca-

15 strensibus,quòd eius testamẽtum potest expugnari.† Dubitatur quid econtra,quando pater miles testatur de castrensibus,an hodie eius testamentum poterit expugnari.Concludite quòd sic,per notata per gl. in l.fi.supra de inoff. testam.& in rub.ff.si quis à paren.fue. ma.Nõ obst. si dicatis, quòd licèt iura noua hoc induxerint, quando filiusfamilias testatur de castrensibus, tamen non debemus facere extensionem ad patrem testantem de castrẽsibus: quia iura correctoria non debent extendi per idẽtitatẽ,vel maioritatem rationis,vt notatur in Auth. quas actiones.supra de sacros.eccles.quia respondetur, quòd hoc debet limitari, nisi simus in correlatiuis, vt sunt pater & filius.Hoc expresè vult Bar.in l.fi. infr. de indicta

16 vid.toll. † Vel aliter in correctorijs etiam licitum est facere extensionem,quando aliàs resultaret absurditas, nisi faceremus illam extensionem.Ita dicit Io.de Imo.in l. si verò.§.de viro.ff.sol. matrimo.allegat gl.2. & 3.in clemen.fi.de rescrip. Sed in proposito nostro resultaret absurditas,si concederemus,quòd,filiofamilias testante de castrensi, posit eius testamentũ expugnari per patrem, & quòd econtra, patre testante de castrensi, non posset

17 eius testamentum expugnari per filium: † cum magis hæreditas patris sit debita filio,quàm econtra. l.scripto. ff. vnde lib. ¶ Sum expeditus de prima parte huius Auth. venio ad secundam, in qua dicitur, quòd testamentum ratione præteritionis,vel exhæredationis vitiatur quan

18 tùm ad institutionem.Et circa istam partem quæro. † nũquid per istam Auth. conseruetur institutio in re certa. Bar.hic ita distinguit.quòd aut talis institutio sapit naturam vniuersalis institutionis ex iure accrescendi,& tunc irritatur, non autem conseruatur. Aut institutio facta in re certa sapit naturam legati,& tunc conseruatur per istã Auth. & ita communiter Docto. transeunt cum ista opi.

19 Bar. ¶Secundò quæro. † nunquid legatum factum filio præterito conseruetur per istã Auth. vt ecce pater titu. legati reliquit filiæ mille, filium autem masculum hæredem vniuersalem instituit,filia dicitur præterita:quia nõ fuit instituta,neq; exhæredata,vñ dicit testamentum nullum.vtrùm,annullato testamento,habebit illa mille, & vltra etiam debeat habere dimidiam hæreditatis paternæ.glo.not.in l.maximum vitium.in verbo totius substãtiæ. supra eod. determinat, quòd legatum factum filiæ non conseruabitur per istam Auth. & istam opi. tenent hic Bar.& Doct.communiter.quia ex quo filia expugnat testamentum,non debet ex eo consequi emolumentum. l.filiam.§.in omnibus.ff.de leg.præstan.Item quia sequeretur absurdum. s. quòd filia præterita plus reperiretur habere,quàm masculus institutus,contra d.l. maximum vitium.versi.cum etiam,supra eod. Item quia legatũ de mille fuit factum filiæ animo diminuendi de vniuersali succesione.quod pater:quia alteri applicauit.l.quod in rerum.§.si quis post.ff.de leg. 1. ergo illud, quod est in-

ductum

ductum ad diminutionem, non debet augere portionē.
l.legata inutiliter.ff.de leg.1.Et istam opin.audacter te-
neatis.¶Tertiò quæro,† vtrùm per istam Auth. conser-
uetur substitutio pupillaris. Aduertite, quia ista dubita
tio potest dupliciter intelligi,primò,quando substitutio
pupillaris fuit facta alteri filio; quàm illi,qui fuit præte
ritus,& in isto puncto Bar. consuluit,quòd per istam Au
then.conseruatur constitutio pupillaris, vt patet in suo
consi.incip.In proposita quæstione,viso puncto. Eandē
opi.tenuit Bal.in l.qui plures.la 2.in §.à patre.ff. de vul-
ga.& pupil.per illum text.Eandem opin.tenuit Bal.post
21 glo.in l.1.in §.fi.ff.de vulga.& pupil.& ibi dicit,† quòd
in dubiis non debemus recedere ab opin.glo.alleg.no.
per Cyn.in l.1.sup.de act.& oblig. Idem vult Bald.in l.
fin.inf.de pœna iud.qui malè iud.& in l.cum non solùm
§.necessitate.inf.de bon.quæ libe. Addite, quòd Ioan.
de Imo.in repet.c.Raynutius. in materia pupillaris,ext.
de testam.dicit hanc esse communem opin. Non obst.si
dicatur,quòd vitiato principali, idest institutione facta
in testamento patris, debeat substitutio pupillaris, tan-
quam accessoria,vitiari,reg. accessorium, ext.de regul.
iur.lib.6.quia respondetur,quòd ratio illius regulæ ces
22 sat per istam Auth.¶†Sed maius dubium est,quando pa
ter filio in potestate præterito substituit pupillariter:
vtrùm hoc casu beneficio huius Auth.conseruetur talis
substitutio pupillaris,in qua dubitatione Bal.in l.huma
nitatis.in 8.q.in ver.quinta est differentia. sup.de impu.
& alijs substi.tenet expressè,quòd sic. Eandem opin.te-
nuit Io.de Imo.in præall.c.Rainutius. & placuit Rapha.
Cuma.in d.l.1.in §.fi.ff.de vul.& pup.Idem tenet expres
sè Pau.de Cast.in nostra Auth.an autem id,quod est dā
dum à legatario causa conditionis implendæ,debeat da
ri hæredi scripto,an verò filio præterito. Bart.de Salic.
hic concludit, quòd debet dari ipsi filio præterito: à
quo ipse legatarius est percepturus legatum. alleg. tex.
valde notabilem in l.is qui in potestate.in §.fi.ff.de lega.
23 præstan.¶† Sed quid si Titius hæres institutus est graua-
tus restituere hęreditatem Sempronio, si ipse Titius de-
cedat sine liberis,& contingat filiū in potestate præteri-
tum dicere testamentum nullum,an attendemus, quòd
ipse hæres institutus decedat sine liberis, an verò atten-
demus,quòd ipse filius præteritus decedat sine liberis.
Vera conclusio est, quòd attendemus, quòd ipse hæres
scriptus decedat sine liberis: quia talis conditio semper
cohæsit suæ personæ.Non obstat.l.si quis vsumfructum.
ff.de vsuf.lega. quia ibi ex voluntate defuncti testatoris
vsusfructus fuerat translatus in fideicommissarium. &
ideo attendimus personam fideicommissarij, quantùm
ad effectum extinguendi vsumfructum.¶In glos.fin.ibi,
condictione ex leg.vera & magis communis conclusio,
est,quòd in casu huius Auth. legata facta in testamento
debent peti actione ex testamento,per tex.in §.siue igi-
tur.in Auth.vt cum de appell.cogno.vbi tex.dicit, tan-
quam rescissum non sit, non autem debent peti condi-
ctiōe ex leg. & ista inuestigatio est magnæ vtilitatis. qa
si statuto caueatur, quòd testamenta mandentur execu-
tioni, sicut sententiæ definitiuæ, & legata in casu huius
Auth. petantur condictione ex lege, non mandabuntur
executioni virtute statuti:sed si petantur actione ex testa
mento,tanquam sint conseruata per istā Auth.bene man
dabuntur executioni virtute statuti, secundùm Bart.hic,
qui refert ita fuisse decisum per d.Thadeum de Pepulis
legum Doct.& dominum Bononiæ.¶In ea.glos.ibi,sed
pone.Gloss.in hac parte vult quærere de tali quęstione.
24 † Quidam fecit testamentum,& instituit filium hæredē,
& præterijt filiū in potestate, & in testamento fecit mul-
ta legata, & apposuit clausulā codicillarem hoc modo,
& si non valet iure testamenti,volo,quòd valeat iure co
dicillorum,an hoc casu legata erunt petenda actione ex
testamento directa, an verò vtili actione ex testamento
tanquam ex codicil.Nam legata,quæ fiunt in codicillis,
sunt petenda vtili actione ex testamento, tāquam ex co-
dicillis. Ista est gloss. ordi.in l.1.in gloss. fin. ff.de testa-
men. habetur per gloss. in l. secunda. in verbo persona-
les.inf. commu. de legat. Ista gloss. concludit, quòd in
quęstione proposita legata erunt petenda directa actio-
ne ex testamento, non autem tanquam ex codicillis, &
conclusionem huius glo.Doct. communiter sequuntur:
quia cū quò ad legata testamenta valeāt,apparet, quòd
clausula codicillaris nihil operatur,vt vult hic Bar.dum
allegat.l.Stichum,qui meus erit.ff.de leg. 1. habetur per
Bal.in l.controuersia. ff.de transact.Aduertite,quia licèt
conclusio huius glo.sit vera; tamen ratio sua est falsa,dū
allegat.l.Titia.ff.de inoffic.testamen. Nam ista Authen.
etiam loquitur,quando testamentum est nullum ratio-
ne præteritionis, vel exhæredationis sine causa, & il-
la l.Titia. cum ratione sua est hodie correcta, vt no-
tatur per Barto.in l.1. in octaua & nona quæstione.ff.de
iure codicillo.¶In eadem gloss.in fi.Ista glo. in hac vlti
ma parte concludit, quòd clausula codicillaris apposi-
ta in testamento solùm operatur effectum suum, quan-
do testamentum est defectum ratione solemnitatis nu-
meri testium,vel quia non habet debita signacula: sed si
testamentum sit nullum alia ratione, puta ratione præte
ritionis filii, vel exhæredationis sine causa factæ, tunc
clausula codicillaris nihil operatur. Ita vult ista gloss.
quam Doct.dicunt esse singularem. ¶ Sed Docto. magis
communiter damnant istam glo.dicentes, quòd etiam,
quando testamentum est nullum ratione præteritio-
nis,vel exhæredationis sine causa: tunc clausula codicil
laris apposita in testamento bene operabitur effectum
suum,ita ꝙ filius præteritus, vel exhæredatus sine causa
(dicendo testamentum nullum)tenebitur restituere hæ-
reditatem hæredi scripto in testamento. Et pro hac opi.
adducunt.l.generaliter.§.ex testamento.ff. de fideicom.
libert.& l.ex testamento, inf. de fideicom. Nam testator
apponēdo clausulam codicillarem, videtur voluisse gra
uare quencunque venientem ab intestato restituere hæ-
reditatem hæredi scripto in testamento.l.si quis cum nul
lum. & l. ab intestato. ff. de iure codicil. Et intelligatis
istam decisionem Doct. procedere in fideicommisso re-
sultante ex ipsa clausula codicillari, non autem intelli-
gatis de fideicommisso iniuncto ipsi hæredi grauato re-
stituere hæreditatem alteri. Nam tale fideicommissum
conseruatur per istam Auth.rupto testamento pręteritio
ne filij.¶Conclusionem autem supra factam,quòd clau-
sula codicillaris apposita in testamento, quod rumpitur
p̄teritione filij,operatur,vt ipse præteritus teneatur resti
tuere hæreditatem hæredi scripto in testamento,intelli-
gatis sanè,quando.s. ipse veniens ab intestato adiuit hæ
reditatem ab intestato.Ista est gl.reputata sing.in l.qui fi
lio.in §.1.ff.de hære.insti. Addo vobis, quòd contra istā
glo.tenuit Bal.expressè suo consi.234. incip. In Christi
nomine.proponitur quòd.D.Anton.Caracoss. eius filiā.
in primo vol.suorum cons. vbi attestatur modernos Do
cto.cōiter tenere contra istam gl.attestatur ēt, ꝙ contra
istā gl. sæpe ipse consuluit.Sed idem Bal.in suo cōs.164.
in 3. volumi. dicit, quòd quancunque opin. teneamus,
habemus Doctores eximios nobis patrocinātes.Et si vo
lumus attendere ad auctoritatem, maior est auctoritas
glos. & in tanta varietate laudat concordiam partium.
Addite Ange.suo consi.131.incip.in Dei nomine,& suę
matris gloriosæ. in q. vertente inter se, quòd benedi-
25 ctum. vbi expressè tenet hanc esse veram opin.† quòd
clausula codicillaris operatur effectum suum,etiam quā
do testamentum est nullum ratione præteritionis, vel
exhæredationis sine causa, adeo quòd ipse præteritus
tenebitur restituere hæreditatem hæredi scripto in testa
mento

mento.& tenet expresè contra glo.nostram.¶Sed ego
26 vltra ea:quæ hic scribuntur, † quæro quantum detrahet hoc casu præteritus, quando restituit hæreditatem hæredi scripto. videtur dicendū, quòd detrahat duas quartas.c.Raynutius.& per c.Raynaldus.ext.de test. Sed vos determinabitis contrarium, & dicetis, quòd non detrahet, nisi legitimam:quia intelligitur purè grauatus restituere, quia purificata est statim clausula codicillaris.Si non valet iure testamenti. Nam verum est,ꝙ non ualet iure testamenti,& ideo hoc casu non detrahet nisi legitimam. Ita dicit Bartol. eleganter in l.quanquam. infr. ad l.Falcid. Idem vult Bal. in l. filium quem habentem. sup.fam.ercifcun.& Ang.expresè suo consi.132.¶ Sed
27 circa prædicta dubitatur. † Quid si testator prætereat posthumum ignoranter, & in testamento apponat clausulam codicillarem.Si non valet iure testamēti &c. deinde nascatur posthumus, per cuius natiuitatem rumpitur testamentum, an ille posthumus præteritus tenebitur restituere hæreditatem hȩredi scripto in testamento virtute.d.clausulæ codicillaris. Aduertite,quia si clausula codicillaris sit concepta hoc modo.Si non valet iure testamenti, valeat saltem iure codicillorum, & tunc indubitanter in quæstione proposita nihil operabitur. quia verum est,quòd testamentum bene valet de præsēti.Sed si sit concepta clausula,si non valet,vel valebit iure testamenti,quòd valeat iure codicillorum.tunc Bart. in l.1.in 6.q.ff.de iure codicil.determinat, quòd hoc casu, quando posthumus fuit præteritus ignoranter, clausula codicillaris nihil operabitur: adeo quòd ipse posthumus præteritus rumpendo testamentum,non tenebitur hæreditatem restituere hæredi scripto in testamēto. Idem voluit ipse Bar.in quodam suo consi.incip. Quidā Lapus Nannis.& mouetur Bar.per l.si vnquam. infr. de reuocan.donat.& per l.ex facto.ff.de vulg. & pupil.per l.penul.ff de iure codicil.& per l.sicut certi.& l.si cū vel in vtero.§.de test.milit.Bald.autem in præallegata. l. 1. ff.de iure codicill. & in ista Auth. & Bar. de Saliceto in l. 1. infr. titu. 1. de posthum. & Bald. & Salyc. in l.fin. infr. de codicill. & Oldra. suo consil. 149. & Iacob. de Beluis. & Dyn. in præallegata. l. 1. ff. de iure codicill.& Io.de Imo.in l.filio pręterito circa.14.col.determinant contra Bar.Mouentur:quia ex quo testator concepit clausulam codicillarem(etiam per uerba futuri tēporis)uidetur cogitasse de omni ruptela futura,& cogitasse saltem in genere de posthumo, per l.3.& l.qui iure militari.ff.de testam.mil. & ideo uolunt, quòd posthumus tenebitur restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento uirtute clausulæ codicillaris. Et ad iura allegata per Bar.respondetur, & primò ad l.si unquam. inf.de reuoc. donat. quòd ibi donatio erat inofficiosa. Sed in proposito nostro, codicilli non possunt esse inofficiosi, quia posthumus præteritus in omnem euentum est habiturus legitimam,in qua grauari nō potuit.l.quoniam in prioribus.sup.de inof. testam. Ad l. ex facto.ff. de vulg.& pupil.respondebitis, quòd ibi testator etiam in genere non cogitabat de nascituris: sed in quæstione nostra saltem in genere intelligitur cogitasse, dum dicit,uel ualebit.Ad l.penult.ff.de iure codicillorum. respondeatis,quòd ibi legata nominatim fuerunt relicta à filio instituto:vnde nō est mirū, si posthumus non teneatur:sed in proposito nostro testator apponēdo clausulā codicillarem,(etiam per uerba futuri temporis)intelligitur uoluisse grauare quencunque uenientem ab intestato restituere hæreditatem hæredi scripto. l.si quis cū nullum.ff.de iure codicil. Ad l. sicut certi. & ad l.si cum uel in utero. respondebitis, quòd ibi speciali fauore militis,ut si scienter prætereat posthumum, uel filium natum, quòd eius testamentum non possit expugnari: secus si ignoranter prætereat filium,quia tunc non uersatur aliquis fauor militis, imò esset contra suam uoluntatem excludere filium præteritum ignoranter.Ang. in l. 1.ff.de iure codicil.dicit opi. Bar.superius relatam posse procedere,quando neque in specie,neque in genere testator cogitauit de posthumo.quasi uelit, quòd secus esset, si saltem in genere cogitasset de posthumo, vt in proposito nostro.& latius habetur per eundem Ang.in suo cons.314.incip.Petrus suum condidit testamentum. Pau.de Cast.in l. 1.inf.tit.1.in suo consi. 57.incip.Præclarus, & egregius iuris vtriusque Doctor. tenet expresè contra Bar.Sed idem Paul.suo consi. 59. incip. Barthodeus de Perusio,dicit,quòd opi. Bartol. uidetur æquissima.Rapha.Cuma.in l. 1. ff. de iure codicil. tenet contra Bar.similiter Raph.Fulg.hic tenet contra Bartol.dicens,quòd ista opi.non sapit iniquitatem, cum in omnē euentum posthumus sit habiturus legitimam.Alexan.de Imo.hic tenet expresè, quòd magis communis opi. est cōtra Bart.& dicit se aliàs consuluisse contra opi. Bar.superius relatam. Ego dico vobis, quòd hoc patet in suo cons.103. incip. Numinibus pro suffragio inuocatis. circa primam dubitationem in 3.vol. vbi melius examinat istum passum, quàm hic in lectura. Clarissimus doctor, & subtilissimus.d.Fracīscus de Aretio consuluit contrarium, & eleganter respondet ad motiua aduersantium contra Bar.subtiliter, vt patet in suo consi. vltimo. & ad fi. illius consilii dicit, quòd si bene consideremus dicta Doct. maximè Bald.& Ang suo consi. 109. inueniemus hanc esse communem opi.Addite, quòd ipse dominus Alex.de Imol.suo consil. 37. incip. Domini redemptoris nostri inuocato suffragio. In causa mota per Angel. Simonis.in primo vol. suorum consi. tenet idem, quod hic tenuit, & refert hanc esse communem opinio. Et ideo ab ista sententia non esset tutum recedere. ¶Subsequenter quæro.† an ista Auth.quæ vult,quòd legata conseruentur, habeat locum in præteritione paterna. Alex. de Imo.hic dicit,quòd magis communis opi. est, quòd sic.pro qua sententia facit, quia tex. in §. siue igitur ver. sin autem hæc obseruata non fuerint,indubitanter loquitur de exhæredatis sine causa. sed nos habemus †.quòd exhæredatio facta sine causa habetur pro præteritione: quia minus legitimè est facta.l.non putauit.§. non quæuis.ff.de bono.poss.contra tab.ergo ista Auth.habebit locum etiam in præteritione paterna. ¶Sed restat vna pulcherrima dubitatio. † Ponamus, quòd pater præterierit filium ignoranter,puta,quia credebat eū esse mortuum, & in testamento ipse pater fecit multa lagata, an hoc casu(irritato testamento per filium præteritum ignorāter) conseruabuntur legata facta in testamento patris.Bar.hic & in l.filio præterito.ff.de iniust.rupto.& in suo cons.inci.Quidam Lapus Nannis expresè tenuit,quòd hoc casu non conseruabuntur legata,nec debebunt solui legatariis.Idem tenuit Bal.in l.in suis.circa.20.col.ff.de libe. & posth.in sua repetitione,& ista fuit originalis opi.Odofre.vt refert Angel. in l.militis codicil.§.miles in supremis.ff.de testamen.milita.Hanc etiam opin. tenebat Nicolaus Matarel. vt refert hic Bald. & secundùm istam opin.consuluit Do.Pet.de Ancha.vt refert Ioa. de Imo. in d. l. filio præterito. dominus Benedictus de Plumbi.in l.generaliter c.§.ex testamento.ff.de fideicommiss. liber.transit cum opi.Bar.superius relata.Bald. quoque in d.l.filio præterito.sequitur opi.Bar. cum duabus limitationibus.Prima limitatio est, nisi legata fuissent facta pro restitutione malè ablatorum:nam tunc bene conseruarentur per istam Auth.quamuis pr̄ pterijsset ignorāter filiū, quia etiam si sciuisset se habere filium,verisimiliter fecisset bene talia legata pro restitutione malè ablatorum:† quia anima cunctis rebus est præferenda.l. sancimus.la prima.sup.de sacros.eccles.Secūda limitatio est, nisi pater alium filium instituisset hȩredem:quia sicut voluit

28 29 30 c 31

luit ipsum filium esse grauatum soluere legata, ita etiã
verisimiliter grauasset alium filium, si sciuisset se eum ha
bere. Ang. in d. §. miles in supremis. dicit quòd opi. Bar.
superius relata est vera, nisi testator saltem in genere co
gitasset de filio. Nam tunc bene conseruarentur legata
per l. qui iure militari. ff. de testamento militari. ibidem
etiam dicit Ang. quòd opi. Bar. est vera, nisi testator ve-
risimiliter fuisset facturus talia legata, etiam si sciuisset
se habere filium: quod debet committi iudicis arbitrio
inspecta qualitate, & quantitate legatorum. & qualitate
personarum, quibus legata facta sunt. hoc etiam est de
mente Pau. de Ca. hic. Idem autem Ang. in Auth. nostra.
dicit, quòd opi. Bar. est vera, nisi testator esset ĩ dubio, sci
licet, an filius suus viueret, ad qđ certitudinariè nõ ap-
plicasset animum suum. Nam hoc casu bene conseruarẽ-
tur legata, & idem est (secundùm eum) quando erat de
intentione testatoris omnino præterire filium, etiam si
sciuisset se eum habere. Et idem quando in omnem euẽ-
tum fuisset facturus talia legata, puta, quia fecerat lega-
ta pro restitutione vsurarum, vel malè ablatorum. Nam
hoc casu bene conseruarentur legata per istam Authen.
¶ Videamus modò motiua Barto. ipse mouetur primò
per l. sicut certi. sup. de testa. milit. Secundò per l. si un-
quam. inf. de reuoc. donat. Tertiò per l. penulti. ff. de iu
re codicil. Quartò per l. cũ acutissimi. inf. de fideicom.
& ipsemet Bart. in l. j. in versicu. 2. quæro. sup. de sacros.
eccle. dicit, quòd hoc procederet, etiam si legata essent
facta ad pias causas. ¶ Contrariam opi. tenuerunt Bald.
& Sali. & Fulg. hic. & d. Franc. de Ramp. & Ioan. de Imo.
in d. l. filio præterito volentes; quòd in quæstione præ-
missa legata cõseruentur per istam Auth. Motiua istorũ
doctorũ sunt ista. In primis adducunt tex. cum gl. fi. in l.
vxorẽ. ff. de manu. test. Secũdò mouent, quia ista Auth. &
corpus, vnde sumitur, loquuntur indistinctè, ergo indi-
stinctè debent intelligi, vulg. l. de pretio. ff. de publici.
Tertiò adducunt. l. si quis cum nullum. & l. ab intestatò.
ff. de iure codicil. Quartò mouentur, quia hic uersatur
fauor conseruandæ voluntatis defuncti. adducunt etiã
tex. in d. §. siue igitur. in ver. aliquam circumscriptionem
& dicunt, quòd ille tex. loquitur, nedum de circumscri-
ptione, quæ fit ex proposito, quando scilicet pater pręte
riit filium sciẽter, sed etiam de circumscriptione, q̃ fit so
lùm re ipsa absque proposito, vt quando pater præteriit
ignoranter filium. & hoc propter illam dictionem, ali-
quam, iuncta glo. item si pretio. in §. fi. ff. locati. Simile vi
32 demus, † quòd licèt appellatione partis in dubio intelli
gamus de dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de
verbo. significat. tamen si in dispositione dicatur aliqua
pars, tunc comprehendetur pars etiam minor dimidia,
propter illam dictionem, aliquã, vt vult Bal. in c. primo.
in §. 1. in titu. de controuer. inuest. & est gl. ordinaria in
clemen. prima. in verbo, aut earum parte. ext. de fo. com
pet. ad idem adducunt tex. in §. & hæc disposuimus. in
Auth. vt cum de appel. cogno. vbi tex. ita firmaliter di-
cit, vt liberos, & parentes à testamentorum iniuria libe-
ros reddamus: per quæ verba apparet, quòd Imperator
loquitur in rem, & non solum voluit prouidere aduer-
sus iniuriam, quæ fieret ex proposito, sed etiam aduer-
sus iniuriam, quæ solùm fieret re ipsa. & hanc sentẽtiam
sequitur etiam Bald. in l. 1. in vlt. char. sup. de sacros. ec-
cle. vbi dicit opi. Bar. procedere, quando testator ex in-
aduertentia, seu ignorantia præteriisset filium. Secus si
aliquo errore ductus fecisset legata, quæ verisimiliter
non fuisset facturus, si sciuisset se habere filium: nam tũc
non conseruarentur legata. l. fi. ff. de hæred. instit. Alex.
de Imo. dicit, quòd licèt opi. Bar. sup. relata sit æquior:
tamen contraria opin. est de iure verior (secundùm eũ.)
Et ad motiua Bar. & sequacium respondetur. & primò
ad l. sicut certi. quòd illa procedit ex eo, quia si filius
ignoranter præteritus diceretur exhæredatus: certè re-
maneret destitutus omni remedio, secundùm tempora
illius legis. Sed in proposito nostro (quãuis irritetur te
stamentum) tamen filius præteritus in omnem euentum
est habiturus legitimam, quæ nõ debet diminui propter
legata. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testam. Ad l. si
vnquam. respondetur, quòd nisi reuocaretur illa dona-
tio, liberi non essent habituri legitimam. Sed in proposi
to nostro habebunt legitimam. vel illa l. si vnquam, lo-
quitur in actu irretractabili, & ideo legislator voluit pin
33 guius prouidere. † quia vbi maius est periculum, ibi cau
tius est agendum. l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbo. edicto.
& c. vbi maius periculum. ext. de elect. lib. 6. Ad l. penul.
ff. de iure codicil. respondetur, quòd ibi legata fuerunt
expresſè relicta à filio iam nato: nos autem loquimur,
quando simpliciter fuerunt facta legata. Ad l. cum acu-
tissimi. inf. de fideicom. respondeatis, quòd loquitur in
fideicommisso iniũcto filio post mortem ipsius filii: quo
casu subintelligitur illa conditio, si decesserit sine libe-
ris: quia sicut pater in rebus filio relictis videtur prædi
lexisse filium, ita etiam videtur prædilexisse nepotes ex
eo. quæ ratio cessat in materia legatorum. Præterea l. cũ
acutissimi. est exorbitans, & cum loquatur in re iam ac-
quisita filio, non debet extendi ad casum, quando res nõ
sunt adhuc acquisitæ filio: quia facilius quid retinetur,
quàm de nouo acquiratur. l. patre furioso. ff. de his qui
sunt sui, uel alie. iur. Ego pro opinio. Bart. adduco duo
34 optima fundamenta. In primis nos habemus, † quòd de
sideria morientium ab actibus uiuorum deprehendun-
tur. l. quoniam desideria. sup. de natural. libe. Et nos ui-
demus per experientiam, quòd patres, qui habent libe-
ros, faciunt in eorum testamẽtis pauciora legata, quàm
illi, qui nullos liberos habent: ergo quando pater pręte
rit filium ignoranter, non debent legata (saltem qñ sunt
35 ampla) conseruari per istam Auth. Secundò † uoluntas
testatoris præsumitur esse talis, qualis debet esse sm̃ iu-
ris interpretationem. Ista sunt verba Bal. in l. i. circa quin
tam colum. supra de sacros. eccle. sed lex interpretatur,
quòd si testator sciuisset se habere filium, non fecisset tot
legata. l. cum auus. ff. de conditio. & demon. & d. l. cum
acutissimi. & secundùm opi. Barto. consuluit clarissimus
Doctor D. Io. de Anania, vt patet in suo consi. 27. incip.
In Christi nomine amen. visis & diligenter ponderatis
36 his, quæ in facto proponuntur. ¶ Quæritur etiam † vtrùm
ista Authen. habeat locum in præteritione posthumi, vt
hoc casu conseruentur legata. D. Alex. dicit, quòd ma-
gis cõmunis opi. est, quòd sic. Sed. d. Ludo. Bologninus
in consilio, quod sequitur immediatè præallegatum cõ
si. 28. D. Ioan. de Anania. dicit, quòd omnes docto. cõmu
niter determinant, quòd hoc casu non habebit locum
ista Auth. nec conseruabunt̃ legata, & ibi adducit multa
37 motiua, quæ poteritis videre. ¶ Penul. quæro, † quid
si frater expugnet testamentum fratris, in quo turpis
persona est instituta, an hoc casu conseruabuntur lega-
ta per istam Authen. Bald. in l. fratres. supra de inoffi.
testamen. determinat, quòd sic, per notata per gloss. in l.
eam quam. infr. de fideicomis. Idem tenuit Salic. in d. l.
fratres. Sed Angel. in §. fin. in Auth. vt cum appel. cogno.
in antepenul. colum. determinat contrarium: quia in cor
rectorijs non facimus extensionem etiam ex maioritate
rationis, vt habetur in Auth. quas actiones. supra de sa-
cro. eccle. Et tex. in corpore huius Authenticæ loquitur
de præteritione, & exhæredatione descendentium, &
ascendentium. ergo nõ debet extendi ad transuersales.
Et ita etiam volũt domi. Franciscus de Rampo. & Imol.
in d. l. filio præterito. Ad l. eam quam respondetur, quòd
ibi vitiabatur institutio ex eo, quòd testator errauerat
circa coniunctionẽ instituti. Addo vobis quòd l. fratres,
superius allegata, quę dicit, quòd quando frater instituit
personam

personam turpem hæredem, q frater potest querelare testamentum fratris, & excludere concubinam, vel aliam turpem personam institutam, debet temperari, nisi in testamento fuisset apposita clausula codicillaris, nam tunc frater veniens ab intestato tenebitur virtute dictæ clausulæ restituere hæreditatem turpi personæ institutæ. Ita eleganter decidit Ang. suo cons. 146. inci. Petrus Capolimachi, de aqua pendente, quod nunquam exeat memoria vestra. ¶ Vltimò limitabitis Auth. nostram, inquantū dicit, q conseruantur legata, vt non habeat locum, qn testator fecit duo testamenta, & in secundo præteriit filiū, & sic irritatur testamentum secundum. Nam instituti in primo testamento non tenebūtur præstare legata facta ī secundo testamento, secundùm Ang. & idem uoluit Bal. in l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posth. Alias tres limitationes refert hic Alexā. sed quia reprehendit eas non curo referre.

ADDITIONES.

a ¶ Quæro de pulchra quæst. Si vis videre plures qſtiones in hac materia. vide Iac. in l. profectitia. in §. si filiusfa. ff. de iure dot. & in l. 1. §. si aduers. dotem, & per d. Io. Amadeum Tanam in l. 1. in 7. col. circa medium. ff. so. ma. & vide tex. in l. si ita scriptum. §. fi. ff. de leg. 2.

b ¶ Quia exhæredatio. Adde q exhæredatio filiorum non potest deduci in pactum. Pe. de Anch. in c. quintauallis, nu. 5. ext. de iureiu.

c ¶ In l. generaliter. Adde tu, q est in l. fideicommissaria. §. ex testamento. ff. de fideicom. libert. nu. 2. in tertia opp. & vide ibi pulchram additionem domini Nicol. Boher.

Rub. De posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præt.

1 *Posthumus propriè quis dicatur.*

2 *Institutio facta de posthumo nascituro porrigitur ad iam natum tempore testamenti.*

1 ¶ In gl. Rub. in fi. Aduertite † quia propriè loquendo, ille dicitur posthumus, qui nascitur post mortem testatoris. l. 3. ff. de iniust. rup. irritoq; fac. test. & hoc voluit glo. in l. Gallus, in prin. in uerbo, posthumos. ff. de lib. & posth. & habetur in l. si quis posthumos. §. fi. ff. de lib. & posth. Itē si in dispositione testamentaria fiat mētio de posthumo, intelligetur etiam de posthumo impropriè sumpto. l. si
2 ita quis. §. fi. ff. de test. tut. ¶ Addite † quòd institutio facta de posthumo nascituro porrigitur ad iam natum tempore testamenti. Quia testator eū uerisimiliter instituisset, si sciuisset eum natum, tex. est ualde notab. in l. Titius in §. 1. ff. de lib. & posth.

In l. Si post testamentum.

SVMMAE.

1 *Testamentum rumpitur præteritione posthumi.*

1 SI post testamentum. ¶ † Prę teritione posthumi rumpitur testamentum, & legata non debentur. h. d. ¶ Nota summarium. ¶ In glo. fi. in fi. de hoc dicite, ut dixi plenè in Auth. ex causa. sup. tit. 1.

In l. Vxoris abortu.

SVMMAE.

1 *Abortiuus non rumpit testamentum.*

1 VXoris abortu. ¶ † Abortiuus nō rumpit testamentum, natus autem uiuus rumpit testamentum, licèt ilicò decesserit. h. d. ¶ Nota sūmarium. ¶ In gl. fi. de hoc dicite, ut plenè dicam uobis in l. posthumo, sup. de bon. poss. cont. tab.

In l. Quod certatum.

SVMMAE.

1 *Posthumus præteritus si nascatur uiuus rumpit testamentum.*

Et quid si certum est non posse uiuere, nu. 3.

3 *Partus monstruosus non rumpit testamentum, & quando dicatur monstruosus.*

4 *Mulier si hodie contrahat matrimonium, & pariat infra sex menses, partus non dicetur legitimus.*

5 *Non nasci uiuum, & non nasci secundùm naturalem, & legitimum cursum sunt paria.*

1 QVod certatum ¶ † Posthumus præteritus si nascatur viuus, rumpit testamentum, licèt ilicò decesserit. h. d. ¶ Not. 1. ex isto text.
2 † quòd partus monstruosus non rumpit testamentum, & quando dicitur partus monstruosus, habetur in l. non sunt liberi. ff. de sta. homin. & in l. quæret aliquis ff. de uerb. sign. Et ibi habetis gl. dicentē, quòd ille, qui habet oculos retro, dicitur partus mōstruosus, & idē secundùm Doc. si haberet faciem retro uersus spatulas. Et hoc facit ad qōnem, nunquid occidens partum monstruosum dicatur homicida. De qua materia uidete per Bal. Ang. & Imo. in l. quod dī. ff. de lib. & posth. Quę aūt
a sit pœna facienti fieri partum abortiuum, a habetis bonū tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis ff. de pœn. Sed q̄-
3 ro. † Partus præteritus in testamēto natus est uiuus, tamē certum est eum uiuere non posse, puta, quia natus est in sexto mense, & nihil tetigit de septimo mense, an rūpat testamentum. Pa. de Ca. dicit hic se vidisse hanc q̄stionē de facto, & quòd quidam allegabant Ang. hic dicere, q sic, sed in ueritate hoc non dicit hic: sed hoc bene dicit ī præall. l. quod dicitur. Et pro hac sententia facit, quia si esset natus viuus in 7. mense, uel in 9. vel in 10. licèt constaret, quòd ob aliquam cām viuere non possit, tamen rumperet testamētum. l. septimo mense. ff. de statu hom. not. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & posth. & inter istum casum. s. quando nascitur uiuus in 7. vel in 9. vel in 10. mense, & certum est, quòd viuere non potest, & casum, quando nascitur in 6. mense, & constat quòd uiuere non potest, non bene pōt reddi concludens rō diuersitatis. Sed in primo casu. s. quando nascitur in 10. 9. uel 7. mense: omnes concedunt, quòd rumpet testamētum, si uiuus nascatur, licèt certum sit eum viuere nō posse ob aliquā causam: ergo idem est dicendum in alio casu. s. quando nascitur in 6. mense. Et hanc opin. sustinendo possetis respondere ad l. septimo mense, quòd loquitur quantū ad
4 cognoscendum, an sit legitimus partus. † Si. n. mulier hodie contrahat matrimonium, & pariat. ī. sex menses, certè non dicetur partus legitimus, quia dicetur cōceptus ante illud matrimonium. Sed Bal. in l. 2. ī. eod. & Pau. de Cast. hic, & Rapha. Cuman. in d. l. quod dicitur, determinant, quòd quando nascitur in sexto mense, ita quòd certum est eum viuere non posse, non rumpet testamen-
5 tum: † quia paria sunt non nasci viuum, & non nasci secundùm naturalem, & legitimum cursum, d. l. septimo mense. Et ista sententia mihi placet contra Angel. quia

per eam fauemus testamento, ne rumpatur. l. si paris. ff. de inoffic. testam. ¶In glo. super verbo, monstrum, in fin. concludite, quòd aut mulier concepit ex bestia; & tunc talis partus non proderit ipsi mulieri: quia imputandum est ei, neque etiam talis partus rumpit testamentum, vt hic. Si verò non concepit ex bestia: tunc partus (quantuncunque monstruosus) bene proderit ipsi mulieri, quantùm ad consequendum legatum, sed tamen non rumpet testamentum.

ADDITIO.

a ¶Partum abortiuũ. Et an talis fiat irregularis. Vide per Pet. de Anch. in c. si aliquis. nu. 3. ext. de homic.

In l Quidam cum.

SVMMAE.

1 *Institutio facta de posthumo nascituro post mortem, trahitur ad natum in uita testatoris, si putabat eum nasciturum post mortem.*
2 *Quis, vel qui, relatiuum, quando adiungitur verbis futuri tẽporis, facit conditionem. Et quando faciat causam.*
3 *Promissio facta in vnum casum, extenditur ex præsumpta mẽte testatoris ad alium casum sibi similem.*
4 *Institutio hæredis semper manet firma.*
5 *Quando constat de mente testatoris, non curamus de verbis.*
6 *Quidam recepit aliquid in feudum pro se, & filijs suis nascituris legitimè: excerpto ventre matris editus est filius, an succedet in illo feudo.*

1 QVidam cum. ¶† Institutio facta de posthumo nascituro post mortem, trahitur ad natum in vita testatoris, si putabat eum nasciturum post mortem. Et verisimiliter eum instituisset, si credidisset eum nasciturum in vita testatoris. h. d. secundùm communem intellectum. ¶Nota
2 ex isto tex. in vers. vel ita dicit, hic bene probari, † ꝙ licèt soleamus dicere, ꝙ qñ istud relatiuum, quis, vel qui, adiungitur verbo futuri tpis, ꝙ facit conditionem. l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. tamen hoc debet intelligi, quando disponens id, quod adijcitur per relatiuum, sciebat, vel credebat posse se habere ad esse, vel nõ esse. Secus si credebat posse se habere tantummodo ad esse, quia tunc non importat cõditionem, sed facit causam. Ita probatur in l. ista, inducendo hoc modo. Nam hic. iste testator erat ægrotans, & credebat se moriturum breui tẽpore ob illã ęgritudinẽ, ideo non sperat sibi filios nascituros in vita sua, sed demum post mortem suam. Iõ dicit, si quis filius mihi nascetur. ĩ. decem mẽses post mortem meã, instituo eum hęredem. Sed quia nasci post mortem non fuit causa finalis institutionis, ideo quamuis nascatur in uita ipsius testatoris, non rumpitur testamentũ: quia si testator credidisset eum nasci in vita sua, verisimiliter eum instituisset hæredem, & per ista habetis decla-
3 tionem ad istum tex. ¶Nota secundò, † quòd prouisio facta in vnũ casum extenditur ex præsumpta mente testatoris ad alium casum sibi similem. De qua materia habetur plenè per Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff de libe. & posthu. optimè facit l. Titius. in §. 1. ff. de libe. & posthu. ¶Tertiò nota, quòd licet in donatione causa mortis subintelligatur tacita cõditio, si donator decedat de illa ægritudine, in qua est. l. 3. & ibi glo. & Bar. ff. de do-
4 nat. causa mort. †tamen secus est in institutione hæredis, quia remanet firma, quamuis non decedat testator ob illam infirmitatem, in qua est cõstitutus. Ita colligunt hic Doc. de quo per Cy. in l. fi. inf. de donat. caus. mor. & per Bal. in l. non omnes. ff. si cert. pet. faciunt optimè not. per Bart. in l. alumnæ. §. fi. ff. de alimen. & ciba. leg. ¶Quæro
5 de pulchra quæstione. † Testator instituit ventrem vxoris suæ, si pareret masculum, & adiecit, quòd, si masculus moreretur in pupillari ætate, substituebat Sẽpronium, si verò pareret filiam, instituebat eam in certa quãtitate: mortuo testatore, moritur eius vxor prægnans, & excerpto vẽtre extractus est masculus, qui postmodum post aliquos menses decessit: nunquid Sempronius ex substitutione pupillari habebit hæreditatem. videtur dicendum quòd non: quia non est verum dicere illam mulierem peperisse, cum partus fuerit editus excerpto ventre. l. anniculus. §. fi. ff. de verb. signi. Sed Bart. de Salyc. hic determinat totum contrarium, per l. quod dicitur. ff. de liber. & posthum. quia de mente testatoris fuit solùm facere differentiam inter masculum, & feminam, & cum constet de mente testatoris, non curamus de verbis. l. cum virum. inf. de fideicommis. & l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad ad Trebel. & l. cum quæstio. in fin. inf. de lega. & refert ipse Saly. Bald. ita consuluisse, & ita etiam transit Alex. de Imo. Addite vos, quòd illud consi. Bal. est in consi. 107. incip. verba testamenti sic dicunt. in tertio volu. suor. consi. ¶Ad l. anniculus. §. fi. respondeatis, quòd ibi non agebatur de fauore posthumi nascituri, sed de commodo ipsius mulieris, & ideo cum non sit verum dicere eam peperisse, non consequetur legatũ.
6 ¶Facit etiam ad aliam quæst. † Quidã recepit a aliquid
a in feudum pro se, & filijs suis nascituris legitimè. modò excerpto vẽtre matris, editus est filius, an succedat in illo feudo. Bald. in fi. in quarta col. inf. de suis & legit. determinat, quod sic. Sed quid erit, si nascatur aliquis, qui loco vuluæ habeat vnum foramen rotundum, per quod emittat vrinam, & habeat testiculos, sed non habeat mẽbrum; in reliquis verò partibus sui corporis sit similis masculo, an succedet in feudo? Bal. in d. l. fi. inf. de suis & legit. in tertia colum. dicit se consuluisse, quòd sic. & ꝙ ista quæstio fuit de facto in quodam Marchione de Malaspina. Ego vidi consi. domini Bal. quod est in cõsi. 438. in primo vol. suorum consi.

ADDITIO.

a ¶Quidam recepit. Vide plenè per eum in suo tractatu feudorum in rub. Marchio in Italia in 1. col.

Rub. De iure deliberandi, & de adeunda, vel acquirenda hæreditate.

In l. Si à patre.

SVMMAE.

1 *Soluere quis bene potest creditori alieno.*
2 *Soluere in dubio potius quis uidetur suo nomine proprio, quàm alieno.*

1 SI à patre. ¶† Si ille, qui de iure prætorio tantùm potest venire ad hæreditatem, faciat actum extraiudicialem, qui non potest geri citra ius, & nomen hæredis, non propter hoc implicatur oneribus hæreditarijs: secus, si de iure ciuili succedere posset. h. d. cum l. sequenti. ¶ Nota quod in summario dixi. Sed quæ potuit esse ratio dubitandi in nostra l. 2. Respondet Paul. de Cast. ꝙ potuit esse: quia nos habemus, quòd quis potest bene soluere creditori alieno. l. soluendo. ff. de nego. gest. ergo per talem actum videbatur, quòd non inducitur aditio hæreditatis.
2 ¶Sed ratio decidendi est ad oppositum: † quia in dubio quis

quis uidetur potius soluere nomine suo ꝓprio, quã alieno,l,& magis.ff.de solutio.¶ In gl.1.ibi,hic ĩ emãcipata, & bene.¶ In eadẽ gl.in fi.Ange.& Pau.de cast.ponderãt hanc gl.ꝓ singulari:ex qua colligunt,quòd licèt suus abstentionem,quã fecit ab hæreditate paterna, posſit reuocare.l.fi.ĩ.de repu.hær.tamen ex eo solo,ꝙ post abstentionem fecerit actum,qui non poterat geri citra ius, & nomen hæredis,non uidetur suam abstẽtionem reuocasse,imò exigitur expressa reuocatio. Et si ista limitatio esset uera,multùm sing. limitaret illam l.fi.Sed de eius veritate dicam vobis in d.l.fratris.

In l.Si fratris.

SVMMAE.

1 *Filius in potestate,mortuo patre,statim est hæres ipsò iure, ẽt si non apparet,quòd se immiscuerit paternæ hæreditati.*
2 *Suus hæreditatem paternam, quantuncunque non agnitam, transmittit etiam ad quoscunque hæredes uirtute suitatis.*
3 *Statutum,quòd(extantibus masculis fœminæ non succedant) quomodo intelligatur.*
4 *Transmisſionis triplex est species.*
5 *Suitas operatur quattuor effectus.*
Et an toleretur per dationem cohæredis,nu.9.
6 *Datio cohæredis non tollit suitatem,seu existentiam sui hæredis legalem,rationem reddit,nu.7.*
8 *Dispositio hominis tollit dispositionem legalem.*
10 *Institutus in re certa non habetur loco hæredis.*
11 *Emancipatus hæreditatem paternam non aditam non transmittit ad quoscunque hæredes.*

SI fratris.¶Diuiditur in duas partes. In prima loquitur in filio in potestate.In secunda loquitur in emancipato.Secunda pars est ibi,ꝙ si cum sui iuris.In summa.h.d.Filius in potestate mortuo patre ipso iure est hæres patris.Ideo hæreditatẽ paternam etiam non agnitam transmittit ad hæredes.secus in emancipato.h.d.in summa. ¶ Nota primò ex isto tex.
1 †ꝙ filius in potestate mortuo patre statim est hæres ipso iure,etiam si non appareat,ꝙ realiter se immiscuerit hæreditati paternæ,concordat l. 1.§. qui sunt in potestate. ff.si quis omis.cau.testa.Et ideo in quæst. facti dicebam, ꝙ cum filius mortuo patre ageret ex contractu paterno, ꝙ sufficiebat,ꝙ allegaret se hæredem,nec oportebat ꝓbare,ꝙ se immiscuisset hæreditati paternæ. Ad hoc allego uobis Bal.ita expressè uolentem in l.1.in pen.col.ĩ. cõmun.de leg.Idem uult clarisſimus Doctor D.Francis.de Are.suo cons.38.Secus est, si filius conueniatur ab alio, ut hæres patris. Nam tunc oportebit actorem probare, ꝙ ipse filius,qui est reus, immiscuit se hæreditati paternæ,alioquin actor succumbet.Ita vult gl.parua approbata per Bar.& omnes in l.si cum dotem.§.transgrediamur in verbo,extiterit.ff.sol.mat.¶Notatur in l.necessariis.ff. acq.hær.¶Nota ulterius id, ad quod frequenter allega-
2 tur,†ꝙ suus hæreditatem paternam (quantuncunq; non agnitam)transmittit etiã ad quoscunq; hæredes virtute suitatis,concordat l.apud hostes.ĩ.de suis, & legit.not. plenisſimè in l.ventre pleno.ff.de acq. hær. Et idem est in hæreditate impuberis,cui impuberi frater fuerat substitutus pupillariter à patre. Nam si præmoriatur impubes:deinde moriatur frater eius,hæreditate paterna non agnita,non solùm transmittet hæreditatem paternã non agnitam,sed etiam hæreditatem impuberis(quantuncũque non agnouisset eam.)Ita eleganter uult Bartol. in l. sed si plures.§.ad substitutos.ff.de uulga.& pupilla. notatur per Ang.& Imo.in l.3.§.aperturæ.ff.de hæred. instit.

& per Sal.in l.si testamento,sup.de impub.& aliis substi-
3 tut.Sed hic moueo uobis pulchram dubitationem.†Statuto cauetur,quòd extantibus masculis,fœminæ nõ succedant:non est dubium,quòd masculus,qui est suus,portionem, quam de iure communi debet habere in bonis patris,transmittit ad hæredes suos, etiam ad extraneos (secundùm magis communem opin.)ut hic, & in l.apud hostes,superius alleg.Sed nunquid portionem,quam ipse masculus lucratur uirtute statuti,pari modo transmittat ad hæredes suos, pręsupposito, quòd eam expressè non agnouerit ante mortem suam. Alexan.de Imo.multis optimis,& subtilisſimis fundamentis determinat, ꝙ sic suo consil.20.incip.Redemptoris nostri inuocato suffragio.viso processu in primo volu.suorum consi. quod tenete bene menti pro extensione huius l. Et quia loquimur de transmisſione hęreditatis non agnitæ,debet sci-
4 ri fundamentaliter, †quòd nos habemus triplicem speciem transmisſionis. ¶ Quædam enim transmisſio fit ex potentia suitatis,ut est dare exemplum , quando filius ĩ potestate moritur ante aditam hęreditatem paternam. Nam uirtute suitatis transmittit hęreditatem paternam ad quoscunque hęredes suos,etiam extraneos.Et de ista transmisſione loquitur iste tex.in prima parte,& l.apud hostes,inf.de suis,& legit.& ista suitas causatur à patria potestate:unde dicitur suus hęres, quasi suimetipsius hęres.l.in suis.ff.de lib.& posthum.& ista suitas est ita notabilis,quòd nunquam amplectitur nisi primum gradum, & potius rumpitur,quàm flectatur.§.sui,Institu.de hęred.
5 qual.& diffe.†& istam suitatem appellamus existentiam sui hęredis legalem,& multos operatur effectus . In primis confirmat tabulas pupillares. l.si filius, qui patri.ff. de vulga.& pupilla.Item confirmat fideicommissum uniuersale.l.ita tamen.§.à patre.ff.ad Trebellia.Item confirmat relictum libertatum.l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fideicommis.libert.Item confirmat dationem tutelę, ut uult Barto.ita supplendo glosſ.in l. si nemo. ff. de testam.tutela. ¶Secunda species transmisſionis est iuris deliberandi,& istam uidebitis in l. cum antiquioribus, infra eodem. ¶Tertia species transmisſionis est, quę fit iure sanguinis.Exemplum in filio emancipato, uel in filio,qui non est in potestate,ut est dare exemplum in filio erga matrem.Nam si moriatur ante aditam hæreditatem transmittet ad posteros suos iure sanguinis hęreditatem ascendentis,quantuncunque non agnitam,&ita loquitur l. unica, infra de his qui ante apert. tabul.
6 ¶Nota ulteriùs ibi,ex parte,hic bene probari,†quòd datio cohæredis non tollit suitatem,seu existentiam sui hæredis legalem.Nam vos uidetis hic, quòd quantuncunque pater filio dederit cohæredem etiam extraneum;tamen si filius moriatur ante hæreditatem paternam,trãsmittit etiam eam uirtute suitatis ad hęredes suos.In hoc tamen concludite,quòd aut loquimur in his, quæ depẽdent immediatè ex testamento, & tunc datio cohæredis extranei tollit suitatem. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus.ff.ad Trebell.Aut loquimur in his, quæ ueniunt extrinsecus à testamento,& tunc datio cohæredis extranei non tollit suitatem,ut hic.Nam ista transmisſio hæreditatis non aditæ non dependet immediatè à testamento, imò venit extrinsecus à testamento. Sed quæ potest es-
7 se ratio, quòd per dationem cohæredis extranei tol-
a latur suitas, a seu existentia sui hæredis legalis? Ad hoc respondebitis rationem esse: quia testator dando filio in potestate cohæredem extraneum, visus est non confidere de dispositione legali,quæ operatur effe-
8 ctus de quibus.sup.†Nam dispositio hoĩs tollit dispositionem legalem.l. & habet §. cum quis.ff.de precar.notatur in l.fi.supra de pac.conuentis super dote.¶ Distinctionem prædictam, inquantum dixi,ꝙ aut loquimur in depẽdentibus immediatè ex testamento,aut in his,quæ ue-

ueniunt extrinſecus à teſtamento, facit Bart.in l.ſi filius
qui pr̃i.ff.de vulg. & pupil. & in l.2.§.fin.ff.pro hærede.
9 ¶ † Concluſionem prædictam, inquantum dicit, quòd
per dationem cohæredis tollitur ſuitas.limitabitis qua-
tuor pulcherrimis limitationibus.¶Prima limitatio eſt,
quia ſi vltra cohæredẽ extraneũ pater grauauerit filiũ
vel alium, qui eſſet ſuus, reſtituere hæreditatem alteri,
quia hoc caſu poterit compelli à fideicommiſſario adi-
re: ideo per talem dationem cohæredis non videtur te
ſtator dediſſe licentiã filio abſtinẽdi:& ideo nõ tolletur
ſuitas. Ita dicit eleganter Bald.in l.non iuſtam. infra ad
Trebell. Et Bal.& Ange.in l.Papinianus. in .§.quarta.ff.
de inoff.teſta. ¶ Secunda limitatio eſt: quia ſi pater co
hæredem datum filio impuberi inſtitueret in re certa tã
tummodo: hoc caſu, ſi præcedat ipſe cohæres extra-
neus, deinde moriatᷣ filius impubes ãte immixtionẽ rea
lem, ſuitas oportabitur confirmationem tabularum pu-
pillarium. quia nunquam reperitur, quòd ipſe filius ha
buerit cohæredem, per cuius aditionem ſolam potue-
10 rit confirmari teſtamentum: † quia inſtitutus in re cer-
ta non habetur loco hæredis, vt vidiſtis in l. quoties ſu
pra de hæred. inſtit. Iſtam limitationem adinuenit An-
ge.in l.ex facto la gran.ff. de hære. inſtit. Sed certè Bal.
idem voluit in repetitione.l.in ſuis.ff.de libe. & poſthu.
¶ Tertia limitatio eſt, ſi cohæres datus filio repudiaue
rit. Nam tunc perinde eſt, ac ſi datus fuiſſet. & ideo non
erit ſublata ſuitas. Ita vult hic notabiliter Bald. Idem
voluit ipſe Bal. in repeti.l.in ſuis.in 31. col.ff.de lib. &
poſth. & placet Pau. de Caſt. in l. cum hæredita.ff. de
acqui. hæred. Sed Raph. Cu. in l. ſi filius qui pr̃i. ff. de
vulg. & pupil.damnat iſtud dictum Bal.& videte ibi per
eum ¶ Quarta limitatio eſt, ſi datio cohæredis extranei
fuerit rupta per cõtratab. q̃a tunc remanebit ſuitas, per
quam confirmabuntur tabulæ pupillares.Ita dicunt Bal.
& Ange. in l.ex duobus.§.fi.ff.de vulgar. & pupil. licèt
Imo. ibi teneat contrarium. ¶ Ex ſecunda parte.l.noſtrę
11 notetis, † quòd emancipatus hæreditatem paternã non
aditam non tranſmittit ad quoſcunque hæredes:nã licèt
hodie ſit ſublata differentia emancipationis, & patriæ
poteſtatis quantùm ad ſuccedendum ab inteſtato l. me-
minimus.infra de legit.hæredi.& §.nullam.in Authe.de
hære. quæ ab inteſt.tñ (quantũ ad tranſmittitendũ hære
ditatẽ non aditã ex potentia ſuitatis) nõ eſt ſublata diffe
rentia emancipationis,& patrię poteſtatis,ſecũdùm Bal.
hic,& eſt cõis opi.¶ In gl.1.ibi,ſpeciale in filijs.Iſta ẽ cõ-
muniter approbata,licèt Sali.dicat hic ſibi videri,quòd
etiam l.1.in fi.de iuris & facti igno.habeat locũ etiã in li
beris.Ad iſtũ tex.ipſe reſpõdet,ꝙ in litera iſta debẽt eſſe
iſta verba,aperto teſtamẽto, quæ tñ cõiter non habẽtur
Rapha.Fulg.hic dicit, ꝙ etiã extraneus olim poterat adi
re clauſis tabulis,per l.primam.§.ſufficit.ff.de bon.poſſ.
ſecundùm tab.Ad.§.cum igitur.hic in glo.allegatum, ꝙ
loquitur de quadã media iuris prudentia, quę fuit inter
iura Digeſt.& iura Codicis.Vos autem tenete opi.huius
glo.Et ad.d.§.ſufficit.reſpondeatis, quòd bebet intelli-
gi ſecundùm diſtinctionem.l.1. in fin.ff. de iuris & facti
igno·ſilicet an ſit inſtitutus ex aſſe, vel ex parte, nec eſt
verum,quod vult Sali.quòd d.l.1.in fi. intelligatur etiã
in liberis,ut patet ex notatis per Bar.in l.eius qui in pro
uincia .circa prin.ff. ſi certum pet. ¶ Glo.2. malè dicit,
q̃a in prima parte huius l.filius neq; ſe immiſcuit reali-
ter,neq; abſtinuit.Sed ipſo iure factus eſt hęres à lege,&
uirtutę ſuitatis traſmittit hæreditatẽ paternã nõ agnitã,
etiã ad quoſcunq; ſcd̃m cõmunẽ opi. ſuperius relatam.

ADDITIO.

a Tollitur ſuitas. Adde Bar.hic ad fi.& Bal.in uer.ſed ulte
rius oppo.& etiã Pau.de Caſt.& hic dñm Alex.in 3.not.
cũ alijs concord. ꝑ eũ adductis & in l. ſi filius hęres.de
libe.& poſth.Bal. in l.pro hęrede.§. Papi.in uer.ſecũdò
not.de acqui.hære.idem Bal.in l. poſt aditam.C. de im-
pub. & alijs ſubſti.Bar.& Alex.in l.ſi poſthumos.§.1.de
lib.& poſthu. Pau.de Caſt.conſi.353. incipien. Poſtq̃.

In l. Filio famili.

S V M M AE.

1 *Pater poteſt adire hæreditatẽ delatam filio cũ conſenſu filij.*
2 *Acta præſumuntur ſolemniter ex diuturnitate temporis.*
3 *Beneficium qui diu poſſedit, præſumitur canonicè fuiſſe inſti
tutus in illo beneficio.*

1 FIlio famili. † Pater cum conſenſu
filij poteſt adire hęre
ditatem ipſi filio delatam.h.d.¶ Hæc.l.fa
cit ad id, quod uult Bart.in l. qui in alie-
na.§.ſed ſi nõ adierit ff.de acqui.hęre.ubi
dicit, quòd,ſi quando aliqua hæreditas eſt delata filio,
pater facit aliquem actum,qui non poſsit geri citra ius,
& nomen hæredis,& talem actum faciat cum uoluntate
filij,puta,quia cum conſenſu filij diſtraxit aliquã rem il
lius hęreditatis,certè per talem actum hęreditas filio de
lata dicetur legitimè adita abſq; eo,ꝙ oporteat expecta
re curſum longi tẽporis. Non obſtat tex.in d.§.ſed ſi nõ
adierit,quia loquitur,q̃n non interuenerat expreſſus cõ
ſenſus filij:ſed in quæſt.Bar.ſecus erat. ¶ Addite, ꝙ ille
2 tex.cũ glo.in d.§.ſed ſi non adierit.ſolet allegari.† ꝙ ex
diuturnitate t̃pis oĩa pręſumũtur ſolẽniter acta.De quo
plenè notatur in l.ſciendum.ff.de uerb.obli. & propter
3 hoc dicit Bal.in d.§.ſed ſi nõ adierit.† ꝙ ille, qui diu poſ
ſedit beneficiũ,p̃ſumitur canonicè fuiſſe inſtitutus in il-
lo beneficio.Dicit etiam Ange.in d.§.ſed ſi non adierit,
ꝙ per lapſum decẽnij præſumitur,ꝙ decretũ iudicis fue
rit interpoſitũ in alienatione prędij minoris. Sed ego
ſæpe conſului contrarium allegando eundeẽmet An-
ge.ad oppoſitum in l.quęcunque.in §.fi.ff.de publ.

In l. Potuit pupillus.

S V M M AE.

1 *Pupillus maior infante poteſt adire hæreditatem cũ auctorita
te tutoris.*
2 *Pupillus, ſi cum auctoritate tutoris adiuit hæreditatem, & il
la hæreditas ſit damnoſa pupillo, ſolus tutor poteſt petere re-
ſcindi illam aditionem per viam reſtitutionis in integ.*
3 *Aditio facta hoc modo an valeat mortuo patre. Ego Titius
ſciens hæreditatem patris mei eſſe mihi delatam, illã adeo.*
4 *Verba groſſo mõ prolata ab imperitis debẽt groſſo mõ intelligi.*
5 *Hæres inſtitutus ſi faciat aliquem actum, qui non poſſit geri
citra ius, & nomen hæredis, an propterea dicetur adijſſe hæ
reditatem.*
Et quid de muliere, & ruſtico.nu.6.

1 POtuit pupillus. † Pupillus ma
ior infante po
teſt adire hæreditatem cum auctoritate
tutoris. Sed ſolus tutor nomine pupilli
adire nõ poteſt.h.d.¶ In gl.1.in fi.De ma
teria huius glo.bene,& plenè tractaui vobis in l. bono-
rum & in l. infantis. ſup. qui admitti. Limitatur tamẽ
hæc lex.quia ſi ſeruus pupilli fuiſſet hæres inſtitutus ab
aliquo,ſolus tutor bñ poſſet iubere ipſi ſeruo, vt adeat
hæreditatem.l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui.hæred.Et ita
per illum tex.volunt ibi.Ioan. de Imo. Raph. Cuma. &
2 Pau. de Caſt. ¶ † Item ſi pupillus cum auctoritate tuto-
ris adiuit hæreditatem, & illa hæreditas ſit damnoſa
pupillo,

pupillo, solus tutor bene poterit petere rescindi illam aditionem per restitutionem in integ.tex.est, & ibi Rai. & Ang.in l.ex contractu.ff.de re iudic.¶Quæro de pul-
3 chra quæst.†Mortuo patre filius dicit ista uerba.Ego Titius sciens hæreditatem patris mei esse mihi delatam, illam adeo:utrùm ista aditio erit ualida.Bart. eleganter in l.is qui putat.ff.de acq.hær.determinat,quòd non ualebit talis aditio.Mouetur,quia illa hæreditas dicitur esse delata,quæ potest adiri.l.delata.ff.de verb. sign. et adire non spectat ad filium,sed immiscere, quia continuatur in eum dominium mortuo patre.l.in suis.ff.de lib.& posth.Bal.hic determinat totum contrarium, quia non semper possumus propriis vocabulis vti,l.si cum ante.§.
4 de don.ante nup.per quam l.dicit ibi Cyn.notanter,† ꝙ verba grosso modo prolata ab imperitis debent grosso modo intelligi.Cõcludite in hoc passu,quòd aut uerba, de quibus supra,fuerunt prolata à muliere,vel à rustico, qui præsumuntur ignorare iura,vt vult pulchra gl. in §. 1,in uerbo sciens,in Auth.de incest.nup.habetur in l.fi. §.de iur.& fac.ign.& tunc aditio non ualebit. Ratio est, quia in talibus personis præsumitur iuris ignorantia. Et per consequens pręsumũtur errare ĩ causa acquisitionis: ergo aditio non ualet.l.si is ad quem.ff.de acq.hær.Aut fuerunt prolata ab eo,qui pręsumebatur scire iura,& tũc impropriantur uerba,ut actus sustineatur.l.ĩsulam.ff. de præscr.uerbis,& l.si olei,& ibi per Bar.sup.loc.& l.sed si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiu. Dicit etiã Bart.
5 in præalleg.l.is qui putat,† ꝙ si aliquis hæres institutus faciat aliquem actum,qui non possit geri citra ius, & nomen hæredis:non tamen apparet,quòd sciret se suum,& necessarium,imò hoc ignorabat, per actum prædictũ nõ dicetur adiisse hæreditatẽ.Ex quo dicto ĩfert sing.Alex.
6 de Imo.ibidem,† quòd si mulier, uel rusticus faciat aliquem actum,qui non poterat geri citra ius, & nomẽ hæredis:quia tamen præsumitur, quòd ignoraret, an esset suus,& necessarius,per ilium actum non inducetur aditio hæreditatis.Quod est diligentissimè notandum,secũdùm eum.Tractat etiam hic Bal.quid si quis dicat. adeo hæreditatẽ,si de iure possum:an ualebit huiusmodi aditio.Tractat etiam,quid si contra aduersarium meum faciam positiones de animo,puta quòd in animo suo gessit se pro hærede talis defuncti: an erit respondendum talibus positionibus. De quibus omnibus uideatis hic per eum.

In l.Si auia tua.

SVMMAE.

1 Hæreditas aditur solo animo.
2 Actus unus,& idem potest esse actus inter uiuos, & actus ultimæ uoluntatis.
3 Medium nõ conueniens extremis habet impedire qualitatem, & coniunctionem extremorum.

1 SI auia tua. ¶†Solo animo aditur hæreditas,quem animũ possumus declarare per ultimam uolun-
2 tatem nostram. h. d. ¶Nota, † quòd unus, & idẽ actus potest esse actus inter uiuos, & actus ultimæ uoluntatis.Bene facit id, quod not.in l. hæredes palam in §.fi.ff.de test.& in l.cum antiquitas.§. de testa.¶Quærit hic Pa.de Ca.¦Quidã fuit institutus hæres ab alio, ipse hæres institutus nõ reliquit mihi totã illam hæreditatem, sed solùm reliquit mihi unam rem illius hæreditatis,an ex hoc dicetur adiuisse hæreditatem illius defuncti,qui eum hæredem instituerat.determinat ꝙ sic,dummodo sciret illam hæreditatem fore sibi delatam.Quod notetis.Dicit etiam hic Bald.ꝙ si intelligeremus hanc l.in auia paterna,tunc secundum.l.unicam. §. de his,qui ante aper.tab.pater meus hæreditatem illius auiæ(etiam non agnitam) transmitteret ad me iure sanguinis.Secus esset,si fuisset auia materna: quia media ꝑsona.s.persona patris mei,qui erat gener illius auię meę maternæ,haberet impedire transmissionem, de qua ĩd.
3 l.unica:† quia medium non conueniens extremis habet impedire qualitatem,& coniunctionem extremorum.l. tria prædia.ff.comm.præd.

In l. Quoniam.

SVMMAE.

1 Hæreditas fratris,uel sororis non adita non transmittitur.
2 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. Limita ut ibi.

1 QVoniam. ¶†Hęreditas fratris,vel sororis non adita,non transmittitur.h.d.¶Nota unum, quod vult hic
2 Bald.dum dicit ꝙ iura dicentia,†ꝙ coniũctus pręsumitur scire facta cõiuncti.l.octaui.ff.unde cog.& l.de tutela.§.de in int.rest.min.debent intelligi,ut procedant in his, quę concernunt iura sanguinis,& processum naturę,quod est bene notandum.Et sequitur hic Ang.¶Addite vos, ꝙ regula prędicta debet etiam limitari,si coniunctus meus sit longè absens.Nam tunc pręsumor scire facta illius coniuncti mei. Ita dicit Bal.in l.Titius in §.1.& per illum tex.ff.de lib. & posth. ¶Limitabitis tamen hanc l.hoc modo. Nam si ego sum substitutus fratri meo impuberi pupillariter, & moriatur in ętate pupillari: deinde ego moriar hęreditate patris non adita,ego transmittam etiam hęreditatem fratris mei ad hæredes meos, ut dixi in l. 3.§.cod.Et hoc uult Bar.expressè in l.sed si ad plures.§. ad substitutos. ff. de uulg.& pup.Idem est.si pater habens duos filios impuberes,substituat unum alteri pupillariter, & ultimo moriẽti substituat pupillariter Sempronium. Nam si moriatur primus impubes,deinde moriatur alter impubes: hęreditatem fratris sui impuberis transmittet ad Semproniũ pupillarem substitutum.Ita uolunt Ang.& Imo. in l.qui duos.ff.de vulga.& pupilla. notatur in l. qui duos.ff.de reb.dub.

In l.Licèt incontinenti.

SVMMAE.

1 Iuri adeundi, uel immiscendi non præscribitur spatio longi temporis,
2 Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus.
3 Filia instituta hæres in testamento matris, si steterit per 30. annos,in quibus non adiuerit hæreditatem,an poterit postea adire ab intestato.
4 Annus ita se habet de iure ciuili,sicut de iure prætorio.
5 Præscriptio respectu rerum hæreditariarum ab aliis possessarũ, an incipiat currere contra hæreditatem iacentem.

1 LIcèt incontinenti. ¶Iuri adeundi,uel immiscendi non præscribitur spatio longi tpis.h.d.Dicit tamen hic gl.ꝙ bene præscriberetur tali iuri spatio.30.ann.& dicit hic Alex.de Imo.†ꝙ ista est cõis opi.licèt Sal.hic studeat tenere contrariũ.Sed tenendo id,quod uerum est.s.ꝙ sit ius,ut probatur in l.si mater.§.de inst.& substit.sub conditio.fac.destruuntur omnia argumen.Salice.per l.sicut

in uerbo,ius. inf.de præſcrip.30.vel 40.anno.¶ Ex hoc
infertur ad quæſt. vtrùm iuri offerendi præſcribatur ſpa
tio.30.annorum.De quo articulo videte per Bar. in l. ſi
pignori.ff.ſi de vſucap.per eundem Bar.in l.1.ff.de con-
dict.ex leg.notatur in l.cū notiſsimi.§.in his.inf.de pręſ-
ſcrip.30.vel.40.annorum.Et retenta opi. quòd tali iuri
offerendi præſcribatur, limitabitis ſingul. quia ſi credi-
a tor in pignore apponat pactum legis commiſſoriæ [a], qđ
eſt in pignoribus reprobatum,toto tit.inf.de pact. pign.
& lex cōmiſſoria in pignoribus reprobata eſt in odium
2 creditoris.Ita † paciſcentis,debitor perpetuò admittetur
ad redimendum.Ita ſingulariter determinat Bal.in c. 1.
& per illum tex.in tit. de feu. dato in vic.leg.commiſſo.
3 quod eſt bene notandum.¶ † Sed quid ſi filia hæres in-
ſtituta in teſtamēto matris ſteterit per 30.annos. in qui-
bus non adiuerit hæreditatem, an poterit poſtea adire
ab inteſtato.Bal.hic notāter determinat,quòd ſic. dicēs,
quòd habebit alios.30. annos ad adeundum ab inteſta-
to,& refert Bar.conſuluiſſe fortius,quòd ab inteſtato ex
capite liberorum ipſa filia habebit.30.annos, & poſt il-
los.30.habebit alios. 30.ex capite legitimorum. Et hoc
vult Ang.hic.Idem volunt Raph.Cuma.& Pau. de Caſt.
in l.quandiu.la prima.ff. de acquir. hæredi. Mouentur,
4 † quia ſicut ſe habet annus de iure prætorio. l. 1. §. ſed
videndum.ff.de ſucceſ.edicto. ita ſe habent. 30. anni de
iure ciuili. Quod eſt bene notandum.¶ Infert etiam hic
Bald.ꝙ ſi lapſus eſt annus filiæ in hęreditate materna ad
deliberandum,quem annum habet ipſa filia vt de nume
ro liberorum, ſi moriatur in ſecundo anno,tranſmittet
hæreditatem ad quoſcunque adeundam. inf. reliquam
partē ſecundi anni,iuxta.l.cum antiquioribus.inf. de iu
re delib.quia ſecundum annum habet,vt ex numero le-
gitimorū.Subiicit Bal.quòd idē eſt in emancipato: quia
poſt lapſum primum annum deliberatorium, quem ha-
bet tanquam vnus de numero liberorum,habebit ſecun
dum annum tanquam agnatus;non tamen intelligatis,
quòd ſit propriè agnatus:quia per emancipationem de-
ſinit eſſe agnatus.l.tutelas.ff.de capitis dimin.Sed largè
loquendo dicitur agnatus: quia eſt coniunctus ex linea
maſculina,vt notatur in l.qui ſe patris.ſup.vnde lib. Di-
cit etiam hic Bal. in princ. commenti. ꝙ ſi pater habens
duos filios,eos hæredes inſtituat, & vnus ex eis (altero
ſciente,& patiente) poſſederit omnia bona hæreditatis
paternæ, fructus percipiendo per longum tempus,puta
per decem,vel viginti annos.alter nō erit propterea ex-
cluſus à iure adeundi per hanc legem. ¶ Addite, quòd
inquantum glo.hic vult,quòd iuri immiſcendi,vel adeū
di præſcribitur ſpatio. 30.annorum. quòd hanc opi. ſe-
cutus eſt Alex.de Imo.conſulendo,vt patet in ſuo conſ.
73.incip.Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio.pūctus
5 talis eſt, in quinto vol.ſuor.conſ.¶ Quæro ēt hic: † vtrū
cōtra hæreditatem iacentē incipiat currere præſcriptio
reſpectu rerū hæreditariarum ab alijs poſſeſſarū. Petrus
Cy.& Bal.hic determināt,ꝙ nō, per l.ea quæ,cum ibi no
tatis.ſup. de temp.in integ.reſtitut.peten.nō obſt. l. ſed
in conditione.§.ſi ſeruus alienus.ff.de hæred.inſtit.quia
loquitur in vſucapione rerum mobilium, quæ quidem
vſucapio eſt merè fauorabilis, vt vult pulchra gl. in l.fi.
in verbo, ex vna parte. cum glo.ſeq. inf. de edicto diui
Adria.tolle.Secus ergo eſt in aliis pręſcriptionibus,quę
currunt odio negligentium. l. ſi ſeruus hereditarius. ff.
de diuer.& temp.præſcri.¶ Addite,quòd de iſta præſcri
ptione contra hæreditatem iacentem optimè loquitur
Alex.de Imo.ſuo conſi.quarto.in ſecundo vol.incipien
te,videretur.in antepenul.col.illius conſ.¶ Vltimò quæ
ro.nunquid iſtud tempus præſcriptionis, de quo loqui-
tur glo. noſtra, currat hæredi inſtituto ſub conditione
poteſtatiua, antequam ipſe inſtitutus adimpleat condi-
tionem.De quo articulo videte per Bald. eleganter in l.
eum q.inf.ſi quis omiſ.cauſa teſta. & per Ang.in l.ſi ſer-
uus hæreditarius.ff.de bon. auctu. iud. poſsid.

ADDITIO.

a ¶ Pactum legis commiſſoriæ. Adde, quòd tale pactum
poſitum ex interuallo valet.Bal.in ver. ſed pone de feu.
dato in uicem l.commiſſ.Idem in l.conſuetudinis. ver.
tertij dicunt.c.quę ſit longa conſue.& Pano.in c.ſignifi-
cante.extra de pigno.

In l.Si curatoris.

S V M M AE.

1 *Hæreditas ſi eſt alicui delata,poteſt ille ad inſtantiam credi-
torum interrogari,an uelit eſſe hæres defuncti.*
2 *Interrogationes præparatoriæ iudiciorum fiunt implorato iu-
dicis officio,& ſine libello.*
3 *Iudex debet ſtatuere terminum moderatum petenti terminū
ad deliberandum.*
4 *Termini ad deliberandum ſtatuitio ſtat in arbitrio iudicis.*
5 *Curator datur tribus.*

1 SI curatoris. † Ille, cui eſt delata
hæreditas poteſt ad
inſtantiam creditorum interrogari: an ue-
lit eſſe hæres defuncti. Et ſi petat tempus
ad deliberandu,mmoderatè ſibi ſtatuetur.
hoc di. ¶ Nota pulchram practicam: quæ colligitur ex
iſta lege, ꝙ quando quis vult agere contra aliquē (tanq̄
contra hæredem defuncti) non debet interrogare illū,
an velit eſſe hæres talis defuncti, vel non.Et dicunt hic
notanter Bal.& Ange. ꝙ non ſufficeret generale procla
ma,vt quicunque, qui velit eſſe heres talis defuncti,cō-
pareat.imò ſpecialiter ſunt citandi illi, quos ꝓxima cau
ſa ſucceſsionis contingit l.1.§.denunciari. ff. de ventre
2 inſp.¶ Addit † hic Bal.ꝙ iſtæ interrogationes præpara-
toriæ iudiciorum fiūt implorato iudicis officio, etiam
ſine libello.allegat pulchram glo.in rub. ff. de interro-
3 ga.actio.¶ Nota, † quòd petenti terminum ad deliberā
dum,iudex debet ſtatuere terminum moderatum.¶ Sed
quæro quantum debet eſſe iſtud tempus. Bartol. in l.ſi
quis inſtituatur hæres in diem. ff. de hæred.inſt. dicit,
quòd iudex non debet dare minus tempus anno: vel cē
tum diebus, ſecundū ꝙ datur ad agnoſcendū bonorum
poſſeſſ.de iure ꝑtorio;quia liberis datur annus ad agno
ſcendū,cæteris verò dantur centū dies l. 1.§. largius. ff.
de ſucceſſ.edic.¶ Subiicit Bar.in loco allegato hoc eſſe
notandum. quia per hoc deſtruuntur mille proceſſus.
4 Vos autem concludite audacter, † quòd ſtatuitio talis
termini ſtat in arbitrio iudicis, & iſta eſt magis cōmunis
op.vt expreſsè refert Ale.de Imo.ſuo conſi. quarto.inci
pi. videretur inſpecto,circa finem tertiæ col.in ſecundo
vol. ſuorum conſil.& ita in quæſtione facti conſului.De
quo videte per Bal. in rub. ſupra de ſucceſſ. edi. & per
Bar.& Bal.in l.prima.ff.de iure delib.& in l.ſi diu.ff. qui-
bus ex cau.in poſſ.eat.& in l.ſi bona. ꞇ.de bon. auct.iud.
poſsiden.& in l.1.ff. de curato. bonis dando. ¶ Vltimò
5 addo vobis, † quòd curator datur aliquando bonis de-
functi,aliquando bonis abſentis, aliquando bonis eius.
de quo dubitatur an uiuat,an verò ſit mortuus.Et de his
omnibus pleniſsimè tractat Ang.ſuo conſ.211.inci.mor
tuo debitore,& in conſ.præcedenti tractat etiam de hoc
ipſe Angelus.in l.fi.ff.de naut.fœnore.

In l. Si te bonis.

S V M M AE.

1 *Debitores expulſorum de ciuitate ſi compulſi ſoluant cōmuni-
tati, uel fiſco id,quod debebatur ipſis expulſis, non dicuntur
excuſari.*

Si

SI te bonis. ¶Inopia defuncti, vel violentia illata hæredi non excusat eum ab oneribus hæreditariis. hoc dicit. ¶Nota summarium. & aduertite quia Bar. hic dicit, quòd ista. l. non haberet locum de iure canon. per text. in c. frequens §. extra de resti. spol. lib. 6. Vos autem melius dicite, quòd aut spoliatio fuit facta ab agente contra me, & tunc ego reus bene possum opponere exceptionem spoliationis contra agentem, quando illa spoliatio fuit facta ab ipso agente, & ita probatur in d. c. frequens. Secus si esset facta à tertio, & de hoc loquitur lex nostra. ¶ Addo vobis ad intellectum. d. c. frequens. quæ. d. Panor. declarat intellectum in c. accedens, il secondo. in fi. secundæ col. seu in 3. extra vt lite non contesta. & in c. item cum quis. extra de resti. spolia. Vltimò facit ista. l. secundùm Bal. ad quæ-
1 stio. expulsorum de ciuitate, † quia si eorũ debitores vel coloni sunt compulsi soluere cõmunitati, vel fisco id, quod debebatur ipsis expulsis, tales debitores non erũt
a excusati. De qua materia habetur plenè per Bar. in l. creditor in prin. ff. de solutio. Et per Bald. plenissimè in l. falsus. in fin. commenti. sup. de fur. & per Cyn. in l. 1. sup. quod metus causa. & per Ioan. de Imol. in l. liber homo. ff. de hæredi. instit. & per Canon. in c. significauit. extra de censi.

ADDITIO.

a ¶De materia. Vide Iacobi. in l. consensisse. in 1. col. ff. de iudi. & in l. falsus. sup. de furt. in vlt. col.

In l. Renitente.

REnitente. ¶Hęreditatem filio delatam solus pater repudiare non potest. ¶ De materia huius legis tangitur plenè in l. fina. inf. de bonis quæ lib. & in l. secunda. §. de repud. bon. posses. & d. l. prima. sup. qui admit.

In l. Puberem.

SVMMAE.

1 *Bonorum possessionem agnoscens de iure prætorio consequitur in effectu illud, quod consequitur ille, qui adit de iure ciuili.*
2 *Ius ciuile applicat hæredi iura directa, & ius prætorium iura utilia.*
3 *Dominium potest esse apud plures insolidum diuerso respectu.*
4 *Bonorum possessionem agnoscens potest postea adire de iure ciuili.*
5 *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*

1 PVberem. ¶† Agnoscens bonorũ possessionem de iure prætorio consequitur in effectu illud, quod consequitur ille, qui adit hæreditatem de iure ciuili. h. d. secundùm opin. glo. Vel sic secundùm Bar. Ille, qui agnoscit bonorum possessionem de iure prætorio, videtur adire de iure ciuili. Subdit tamen Bart. hoc procedere, nisi esset exclusus à remedio iuris ciuilis. h. d. ¶Videamus nunc quis intellectus sit verior de iure. Bal. hic contra intellectum gl. adducit duo mo-
2 tiua. † Primum est. Ius ciuile applicat hæredi iura directa. Ius verò prætorium applicat iura vtilia. Ista probantur in tex. & glo. in l. 1. & 2. ff. de bon. posses. titu. genera li. & ista iura non possunt simul concurrere. l. si hæres in stitutus. ff. ad Trebel. Sm̃ motiuũ est, quia si agnoscens bonorum possessionem de iure prætorio intelligeretur adire de iure ciuili, frustra haberet bonorum possessionem, cum ex duabus causis quis non possit effici dominus eiusdem rei. l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquir. possess. Et istam opin. amplexa fuit glo. in l. sed cum patrono. in §. quamuis. ff. de bon. possess. & ita etiam tenuerunt Old. Bald. Ang. & Salic. hic. & idem Bal. in l. 1. sup. qui admitti. & in rub. sup. de succes. edic. & hanc opi. etiam tenuit Ioan. Fab. in §. quos autem. Instit. de bono. posses. & pro hoc facit l. bonorum. sup. qui admitti. & Ioan. Fab. alleg. l. æquissimi. §. si duo. ff. de bono. posses. secundùm tab. qui tex. iudicio meo parum faciunt. Raph. Fulg. & Paul. de Cast. hic sequuntur intellectum Bar. superius relatũ. & ad motiua Bal. respondent, quòd in ipsum agnoscentem bonorum possessionem transeunt iura directa: quia vtilia non sunt necessaria, & erit valde vtile habere iura directa: quia ipsi agnoscenti dabitur directum interdictum bonorum, quod non daretur hæredi de iure ciuili: imò competet sibi vtile, vt notatur in rub. & in l. 1. ff. quorum bon. Nec est inconueniens, quòd quis efficiatur dominus ex diuersis causis diuerso iure. Simile vide-
3 mus, † quòd dominium potest esse apud plures insolidũ diuerso respectu, non autem eodem respectu, vt notatur in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. Vel aliter, verum est, quòd quis non potest effici dominus ex pluribus causis diuersis temporibus concurrentibus: secus si concurrant eodem tempore Ita vult glo. approbata per Bar. in d. l. 3. §. ex plurimis. Pro vtraque opi. facit tex. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff.
4 de acq. hære. ubi probatur, † quòd agnoscens bonorum posses. potest postea adire de iure ciuili. & ita ibi colligunt Dy. Cy. Bal. & Ang. ergo per solam agnitionem bonorum possessionis non censetur adiuisse. Sed posset responderi per not. per gl. ibi in verb. petitam, facit etiam ille tex. pro opin. Barto. inquantum ibi probatur, quòd si pater iubeat filio, vt agnoscat bonorum possess. poterit filius virtute illius mãdati adire hæreditatem de iure ciuili. Sed posset responderi, quòd hoc ideo est, quia tunc pinguius adimpletur mandatum patris. Ioan. de Imo. in d. §. sed quid si mandauit. sequitur opi. glo. nostræ. & distinguit hoc modo, quòd aut constat nobis de mente agno-
5 scentis, & tunc ab illa non est recedendum: † quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. nõ omnes. ff. si certum pet. Aut sumus in dubio, & tunc idẽ est: alioquin agnitio bonorum possessionis nihil operaretur. Et si dicas, imò operatur, quia valet vt aditio hæreditatis. ad hoc potest responderi, quòd non valet eo modo, quo voluit disponens, & nos debemus interpretari in dubio, quòd actus valeat eo modo, quo voluit disponens l. 1. §. eum qui. ff. de constituta pecunia. ¶ In tanta varietate non esset tutum recedere ab opi. huius glo. nam di-
a cit Bald. in l. hæreditas. sup. depo. quòd authoritas gl. a omnes alias authoritates antecellit. Et corroboratur opi. gl. quia iste elegit istam viam, ergo illa sibi pateat. l. si mulier. §. fin. ff. quod met. cau.

ADDITIO.

a ¶Authoritas glo. Vide quæ dixi supra super continuatione rub. de hæred. insti. nu. 3. in apostil.

In l. Suum hæredem.

SVMMAE.

1 *Suus potest adire de iure ciuili omisso Prætoris beneficio.*
2 *Renunciatio facta de uno iure non nocet in alio.*
Et quid si sit simpliciter facta. nu. 3.

1 SVum hæredem. ¶ † Omisso Prætoris beneficio suus potest adire de iure ciuili. h. d.¶Nota id, ad quod allegatur ista lex,
2 † quòd renunciatio facta de vno iure nõ nocet in alio. Et hoc facit ad quæstionem quotidianam, nunquid si quis renunciauerit appellationi, sit etiam exclusus à iure dicendi sententiam nullam, vt ecce: ego dico sententiam nullam, & si qua est: appelio, appellatio mea reperitur renunciata expresfè, vel tacitè: nunquid potero prosequi nullitatem sententiæ. Cõcludite, quòd aut est tacita renunciatio, puta, quia appellatio mea est deserta per lapsum fatalium: & tunc ego potero prosequi nullitatem. Aut est renunciatio expressa. & tunc secus. De qua materia videte per Bar. in l. si expressum. ff. de appella. per Bal. & Saly. in l. prima. inf. quando prou. non est necesse. per eundem Bal. in l. tale pactum. §. qui puocauit in sua repetitione. ff. de pac. & per eundẽ Bal. in l. qui testamento. ff. de excusat. tutorum. ¶ Et aduerti te quia Bar. in l. filio præterito. in penul. col. ff. de iniust. rup. irritoque fac. testam. limitat. l. nostram, vt procedat, quando non extabat aliquis successurus ex testamento: alioquin si extaret talis successurus ex testamento, puta, scriptus hæres in ipso testõ: tunc filius præteritus exclusus tacitè, vel expresfè à iure veniendi de iure prætorio, intelligeretur etiam exclusus à iure veniendi de iure ciuili, per l. si impubes. §. fi. ff. de Carbo. edicto. Sed Docto. communiter tenent contra Bar. & ad tex. in d. l. si impubes. §. fi. respondebitis, vt tractaui vobis in l. vnica. sup. quan. non pet. partes petẽ. accresc. ¶In gl. prima ibi, nisi habeat substitutum. ¶ Docto. communiter damnant hanc glo. & Bar. in l. nec is. in §. 1. ff. de acq. hæredi. seruatur tamen hæc glo. secundùm Bal. & cæteros in casu, scilicet quando quis repudiasset bonorum posses. adiecta causa: quia dicebat hæreditatem damnosam. Nam tunc illa ratio generalis habet regulare dictum. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. habetur per glo. in l. si is
3 qui animo. ff. de acqui. posses. † Sed quid erit, si renũciatio sit simpliciter facta, puta, quia dico. Ego renuncio tali hæreditati. Pet. & Cyn. hic determinant, ꝙ ego videor renunciasse beneficio tam iuris prætorij, quàm beneficio iuris ciuilis: adeo quòd ab vtroq; remedio ero exclusus, & hoc vult glo. valde notab. in l. 1. §. sed vidẽdũ. ff. de succes. edic. Sed Ang. limitat hanc decisionẽ procedere, quando ambo iura in idem tempus concurrũt: secus si successiuè, puta, institutus hæres in testamento repudiauit, vel filius repudiauit. Nam institutus intelligetur renunciasse ex testamento, & poterit postea venire ab intestato. & filius intelligetur renũciasse bonorũ posses. vnde liberi: vnde postea poterit venire per vnde legitimi. Sed hoc est contra gl. in d. §. sed videndum. Ideo non recedatis à priori sententia.

In l. Si sorori.

S V M M AE.

1 *Hæres consequitur dominium rerum hæreditariarum per solam aditionem hæreditatis.*
2 *Possessio defuncti non transit in hæredem, nisi apprehendatur, & num. 5.*
3 *Possessio defuncti quòd intelligatur continuata in hæredem, an possit induci per statutum, uel consuetudinem.*
4 *Dominium transit in legatarium sine traditione.*
6 *Fideicommissarius non est propriè hæres, sed quodammodo.*

SI sorori. ¶Per solam aditionem hæreditatis hæres efficitur dominus rerum hæreditariarũ, quas poterit postea vẽdicare à possessoribus. ¶Nota
1 id, ad quod allegatur, † quòd per solam aditionem hæreditatis hæres consequitur dominium rerum hæreditariarũ. Ita quòd poterit postea agere rei vẽdicatione contra detinentes illa bona. Possesio autem non transit in hæreditatẽ, nisi apprehendatur. l. cum heredes. in prin. ff. de acq. pos. & l. 1. §. Scęuola. ff. si quis testa.
2 lib. esse ius. fue. & hoc procedit ẽt in filio: † quia possessio defuncti non transit in filium, nisi apprehendatur, vt vult glo. notabilis in l. cum miles. in princi. ff. ex quib. causis maio. reprehensa glo. quæ tenuit contrarium, & malè in
3 l. in suis. ff. de libe. & posth. ¶† Sed an per statutum, vel cõsuetudinẽ possit induci, ut possessio defuncti intelligatur continuata in hæredem. Pau. de Cast. hic determinat quòd sic, & subijcit elegãter, quòd talis translatio possessionis erit iuris, & non facti: & ideo hæres bene poterit intentare possessorium adipiscendæ, poterit etiam petere se mitti in bonorum posses. defuncti beneficio. l. fi. inf. de edic. diui Adri. tol. ¶Mouetur Pau. argumento à simi
4 li. Nam nos habemus. † quòd in legatarium transit dominium sine traditione. l. à Titio. ff. de fur. hinc est, quòd potest agere rei vendicatione ad rem sibi legatam. l. 1. inf. comm. de lega. sed tamen potest agere actione personali ex testamẽto. §. sed nostra. Insti. de lega. quod ideo est: quia non habet verum dominium, sed fictum: alioquin non posset agere actione personali. §. sic itaque. Insti. de actio. Ita in proposito hæres, in quem intelligitur continuata, seu translata possessio virtute statuti, vel consuetudinis: licèt habeat possessionem iuris, quæ est ficta: non tamen habet veram possessionem. Ideo non impeditur intentare possessorium adipiscendæ, vel remedium. l. fi. inf. de edic. diui Adria. tol. Et D. Alex. hic ad pręmissa allegat Bal. in rubr. extra de causa posses. & proprie. & Bal. in rub. ext. de consuetudine. & Bal. in l. ea lege. in sexta col. supra de cond. ob cau. & Bal. in Auth. defuncto. infr. ad Tertul. & Bal. in c. item cum quis. extra de restitu. spoliat. ¶Addite ad dominum Alex. hic, quòd de isto puncto tractat Bald. in l. traditionibus. in fine commenti. supra de pactis. & idem Bal. in l. fi. supra de sacros. eccl. & eleganter tractat ẽt de isto passu. in l. 1. in fi. cõmenti. infr. de appella. & Ang. in l. licet. inf. de acqui. possessio. Idẽ Ange. in l. 1. ff. de distract. pigno. Idem Ang. in l. qui vniuersas. in §. 1. ff. de acqui. possessio. Bal. in c. 1. in titu. de controu. feu. inter masc. & fęmi. Ioan. Fab. in §. sui. Institu. de hære. qua. & diff. Et dicit Bal. notanter in rub. præal-
5 legata. exrra de causa posses. & proprie. in fi. † quòd tale statutum debet intelligi de iusto, & vero hærede. ¶Ex hoc infero vobis, quòd talis possessio non intelligeretur
6 translata de defuncto in fideicommissarium: † quia fideicommissarius non est propriè hæres, sed quodammodo. l. si filius. in §. primo. ff. quod cum eo. Nam dictio, quodammodo, est nota impropietatis. vt habẽt in l. si me in vacuam. ff. de acquiren. possessio. ¶ Aliam pulchram limitationem do vobis. Nam tale statutum debet intelligi, nisi tempore mortis defuncti possessio rerum hæreditariarum reperiretur apud tertium: nam tunc non fingeretur continuata in hæredem. Ita mirabiliter determinat Rapha. Cuma. in l. Pomponius. in §. quæsitum. & per illum text. ff. de acquir. posses. quod perpetuò notetis. Addo etiam vobis, quòd possessio, quæ fingitur trãslata virtute statuti, vel consuetudinis, est artificialis, & ciuilissima, vt vult Bal. in præallegata rub. de cau. possess. adeo quòd non posset hæres intentare possessorium recuperandæ respectu possessionis, quæ reperitur apud tertium: quia cum ipse hæres, nunquam verè possederit sed fictè, non potest allegare se spoliatum, nec intentare posses-

possessorium recuperandæ, vt vult Bal.in d. Authen.defuncto.& opi.ista, quòd per statutum, vel cōsuetudinem possit fingi continuari possessionem in hæredem, est communis, licèt Bal.in l.1.in prin.commenti.inf.comm. de lega.dicat contrarium. Hanc communem opinio. refert Alex.de Imo.suo cons.24.incip.Domini redemptoris inuocato suffragio.attētis his in 5.vol.suorū cons. & in consi.40.in eodem tertio volu De hoc etiam tangit in suo consil. 37. in 1. volumi. & per eundem in l.cum hæredes.in prin.ff.de acqui.posses.

In l.Nec emere.

SVMMAE.

1 *Vendere rem suam quando quis compellatur.*
2 *Aditio hæreditatis facta per metum an sit nulla.*
3 *Excommunicatus an possit absolui ab excommunicatione etiam inuitus.*

a
1 NEc emere.¶ Seipsam summat a. † Limitabitis hanc legem hoc modo: quia si sint duo domini eiusdem castri habētes merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, & vnus ex eis solus habet executionem in criminalibus, & non habet locum habilem ad faciendum suspendi, vel decapitari homines: socius suus compelletur sibi vendere aliquem locum habilem pro erigendo furcas, vt fiant executiones. Istud est aureum dictum Ioan.And.in additionibus ad Spec.in tit.de executione senten.& ita expresè volunt Ange.& Imo.in l.Pomponius scribit si vni.ff.de re iudic. De hac materia an quis cōpellatur vendere, habetur in l.1.sup.de episc.audien. & in l.1.§.cura carnis.ff.de off.præfecti vrbis. & in l. fin. inf.de fideicommis.libert.& in l.1.inf.de communi seruo manumisso. & per Canon.in c.1. extra de emptio. & in l.venditor.§.si constat. ff. comm. præd. ¶Et quia ista
2 lex dicit, quod nemo cogitur adire.† dubitatur, an aditio hæreditatis facta per metum sit nulla. videte in l. qui in aliena.in §.si.ff.de acqui.hæred.¶Quærit Paul. de Castr. quid si aliquis sit institutus hæres contemplatione mea, an possim eum cogere adire, & mihi restituere. De hoc habetis tex.notabilem in l. quidam cum filium. ff.de hæ
3 red.instituendis.¶Quæro circa. l. nostram.† an excommunicatus possit inuitus absolui ab excōmunicatione. ¶Glo. notabilis determinat quòd non. sed est necesse, quòd petat absolutionem. Ista est glo.in c.significasti.extra de eo, qui duxit in matri.eam, quam pol.per adulte. Quod limitetis, nisi pp excommunicationem efficiatur dietim deterior: quia tunc posset inuitus absolui. Ita dicit Io.And.ex mente sancti Thomæ.de Aqui.in c.1. ext. de sententia excommunicatio.lib. 6. Videte de hoc dominum Panor.in c. ab excommunicato, in vlti. col. extra de rescrip.

ADDITIO.

a ¶Seipsam summat. Adde, quòd Bal.in l.non videtur.supra de in integ.resti.dicit, quòd lex, quæ ponit regulam seipsam summat.

In l.Cretionum.

SVMMAE.

1 *Hæreditas quolibet die potest adiri.*
2 *Laudum seu arbitramentum latum die feriata ualet.*
3 *Testator potest præfigere certum terminum hæredi instituto, infra quod debet adire hæreditatem vltra quem terminum non audiatur.*

1 CRetionum.¶ † Quolibet die potest hæreditas adiri.h.d.Et per istam l.dicit Bal. quod consuetudo potest inducere ferias in laudis, seu ar
2 bitramentis arbitratorum.† Et cessante cōsuetudine, vel statuto, valeret laudum, seu arbitramentū latum etiam in die feriata in honorem Dei.l.dies festos. & ibi Bal.sup.de fer.& per eundem in l. fin.sup.de contrah.empt.Notatur in l.si de meis. in §.fin.ff.de arbit.Et per Canonist.in c.quintauallis.ext.de iureiur.& per Panor.& alios in c.fi.ext.de fer.¶In glo. vnica. ibi, secun
3 dùm Azo.Ista bona.In fine glo. colligitis ex glo. † quòd testator potest hæredi instituto præfigere certum terminum, infra quem debeat adire hæreditatem, vltra quem terminum non audiatur. De quo per Angel.in l. si quis ita hæres scriptus fuerit. ff. de hæred.instit.¶Non obst.si arguatur de l.nemo potest.in fine. ff de leg.1.quia ibi loquitur quantùm ad exclusionem iuris iam quæsiti: nos autem loquimur de impediendo ius acquirendi, quod facilius fieri potest.l.fin. inf.de acq.pos. iuncta l.seruus. supra de pactis.

In l.Si infanti.

SVMMAE.

1 *Hæreditatem filio infanti delatam ascendentes per lineam masculinam possunt adire nomine infantis.*
2 *Infans quis dicatur.*
3 *Aetates hominum quot sint.*
4 *Pater solus nomine infantis potest adire hæreditatem ipsi infanti delatam.*
5 *Hæreditas ascendentis delata descendenti non transmittitur regulariter ad ascendentem ante aditionem.*
6 *Hæreditas infanti delata, licèt non adita, transmittitur ad ascendentem per lineam masculinam quasi adita.*
7 *Pater habet legitimam administrationem pro filio infante emancipato in casu.*
8 *Iudex potest supplere defectum tutoris in adeunda hæreditate de iure ciuili per pupillum.*
9 *Pater an possit solus capere hæreditatem maternam, quæ fuit delata infanti nunc mortuo.*
10 *Statuto cauetur, quòd agnati succedant defuncto prout reperientur proximiores. quidam decessit sine liberis superstite fratre, & nepotibus ex alio fratre præmortuo: an illi nepotes admittentur simul cum patruo ad successionem defuncti.*
11 *Pater potest adire hæreditatem filio suo furioso delatam nomine ipsius fily furiosi.*
12 *Filius furiosus si moriatur ante aditam hæreditatem, an trāsmittet eam ad patrem.*
13 *Minor, cui erat delata hæreditas, decessit ipsa hæreditate nō adita, an hæres ipsius minoris possit petere restitutionem in integ.ex persona ipsius minoris.*
14 *Hæreditatem non potest adire constitutus in articulo mortis.*
15 *Restitutio in integ. non conceditur aduersus id, super quo est inducta præsumptio iuris, & de iure.*

SI infanti.¶Bar. dicit, quòd ista est nota. & singularis lex. Diuidit in partes quattuor. In prima loquitur de hæreditate delata infanti in patria potestate cōstituto. In secunda loquitur de hæreditate delata infanti sui iuris, mortuo patre. In tertia loquitur de hæreditate delata infanti sui iuris, patre viuente. In quarta loquitur quid in maiore infante. ¶Secunda pars est ibi, parente verò. Tertia ibi, ea verò. Quar
1 ta ibi. sin autem septem.¶† Hæreditatem filio infanti delatam ascendens per lineam masculinā adire potest nomine infantis, & ipso infante defuncto ante aditam hæreditatem

reditatem aſcendens priuilegio ſpeciali habet ipſam hę
reditatem. Si verò ipſe infans habeat tutorem, & tutor
nō adeat hæreditatē noīe infantis: ꝓinde erit, ac ſi hære
ditas nunq̃ fuiſſet delata ipſi infanti. Si verò ſit maior ī-
fante; poterit cum authoritate patris, vel tutoris adire;
& ſi non habeat patrem; neque tutorē: iudex ſupplebit
2 defectum. Hoc dicit. ¶Nota primò ex iſto text. † quis
dicatur infans. Nam dicitur ille, qui eſt minor ſeptem
annis. Grammatici dicunt; ꝙ eſt ille, qui adhuc fari non
3 poteſt. † & iſta eſt prima ætas noſtra. Secunda ætas eſt
pueritia, quæ durat vſque ad decimumquartum annum,
vt habetur in l. pueri. cum ſua glo. ff. de ver. ſigni. Tertia
ætas noſtra eſt adoleſcētia, quę durat vſque ad 25. annū,
Alia ætas eſt iuuentus, quæ durat vſque ad quinquageſi
a mum annum. Alia ætas • dicitur ſenectus, ſeu ſenium, de
hoc habetis vnam bonam gl. in procemio ſex. Decreta-
lium. in verbo, perfectus. & tex. cum glo. in l. hæredita-
tum. ff. ad leg. Falc. Notatur per gl. & Bal. in l. fin. inf. de
infantibus expo. & per Bal. in repetitione. c. ſi pater. ext.
4 de teſtam. lib. 6. ¶No. ſecundò † quòd ſolus pater nomi
ne infantis poteſt adire hæreditatem ipſi infanti delatā.
Et ante hanc. l. non erat hoc bene expreſſum, licèt eſſet
expreſſum in bonorum poſſeſſ. l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. in-
5 fanti, & furioſo delata. ¶Nota tertiò ex hac litera, † quòd
hæreditas aſcendentis delata deſcendenti non tranſmit
titur regulariter ad aſcendentem ante aditionem, quia
ſpeciale eſt in caſu huius. l. vt infans hæreditatem aſcen
dentis ſibi delatam, & non aditam tranſmittat ad aſcen-
dentem per lineam maſculinam, ſed an ſicut hæreditas
infanti delata, & non adita tranſmittitur ad patrem, ita
etiam tranſmittatur ad matrem. Cy. hic dubitat. Ray. de
Forliuio hic expreſsè determinat ꝙ non, & ſtatim vide-
6 bitis rationem. ¶Nota vlterius, † quòd iſta hęreditas in-
fanti delata licèt non adita, tranſmittitur ad aſcenden-
tem per lineam maſculinam, quaſi adita. Hinc reſultat
magnus effectus in practica, quia in caſu huius. l. ſufficit,
quòd pater adeat hæreditatem ipſius infantis, non autē
habebit neceſſe adire aliam hæreditatem ipſi infanti
delatam, & hoc eſt, quod etiam vult iſta litera, dum
dicit. quaſi adita. Secus tamen eſſet in hęreditate de-
lata maiori infante: quia illa tranſmitteretur adeunda
vel repudianda per illum, ad quem fieret tranſmiſsio,
text. eſt notabilis in l. ſi quis filium. in §. primo. ff. de
7 acquiren. hæredi. ¶Nota ex verſic. ea verò, † caſum ſin-
gularem, ſecundùm Bar. in quo pater pro filio infantę
emancipato habet legitimam adminiſtrationem: quia
nomine ipſius infantis emancipati poteſt adire hæredi-
tatem ipſi infanti emancipato delatam. Et tamen regu-
lariter pater non eſt legitimus adminiſtrator filij, quan-
do ipſi patri non acquiritur vſusfructus. Iſta eſt bona
glo. in Auth. excipitur, inf. de bonis quæ liberis. Vltimò
habetis notare, quòd ſicut iudex poteſt ſupplere defe-
ctum tutoris in agnoſcenda bonorum poſſeſsione pu-
8 pillo delata, vt vidiſtis in l. bonorum. ſup. qui admi. † Ita
poteſt ſupplere defectum tutoris in adeunda hæredita
te de iure ciuili per pupillum, tex. eſt hic valde notabi-
lis. ¶Aduertite tamen in practica, quia quādo iudex ſup
plet defectum tutoris, debet dicere hoc modo: Nos talis
iudex ſcientes talem pupillum carere tutore, & talē hæ
reditatem eſſe ipſi pupillo delatam, ſupplentes defectū
ipſius tutoris, interponimus noſtram authoritatem, & de
cretum in aditione facta per ipſum pupillum. ¶In glo.
ſuper verbo, quæſita, ibi, cum hæres videatur filio.
Hæc eſt vera opinio, vt notatur in l. ventre ff. de acqui.
hære. hinc reſultat magnus effectus, ꝙ pater adibit hære-
ditatem filij infantis mortui, non autem habebit neceſſe
adire hæreditatem ipſi filio infanti delatam. ¶Sed hic
9 cadit celeberrima dubitatio. † Nunquid, mortuo infan-
te, cui erat delata hæreditas materna, vel alicuius ex li-
nea materna, illam hęreditatem pater capiet ſolus, an ve
rò illa hæreditas infanti delata erit diuidenda inter
patrem, & matrem, ac fratres ipſius infantis defuncti, iu-
xta Auth. defuncto. inf. ad Tertul. Bar. hic non determi-
nat; ſed relinquit cogitandum. Sed idem Bar. in l. venter
ff. de acquiren. hæred. determinat, quòd diuidetur inter
patrem, & fratres ipſius infantis defuncti. & hāc opinio.
tenet hic Bal. quia hodie eſt ſublata differentia agnatio-
nis, & cognationis. §. nulla. in Auth. de hær. quæ ab inte-
ſta. Io. de Imo. in dicta. l. uentre. ſequitur opi. Bar. Contra
riam opinionem, quæ vult, quòd ſolus pater capiet illā
hæreditatem filio infanti delatam, neque concurrent cū
eo mater, neq; fratres ipſius infantis defuncti, tenuit Ni-
colaus Matar. vt refert Bald. pro qua opinio. adducitur
tex. in hac l. in ver. ea verò, quia in caſu illius verſi. cum
infans eſſet emancipatus, habebat hæredem (etiam ſecū
dùm iſta iura) & tamen in illo verſ. ea verò. dicitur ſolū
patrem admittendum eſſe. ¶Et hanc opinio. fortificat.
hic Ang. quia iſtud priuilegium, quòd hæreditas delata
infanti habeatur pro adita, eſt inductum in fauorem pa-
tris, & in eius priuilegium: ergo non debet extendi ad
alias perſonas. l. prima. ff. de conſt. princip. & l. ſi verò. §.
de viro. ff. ſol. matrim. ¶Item iſta fictio, quòd habeatur
hæreditas pro adita, eſt inducta in priuilegium patris,
ergo non debet extendi ad alias perſonas. l. prima. ff. de
iure immun. Hanc ſententiam corroborat Salice. quia
tex. iſte dicit, quòd hæreditas infanti delata, tranſmitti-
tur, quaſi adita ad patrem ſpeciali fauore ipſius patris,
ergo non debemus facere extenſionem ad alias perſo-
nas. Raphael Fulg. dicit rem eſſe dubiam, & nihil eligit.
Paul. de Caſt. hic expreſsè determinat contra Bart. & di-
cit ſe conſuluiſſe ſuper iſto puncto. Mouetur, quia iſta
lex fuit Theodoſii Imperatoris, & tamē tempore Theo
doſij filius habebat hæredem. allegat. l. final. infra ad
Trebell. & l. fina. inf. comm. de ſucceſſ. Sed certè illæ fue
runt leges Iuſtiniani, qui fuit poſt Theodoſium, & lex
ſecun. inf. de bonis, quæ lib. fuit Leonis Imperatoris, qui
fuit poſt Iuſtinianum. ¶Infert tamen Pau. de Caſt. quòd
ſi infans, cui eſt delata hr̄ditas, moriaẗ ſuperſtite matre,
ſuccedat inſolidū in oībus bonis ipſius infantis: tñ hr̄di-
tas infanti delata trāſmittetur ſolùm ad auū paternū, q̃ il
latio non placet Alex. de Imo. Moueẗ, quia ſequeretur,
quòd ſi ego ſum emancipatus à patre meo, & habeam fi-
lium infantem, cui pupillarem dedi ſubſtitutum, & ipſi in
fanti eſſet delata aliqua hæreditas iure cognationis, &
moriatur in ætate infantili. quòd ſubſtitutus pupillaris
deberet habere bona ipſius infantis ex teſtamento, &
quòd alia hæreditas, quæ erat delata ipſi infanti, debe-
ret tranſmitti ad auum paternum, & ſic ab inteſtato: vnde
diceretur ipſe infans pro parte teſtatus, & pro parte inte
ſtatus, contra l. ius noſtrum. ff. de regul. iuris. Et tandem
ipſe Alex. adhæret opin. Nicolai Matar. & ſequacium, &
ad Authen. defuncto. ĩ. ad Tertull. ipſe reſpondet, ꝙ lo-
quitur in ſucceſsione, quæ defertur de iure communi.
Nos autem loquimur in ſucceſsione, quæ defertur iure
ſingulari. ¶Addite vos, quòd iſtam opin. quę vult, quòd
hæc lex ponat caſum ſpecialem in patre, vt hæreditas in
fanti delata, & non adita tranſmittatur ad ipſum patrem
ſpeciali priuilegio, & iure paterno, ita quòd non idē de
beamus dicere in matre, tenuit ſubtiliſsimus doctor D.
Raph. Cuma. ſuo conſi. centeſimo decimo. incip. Lucre-
tia, & in conſi. centeſimo vigeſimonono incip. Nobilis
D. Sarra. ¶Addo vobis quæſt. quæ facit ad propoſitum.
10 † Statuto cauetur, ꝙ agnati ſuccedant defuncto, prout
reperientur proximiores. Quidam deceſsit ſine liberis
(ſuperſtite fratre & nepotibus ex alio fratre p̄mortuo)
nunquid illi nepotes admittentur ſimul cum patruo ad
ſucceſsionem defuncti: videtur prima facie dicendum ꝙ
non, quia frater defuncti eſt proximior, quàm ſint nepo
tes

tes ex alio fratre, ergo virtute statuti videtur præferendus frater. Contrarium consuluit Alex. de Imo. in suo consil. 137. incipien. Redemptoris nostro inuocato suffragio, præclarè. in primo volu. suorum consil. & inter cætera adducit ad hoc gloss. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. secun. ¶In eadem glo. ibi, licèt secus in furioso. Rationem diuersitatis inter infantem & furio
11 sum, videte hic per Bar. Subijcit ipse Bart. † quòd pater hæreditatē filio suo furioso delatam, poterit adire nomi
b ne ipsius filii furiosi, & p talē aditionem perfectè acqui ret ipsam hæreditatem ipsi furioso. quod no. Est bene ve
12 rum, † quòd si ipse filius furiosus moriatur ante aditam ipsam hæreditatem, non trasmittet eam ad patrem. Et in hoc est differētia inter infantē & furiosum: qa hęreditas delata infanti (licet nō fuerit adita) tamen transmittitur quasi adita ad patrem, vt in l. nostra. sed sic nō esset in hęreditate filio furioso delata: quia si non fuisset adita nō transmitteretur ad patrem, secundùm Bar. cum quo transit hic Rapha. Ful. ¶In glo. super ver. omnes hęreditates, in fi. Vult ista glo. quòd suus hæreditatem paternam nō agnitam nō transmittat ad quoscunque hæredes, sed solùm ad posteros. Vos dicite, quòd communis opi. est in cōtrariū, vt retuli vobis in l. si fratris. §. eo. Huic cōi opi. nō ob. l. defunctis. inf. de leg. hære. Sed respondebitis, q ille tex. loquitur in suo abstinente ab hæreditate paterna. Non ob. etiam l. vnica. §. in nouissimo. inf. de cad. tol. quia loquitur in hæreditate paterna. Non ob. etiam l. cū antiquioribus. inf. eo. dum tex. ibi dicit, etiam in suam posteritatem, quia respondeatis, ut ibi respondet Bart. in 2. solu. Reliquæ glo. huius l. nihil habent. ¶Extra gloss.
13 quæro de quæstione quotidiana. †Minor, cui erat delata hæreditas decessit ipsa hæreditate non adita: vtrùm hæres ipsius minoris ex persona ipsius minoris possit petere restitutionem in integ. vt restituatur ad adeundum illam hæreditatem, quæ erat delata minori. Bart hic determinat quòd sic. Et hanc opin. secuti fuerunt Imo. & Pau. de Cast. in l. Pantonius. & per illū tex. ff. de acq. hęr. Sed Fran. Tig. Iac. de Beluis. & Bal. hic sunt in opi. contraria. Mouentur per istum text. ibi, ac si minimè ei hæreditas delata fuisset, quæ verba important præsumptionem iuris & de iure, vt perinde sit, ac si hæreditas omnino non fuisset delata ipsi minori. Et hanc eandem opi. tenuerunt Ang. hic, & Sal. idē Ang. in d. l. Pantonius. & idē Sal. in l. 1. §. de resti. mi. Pau. de Cast. hic in lectura Paduana, sequitur opi. Bar. & audet dicere eā esse cōmunē. Subdit, q ista opi. seruatur Bononiæ, & Florentiæ. Sed idem Paul. de Castr. hic in aliena lectura fortiter insurgit contra Bar. arguendo hoc modo. Ista læsio surgens ex eo, quòd minor non adiuit hæreditatem, causatur in vltimo vitæ spiritu ipsius minoris, quia tunc excluditur ab adeun
14 do. † nam ille, qui est constitutus in articulo mortis, non potest adire hæreditatem. Ista est gloss. ordi. in l. fi. ff. quan. dies leg. ce. pro qua est opti. tex. in l. ab omnibus. §. cum quidam. ff. de leg. 1. cum ergo ista læsio causetur in vltimo vitæ spiritu, per consequens incipit tunc competere restitutio ipsi minori: ergo videtur, q de rigore iuris debeat transmitti ad hæredem minoris. l. non solū. de in integ. rest. tit. gener. & tamē tex. in d. l. Pātonius. dicit, quòd non transmittitur de rigore, sed de æquitate, & cum hanc æquitatem non habeamus scriptam in minore; quia illa. l. Pantonius. loquitur de absentibus: certè debemus tenere, quòd hæres minoris non possit petere restitutionem in integrum. Sed si vultis sustinere opin. Bar. potestis argumento Pau. de Cast. respondere, & dicere, quòd non sufficit, quòd læsio sit causata in vita minoris, sed est necesse, quòd concurrat aliud. s. quòd ipsa restitutio possit concedi in vita ipsius minoris: nam si ista duo concurrerent, bene transmitteret restitutionem ad hæredem de rigore iuris. d. l. non solum. sed cum in vltimo vitæ spiritu causetur in proposito nostro, nec tunc possit actualiter concedi restitutio minori, est necesse dicere, quòd ista restitutio detur hæredi minoris de æquitate: & si dicimus de æquitate competit ratione absentiæ, nedum quando est absentia causa rei publicæ: sed etiam quando causa mercaturæ, vel ratione alterius absentiæ, in qua culpa non interuenerit, vt vult expressè Bar. in d. l. Pātonius. certè idem debemus dicere in minoribus, vt saltem de æquitate transmittant beneficium restitutionis ad hæredes: quia non debent esse deterioris conditionis minores, quàm absentes, per no. per glo. & Bal. in l. in contractibus. in princ. sup. de nō nu. pec. Alex. de Imo. hic terna vice attestatur opi. Bar. hic esse communem. Addite vos, quòd Bal. suo consil. 262. incip. punctus causæ talis est. Petrus Thasianus. in 2. vol. suorum cons. attestatur communem opin. esse contra Bar. & tandem pro concordia distinguit hoc modo. Aut minor fuit impeditus adire aliquo casu fortuito, puta maris tempestate: & tunc eius hæres potest petere restitutionem in integ. vt adeat hæreditatem, quę erat delata minori; nec fuerat adita per minorē. l. qui duos. ff. de re. dub. Aut fuit impeditus adire culpa tutoris, & tunc idem est, quod in casu præcedenti. quia aliquid dicitur esse gestum cum minore, attento quòd tutor commisit culpam in minorem. l. ait Prætor. ff. de mino. ¶ Et his duobus casibus posset procedere opi. Bar. Aut ipse infans decessit naturali casu, & tunc hæres eius non poterit petere restitutionem in integ. vt videtur probare ista litera ibi, ac si minimè ex hæreditate delata fuisset. Si tamen placet tenere opi. Bar. quam tenuit Bald. in l. vnica. §. in nouissimo. inf. de cad. tol. qui uariauit in isto puncto potestis respondere ad istum tex. & dicere,
15 † quòd restitutio in integrum bene conceditur etiam cōtra id, super quo est inducta pręsumptio iuris & de iure. Ita expressè uult Bar. in l. inter stipulantem. in §. 1. ff. de ver. obli. & probatur. in l. si mater. in prin. ff. de excep. rei iudi. iudicio meo opi. Bar. est humanior, & in iudicijs non esset tutum ab ea recedere.

ADDITIONES.

a ¶Alia ætas. Adde, quòd ætas in multis consideratur. vide per Ioan. de Tur. Cre. in c. tanta. nu. 1. dist. 86.
b ¶Filij furiosi. Adde, quòd furiosis omnino vsu rationis carentibus non imputantur quæ faciunt. Ioan. de Turre Cre. in c. aliquos. nu. 1. 15. q. 1.

In l. Cum antiquioribus.

SVMMAE.

1 *Filius in potestate, qui mortuo patre dicatur suus, hæreditatē paternam etiam non agnitam transmittit uirtute suitatis ad quoscunque hæredes suos.*
2 *Filiusfamilias ante hanc legem habebat beneficiū abstinēdi.*
3 *Filius si moriatur intra annum deliberatorium non transmittit hæreditatem paternam non agnitam uirtute suitatis ad eius hæredes.*
4 *Tabulæ pupillares confirmantur uirtute suitatis.*
5 *Suitatis existentia non requirit, q filius sciat mortem patris.*
6 *Hæreditas non potest dici adita nihil gerendo.*
7 *Sui ex potentia suitatis hæreditatem paternam, etiam non agnitam, transmittunt ad quoscunque hæredes.*
8 *Pater non est hæres filij in castrensibus, & in quibus uideatur esse hæres.*
9 *Quarta, quæ debetur filio arrogato in bonis fratris arrogatoris, censetur quasi æs alienum.*
10 *Statuto cauetur, quòd muliere præmoriente, maritus lucretur dimidiam dotis. si moriatur maritus, an transmittet tale lucrum ad hæredes suos.*

Hæreditas

11 Hæreditas si sit delata infanti, uel pupillo, & tutor sciuerit talem hæreditatem fuisse delatam minori, an ipse minor moriens transmittet ius deliberandi ad suos hæredes.
Et quid si tutor decedat, & postea moriatur impubes ignorãs hæreditatem sibi delatam, an transmittet ius deliberandi. nume. 13.
12 Scientia solius tutoris sufficit, ut ius deliberandi transmittatur, licèt non confecerit inuentarium, uel non satisdederit.
14 Dispositio huius legis an habeat locum in successionibus de iure prætorio.
15 Dispositio non habet locum, quando uerba dispositionis non cõueniunt.
16 Primogenitura quid sit.
17 Primogenituræ ius an habeat locum in Regnis, Ducatibus, & Marchionatibus.
18 Consuetudo, quòd primogenitus succedat insolidum etiam in bonis allodialibus, an ualeat.
19 Filia primogenita an succedat in iure primogenituræ deficientibus masculis.
20 Pater an possit priuare filium iure primogenituræ.
21 Primogenitus an possit renunciare iuri primogenituræ in fauorem secundogeniti.
22 Pater an possit facere diuisionem inter liberos.
Et an possit in testamento assignare primogenito totum feudum, & bona allodialia assignare alijs liberis. nu. 23.
24 Primogenitus succedens in Regno Ducatu, uel Marchionatu tenetur prouidere fratribus suis de necessarijs.
25 Primogenitus an possit priuari iure primogenituræ propter inobedientiam.
26 Filius priuatus Regno, uel Ducatu propter inobedientiam, an possit saltem retinere.

CVm antiquioribus. ¶Sciẽs hæreditatem sibi esse delatam, si moritur intra annum transmittit ius deliberandi & adeundi ad hęredes infra residuum temporis, & si hæredes eius infra residuum non adierint, erunt
1 penitus exclusi. h. d. ista sing. l. ¶No. 1. ex isto tex. † quòd
filiusfamilias (etiam ante hanc legem) trãsmittebat hęreditatem paternam ad posteritatem suam. sed vt dixi vobis in l. præced. & pleniùs in l. si fratris. sup. eo. filius in potestate, qui mortuo patre dicitur suus, hæreditatem paternam (licèt etiam non agnitam) transmittit virtute suitatis ad quoscunque hæredes suos etiam extraneos. & ista est communis opinio, quam audacter teneatis. ¶Sed dicet aliquis, si suus virtute suitatis transmittit hæreditatem paternam (etiam non agnitam) ad quoscunq;: quid prodest nobis ista l. quæ dicit, ꝙ transmittit ius deliberandi? Respondete, ꝙ resultat magna vtilitas, quia ille, qui allegat ad se transmissam hæreditatem paternam per suum virtute suitatis, est necesse, ꝙ probet in processu, ꝙ transmittens tempore mortis patris erat in potestate patria: sed quando ipse diceret ad se transmissum ius deliberandi, tunc haberet necesse probare solùm, quòd transmittens erat institutus, & ꝙ sciebat hæreditatem sibi delatam, & quòd ipse institutus decessit intra annum.
2 & ideo estote aduisati in practica. ¶No. vlteriùs, † quòd
filiusfamilias etiam ante hãc legem ex legibus Iulij Pauli habebat beneficium abstinendi. Et cum ius ciuile dederit facultatem ipsi filio abstinendi intra istum annum. infert hic sing. Ang. quòd si suus moriatur intra annum istum, de quo loquitur ista l. non confirmabuntur tabulæ pupillares virtute suitatis, sicut non confirmantur, quando filius est effectus voluntarius. l. apud Iulianum.
3 §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. ¶Infert etiam, † quòd si fi-
lius moriatur intra istum annum deliberatorium: non transmittet hæreditatem paternam non agnitam virtute suitatis ad eius hæredes. Mouetur, quia non minus debet operari ista deliberatio legalis, quàm iudicialis deliberatio: sed si iudex statuisset terminum ad adeundum, & ille, cui fuit statutus terminus, decessisset intra illud tempus à iudice statutum, & eius hæres non adiuisset infra residuũ temporis, esset perpetuò exclusus. & ita vult expressè Bar. in l. ex militari. §. fi. ff. de test. mili. Sed idẽ Ang. in repetitione l. qui se patris. supra vnde lib. & in l. si quis suus. ff. eo. de iu. delib. tenet contrarium dicens, quòd intra istum annum non cessat suitas. Ex quo infer-
4 tur, † quòd tabulæ pupillares confirmabuntur uirtute
suitatis. l. si filius qui patri. ff. de vul. & pup. Nam iste annus non incipit currere, nisi à die scientiæ, & posset contingere, ꝙ filius, qui est suus, statim mortuo patre ignorauit mortem paternam: & tamen ex dispositione legali statim mortuo patre efficitur suus. l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. caus. te. & sic suitas operabitur confirmationem tabularum pupillarium, si filius moriatur
5 in ætate pupillari. † Nam existentia suitatis non requirit
quòd filius sciat mortem patris. l. apud hostes. inf. de suis & leg. Non ob. quod no. Bar. in d. l. ex militari. §. fi. quia loquitur in termino à iudice statuto ad adeundum vel repudiandum, quo casu (elapso tali termino) habetur ꝓ adeunte, vel repudiante. iuxt. l. quandiu. la 2. ff. de acqui. hære. Nos verò loquimur in anno deliberatorio à l. da-
6 to. ¶ Vltimò Bal. hic colligit ex ista. l. † quòd nihil gerẽ-
do non potest dici, quòd hæreditas sit adita. & hoc facit ad pulchram. q. Pater intra annum non restituit dotem vxori suæ præmortuæ, cuius hæreditas erat delata filio infanti: nunquid ex hoc videatur adiuisse hæreditatem nomine infantis. determinat ipse quòd non, adeo quòd si moriatur filius postea vltra infantiam, non transmittet illam hæreditatem ad patrem, neque etiam ad alios eius hæredes. ¶ Sed aduertite, quia Bar. expressè tenet contrariam opi. in l. gerit. ff. de acqui. hære. & in quadam sua disputatione inci. debitor in diem. per quatuor motiua, quæ ibi ipse adducit. Sed Bal. hic (vt iam dixi) tenet contra Bar. & etiam Saly. in l. si filius. sup. de peti. hære. & Ange. suo consi. 323. inci. in Dei nomine. cõsultatio ista in duo membra. Sed Io. de Imo. & Paul. de Cast. in d. l. gerit transeunt cum opi. Bar. & ab ista sentẽtia non esset tutum recedere. ¶In glo. super ver. præci-
7 pua. in fi. Concludite audacter, † quòd sui ex potentia
suitatis hæreditatem paternam etiam non agnitam trãsmittunt ad quoscunque hæredes. & ista est communis opi. vt retuli vobis in l. 3. sup. eo. ¶In glo. super ver. meruerit. in fi. Veritas est, quòd etiam ista l. habet locum in termino dato à iudice. & hoc satis probatur in isto tex. in varijs locis. ¶In glo. super ver. fuisse. ibi, iure peculii.
8 Istud exemplum Doct. reprehendunt. † quia pater non
videtur esse hæres filii in castrensibus, licèt videatur esse hæres illis, quibus filius fuit hæres. tex. habetis in l. 1. ff. de castren. pecu. ¶In ead. gloss. ibi, filio arrogato defertur. Doct. etiam damnant istud secudùm exemplũ.
9 † quia ista quarta, quæ debetur filio arrogato in bonis
patris arrogatoris censetur quasi æs alienum. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inof. te. Et bene transmittitur ad hęredes ipsius arrogati. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla.
10 bono. ¶Et ex hoc loco infertur nota. † ꝙ si statuto caue-
tur, quòd muliere præmoriente maritus lucretur dimidiam dotis, certè si moriatur maritus transmittet tale lucrum ad hæredes suos, quantuncunque in vita sua illud nõ agnouerit. & ita expressè volunt Cy. & Bar. hic in sua repe. & Bal. in d. l. si arrogator. ff. de adop. & idẽ Bal. in l. generaliter. §. in his. sup. de secun. nup. Quod est perpetuò no. ¶In glo. super ver. hæreditates. Ista gloss. tractat, an hæreditas non adita transmittatur, de quo tractaui vobis in l. 3. sup. eod. & habetur plenè per Salic. in l. apud hostes. inf. de suis & legit. Nota. etiam in l. vnica. inf. de his qui ante aper. tab. ¶In glo. in ver. seruabitur, in

In fi.Teneatis sol.quæ uult, ꝙ l.contraria intelligatur de tempore,quod datur ad exercitium causæ appellatiōis. Nos verò loquimur de tempore dato ad deliberādum. ¶Extra gl.quæro.Ista lex nostra dicit, quòd ad hoc, ut transmittatur ius deliberandi,est necesse, ꝙ hæres sciat
11 hæreditatem defuncti fuisse sibi delatam.Sed†quid si hæreditas sit delata infanti,uel pupillo, & tutor sciuerit talem hæreditatem fuisse delatam minori, an ipse minor moriens trāsmittet ius deliberandi ad hęredes suos.Bar. hic,& in l.qui duos.ff.de reb.dub.determinat, quòd sic: quia scientia tutoris censetur scientia pupilli.l.3.§.fin.ff. de trib.Sed Bal.in l.præced.determinat contra Bar. mouetur,quia hæc lex requirit scientiam,& in infante nō est dare scientiam.l.1.ꝟ.de falsa mone.Pręterea solus tutor non potest adire nomine pupilli.l.potuit.§.eo.ergo eius scientia non debet sufficere.Bar.de Sal.in l. præced.etiā
a tenet contra Bar.dicens,quòd licèt scientia tutoris præiudicet pupillo:tamen non habet sibi prodesse.l.3.§.acquirere.ff.de bon.poss.Ang.distinguit hic hoc modo.Aut interest pupilli,quòd fiat transmisio,& tunc fiet,& ita loquatur Bar.Aut non interest pupilli,quòd fiat transmissio iuris deliberandi,puta qa virtute suitatis potest transmittere hæreditatem paternam etiam non agnitam, & tunc non fiet transmissio iuris deliberandi.Vos sequamini opi.Bar.per rationem suam,& ad motiua contraria respondebitis,& primò ad l.potuit, quòd loquitur quantùm ad actum aditionis, nos verò loquimur de transmissione iuris deliberādi.Non ob.l.3.§.acquirere:quia non loquitur de deliberatione inducta à l.nostra. ¶Addit
12 Bar.hic,& in d.l.qui duos, †quòd sufficiet scientia solius tutoris,quantuncunq; adhuc non confecerit inuentariū, vel non satisdederit, subdit Angel. quòd non sufficeret scientia tutoris putatiui,vel accusati de suspecto, uel cu
13 ratoris pupilli.De quo videatis hic per eum. ¶† Sed qđ si tutor sciuit hæreditatem delatam impuberi,& deinde decessit, postea moritur impubes ignorans hæreditatē sibi delatam:an hoc casu ipse impubes transmittet ius deliberandi ad hæredes suos in illa hæreditate. Bar.hic & ī d.l.qui duos.determinat quòd non. Sed Bal.& Sal.determinant contrarium, præsupposita tamen opi.Bar.pro vera,inquantum dicit,quòd sufficit sola scientia solius tutoris,& pro hac opi.optimè facit gl.nostra,super uer. sciens,quæ uult,quòd iste annus à principio est utilis,qa non currit ignoranti,sed in sui processu est continuus. ¶No.etiam unum,quod vult eleganter Bar.in l.ventre,ī 1.col.ff.de acq.hær.dum dicit,quòd si agnatus ꝓximior defuncti moriatur pendente dubio,an nascetur posthumus,uel non,transmittet ius deliberādi ad hęredes suos in illa hæreditate:quia licèt sciat mortem defuncti, non tamen scit hæreditatem esse sibi delatam: quia illa hæreditas dicitur esse delata,quæ potest adiri.ff.de uer. sig. l.delata,sed pendente dubio partus,non posset adire,&
14 istud est notabile uerbum.¶Vltimò dubitatur,†nunquid dispositio.l.nostræ habeat locum in successionibus de iure prætorio.Cyn.in l.qui se patris, sup. vnde lib.videtur velle,quòd non:quia in bonorum posse.non dantur regulariter,nisi centum dies,exceptis liberis, & parentibus,quibus datur annus ad agnoscendum bon. poss. l.1. §.largius.ff.de succes.edi.ergo verba l.nostræ,q̄ loquuntur de tempore anni,non bene possunt adaptari ad successiones de iure prætorio delatas.Nam regulam habe-
15 mus,†ꝙ cui non conueniunt verba dispositionis, ipsa dispositio non habet tunc locum. Ista sunt verba Bar. in l. 4.§.toties,ad fi.& per illum tex.ff.de dam.inf. optimè facit.l.ita autē,in prin. ff. de administ.tu.& tex.in c.indemnitatibus.§.pen.ext.de elec.libr.6. ¶Sed idem Cyn.in l. nostra,determinat contrarium per identitatem rationis l.à Titio.ff.de verbo.oblig.& c.translato, extra de consti.& hæc pars uidetur uerior de iure.¶Finaliter Bal.hic tractat de materia primogenituræ. circa quam materiā
16 quęro primò,†quid sit primogenitura.Concludite,ꝙ est quædam præeminentia,seu dignitas, quæ cōsistit in multis.Primò,quia primogenitus in festis præ aliis sacrificia fert.Secundò sedet ad dexteram patris.Tertiò habet duplicem portionē in cibis. Item vestem peculiarem, seu specialem differentem à vestibus fratrum suorum. Itē in diuisione habebit duplicatam portionem. Hæc omnia habentur per gloss.cum suppletionibus Archid. in cap.
17 quam periculosum.7. quæstio.1.¶Quæro secundò,†nūquid istud ius primogenituræ habeat locum in Regnis, Ducatibus, & Marchionatibus. Concludite ex mente And.de Iser.in c.1.in titul.de feudo Marchiæ, quòd aut creatur Rex,Dux,vel Marchio,vt solam habeat administrationem,vt est dare exemplum, quando Papa in Marchia Teruisana deputat Marchionem,vel ponit Ducem in ducato Spoletano,& tunc, quia talia officia vadunt ꝑ electionem,& eligitur industria personæ.l.cuius bonis. ff.de cur.fur.Ideo tunc non habet locum ius primogenituræ.Aut creatur,vt habeat Regnum,uel Ducatum, uel Marchionatum in proprietatem, & iurisdictionis proprietatem,& tunc bene habet locum ius primogenituræ & ita intelligatur text.in d.cap.1. ¶ Sed an valeat con-
18 suetudo,†quæ est in aliquibus partibus,quòd primogenitus succedat insolidum etiam in bonis allodialibus. Concludite,quòd sic,ad hoc all.uobis text.& Bald.in c. mulier,in titu.si de feu.defun.fue.contro.& Ioann.And.
19 in regu.sine culpa,extra de regul.iur.lib.6.¶†An autem filia primogenita deficientibus masculis succedat in iure primogeniturę.Concludite,quòd non:quia officia publica sunt interdicta mulieribus.l. fœminæ. ff. de regul. iu.sed habere dignitatem regalem,& huiusmodi est officium publicum.l.1.§. ius publicum.ff.de iustit. & iu. Secundò pro hac parte adduco tex.in c. cum deuotissimā. 12.quæst.2.Non obst.cap.significauit, extra de rescript. quia loquitur de consuetudine,seu priuilegio.Nam virtute cōsuetudinis,uel priuilegii bene posset filia primogenita deficientibus masculis succedere ī iure primogenituræ,& ita teneatis, quicquid dicat dominus Pan. in
20 cap.dilecti,extra de arbitr.¶Quartò quæro, † nunquid pater possit priuare filium iure primogenituræ. Concludite quòd non,per not.in cap.licèt, extra de vot. & voti redempt.Quod limitetis, nisi commisisset aliquam de causis ingratitudinis,de quibus in §.causas,in Authē. ut cùm de appel. cog.Nam tunc bene posset exhæredari,& consequenter priuari iure primogenituræ, per notat.per Hostien.& per Ioann.Andr.in d.cap.licèt,ubi arguunt de iure primogenituræ ad legitimam. Sed propter aliquam de causis,de quibus in d.§.causas.posset filius priuari legitima, ergo & iure primogenituræ.
21 ¶Quintò quæro,†nunquid primogenitus possit renunciare iuri primogenituræ in fauorem secundogeniti.Cōcludite,quòd sic,ad hoc allego uobis Bald.in c.1.§.præterea,in titu.qui.mo.feu.amit.hoc tamen intelligit uerū ibi Bal.in quibusdam additionibus, si primogenitus sit maior annis 25.quasi velit,quòd si esset minor 25.annis, posset petere restitutionem in integr. aduersus illam renunciationem.Sed ista limitatio debet intelligi, nisi iurasset:quia tunc excluderetur à beneficio restitutionis. Authen.sacramenta puberum,sup. si aduer.uen.¶Sextò
22 quæro,†nunquid pater possit facere diuisionem inter liberos.uidete Bal.omnino in c.1.§.item sacramenta, in ti.de pace.iura.fir.& per Alber.de Rosa.in l. quoties. §.
23 famil.ercifcun.¶Septimò quæro,† nunquid pater in testamento possit primogenito assignare totum feudum, & bona allodialia assignare aliis liberis. Concludite, quòd si ipse pater acquisiuit illud feudum sua proprietate,poterit hoc facere,dummodo alij liberi reperiantur habere legitimam.Et ita consuluit Alex.de Imol. vt pa

tet in ſuo conſ. 12. in 5. vol. Ego tamen in meo tracta-
tu feud. dixi, quòd ſi eſſet feudum antiquum, pater hoc
non poſſet facere, per c. 1. in tit. de ſuc. feud. De hac
q. tractat Bald. in c. imperialem, in princ. in tit. de proh.
24 alie. feud. per Fede. ¶ Octauò quæro: † vtrùm, quan-
do primogenitus ſuccedit in Regno, vel in Ducatu, vel
in Marchionatu, teneatur prouidere fratribus ſuis de ne
ceſſarijs. Concludite quòd ſic, per not. per Hoſt. & Io.
25 And. in d. c. licèt. ¶ Nonò quæro. † vtrùm propter ino-
bedientiam poſsit primogenitus priuari iure primoge-
nituræ, puta, quia non fuit executus voluntatem pa-
ternam teſtamentariam. Bal. eleganter in proœmio De
cret. determinat ꝙ ſic, ſed idem Bald. in Auth. hoc am-
plius. ȷ̃. de fideic. videtur velle contrarium. Et ad d. c. li-
cèt, ipſe reſpondet, quòd ponit caſum ſpecialem, quan-
do Rex, vel Dux iniunxit filio ſuo, vt uotum vltramari-
num exequeretur pro patre. Mihi placet primum dictũ
Bal. per no. per Canon. in c. ſi heredes. extra de teſt. & in
intelligatis hoc dictum, quãdo primogenitus fuiſſet mo
nitus per ſuperiorem adimplere uoluntatem paternam
26 teſtamentariam, iuxta d. Auth. hoc amplius. † Sed vtrùm
hoc caſu filius priuatus Regno, vel Ducatu propter ino-
bedientiam poſsit ſaltem retinere legitimam. videtur ꝙ
ſic, vt habetur in d. Auth. hoc amplius. Vos tenebitis cõ
trarium: quia Regnum, & Ducatus ſunt indiuiſibilia. ca.
Imperialem. §. præterea Ducatus. in ti. de prohi. alie. feu.
per Fede. & ita vult Cy. in l. ſi viua matre. ȷ̃. de bo. mater.
Non ob. Auth. hoc amplius. quia loquitur in allodiali-
bus, quæ ſunt diuiſibilia. Reliqua ſpectantia ad materiã
primogenituræ. videte per Alb. de Ro. in proœ. Digeſt.
per Bald. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iu. & per eundem
Bal. in d. Auth. defuncto, & per Bal. in Auth. poſt fratres.
ȷ̃. de leg. hære.

ADDITIO.

a ¶ Licèt ſcientia. Adde, quòd ſcientia humana ſumpſit
originem ex experimentis. Io. de Tur. Cre. in c. prima hę
reſis nu. 6. de conſe. diſt. 2.

In l. Quidam.

SVMMAE.

1 *Inſtitutus in diuerſis portionibus eiuſdem hæreditatis ab eodẽ teſtatore agnoſcẽdo vnã, videtur omnes alias agnoſcere.*
2 *Inſtitutus cogitur in totum acceptare, aut in totum refutare, quando plures portiones eiuſdem hæreditatis deferuntur ex teſtamento vnius.*
3 *Inſtitutus à patre ſi eſt ſubſtitutus impuberi filio teſtatoris, ſi acceptet paternam hæreditatem, cogitur etiam acceptare pupillarem ſubſtitutionem.*
4 *Correctio iurium eſt euitanda.*
5 *Subſtitutus pupillaris ſuccedens pupillo an poſsit reuocare immixtionem.*
6 *Beneficium reſtitutionis, quod cõpetit pupillo, tranſit in eius hæredem.*
7 *Præſertim, dictio idem importat, quod dictio, maximè.*
8 *Maximè, aliquando exponitur pro tantùm.*
9 *Teſtator poteſt facere neceſſarios filio impuberi illos, quos poteſt ſibi facere.*

1 QVidam. ¶ † Inſtitutus in diuerſis por
tionibus eiuſdem hæredita-
tis ab eodem teſtatore, agnoſcendo unã,
uidetur omnes alias agnoſcere, & agno-
ſcendo paternam cogitur acceptare pupil
larem, & diuiditur in tres partes. In prima
format vnam quæſtionem. In ſecunda format aliam. In
2 tertia decidit utranq; ¶ No. 1. ex iſto tex. † ꝙ qñ plures,
portiones eiuſdẽ hæreditatis deferũtur ex teſtõ unius,
cogitur inſtitutus aut totũ acceptare, aut totum refuta-
3 re. ¶ No. ſubſequenter, † ꝙ qñ inſtitutus à patre eſt ſub-
ſtitutus impuberi filio teſtatoris, ſi acceptat paternam
hæreditatem, cogitur ẽt acceptare pupillarem ſubſtitu-
tionem. ¶ In glo. mag. Aduertite, quia licèt Gloſſator
miſceat hic duo contraria ſimul, tamen debebat ea ſepa
rare. Arguamus ergo contra primam partem l. noſtrę, in
primis de l. ſi tu ex parte, in fi. ff. de acqui. hæred. Bar. &
cæteri Doct. communiter tranſeunt cum iſta ſolu. uide-
licet, ut debeamus diſtinguere hoc modo. Aut plures
portiones deferũtur alicui in eodẽ gradu. ſ. inſtitutio-
nis, & tunc agnoſcendo unam partem, uidetur reliquam
agnoſcere, & ita loquitur prima pars l. noſtræ. Aut plu-
res portiones deferuntur alicui in diuerſis gradibus, pu
ta, quia una defertur in gradu inſtitutionis, & alia in gra
du ſubſtitutionis, & tunc habet locum contrariũ de d. l.
ſi tu ex parte. ¶ Poſſet ẽt alio modo reſponderi, ſecun-
dũ Bar. in d. l. ſi tu ex parte. hoc modo uidelicet, ꝙ ſi ego
adeo unam partem, habeo ẽt aliam, dũmodo illam aliã
non repudiauerim ualidè. Nam tunc non habebo eam
eo iure, quo mihi delata fuit. ſ. iure inſtitutionis. Sed be
ne habebo eã ex iure accreſcendi; quo caſu cohæredes
mei concurrẽt in illo iure accreſcẽdi, ut habetur in d. l.
ſi tu ex parte. Et ſic habetis abſolutũ primũ cõtrariũ hic
in glo. ſignatũ. ¶ Nunc oppo. 2. de l. quæſitũ. ff. de acqui.
hære. glo. iſta ad illam, l. reſpondet tribus modis. primò
enim reſpondet, ꝙ eſt ſpeciale in fratre ſubſtituto pupil
lariter fratri ſuo. Hanc primã ſol. omnes Doct. damnãt,
quia ſi in caſu l. quæſitũ, fuiſſet frater impuberis, & fuiſ-
ſet inſolidum inſtitutus, & ſubſtitutus pupillariter fratri
ſuo impuberi, potuiſſet ſeparare paternam à pupillari;
& tñ tex. in d. l. quæſitum, dicit, ꝙ non põt fieri iſta ſepa-
ratio, ergo malè loquit̃ iſta glo. in prima ſol. dum intel-
ligit illam l. in fratre pupilli. Præterea faciunt differen
tiam inter fratrẽ, & extraneum, quantùm ad effectũ ſepa
rationis, de qua loquimur, qđ eſt contra tex. in l. ſi filius
qui patri, in ver. præſertim. ff. de vulg. & pup. ¶ Secũdo
loco glo. noſtra reſpondet ad cõtrariũ, ꝙ iſta l. corrigit
4 l. quæſitum, quod dicere nõ debemus: † quia iuriũ cor-
rectio eſt euitanda, per iura vulgaria. Teneatis ergo ter
tiam ſolutionem, quæ eſt hic in glo. in uer. tu dic. Nam
Doct. cõmuniter ſequũtur eam. ¶ In ea glo. ibi licèt pu-
pillus potuerit. Habetis ex hac glo. notãter colligere ſe-
5 cundùm Bar. † ꝙ licèt pupillus, qñ immiſcuit ſe hæredita
ti paternæ poſsit illam immixtionẽ reuocare per reme-
dium reſtitutionis in integ. tamen ſubſtitutus pupilla-
ris, qui uirtute ſubſtitutionis ſucceſsit pupillo, qui ſe im
miſcuerat hæreditati paternæ, nõ poterit ex perſona ip-
ſius pupilli defuncti reuocare illam immixtionẽ, & ſic ſe
parare paternam à pupillari. Et hoc uoluit glo. quã ibi
ſequũtur Bar. & Ang. in l. paterfamilias. ff. de priui. cred.
& illam glo. reputauit ſing. Io. de Imo. in l. fi. ff. de acqui.
hæred. ¶ Sed aduertite, quia idem Bart. Io. de Imol. &
Pau. de Caſt. in l. ſed ſi plures, ȷ̃. §. filio. ff. de vulg. & pup.
& idẽ Bar. in d. l. fi. ff. de acqui. hęred. determinãt totum
6 contrarium. † quia beneficiũ reſtitutionis, quod compe
tebat pupillo, trãſiuit in eius hæredẽ, l. non ſolũ, ff. de in
integ. reſti. Pro cõcordia põt ſic diſtingui. Aut abſq; adi
tione, ſeu immixtione cõfirmatę ſunt tabulę pupillares,
puta: quia pupillo nõ fuit datus cohæres extraneus, &
tunc ſubſtitutus acceptãdo ſubſtitutionẽ pupillarẽ, non
propterea de neceſsitate uidetur approbaſſe immixtio-
nem filij impuberis. Et hoc caſu ex perſona impuberis
defuncti poterit petere reſtitutionẽ in integrum, & ſepa
rare paternam à pupillari. Et ita intelligatur dictũ Bar.
& ſequacium in d. §. filio. Aut tabulę pupillares fue-
runt confirmatæ immixtione reali facta per pupillũ, cui
datus

datus erat cohæres extraneus. Et hoc casu, quia pupillaris substitutus acceptando pupillarem substitutionem, videtur aprobasse immixtionem factam per pupillum in hæreditate paterna, & hoc casu ipse substitutus ex persona pupilli non poterit petere restitutionem in integ. aduersus illam immixtionem ad finem, ut separet hæreditatem paternam à pupillari: quia cum ipse substitutus semel approbauerit immixtionem: si postea peteret restitutionem in integ. esset sibi contrarius. ergo repellendus. l. si filius. ff. de mino. & l. 1. §. de furt. & hoc casu procedat alia opi. ¶In ea. gl. ibi, nisi hic substitutus sit frater impuberis. Vult ista gl. ꝙ licèt pupillus se immiscuerit hæreditati paternæ, tamen substitutus pupillaris poterit separare paternam hæreditatem à pupillari. Sed omnes Doct. communiter damnant istam gl. per l. sed si plures, in §. filio. ff. de vul. & pup. Sed Pau. de Ca. ad hanc particulã gl. accommodat alium intellectum dicens, ꝙ gl. uoluit dicere. Ponamus, ꝙ pupillus se non immiscuerit, neq; etiã abstinuerit ab hæreditate paterna, an frater impuberis, qui est substitutus ipsi impuberi pupillariter, possit separare paternam hæreditatẽ à pupillari, & distinguendum est, ꝙ aut est frater impuberis, & tũc poterit hoc facere. aut ipse substitutus est extraneus, & tunc nõ poterit hoc facere. Rõ diuersitatis secundùm eum est, quia frater impuberis (q̃uis non fuisset pupillariter substitutus) tñ potuisset succedere ab intestato fratri suo, ideo eius cõditio non debet fieri deterior ex eo, ꝙ fuerit pupillariter fratri suo substitutus: quæ rõ cessat in extraneo substituto, quia non esset successurus ab intestato, & cum ueniat ex dispositione testamentaria, non debet facere verecũdiam testatori, volendo separare paternam hęreditatem à pupillari, & hanc dicit esse rationem. l. si filius qui patri. ff. de uulg. & pup. & idem dicit in omni alio, qui esset successurus ab intestato, & hancmet ẽt considerationem habuit Raph. Ful. hic. Sed nõ est bona, quia est cõtra tex.
a in d. l. si filius qui patri, in uer. præsertim[a], † qđ idem importat, quod dictio, maxime, de cuius natura est implicare. Idẽ esset in casu nõ expresso. de quo habetis bonam gl. in l. illud. ff. ad l. aq. & habetis sociam in c. ad abolen-
8 dam, ext. de filiis presb. † Aliquando tamẽ exponitur, maximè, pro tantùm, vt vult gl. in c. districtionem, ex. de eo, qui cog. consan. vxo. suæ. ¶In ea. gl. ibi, ipse tamẽ. subaudi s. substitutus, ibi, abstinere non poterit. Doc. damnant gl. dicentes, ꝙ quamuis pupillus abstinuerit ab hæreditate paterna, tamen substitutus bene poterit abstinere: q̃a remanebit existentia suitatis, quæ est potens ad confirmationem tabularum pupillarium. l. si filius qui patri. ff. de vul. & pup. & quanquam ista gl. in sui fine dicat, ꝙ iste casus non est bene expeditus. dicuntDoc. ꝙ imò est expeditus, per l. filius qui se paterna. ff. de acq. hær. ¶Extra gl. limitabitis l. nostram in secundo casu, ut non procedat in substituto, qui fuerat institutus in testamento paterno ĩ re certa. Nam quamuis acceptauerit illam particularem institutionem: quia tamen non habetur loco hæredis, ut vidistis in l. quoties. §. de hęr. inst. bene poterit repudiare pupillarẽ. Ita determinat Ang. in l. qui patri. ff. de acq. hære. ¶Item (sm̃ aliquos) secunda pars. l. nostræ nõ procederet in substituto pupillariter filio impuberi exhęredato, & hanc opi. uisa fuit tenere gl. in l. quod supra quadrantem. ff. ad l. fal. Sed Io. de Imo. sequutus opi. præceptoris sui domini Fran. de Tig. in d. l. si filius qui patri. determinat contrarium, & hoc ẽt sensit ista gl. mag. ¶Sed an l. nostra in secundo casu procedat, q̃n hæres, idemq; substitutus fuisset coactus adire hæreditatem ad instãtiam fideicommissarij. dicite, ut habetur in l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Treb. ¶Item dubitatur, an hæc. l. in secũdo casu procederet in hærede substituti, ut uerbi gratia, institutus, idemq; substitutus filio impuberi testatoris agnouit suam institutionem factam in testõ: deinde mortuus est, antequã ueniret casus substitutionis pupillaris, postea mortuus est pupillus: an hæres ipsius substituti poterit repudiare pupillarem. Io. de Imo. in l. qui patri, ff. de acq. hær. relinquit hoc cogitandum, sed Rom. ibi determinat, ꝙ non, per illum tex. qui est sing. in iure. ¶An aũt ista l. in secunda parte ꝓcederet in substituto vulgari, sub qua substitutione comprehenditur tacita pupillaris, & euenit casus ipsius tacitæ pupillaris. Concludite, ꝙ ẽt tunc habebit locum decisio, de qua hic, per d. l. qui patri. Finaliter ego quæro, quæ potuit esse ratio decidendi in secundo casu l. nostræ, vbi dicitur, ꝙ ille, qui agnouit institutionem factam in testamento, cogitur acceptare pu-
9 pillarem. Dicite rõnem esse, † quia quos testator põt sibi facere necessarios, illos põt facere necessarios filio suo impuberi. l. sed si plures. §. quos possunt. ff. de vul. & pupil. Sed institutus, idemq; substitutus filio impuberi testatoris, postq̃ agnouit suam institutionem, factus est necessarius ipsi defuncto: quia amplius non põt repudiare l. sicut. ȷ. de rep. hær. ergo erit necessarius hæres filio impuberi testatoris, per dictum §. quos possunt.

ADDITIO.

a ¶In ver. p̃sertim. Adde D. Pan. in c. per tuas, nu. 13. in versi. ponatur tantùm, de simo. eũdem in c. licèt ex suscepto, nu. 12. in uer. litera præsertim, de fo. comp. Colle. in c. literas, de rest. spo. Cald. in cons. 6. de verb. sig. Phil. Fran. ĩ c. 1. nu. 6. in ver. exponitur, de homi. lib. 6.

In l. Cum aliquis.

SVMMAE.

1 *Litigans de suo statu contemplatione domini veri, uel putatiui, institutus cogitur adire absque præiudicio litis.*
2 *Adire cogitur hæreditatem ille, qui non est seruus, ad instantiam illius, qui non erat dominus, dummodo contemplatione ipsius domini fuerit institutus.*
3 *Innouari nihil debet lite pendente.*
4 *Renunciare non intelligitur quis iuri, de quo lis pendet inter eum, & alium per actum necessarium.*
5 *Coactio facta per superiorem habentem potestatem cogendi non inducit meticulosum actum.*
6 *Seruus quando instituitur tanquam liber homo, uidetur institutus sua contemplatione propria, & lite pendente super statu, non poterit cogi adire.*
7 *Verba contenta in instrumento præsumuntur fuisse scripta de uoluntate partium.*
8 *Fama sola facit plenam probationem in factis de antiquo.*
9 *Instrumentum quando dicatur de antiquo.*
10 *Fines, & territoria probantur multis modis.*
11 *Relictum filio facta commemoratione de patre, an uideatur sibi relictum contemplatione patris.*
12 *Plerunque, dictio denotat regulam ad oppositum.*
13 *Notarius in instrumento scripsit hæc uerba. Petrus filius quondam Martini, an ex istis uerbis probetur Martinum esse mortuum.*
14 *Quondam, dictio, & dictio, olim, important tria tempora.*

1 CVm aliquis. ¶Litigans de suo statu contẽplatione domini veri, uel putatiui, institutus cogitur adire absq; præiudicio litis, secus si simpliciter fuerit institutus absq; commemora-
2 tione domini. h. d. ¶Nota ȷ. ex isto tex. † ꝙ ille, qui nõ est seruus, cogitur adire ad instantiam illius, q̃ non erat dominus, dummodo contẽplatione ipsius dñi fuerit institutus. Quod verum intelligit Pa. de Ca. q̃n erat in quasi possessione seruitutis, uel bona fide seruiebat illi domino, alioquin si non esset in quasi possessione seruitutis,

nec bona fide ſeruiebat, nec litigabat de ſuo ſtatu; ſed
erat verè liber: tunc non compelleretur adire, & ſi adi-
ret,non compelleretur reſtituere hæreditatem illi, cu-
ius contemplatione fuerit inſtitutus,niſi conſtaret,quòd
de mandato illius acceptaſſet inſtitutionem,per tex.no-
ta. in l.quidam cum filium.ff de hære.inſti.Pro opi. Pau.
bene facit.l.cum autem.§.fi.ff. de edili. edic. Poſſetis ta-
men dicere,ꝙ ratio.d.l.quidam cum filium. eſt, quia ibi
non apparebat,quòd ille inſtitutus fuiſſet inſtitutus con
templatione alterius. Et ideo Bald. & cæteri in d.l.qui-
dam cum filium.dicunt ibi probari,quòd non ſufficit te-
ſtatorẽ velle, niſi voluntatem ſuam exprimat expreſsè,
vel tacitè,& ita allegaui vobis illam.l.in l.3.§.de libe. p
3 teri.¶No.ſm̃ Bal.† ꝙ lite pendente nihil debet innouari.
concordat totus titulus,ext.vt li.penden.¶No.ſm̃ eundẽ
4 Bal.† ꝙ per actum neceſſariũ quis non intelligitur renun
ciare iuri,de quo lis pendet inter eũ,& alium. Secus per
actum voluntariũ.l.ſi filius emancipatus.ff. de mino. Ex
hoc infert Pau.de Caſt. ꝙ ſi bonę fidei poſſeſſor hęredita
tis(lite pẽdente ſuper ipſa hæreditate) intentet aliquam
actionẽ,quæ erat tempore peritura, non ꝓꝓ hoc ſibi prę
iudicat,per ea,q̃ habentur in l. ſi bonæfidei poſſeſſor.ff.
5 de peti.hæredi.¶Nota quartò,† ꝙ coactio facta per ſupe
riorem habentem ptãtem cogendi non inducit meticulo
ſum actum,& ſic non reddit illum actum nullum,vel an
nullandum per remedium titu. ff. quod met. cauſa. De
hoc habetur in l.ſi cum mulier.in princ.ff.quod met.cau
ſa. & in l. qui in aliena. §. finali.ff. de acquiren. hæredi.
6 ¶Vltimo no.†quòd quãdo ſeruus inſtituitur,tanquam li
ber homo,videtur inſtitutus ſua contẽplatione propria,
& ſic(lite pendente ſuper ſtatu)non poterit cogi adire.
& hoc caſu,quando eſt inſtitutus tanquam liber:quam-
uis dñs eius eſſet incapax,tamen inſtitutio eſſet valida.
quia regula.l.non ideo minus.ff.de hære.inſti.vbi dr̃, ꝙ
capacitatem,vel incapacitatem ſeruorum regulamus ex
perſonis dominorum, habet locum, quando fuit inſtitu
tus tanquam ſeruus talis dñi. non autem qñ fuit inſtitu-
tus tãquam liber homo. Ita dicit Bar.in l. ſi ſeruus eius.
ff.de hære.inſti.¶In glo.l.2.in fi. quia glo.nihil reſpon-
det ad l.optimam.inf.de contrahen. & commit.ſtip.pro
reſponſione diſtinguite hoc modo ex mente Doc. ꝙ in-
ter ipſas partes cõtrahentes verba enũciatiuè prolata in
inſtrõ,bene faciunt fidẽ:& ita loquitur,l.optimã.ſed quã
tùm ad alias perſonas non faciunt fidem, ſed dicet ali-
quis,quòd iſta ſolutio in primo membro eſt contra iſtũ
tex.quia hic erat inter eaſdẽ perſonas.Sed rñdebitis, ꝙ
hic coactè fuit actus geſtus.Addite no.Pa.de Ca. hic. ꝙ
theorica Doctorum dicentiũ,ꝙ inter ipſas partes cõtra-
hentes verba enunciatiuè facientia mentionem de fini-
bus.faciunt fidẽ,debet intelligi,qñ illa verba enunciati-
ua fuerunt ſcripta in inſtrõ de voluntate partiũ contra-
hẽtium:ſecus ſi notarius de capite ſuo ſcripſiſſet illa ver
ba enunciatiua.quod eſt notandum.¶ Sed ego in quæ-
ſtione facti,cum allegaretur contra me dictum Pau. re-
7 ſpondebam, ꝙ † omnia verba in inſtrumento contenta
præſumuntur fuiſſe ſcripta de voluntate partium.alleg.
Bal.in c.1.§.notandum.in tit. de no.feudo. Addunt hic
no.Bal. & Saly. quòd quando eſſent multa inſtrumenta
antiqua facientia mentionẽ de finibus ẽt enũciatiuè, ſeu
narratiuè:tunc inducunt cõem opi.à qua non eſſet rece-
dendũ.l.cũ delanionis.§.aſinam molẽdinariã. ff. de fun.
8 inſtru. inſtr.que leg. † Nã in factis de antiquo ſola fama
facit plenam probationem,vt vult Inno.in c. veniẽs. ex-
tra de ver.ſig.no.in c. quid per nouale. extra de ver.ſig.
Idem volũt Bal.& Aug.in l.proprietatis.ſup.de prob. &
idem Ang.in l.at qui natura.§.cum me abſente.ff.de ne-
go. ge.Addite Bald.in l. conuenticulam. ſup. de epi. &
9 cle.Sed operæpretium eſt videre, † quando dicatur in-
ſtrumentum de antiquo. Concludite ꝙ tunc dr̃ de anti-
quo,quando excedit metam centum annorum. Et dicit
hic Alex.iſtam eſſe cõem opi.alleg. Inn.in d. c. veniens.
extra de teſti.& Spec.in tit.de proba.in §.1.ver.valet.&
Io.de Imo.in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu. ar. Addi
te vos,quòd idem voluit ipſe Alex.ſuo conſi.6.inci.Re
demptoris inuocato ſuffragio. viſo themate.quaſi ad fi.
illius conſi.in 1.vol.ſuorum conſi.Addite ad iſtam ma-
10 teriam quotidianã † quòd fines,& territoria probantur
multis modis. Primò per liberos antiquos, vt habetur
in c.cum cauſam. extra de proba.per exercitium iuriſdi
ctionis,per appoſitionem cuſtodũ,ſeu cãpariorum, per
ſolutionem pedagii: quia tranſeuntes per illos fines,de
quibus contenditur, conſueuerũt ſoluere pedagium in
tali ciuitate.Ex hoc probatur, quòd ille locus eſt de fi-
nibus,& territorio illius ciuitatis. Item per accuſas fa-
ctas per malefactores. Item per litanias: quia tempore
litaniarum presbyteri, & populus Taurini viſitabant ſin
gulis annis illos fines, de quibus contenditur tanquam
fines Taurini. Item fines ſolent probari per diſtinctionẽ
fluminum. Et hæc omnia ſcribit eleganter Bal. ſuo con-
ſi.154.incip.thema proponitur.in 1.vol.ſuorum conſi.&
etiam eleganter ſuper iſtis conſuluit dominus Fran.de
11 Are.vt patet in ſuo conſi.11. ¶Extra gl.† quæro quid ſi
aliquid relinquatur filio, facta commemoratione de
patre, an videatur ſibi relictum contemplatione patris.
Concludite ex mente Bar.hic,quòd aut eſt facta mentio
de patre,& de patria poteſtate; & tunc intelligetur reli-
ctum factum filio contemplatione ipſius patris, adeo ꝙ
illud relictum erit profectitium, & pleno iure acqui-
retur patri.Si verò ſit facta mentio de patre,& nõ de pa
tria poteſtate: non intelligetur relictum factum contem
platione patris,& ideo pleno iure non acquiretur patri.
Sed filius habebit proprietatem, & pater ſolũ vſumfru-
ctum.l.cum oportet.& l.fi.inf.de bo.quæ lib. Nam hoc,
ex quo relinquitur ſeruo facta mentione de domino, in
telligitur relictum factum contemplatione domini. Nõ
ob.l.fi.ff.de do.cau.mor.quia ibi nulla fuerat facta men-
tio de domino. ¶ De q.quam ſupra formaui de filiofa-
milias,habetur.in l.fi.ſupra de vſufruc.vbi tex.dicit ple
12 runque.† & iſta dictio,plerunque,denotat regulam[a] ad
a oppoſitum.l.non dubitamus. & ibi Imo. ff. de condi.&
demon.& ita etiam vult glo.in l.ſi plures.ff. de vulga.&
pupilla.¶Inducitur etiam iſta.l.ad quæſtio.quando Prin
ceps, vel aliqua communitas mittit ambaſciatores ad
aliquem locum, & illis ambaſciatoribus fiunt xenia;
vtrùm pertinent ad ipſos ambaſciatores, an verò ad mit
tentem.De qua quæſt.videte per omnes Doc. in l. ſed ſi
plures.§.in arrogato.ff.de vul.& pup.Et per Bar. & cæte
ros in l.ſi vero.in §. 1.ff.ſol.matri.& per Ang.in l.qui pro
prio.§.vt in cæteris.ff.de procur. Ego dixi vobis in l. fi.
§.ſed cum in ſecunda.ſupra de furt.habetur per Canon.
in c.poſtulaſti.extra de conceſ.præben. ¶Inducitur etiã
13 ad aliam q.† Notarius in inſtrumento ſcripſit hæc verba.
Petrus filius quondam Martini: an ex iſtis verbis probe-
tur Martinum eſſe mortuum. veritas eſt,quòd non eſt cõ
14 cludens probatio:† quia iſta dictio,quondam, & iſta di-
ctio,olim,important tria tempora,vt habetur per glo. &
Bar.in l.1.§.1.ff.de ope.nou.nun.Ego tamen in quæſt.fa
cti dicebam,quòd quãdo apponitur iſta dictio, quondã,
præſumitur de morte.ad hoc all.Io.de Imo. hoc expreſ-
sè dicentem in c.cum contra.extra de pigno.

ADDITIO.

a ¶Denotat regulam. Adde Bal.in l.cum virum. ver.dein
de no.C.de fideicom.Inſti.de le.patro.tutela.§.fi.Bar.in
l.1.in prin. ff.de tut.& ratio.diſtr.& Barth.Cœp. in l.1.ff.
de verbo.ſignific.

In

In l. Scimus.

SVMMAE.

1 Milites debent magis scire arma: quàm leges.
2 Hæreditatem adiens sub spe certissima lucri non consequitur postea aliquod commodum ex confectione inuentarij.
3 Hæres non potest molestari durante tempore confectionis inuentarij.
4 Hæres conficiens inuentarium detrahit Falcidiam.
5 Res, quæ debeant describi in inuentario.
6 Inuentarium quod beneficium afferat, & nu. 7.
8 Procuratorem po: est quis constituere ad conficiendum inuentarium.
9 Milites non excusantur a iuris ignorantia, nisi in casibus à iure expressis.
10 Hæres non conficiens inuentarium non perdebat Falcidiam secundum iura Codicis. fallit vt ibi.
11 Tempus conficiendi inuentarium non currit durante quæstione super hæreditate, ad quam hæres agebat.
12 Mensis appellatione continentur. 30. dies.
13 Testes quot requirantur ad conficiendum inuentarium.
14 Notarius, qui recipit inuentarium, non computatur in numero testium.
15 Citandi an sint creditores, & legatarij nominatim, an per proclama in confectione inuentarij.
Et quid si aliqui fuerint citati, aliqui non nu. 16.
17 Testes an debeant cognoscere contrahentes.
18 Crucis signi omissio an vitiet inuentarium.
19 Solemnitates requisitæ ad confectionem inuentarij, an possint diminui per consuetudinem patriæ.
20 Decretũ iudicis an requiratur in confectione inuentarij, quã facit tutor, vel curator.
Et quid in eo, quod fit per hæredem nu. 21.
22 Tutor si faciat pro se inuentarium tutelare, an illud inuentarium proderit pupillo, vt hæredi defuncti.
23 Hæredes si sint plures defuncti, an vnusquisque tenebitur facere inuentarium.
24 Testator an possit remittere hæredi confectionem inuentarij.

SCimus. Ex causis, quæ in hac leg. cõtinentur inductum est, quòd ille, qui est certus de viribus hæreditatis potest pro libito volũtatis adire, vel repudiare absque alia solẽnitate. dubius verò, si vult cautè agere, & non vult teneri vltra vires hæreditatis, debet conficere inuentarium secũdùm formam hic traditam. h. d. vsque ad §. & li præfatã. ¶No.
1 1. ex isto text. id, ad quod all. † ꝙ milites debent magis scire arma, quàm leges. ¶Nunc dubitatur nunquid milites rustici, vel mulieres in ista confectione inuentarij habeant aliquam prærogatiuam vltra alios. De quo vide-
2 te hic per Bal. ¶Not. subsequenter ex isto tex. † ꝙ ille, q̃ sub spe certissima lucri adit hæreditatem, non consequitur postea aliquod commodum ex confectione inuentarii. Et ita vult hic Richar. Malum. & sequitur Cy. & ipsi ambo exponunt istum tex. ibi, non indiget inuentario. s. vt sibi prosit. Sed videamus, an istud sit verum. Bald. hic tenet totum contrarium: quia multa sunt beneficia in-
3 uentarii, etiam hæreditate existente soluendo. † Nam hęres durante tempore confectionis inuentarij non potest
4 molestari vt. ĩ. hac ea. l. §. donec. † Item detrahit Falcid. §. sancimus. in Auth. de hære. & Fal. Specu. in ti. de instr. edi. §. fi. ver. ad hoc autem. cum tribus versiculis sequentibus, dicit, ꝙ ille qui sub spe certissima lucri adit hæreditatem, tenebitur creditoribus insolidum, nec sibi ꝓderit cõfectio inuẽtarii, nisi forte quò ad detractionẽ falcidiæ. Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. s. si cui pluſq̃ ꝑ leg. fal. dicit, ꝙ si q̃s simpliciter adeat hrditatẽ, & non ꝓtestetur de conficiendo inuentariũ, nec dicit: ꝙ est dubius de viribus hrditatis, nõ proderit postea sibi confectio inuentarii. sed Barto. de Sali. & Pau. de Ca. in hoc vltimo tenẽt cõtrariũ, q̃a nõ sequit: simpliciter adiuit, ergo adiuit sub spe certissima lucri. Item in dubio quis non vr̃ renunciare beneficio suo. l. cũ de indebito. ff. de probat. & c. sup hoc. extra de renũ. Et pęnæ nõ debent habere locũ, nisi in casibus expressis à iure. §. cũ igitur. in Aut. de nõ eli. sec. nubẽ. Et ita dicit gl. in c. fi. extra de iu. patro. Ipse tñ Pau. de Ca. putat opi. Ange. posse defendi in duobus casibus. s. qñ tp̃e aditionis dicit hoc mõ: Ego sciens hæreditatem talis defuncti esse lucrosam, illã adeo. vel si dicat: Ego sciens talem hæreditatẽ esse damnosam, nihilominus illã adeo. & istis duobus casibus nõ ꝓderit postea sibi cõfectio inuẽtarii. ¶Vos aũt in ista materia facite vobis duos casus. Primus casus est, quando constat nobis, ꝙ q̃s sub spe certissima lucri adiuit hæreditatẽ: & tunc nõ ꝓderit sibi cõfectio inuẽtarii. Et ita procedat opi. Richar. Malum. & Cy. de Pisto. hic. ꝑ istũ tex. ibi: nõ indiget inuẽtario, exponẽdo ꝓut ipsi exponũt. ¶Secũdus est casus, qñ simpliciter adiuit expressè, vel tacitè, & nõ fuit ꝓtestatus de conficiendo inuẽtarium, nec etiã dicit, ꝙ erat dubius de viribus hæreditatis, qui est casus Ang. & hoc casu beneficiũ inuẽtarii bene sibi proderit. Et hãc sñiam tenuit Io. An. in addi. ad Spe. in rub. de testa. circa 2. col. Pro qua opi. potestis adducere duo fundamenta. Primũ est, quòd forte tp̃e aditionis non erat informatus, quòd subesset æs alienum, & postea intra tempus conficiendi inuentarium fuit informatus. Secundò nõ sequitur: simpliciter adiuit, ergo videtur renunciasse confectioni inuentarij. quia poterat credere ius suum adhuc durare. l. sicut. §. nõ videtur ff qui. mo. pig. vel hypo. sol. ¶No. sub sequẽter ibi, tp̃e mortis. hic notabiliter probari (scd̃m
5 Ang.) quòd † in inuentario solũ sunt describẽdæ res, q̃ reperiuntur tp̃e mortis defuncti. ¶Ex quo infert, quòd si postea augeatur hæreditas: tale augmentum nõ erit necessariò describendum in inuentario: qđ dicit esse sing. no. Sed ipsemet Ang. in d. §. ex stipulatio. videtur velle cõtrariũ dicens, quòd fructus, & accessiones ꝓueniẽtes añ aditã hæreditatẽ, cõputantur in Falcid. & quòd consequenter debent describi in inuentario. Vos tenebitis primã opi. quia sufficit, quòd de talibus fructibus, & accessionibus ostendat ꝑ librum rõnum, per notata in simili ꝑ Spec. in tit. de instru. edi. §. fi. & ibi ꝑ Bal. in additioni. ¶Quid autẽ si post cõfectũ inuẽtariũ aliqua de nouo veniant ad notitiã hæredis, an teneatur ea addere in
6 inuentario. videte hic per Bal. ¶† Not. magnũ beneficiũ inuentarij, quia facit, vt hæres nõ teneatur vltra hrditarias uires. ¶Addo uobis, † quòd si aliq̃s succedẽs agnato habenti bona feudalia, & ẽt aliqua allodialia, cõficiat inuẽtariũ de allodialibus: ꝑ talẽ cõfectionẽ liberabit feudalia ab oneribus hrditarijs. Ita dicit eleganter And. de Iser. quẽ oẽs sequunt̃ ĩ c. j. in tit. an fil. uel agna. in libello feud. ¶Vlt. no. ex isto tex. ibi, ꝓcuratores instructos, hic
8 bene ꝓbari, † quòd q̃s põt cõstituere ꝓcuratorẽ ad cõficiendũ inuentariũ. ¶In gl. in uerbo, arma, tenete primã
9 sol. ex qua habetis colligere, † quòd milites nõ excusantur à iuris ignorantia, nisi in casibus à iure expressis. est bñ uerũ, quòd in milite, minore, rustico, & muliere facilius ꝓsumit̃ iuris ignorãtia, q̃ ĩ aliis ꝑsonis. Hoc uult pulchra gl. quã semꝑ no. in Aut. de ince. & nefa. nupt. ĩ uer. sciẽs. ¶In gl. super uer. oĩbus creditoribus. in fin. habetis
10 ex ista gl. colligere, † quòd scd̃m iura Codicis, licèt hr̃s nõ cõficeret inuẽtariũ, tñ nõ perdebat falcidiã. Quod fallit, nisi petijsset terminũ ad deliberandũ, & postea inuẽtariũ nõ cõfecisset, ut in §. pe. ĩ. hac ea. l. ¶In gl. sup uer. trium mensium, ibi, repudiaturum dicebat. Per istam gl. dicit hic Bar. quòd si hæres dicat hoc modo. Credo istã

hæreditatem esse respuendam, per uerba ista,iuncto cur
su trium mensium,inducetur repudiatio hæreditatis.Idẽ
vult ipse Bar.in l.si quis suus.ff.de iur.delibe. & in l.filii
mater,in §.1.ff.ad Tertul.Bal.hic tenet contra Bar. & di
stinguit hoc modo. Aut terminus fuit statutus ad instan
tiam substituti vulgaris, & tunc(lapso illo termino)ille,
cui fuit statutus terminus,habebitur pro repudiante. Si
verò statutus sit terminus ad instantiam creditorũ: tunc
hebebitur pro adeunte l.quamdiu institutus.ff. de acq.
hær.Bar.de Sal.damnat opi.Bal.quia Bal.loquitur de ter
mino à iudice statuto:iste autem tex.loquitur de termi
no statuto à leg.unde dicit Sal. quòd iste tex. dat nobis
consilium.s.quòd hæres,qui credit hæreditatem esse re-
spuendam, teneatur eã renunciare infra tres menses à
die,qua sciuit hæreditatem esse sibi delatam:quia in illo
tempore trium mensium,bene potuit informari,an esset
respuenda,& si infra tres menses illam respuat,erit alie-
nus ab omnibus oneribus hæreditariis, si autem eam nõ
respuat,poterit perpetuò adire.l.licèt.s̃. eod. Sed certè
iste intellectus Sali. non videtur bonus: quia secundùm
hoc,consilium Imperatoris esset stolidissimum.s. ꝙ ille,
qui perpetuò potest adire,debeat se arctare,ut infra tres
menses repudiet.Vnde dicit Alex.de Imol. ꝙ possemus
istum tex.intelligere aliter.s.ꝙ lapso isto termino legali
trium mensium,cogatur repudiare: sicut dicimus in ter-
mino legali præfixo,vt quis adeat:nam lapso illo termi
no cogitur adire.l.scimus.§.fi.s̃.de inof.test.Pa. de Cast.
hic sequitur opi.Bar.superius relatam,& subdit, ꝙ si fuis
set statutus terminus alicui ad deliberandum,& post sta-
tutum terminum ipse diceret,ꝙ credit hæreditatem esse
respuendam: statim per ista verba induceretur repudia-
tio,all.l.sed si alio.ff.ad Treb. In iudicando non receda-
tis ab opi.Bar.¶In gl.super uerbo,delatam,in fi.Vult ista
gl.quòd istud tempus præfixum ad conficiendum inuen
tarium,demum incipiat currere post aditam hęreditatẽ,
& non ante.Contrarium notauit gl.in Auth. sed cũ testa
tor.j̃.ad leg.falc.& opi.illius glo.sequitur hic Rich.Ma-
lum.Placet etiam Io.An.in addit.ad Spe.in ti.de instru.
edi.§.fi.vers.in huius.Hanc etiã opi.sequitur hic Sal.Mo
uentur,quia rationes,quæ mouerunt Iustinianum Impe
ratorem hic,fuerunt,ne differretur aditio hęreditatis. cu
ius contrarium sequeretur,attenta opi.huius gl.Vos au-
tem sequamini opin.huius gl.quam sequuti fuerunt Pe.
Cy.Rayn.Ia.Bu.Bal.& Ang.& Bar.in l.3.§.si hæredi.ff.de
statulib.& ista est magis communis opi. vt hic attestatur
Alex.de Imo.pro qua opi.facit iste tex.ibi,venerabili si-
gno sanctę crucis ab hærede proposito. Ponderanda est
illa dictio,hærede,quæ præsupponit,quòd adita erat hę
reditas.l.pro hærede,in §.1.ff.de acq.hær.¶Ad rationẽ,
sup.in contrarium alleg.respondebitis ex mente Bar.hic
quòd ista gl.debet limitari,nisi quis maliciosè, vel cul-
pabiliter differret adire.Teneatis ergo opi.huius gl.Di
cebat etiam sing.Bal.in l.facultas.j̃.de iure fisci,libr.10.
11 †quòd tempus conficiendi inuentarium non currit du-
rante quæstione super hęreditate,ad quam hęres agebat
all.l.si quis in graui,in §.fi.ff.ad Sill.sed ille tex. parũ fa-
cit;quia loquitur,quando quis est impeditus adire, sed
controuersia mota super hæreditate non impedit confe
ctionem inuentarii.posset tamen defendi dictum Bal.s.
quando hæres probabiliter ignoraret litem motam,iux
ta l.quamdiu,sup.qui admi.¶In gl.parua,super uer.sexa
12 ginta.Habetis notare ex hac gl.† quòd appellatione mẽ
sis continentur.30.dies.de quo per gl.& Doc.in c.quam
sit,ext.de elec.lib.6.& per Bar.in l. cum bissextus. ff. de
verb.sig.& per Bal.in l.eos.§.cautione.j̃.de appel. & per
Ang.in l.2.j̃.de tem.app.¶In gl.super ver.cæterorũ.ibi,
trium testium.Non tamen intelligatis gl.velle, quòd ad
a conficiendum inuentarium,[a]notarius teneatur adhibere
13 tres testes:†quia bene sufficerent duo.l.ubi numerus. ff.
de testi.Sed intelligatis gl.velle, quòd quando credito
res,uel legatarii sint absentes,loco ipsorum debent ad-
hiberi tres testes in ipsa confectione inuentarii, & sic in
summa erunt quinq; testes, & istam opin. sequuntur hic
Bar.& Ang.& ita teneatis,quidquid dicat hic Sal.¶Di-
cebant tamen Bal.& Pau.de Cast. in Auth.sed cum testa
tor,j̃.ad leg.falc.quòd de consuetudine solent adhiberi
tres notarii,qui se subscribant in inuentario, & hoc suffi
ciet,quamuis nulli alii testes sint adhibiti, quia notarii
præsumuntur esse sufficientiores.Sed ista opi.est pericu-
14 losa:†quia notarius,qui recipit inuentarium, non com-
putatur in numero testium,ut no.in l.hac consultissima
15 sup.de test.¶†An autem oporteat citari creditores,& le
gatarios nominatim, an verò sufficiat eos citari per ge-
nerale proclama.Concludite(secundùm veram opini.)
quòd si sunt certi,debent citari nominatim, si verò sin
incerti,sufficit generale proclama.l.si eo tempore, j̃. de
16 remis.pign.¶†Quid autem si aliqui fuerint citati,& al-
b qui non,an inuentarium reddetur totum nullum.[b]Cõclu
dite quòd nõ,imò ualebit,quantùm ad citatos. Ita dicit
Bal.in Auth.si omnes.s̃.si vt se ab hær. abstineant. not.in
17 c.fina.ext.de maior.& obed,¶In glo.penul.in fin.†Nun-
quid testes debeant cognoscere contrahentes. distingui
te,ut hic per Bar.cuius distinctio est magis communiter
approbata. An autem notarius debeat cognoscere par-
tes contrahentes,inter quas recipit instrumentum.Vide
te per Bal.in rub.s̃.de fi.inst.circa 6.colum. ¶Extra glo.
18 quæro,†nunquid omissio signi sãctæ crucis habeat uitia
re inuentarium.Bar.Bal.& Ang.hic determinant, quòd
non:quia ista est leuis solemnitas,cuius omissio non ha-
bet actum uitiare.l.1.§.pen.ff.de ven.inspic. Contrariam
opin.tenuit ipse Ang.in l.1.§.hæc stipulatio.ff.si cui plus
quàm per leg.falc.& Io.de Imo.ibidem,qui refert,quòd
istam opinionem tenebat præceptor suus dominus Fran
ciscus de Ramp. et ad argumentum, quòd est leuis solẽ
nitas,ipsi respondent, quòd solemnitas denotata à lege
per modum conditionis,nunquam dicitur esse leuis. Ita
dicit Bal.in Auth.matri,& auię,s̃.quan. mul.tut. off.fun.
potest.Ad idem adducunt tex.cum gl.in §.immediatè se
quenti,in verbo consolidauerit. Vos teneatis primam
opin.pro qua in quæst.facti adducebam pulchram ratio
nem.Nam inuentarium prodest etiam Iudæis, & Sarace
nis,qui subsunt populo Romano, & imperio, & tamen
propter eorum superstitionem non apponent signũ san-
ctæ crucis.¶Addite,quòd Bal.consuluit, secundũ istam
opin.vt patet in suo cons.331.inc.in Christi nomine, q̃-
ritur,an signum sanctæ crucis,in 3.uol.suorum consil.
19 ¶Sed quæro vlterius,†utrùm istæ solemnitates requisitę
ad confectionem inuentarii,possint diminui per consue
tudinem patriæ.Bal.eleganter in suo cons.161.incip. in
Christi nomine.In confectione inuentarii,in 1.uol. suo-
rum cons.determinat,quòd sic,allegat.l.2.j̃.quemad. te
sta.aper.& ita obtinui in quęstione facti in quadam cau
20 sa,quæ uertebatur in partibus Sabaudiæ. † Item licet in
confectione inuentarii,quod facit tutor,uel curator re-
quiratur iudicis decretũ.l.de creationibus, sup.de epis.
aud.habetur in l.tutor qui repertorium.ff.de administr.
21 tut.†tamen in inuentario,quod conficitur per hæredem,
non requiritur iudicis decretum,& Alex. attestatur hic
hanc esse communem opin. Addite uos Bal.ita deciden
tem in illo suo cons.331.ad fin.illius cons.¶ Sed moueo
22 vobis pulchram dubitationem. †Quid si tutor pro se fa-
ciat inuẽtarium tutelare,an illud inuentarium proderit
pupillo,ut hæredi defuncti,ita ꝙ gaudeat de istis benefi
ciis,de q̃bus loquit̃ lex nostra.Cõcludite ꝙ nõ, q̃a aliud
est inuentarium tutelare,& aliud inuentarium,quod fit p̃
hæredẽ de rebus hęreditariis.Fallit,si omnes solẽnitates
requisitæ ad utrunq; inuentariũ,fuissent seruatæ in cõfe-
ctione inuentarii tutelaris.Ita dicit eleganter Bald. in l.
filium,

filium,quem habentem. sup. famil.ercis.& est de mente eiusdem Bald.hic in 10. col. quod est perpetuò menti te
23 nendum.¶†Sed ponamus,quòd plures sunt hæredes de functi:vtrùm vnusquisque ipsorum tenebitur conficere inuentarium. Cy.Ray.& Bart.de Salic.hic determinant quòd sic,nisi omnes commisissent vni, vt conficeret pro omnibus.arg.l.si quis ex argentarijs.in prin. ff.de eden.
24 ¶Quæro finaliter:† vtrùm testator posit remittere hæredi confectionem inuentarij.Si loqueremur in tutore, res esset clara, quia testator potest tutori remittere con fectionē nuentarij.tex.habetis in l. fi. sup.de arbi.tutel. notatur in l.tutor, qui repertorium.ff.de adminis.tuto. Sed quęstio per me formata est de hærede defuncti.Bal. hic,& in d.l. fin.sup. de arbi.tutelæ.videtur velle quòd non,nedum in præiudicium creditorum,imò nec in pręiudicium legatariorum.¶Sed Paulus de Cast.in l.nemo potest.ff.de lega.1.tenet,quòd licèt testator non posit hæredi remittere confectionem inuentarij in præiudicium creditorum: tamen hoc facere poterit in præiudicium legatariorum,quia sicut erat in potestate testatoris non legare, ita debet esse in eius potestate remittere cō fectionem inuentarii in præiudicium ipsorum legatariorum. Addite vos, quòd istam opinionem tenuit Bald.in l.cum tale.in §. Titius.ff.de condit.& demonst.¶Addite etiam,quòd Alexan.de Imol.consuluit secundùm istam opin.vt patet in suo consi.82. incip.Redemptoris nostri inuocato suffragio.perspectis his.in 2.vol.suorum consilio.& idem Alex.suo consi.40.incip.vt sup.in 3.volu.

ADDITIONES.

a ¶Ad conficiendum inuentarium.Quæ & quot requirantur in conficiendo inuentarium. vide per Ang.Are.in §. extraneis autem.Instit.de hæred.qualit.& diffe.

b ¶Fuerint citati. De hac quæstione vide per eundem Iacob.in d.Auth.si omnes.alleg.in tex.

In.§.Et si præfatam.

SVMMAE.

1 *Inuentarium quod beneficium afferat conficienti. & num.2. & 5.*

3 *Probatio in contrarium per confessionem partis admittitur cōtra præsumptionem iuris, & de iure.*

4 *Pater,qui habet vsumfructum bonorum aduentitiorum filij, non tenetur conficere inuentarium.*

6 *Creditores qui dicantur.*

7 *Subueniendum magis est certantibus de damno vitando, quàm certantibus de lucro.*

8 *Condictio ex lege est remedium subsidiarium.*

9 *Hæres,qui confecit inuentarium,an posit incarcerari ad instantiam creditorum.*

10 *Hæres,qui confecit inuentarium, an teneatur satisfacere creditoribus hæreditariis de eo,quod fuit datum ipsi hæredi causa conditionis implendæ.*

11 *Hæres an teneatur vendere res hæreditarias pro satisfaciendo creditoribus.*

12 *Hæres,si est obligatus mixta obligatione, an prosit sibi confectio inuentarii.*

13 *Hæres rogatus post mortem suam restituere hæreditatem mihi,an teneatur ad instantiam mei fideicommissarii conficere inuentarium de rebus hæreditariis.*

14 *Iuratur in litem contra tutorem non conficientem inuentarium.*

15 *Testator,si reliquit uxorem suam usufructuariam omnium bonorum suorum, an teneatur ipsa uxor ad instantiam hæredis facere inuentarium,seu repertorium rerum hæreditariarum,in quibus habet usumfructum.*

.§.Et si præfatam. ¶Hæres, qui solemniter facit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias, & detrahit Falcid. & potest satisfacere creditoribus, & legatariis primò venientibus;si tamē satisfaciat posterioribus creditoribus, priores creditores poterunt remediis oportunis agere contra ipsos posteriores creditores: sed contra hæredē, vel habentē causam ab eo,regressum non habebunt.Hoc
1 dicit usque ad.§.in computatione.¶Nota primò beneficium, quod consequitur hæres ex confectione inuentarii,quia non tenebitur,nisi secundùm vires hæreditarias. ¶Addite alium effectum, quia si hæres cōficiat inuentarium, & res hæreditariæ scriptæ in inuentario postea pereant,liberabitur hæres, quia licèt sit debitor quantitatis: tamen est obligatus respectu certarum specierum; & ideo per interitum illarum rerum liberabitur. Istud est aureum dictum Bar.in l.in ratione.la 2.§. diligenter.
2 ff. ad leg. Falcid. ¶†Regula primi notabilis fallit in aliquibus casibus,in quibus licèt hæres non conficiat inuētarium:tamen non tenebitur vltra vires hæreditarias. ¶Primus est casus,quando creditor dolosè inducit hæredem ad adeundam hæreditatem: nam ipse hæres hoc casu non tenebitur vltra vires hæreditarias, quanquam non confecerit inuentarium.Ita determinat Bal.in l.fin. & per illum tex.ff.de dolo. ¶ Secundò fallit in hærede illius,qui cessit bonis:quia sicut ipse cedens non teneretur vltra quàm posit,ita nec eius hæres, licèt inuentarium non confecerit,secundùm Bal.in l.1. inf. qui bon. cedere poss.& hoc extendunt Ange.& Ioan.de Imol. in l.1.§.hæc stipulatio.ff. si cui plusquam per leg. Falci. ad quemcunque hæredem illius, qui habet beneficium, vt non teneatur,nisi inquantum facere potest.Sed ista extēsio est valde periculosa:quia videtur contra tex.in l.sciēdum.ff.de re iudi. & contra.l.maritum.cum.l.seq.ff.sol. ma.¶Quartò fallit in foro cōscienciali: quia tunc hr̄s nō tenetur vltra vires hæreditarias, licèt nō fecerit inuentarium.Ita habetur in c.in literis.extra de rapto.& in c.parochiano.extra de sepul. ¶Quintò fallit,quando creditores confitentur,quòd in hæreditate nihil aliud est,nisi id quod hæres asserit. Nam tunc non tenebitur vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario: quia cessat præsumptio subtractionis. Nam nos habemus,
3 † quòd contra pręsumptionē iuris,& de iure admittitur ꝑbatio in cōtrarium per confessionem partis, vt volunt oēs Doc.in Auth. sed iam necesse. s̄. de dona. ante nup. & est gl. reputata singularis in corpore, vnde sumit̄ illa Auth.habet̄ ēt in c.is qui fundū.ext.de spōs.¶ Quid aūt in executore tenente locū hæredis,an si non conficiat inuentarium, tenebitur vltra vires hæreditarias? videte ꝑ Specul.& Ioan.And.in addit.in tit.de instru. edi. §.fin.&
4 per Ang.in d.§.hæc stipulatio. ¶Addite, † quòd pater, qui habet vsumfructum bonorum aduentitiorum filii, non tenetur conficere inuentariū:quia non tenetur reddere rationem filio.l. cum oportet. & l.fi.§.ne autem.s̄. de bo.quæ libe.per Bald.in Auth.sed cum testator. inf. ad leg. Falci. Quid in monasterio,quod habet bona ingressi.& quid in clerico hærede instituto,& quid in ecclesia, an teneantur facere inuentarium: videte hic per Bald.& per Ang.& Imo.in d.§.hæc stipulatio. ¶ † Nota mirabilem effectum confectionis inuentarii, quia hæres potest satisfacere creditoribus, & legatariis primo venientibus,adeo quòd non poterit postea molestari.Sed Archid.in c.sanè.14.q.5.limitat,vt iste text. non procedat in hærede vsurarii,quia non poterit primò satisfacere legatariis. imò debet primò satisfacere illis,à quibus defunctus extorsit vsuras. sed Lapus, & Dominicus de sanct.Geminia.in c.quanquam. ext.de vsur. lib.6.tenent contrarium per nota.per Host.in summa.de testam.§.ad quid hæres.vers.quid si non sufficit.& Alex.dicit istam

opinionem esse veriorem,nisi hæres versaretur in dolo.
Mihi magis placet opinio Archid. quia pro exoneratio
ne conscientiæ defuncti est primò satisfaciendum credi
6 toribus, quàm legatarijs.† Et illi dicuntur creditores, à
quibus defunctus extorsit vsuras, per ea,quæ habentur
in c.Michael.& in c.cum tu.ext.de vsur.¶Nota ex §.licē
7 tia,id ad quod allegatur, † quòd magis subueniendum
est certantibus de damno vitando, quàm certantibus de
lucro.¶In glo.super ver.accommodare.ibi.§.planè.Sol
uite, quòd nos hic loquimur in exigendo. Contrarium
verò loquit in transigendo, quo casu magis fauemus ali
mentis relictis ex vltima voluntate, quàm alimentis de-
bitis ex contractu inter viuos.¶In eadem gloss.in fi.glo.
bene respondet,& ex ea verificatur dictum Cyn. in l. 2.
inf.qui pot.in pigno.hab.& Bar.in l.is cui.§. postquam.
ff.ut in posses.leg. vbi dicunt, quòd si hæres satisfecerit
primò legatarijs,quàm creditoribus : tamen creditores
non poterunt habere regressum contra legatarios : nam
hoc debet intelligi, secundùm eos, quando hæreditas
est soluendo.Dicit tamen Paul.de Castr. quòd si res le-
gatæ essent hypothecatæ creditoribus : tunc creditores
possent agere contra legatarios. Sed hoc nihil est dice-
re,quia oporteret primò,quòd creditores agerēt actio-
ne personali contra hęredem,& excutere eius bona,an-
tequam possent agere hypothecaria cōtra tertios posses
sores. Auth.hoc si debitor.inf.de pigno.¶In gloss.super
verbo,condictionem,ibi, secundùm Irnerium. Ex hac
8 glo.colligitis,† quòd condictio ex lege a est remedium
a subsidiarium: de quo per gl.in l.quotiens. ff.de actio.&
oblig.& per Bald.in rub.sup.de cond.ex leg.in fin.glos.
De hac materia,an debitor possit satisfacere vni credi-
tori in præiudicium aliorum,tractat plenè Bart.in l. pu-
pillus. ff. de his quæ in frau. credi. tractatur etiam per
Bar.hic in penu.colum.& etiam in vlt.vbi etiam tractat,
qd si creditores sint pares, & debitor satisfaciat vni ex
eis:an alter creditor habebit aliquod remedium cōtra
primū,& determinat ꝙ sic,si ambo erāt diligētes:qa vter
que instabat sibi satisfieri, secus si ille,cui fuit satisfactū,
fuit diligens,& alter negligens.l.si non expedierit.versi.
quid ergo.ff.de bonis aucto.iud.pos. An autem hæres,
qui fecit inuentarium possit incarcerari ad instantiam
creditorum, stante statuto, quo cauetur, quòd debitor
possit incarcerari ad instantiam creditoris. Videte hic
9 per Bal.plenissimè.Vnum notetis,† quòd stante statuto,
de quo supra,antequam hæres possit incarcerari, est ne
cesse, quòd constet eum esse hæredem. Ita notab.deci-
dit hic Bald.& alleg. notata in l.cum dotem.§. transgre-
diamur.ff.soluto matri. Addite,quòd de ista materia tra
10 ctat Imo.in l.postulante. ff.ad Trebel.†Sed an hæres,qui
confecit inuentarium, teneatur satisfacere creditoribus
hæreditariis de eo, quòd fuit datum ipsi hæredi causa
conditionis implendæ.Concludite quòd aut fuit sibi da
tum tanquam hæredi,puta quia testator legauit fundum
Sempronio,si dederit quinquaginta hæredi, exprimēdo
hoc nomē hæredi.secus si legasset fundum Sempronio,
si dederit quinquaginta Titio.& sic illud,quod fuit datū
causa conditionis implendæ, fuit datum ipsi Titio non
vt hæredi,sed vt extraneo:nam in primo casu,illud datū
cēsetur de hæreditate defuncti. & ideo de eo erit satisfa
ciendum creditoribus hæreditariis: secus in secundo ca
su.Ita sing.determinant Ang.& Pau.de Cast.in l. seruum
filii.§.si idem seruus.ff.de lega.1.allegant.l.ita tamen.§.
qui suspectam. ff.ad Trebel.iunct. l.qui hæredi.in §.1.ff.
11 de condi.& demon.¶Vlterius quæro:†vtrùm hæres pro
satisfaciendo creditoribus hæreditariis,teneatur vende
re res hæreditarias.Bart.hic cōcludit,ꝙ aut constat ipsas
res fuisse hæreditatis, & in dominio defuncti: tunc si re-
periat emptorē, qui velit emere absque aliqua propria
obligatione ipsius hæredis, & tunc tenebitur vendere,
& de pretio satisfacere creditoribus,& legatariis:secus,
si emptor vellet, quòd hæres se obligaret de euictione,
vel non constat quòd res fuerit in dominio defuncti:qa
tunc hæres non teneretur vendere,ne damnum patiatur
propter periculū euictionis, imò poterit de ipsis rebus
satisfacere creditoribus,& legatariis. Et istam opinionē
Barto.sequamini per illam regulam.Quod mihi nō no-
cet,& alteri prodest,de facili concedendum est. l.in cre
ditore. ff. de euict. licèt Ang.in dicto.§.ex stipulatione,
indistinctè tenuerit hæredem nō teneri vendere, sed de
12 bet ipsa bona tradere creditoribus laceranda.† Quid au
tem si hæres sit obligatus mixta obligatione:scilicet cau
sata tā ex aditione hæreditatis, quàm etiam ex propria
obligatione,an prosit sibi cōfectio inuentarii.Cōcludite
quòd sic.Ita vult glo.penulti. in l. quæ dotis.ff. sol.mat.
Addite ad scripta per Alex. pulchram quæst. quam sæ-
13 pe habui in practica.†Nūquid hæres rogatus post mortē
suā restituere hr̄ditatē mihi, teneat̄ ad instātiā mei fidei-
commissarij conficere inuentarium de rebus hæredita-
riis.Concludite quod sic,vt volunt Iaco.de Are.Barto.
Bal.& Pau.de Cast.in l.cum tale.in §. Titius.ff.de cond.
& demon. & est ratio, quia ipse hæres tenetur reddere
rationem ipsi fideicommissario : ergo tenetur conficere
inuentarium, quod est caput redditionis rationis. ¶Est
enim verum, quòd in ista confectione inuentarii,nō erit
necesse seruare solemnitatem huius. l. sed sufficeret ser-
uare solemnitatem, quam tenetur seruare tutor in con-
fectione inuentarii.& dicit singul.Raph.Cuma.in l.in ra
tione.§.quod vulgo.ff.ad leg.Falc.quòd quamuis hæres
non conficiat inuentarium;tamen fideicommissarius nō
14 poterit iurare in litem contra ipsum hęredem,† licèt cō
tra tutorem non conficientem inuentarium iuretur in li
tem.l.tutor qui repertorium.ff de administ.tuto.An au-
tem inuentarium confectum per hæredem proderit fi-
deicommissario,vel substituto pupillari.Videte per Bar.
& omnes in dicto. §. quod vulgo. ¶Finaliter quæro de
15 quæst.quotidiana. † nunquid quando testator relinquit
vxorem suam vsufructuariam omnium bonorum suorū,
teneatur ipsa ad instantiam hæredis conficere inuenta-
rium,seu repertorium rerum hæreditariarum,in quibus
habet vsumfructum. Concludite, quòd ipsa tenetur fa-
cere descriptionem, seu instrumentum ipsarum rerum.
qđ probo, quia ipsa tenetur cauere de vtendo & fruen-
do arbitrio boni viri.& de restituēdo ipsas res finito vsu
fructu, si sunt res, quæ vsu non consummuntur, si ve-
rò sunt res,quæ vsu consummuntur,vt vinum,oleum,&
hmōi similia, tenetur cauere de restituendo ęstimationē
ipsarum rerū finito vsufructu. Cum ergo deueniendū sit
ad istam cautionē: certè ipsa tenetur describere,seu de-
scribi facere ipsas res hæreditarias,vt cautum sit hęredi,
& ne fraudetur.Ita determinat Alex.de Imol. suo cons.
58.incip.Redemptoris nostri inuocato suffragio. habita
sup narratis in themate opportuna cōsideratione. in ter
tio.vol.suorum cons.Ego pro ista sentētia alle. tex.quē
ipse non allegat in l.1.ibi,rectè enim faciet.in verbo te-
statum.ff.vsufrct.quemad. caueat.

ADDITIO.

a ¶Condictio ex lege. Vnde talis condictio oriatur.vide
per Bald.in l.Arriani.sup.de hæreti.& per Bar.in l.1.ad
leg.Falcid.Alex.in l.omnes populi,de iusti. & iure.Bar.
in l.1.de publi.iudi.latè Bald.& Alex. in l.1. de condi-
ctio.ex leg.

In.§.In computatione.

SVMMAE.

1 Impensa funeralium deducitur,ut æs alienum.
2 Impensa,quam facit hæres in recolligendo instrumentum te-
stamenti

stamenti à notario, deducitur, vt æs alienum.

3 *Notarius tenetur dare copiam inuentarij creditoribus, vel legatarijs ipsam petentibus.*

4 *Expensæ factæ per hæredem ex causa necessaria pro hæreditate deducuntur, ut æs alienum.*

5 *Actio, quæ competebat hæredi contra defunctum, per aditionē hæreditatis confunditur ipso iure.*

6 *Hæres si non posit probare de debito defuncti, nisi per testes, ipse hæres (confecto inuentario) potest facere dari curatorē hæreditati, & facere examinari testes super eo, quod debebat habere ipse hæres à defuncto.*

7 *Hæres si promisit defuncto duplam pro euictione, quid iuris.*

8 *Fideiussor si succedat reo principali, qui non est soluendo, & faciat inuentarium, an ipse fideiussor erit liberatus.*

Pater alienauit bona aduentitia filij. Mortuo patre, filius adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, an poterit uendicare ipse filius bona illa alienata per patrem.

10 *Creditor præfertur legitimæ debitæ filio.*

11 *Hæres non conficiens inuentarium an perdat legitimam.*

12 *Legitima filii iudicatur, vt lucrum.*

13 *Hæres, qui erat debitor meus ex facto defuncti, post aditam hæreditatem, & confectum inuentarium, obligauit se erga me in illa quantitate, in qua mihi tenebatur ex facto defuncti: ego ago contra eum ex sua propria obligatione, an in hoc casu proderit ei confectio inuentarii.*

14 *Opponi pōt contra instrumentū, quod non habet in se causam.*

15 *Statutum, quo cauetur, quòd uictus uictori condemnetur in expensis, recipit interpretationem à iure communi, scilicet nisi condemnatus habuerit iustam causam litigandi.*

16 *Statutum, quòd recipiat interpretationem à iure communi, limitatur. & nu. 17.*

18 *Statutum si disponit, quòd extantibus agnatis, mater non succedat, an tunc filius sororis excludet matrem.*

§. In computatione. ¶Expensa facta p hæredem in recolligendo instrumentum testamenti, & in faciendo illud insinuari, vel pro alijs causis necessarijs in hæreditate, vel in causam funeris, deducitur vt æs alienum, & actiones, quæ competebant hæredi contra defunctum, remanent saluæ ipsi hæredi, si inuentarium conficiat. Hoc dicit in summa vsque ad §. licentia. ¶ Nota primò ex isto
1 textu, † quòd impensa funeralium deducitur, vt æs alienum. Et dicit Bal. in l. in restituenda. sup. de petit. hære. quòd impensa funeris, & infirmitatis æquiparantur.
2 ¶Nota subsequenter hic bene probari, † quòd impensa, quam facit hæres in recolligendo instrumentum testamenti à notario, deducitur vt æs alienum; intantùm, q̄ si hæreditas est soluendo, legatarii de tali impensa nihil debent cōtribuere, secus si hæreditas non sit soluendo: quia tunc ipsi contribuent in ista expensa. Dicit tamen hic notab. Bal. quòd quamuis hæreditas esset soluendo: tamen si legatarii petant ab hærede, vt eis det copiam testamenti: tunc debebit contribuere in expensa facta per hæredem in faciendo leuari illud testamentum per notarium. Idem vult ipse Bald. in l. 2. sup. de eden. optimè facit l. fi. in §. 1. inf. de bon. autho. iudi. possid. Addo
3 vobis: † quòd si creditores, vel legatarii peterent à notario copiam inuentarii, teneretur eis dare: quia interest ipsorum, vt sciant valorem hæreditatis. Ita expressè determinat Bar. in l. controuersia. ad fin. commenti. ff. de tran-
4 sactio. ¶Nota, † quòd expensæ factæ per hæredem ex causa necessaria pro hæreditate deducuntur, vt æs alienum. ¶Dicit tamen hic Bal. quòd non debet deduci impensa facta per hæredem in litigando contra eum, qui contendebat se esse hæredē. quia ista non dicitur cā hæreditatis. Sed Ang. dicit, q̄ si agens obtineat snīam pro se: poterit talē impensam deducere, quia satis dr̄ causa hæreditatis qñ quis curat, q̄ hæreditas vadat ad illū, quē testator ordinauit in testamento expressè, vel tacitè, moriendo ab intestato. l. conficiuntur. & l. si quis cum nullum. ff. de iur. codicil. ¶In glo. super verb. approbauerin. in fi. Concludite ex mente Doct. quòd si est expensa egregia, debet probari per testes, vel per instrumentū. si verò sint expensæ minutæ, stabitur sacramento eius, qui dicit eas fecisse. & quia dominus Alex. allegat pluri mas authoritates, scilicet qualiter probentur impensæ. Addite vos Bald. quem ipse non allegat in §. fi. Instit. de Attilia. tut. Addite etiam dominum Panor. quem ipse non allegat in c. qualiter, & quando. il 2. in glo. 2. ext. de accusa. ¶In glo. super verbo, confundantur, ibi, non au-
5 tem quò ad effectum. Colligitis ex ista gl. † quòd actio, quæ competebat hæredi contra defunctum, per aditio-
a nem hæreditatis confunditur ipso iure: & est ratio, quia impossibile est, quòd quis sibimetipsi sit obligatus, & sic, quòd in eadem obligatione sit debitor, & creditor. tex. habetis in l. Vrannius. ff. de fideicom. Notatur per glos. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. Quantùm autem ad effectum, actio, quæ competebat hæredi contra defunctum, non confunditur confecto inuentario: imò remanet serua ipsi hæredi per istum tex. Ideo dicit hic ele-
6 ganter Bal. circa 2. col. † quòd si hæres non possit probare de debito defuncti, nisi per testes: poterit ipse hæres (confecto inuentario) facere dari curatorem hæreditati, & facere examinari testes super eo: quod debebat habere ipse hæres à defuncto, & ita sequitur hic Pau. de Cast. quod est bene notandum in practica. ¶In ead. glo. ibi, cum emptor. Vos concludite in isto passu, quòd aut res fuit euicta hæredi, postquam adiuit hæreditatem, & tunc, quia actio nunquam fuit sibi acquisita ad duplum: certè non poterit deducere duplum, quia confectio inuentarii non debet afferre lucrum ipsi hæredi, sed sufficit, quòd præseruet eum à damno per istum tex. facit l. si ei qui. ff. de euict. Si verò res fuerit euicta hæredi, ante quam adiret hæreditatem: tunc per confectionem inuētarii cōseruabitur sibi duplum. Et est ratio, quia ex quo lucrum iam erat sibi acquisitum, diceretur pati damnū, si illud lucrum perderet. glo. notab. in l. 1. §. si quis autē
7 propter. ff. de itin. actuq. priua. ¶†Quid autem econtra, si hæres promiserat defuncto duplam pro euictione. Concludit Pau. de Cast. quòd si ante aditam hæreditatem inceperat hæres esse obligatus defuncto, vel hæreditati iacenti de euictione ad duplum: tunc illud duplum totū computabit ad fauorem creditorum: quia successio nō debet habere vim solutionis, quantùm ad lucrum hære- dis. l. si hæres à debitore. §. fi. cum ibi not. per Bar. ff. de fi-
8 deiuss. ¶†Quid autem si fideiussor succedat reo principali, qui non est soluendo, & conficiat inuentarium: an ipse fideiussor erit liberatus. iuxta l. generaliter. ff. de fideiuss. Dicite, vt per Bar. in l. si debitor. ff. de separat. bon. & per Bal. in l. si vxor. C. de bon. auth. iud. possid. ¶ In ead. gl. ibi, sed quid si pater. Gl. in hac parte format quæstio-
9 nem. †Pater alienauit bona aduentitia filij: mortuo p̄re, filius adiuit hæreditatē cum beneficio inuentarii, an poterit vendicare ipse filius bona illa alienata per patrem. & glo. in hoc distinguit hoc modo. Aut hæreditas est soluendo, vel non. ¶Primo casu, quando est soluendo, glo. concludit, quòd aut filius habet vltra legitimam, & tunc repellitur à vendicando, quatenus habet de hæreditate paterna vltra legitimam. aut non habet nisi legitimam: & tunc non repellitur à vendicādo illa bona alienata per patrem: quia legitimam debet habere sine onere. l. quoniam in prioribus. sup. de inoffic. testamen. Sed Doctores concludunt, quòd etiam si solam habeat legitimam, tamen repellitur: quia si filius euinceret rem ab emptore, ipse emptor reperiretur creditor. & nos ha-
10 mus, † quod creditor præfertur legitimæ debitæ filio, & hoc est, quod dicimus, quòd antequam soluatur legitima filio, debet deduci æs alienum. l. Papinianus. §. quar ta-

ta.ff.de inoff.teſta .& ſic ipſi filio vēdicanti bona ſua alie
nata per patrem , obſtabit illa regu. quem de euictione
tenet actio,&c.l.vendicante. ff. de euictio. Non obſtat,
quòd filius debeat habere legitimam ſine onere : quia
reſpondetur,quòd verum eſt ſine onere legatorum: ſed
tamen non debet eam habere ſine onere creditorum.di
cto.§.quarta.Iac.de Beluiſ.& Bar.ſeruant hanc gl.in ali-
quibus caſibus. Primus caſus eſt, quando pactum eſſet,
quòd emptor non poſſet agere de euictione.Secundus
quando ille,qui habuit cauſam à patre non emit, ſed ha
buit titulo lucratiuo, puta donationis.Tertius eſt caſus,
in quo etiam defenditur glo.ſcilicet quando filius fuiſ-
ſet inſtitutus ī re certa pro legitima:tūc.n. quia actio de
euictione non poſſet inſtitui contra eum.l.quotiens.ſup.
de hære.inſti.ideo tunc filius non repelleretur. Habetis
expeditum primum caſum,ſcilicet quando hęreditas eſt
11 ſoluendo,& filius confecit inuētarium.¶Sed† ponamus,
quòd hoc caſu confeciſſet inuentarium.Iſta gloſſ.in hoc
diſtinguit, quòd aut habet ſolùm legitimam:tunc in gl.
habetis duplicem literā,quædam litera dicit, quòd hoc
caſu in totum repellitur, alia litera dicit, quòd in ni-
hilum repellitur, ſi verò reperitur habere vltra legiti-
mam:tunc repellitur non habito reſpectu ad valorē re-
rum,ſed habito reſpectu ad quotam, pro qua quota eſt
hæres.Ita reſidet gl.Sed Doct. communiter diſtinguunt
aliter dicentes, quòd aut emptor erat habiturus regreſ-
ſum de euictione,& tunc filius repelletur in totum, ſi in
totum eſt hæres. Si verò eſt hæres pro parte, repelletur
ſolùm pro illa quota. d.l. vendicantem. Aut emptor nō
erat habiturus regreſsū de euictione,puta , quia conue-
nerant de non agendo de euictione, nec ad reſtitutionē
pretii.iuxta.l.emptorē.in §.ibidē.ff.de actio.emp. & tūc
ſi filius ſolam habeat legitimā , in nihilū repellet. Si aūt
reperiatur filius vltra legitimam hr̄e: tūc repelletur eate
nus, quantenus reperiretur habere vltra legitimam. Iſta
eſt mens Iaco.de Beluiſ.Bar.Ang.& Pau.de Caſt. & do-
mini Pet.de Ancha.& Io.de Imo.in c.1. extta de teſta .
¶Sed Bald. in d. l. cum à matre,& Rapha. Fulgo. hic in
hoc vltimo membro determinant contrarium dicentes,
quòd quamuis emptor non ſit habiturus regreſſum de
euictione,tamen filius,qui reperitur habere vltra legiti-
mam,repelletur à vendicando bona ſua alienata per pa
trem pro tota ea parte, pro qua eſt hæres,non aūt ſolùm
quatenus reperitur habere vltra legitimam . per d. l.
12 cum à matre.iunct. l. ſi fundum ſciens.j̃.de euict. † Item
b quia de legitima [b] filij iudicamus vt lucrum, put vult gl.
notabilis,& ibi Bar.in l.3.ſupra de iuris & fac.igno.ergo
filius debet repelli,per reg.l.ex qua perſona.ff.de regu.
iuris.¶Non obſtant notata in l.2. ſupra ſi quid in fraud.
patro. quia ibi defunctus donauerat in fraudem hære-
dis.¶ Eſt ergo concluſio in hoc caſu,an filius confecerit
inuentarium,vel non:quia ſi confecit inuentariū,repellit̄
habito reſpectu ad valorē,& æſtimationē rerum hæredi-
tatis.Si verò nō cōfecit inuētarium,repelletur pro quo-
ta parte reperietur hæres.Habetis expeditum totum pri
mum caſum.¶Secundo caſu principali,quando hæredi-
tas non eſt ſoluendo,concludite cum glo. iſta, quòd aut
filius non confecit inuentarium:& tunc nihil poterit pe-
tere.§. ſi verò non fecerit. in Auth. de hæredi. & falci.ſi
verò fecit inuentarium,poterit petere totum: & in hoc
glo.bene dicit.Addo vobis pulchram quæſtionem,quæ
13 fuit de facto.† Hæres,qui erat debitor meus ex facto de
functi,poſt aditam hęreditatem,& confectum inuentariū
obligauit ſe erga me in illa quantitate, in qua mihi tene
batur ex facto defuncti: ego ago contra eum ex ſua pro
pria obligatione:vtrùm hoc caſu proderit ſibi confectio
inuentarij.concludite quòd non. Ita eleganter determi-
nat Ang.ſuo conſilio.30.incip.viſo laudo. & in reſpon-
ſione incip. dominus Philippus. Hoc dictū Ang.ſequi-
tur dominus Franc. de Are. ſuo conſil.148. ¶ In eadem
gloſſ. in fine Rayn. de Forliu. dicit, quòd totus mun-
dus tenet contra iſtam gloſſ. quia(ſecundùm eam) ſta-
tutum nihil operaretur, contra.l.ſi quando. ff. de legat.
primo.Item quia hæres adeundo hæreditatem, videtur
ſe obligare voluiſſe,ſtante.l.duo.ff.de acqui. hæred.Sed
Iac.de Beluiſ.& cæteri Docto.ſequuntur iſtam glo. quia
ſtatutum debet taliter intelligi , quòd quis indebitè dā-
num non patiatur,etiam ſi ita intelligendo,ſtatutum ni-
hil operaretur, vt notatur in c. cum dilectus. & in c. ad
audientiam. extra de cleri. non reſid. Notatur per Imo.
in l.4.§.Prætor.ff.de dam.infec.Ad argumētū, quòd ſta-
tutum nihil operaretur. reſpondebitis,vt ſup.vel aliter,
quòd imò operatur: quia addit nouum vinculum, vltra
vinculum iuris cōmunis, vt per Bar.in l.1.ff.ad leg.Fal-
14 cid.vel aliter, ſecundū Raph.Fulg.hic.Vos ſcitis,† quòd
contra inſtrumentum,quòd non habet in ſe cauſam, po
teſt opponi.l.cum de indebito.§.fi.ff.de probatio.& c. ſi
cautio. ext.de fide inſtru. certè ſi in loco extaret ſtatutū
diſponens in terminis,de quibus in iſta glo. hæres non
poſſet opponere contra inſtrumentum de defectu cauſę.
15 Addite, † quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd victus victori
condemnetur in expenſis; tale ſtatutum recipiet inter-
pretationem à iure communi,ſcilicet niſi condemnatus
habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: quia tūc non tenetur
ad expenſas(non obſtante,quòd ſtatutum loquatur indi
ſtinctè)Ita dicit Bald.in l.eos.§.cautionem.inf.de appel.
& in l. terminato. inf de fruct. & lit. expen. & ita tenea-
tis.licèt Ang. diceret contrarium in l. non ſolum. ff. de
rei vendi.Sed dictum Ang.poteſt defendi, quando pro-
miſſæ fuiſſent expenſæ. Nam tunc etiam, ſi reus habuiſ-
ſet iuſtam cauſam litigādi,teneretur ad illas.per no.per
gl.in §.oportet.in Auth. de iudi. ¶Itē ad illud, quod ſo-
16 let dici, † quòd ſtatutum recipit interpretationem à iu-
re communi. Bal.in l.maximum vitium circa. 7. colum.
ſup.de libe. præteri. dabat mirabilem limitationem di-
cens, quòd quotienſcunque ſtatutum venit derogatiuè
ad ius commune:tunc nō recipit interpretationem à iu-
re communi. Idem voluit ipſe Bal. in c.cum non liceat.
extra de præſcrip. & dicit hic Pau. de Caſt. quòd vidit
ſolemnes Doctores facere magnum feſtum de iſto di-
cto.Sed Io.Calderi.ſuo conſi.32.in rub. de teſtam.tenet
totum contrarium dicens, quòd licèt ſtatutum augeat
legitimam filiorum:tamen recipit interpretationem à iu
re communi,& Io.de Imo.in l.ſi uiro. ff. ſolu. ma. tenet
contra Bal.per l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cog. iuncta Au
then.offeratur.ſup. de lit. conteſta. & Roma. in l. ſi quis
priore. ff.ad Treb. conſuluit contra Bal.apud Valentiā.
Et dominus Alex.hic tenet contra Bal. quia(ſecundùm
eū)ſequeretur, attento iſto dicto Bald.ꝙ ſi ſtatuto caue-
retur,quòd filiusfamilias poſsit de aduentitijs teſtari: ſe
queretur, quòd in tali teſtamento non requirerentur ſe
ptē teſtes. Item ſi ſtatutū diſponeret, quòd legitima fi-
lij ſit quinta pars hæreditatis,ſequeretur quòd poſſet fi-
lio relinqui quouis titulo . Ego contra Bald. adduco
pulchra motiua domini Ioan. de Anania ſuo conſil. 63.
17 ¶† Item accipite aliam limitationem ad illud, quòd ſta
tutum debet interpretari ſecundùm ius commune.Nam
hoc debet intelligi, quando ius commune aliquid indu
cit verè,& ordinario modo:ſecus ſi aliquid inducat fictè,
& extraoridinariè;exemplum. Filius ſororis non eſt ve-
rè agnatus; tn̄ fingitur habere iura agnationis.l.memini-
18 mus.& ibi Bal. inf.de legi. hæredi. Ponamus modò † ꝙ
ſtatutum diſponat, quòd extantibus agnatis mater non
ſuccedat . nunquid hoc caſu filius ſororis excludet ma-
trem.certè non:quia licèt.l.meminimus,induxerit,quòd
filius ſororis habeat iura agnationis, tamen hoc inducit
fictè,& extraordinario modo: & ideo ſtatutum interpre
tationem non recipit hoc caſu à iure communi, de quo
arg.

arg.videte per Bar.in l.3.§.hæc verba.ff.de nego.gest. & pleniùs per Io.de Imo.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff. de libe. & posth.

ADDITIONES.

a ¶Cõfunditur ipso iure.Tu adde tex.& ibi istum sup. de pactis.

b ¶De legitima. Adde, quòd legitima filii est quarta bonorum,deducto ęre alieno.& funeris impensa.Vide per Guil.de Montferrat.in tracta. de succes.Regum.in quinto dubio,nu.4.

In.§.Licentia danda.

SVMMAE.

1 *Creditores,& legatarii possunt probare maiorem esse substantiam defuncti,quàm hæres scripserit in inuentario.*

2 *Negatiua, quòd bona defuncti non sufficiant ad debita, quomodo probetur.& nu.6.*

3 *Probatio debet esse concludens.*

4 *Negatiua quotiescunque est fundamentum intentionis agentis,debet probari per ipsum agentem. Et etiam quotiescunque est fundamentum rei conuenti.nu.5.*

7 *Quem non esse soluendo,quomodo probetur.*

8 *Patrimonii secreta possunt probari per illos de domo.*

9 *Iuramentum purgationis quis cogitur subire in casu.*

10 *Hæres occultans aliqua de bonis hæreditatis qua pœna puniatur.*

11 *Hæres an perdat quartam Trebellianicam propter omisionē confectionis inuentarii.*

12 *Creditores an posint agere contra hæredem hæredis ad pœnam dupli.*

1 .§.Licentia danda.¶† Creditores, & legatarij possunt probare maiorem esse substantiam defuncti, quàm hæres scripserit in inuentario, & si hæres aliquas res hæreditarias occultauerit, tenetur in duplum. Hoc dicit vsque ad §. donec.¶Nota secundùm Bar.modum probandi istam ne

2 gatiuam,† scilicet quòd bona defuncti non sufficiant ad debita: nam poterit hæres dicere, quòd non sunt,nisi talia bona, & talia, quæ non sufficiunt ad debita. Nam asserenti,quòd sunt plura,incumbit onus probandi. tex. est cum sua glo.nota.in l.cum de lege.ff.de probat.Idem voluit ipse Bar.in l. si constante.ff. solu. matri. & in rub. ff.de ope.nou. nuncia.sed Iaco.Butri.in l.actor.supra de proba.& Io.de Imo.& Ludo.Ro.in d.l.si constante. sunt in opi.contraria.Mouentur;quia non sequitur.Hæres as-

3 serit non esse plura bona, ergo est sibi credendum.† Nā probatio debet esse concludens. l. non hoc, sup. vnde legit.& c.in præsentia.ext.de proba. Ad glo.cum tex. in d.l.cum de lege.ipsi respondent,quòd ibi non erat quæstio inter partes, an essent plura bona,vel non: sed erat questio de ęstimatione rerum. Sed mihi videtur,quòd ista solutio sit contra tex.in d. l. cum de lege. Secundo modo respondent,quòd illa glo. debet intelligi secundùm istum tex. scilicet quando hæres confecit solemne inuentarium;tūc enim, si dicat non esse alia bona,quàm sint ea,quæ sunt descripta in inuentario, stabimus assertioni suæ, ita quòd volenti dicere esse plura, incumbet onus probandi,per istum tex.Imò dicit Imo.in d.l.si cōstante,quòd idem esset de iure Diges.quo iure non erat cognita confectio inuentarii.Nam(secundùm eum)standum est assertioni hæredis dicentis non esse plura bona: quia debemus præsumere, quòd non occultauerit: quia occultando caderet in pœnam huius.§.& in dubio non præsumitur delictum.l.merito.ff.pro socio.notatur per Bartol. in l.gerit. ff.de acquir. hæred. & in l.non solùm.§.sed vt probari.ff. de oper. nou. nunciat. Istud vltimum non placet Alexand.de Imol.quia potuit hæres ignorasse ea,quæ erant de pluri in hæreditate, quàm ipse asseruerit,ergo non præsumemus delictū. Nam in rebus,quæ perueniunt ad nos de nouo,præsumimur habere ignorantiam.l.qui nondum.cum sua glo.sup.de hær. vel actio.vend.& l.qui in alterius.ff.de reg. iur. Paul.de Cast.in l.Mæuia.in §.1.ff.solu.matri. aliter distinguit dicens, quòd aut ille, qui dicit non esse plura bona, est actor:& tunc non sufficeret assertio sua, imò deberet probare

4 negatiuā:quia regulam habemus,† quòd quotiescūque negatiua est fundamentum intentionis agentis, de-

a bet probari, per ipsum agentem.Ita not.Bar.in l.hoc iure.& in l.in illa stipulatione,si Kalendis.ff.de verb. obli. Aut ille,qui dicit non esse plura bona,est reus:& tūc habet locum glo.in d.l.cum de lege.vt scilicet stetur assertioni ipsius rei,& volēti dicere esse plura bona, incūbat onus probandi. Alex. de Imo.hic damnat istud vltimum

5 dictum: † quia etiam, quando negatiua est fundamentū rei conuenti,debet per eum probari,vt not.in d.l. in illa stipulatione. vnde ipse respondet cum solutione secunda, quam dat Io. de Imo. in d. l. si constante. videlicet, quòd gloss.d.l.cum de lege.debeat intelligi, quando hęres confecit solemne inuentarium. ¶Addite uos,quòd Ang.& Imo.in l.cū ex causa.ff.de re iudi.sequuntur opi.

6 Bar.in d.l.si constante.dum Bar.ibi vult,†quòd ad probādum,quòd facultates defuncti non sufficiunt ad debita, sufficiat allegare, quòd in bonis defuncti non sunt,nisi talia & talia.Nam volenti dicere contrarium, incumbit onus probandi.Pro sentētia Bar. adduco vobis optimū tex.cum ibi notatis per Ang.in §.1.in Auth. de iureiur. à mori.præst.vbi Ang.colligit,quòd standum est assertioni defuncti dicentis,quòd in bonis suis non sunt nisi talia bona;& talia posset tamē dici,quòd ille tex. loquitur in assertione, quam fecit defunctus cum iuramento. In stricta ratione verior videtur opi.Imo. & Roma.in d.l. si constante.Sed in iudicando periculosum esset recedere ab opi.Bar.attento ꝙ Ang.& Imo.in d.l. si cū ex causa,sequunt opi.ipsius Bar. Addo vobis aliū modū probandi

7 quem non esse soluendo.† Nam, quando bona alicuius venduntur ad instantiam creditorum, ille præsumitur non esse soluendo.Ita notanter dicit Bar. in l. tres tutores.in §.si ff.de admini.tutorum. ¶ Nota vlteriùs ex hac

8 litera, † quòd secreta patrimonii possunt probari per illos de domo.optimè facit l. consensu.§.super plagiis.supra de repud.Et in hoc fallit regula dicens, quòd domesticum testamentum non debet admitti.l. etiam. sup.de testib.De hoc habetur per Canon. in c. veniens. sup.de

9 testibus.& in c.iurauit. extra de proba. ¶ † Nota subsequenter casum, in quo quis cogitur subire iuramentum purgationis: regulariter aūt tale iurm nō habet locum, imò actore nonprobante,reus(etiam si nihil pręstiterit) est absoluendus.c.cum ecclesia sutrina.ext.de caus. pos.

10 & prop..& l.qui accusare.sup.de eden.¶† Vlt.not.pœnā hæredis occultantis aliqua de bonis hæreditarijs. Nam in primis cogitur soluere duplum rerum occultatarū. Item hodie priuaretur falcidia, nedum quantùm ad res occultatas,sed etiam quantùm ad omnes alias res.§.sancimus.cum sua glo.& §.si verò non fecerit.cum gloss. in verbo,lucrari.in Anth.de hæredibus. & falci. & ita volunt hic Gy.Bar.Ang.Saly.Raph.Fulg.& Paul.de Castr. & ita teneatis audacter, nec credatis, quòd propter occultationem aliquarum rerum patietur pœnam istam, scilicet,quòd insolidum teneatur creditoribus, & legatariis,vt volunt præfati Doct.licèt Bal. in §. 1. huius legis dicat, quòd per occultationē dolosam(etiam vnius rei)perdit totum beneficium inuentarii. Quod dictum

11 non est verum. † Sed an propter omissionem confectionis inuentarii hęres perdat quartam Trebelli. Bartol. in

in l.Marcellus.ff.ad Trebel.& Bal.in Auth.sed cum testa tor.inf.ad leg.Falci. determinant,quòd non:quia in pœnalibus non debemus facere extensionem.l.si præses. ff. pœn.dicit Io.de Imo.in l.1.§.hæc stipulatio.ff.si cui plus quam per leg. Falci.& Alex.de Imo.in d.l.Marcellus. ꝙ ista est communis opi. Sed circa istum.§.moueo nouam dubitationem,dicitur hic in tex. quòd si hæres occultet
12 aliquas res hæreditarias,punitur in duplum.† Ponamus quòd creditores, & legatarii nunquã inquietauerint hæredẽ super ista pœna dupli.& moriatur hęres,an hrs hæredis cogetur soluere istam pęnam dupli,nõ reperio qui tangat,saluo Raph. Fulg.qui in suo consi.24.inci. humanissime.ad fin.illius consi.determinat sub dubio fortè, quòd hæc pœna transmittetur contra hæredẽ hæredis. allegat notata per gl.in l.3.§.quod autem.ff.quod quisque iur.in alte. stat.

ADDITIO.

a ¶Debet probari. Adde Pet.de Anch.in c.super his.num. 24 ext.de accusat. & quò d negatiua sit probabilis.vide per eundem Ancha.in c.significauit. nu.2.ext.de eo qui dux.in mat.& in c.fraternitatis.nu.5.de frig. & malefi.& in c.inter dilectos.nu.8.ext.de exces. prælat.

In.§.Donec tamen.

SVMMAE.

1 *Hæres non debet molestari, neque à creditoribus, neque à legatarijs pendente tempore confectionis inuentarij.*
2 *Anima præferenda est cunctis rebus.*
3 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
4 *Hæres an possit agere contra debitores hæreditarios pendente tempore confectionis inuentarii.*

.§.Donec tamen. ¶Durante tempore confectionis inuentarii non potest hæres conueniri à creditoribus,& legatariis.Hoc
1 dicit vsque ad §.si verò postquam. ¶Not. ex isto tex.† ꝙ (pendente tempore confectionis inuentarii)hæres non potest molestari,neq; à creditoribus, neque à legatariis: quod procedit, etiam si euidenter constaret hæreditatẽ esse soluendo, secundùm Bal. in §. cum igitur. sup. hac eadem lege.¶Limitabitis tamen reg.huius.§. vt non habeat locum pro impensis funeris, vel pro alimentis alicui relictis per defunctum:quia fames est acutissimus ensis,& venter non patitur dilationem,vt dicit Bal.in l. pactum.sup.de collat. Fallit etiam,quãdo contra hęredem defuncti ageretur rei vendicatione ad fundum. Nã hoc casu non conuenitur,vt hæres. sed vt quilibet possessor. l.de eo.§.penul.& fi.ff.ad exhib. Non obstat hæc litera, quæ loquitur de hypothecaria,ꝗ est in rẽ.l. si fundus. §. in vendicatione.ff.de pign.quia respondet Bal.quòd fortè agebatur hypothecaria contra hæredem ex contractu celebrato cum defuncto.¶Tertiò fallit regula huius §. quando conueniretur hæres ad restitutionem vsurarum iuxta deposita per defunctum. nam tunc non gauderet dilatione,de qua hic.quia periculum est in mora.
2 †& anima cunctis rebus est præferenda, l. sancimus, sup. de sacrosan. eccles. & c.cum infirmitas. extra de pęniten.& remis. Ita dicit hic Richar.Malum.quem cæteri
3 sequuntur.¶Nota id,ad quod frequenter allegatur, † ꝙ non valenti agere non currit præscriptio. Circa quod concludite hoc esse verum, quando esset impedimentum iuris, & ita loquitur iste. §. Sed si esset impedimentũ facti,bene curreret præscriptio.sed daretur restitutio in integ.aduersus illam præscriptionem.l.& Attilicinus ff.de serui.rusti.prædio.notatur per Bar. de ista materia in l.senatus,ff.de offi.Præsid. per Angel. in l. 1. infr. de ann.excep. Et sic habetis hic casum,in quo præscriptio dormit, postquam fuit inchoata. alios casus videte per Bar.in l.naturaliter.ff. de vsucap. & per Canon. in c. ex
4 pręmissa.& in c.cum non liceat.ext.de præscrip. ¶† Quero:vtrùm hæres pendente tempore confectionis inuentari possit agere contra debitores hæreditarios. Barto. Angel. & alii hic determinant, quòd sic,per l. 3.in princip. ff. quod quisque iuris. Ad l. fin. inf. de fruct. & lit. expen.vbi dicitur,quòd in iudiciis seruanda est æqualitas: potestis respondere duobus modis.Primò,quòd ibi suberat eadem ratio, vt priuilegium competens vni ex litigatoribus,debeat etiam prodesse alteri. Sed in proposito nostro est diuersa ratio:quia hæres durante tempore confectionis inuentarij, est impeditus circa confectionem inuentarii, & nescit quantum debeat soluere. Ideo interim non debet ipse molestari. Quæ ratio cessat,quando ipse agit contra debitores hæreditarios.Vel aliter:in vno,& eodem iudicio vnius, & eiusdem causę, priuilegium competens vni parti, competit etiam alteri.& ita loquitur illa l.fin.Nos verò loquimur,an in alia causa,quàm in ea, in qua hæres gaudet beneficio, ne cõueniatur.alii debeant gaudere hoc beneficio, scilicet ne conueniãtur.¶Aduertite tamen, quia Ang.& Imol.in l. 1.§.hæc stipulatio.ff. si cui plusquam per leg. falcid. dicunt,quòd si hæres voluntariè agat contra debitores hęreditarios, non gaudebit beneficio huius. §. allegant.l. 2.§.sed si agant.ff.de iud.& l.seruum quoque.§.ait Prætor.ff.de procura.

In.§. Sin verò postquam.

SVMMAE.

1 *Inuentarium solemne qui confecit, non tenetur creditoribus ultra uires hæreditarias,& detrahit falcidiam.*
2 *Legis beneficio non est dignus, qui offendit legem.*
3 *Hæres si infra mensem non inchoauerit inuentarium, sed infra alios duos menses bene incepit illud,& consummauit,& perfecit,an gaudebit beneficio inuentarij.*
4 *Conditio debet adimpleri in forma specifica.*

1 .§.Sin verò postquam. ¶†Qui confecit solemne inuentarium,non tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias,& detrahit falcidiam.h.d.vsque ad.§.ad hæc quidem.¶Nota primò istum tex.ibi,postquam adierint.Nã facit ad illam quæstionem, an tempus conficiendi inuẽtarium currat à die aditæ hęreditatis.de quo dixi vobis in prin.huius.§.¶Nota subsequenter id, ad quod allega
2 tur,†quòd ille,qui offendit legem,non est dignus beneficio legis.Ideo dicimus,ꝙ si aliquis incidit in periurium, non potest postea petere absolutionem à iuramẽto. Ita notant omnes Canon.in d.c.1.& in c. debitores. ext. de
3 iureiur.¶Quæro,†quid si hęres infra mensem nõ inchoauerit inuentarium,sed infra alios duos menses bene incepit illud,& consummauit,& perfecit,nunquid gaudebit beneficio inuentarii? Cy. & Bar.& Sali.sup.hac ead. l.§.cum igitur.determinant ꝙ sic. sed Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de instr.edi.§.fi.in addi.incip.quid si perfecto. determinat totum contrarium. Et hanc opin.sequuntur Ang.& Imo.in d.§.hæc stipulatio.& ibidem refert Io.de Imo. ꝙ hanc opi. tenebat præceptor suus Fran.de Rampo.Mouentur isti Doct.per istum tex.ibi,secundùm for-
4 mam præsentis constitutionis. Item mouentur,† quia cõditio debet adimpleri in forma specifica. l. qui hæredi, & l.Mæuius.ff.de condi.& demonst.Alex.de Imo.hic dicit,quòd re integra, & ante factum seruaret opin. Ioan. And.& sequacium. post factum uerò dicit, quòd sequeretur

retur opi.Cy.Bar.Bal.& Sal.Ego in quæstione facti consului superioribus diebus,& obtinui, ꝙ quamuis inuentarium non fuerit inchoatū infra mensem, si tamen postea fuit inchoatum,& perfectum infra alios duos mēses, valet,& tenet.Moueor: quia quando circa vnam materiam dantur plures dilationes, mora commissa in una dilatione, potest postea purgari in aliis,ut habetur in Auth. qui semel.ꝭ.quom.& quan.iud.& in l.ad peremptorium, cū seq.ff.de iud.& allego vobis Bal.qui ita consuluit,vt patet in suo cons.323.incip.factum sic proponitur,in 4.volum.suorum cons.

In §. Et hæc quidem.

SVMMAE.

1 *Ius abstinendi est inuentum de iure prætorio.*
2 *Index non potest prorogare terminum banni præfixum à statuto.*
3 *Dilatio concessa in casu à iure prohibito nihil ualet.*
4 *Remedium legis antiquæ non tollitur, licèt lex inducat nouū remedium vtilius,& pinguius, quàm esset remedium introductum à lege ueteri.*
5 *Sæpius,dictio uerificatur in uno actu.*
6 *Sæpissimè,dictio requirit trinum actum.*
7 *Debitor potest extraneo statuere tempus centum dierum ad deliberandum,& deinde supplere usque ad nouem menses.*
8 *Hæres confecit inuentarium solemne, postmodum quidam ex creditoribus hæreditariis egit contra ipsum hæredem ad certam pecuniam,& hæres temere,& caluniosè litigauit, quia facta fuerat sibi fides per publicum instrumentum de debito defuncti:finaliter hæres succubuit, & fuit condemnatus in paincipali,& in expensis,an(quantum ad illas expensas)poterit se iuuare beneficio inuentarii.*
9 *Iudex quando possit dare secundam dilationem.*

§. Et hæc quidem. ¶Tempus ad deliberandum, quod hodie non est necessarium,est tempus unius anni,si impetretur à Principe,seu nouem mensium,si impetretur à iudice,& sæpius non conceditur.h.d.vsque ad §. sinautem hoc aliquis.¶Nota primò ex isto tex.ibi,ex præsentis legis au-
1 thoritate,hic uideri probari, † ꝙ licèt ius abstinendi sit adinuentum de iure prætorio.§.sed his Prætor,Instit.de hære.qual.& differ.hodie videtur esse de iure ciuili per istum tex.& Bal.in l.si paternam.ꝭ.de reuocan.his,quæ ī fraud.cred.dicit,quòd ipse solus ad hoc ponderauit istū tex.Vos autem potestis respondere,quòd cum supportatione nihil facit: quia ista uerba, ex præsentis legis authoritate,non referuntur ad id, quod dictum fuerat de respuenda hæreditate,sed referuntur ad ea, quæ in præcedentibus dicta sunt,ubi dictū fuit de adeunda hæreditate cum beneficio inuentarii.Et an ius abstinendi hodie sit de iure ciuili,polliceor me uobis tractaturum in repetitione, quam faciam de l.qui se patris, sup.unde lib.
2 ¶Nota subsequenter secundùm Bal.†ꝙ iudex nō potest prorogare terminum banni præfixum à statuto, ut ecce; statutum disponit, quòd citatus sub pœna banni debeat comparere infra octo dies:certè iudex non poterit prorogare vsq; ad decem dies. De qua materia plenè tāgitur in l.2.ff.de re iud.per Bal. in Auth.iubemus ꝭ.de iudic.
3 ¶Nota subsequenter, † ꝙ quando dilatio conceditur in casu à lege prohibito, talis concessio est nulla. De qua materia videte per Bar.& cæteros in l.fi.ff.de fer. & per eundem in l.1.ꝭ.de dilatio.& per Canon.in c.vltra tertiā
4 extra de test.¶Nota ulteriùs,†quòd licèt lex inducat nouum remedium utilius,& pinguius, quàm esset remediū introductum à lege veteri, non propter hoc videtur tollere remedium legis antiquæ.Et hoc facit ad illam quæstionem quotidianam.Ponamus, quòd per ueterem legem imponatur pro crimine certa pœna: deinde fiat statutum,quod imponit aliam pænam, an uidebitur recessum à pœna legis.De quo videte per Io.And.in add.ad Spec.in titu.de pœna temere litig.in fin.& per eundem ī Rub.de fur.Et per Bar.in l.1.ff.ui bon. rap. & per Bald. in l.non est nouum.ff.de leg.& per eundem in l.in eum, sup.de fur.& per eūdem in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his qui not.infa.& per Barto.de Sali.in l.qui sepul-
5 chra.ꝭ.de sepul.uio. ¶Nota ulteriùs ex isto text.†quòd
a ista dictio,sæpius,verificatur in bino actu,a de quo habetis tex.cum gl.in §.quia uerò multi,in Auth.de testi.&ꝑ
6 Cano.in c.quia sæpe,extra de elect.dictio uerò,†sæpissimè,requirit trinum actum,tex.est no.in c.si quis erga 1. q.7.&ita vult Dominicus de san.Gemi.in c.ab eo. extra de appell.lib.6.Addite, quòd de istis dictionibus plenè tractat Alex.de Imo.in l.sæpe,in princ.commenti. ff. de re iud.¶Opponitur,& imò uidetur, quòd ista impetratio temporis ad deliberandum sit frustratoria:quia nos habemus,quòd frustra in precibus imploratur,quod iure communi conceditur.l.unica,inf.de thes.lib.5.& c.qa in causis,extra de procura.si ergo lex dat nobis tempus ad deliberandum.l.cum antiquioribus.ꝭ.eo.ergo frustra postulatur ab alio.Sol.ista impetratio potest esse utilis. Pone,quòd de termino legali sint lapsi sex menses,nonne erit vtile impetrare à Principe alium annum integrū? certè sic.¶Opponitur secundò, quòd ista litera malè dicat,dum dicit.quod tempus ad deliberandum,quod datur à iudice,est nouem mensium.Nam uidetur quòd iudex debeat dare annum l.1.§.largius.ff. de success. edic. Sol.dicit Pau.de Ca.quòd tex.dum loquitur de nouem mensibus,habet locum in extraneo hærede, text uerò in
7 §.largius,loquitur de liberis. Addit Pau.†quod iudex extraneo posset statuere tempus centum dierum ad deliberandum,& deinde supplere vsq; ad nouem menses. De qua materia tractat Bar.in l.si quis instituatur hæres in diem.ff.de hæred.inst.ego veram conclusionem dedi vobis in l.si curatori,sup.eo.Alex.de Imo. ponit in rub. sup.de successo.edic. ¶Circa istum §.quæro de pulchra
8 quæstione.†Hæres confecit inuentarium solemne,postmodum quidam ex creditoribus hæreditariis egit contra ipsum hæredem ad certam pecuniam,& hæres temere,& calumniosè litigauit: quia facta fuerat sibi fides ꝑ publicum instrumentum de debito defuncti.Finaliter hæres succubuit,& fuit condemnatus in principali,& in expensis:vtrùm(quantùm ad illas expensas) hæres poterit se iuuare beneficio inuentarij.Concludite, ꝙ non, quia ex quo calumniosè litigauit, debet soluere de suo proprio l.non est ignotum,sup.de administ.tut. & ita consuluit Bal.vt patet in suo cons.272.incip. in Christi nomine Loysius Layolius,in 1.volum.suorum consil. ¶ Vltimò notabitis glo.super verbo,sæpius,in fine.Ex qua col
9 ligitis,†quòd licèt regulariter post primam dilationem datam à iudice,non debeat dari secunda,nisi cum causæ cognitione.l.fi.ff.de feriis,tamen si in prima dilatione iudex non dedit tempus integrum, quod dare debebat, poterit dare secundam dilationem,etiam sine causæ cognitione:quia secunda dilatio hoc casu non est noua dilatio,sed est suppletio primæ dilationis, quod est bene menti tenendum.

ADDITIO.

a ¶In bino actu. Adde l.fin.C.si sæpius in integ. restit.postu.& l.mariti.§.qui quæstum. ff. de adulte. Alexan.in l. ubi,de solu.Idem Alexand. in l. si idem, de iurisdictio. om.iud.& in l.scire,de verbo.obligatio.& glo.in l.fina. de abig.

In.§.Sinautem hoc.

SVMMAE.

1 *Hæreditatem non dicitur quis adire ex confectione inuētarij.*
2 *Vias qui habet duas,& elegit deteriorem,est sibi imputandū.*
3 *Deliberans,licèt teneat res hæreditarias, non propter hoc dicitur adire hæreditatem.*
4 *Hæres si petat tempus ad deliberandum, an uelit adire, uel non: an interim debeat habere apud se res hæreditarias.*
5 *Moram non est licitum purgare: ubicunque lex trahit secum executionem.*
6 *Iuratur in litem contra illum,qui dolum commisit in nō restituēdo in actionibus bonæ fidei,et in actionibus arbitratorijs.*
7 *Filius non perdit suam legitimam debitam iure naturæ, licèt adeat hæreditatem paternam sine beneficio inuentarij.*

.§.Sinautem hoc. ¶Qui petit terminum ad deliberandum, an debeat adire hæreditatem vel non, si postea adeat, vel non repudiet, licet conficiat inuentariū: tū tenebitur creditoribus hæreditarijs insolidum, & detrahet falcidiam. Si verò inuentarium non fecerit, perdet falcidiam, & tenebitur creditoribus insolidum. Si verò repudiet, tenebitur restituere res hæreditarias. Hoc dicit vsque ad §. no
1 tissimi. ¶Nota primò ex isto tex. secundùm Sali.† quòd ex confectione inuentarij quis non dicitur adire hæreditatem. De quo pleniùs per eundem Salic. supra hac eadem. l. §. sinautem dubius. ¶Nota vlterius ex versi. cun
2 que gemini tramites, hic bene probari, † quòd imputandum est ei, qui habet duas vias, si eligit deteriorem. ¶Nota tertiò, quòd non adiens infra terminum ad deliberandum impetratum à iudice, dicitur adire. secus in termino legali. l. cum antiquioribus. supra eod. ¶Nota vlte-
3 rius,† quòd deliberans, licèt teneat res hæreditarias: nō tamen propter hoc debet adire hæreditatem. ¶Nota vltimò quòd petens dilationem ad deliberandum, an velit adire vel nō, interim debet habere apud se res hæreditarias: quod est singulare, secundùm Raph. Fulgo. ¶In gloss. super verbo, recusauerit. ibi tertij dicunt. videtis gloss. approbare primam opi. Et est sensus, quòd si in concessione termini dati à iudice ad deliberandum nō fuerit adiecta ista comminatio, quòd si infra illum terminum non adiuerit, vel non repudiauerit, quòd habebitur pro adeunte: tamen perinde est, ac si talis comminatio fuisset expressa. Sed an iste habeatur pro adeunte, vel repudiante. Concludite hoc modo. quòd aut talis terminus deliberatorius fuit statutus ad instantiam creditorum: tunc si in terminum sibi statutum non adeat; tamen habebitur pro adeunte, aut talis terminus deliberatorius fuit statutus ad instantiam substituti: tunc, si ille, cui fuit statutus terminus, infra ipsum terminū non adierit, habebiť pro repudiante. Ista est theorica glo. notabilis in l. quandiu. la 2. ff. de acqui. hæredi. Sed restat alius
4 casus. † Ponamus, quòd hæres proprio motu petierit istud tempus ad deliberandum. Cy. & Raph. Fulg. dicūt, ꝙ ille, cui fuit statutus terminus, hř pro adeunte. qđ verū intelligit Sali. quantùm ad incommodū suū, puta, quando hæreditas est damnosa. Sed si hæreditas esset lucrosa, nō habetur ꝑ adeunte. ne quod statutum est in pœnā hæredis, redundet in eius commodum. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. Aduertite tamē, quia si esset statutus terminus instituto sub conditione potestatiua ad implēdum illam conditionem potestatiuam, & ad adeundum, si infra terminum non adimpleat illam conditionem potestatiuam, non tamen habebitur pro adeunte: imò conditio habebitur pro defecta. l. si seruus. & ibi per Bar. ff. de bon. aucto. iudic. posid. Dicebant etiam Bald. Ang. & Imol. in l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hæred. institu. quòd illud, quod dicitur hic, quòd habebitur pro adeunte, si infra terminum deliberatorium sibi statutum non adierit, neque repudiauerit: debet limitari, nisi infra modicum tempus vellet purgare moram, & adire, vel repudiare: nam tunc posset hoc facere. l. si ita quis. in §. Seia. ff. de verb. oblig. Sed ista limitatio non videtur vera, quia lapso termino deliberatorio, statim lex facit executionem, & habet istum pro adeunte. & nos habemus,
5 † quòd vbicunque lex trahit secum executionem, non est licitum purgare moram. l. si is cui. ff. de legat. secundo, notatur in l. qui ob rem non defensam. ff. de cond. indeb. & per Bart. in l. si insulam. in quarta quæstione. ff. de verbor. obligat. dicebat etiam Angel. in dicta l. si ita quis hæres instituatur. quòd iste text. debet limitari, quando integrum tempus fuisset statutum hæredi. cæterum, si iudex decurtasset istud tempus, certè hæres non habetur pro repudiante: quanquam ad instantiam substituti fuisset talis terminus sibi statutus: quia licèt, quando istud tempus datur integrum, non posit peti, nisi semel, vt vidistis in §. præcedenti. tamen quando iudex abbreuiasset istud tempus, de quo hic, bene posset peti sæpius, vt vult gloss. in §. præcedenti, in verbo, sæpius. ¶In gloss. super verbo, sacramento. ibi. l. in actionibus. Dicite ex mente Doctor. quòd quantùm ad delationem iuramenti in litem. iste tex. nullam ponit speciali-
6 tatem. quia nos habemus, † quòd in actionibus bonæ fidei, & in actionibus arbitrariis iuratur in litem contra illum, qui dolum commisit in non restituendo, vt habetur in l. in actionibus. hic in gloss. allegata. sed iste text. bene ponit specialitatem in hoc: videlicet, quòd si iste, cui statutus fuit terminus ad deliberandum, & infra terminum repudiauit, nisi restituat bona hæreditaria: poterunt creditores vel alij, quibus defertur hæreditas, iurare in litem contra eum super quantitate rerum hæreditariarum. Et hoc expresè volunt hic Pet. de Bellaperti. & Cyn. Est ergo speciale in hoc, vt stetur sacramento creditorum, seu illorum, quibus hæreditas defertur super quantitate rerum hæreditariarum. quod nota. ¶In eadem gloss. in fin. Notetis perpetuò istam gloss. ex qua
7 colligitis, † quòd licèt filius adeat hæreditatem paternam sine beneficio inuentarij; tamen non perdit suam legitimam sibi debitam iure naturę, & ita volunt hic Doct. in Authen. sed cum testator. inf. ad leg. Falcid. facit quod notatur in Authen. hoc amplius. inf. de fideicommis. Et dicit hic Alexan. de Imo. quòd ista est communis opin. Addite vos Bal. suo cons. 97. incip. in Christi nomine super primo quæsi. in 2. vol. suorum consil.

In.§.Notissimum.

SVMMAE.

1 *Miles non tenetur creditoribus hæreditarijs ultra uires hæreditarias, si non seruauerit debitas solemnitates in conficiendo inuentarium.*
2 *Ecclesia, uel persona ecclesiastica hæres instituta, si non conficiat inuentarium, an tenebitur creditoribus ultra uires hæreditarias.*
3 *Imperator non potest aliquid statuere cōtra ecclesias, seu personas ecclesiasticas, fallit nu. 6.*
4 *Pupillus si non faciat inuentarium, tenetur ultra uires hæreditarias, nisi petat restitutionem in integ.*
5 *Pupillus, & ecclesia æquiparantur.*
7 *Res, quæ erant deposita apud defunctum, uel sibi commodata an debeant poni in inuentario.*
8 *Aestimatio rerum in inuentario descriptarum an debeat describi in inuentario.*

§.Notis-

§.Notissimum. ¶Per hanc constitutionem derogatur tribus constitutionibus in principio huius legis commemoratis. Et si miles ob simplicitatem militarem in confectione inuentarii non obseruauerit debitas solemnitates, non ꝑ hoc tenebitur creditoribus hæreditariis,ultra vires hæreditarias.h.d.¶Nota primò ex isto tex.ꝙ Gordiana cõstitutio & aliæ duæ,de quibus fit mentio in prin.huius legis sũt
1 correctæ per l.nostram.¶Nota vltimò,† ꝙ licèt miles in cõficiendo inuentarium non seruet debitas solẽnitates; tamen non tenetur creditoribus hæreditariis ultra vires
2 hæreditarias.†Sed dubitatur quid in ecclesia,uel in persona ecclesiastica.hærede instituta,an si non conficiat inuentarium,tenebitur creditoribus vltra vires hæreditarias.Bar.hic non determinat,sed idem Bar.in l.1.in 4.q. princip.4.part.sup.de sacrosſ.eccl.determinat, ꝙ non tenebitur vltra vires hæreditarias: dummodo illa persona ecclesiastica sit hæres instituta contemplatione religionis.Secus si fuisset instituta à coniuncto,uel ab amico. Pro ista distinctione allego optimum tex.in c.requisisti, ext.de test.Motiua Bar.sunt hæc. In primis adducit Authen.sicut alienatio.§.de sacrosſ.eccl. Secundò allegat l.
3 1.§.an bona.ff.de iure fisci. Tertiò mouetur, † ꝗa Imperator non potuit aliquid statuere contra ecclesias, seu personas ecclesiasticas.c.ecclesia sanctæ mariæ, extra de const.Et hanc eandem opi.tenuit Bal.in prin.huius l.seu in §.1.Idem tenuit Ang.in §. si verò quidam, in Authen. de alien.& emphyteosi. & placet domino Card.Floren. in c.1.extra de solutio.¶Cõtrariam opin. quòd imò ecclesia,seu persona ecclesiastica non conficiens inuentarium,teneatur vltra vires hæreditarias, tenuit expresse glo.ordinaria,in c.1.extra de test.Et hanc sententiam sequitur hic Bar.de Sal.& Ludou.Roman.in rubr.ff. de acqui.hær.& Alex.de Imo.hic dicit istam opi. esse ueriorẽ
4 de iure.Mouetur:† quia si pupillus non conficiat inuentarium,tenebitur vltra vires hæreditarias, nisi petat restitutionem in integ.ut sibi liceat conficere inuentarium §.pupillus,in Authen.de hære.& falc.ergo idem dicen-
5 dum in ecclesia,†quæ æquiparatur pupillo[a]c. 1. ext.de ĩ
a integ.rest.postmodum ipse Alex. pro concordia ita putat esse distinguendum. Nam secundùm eum lex ciuilis disponens,quòd si hæres conficiat inuentarium, non teneatur ultra uires hæreditarias, est fauorabilis, & ideo intelligitur approbata per canones,per no.per Io.And. in c.fi.ext.de sol.& per Arch.in c.1.& 2.10.dist. Inquantum autem lex disponit, quòd si hæres non conficiat inuentarium,quòd teneatur legatariis insolidum, & non detrahat falcidiam:talis lex ciuilis est odiosa, & consequenter non intelligitur approbata de iure cano.Si uelletis tenere istam opi.ꝙ ecclesia teneatur insolidum,possetis respondere ad motiua Bar.& primò ad Auth. sicut alienatio,ꝙ non loquitur,quando hæreditas iure hæreditario ad ecclesiam est deuoluta, sed loquitur de translatione rei particularis damnosæ ecclesiæ. Ad §.an bona,respondebitis,ꝙ non loquitur de hæreditate, sed de bonis uacantibus.Et inter ista est magna differentia, ut declarat Bar.in rub.ff.de acq.hær.Ad aliud,ꝙ Imperator potuit aliquid statuere in præiudicium ecclesiæ,& perso
6 narum ecclesiasticarum.†respondebitis,quòd verum est in acquisitis,secus in acquirendis,simile habetis in l.fi.§. de acq.poss.¶Addite vltra scripta per D.Alex.hic, ꝙ D. Panor.in c.1.in gl,2.ext.de test.expresse determinat, ꝙ ecclesia,& persona ecclesiastica non tenebitur vltra vires hæreditarias,quamuis non conficiat inuentariũ. Nã (secundùm eum)in dubiis est fauendum piæ causæ.l.sũt personæ.ff.de relig.& sumpti.fune.& per hoc infert eleganter,quòd si ecclesiæ sit factum legatum cum onere, & illud onus est tm̃, quòd ecclesia reperiretur non habere aliquod commodum,poterit ecclesia tale legatum repudiare,etiam ex post facto D.And.Sicu.in commẽto c.1.ext.de testa.in fauorem ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum allegat cons.D.Pe.de Anch.suo cõs. 392. In iudicando ego sequerer opi. Bar. & sequacium attento præsertim, ꝙ D. Pan. firmat, tũ ẽt, quia ista sententia
7 est humanior.¶Quæro circa materiam inuentarii.†Vtrũ res,quæ erant depositæ apud defunctum,uel sibi cõmodatæ,debeant poni in inuentario.Concludite, ꝙ sic. Ita vult expresse Ang.& Imo.in l.si de eo.§.si fortè.ff. de acqui.poss.Idem voluit Bal.in §. 1.circa 4.seu 5.col. §. hac eadem lege,allegat.l.& non tantum,ff.de peti.hę.¶Sub-
8 sequenter quæro. †Vtrùm in inuentario debeat describi æstimatio rerum in ipso inuentario descriptarum.Bar.de Sal.in §.sin autem dubius.§.hac ead.l.determinat, quòd sic,& refert se vidisse in Marchia unum inuentarium, in quo erat descripta æstimatio rerum.Subdit tamen, quòd de consuetudine hoc ut plurimùm seruatur. Ego superioribus diebus consului,quòd non erat necesse apponere æstimationem rerum:quia hæres posset de facili decipi in æstimando,& allegabam Bal. & cęteros in l. fi.§. de magist.conuen.¶Vltimò,si uultis in practica habere formam inuentarii,uidete Ang.in §.fi.in Authen. de hęre.& falc.col.1.& eundem Ang.in l.1.§.hęc stipulatio.ff. si cui plusquam per leg,falc.

ADDITIO.

a ¶Aequiparatur pupillo.Adde,quòd etiam fungitur uice reipublicæ,ut per Pet.de Anch.in c.auditis,nu.8.ext. de in int.resti.

Rub.De repudianda hæred.

In l.Si paterna.

SVMMAE.

1 Filius,qui se abstinuit ab hæreditate paterna, licèt postea reperiatur possidere res hæreditarias, non tamen efficitur hæres.

2 Hæreditatem paternam quis uidetur adire habitando in domo paterna.

3 Filius potest propria authoritate apprehendere possessionem rei immobilis pro dote maternæ obligata, iacente hæreditate.

4 Mulier uiuente marito habitauit domum mariti, an mortuo uiro,poterit remanere in illa detentatione, & dicere,quòd nõ uult se mouere,donec sit sibi satisfactum de dote,pro qua reddenda maritus obligauerat omnia bona sua.

5 Aditio facta hoc modo an ualeat. Ego adeo talem hæreditatem ex testamento,& si testamentum non ualet. Ego adeo ab intestato.

1 SI paterna. ¶†Filius,qui se abstinuit ab hæreditate paterna, licèt postea reperiatur possidere res hęreditarias, nõ tamen efficitur hęres.h.dicit.
2 ¶Nota primò ex isto tex.† quòd habitãdo ĩ domo paterna quis uidetur adire hęreditatem, nisi constet,ꝙ ob aliquam iustam causam habitat.Et potestis ponere exemplum,qñ ipse teneret domum paternã ob dotem matris suę,qđ uerum exaudit hic Pa.de Ca. qñ erat pactum de possendo intrare propria authoritate, iuxt.l. 3.§.de pig.alioquin ita intrando censeretur ad uisse, ne aliàs ꝑsumamus delictum,l.merito.ff.ꝑ soc.Addit Alex.
3 de Imo.†ꝙ iacẽte hęreditate bene posset filius propria authoritate apprehẽdere possessionẽ rei immobilis obliga-

tæ pro dote materna. Ad hoc allegat glo. notab. in l. fin. in verb. ignorantia. ʃ. vnde vi. ¶ Addo uobis pulchram
4 quæstionem. † Mulier, uiuente marito, habitauit domũ mariti, an mortuo viro, poterit remanere in illa detentione, & dicere, ꝙ nõ vult inde se mouere, donec sit sibi satisfactũ de dote, ꝓ qua red dẽda maritus obligauerat omnia bona sua, videtur ꝙ nõ: quia illa detentio, quã habebat mulier, viuẽte viro, nõ habebat vim possessionis: quia iure familiaritatis ibi habitabat l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. ergo videtur ꝙ propria auctoritate non possit remanere in illa detentione. In cõtrariũ determinabitis, quia illa detentio ad eam peruenit sine vitio; ergo potest domum retinere, per notata in l. finali s̃. cõmod. non tamen intelligatis istam decisionem procedere in muliere missa in possessionẽ ventris nomine: quia non esset licitum mulieri interuertere possessionẽ posthumo, l. prima. §. si necessariò ff. si mul. ven. nomine. Hæc omnia scribit eleganter Bal. in l. penul. quæ incipit pignoris. sup. de pig. act. De quo habetur per eundem Bald. in l. prima. ʃ. de seruo pign. dato man. ¶ Addite hic Pau. de Cast. ꝙ aliquando statuta prouident, ꝙ qualitercunq; quis occupet bona hæreditaria etiam pro dote materna, quòd nihilominus efficiatur heres. Subijcit tamen, quòd tale statutum non deberet intelligi de occupante per viam iudiciariam; alioquin tale statutum impediret iustam exactionem, quod non est dicendum. Sed idem Pau. in l. si seruum, in. §. fin. ff. de acqui. hæred. tenet totum contrariũ dicẽs, ꝙ tale statutum debet etiã intelligi de eo, qui occupat iuridicè, & ideo dat practicam, ut primò filius abstineat se ab hæreditate paterna, & deinde per viam iudiciariam occupet res hæreditarias propter dotem maternam, uel ex alia iusta causa. Nam tunc non efficietur hæres. De ista materia, an quis habitando domum paternã, uideatur se gerere pro hærede, uidete per Bar. in l. gerit ff. de acquir. hære. & per Bal. in l. non habetur. s̃. unde legi. & per glo. & Doct. in l. 1. s̃. si ut se ab hæred. abst. ¶ Sed ego quæro hic de pul
5 chra quæst. † vtrùm ualeat huiusmodi aditio: ego adeo talem hæreditatem ex testamento, & si testamentum nõ valet: ego adeo ab intestato. Concludite, quòd non, quia iste est dubius l. si is ad quem. ff. de acquir. hæred. Fallit in suo. Ita determinat Bal. sub dubio tamen forte suo cons. 343. in primo vol. suorum cons.

In l. Si paterna.

SVMMAE.

1 Filius si post abstentionem emat mala fide res hæreditatis paternæ, ex hoc videtur reuocasse abstentionem.

Et quid si emat, postquã immiscuit se hæreditati paternæ, nu. 2

Et quid si emerit ante aditionem, vel immixtionem, nu. 3.

4 Nomen nudum hæredis, quod habet filius ante immixtionem realem, & nudum nomen hæredis, quod habet post abstentionem, quomodo differant.

5 Retrotractio ad hoc vt fiat, requiritur, quòd extremum à quo sit habile.

6 Creditores hypotecarij sunt melioris conditionis, quàm alij.

SI paterna. ¶ Qui post abstentionem emit bona hæreditaria bona fide, non per hoc videtur reuocare abstentionem. Secus si mala fide. Hoc dicit. ¶ Nota ex isto tex. à con
1 trario sensu, † quòd si filius post abstentionem emat mala fide res hæreditatis paternæ: ex hoc videtur reuocasse abstentionem, & dicitur mala fide emisse, quando emit per interpositam personam, vel clam, l. nõ existimo ff. de adminiſt. tut. Idem quando modico pretio emisset, uel res fuerunt partim venditæ, & partim donatæ, uel si fuit numeratum pretium per filium, statim fuit sibi
a redditum. Has autem coniecturas fraudis a ponit hic Bal. Idem est, si emisset omnia bona hæreditatis paternę post abstentionem. Nam pręsumeretur mala fide emisse. Idem si emisset meliora, secundũ Ang. hic allegantẽ l. summa cum rõne. ff. de peculio. Idem notat ipse Ang. l. fi. ff. de stipul. seruo. allegans tex. in Auth. de triente & simi. ibi, alis meliora, faciunt notata per glo. & Bar. in l. nomen, in. §. 1. ff. de leg. 3. & per Bal. in l. 1. s̃. si quid in frau. pat. & per eundem in l. 1. ʃ. qui bonis ced. poss. ubi habetur, ꝙ per alienationem maioris partis rerum etiã particulariter factam præsumitur suspicio, & fraus in casu, in quo p̃sumeretur ꝑ alienationem omnium bono. facit l. oẽs, in. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem cred. ¶ In glo. secunda. Pro declaratione, gloss. vestra quærit de tali quæstione. Tex. loquitur, qñ filius post abstentio
2 nẽ emit bona paterna: vnde quærit gloss. † quid si emat, postquã immiscuit se hæreditati paternę, & emit à quodã creditore, cui pater obligauerat rẽ, & ille erat prior creditor, & habebat priorem hypothecam: an posteriores creditores poterũt agere actione hypothecaria contra filium, qui post immixtionem emit ab anteriore creditore, & glo. determinat, ꝙ sic: & hanc glo. Docto. communiter sequuntur, per. §. illud, hic in glo. allegatũ, quia illius. §. alia est ratio. scilicet propter dolum commissũ: nam erat pactum inter debitorem, & creditorẽ, ꝙ de pecunia, q̃ reciperetur ex alienatione pignoris, deberet satisfieri creditori: & tamẽ hoc non fuit obseruatum. Sed ꝓ determinatione istius glo. docto. allegant l. debitor, in prin. ff. de pigno. actio. & l. sanę rei. ff. de cõtrah. empt.
3 ¶ Sed maior dubitatio est. † quid si ante aditionem, uel immixtionem emerit. Oẽs Doct. saluo Fulgo. concludunt, ꝙ poterit conueniri hypothecaria per posteriores creditores: quia postquã se immiscuit, & nõ abstinuit ab hæredi. paterna, retrofingitur fuisse hæres à tempore mortis patris: quia erat suus l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa causa testa. Raph. Fulg. determinat contrarium: quia ante immixtionem realem filius est vano, & nudo nomine hęres, sicut qñ abstinet, l. nam neq; emã
4 cipatus. ff. de leg. Sed potestis respondere, † ꝙ est magna differentia inter nudum nomen hæredis, quod habet filius ante immixtionem realem, & nudum nomen hæredis, quod habet post abstẽtionem, ut declarat Bar. in l. si filius qui patri, in penul. & ulti. col. ff. de vulg. & pupill. Sed quid si extraneus hæres emat ante aditionem hæreditatis, Docto. concludunt idem esse, quia poterit conueniri hypothecaria à posterioribus creditoribus, quia adita hæreditate fingitur retro fuisse hæres l. hęres quoque. ff. de acquir. hæred. & ideo emptio rei, quę erat sua, nihil ualuit. Quod uerum est, secundùm Bald. & Sali. nisi ipse hæres confecisset inuentarium: quia tunc per talem confectionem inuentarij, sibi salua fecit omnia iura, quæ habuerat ab anteriore creditore, qui habebat ius prælationis, per ea, quæ vidistis in l. fin. §. in computatione sup. de iure delib. sed Rapha. Fulg. & Pau. de Cast. dicunt. quòd etiam si non confecisset inuentarium, tamen non poterat conueniri hypothecaria à posterioribus creditoribus: quia, ueritate inspecta, res quam emerat, non erat sua: vnde per subsequentem aditionem non debet infirmari talis emptio. Non obstat l. hæres quoq;: quia illa non ꝓcedit quò ad omnia. sed procedit quantũ ad hoc, ne testator videatur ꝓ parte t pis testatus, & pro parte t pis intestatus. l. ius nostrũ. ff. de reg. iuris. & extremum à quo non esset habile.
5 Et nos habemus, † quòd ad hoc, ut fiat retrotractio, requiritur, quòd extremum à quo sit habile, l. fi. ff. communia

prędicta

præd.not.per Bar.in l.si is qui pro emptore.ff. de vsuca. Prædicta procedunt, quantùm ad actionem hypothecariam: cæterum posteriores creditores actione personali bene possent agere contra hæredem ex obligatione defuncti. Sed utilius est habere hypothecariã:† quia credi-
6 tores hypothecarii sunt melioris conditionis, quam alii l.eos.ʒ.qui pot.in pign. habe. Vltimò opponitur contra istum tex.& imò videtur, quòd licèt filius post abstentionem mala fide emat res paternas, tamẽ propter hoc nõ videatur renouare abstentionem: quia magis delinquit ille, qui furatur, quàm ille, qui mala fide emit. Sed ille, ꝙ furatur bona hæreditaria post abstentionem, non videtur reuocare ipsam abstentionem, casus est in l. si seruũ, in §.fi.ff.de acq.hær. Sol.tex.noster à contrario debet intelligi, quando constabat, quòd mala fide abstinuerat. Sed in contrario non constabat, quòd mala fide. Ex hoc infertur, ꝙ si hæreditas, vel meliores res consistebant in rebus subtractis post abstentionem: certè præsumeremus abstentionem fuisse mala fide factam, & consequenter intelligeretur reuocata per illam subtractionem: quia eadem est ratio, sicut in casu l.nostræ, quod est diligenter notandum pro limitatione.d.l.si seruum, in §.fi.

ADDITIO.

a ¶Coniecturas fraudis. Quot modis fiat fraus legi, siue canon. Vide per Pe.de Anch.in c.quanto, nu.6.extra de priuileg.

In l.Suus hæres.

SVMMAE.

1 *Testamentum dicens nullum, uidetur adire hæreditatem. Filius præteritus habet multa remedia.*
2 *Transactio, quæ non habet uim transactionis, non ualet etiam in uim pacti gratuiti.*
3 *Verba aduersarii, qui non acceptat, non põt se ex illis iuuare.*
4 *Tacens uidetur consentire, quando agitur de commodo suo.*
5 *Transactio fit aliquo dato, uel retento.*
6 *Venditio, an uideatur facta, si in instrumento reperiatur scriptum hoc modo Titius uendidit talem rem Sempronio, & in instrumento nulla fit mentio de pretio.*
7 *Aduersarius meus si faciat aliquam positionem, & ego illam negem, non potero postea me iuuare de illa positione, quam negaui.*
8 *Interpretatio contra contumacem fit in deteriorem partem, et prout est sibi magis præiudiciale.*

SVus hæres. ¶Inutilis transactio nõ ualet in uim transactionis, nec etiam in uim pacti gratuiti. h.d.
1 ¶Nota primò ex isto text.† ꝙ ille, qui dicit testamentum nullum, uidetur adire hæreditatem, de quo plenè per Bar.in l.cum quidam. ff. de de bon.poss.tit.generali, & in l.gerit.ff.de acq. hær.& in practica filius præteritus habet multa remedia. Nam primò potest dicere testamentum nullum, ut plenè habetur in l.filio præterito.ff.de iniust.rupto. Aliud est remediũ: quia potest adire hæreditatem, & petere ipsam hæreditatem, & si institutus excipiat de testamento, poterit filius
2 replicare, quòd testamentum est nullum. ¶Nota, † ꝙ transactio, quæ non habet vim transactionis, non ualet etiã
3 in uim pacti gratuiti. ¶Nota subsequenter, † quòd ille, qui non acceptat uerba aduersarii, non potest ex illis se iuuare. Et hoc facit ad pulchram quæstionem. Nunquid, si aduersarius meus me præsente aliquid confiteatur, & ego non acceptem expressè illam confessionem: an potero postea me iuuare de illa confessione, & in hoc Bart. de Sal.in l.generaliter, in 6.quæst. supra de non num.pecun.per multa motiua tenet, quòd nõ, de quo per Canonist.in c.si extra de success. ab intest. ¶Vnum tamen notetis, quòd si illa confessio concerneret commodum meũ,
4 ego uiderer eam acceptasse: † quia ille, qui tacet, uidetur
a consentire, *quando agitur de commodo suo l.qui patitur, & l.si remunerandi.§.si passus.ff.mand.& ita uult Innocen.in c.in genesi, extra de elect. ¶In glo.super uerbo donationis, ibi, cum nesciret, an sibi ius competeret. Gl. in hoc malè dicit, quia si nesciuisset ius sibi competere non potuisset adire hæreditatem.l.cum falsum.ff.de acquiren.hære.habetur in l.is potest, illo eod.titu. ¶ Assignetis ergo aliam rationem: quia ille, qui ex causa transactionis dimittit rem apud aduersarium, non censetur ĩ eum transferre ius, seu titulum in illa re. Ita probat text. in l.si pro fundo, supra de transactio.de cuius leg. intellectu videte Bald.in l.1.inf.de bon.matern.Pau.de Cast. dat alium intellectum ad istam l.dicẽs, quòd casus istius l.est, quòd in quodam instrumento reperiebatur scriptum hoc modo. Titius ex causa transactionis recessit à lite, & promisit Sempronio, quòd de cætero non mouebit sibi controuersiam super tali hæreditate. Sed in ipso instrumento non continebatur, quòd aliquid fuisset datum, uel promissum ipsi Titio ex causa illius transactionis, nec etiam, quòd per eum fuisset aliquid retentum:
5 vnde talis transactio nullas vires habet, † quia transactio non fit, nisi aliquo dato, vel promisso, uel retento.l. transactio, sup.de transact. Et ideo dicitur hic, quòd Sẽpronius non poterit se tueri exceptione transactionis: quia transactio est nulla, non etiam poterit se defendere exceptione pacti gratuiti: quia Titius intendebat transigere, non autem gratis donare, & sic habetis optimè declaratum istum tex. ¶Similem quæstionem firmauit Cy.de Pistorio, in l.1.infra de contrah. & committen.stipu.ubi
6 quærit, † quid si in aliquo instrumento reperiatur scriptum hoc modo: Titius vendidit talem rem Sempronio, & in illo instrumento nulla fit mentio de pretio, an per instrumentum prædictum probetur venditionẽ fuisse factã, & in hoc Rayn.de Forliu.in præalleg.l.1.infra de contrahen.& committen. stipulatio. determinat, quòd non: quia solemnitas materialis, vt est pretium in venditione.nunquàm præsumitur. §. pretium, Institu. de emptio.& venditio.faciunt notata in l. si fideiussor. §. fina. ff.de legat.1. ¶In eadem gloss.ibi, uel tacuisti. Notetis glo.quam solemus frequenter allegare. ex qua colligũt
7 Doct. † quòd si aduersarius meus faciat aliquam positionem, & ego negem illam, non potero postea me iuuare de illa positione, quam negaui. ad hoc allego uobis Bar. in terminis in l.non vtiq;.ff.de exce.vbi allegat Spec. & idem videtur velle ista gl.qñ surda aure, seu sub dissimulatione ꝑtransiui, & nihil rñdi ad positionem aduersarii mei: quia ẽt hoc casu non potero me iuuare de illa positione. Pa.de Ca.dicit, ꝙ ista gl.nihil facit ad propositum: quia loquitur, qñ quis loquitur conditionaliter, uel modaliter dicendo.hoc modo. Ego remitto tibi talem hæreditatem, si dederis, uel ut des mihi decẽ. ¶ Sed ĩ materia positionũ ipse aliter loquit̃ dicens, ꝙ si ego surda aure ꝑ transiui, & nullum dedi rñsum ad positionem aduersarii mei, nihilominus ego potero me iuuare de illa positione, sicuti ego possem me iuuare de libello producto, uel de alia scriptura producta per aduersarium meum. l. cũ precum. ʒ.de lib.causa, & l.cum te.s̃.de trans.& l. qui familiæ.ff.famil.ercis.& l.rura.ʒ.de omni agro deser.li.11. faciunt not.per Bar.in l.2.in fi.ff.de iure fisci. Dictum autem Doc.posset procedere (sm̃ eum) qñ fuissem iussus ꝑ iudicem rñdere positionibus aduersarii mei, & ego non respondissẽ, tunc.n.ego habeor pro negante, vel confitẽte, prout est vtilius aduersario meo.l.de ætate.§.q tacuit
8 ff.de interr.act.† Nam contra contumacem facimus ĩter-

pretationem in deteriorem partem, & prout est ibi magis præiudiciale.d.§. qui tacuit. De hac materia videte per Canon.maximè Ioan.And.in nouel.in c.si post præstitutum.ext.de confes. lib.6. & per Ang.suo consi.152, incip.In quæst.vertente inter dominum Micheletum, & de materia positionum tractat plenè Spec.in tit.de positio.& per Doct.in l.2.§.quod obseruari. sup.de iura calum.& plenè per Bal.in c.dudum.ext.de elec.¶Glo.fin. opponit de l.postquam liti.sup.de pact. Soluite, quòd ibi loquitur de renunciatione valida: nos autem hic loquimur de repudiatione inualida.

ADDITIO.

a ¶Videtur consentire. Adde Ioan.de Turre Cre.in c.non satis.num.1.34.q.1.& Pet.de Ancha.in c.nonne.num.2. extra de præsumptio.

In l.Sicut maior.

SVMMAE.

1 *Hæreditas iam acquisita non potest repudiari.*
2 *Actus inualidus nihil ualet, quantuncunque fiat in iudicio.*
3 *Confessio facta iudicialiter etiam sine causa, & informiter ualet, & tenet.*
4 *Instrumentum guarentigiatum debet mandari executioni, quantuncunque in eo contineatur causa, & quare.*
5 *Renunciare, & confiteri differunt.*
6 *Repudio, uerbum concernit ius quæsitum, non autem ius quærendum.*
7 *Repudiare, & renunciare non differunt.*
8 *Repudiatio facta in iudicio non ualet.*

SIcut maior ¶Sicut hereditas non dum adita, & repudiata adiri non potest, ita nec adita repudiari. Hoc dicit. ¶Nota primò ex isto tex.hic
1 bene probari. † quòd hæreditas iam acquisita repudiari nõ potest. Ex hoc loco infert hic Pau. de Cast.quòd si soror, postquam adiuit hæreditatem paternam pro parte sua, tempore, quo dotatur à fratre, dicat, quòd repudiat partem suam: illa repudiatio nihil sibi præiudicabit, imò poterit partem suam consequi à fratre, non obstante illa repudiatione. Secus si soror di
a ceret. Ego renuncio fratri [a] partem meam hæreditatis: quia tunc videtur sibi donare. Et idem voluit ipse Pau. in l.si actionem.supra de pact. Sed Bart. hic videtur aliter loqui dicens, quòd quando apparet repudiationem fuisse factam ad commodum aduersarij: tunc talis repudiatio habet vim renunciationis, & valet, & tenet. Secus si ad commodum tantũ repudiantis, puta; aliquis conuenitur, vt hæres talis defuncti, & ipse dicit: ego repudio, & tamen ipse iam adiuerat, & tunc talis repudiatio non habebit effectum ad commodum ipsius repudiantis. ¶ Addite ad id, quod dictum est de sorore. quòd ipse Pau.de Cast.in l.pactum.supra de collat.dicit, quòd si soror intendebat prodesse vni ex fratribus tantùm; tunc renunciando sibi partem suam, antequam adiuisset, videtur primò adire, & deinde renunciare, & donare fratri. Sed Ioan.And.in additio.ad Specu.in titulo. de testam. in §. primo.in add.incip.Vbertus.videtur velle contrarium. & Bal.in l.si defunctus.inf.de suis, & legit. Dicam vobis in d.l.pactum. ¶Nota subsequenter id, ad quod allega.
2 † quòd actus inualidus, quantuncunque fiat in iudicio;
3 tamen nihil valet. ¶Nota subsequentur, † quòd confessio facta iudicialiter (etiam sine causa & informiter) valet, & tenet, de quo habetis glo. notabilem in l. prima, in fi.ff.de interrog.action.& in §.& licet. in Auth. de te-
4 sti. Ex hoc loco infert Bal. † quòd instrumentum guarentigiatum debet mãdari executioni, quantuncũque in eo non contineatur causa: quia habet præceptum notarij, qui est iudex chartularius.de quo loquitur glo.in l. prima.ff.de iud.& in l.rem non nouam. supra de iud. vnde censetur tale instrumentum factum in iudicio, & etiam præceptum, vt vult Cy.in l.vnica. in secunda quæst.infr. de confessis. & Bartol. in l. possessio quoque. §.& si
5 possessio. ff.de acqui. pos. ¶Nota vlteriùs, † quòd aliud est renunciare, & aliud confiteri. ¶De quo habetis opti. tex. qui reputatur singularis in l.si te.infr.de ingen.man. vbi probatur secundùm Bal.ibidem.quòd ille qui renũciat, non videtur confiteri. ¶In glo.prima in fine. Addatis alium casum in l. si minor. & in l. cũ hæreditate.ff.de acquiren.hære.& in l.1.sup.si vt se ab hære.abstineant. ¶In glo.in verbo, repudiantis hæreditatem. in fi. Doct. dicunt, quòd ista glo. est contra hunc tex. vnde tu tenebis distinctionem Bart.quam sup. recitaui. Pau.de Cast. dicit esse distinguendum hoc modo. Aut quis dicit hoc mõ, Ego repudio talem hæreditatem, & tunc talis repudiatio nihil valet, si est facta post aditam hæreditatem.
6 Et est ratio (secundùm eum) † quia istud verbum, repudio, concernit ius quærendũ, non autem ius iam quæsitum, bene facit l. 1. §.decretalis.ff.de succes. edic. Aut dicit. Ego renuncio talẽ hereditatẽ, & tunc potest procedere Bar.distinctio. ¶Sed aduertas, quia Iaco.de Ra.Cy.
7 & Bal. hic dicunt. † ꝙ non est differentia inter repudiare, & renunciare: sed est bene constituenda dña, an quis repudiet hæreditatem. Et hoc casu debemus adhærere distinctioni Bar. hic. an verò quis renũciet liti, & tũc habet locũ l.postquam liti.s̃.de pac. sequamini. ergo distinonem Bar. & ad §. decretalis. respondete, quòd ibi verba plata nõ poterãt hr̃e vim pacti: quia erant prolata ad commodum ipsius proferentis. ¶ In glo. fi. ibi, extra iudicium non valet. Pro declaratione glos. debetis sic arguere. Confessio facta extra iudicium sine causa nihil valet. l.cum de indebito.§. fi.ff. de proba. & c. si cautio. extra de fide instru. & tamen si fiat in iudicio (etiam sine causa) valet, & tenet. vt tenet gl.in l.1.in fi.ff.de interrog. actio. ergo idem videtur dicendum in repudiatione, vt si fiat ĩ iudicio, debeat valere. Sed ad hoc argumẽtũ, glo.respondet, ꝙ confessio facta in iudicio (etiam sine causa) valet quia fit ad præiudicium confiten. in cuius ptãte est cõfiteri cõtra se. sed si fieret ad cõmodũ confitẽtis, nihil valeret. l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. actio.
8 ¶† Repudiatio aũt facta in iudicio nõ valet. quia fit ad commodum repudiantis, vt scilicet non teneatur creditoribus hæreditariis. & sic habetis glos. declaratam. In eadem gloss. in fi. tu melius solue contrarium de l. si filius. hic in glos. alleg. quòd ideo ibi confessio valet in iudicio facta: quia erat facta ad præiudiciũ confitentis. Nam filius, postquàm abstinuerat ab hæredi. paterna, fuit iudicialiter interrogatus ad instantiam vnius creditoris hr̃ditarij, an ipse esset hr̃s patris sui, & respondit, quòd sic: certè per talem confessionem habetur pro herede in sui præiudiciũ, & ad commodum creditoris interrogantis. d.l. si filius. sed (quantũ ad alios creditores absentes) non habetur pro herede. text. est notab. in l. fi. ff.de interrog.action.

ADDITIO.

a ¶Renuncio fratri. De hac quæst. vide plenè per eundem Iacob.in l.si actionem.sup.de pact.

In l.Pupillorum.

SVMMAE.

1 *Pupillus non potest repudiare hæreditatem sine authoritate tutoris.*

Et

Et quid ſi nullum habet tutorem, nu. 2.
3 *Teſtator inſtituit eccleſiam ſancti Petri cum conditione, quòd infra annum debeat construere unũ hoſpitale pro anima ipſius teſtatoris, aliàs uolebat, quòd hereditas ſua perueniret ad hoſpitale ſancti Ioannis, ſi eccleſia ſancti Petri infra annum non fecit fieri hoſpitale, an poſsit petere reſtitutionem in integrum &c.*

1 PVpillorum. ¶†Pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt
2 repudiare hæreditatem. h. d. †Sed ponamus
quòd pupillus nullum habeat tutorem, qualiter poterit fieri iſta repudiatio? reſpõdeo, quòd poterit fieri cum auct. iudicis, qui ſupplebit defectum tutoris, vt vidiſtis in l. ſi infanti. in fi. ſupra de iure delibe, imò dicit glo. reputata ſingularis in l. ſi tutor. ff. de bo. poſ. tit. generali. quòd in tali repudiatione requireretur nedum ſcientia iudicis, ſed etiam ſcientia amicorum pupilli. Nam præſentia amicorum, & propinquorũ ipſius pupilli multùm operatur: quia facit præſumi, quòd dolus, & deceptio interuenerit. Ita notant Docto. in l. tranſactionem. ſupra de tranſa. & Bald. in l. polla. ĩ. de his, quibus vt indig. Sed ponamus, quòd aliqua hæreditas ſit delata monaſterio, ſeu eccleſiæ: an ſolus prælatus poterit repudiare illam hæreditatem. Dicite, vt notatur in l. Deo nobis. ſup. de epiſco. & cler. & per Bald. hic. & in l. repudiare inf. de leg. & idem poſſumus quærere de legato facto monaſterio, ſeu eccleſiæ; an ſolus prælatus poterit repudiare tale legatum, de quo videte per Pe. de Anch. & Io. de Imo. in c. tua. extra de his quæ fiũt à præla. Et ad hæc duo Alex. hic allegat multas authoritates. Cui addite. d. Panor. in c. verum. circa penult. col. extra de foro compe. & eundem Panor. in c. ſuper. ext.
3 de reb. eccleſiæ non alienandis. ¶ Vltimò quæro. † Teſtator inſtituit eccleſiam ſancti Petri de Taurino cum cõditione, quòd infra annum debeat conſtruere vnum hoſpitale pro anima ipſius teſtatoris. aliàs volebat, quòd hæreditas ſua perueniret ad hoſpitale ſancti Ioãnis de Taurino. Modò eccleſia ſancti Petri infra annum non fecit cõſtrui hoſpitale. An poterit petere reſti. in integ. vt poſsit adhuc facere cõſtrui hoſpitale ad finem, quòd excludat hoſpitale ſancti Ioannis de Taurino. Bal. hic determinat, quòd ſic. Addite not. per Canoni. in c. verum. extra de cond. apposi.

In l. Si quis ſuus.

SVMMAE.

1 *Suus non poteſt reuocare abſtentionem, poſtquam res hæreditariæ ſunt diſtractæ, niſi beneficio minoris ætatis.*

2 *Præſcriptio non currit infra quadriennium, quod datur ad petendum reſtit. in integ.*

3 *Diſpoſitio huius l. an habeat locum in emancipato.*

4 *Suitatem tollit datio ſubſtituti uulgaris. Fallit in caſibus, ut num. 5.*

6 *Lex iſta an habeat locum in abſtentione, quibus eſt delata hæreditas aſcendentium.*

7 *Filius ſuus abſtinuit ab hæreditate paterna, deinde deceſsit infra triennium, ĩ. quod poterat ſuam abſtentionem reuocare, an iſtam facultatem reuocandi tranſmittat ad hæredem ſuum.*

8 *Priuilegium conceſſum eſt cruce ſignatis, ut non teneantur ſoluere ſuis creditoribus uſque ad triennium, contingit, quòd quidam cruce ſignatus habebat conuentionem cum ſuo creditore, ut haberet dilationem quinque annorum ad ſoluendum, an triennium, de quo in priuilegio demum incipiat currere poſt quinquennium.*

1 SI quis ſuus. ¶ † Suus abſtentionem ſuam nõ poteſt reuocare, poſtq̃ res hæreditariæ ſunt diſtractę, niſi bñficio minoris ætatis. Sed añ alienationẽ põt ſuã abſtentionem reuocare infra triennĩu, qđ non currit minori, niſi poſt 29. annũ. h. d. iſta lex, quæ ab omnibus reputatur ſingularis. ¶ Nota primò, ꝙ multa licent re integra, quæ non licent re non exiſtente integra. Bñ facit l. ſi pecuniam, in prin. ff. de cõd. ob cau. Et hoc facit ad pulchram quæſtionem. Quidam deceſſit habens ſpurium, agnati iam adiuerunt hæreditatem ipſius defuncti: nunquid, ſi ſpurius poſtea faciat ſe legitimari, proderit ei illa legitimatio? De hac materia videte per Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ff. de lib. & poſth. & per Bal. in c. domino guerram. in titu. hic tenetur lex, & incipiunt conſuetudines Regni. in libel. feud. Et per Canon. in c. per venerabilem. ext. qui fil. ſint leg. Et per dominum Antonium de Prato veteri Docto. Bononien. in ſua repetitione. c. naturales. in titulo. ſi de feud. defun
2 cti fue. controu. ¶ Not. hic bene probari, † quòd præſcriptio non currit inf. quadriennium, quod datur ad petẽdum reſtitutionem in integ. Et in hoc iſte tex. eſt valde notab. regulariter eſt contrarium, l. ea quæ. ſupra de tempo. in integ. reſtitu. pet. ¶ In glo. prima ibi, ſup. de iur. & facti ignor. l. ſecunda. vult iſta glo. quòd filius poſt repudiatam hæreditatem maternam poteſt, mutata volũtate, reuocare ſuam repudiationem. Et hanc glo. ſequitur Bar. in l. filij mater. in §. primo. hic in glo. alleg. licèt hic dixerit contrariũ, & malè. Nam in d. l. filij mater. in §. primo. illa verba prolata per filium inducebant repudiationem, quod patet, quia ibi tex. dicit, quòd agnatus, vel cõſanguineus poterit adire: quod poſſet facere, ſi verba, de quibus ibi, prolata per filium non induxiſſent repudiationẽ. ¶ In ea. glo. in fin. Iſta glo. videtur ſentire, quòd l. noſtra habeat locum etiam in emancipato. Sed Docto. determinant contrarium communiter per iſtum tex. in princip. ibi, ſi quis ſuus. Non obſt. ſi dicatur, quòd hodie eſt ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis. §, nulla. in Auth. de hæredi. quæ ab inteſta. quia reſpõdetur, quòd hoc eſt uerum quantùm ad ſuccedendum ab inteſtato. Sed quò ad alia non eſt ſublata differentia. Teneatis audacter iſtam concluſionem † quòd di-
3 ſpoſitio l. noſtræ. non habet locum in emancipato: & iſta eſt communis opin. hic relata per Alexan. de Imol. Aduertite tamen, quia Pau. de Caſt. in l. ſi emancipata. ſupra de iur. & fac. ignor. tenuit opinio. huius glo. Mouetur, quia de æquitate prætoria hæreditas patris eſt ita debita emancipato, ſicut filio in poteſtate conſtituto. Hinc videmus, ꝗ ſi hodie pater pręteréat filiam emancipatam, & in pręteritione nullam cauſam inferat, teſtamẽtum erit nullum. glo. ordinaria. in §. exhæredatos. in Authen. de hæredi. & falci. vbi videmus, quòd ſi mater abſque cauſa legitima prætereat filium, teſtamentum erit nullum. §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cum de appel. cogn. Sed in veritate iſta fundamenta ſunt inutilia, & debilia quantùm ad propoſitum: quia attentis rationibus prædictis, ſequeretur, quòd diſpoſitio l. noſtræ haberet locum in hæreditate materna. quod eſt falſum, vt patet in prin. l. noſtræ. Aduertite tñ, quia Cyn. & Ray. hic, & Bal. in l. ſecunda. ſupra de iur. & facti igno. dicunt quòd in hæreditate materna filius poſt repudiatam hæreditatem maternam poterit infra annum reuocare ſuã repudiationem, per ea, quę habentur in l. filij mater. in §. primo. ff. ad Trebell. Et eodem modo emancipatus poſt repudiatam hęreditatẽ paternam poterit. ĩ. annum reuocare ſuam repudiationem, & licet Iacob. Butrig. & Salice. hic videantur velle contrarium in emancipato; tamẽ tenebitis priorem ſententiam, quia Iacob. But. & Salice. hic ideo tenebant opini. prædictam in emancipato, ſcili

cet vt non posset etiam infra annum reuocare repudiationem: quia ipsi erant in opi. quòd in hæreditate materna filius non posset. ĩ. annum reuocare suam repudiationem. ¶ Aduertatis ẽt quia, Io. de Imo. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. dicebat, ꝙ quanquam illorum opi. qui tenent, ꝙ emancipatus non potest reuocare suam repudiationem esset vera: tamen hoc debet limitari sm̃ eum, nisi quantùm ad legitimam, quia ẽt post repudiationem liceret sibi reuocare ipsam repudiationem. saltem quantùm ad legitimam ipsi emancipato debitam, mouetur per l. ita tamen. §. si patronus. quem §. dicit ad hoc esse singularem. ff. ad Trebel. Sed certè Ioan. de Imo. non declarat in quantum tẽpus hoc liceat ipsi emancipato. Præterea ille. §. si patronus. nõ probat limitationem, imò quia nõ loquitur in repudiante, sed loquitur in eo, qui dicebat hæreditatem esse sibi suspectam: quo casu non intelligitur repudiare, nisi fuisset sibi statutus terminus ad deliberandum, vt declaraui vobis in l. fin. in prin. sup. tit. præced. vnde ista limitatio Imo. non placet Alex. de Imol. hic. ¶ In glo. super verbo, remouetur, ibi. Sol. vt ibi. Soluite, quòd. l. 2. loquitur in matre. ¶ Ad glossam secũdam hic in glo. allegatam, respondete, vt ibi, per glo. in tertia, vel quarta solutione. ¶ In eadem gl. ibi non habebat substitutum. ¶ Vult ista gloss. quòd dispositio. l. nostræ, non habeat locum, quando filius non habet substitutũ vulgarem: quia tunc filius non posset postea infra triennium reuocare suam abstentionem. Et hanc glo. sequuntur hic Guiliel. de Cun. Bald. & Angel. mouentur:
4 † quia datio substituti vulgaris tollit suitatem, vt habetur in l. si filius hæres. ff. de libe. & posth. ¶ Ista lex nõ habet locum, nisi in suo, vt patet in prin. legis. Sed Rapha. Fulgo. & Pau. de Cast. tenent contra istam glo. quia substitutus non debet posse venire ad hæreditatem inf. istud trienniũ. infra quod licitum est filio reuocare abstentionem. Nam talis abstẽtio nõ dr̃ perfectè facta, donec põt reuocari. arg. l. nõ vr̃. ff. de acquir. pos. Sed dicite, ꝙ imò substitutus põt venire ad hæreditatẽ, attẽto ꝙ filius abstinuit per notata per Bar. in l. quamdiu. la prima. ff. de acquir. hæred. ¶ Teneatis ergo opin. istius gl. quia communis opin. Docto. habet, quòd per dationem substituti
5 vulgaris tollatur suitas. † Sunt mihi aliqui casus [a]. in qui
a bus datio vulgaris substituti non tollit suitatem, & in illis potest procedere opin. Fulg. & Pau. de Cast. Et idem esset, quando filius esset à patre institutus sub conditione, si filius volet esse hæres. Nam per talem conditionẽ suspenditur suitas. l. Cornelius, & l. iam dubitari. & ibi per Imo. ff. de hæred. instit. Iam ergo habetis vnum casum, in quo non habet locum l. nostra. quæ vult, quòd filius post abstentionem posit infra triẽnium reuocare illam abstẽtionem. Nam si habeat substitutum vulgarem: tunc non poterit postea infra triennium reuocare suam abstentionem. ¶ Addit Pau. de Cast. alium casum, scilicet quando filio fuisset statutus terminus ad deliberandum ad instantiam substituti. Nam tunc per lapsum talis termini induceretur tacita repudiatio, nec tunc haberet locum dispositio legis nostræ. ¶ Addit ipse Paulus alium casum, scilicet quando filius suus esset exclusus tẽpore à iure immiscendi, puta, per lapsum 30. anno. Nam tunc per lapsum tãti temporis induceretur repudiatio, adeo quòd ipse filius esset perpetuò exclusus ab hæreditate paterna, nec posset (lapsis 30. annis) infra trienniũ se immiscere hæreditati paternæ. ¶ Et ista limitatio procedit tenendo, quòd filius per lapsum 30. anno. excludatur penitus à iure immiscendi se hæreditati paternæ.
¶ Quidam tamen tenent, quòd in perpetuum posit se immiscere, de quo articulo tractaui vobis in l. vnica. supra quando non pet. par. peten. accres. ¶ In eadem gloss. ibi, vel coniunctum. Ang. & Pau. de Cast. damnant istam glo. quia quantuncunque filius abstineat ab hæreditate paterna: tamen nõ est aperta via iuri accrescendi in fauorem cohæredis ipsius filij, donec sit lapsum triennium post repudiationem. Nam talis repudiatio non dicitur perfectè facta, donec sit lapsum tempus triennij, infra quod potest reuocari. Alexan. de Imo. concludit, quòd per solam dationem cohæredis (etiam extranei) non tollitur suitas, vt declaraui vobis in l. 3. sup. de iure delibe. vnde antequam cohæres adeat, nõ impedietur filius reuocare suam abstentionem. Si verò cohæres adiuisset, an tunc impedire habeat filium, vt non possit reuocare suam abstentionem, dependet ab his, quæ infra videbitis. ¶ In eadem glo. ibi, legitimis enim infra hoc spatium obstare non videtur. Raph. Fulg. tenet contra istam glo. dicens, quòd imò legitimus infra tempus, de quo hic, poterit venire ad hæreditatem, facta abstentione per filiũ. per l. filij mater. in §. 1. ff. ad Tertul. Glos. tamen in l. si q̃s suus. ff. de iure delib. tenet idem, quod ista. Alexan. de Imo. in hoc ita distinguit. Aut legitimus nondum adiuit, & tunc filius quantuncunque abstinuerit ab hæreditate paterna: tamen poterit reuocare suam abstẽtionem ĩ. triennium (quantuncunque extet legitimus) alioquin rarò, vel nunquam haberet locum l. nostra. Aut facta abstentione per filium, legitimus adiuit hæreditatem defuncti: & tunc filius suus non poterit reuocare suam abstentionem, secundùm Iacobum de Are. & Bald. in l. 2. sup. de iur. & fact. igno. ¶ Et est ratio, quia isti duo casus æquiparantur. scilicet, quòd legitimus adiuerit, & quòd bona sint distracta. Sicut ergo suus, quando bona sint iã distracta, non potest reuocare suam abstentionem, vt ꝓbatur hic in tex. ita non debet hoc posse facere, quando legitimus adiuit: quia satis bona dicuntur distracta, quã
6 do sunt in aliũ translata. † ¶ An aũt lex habebit locum in abstentione, quibus est delata hæreditas descendentiũ. Concludatis, quòd non: quia si repudient hæreditatem, non poterunt postea eorum repudiationem reuocare: de quo habetis optimam glo. in l. non iustam. in glo. fin. ff. ad Trebel. ¶ Item hæc l. nõ haberet locum in suo, qui putabat se voluntarium, cum esset suus, & voluntarius. Nam hoc casu, quia repudiatio est funditus nulla, poterit perpetuò se immiscere hæreditati paternæ. l. is qui putat. cum l. seq. iuncta glo. fin. quam ibi ponderat Bart. ff. de acq. hæred. ¶ Item dispositio huius l. non haberet locum, quando filius renunciasset iuri petenti supplementũ legitimæ. Nam tunc non posset illam renunciationem reuocare, & dicere, ꝙ vult petere supplementum, sicut post renunciatam querelam inofficiosi non audiretur. l. si quis filium. sup. de inoffi. testa. ¶ An autem ista l. habeat locum, quãdo suus post abstentionem fecit aliquem actum, qui non poterit geri citra nomen hæredis, ego tractaui vobis in l. 1. sup. de iure delib. ¶ Sed quæ-
7 ro. † Filius suus abstinuit ab hæreditate paterna, deinde decessit inf. triennium, inf. quod poterat suam abstentionem reuocare, vt hic. an istam facultatem reuocandi trãsmittat ad filium suum hæredem. Ang. & Ioan. de Imo. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. determinant, quòd non. Et hanc opin. sequitur hic Alex. de Imo. licèt Fulg. in l. qui se patris. sup. vnde lib. tenuerit contrarium. ¶ Addatis Bar. tenentem partem negatiuam. in l. ex militari. §. fi. ff. de testam. mili. & eundem Bar. in d. l. uentre. in quarta reg. Et idẽ sensit ipse Bar. in l. unica. inf. de his, qui ante apertas tabulas. ¶ Addas etiam, quòd ipse Alex. in l. si filius qui patri. in antep. colum. in fi. ff. de uulg. & pupil. attestatur istam opinio. esse magis communem, & quòd in iudicando non esset ab ea recedendum. Et dicebat etiam Bald. in l. 2. sup. de iur. & facti ignoran. quòd ista l. debet limitari, nisi repudiatio fuisset facta in iudicio: quia tunc propter rigorem iudiciorum non posset filius illam repudiationem reuocare, per l. si filius. la prima. ff. de interrog. action. Sed ipsemet Bal. tenet hic totũ contra-

contrarium. ¶Et ista secunda opinio est de iure uerior, quia repudiatio,quę est inefficax,non tamen efficitur efficax ex eo,quòd fuit facta in iudicio, ut uidistis in l. sicut.sup.eod.¶Non obst.l.si filius. quia ibi filius non reuocabat abstentionem,sed uolebat reuocare confessionem factam ad instantiam unius creditoris, per quam confessionem confessus fuerat se hęredem patris.¶Addo uobis ad hãc leg.nouas limitationes.Prima est: quia si suus abstinẽdo dicat hoc modo. Ego penitus,& totaliter abstineo ab hæreditate patris mei, post talem abstentionem non poterit infra triennium reuocare suam abstentionem.¶Item si filius abstinuerit ab hæreditate paterna. & deinde ante laspum triennium veniens ad mortem,faciat testamentum, in quo disponat de rebus hæreditatis paternæ,ex hoc videbitur reuocasse suam abstẽtionem. ¶Item si frater habeat sororem, quæ adiuit pro parte sua.& filius dicat,quòd abstinet ab hæreditate paterna, & soror acceptet: non habebit tunc locum dispositio legis nostræ. Ista omnia ponit eleganter Bald. suo consi.440.incip. In Christi nomine. quia vltimus passus. ad fin.illius cons.in primo vol. suorum consil. ¶Vltimò
8 quæro.†Cõcessum est priuilegium cruce signatis,vt non teneantur soluere suis creditoribus vsque ad triẽnium. Modò contingit,ꝙ quidã cruce signatus habebat cõuentionẽ cũ suo creditore, vt haberet dilationẽ quinque annorũ ad soluendũ, an trienniũ,de quo in priuilegio,demũ incipiet currere post illud quinquẽniũ.Et concludit hic Cy.&Bal.ꝙ sic.& idẽ tenuit Ioa.Cald. in quadã sua disputatione incip.quidã sacerdos.Sed Pau.de Cast.hic dicit,quòd quia tale priuilegium tendit in præiudicium creditorum,debet intelligi de debitoribus purè obligatis,non autem de habentibus dilationem ex conuentione. Et ideo dicit,ꝙ si debitor ex conuentione habeat dilationem maiorem,vel æqualem illi dilationi,quæ continebatur in priuilegio: tũc dilatio, de qua ĩ priuilegio, nil proderit debitori. Si verò ex conuentione habeat dilationem maiorem,supplebitur per dilationem cõtentã in priuilegio.l.quarta.§.si ex conuentione.ff. de re iud. ¶ Addit Pau. de Cast. quòd iste tex. nil facit pro opin. Cy.& Bal. quia istud tempus minoris ætatis non est statutum ad reuocandum abstentionem,& sic non concurrit dilatio cum dilatione. Tu sequere opinionem Cyn. Bal.& aliorum Doct.& dicas,quòd in quæstione de priuilegio concesso cruce signatis,non concurrit dilatio cũ dilatione:quia tempus, quod datur debitori ex conuentione,dicitur inesse obligationi.l.cedere diẽ.ff.de verb. sign.tempus verò,quod datur ex priuilegio,dicitur dari gratia miserationis.l.si cum militi.§.primo.ff.de compens.Et inter ista tempora est magna differẽtia,vt elegãter declarat Bar. in l.ita stipulatus. in prima quæst.ff. de uerb.obli. Et ideo vnum tempus non debet confundi in alio. faciũt notata per Bal. in l.fi.inf.de vsur.rei iudi.

ADDITIO.

a ¶ Sunt aliqui casus. Vide plures casus per dominum Alex.in l.si posthumos.§.1.de libe. & posth. & eundem in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.in ver.iuxta prædicta.ff.ad Trebel.

Rub.Quemadmodũ testamenta aperiantur,describantur,& inspiciantur.

SVMMAE.

1 Actio in factum successit in locum omnium interdictorum.
2 Quemadmodum, dictio aliquando ponitur similitudinariè, aliquando exemplificatiuè, aliquando interrogatiuè.

¶Quia testamentum,quod fit in scriptis,& clauditur, ac signatur,sæpe solet per eum,apud quem reperitur, post mortem testatoris occultari, nec vult illud ostendere illis, qui prætendunt aliquod relictum fuisse sibi factum in tali testamento: ideo emanauit edictum Prætoris,de quo in l.2.ff.eo. ideo potest implorari iudicis officiũ, vt illud testamentum ostendatur, & coram iudice aperiatur, ita quòd faciat dari legatariis, & fideicommissariis copiam particulę,quę pertinet ad eos. & ideo est factus istę titulus. Hoc procedit, quando quis non negat habere testamentum,nec allegat aliquam iustam causam, quare debeat ostendere. Sed si negaret se habere testamentum apud se,& alius,qui vult sibi exhiberi,põt probare de contrario: Ideo emanauit interdictum de tabu-
1 lis exhib. † & potest agi actione in factum, quæ successit in locum omnium interdictorum.§.fin.Insti.de interdi. & sic habetis differentiam inter hunc tit. de tab. exhib.Hanc rub.continuabitis hoc modo. Supra visum est de iure deliberandi,& de repu.hæredi. Et quia ad hos fines petitur ostendi testamentum,& aperiri.Ideo est sub-
2 iecta ista rubric.† Et ista dictio,quemadmodum,aliquando ponitur similitudinariè.l. quẽadmodũ. inf. da agric. & censi.lib.11. quandoque verò ponitur exemplificatiuè.l.2.§.separata,& ibi glo.ff.de vsucap.pro emp.aliquã
a do verò ponitur interrogatiuè.[a] & ita ponitur hic.

ADDITIO.

a ¶Interrogatiuè. Adde Docto.maximè Bar.in rub. ff solut.matri.nu.6. versi. quæro quomodo accipitur dictio, quemadmodum.

In l.Vt testamentum quod.

SVMMAE.

1 Testamentum petitur aperiri officio iudicis.
2 Notarius an teneatur ostendere testamentum illi,cui aliquid est in eo relictum.

VT testamentum quod
1 ¶† Testamentum petitur aperiri officio iudicis.Hoc dicit.¶Not. summariũ.¶In gl.nihil est.¶Quæro de quæstione quo-
2 tidiana. † Notarius publicus fuit rogatus de testamento cuiusdam testatoris.Modò Titius vult certificari,quod, & quantum fuerit sibi relictum in illo testamento. Notarius vult sibi ostendere,sed dicit. Solue mihi, & leuabo tibi testamentum in publicam formam: Titius non vult facere expensam, nisi sit certus, quod & quantum fuerit sibi relictum.Quæritur quid iuris? Pau.de Cast.dicit hic eleganter, quòd si Titius iuret de calumnia, & ꝙ putat sibi relictum factum in illo testamento,iudex compellet notarium ad ostendendum ipsi iudici protocollũ dicti testamenti. Et si reperiet nihil fuisse relictum ipsi Titio, repellet eum. Si verò reperiet aliquid sibi fuisse relictum,iubebit notario,vt leuet illam particulam spectantem Titio ipsius Titij sumptibus. ad hoc bene facit. c.contingit.ext.de fid.instr.& quod not. Bar.in l.prima, in prin. in versic. quæro quæ solemnitas. ff. eod. titul. quemad.testa.aper.notatur in l.fi.ff.de tab.exhib.Et nota hanc decisionẽ,quia frequenter contingit in practica.

In l.Testamenti.

SVMMAE.

1 Consuetudo loci debet seruari in apertura testamenti.
2 Statuto huius ciuitatis cauetur,quòd omnia instrumenta publica

blica habeant executionem paratam, instrumentum alibi factum, si producatur in hac ciuitate, an habebit executionem paratam.

3 *Princeps si dirigat mandatum ad aliquem exactorem dicendo: Mando sibi, quòd omnes debitores fiscales compellat illis modis, quibus sibi melius uidebitur expedire, ille debebit seruare legem municipalem, ubi facit exactionem.*

4 *Testamentum factum extra Roma. imperium ualet etiam cũ duobus testibus solis.*

5 *Apertura testamenti potest fieri coram honestis personis, absentibus testibus descriptis in testamento.*

6 *Potest, uerbum aliquando importat necessitatem, aliquando non.*

7 *Debet, uerbum non semper importat necessitatem.*

8 *Potest, uerbum, & uerbum debet, quando simul iunguntur, important necessitatem.*

9 *Omnino, dictio adiecta uerbo, potest, uel uerbo, debet, quid importet.*

10 *Instrumentum est probata probatio.*

11 *Apertura testamenti ad quem finem fiat. Et an debeant citari illi, de quorum præiudicio agitur, nu. 13.*

12 *Publicatio testamenti ad quem finem fiat.*

13 *Pater si faciat legitimari filios in uita sua, non habet necesse citare eos, de quorum præiudicio agitur.*

TEstamenti. ¶ Testamentum debet aperiri, & insinuari secundùm mores, & consuetudinem loci, vbi fit ipsa apertura. h. d: ¶ Not primò
1 ex hoc tex. † quòd in apertura testamẽti
debet seruari consuetudo loci, vbi fit ipsa apertura. Et hoc facit ad illam vulgatã materiã, an debeamus inspicere consuetudinem loci contractus, vel loci iudicij, vel domicilij ipsarum partiũ. De qua materia vide per Bar. & oẽs. in l. cunctos populos. sup. de sum. trin. & fid. cath. & per Bal. in l. 1. inf. quæ sit lon. consu. & per Ang. in l. si fundus. ff. de euictio. & per Canon. in c. quòd clericis. ext. de foro compe. Et facit ẽt ad aliam quæstionem.
2 ¶ † Statuto ciuitatis Taurini cauetur, quòd omnia instrumenta publica habeant executionem paratam. Ponamus, quòd instrumentum sit alibi factum, an si producatur in ciuitate Taurini habebit executionem paratam. Concludas, quòd sic. quia inspicitur locus, vbi producitur ipsum instrumentum extraiudicialiter. Secus si esset confectum in Taurino, vbi est statutum prędictum, & produceretur alibi: quia tunc non haberet executionem paratam. De qua materia tractat etiam Bal. in
3 l. prima. sup. ne fil. pro patre. ¶ Addo vobis, † quòd si Princeps dirigat mandatum ad aliquem exactorem dicendo. Mando sibi quòd omnes debitores fiscales compellat illis modis, quibus sibi melius videbitur expedire, certè in modo exigendi debebit seruare legem municipalem loci, vbi facit exactionem. Et ideo, si in illo loco esset statutum, vel consuetudo, quòd pro tali debito nemo possit carcerari, ipse exactor Principis debebit seruare illam legem municipalem. Ita dicit Bal. in l. prima. in pen. col. sup. si pro. pub. pensit. allegat. l. missi opinatores, & And. de Barul. ibi. inf. de exacto. tribut. libro. 10.
4 ¶ Addit hic Bald. † quòd si testamentum sit factum extra Romanum imperium; tunc valeret etiam cum duobus testibus solis, & ita refert se consuluisse super quodã testamento cuiusdam testatoris de Ancona, qui fecerat testamentum cum duobus testibus in terra Soldani Baboloniæ. Mouetur Bal. quia licèt omnes non simus sub Romano imperio, vt habetur in l. cunctos populos. s̃. de sum. trinit. & fide cath. tamen omnes sumus sub lege diuina, vt notatur in ca. quòd super his. ext. de vo. & vo. redemptio. Et lex diuina disponit, quòd in ore duorũ,
5 vel trium stat omne verbum. ¶ Vltimò nota. † quòd absentibus testibus descriptis in testamento, apertura ipsius testamenti potest fieri coram honestis personis. Quod est verum quantùm ad actum aperiendi, quia agitur de modico præiudicio. Sed quantùm ad actum insinuandi, & publicandi, deberent citari testes descripti in ipso testamẽto, vt veniant ad recognoscendũ suas subscriptiones, & sua signa, vt hr̃ in l. 2. s̃. de testa. & in l. sed si quis ex signatoribus. ff. eo. queẽad. test. aper. ¶ In gl. super ver. potest. Ex hac gl. collige, dũ subaudit ad text.
6 potest, idest debet. † ꝙ licèt de natura sui, verbum, potest,
a non importet necessitatẽ a, vt est tex. iuncta gl. in l. sæpe audiui Cæsarem. ff. de offi. præs. nihilominus ratione materiæ verbum, potest, importat necessitatem. vt hic, & in l. si tibi mandauero. §. fi. ff. mandati. Et in Auth. Sed. C. sine censu, vel reliq. ¶ Et si dicas quomodo colligitur ex hac glo. iuncto tex. quòd verbum, potest, importet neces-
7 sitatem. Nam licèt glo. subaudiat verbum, debet, † nihilominus verbum, debet, non semper importat necessitatem, vt est tex. in l. 3. C. de pignori. respondetur, quòd licèt verbum, potest, de per se, vel verbum, debet, non
8 importent necessitatem: † nihilominus, quando hęc duo verba simul iunguntur, habent importare necessitatem, tex. est in c. primo. in ver. possumus, & debemus. ext. vt eccle. benefi. Notat Alex. suo cons. 223. quod incipit: Visis verbis dicti testamenti, in vlt. col. in 2. vol. Nec istud videatur vobis mirum. quia simile videmus in casu contrario. videlicet, ꝙ si sit aliquod verbũ necessitatis, vt est verbum oportet: nihilominus rõne subiectæ materiæ, tale verbum necessitatis semper denotare debet honestatem, & retrahetur ad illam glo. quę est notabilis in c. 1. 25. quæst. 1. & notatur in l. 1. ff. de iusti. & iure. Ponit Pa-
9 nor. in c. 1. extra de lib. oblat. Plus dico, † quòd etiam, qñ verbo, potest, vel verbo, debet, adijceretur dictio, omnino, quòd idem importat, quod omni casu. l. si cum exceptione. §. quòd si homo. ff. quod met. causa. Nihilominus subiecta materia perspecta ratione talis materiæ nõ importaret necessitatem: sed trahetur ad honestatem, gl. not. in c. 1. in verbo, debet, quam ad hoc summè notat Panor. ext. de desponsa. impub. Et illum casum pro speciali allegant per glo. in cle. secund. in ver. non debeant. de statu. mona. ¶ In fine glo. ex hac glo. colligitis duplicem intellectum ad tex. nostrũ. Primus intellectus est, quòd apertura testamenti potest expediri per libellum, idest per iudicem delegatum. Secũdus intellectus est, quòd potest expediri per libellum, idest procuratorem. Tertium intellectum posuit Fulg. hic, vt intelligatur tex. noster per libellum, idest sine causæ cognitione, vt in simili dicitur in l. minorum. C. de præd. mino. Sed tu non recedas à primo intellectu glo. nostræ, qui potest probari optima ratione. Nam si publicatio testamenti, in qua requiritur maior solemnitas, quod patet, quia in ea fienda citantur illi: de quorum præiudicio agitur. vt notant Doct. in l. publicati. supra de testam. potest expediri per iudicem delegatum, vt notat Specu. in titu. de instrumen. edit. §. ostenso. versic. & quando de publicatione. multo ergo fortius poterit expediri per iudicem delegatum apertura testamenti, in qua non requiritur ista solemnitas. s. vt citentur hi, quorum præiudicium tractatur: vt notat Bart. in l. 1. in prin. ff. eod. titu. ¶ In gloss. in verbo. obsignetur, vides glo. nostram velle, quòd vbi testamentum non est insinuatum, si testes, qui interuenerunt in ipso testamento, sint mortui, tale testamentum nullas habebit vires ex quo paria sunt non esse, vel esse, & non posse probari. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. Si verò testamentum sit insinuatum, dato quòd testes, qui interuenerunt in ipso testamento, sint mortui: nihilominus tale testamentum habebit vires. Pro clara doctrina huius materię facias aliquos casus, & dicas sic. Aliquando de testamento, de quo interuenit debitus

numerus

numerus testium, factum est instrumentum manu publici,& autentici notarij:& tunc dato,quòd testes,qui interuenerunt in tali testamento, sint mortui, tamen tale instrumentum,seu testamentum bene probat. glo.est no tab.in l.tabularum.in prin.in ver.publicum, quā ad hęc
10 ibi notat Bald.ff.eod.† Est enim instrumentum probata probatio,vt dicit Bal.in l.2.C.quando fiscus, vel priua. & in l. fi.C.de vsu.pupill.facit tex.in l.cum precibus.C. de probat.¶Quandoque, & secundo casu de testamento nulla est facta scriptura, seu nuncupatio coram testibus,vel si fuit scriptura fuit,priuata ipsius testatoris,vel alterius,qui non erat notarius:& tunc si iudex authēticauit talem scripturam citatis citandis,& fuerit redacta in scriptis, & publicata authoritate iudicis, s̄m formam. l. publicati.§.de testa.talis scriptura publicata authoritate iudicis facit fidem absque alio examine testium. ¶Quādoque & tertio casu de testamento non est facta scriptura auth. nec secuta aliqua publicatio iudicis, & agitur de probando, quòd testator fecit testamentum tale, in quo Titium hæredem instituit, & tunc, aut aduersarij, qui aliàs succederent ab intestato, negant testatorem fecisse testamentum:& tunc dicatis,quòd de necessitate requiritur debitus numerus testium ad probandum tenorem testamenti. ¶ Aliquando & vltimo casu venientes ab intestato confitentur testamentum esse factum,sed nō solemniter:quia dicunt, ꝙ testator non adhibuit debitū numerum testiū,de quo dic,vt per gl. in l. 2. §.de bono. possess. secundùm tab.¶Extra gl. quærit hic Cy.an aperire testamentum,& publicare sit idem, sicut dicimus in testibus.quia dicuntur publicata testimonia,statim cum
11 per iudicem sunt aperta. breuiter dic † ꝙ non: apertura enim testamenti fit ad hunc finem, vt illi,qui sunt instituti hęredes in testamento,vel illi,quibus factum est aliquod legatum,possint videre testamentum,& deliberare,an velint agnoscere, vel repudiare hæreditatem, vel legatum.Item vt(inspecto testamento possit)fieri transactio inter hæredem, & legatarium super re relicta in testamento,quæ aliàs fieri non posset, nisi inspectis & cognitis verbis testamenti.l.de his.ff. de transactio. & l.1.
12 in prin.ff.eod.titu.†Sed publicatio testamenti fit ad hūc finem, vt publicatis postea dictis testium adhibeatur fides perpetuò tali testamento(quantūcunque testes, qui
13 interuenerunt in eo, sint mortui)vt sup.dixi. † Præterea in apertura testamenti non debent citari hi,de quorum præiudicio tractatur.Secus in publicatione testamenti, vt sup.etiam dixi.Ad vnum tamen aduertatis, quod voluit notabiliter Ful.in d.l.publicati, quòd quotiescunq; publicatio testamēti fieret viuo testatore,prout est permissum volente ipso testatore,vt dicetur.inf.in l.proximè sequenti, talis publicatio fieri posset, etiam his non citatis, de quorum præiudicio agitur. Istud confir-
14 matur optimo simili.† Nam si pater faciat legitimari filios in vita sua,in tali legitimatione fienda non esset necesse citari eos, de quorum præiudicio tractatur. Ita dicit notabiliter Bart. in l. Gallus.§. & quid si tantum. ff. de lib.& posth.ponit D.Anto.in c.venerabilem. in titu. qui filij sint legitim.

ADDITIONES.

a ¶Importat necessitatem. Adde dominum Anton. Corsetum in suis singularibus,in verbo,potest,incipien.verbum, potest. Panormi. in cap.at si clerici. num.20.ver. sed quæro,an Episcopus, & in ver. potest post. Et ibi Collecta.num.6.in ver.dictio potest. ext.de iudic.Feli. in c.quanto.de præsumpt.Bart. in l.creditores.num.3.in ver.dictio potest.C.de pigno.

In l.Eius quod ad.

SVMMAE.

Copia testamenti qualiter sit fienda ipsam petenti.
2 *Copia non datur de tribus.*
3 *Testamentum non uitiatur, quantuncunque in eo sit carmen famosum.*
4 *Testator præsumitur mortuus hoc ipso,quòd hæres ostendit instrumentum testamenti.*
5 *Tabulæ testamenti,an debeant edi cum die, & consule.*
6 *Legatarius censetur quasi adire in re sibi legata.*

1 EIus quod ad. ¶ † Petenti copiā testamenti, si iurat de calumnia, facienda est copia eius sine die,& cōsule,nisi in ea parte, quam testator prohibuit exhiberi,vel in ea, quæ ad
2 ignominiam alterius tēdit.† Tria sunt, de quibus nō datur
a copia[a] testamenti,de secretis,de criminosis,& de die, &
3 consule.¶No.2.† quòd non vitiatur testamentum, quantumcunque in eo sit carmen famosum,& est not.dictum Bal.¶In glo.1. ibi, viuo testatore. videtis glo. nostram velle,quòd viuente testatore, testamentum ipsius nō debeat aperiri.Hoc idem tenuit gloss.in l.publicati. supra de testam.Et ideo dicit sing.Bar.in l.fi. in §.1.in 4. colū. inf. de edicto diui. Adri. tol. quem sequitur ibi Sali. &
4 Pau.de Cast. † quòd si hæres ostendit instrumentum testamenti, hoc ipso præsumitur testatorem esse mortuum (saltem quò ad hoc)vt ipse hæres possit mitti in possessionem rerum hæreditatis vigore ipsius testamenti: quicquid dixerit Fulg. & Alex. hic. Limitabitis tamen conclu.nostræ glo.procedere,nisi de voluntate testatoris testamentum aperiretur.secundùm Bar.in l. 2. §. si dubitetur.ff.eod. Ang.& D.Alex.in l.2.supra eod. per text.ibi. Bal.& Fulg.in l. 2. supra de testa. ¶In glo. in verbo, ad ignominiam,ibi.l.quoties.§.si quis nomen. dicatis,vt ibi plenè per gl.& Doct. ¶In gl. in verbo,præter diem,ibi, hic agebat filius, qui præsumitur hæres. Hoc idem voluit glo.in §.vt autem.in ver. parentes.in Authen. vt hi qui obli.perhibent res min. & glo.in l. 1. sup. si vt se ab hære.absti.Intelligas tñ istud procedere, quando ipse filius agit. Secus si cōuenitur à creditoribus hæreditariis. tunc.n.actori incūbit onus ꝓbandi, ꝙ filius se īmiscuerit hr̄ditati. gl.in l.si cū dotē.in §.transgrediamur.in ver. extiterit.ff.solu.matr. notatur per Bar. & alios in l. necessa-
5 rijs.ff.de acqui.hære.¶In eadē in fi.q̄ritur † an tabulæ testamēti debeant edi cū die & cōsule,an verò sine. In hoc facias duos casus,& dicas sic. Aut instr̄m testamēti petit̄ edi à notario, & hoc casu debet ad integrū edi cum die & consule.l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.ff.de edē. intelligatis tamen,quòd debet edi ei,de cuius mandato fuit rogatum instrumentum, & sicut testator mandauit fieri instrumentum testamenti per notarium, ita hæres eius intelligitur mandasse. quia censetur eadē persona cum defuncto.in Auth. de iureiur.à moriente præstito.
6 in prin.† Idē in legatatio.quia legatarius in re legata cēsetur quasi hęres.l.id tempus.§.1.ff.de vsuca.Aut instrumentū testamenti petitur edi non à notario,sed ab alio possessore,& tunc siue sit hæres, siue legatarius,qui hoc petat,debet sibi edi sine die & consule. Ita loquitur hic. Si autem agat rei vendicatione, quia in ea concluditur ad restituendum:tunc debet edi cum die & consule. Et ista est veritas. ¶Vltimò pro cōplemēto huius materiæ, dubitat hic Pa.de Cast.de vno. Nam dictum est,ꝙ quando peto edi instrumētum ab alio quàm à notario,quòd debet edi sine die & consule, ne materia detur falsum fabricandi.Sed non videtur,quòd ista ratio possit procedere,quia copia testamenti non debet edi, nisi ei, cui pertinet

pertinet.l.1.in prin.ff. eod. Sed non est verisimile, quòd petens editionem habeat excogitare fraudem: ex quo istud postea redundaret in damnum sui. Solue, vt hic, per D. Alex.

ADDITIO.

a ¶Non datur copia. Adde etiam, quòd copia probationis subtrahitur casibus fortuitis. Pet. de Anch. in c. quoniam, nu. 6. ext. vt lit. non contest.

In l. Codicillos.

Codicillos. ¶Eodem modo aperiũtur codicilli, quo & testamenta. h. d. ¶ Nota ex hoc tex.
1 † quòd dicta in testamento habent locum in codicillis, & hoc procedit ex quadam extensione passiua, & facit ad quæstionem, de qua per Barto. in l. 2. ff. de leg. 1.

Rub. De edicto diui Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur.

In l. Cum inter.

SVMMAE.

1 *Locum qui obtinet primum in tempore, debet obtinere in iure.*
2 *Titulum qui habet antiquiorem, debet obtinere, quando duo litigantes in iudicio possessorio probarunt pariter de possessione eiusdem temporis.*
3 *Renunciare non præsumitur quis titulo institutionis.*
4 *Institutus, et substitutus an sint simul mittendi in possessionẽ.*
5 *Iason fuit præceptor Iacobini.*

Cum inter. ¶In adipiscenda possessione hæreditatis institutus præfertur substituto. h. d. ¶Not. 1. se-
1 cundùm Bal. † ꝙ cæteris paribus in re dubia ille, qui obtinet primum locum in tẽpore, obtinet etiam in iure. concordat tex. in l. si quis seruum. §. certam. ff. de leg. 2. facit l. quoties. in princ. ff. de vsuf. Et facit ad qõnem, de qua per Bar. in l. qui duos. ff. de leg. 1. Item facit pro primo emptore, vt præsumatur sibi prius tradita possessio, q̃ secundo emptori, secũdùm Iac. de Are. & Cy. in l. quoties. per illum text. sup. de rei vend. cum concor. de quibus hic per D. Alex. Item etiã
2 facit, † ꝙ in iudicio possessorio duo litigantes probarũt pariter de possessione eiusdem temporis, ꝙ ille, qui habet titulum antiquiorem debet obtinere. Ita voluit not. Bar. in l. si duo. in 3. col. ff. vti possid. voluit etiam Bald. in l. post sententiam. inf. de sent. & pleniùs in q. disputata per eum, incip. Accusatus de vi turbatiua. ¶Secundò
3 nota ex isto tex. † ꝙ non præsumitur quis renunciare titulo institutionis: quia renunciare est facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. hoc tamen est verum, nisi sint aliqua facta consueta. Ita notab. voluit Bal. in rub. C. de fid. instru. in 3. col. alleg. tex. cum ibi not. in l. fi. inf. de fideiuss. ¶Vlt. not. ex hoc tex. hic videri tex. secundùm Ang. probantem, ꝙ etiam substituto competit beneficium. l. fin. ĩ. eo. Nam hic ideo non potest competere idem beneficiũ, eo quia institutus præferebatur. Et ita hunc tex. alle. gl. in l. fi. inf. eo. in ver. ex parte. & hoc etiam ibi tenet Bart. in 4. col. ¶In gl. prima ibi. l. 2. §. sub conditione. Huic rõni dubitandi assignatæ per gl. nostram, respondet Cyn. hic dicens, ꝙ ille §. si sub conditione, loquit̃ in bon. poss. quæ est iuris. tex. autem noster loquitur in possessione bonorum, quæ est facti. ¶Sed aduertatis: quia secundùm hanc rationem Cy. sequeretur vitium, videlicet ꝙ institutus sub conditione ante euentum conditionis non posset petere se mitti in possessionem rerum hæreditatis, secundùm formam. l. fin. inf. eod. Cuius contrarium voluit gloss. in l. inter omnes. secundùm vnam expositionem, ibi. ff. qui satisd. cogan. & illam expositionem secutus fuit Fulgo. ibi eandem expositionem visus est tenere Bar. in d. §. si sub conditione. & ideo Bar. hic, quem alij communiter sequuntur, dedit aliam sol. dicens, quod ille. §. loquitur in eo, qui est institutus sub conditione in primo gradu: vnde non est aliquis, qui eum præcedat. tex. autem iste loquitur in substituto; & sic in eo, qui est vocatus sub conditione in secundo gradu. ¶In ead. glo. ibi. Item facit pro eo. Ista ratio similiter non concludit pro substituto, per rationem supra proximè assignatam. ¶In eadem, ibi. l. & si pepercerit. §. fi. glo. nostra ad illum tex. tacitè respondet, quòd ibi primus gradus institutionis erat nullus propter præteritionem filij. Scd̃s autem gradus. s. substitutionis erat validus propter exhæredationem ipsius filij. Sed contra hanc solu. glo. opponit Bar. de l. proximè sequenti. ibi filius præteritus non impedit institutum in primo gradu mitti in possessionem rerum hæreditatis. Sol. dicit Bar. quòd l. proximè sequẽs loquitur, quãdo vitium præteritionis nõ erat apparens. Sed l. contraria loquitur, quando vitium præteritionis apparebat ex ipso testamento: quia in ipso testamento fiebat mentio filij præteriti. Sed aduertas: quia istam solu. Bar. intelligit Bal. & D. Alex. hic procedere, quando vitium erat apparens, & nõ negabatur per hæredes ipsũ præteritum esse filium testatoris. Si autem per hæredem negaretur, quòd talis filius præteritus non esset filius testatoris, licèt in testamento constaret dictum vitium pręteritionis: quia tamen ista exceptio requirit altiorem indaginem, hęres scriptus non impediretur, quominus deberet mitti in possessionem rerum hæreditatis. & supra dicta procedunt, quando ipse filius esset ille, qui allegaret præteritionem. Si autem esset tertius, dato quòd in testamento à patre cõstaret de dicto vitio pręteritionis, & hæres non negaret filium esse præteritum: tamen quia non est licitum opponere de iure tertij. quod in totum non absorbet ius agentis. l. cum seruum quispiam. supra de seruis fugit. oppositio talis facta per tertium non impediret hæredem scriptum mitti in possessionem bonorum: poterit enim esse, quòd filius præteritus tacebit, & sic approbabit testamentum. l. filio præterito. in prin. ff. de iniusto rupto. cum ergo talis oppositio facta per tertium non habeat absorbere in totum tale ius hæredis scripti, per consequens non impedit ipsum hęredem scriptum mitti in possessionem rerum hæreditariarum. ¶In fine glo. Ista ratio non videtur sufficiens pro substituto, ex quo requirit altiorem indaginem, & per consequens non debet impedire hæredem scriptum, quominus præferatur substituto in missione possessionis rerum hæreditariarum. ¶In gl. in verbo, oportet. ibi. l. si pr̃. & l. sequẽti. ff. de hæred. insti. glo. ista clarè procedit (quantùm ad proprietatem bonorum hæreditatis) s. vt substitutus cũ instituto simul admittatur propter cõflictum rationum.
4 Sed quæro, † quid in possessorio: an vterque simul pro rata mittendus sit in possessionem, Bar. hic determinat ꝙ non. cuius opi. sequitur etiam Ful. hic. Sed Paũ. de Ca.
5 † cuius opi. secutus est clarissimus præceptor meus d. Iason, fuit in contraria opi. s. ꝙ vterque pro rata mittendus sit in possessionem. Ex quo clarè cõstat, ꝙ substitutus admittitur cum instituto. Putarem opi. Pau. posse procedere in casu: in quo ipse loquitur, videlicet qñ clarè constaret, quòd substitutus deberet admitti cum instituto. Si enim licitum est opponere aliquam exceptionem, qñ quis offert incontinenti se probaturum talem exceptionem,

nem,& talis exceptio non habet excludere ipsum excipientem,prout dicetur in l.sequenti,multò fortius videretur dicendum,ꝙ quando clarè constat iudici,ꝙ vterq; simul.s.institutus,& substitutus debent admitti:quia certè ita posset, & deberet mitti ipse substitutus in possessionem rerum hæreditariarum pro rata parte sibi cōtingente.Opi.autem Bar.procedet,quando quæstio ista refricaretur in dubium,& institutus opponeret aliquā exceptionem contra substitutum,quæ indigeret altiori indagine: quia isto casu substitutus non admitteretur simul cum instituto ad possessionem rerum hæreditariarum.

In l.Quamuis.

SVMMAE.

1 *Vitium testamenti inuisibile non impedit hæredem mitti in possessionem.*

2 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio possessorio.*

Et quando dicatur requirere altiorem indaginem,nu.6.

3 *Exceptio, dolo facis, non admittitur in interdicto uti possidetis.*

4 *Spoliatus non debet ante omnia restitui, quando agitur de restitutione alicuius Castri,uel fortalicij.*

5 *Fideiussor,qui est difficilis conuentionis, non est idoneus fideiussor.*

7 *Incontinenti probari quando quid dicatur.*

8 *Exceptio falsitatis opposita in iudicio possessorio reseruatur in iudicio ordinario.*

9 *Legitimari debet persona,cum qua litigatur,in omni iudicio, quantuncunque summario.*

10 *Filiusfa.non potest esse in iudicio sine consensu patris in causis summarijs,& executiuis.*

1 QVamuis.¶†Vitium testamenti inuisibile non impedit hæredem
2 mitti in possessionem.Hoc dicit.¶Nota,†ꝙ exceptio requirens altiorem indaginē nō admittitur in hoc iudicio possessorio, ¶In glos.prima ibi,dolo facis. Ex hac gloss. nota, quòd in
a possessoriis admittitur exceptio,dolo facis,a &c. quando de ista exceptione potest statim constare.Et hoc intelligas procedere in interdicto adipiscendæ.De quo loquitur iste titu. Sunt tamen duo casus, in quibus etiam ī interdicto adipiscendæ non admittitur ista exceptio,dolo facis.Primus est in l.si.ff.de rei vendi. ¶Secundus est in Authen.Item si possessor,infra qui potio.in pigno.ha
3 beantur. ¶† In interdicto autem recuperandæ non admittitur exceptio,dolo facis, quia spoliatus ante omnia est restituendis.l.si quis ad se fundum, infra ad l.Iuli.de vi.patitur tamen regula supradicta, scilicèt quòd spoliatus ante omnia,&c.plures limitationes,de quibus ꝑ Angel.& Pau.de Cast.hic,& plenè per Alexan.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.possessio. ¶Nota tamen vnum,quod voluit hic Paul. de Castr. videlicet,
4 †quòd quotiescunque agitur de restitutione alicuius castri,uel fortalicij: spoliatus non deberet ante omnia restitui,eo quia facta restitutione,si ille postea succumberet,non esset facilis recuperatio,allegat not.in c.literas de restitut.spolia.& hoc dictum Pau.sequitur d.Alexan. in d.§.nihil commune,in 17.colum.Est verum,quòd clarissimus preceptor noster D.Iacob.limitauit in l.si de ui. ff.de iud.vt procedat,nisi vterque scilicet spoliās, & spoliatus essēt sub eodem Principe,per ea,quę uoluit Guil. de Cun.Cyn.& Angel.in l.2.in princ. ff. qui satisda. cogan. ¶ Sed limitatio sua posset procedere, si dictum ipsotum Guiliel.de Cun.Cyn.& Ange.esset uerum.Sed illud in specie reprobant Bartol.& Paul.de Cast. Alex. & communiter Docto.ibi:ergo limitatio non est uera. Sunt qui dicunt, quòd limitatio supradicta saltem procederet,quando ageretur coram ipso Principe, à quo peteretur restitutio: quia tunc videtur cessare ratio, propter quam reprehenditur dictum Guil.Cy.& Ange. Sed in veritate adhuc non credo, quòd hæc limitatio ꝑcederet,quia licèt spectet ad ipsum Principem facere talem executionem,& sit verisimile, quod ipse poterit tale castrum,uel fortalicium expugnare, tamen hoc facere forte non poterit,nisi cum magna difficultate:quo ca
5 su sicut dicimus,†ꝙ fideiussor, qui est difficilis conuentionis,non est idoneus fideiussor, ut tenēt communiter Doc.in d.l.2.per gl.ibi.ff.qui satis.cog.ita iste spoliatus, à quo difficulter posset recuperari tale castrum, uel fortalicium,non debet restitui. ¶Aliam,& notabilē limitationem ad dictum Pa.de Ca.dedit Pan.in c.veniens, il 2.in 2.col.ext.de testi.uidelicet,vt procedat illud dictū, nisi petens restitutionem vellet præstare cautionē idoneam de restituendo tale fortalicium,si condemnaretur in iudicio petitorio,pro qua limitatione facit tex.in l.si fideiussor.§.fina.ff.qui satisd.cogan.Nec obst.si forte dicatur, ꝙ quis non debet se committere fragilitati cautionis,per tex.in l.qui ita.§.1.ff.ad Treb. quia procedit, quando per talem cautionem non esset plenè cautum, prout in casu illo,per tex.in l.quia poterat.ff. eod. ti.ad Treb.¶Item,& quando mediante cautione,q̄s vult cogere aliū ad id,ad quod de iure cōi non tenet. Sed ista cessant in casu nostro,imò ille q̄ uult præstare cautionē pro se,hēt ius cōe,quod est fauorabile,vnde posset attētari,ꝙ q̄n immineret periculum scandali,posset talis res sequestrari,arg.l.æquissimū.ff.de usuf.& eorum, q̄ notāt Mod.in d.l.si fideiussor,in §.fin.& eorum, quæ not.in l. vnica.C.de prohib.sequest.¶In eadem gl.ibi l.3.§. cāæ. Ex hac gl.habes notare,ꝙ si filius opponat aliquā de exceptionibus,de quibus in tex. & offerat incontinēti paratam probationem, impediet scriptum hæredē mitti in possessionem.Secus,si exceptio per eum opposita requirat altiorem indaginē.quia tunc nō impediet missionē.
6 ¶Sed quæro,†q̄n exceptio dicatur requirere altiorē indaginē,dicit gl.ꝙ tunc,q̄n non pōt statim,& incontinen-
b ti probari.†Q̄n autem dicatur incontinenti probari.gl.ī
7 l.si is à quo,in prin.ff.vt in pos.leg. dicit istud relinq̄ iudicantis arbitrio.Et ita ēt tenet Bal.hic.Nō tñ declarāt, qualiter iudex debeat arbitrari.Et iōBar.ī d.l.si is à quo dicit,ꝙ iudex debebit arbitrari talē exceptionē nō req̄rere altiorē indaginē,q̄n opponens offert se paratum ꝑbare illam exceptionē.ī.illud tēpus.ī. quod processus principalis expediretur,si talis exceptio nō fuisset opposita.Et ita ēt voluit Bar.in l.4.in §.condemnatum. ff. de re iu.& in extrauaganti ad reprimendum.in verbo,summariè,in 1.col.Et ita etiam tenent Sal.& Alex.hic. ¶In glo.in uerbo,falsum.Ex hac glo.notate,†quòd exceptio falsitatis opposita in iudicio possessorio, reseruatur in iudicio ordinario.Sed hanc gloss.intelligit Cyn.procedere,quando scriptus hæres adiuerat hæreditatem.antequam sibi opponeretur exceptio falsi. Sed si hic exceptio fuisset opposita ante, scriptus hæres non potuisset adire hæreditatem:quia fuisset dubius de viribus testamenti.l.cum falsum.ff.de acquiren.hære. ergo si non potuisset adire,& sic effici hæres, non potuisset mitti ī possessionem ex hoc titu.quia talis missio in possessionem (sm̄ ipsum) competit hæred.Et istud sequit Imol.in d.l. cū falsum.Vos aūt teneatis indistinctè gl.ꝙ ēt si exceptio falsi esset opposita,anteq̄ scriptus heres adiret,licèt istud impediuisset eū adire:tñ, cū requirat altiorē indaginē, nō impedit eū mitti ī possessionē,q̄a ad hoc,ut quis possit mitti ī possessionem ex hoc ti. non requiritur, quòd

adiuerit hæreditatem:sed sufficit, quòd sit scriptus hæ-
res, vt firmat Bar.in l.fi.§.fin.in.5.col.inf.eo. & ibi gloss.
super uerbo, legitimo.ante fin.Et istam vltimam opi.vi-
detur velle glo.in d.l.cum falsum. ¶ In glo.fi.in vltima
solutione.cum qua simpliciter transeunt Bar.Ang. & in
specie Pau.de Cast.ibi. &D.Alex.hic cũ concordantijs,
p eum adductis. ¶ In glo.in ver.seruus.ibi.§. sed etiã si
quis tm̃. Istud iõ dicit glo. quia si tpe mortis fuisset re-
putatus seruus iste defunctus fuisset in quasi possessio-
ne seruitutis.Et iõ nihil posidere poterat,cum ipse pos
sideretur ab alio.l.liber homo.ff.de acqui.rerum dom.
Et sciendum est,quòd istud beneficiũ non datur nisi pro
possessione earũ rerum, quas defunctus tempore mor-
tis posidebat, vt videbitis in l.fin.inf.eod. Ex hac par-
ticula gloss. colligit D. Iason hic. hic esse gloss. quam
reputat valde singularem contra illud, quod tenet Bal.
in l. 2. ad fin. C. de senten. & interl. omnium iudi. vbi
dicit, quod l. prima. C. de testam. & §. testes. Institu.
eodem titu. de testamen. non habent locum, quando
communis error caderet in persona testatoris, & sic in
eo, in quo est substantia testamenti, & quòd illa iura
procedunt, quando communis error cadit circa perso-
nas testium. Et illam limitationem Bald. sequitur D.
Alexan. in d.l. 1.C. de testa.sed hic est gloss. in contra-
rium. ¶ In eadem glo. ibi, viuo testatore. Ista solutio
non videtur vera secundũ Fulg.& D.Alex.hic, quia pen
dente lite, habetur pro libero, l.ordinata.ff.de liber.cau
sa,& l.lite.inf. de liberali cau.tenenda est ergo prima so
lutio. ¶ In eadem gloss. in fin. Colligit Bartol. ex hac
9 gloss. vnum valde notabile, † quòd in omni iudicio
(quantuncunq; summario) debet persona, cum qua li-
tigatur, plenè legitimari. Et hanc opi. Bart. tenent Sali.
Fulg. & D.Alex. hic.Bar.in extrauaganti. ad reprimen.
in uer.sine figura, in 2.col, Bald. in l. 3. §. ibidem. ff. ad
exhib. & in l.fi.5.quæst.inf.eo. Et ita est tenendũ, quic-
quid dixerint hic aliqui contra theoricam ipsius Bart.
10 Et pro isto dicto bene facit. † quia in causis summarijs,
& executiuis filiusfamilias non porest esse in iudicio si-
ne consensu patris,& sic etiam tunc requiritur legitima-
tio personæ, vt voluit Bal.in l.nec quicquã. §. de plano.
ver. sed nunquid. ibi, potest. ff. de offi. proconf. & leg.
D. Alex. cons. 59.in 2.uolu.in 1.colum.Addo glo.quã
ipsi non allegant in l.1.in ver. ignorante.circa fi.ibi. Itẽ
etiam hodie debet consentire pater.s̃.qui admitti. Intel
ligatis tamen doctrinam Bart. hic procedere, quando à
parte istud opponeretur, aliàs autem non debet ipse iu
dex opponere, per ea, quæ tradit Bart.in l.inter quos.§.
qui alieno.circa fi. ff. de dam. inf.

ADDITIONES.

a Exceptio, dolo facis. Addite ꝙ exceptio criminis, vel doli excluditur per replicationem criminis, vel doli. Pet. de Anch.in c.intelleximus, nu.6.extra de adulte.

b ¶ Et incontinenti. quid denotet ista dictio, incontinenti. vide per Bald. in sua practica, in tit. de signi. dictionum, nu. 23.

In l. Edicto diui.

SVMMAE.

1 *Lex debet tolli sublata causa legis.*
2 *Causa seu ratio in lege expreßa præsumitur finalis, & nu. 3.*
4 *Statuta seu ordinamenta, per quæ subditi coguntur sine causa legitima soluere fisco aliquid, vel communitati, sunt remouenda à republica.*
5 *Instrumentum publicum habet executionem paratã in casu.*
6 *Cancellatio reddit scripturam suspectam.*
7 *Iudex debet esse facilis in mittendo in possessionem, vbi nullus apparet contradictor.*
8 *Libellus non vitiatur, si narratio libelli, & cõclusio sunt apta licèt ibi sit expreßa actio, & nu. 9.*
10 *Condictio omnis dicitur actio personalis.*
11 *Filius institutus in sola legitima, an habebit beneficium huius legis, & nu. 13.*
12 *Filius institutus in legitima non magis dicitur hæres, quàm extraneus institutus in re certa.*
14 *Hæres institutus in testamento, si est absens, & creditores hæreditarij optant sibi satisfieri, quomodo fiet.*
15 *Fideicommissarius non habet ius hæreditarium ante restitutionem.*
16 *Actiones vtiles transferuntur in ecclesiam, seu pium locum, quando fideicommißum vniuersale est relictum ecclesiæ, vel alteri pio loco.*
17 *Fideicommissarius quando agit ex fideicommisso cõtra extraneum possessorem, quomodo debeat agere, & nu. 18.*
19 *Testamenti appellatione an contineantur codicilli.*
20 *Hæres scriptus in testamẽto apprehendit corporalem possessionem rerum hæreditariarũ, & quia erat grauatus restituere hæreditatem fideicommissario, restituit eam verbo: an hoc casu fideicommissarius vniuersalis poterit intentare beneficium huius l.*
21 *Hæres scriptus in testamento quando intentat beneficium huius leg. non habet necesse probare mortem testatoris.*
22 *Episcopus dicitur legitimus executor testamentorum.*
23 *Libellus an sit necessariò offerendus, quando intentatur beneficium huius leg.*
24 *Citare an sit necesse aliquem, quando intentatur beneficium huius, l. & nu. 25.*
26 *Possessor quando sit citandus.*
27 *Hæres scriptus in testamento produxit instrumentum testamẽti coram iudice, quod in sui prima figura apparebat nõ abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum. cõparet contradictor excipiens, quòd volebat redarguere illud instrumentum de falso, an admittetur.*
28 *Instrumentum an reddatur suspectum, quando non apparet eius protocollum.*
29 *Notario licet incontinenti se corrigere.*
30 *Comparatio literarum an faciat plenam probationẽ, & nu. 31.*
32 *Scriptura quando apparet scripta manu diuersarum personarum, habetur suspecta.*
33 *Statuto cauetur, quòd instrumenta confessionata, vel habentia præceptum guarentigiæ mandentur executioni, si de debito non sit factum aliquod instrumentum: sed posit probari per testes, et notarius tempore contractus præcepit debitori, quòd solueret infra certum tempus, si creditor faciat testes examinari, & inde fieri scripturam, an talis scriptura habebit executionem paratam.*
34 *Testes non poßunt examinari regulariter ante litem contestatam.*
35 *Hæredes venientes ab intestato an posint intentare beneficium huius l. & nu. 36.*
36 *Substitutio pupillaris expreßa, an excludat matrem etiam à legitima in bonis filij.*
37 *Voluntas tacita non est tantæ efficaciæ, nec tantæ potestatis, sicut expreßa.*
38 *Voluntates vltimæ defunctorum quòd exequantur, interest rei publicæ.*
40 *Iura exorbitantia à regulis iuris communis, si concernãt vtilitatem publicam, debent extendi ad alios casus ex identitate rationis.*
41 *Ius accrescendi excludit edictum successorium.*
42 *Venientes ab intestato si probant per testes hæreditatem eis delatam, &c. an habebunt beneficium huius leg.*
43 *Dominium præsumitur ex possessione.*
44 *Contradictor legitimus quis dicatur, & nu. 45. & 49.*
46 *Contradictor voluntarius debet legitimare personam.*
47 *Opponere quis non potest de iure tertii in iudiciis summariis,*

etiam ſi ſit excluſiuum intentionis agentis.
48 *Titulus ſolus non tribuit probabile intereſſe.*
50 *Fideicommiſſarius an ſit legitimus contradictor.*
51 *Libellus, peto mihi iuſtitiam miniſtrari, an procedat in fideicommiſſario.*
52 *Nuncio publico, an credatur.*
53 *Proteſtatio, ne aliqua nouitas fiat in tali poſſesſione, debet inducere cauſam.*
54 *Exceptio ſi ſit obſcura, & generalis, debet declarari per opponẽtem, ſi aduerſarius hoc petat.*
55 *Dominium poteſt acquiri ex ſententia.*
55 *Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper poſſeſſorio adipiſcẽda, iuxta formam huius l.*
57 *Contradicere poteſt quis per uiam querelæ actui iudiciario, à quo non poteſt appellare.*
58 *Præceptum factum (cauſa non cognita) non tranſit in rem iudicatam.*
59 *Petitio hæreditatis non competit contra titulo poſſidentem.*
60 *Titulus, quando habetur pro non titulo, non excludit à petitione hæreditatis.*
61 *Iudex quando fert ſententiam ſuper remedio huius l, nõ debet condemnare reum ad fructus.*

EDicto diui. ¶Hæc eſt lex ſingularis, ſecundùm Bart. Et
diuiditur in partes quinque. In prima tollit edictum diui Adriani cum ſua vigeſima. In ſecunda ponit edictum, quando nullus apparet contradictor. In tertia ponit aliud edictum, quando apparet contradictor. In quarta tollit anguſtias temporum. In quinta, & vltima ponit unam exceptionẽ. Secunda ibi, ſancimus. Tertia ibi, ſin autem. Quarta ibi, nullis anguſtijs. Quinta, & vltima ibi, niſi tantùm. In ſumma hoc dicit. Edictum diui Adriani cum ſua vigeſima eſt ſublatum, & hæres ex ſola inſpectione teſtamẽti mittẽdus eſt in poſſesſionem, ſi nullus apparet cõtradictor, ſi autem apparet, eius allegationes ſunt examinandæ, & cauſa cognita eſt procedendum. Et ſi allegationes ſunt minus legitimæ, non impedient misſionem, ſecus ſi ſint legitimæ, vt quia doceat ſe habere potiora iura, vel ſe præſcripſiſſe. Hoc dicit tota lex. Ego autem legam eam per partes, vt melius intelligatis eam. ¶Nota primò
1 ex hoc text. †quòd ſublata cauſa legis, debet ipſa lex tolli. Quod verum eſt, quando cauſa, quæ eſt ſublata, eſt finalis: ſecus ſi ſit impulſiua. l. prima. §. ſexum, & ibi gloſ. ff. de poſtul. Et de iſta duplici cauſa tractat dom. Bart. in l. ſecunda. §. fina. ff. de donationib. Addite ad dom. Ale-
2 xand. hic, inquantum dicit, †quòd cauſa, ſeu ratio in l. expreſſa præſumitur finalis, vt vult gloſſ. reputata ſingul. in l. cum tale, in §. falſam, in verbo, cohæret. ff. de condi-
3 tio. & demonſtrat. †quòd idem eſt, quando cauſa in lege exprimeretur conditionaliter. Nam tunc præſumitur finalis, Ita dicit Bald. in l. generaliter, ſup. de epiſco. & cleric. Idem eſt, quando cauſa appoſita eſſet in præfationibus. Nam tales præfationes oſtendunt cauſam finalem, l. fina. & ibi Bald. ff. de hæred. inſtituen. Idem eſt, quando nulla rõ, ſeu cauſa exprimitur in lege, ſed nos coniecturamus aliquam rationem naturalem, per quam potuerit moueri conditor legis, uel ſtatuti. Nam illa præſumitur eſſe finalis, Ita dicit Cyn. in l. non dubium, ſup. de leg. Et Bald. in l. maximum vitium, ſup. de libe. præter. uel exhære, De qua materia vide per Canoniſt. in c. cum ceſſante,
4 extra de appellatio. ¶Nota ſubſequenter, † quòd ſtatuta ſeu ordinamenta, per quæ ſubditi coguntur ſine cauſa legitima ſoluere aliquid fiſco, vel communitati, ſunt remouenda à republica. Ita probat iſte tex. ſecundùm Salice.
5 ¶Nota caſum, in quo inſtrumẽtum publicum habet executionem paratam. Alium caſum addit hic Domin. Alexand. ſcilicet in inſtrumento depoſiti. Nam (ſecundùm eum) habebit executionem paratam. allegat Barto. in l. ſi quis uel pecunias, ſup. depoſ. Sed tu addas, quòd Bal. & Sali. in d. l. ſi quis, tenent totum contrarium, & reſpondent ad illum tex. in verbo ilicò, & in verbo quæ celerrimè, vt ibi per eos, & in quæſtione facti uidi iudicari ſecundùm opinio. Bald. & Salic. Alium caſum ponit Bart. in l. 2. ff. de iureiuran. ubi mirabiliter dicit, quòd ſi in inſtrumento obligationis reperiatur ſcriptum, ſicuti debitor detulit ſacramentum creditori, qui iurauit ſe debere recipere ſummam, de qua in inſtrumento, tale inſtrumentum habebit executionem paratam. Quod an ſit uerum, dicas, ut ibi notatur pleniſſimè per d. Alexan. Aliũ caſum ponunt Angel. & Imol. in l. ait prætor. in § 1. ff. de re iudic. ubi dicunt; quòd ſi notarius faciat præceptum debitori obligato, ut ſoluat pecuniam, infra certam diẽ, tale inſtrumentum habebit executionem paratam, attento, quòd notarius dicitur iudex chartularius habens iuriſdictionem in violentia. l. 1. & ibi gloſſ. ff. de iudi. ¶No
6 ta ſubſequenter, †quòd cancellatio reddit ſcripturam ſuſpectam, quod eſt verum, quando eſt in parte ſubſtantiali, aliàs ſecus, ut notatur in c. contingit, & in c. ex literis, extra de fide inſtrumen. Et hoc facit ad ſtatutum diſponens, quòd inſtrumenta publica mandentur executioni. Nam tale ſtatutum debet limitari, niſi eſſet inſtrumentum cancellatum, ſecundùm Bald. in l. prima, infra vt in poſſ. legat. De quo per Barto. in l. prima. ff. de his, quæ in
7 teſta. delen. ¶Nota, † quòd quando nullus apparet contradictor, iudex debet eſſe facilis in mittendo in poſſesſionem. ¶In gloſ. in uerbo, quieſcente, ibi, reſpondeo, poteſt. Bartol. reprehendit iſtam gloſſ. per ea, quæ dicuntur in rubric. ſup. eod. Sed Barto. de Salicet. defendit gl. quia non tam debemus attendere uerba, quantùm effectum. D. Alexand. dicit, quòd ſi petens ſe mitti in poſſesſionem exhibendo teſtamentum in publicam formam non cancellatum, non abolitum, &c. dicat in ſua requiſitione, ſeu libello, quod ita petit ex edicto diui Adriani, tamen libellus procedet, allegat Innocen. in c. examina-
8 ta, extra de iudic. vbi dicit, † quòd ſi narratio libelli, & concluſio ſit apta, licèt ibi ſit expreſſa actio inepta, tamẽ libellus non vitiabitur, & ita etiam vult Bar. in l. 1. ff. de eden. Addatis, quòd Ang. idem tenet in l. fi. inf. de inter
9 dic. Addatis etiam, † quòd quando proceditur in cauſis ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſufficit, quòd narratio facti ſit apta, & licèt cõcluſio libelli eſſet inepta, tamen procederet libellus. Ita dicit Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. ſine figura, quod nota in practica. ¶In eadem ibi, uel per conſtitutionem.
10 Ia. But. & Bart. damnant iſtam gl. †quia omnis condictio dicitur perſonalis actio. §. appellamus, Inſtit. de actio. Et perſonalis actio præſupponit obligationem §. 1. Inſti. de action. Sed hoc dicere non poſſumus, quando nullus apparet contradictor; ergo tunc implorare debemus iudicis officium pro iſta misſione in poſſesſionem, ſi verò appareret contradictor: tunc poſſemus agere condictione ex hac lege. Bald. tamen, & Salic. hic ſunt in opin. quòd utroq; caſu debeat implorari iudicis officium, mouẽtur, q̃a verba huius leg. diriguntur ad iudicẽ, vt patet in hoc tex. in verbo, mittatur, & qñ uerba legis diriguntur ad iudicẽ, ibi debet implorari iudicis officium. Ita dicit gl. ĩ l. ſi ſoror. ſ. de coll. Et Bar. in l. 1. ff. de cond. ex leg. Nõ recedatis ab opi. Iac. But. & Bar. quia iſte tex. in uerſ. fina. ũtdum loquitur, quando apparet contradictor, nõ magis dirigit uerba ad iudicem, q̃ ad partem. ¶In gl. in uer. ex parte ibi. §. ſi ex fundo. Bar. dicit mirabiliter, ꝙ qñ inſtitutus in re certa, hẽt cohæredem uniuerſalem, qui nõdum adiuit, tunc inſtitutus in re certa poterit intentare beneficium huius leg. quod diſplicet Angel. & bene, quia donec cohæres uniuerſalis poteſt adire, non dicitᷣ hæreditas delata ipſi hæredi inſtituto in re certa: ergo non de-

bet ſibi competere beneficium huius legis. ¶Sed iuxta
11 hoc quæro, † an filius inſtitutus in ſola legitima, habe-
bit beneficium huius leg. Bald. hic circa 11. colum. in 1.
quæſt. determinat, quòd ſic. Quia nos habemus, quòd
filio ad conſequendum ſuam legitimam competit vti-
lis actio familiæ erciſcundæ, l. ſecunda. §. ſi quarta. ff. fa-
mil. erciſcun. ¶Item filio pro ſua legitima conſequenda
competit petitio hæreditatis. Ita dicit Bald. in l. non eſt,
ſup. famil. erciſcun. Tu autem tene contra Bald. & dicas,
quòd filio inſtituto in legitima non competit benefi-
cium huius leg. quia legitima dicitur quota bonorum,
non autem quota hæreditatis. l. Papinianus. in §. quar-
ta. ff. de inoffi. teſtamen. Et tamen iſte tex. requirit, quòd
quis ſit inſtitutus in tota hæreditate, vel in parte. Et pro
hac ſententia facit, quod notat Bartol. in l. ex facto pro-
12 ponebatur. ff. de hæred. inſtit. vbi dicit, † quòd filius in-
ſtitutus in legitima non magis dicitur hæres, quàm ex-
traneus inſtitutus in re certa. Sed inſtituto in re certa nō
competit beneficium huius legis, vt vult glo. noſtra: er-
go nec filio inſtituto in legitima. ¶Non obſt. quod vult
Bald. in d. l. non eſt. vbi dicit, quòd filio pro legitima cō
petit petitio hæreditatis. Et idem voluit ipſe Bald. in re
petitione. l. pater filium. ff. de inoffic. teſtamen. circa 12.
colum. quia poteſtis reſpondere, quòd iſtud dictum Bal.
non eſt verum, vt volunt Odof. & Salic. in l. ſumus. ſup.
de inoffic. teſtamen. Elicio ergo vobis pulchram con-
cluſionem, † quòd filio inſtituto in ſola legitima non cō
petit beneficium huius legis. ¶ Quæro hic de vna quæ-
13 ſtione, quam Docto. hic non tangunt. † Hæres inſtitutus
in teſtamento eſt abſens, creditores hæreditarij optant
ſibi ſatisfieri, qualiter fiet hoc caſu? dicas, quòd ad in-
ſtantiam creditorum, vel vnius ex eis poterit peti, ut de
tur curator bonis ipſius hæredis abſentis, qui quidem
curator poterit intentare beneficium huius l. petendo
nomine hæredis abſentis ſe mitti in poſſeſsionem bo-
norum, quæ defunctus teſtator tenebat tempore vitæ, &
mortis. Ita dicit Alexan. ſuo conſi. 4. incip. videtur inſpe
ctis his, quæ in themate. in fi. 6. col. illius conſil. in 2. uo-
lu. ¶In eadem ibi, non habere huius l. beneficium. Doct.
communiter in hoc ita concludunt, quòd aut reſtitutio
fideicommiſsi eſt facta ipſi fideicommiſſario re, & ver-
bo, quia fideicommiſſarius fuit inductus in corporalem
poſſeſsionem, & tunc indubitanter non poterit intenta-
re beneficium huius leg. quia iſtud eſt remedium adipi-
ſcendæ poſſeſsionis, vt probatur hic in tex. in uer. acqui
ratur. ergo non competit, niſi ei, qui nunquam adeptus
fuit poſſeſsionem. Aut fideicommiſſario nulla adhuc
fuit facta reſtitutio, nec re, nec verbo: & tunc non compe
tit ſibi beneficium huius leg. & ita ſeruatur hæc glo. Et
15 eſt ratio, † quia fideicommiſſarius a non habet ius hære-
a ditarium ante reſtitutionem. l. reſtituta. in prin. ff. ad Tre
bel. Hinc eſt, quòd fideicommiſſarius vniuerſalis ante re
ſtitutionem ſibi factam (ſaltem verbo,) non poteſt iura
ſua cedere alteri. Tex. eſt notabilis in l. ſi mulier. §. ex aſ-
ſe. ff. de iure dot. Aut reſtitutio fideicommiſsi fuit facta
fideicommiſſario vniuerſali (ſaltem verbo) & hoc caſu
bene poterit intentare beneficium huius l. Ita volūt hic
Doct. & maximè Bar. ſuo conſi. incip. miſſus in poſſeſsio
ne, & in alio conſi. ſuo inci. in quæſtione vertēte in curia
D. Capitanei ciuitatis Narniæ. Idem eſt in caſibus, in qui
bus reſtitutio ipſo iure intelligitur facta ipſi fideicom-
miſſario abſque reſtitutione fienda ab homine, vt in ca-
ſibus, qui habentur in l. penult. §. cum autem, inf. ad Tre
bel. ¶ Adde, quòd ex hoc infertur notabilis deciſio.
16 † Tu ſcis, quòd quando fideicommiſſum vniuerſale eſt
relictum eccleſiæ, vel alteri pio loco, ipſo iure transfe-
runtur actiones, ſaltem utiles in eccleſiam, ſeu in pium
locum. l. fina. ſupra de ſacroſan. eccleſ. Nam tales fidei-
commiſſarij (etiam nulla facta reſtitutione ab homine)
poterunt intentare beneficium huius leg. Ita determinat
eleganter Alex. in prææallegato ſuo conſil. 4. in 8. colum.
vnde in practica eritis aduiſati, vt ſi nomine fideicōmiſ
ſarij vniuerſalis intentetis beneficiū huius leg. vt dedu-
catis in proceſſu, ꝙ reſtitutio fideicommiſsi fuit facta
ſaltē verbo ipſi fideicommiſſario, vel quòd ipſo iure in-
telligitur eſſe facta, vt in caſibus, qui habentur in d. §. cū
autem. & in caſu d. l. fi. ſ. de ſacroſ. ec, alioquin ſuccūbe-
17 tis in cauſa. ¶Addo hic vobis, † ꝙ qn̄ fideicommiſſarius
agit ex fideicommiſſo cōtra extraneum poſſeſſorem, ſit
cautus, vt in libello non dicat ſe adiuiſſe hæreditatem:
quia ſibi non competit ius adeundi, & in quæſt. facti fuit
determinatum, ꝙ libellus erat ineptus ex eo, ꝙ fideicō-
miſſarius in libello dixerat ſe adiuiſſe hæreditatem. Iſta
ſunt verba Bal. & ſequitur Io. de Imo. in l. ſi non. §. Elie-
18 ſcentia in §. 1. ff. de hære. inſtit. ¶ † Item ſit cautus fidei-
commiſſarius, ne in libello dicat ſe hæredē grauati re-
ſtiuere. ſed dicat ſe hæredē illius, qui grauauit alium de
reſtituendo: alioquin libellus erit ineptus. Iſta ſunt ver-
ba Bal. ſuo conſ. 64. incip. In Chriſti nomine. caſus talis
eſt. Zeno in tertio vol. ¶Addit hic Bal. in caſibus, in qui-
bus dixi fideicōmiſſarium vniuerſalem poſſe intentare
beneficium huius. l. poterit ipſe fideicommiſſarius age-
re, etiam ſi fideicommiſſum ſit relictum in codicillis,
vel inſurgat ex clauſula codicillari appoſita in teſtamē-
to per hæc verba, ſi non ualet iure teſtamenti, &c. Moue
19 tur Bal. quia appellatione † teſtamenti (largo ſumpto uo
cabulo) continentur codicilli. vt vult gl. in l. 2. in verbo
perſonales. inf. cōmunia de lega. Sed Ang. hic in hoc vl-
timo determinat contrarium, per glo. in l. fi. in ver. more.
inf. de codicil. Et ipſe Ang. Sali. & Fulg. in d. l. fi. etiam
tenent contra opi. Bald. quia nemo plus iuris in alium
transfert; quàm ipſe habeat. l. traditio. ff. de acqui. rerum
dominio. & c. cum autem. ext. de iure patron. Sed veniē
tes ab inteſtato, qui virtute clauſulæ codicillaris tenen-
tur reſtituere bona, non habent beneficium huius. l. er-
go illud non debet competere fideicommiſſario. & iſta
ſententia confirmatur ex mente Cy. & Rayn. volentiū, ꝙ
ſcriptus hęres in codicillis non habet huius. l. beneficiū,
allegant. l. conficiūtur. in prin. ff. de iure codicil. Pau. de
Caſt. in d. l. fi. ſequitur opi. Bal. Alex. hic ſtat cum prima
opi. & ad l. conficiuntur ipſe reſpondet, quòd non loqui
tur in fideicommiſsario: ſed in venientibus ab inteſtato.
Ad motiuum ſupra factum, ꝙ nemo plus iuris, &c. reſpō
det, ꝙ fideicommiſſarius nō habet hoc beneficium à ve-
nientibus ab inteſtato, ſed à lege. Sed iuxta hoc quærit
20 hic Sal. † Hæres ſcriptus in teſtamento apprehendit cor-
poralem poſſeſsionem rerum hæreditariarum, & quia
erat grauatus reſtituere hæreditatem Sempronio fidei-
cōmiſſario, reſtituit eam verbo, an hoc caſu fideicommiſ
ſarius vniuerſalis poterit intentare beneficium huius. l.
determinat ſub dubio fortè, ꝙ non; quia ipſe hæres attē-
to, ꝙ apprehendit corporalem poſſeſsionem non habet
beneficium huius. l. ergo, nec fideicommiſſarius. Sed in
hoc tenebitis totum contrarium, per nota. per glo. in ver
bo, actiones, in l. ita tamen. §. ſi ex Trebell. ff. ad Trebell.
Item hæres, poſtquam apprehendit corporalem poſſeſ-
ſionem rerū hæreditariarum, non poſſet agere petitione
hæreditatis, etiam ſi deſijſſet poſtea poſsidere illas res
hæreditarias. Ita vult expreſsè Bartol. in l. 2. ff. de fidei-
commiſ. hæredi. petit. Et tamen fideicommiſſarius, cui
hæres plenè bona non reſtituit, poſſet agere petitione
hęreditatis, vt vult pulchra gloſſ. in d. l. 2. & fin. in titu.
proximè allegato. ¶In eadem gloſſ. in fin. conclude,
quòd in ſubſtituto vulgari, vel pupillari bene com-
petit beneficium huius legis. Sed oportet in practica p
bare eueniſſe caſum ſubſtitutionis. Addit hic Bar. unum
21 mirabile ver. † quòd quando hæres ſcriptus in teſtamen
to intentat beneficiū huius leg. non habet neceſſe proba-
re

re mortem teſtatoris : quia veriſimiliter non eſſet teſta-
mentum in manibus hæredis ſcripti , niſi teſtator eſſet
mortuus,allegat.l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſtam.
aperian.Et opi.Bar.ſequitur hic Bart.de Sali. Ego addo
vobis,quòd opi.Bar.ſequitur Ang.de Are.in §.quadru
pli.vbi legit hanc l.circa 29.col.Inſt.de actio.Fulg.dicit,
quòd mors teſtatoris ſaltem debet probari per iuramen
tum calumniæ,per l.penul.ſup.titu.præced.Alex. hic te
net,quòd ſaltem aliqualis probatio de morte teſtatoris
eſt fienda.Et ſubijcit , quòd non ſufficeret iuramentum
calumniæ,& reſpondet ad §.ſi dubitetur,quòd non pro-
bat opin.Barto.quia loquitur,quando tabulæ teſtamen-
ti erant apud alium,à quo petebantur exhiberi . Ego di-
co vobis,quòd ipſemet Alex.ſuo.conſ.101.in pen. col.
in quinto volum.quod conſilium incipit. Domini redẽ-
ptoris noſtri inuocato ſuffragio . viſis actis, expreſsè ſe-
quitur opi. Bar.& Sal.& ego in practica vidi iudicari ſe
cundùm hanc opi.re integra bonum eſſet ſeruare opin.
D.Alexan.hic.Sed ex poſtfacto teneatis opin. Barto. &
22 ſequacium.¶Nunc quęro,†quid in Epiſcopo,qui dicitur
legitimus executor teſtamentorum.l. ſi quis ad declinã
dam,& l.nulli,ſup.de epiſcop.& cler. an poterit intenta
re beneficium huius leg.Bald.hic determinat, quòd ſic .
Et idem in patre,qui (repudiata hæreditate per filium)
admittitur ad hæreditatem.l.fina.inf.de bon.quæ lib.Et
idem eſt in omni executore teſtamentario tenente locũ
hæredis.Addas,quòd hic etiam tenet Alex.ſuo conſi.4.
in 2.vol.in 8.colum.illius conſ.Idem eſt,ſecundùm Bal.
in caſu l.3.ſup.de inoff.teſtam.Nam ille poſthumus præ
teritus,qui habetur pro inſtituto,poſſet intentare bene-
ficium huius.l.Quid autem in eo,in quem ipſo iure intel
ligitur translata poſſeſſio uirtute ſtatuti,ut in Burgũdia,
an competet ſibi beneficiũ huius.leg.latè dixi uobis in l.
ſi ſorori,ſup.de iure delibe.Quid autem in inſtituto ſub
conditione,vidiſtis in l.1.ſup.eod.¶Addit hic Bal.ꝙ idẽ
eſt in fiſco,quando aufert ab indigno:quia poterit inten
tare beneficium huius.l.quod nota perpetuò.¶In glo.in
uerbo,competenti,ibi,merum imperium.Barto.dicit, ꝙ
ſufficit,quòd habeat mixtum imperium,imò ſecundùm
eum,ſi appareat contradictor:quia tunc hoc iudiciũ ex-
peditur iure actionis,ſcilicet per condictionem ex lege,
quibus magiſtratus etiam inferior,uel delegatus pote-
rit hanc legem expedire,per ea quæ habentur in l. impe
rium,& in l.iubere cauere.ff.de iuriſdictio.omn.iudi.Et
licèt Sal.videatur velle contrarium, ego tamen ſuſtinui
uobis ſup.opi.Bar.¶In eadem gl.in fine.Iacob. Baldui.
reprehendit hanc gl.dicens,quòd iudex, ad quem ſcri-
buntur iſtæ literæ,non tenetur obedire,niſi viſo teſtamẽ
to non abolito,nec cancellato.Et ad iura hic in gl. alle-
gata,ipſe reſpondet , quòd loquitur in condemnato per
ſententiam definitiuam, qui ex ſententia ipſa obligatur.
Bartol. ita diſtinguit, Aut apparet contradictor,& tunc
non pōt procedere opi.huius gl.Aut nō apparet cōtradi
ctor,& tũc pōt procedere opi.contraria:quia,qñ non ap-
paret contradictor, iudex loci,vbi petitur miſſio, nō ha
bet aliquam poteſtatem,non ratione perſonæ, quia nul-
lus apparet contradictor,non etiam ratione rerum,quæ
ſunt ſituatæ in alieno territorio . Et ideo iſta miſſio eſt
poſtulanda coram illo iudice,vbi ſunt bona ſituata . Et
hanc concordiam ſequitur hic Bartol. de Salic. ¶Nunc
23 quæro,†an,quando intentatur beneficium huius l. ſit ne
ceſſe offerre libellum.Concludite,quòd non,ſecundùm
24 Barto.& Ange.niſi fortè appareret contradictor . † Sed
eſt neceſſariò uidendum , an quando intentatur benefi-
cium huius l.ſit neceſſe citari aliquem.Bart.dicit, quòd
ſic,ſi bona poſſidentur per alium.Bene facit text. in c.li
cèt Epiſcopus,extra de præben.in 6. Secus ſi bona non
poſſidentur per alium. Et hanc opinio. etiam tenent
hic Franciſcus Tigr.& Bald. ¶Aduertite tamen: quia
Petrus , & Cyn.hic uolunt indiſtinctè , quòd antequam
appareat contradictor , non eſt neceſſe citari aliquem,
quantùm ad pronunciandum hæredem eſſe mittendum
in poſſeſſionem.Bartol.de Salicet. dicit , quòd iſt Do-
cto.non multùm diſcrepant inter ſe: vnde concludit , ꝙ
aut hæres ſolùm petit pronunciari ſe hæredem , & mit-
tendum in poſſeſſionem bonorum,& tunc nullus eſt ci
tandus.Aut non ſolùm petit pronunciari ſe mittendum,
ſed etiam petit ſe actualiter mitti in poſſeſſionem , &
tunc procedat opinio. Bartol. per notata per Innocent.
in c.propoſuit,extra de conceſſio. præbend. Fulgoſ. di-
cit , quòd opinio. Petri , & Cyn. ſatis probatur in hoc
text.quia hic nihil dicitur de citatione.Paul.de Caſt.di-
cit, quòd nedum , quando agitur de pronunciando hæ-
redem mittendum in poſſeſſionem , ſed etiam, quando
petitur actualis miſſio in poſſeſſionem, nullus uenit ci-
tandus: quia,quamuis hæres ſcriptus mittatur in poſſeſ-
ſionem,tamen ex hoc non præiudicatur poſſeſſori, niſi
audiatur,nec expelletur de poſſeſſione.Et ſi citatus poſt
ea non compareat: iudex præcipiet ei,quòd liberam,&
expeditam poſſeſſionem dimittat.Si verò compareat,&
non alleget aliquam iuſtam cauſam, ſed allegat tantum
modo poſſeſſionem,tunc ſi probat,quòd erat in poſſeſ
ſione tempore mortis defuncti , non expelletur de poſ-
ſeſſione , quia deficit unum de ſubſtantialibus requiſitis
in hac l.Si verò alleget aliquod ius potentius, quàm ha-
beat hæres,tunc ſi diſcuſſio illius iuris requirat altio-
rem indaginem,ipſe expelletur de poſſeſſione . Si ve-
rò incontinenti probet,tunc non expelletur.Aduertatis,
inquantùm Paul.de Caſtr.dicit,quòd ſi hæres actualiter
mittatur in poſſeſſionem , quòd per hoc non ſit præiu-
dicium aliquod poſſidenti:quia iſtud dictum non vide-
tur verum.Nam ſi ille tertius poſſeſſor tpe , quo hæres
mittitur actualiter in poſſeſſionem, non ſit corporaliter
in ipſo fundo:tunc ille tertius poſſeſſor priuabiť natu-
rali poſſeſſione,quia hæres,qñ actualiter mittitur ĩ poſ
ſeſſionem,adipiſcitur naturalem.l.clã poſſidere. §. ꝗ ad
nundinas.ff.de acq.poſs.Et hoc uolunt Ang. & Imo. ĩ l.
à diuo Pio.§.ſi poſt edictum.ff.de re iu.Alex.hic dicit,ꝙ
ad deciſionem noſtræ dubitationis bene faciunt no. ĩ l.
25 decẽ.ff.de ver.ob.vbi legitur,& notatur,†an,qñ facio fie
ri executionẽ bonorum debitoris principalis,ut aperiať
mihi uia agendi hypothecaria contra tertios poſſeſſo-
res,ſit neceſſe in illo proceſſu executionis citari ipſos
tertios poſſeſſores.In quo articulo ipſe Alex.in d.l.de-
cem,cōcludit,quòd bene valebit proceſſus agitatus cō-
tra ipſum debitorem(ꝗuis tertij poſſeſſores nō fuerint
citati)ꝑ no.ꝑ gl.paruã in l.de vnoquoq;.ff.de re iu.Sed
tñ talis proceſſus executionis agitatus contra debitorẽ
principalẽ nō pręiudicabit ipſis tertiis poſſeſſoribus nō
citatis,per no.per gl.in l.cũ miles,in §.1.ff.ex quib.cauſ.
maiores.ita debemus dicere in propoſito noſtro. In iu-
26 diciis uidi ego opi.Bar.ſeruari,qui vult,†quòd qñ bona
poſſidentur per alium,tunc ille poſſeſſor eſt citandus .
¶In gl.ſuper verbo,non vitiatũ,ibi,puto nō nocere.Bar.
in l.ſi unus,ſup.de teſt.tenet contra hanc gl.dicẽs, quòd
in hoc iudicio poſſeſſorio indiſtĩctè debet ſeruari.l.iſta,
ſed ipſemet Bar.& alii hic ſequuntur hanc gl.& dicunt,
quòd in qōne gl.debemus ita diſtinguere.Aut uitiũ,uel
cãcellatio eſt in alio capitulo,ꝗ in eo,de quo quęritur ,
& tunc non impediet miſſionem:imò fiet miſſio in poſ-
ſeſſionem iuxta formã huius l.Aut uitium , uel cãcella-
tio eſt in illo capitulo,de quo quæritur , & tunc nō erit
locus inueſtigationi veritatis in hoc iudicio poſſeſſo-
rio adipiſcendæ,imò impedietur miſſio in poſſeſſionẽ.
Sed ſi ageretur iudicio petitorio,tunc eſſet locus inue-
ſtigationi veritatis. ¶Sed hic quæro de pulchra quæ-
27 ſtione,quæ fuit de facto . † Hæres ſcriptus in teſtamen
to produxit teſtamenti inſtrumentum coram iudice ,

quod ſui prima figura apparebat nõ abolitum, non cã
cellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum: compar-
uit quidam contradictor excipiens, quòd volebat illud
inſtrumentum redarguere de falſo, & ideo petebat exhi
beri protocollum, iuxta ea, quæ habentur in l. fi. ſ. de fi-
de inſtru. notarius exhibuit protocollum, & ibi appa-
rebat, quòd illud inſtrumentum teſtamenti erat cancel-
latum, & quòd notarius propria manu ſcripſerat in pro-
tocollo, quòd illam cancellationem fecerat de manda-
to teſtatoris: fuit dubitatum an illa cancellatio proto-
colli haberet impedire miſsionem in poſſeſsionem be-
neficio huius l. In hoc fuerunt latæ ſententiæ contrariæ.
Nam magnificum conſilium Taurini reſidens pronun-
ciauit hæredem eſſe mittendum in poſſeſsionẽ: quia in-
ſtrumentum teſtamenti productum coram eo non appa
rebat vitiatum, nec cancellatum in aliqua parte. & di-
cebatur, quòd illa cancellatura notarij non habebat
præiudicare hæredi ſcripto, nec erat credendũ illi ſcri-
pturæ factæ in margine protocolli, ubi notarius atte-
ſtabatur ſe hoc feciſſe de mandato teſtatoris: quia illa
ſcriptura confecta in margine non habebat diem, nec
annum. Sed magnificum conſilium reſidens cum Prin-
cipe pronunciauit totum contrarium. Et pro iſta parte
allegabant Bald. in l. ſi vnus. ſup. de teſta. ubi dicit, ꝙ
natura huius iudicij poſſeſſorij, de quo loquitur, l. no-
ſtra, requirit probationem per ſcripturam luce meridia-
na clariorem, quod non contingebat in quæſtione præ-
28 dicta. ¶ † Quid ſi ego producam inſtrumentum teſtamẽ
ti non abolitum, non vitiatum, non cancellatum, nec in
aliqua ſui parte ſuſpectum: tamen non reperitur proto-
collum illius inſtrumenti: an tunc erit fienda miſsio ſe-
cundùm formam huius l. videtur dicendum quòd non:
b quia quando non reperitur protocollum [b] inſtrumenti,
inſtrumentum redditur ſuſpectum. Ita dicit Bald. in l.
Caſsius. ff. de ſenato. ergo non debet habere locum be-
neficium huius l. ¶ In contrarium facit, quia Bal. in rub.
ſ. de fide inſtru. in 2. quæſt. dicit ꝙ quamuis non repe-
riatur protocollum, tamen non perit fides inſtrumenti.
Et idem tenuit ipſe Bald. conſulendo, ut patet in ſuo
conſi. 130. in 2. vol. Ego vidi iudicari ſecundum primã
opi. ¶ In glo. in verbo, prima figura, in fi. hanc ultimam
opinionem ſequitur Bar. dicens, quòd iſta glo. eſt valde
notabilis. Ang. dicit hanc gl. eſſe ſingularẽ, & ex ea colli
gĩt, ꝙ ſi in ſcriptura teſtamẽti ſit aliqua raſura, & eſt adeo
bene correcta, ꝙ oĩno apparet ꝙ eſt ſcripta de manu eiuſ
dem notarij: talis raſura non nocebit. Sed Bal. hic tenet
totum contrarium in quarta oppo. quia ſcribens hoc ca
ſu reddit ſe ſuſpectum propter uarietatem, l. qui falſa
vel uaria. ff. de teſti. ¶ Sed ſuſtinendo gloſſ. poteſt huic
29 motiuo reſponderi. † ꝙ licet notario incontinenti ſe cor
rigere. Ita notatur per Bart. in l. Imperator. ff. de ſtatu
hominum, & per eundem in l. ſi librarius. ff. de reg. iur.
Bart. de Sali. etiam tenet contra hanc gloſſ. Mouetur,
quia & ſi fiat comparatio literarum, & ex tali compara-
tione videatur apparere, quòd eſt de manu eiuſdem no
tarij: tamen talis comparatio literarum non facit plenã
probationem, ut habetur in. §. 1. & 2. in Auth. de fide in-
ſtrum. & cautela. Sed defendendo gloſſ. reſpondeas, ꝙ
in hoc iudicio poſſeſſorio non requiruntur plenæ pro-
bationes. Ita notant glo. & Bar. in l. 1. inf. quor. bono.
ſufficiet ergo fieri ſemiplenam probationem. Amplius
uult Bart. in l. admonendi. circa octauam col. ff. de iu-
30 reiu. dicẽs. † ꝙ comparatio literarum facit plenam pro-
bationem: quia l. contractus ſup. de fide inſtru. non re-
peritur hodie correcta, niſi in apoca, quæ datur à parte
parti præſenti. Idem vult ipſe Bart. in l. nuda. ff. de do-
nat. & in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demon. Addas
tu Io. de Imol. in c. 2. circa 10. col. extra de fide inſtrum.
31 vbi dicit, † quòd in epiſtolis, quæ mittuntur abſentibus,
comparatio literarum faceret plenam probationem,
quia nihil hodie reperitur immutatum, niſi in apoca,
quæ datur præſenti, & hoc caſu comparatio literarum
non facit plenam probationem: quia imputandum eſt
parti, quæ recipit apocam, quare non fecit eam ſolem-
nizari per præſentiam teſtium, quæ ratio ceſſat in reci-
piente epiſtolam. Et hoc dicit Imol. eſſe diligenter no
tandum. ¶ Addit hic Bart. quòd ſufficeret notarium
ſcribere hoc modo. Id quod ſup. raſum, uel cancella-
tum, uel additũ eſt in tali loco: ego manu mea propria
feci. Idem uult ipſe Bar. in l. ſi unus. ſup. de teſtam. ſub-
ijcit etiam Bar. quòd etiam ſufficeret ſi ex præcedenti-
bus, uel ſequentibus appareret, quòd raſura, uel cancel
latio debet ſtare eo modo: quo eſt emendata. Bene fa-
cit, quod vult ipſe Bar. in l. 1. §. fi. ff. de bon. poſſ. ſecundũ
tabul. Et eſt bona gloſſ. in c. cum uenerabilis. extra de
32 relig. domi. ¶ Nota ẽt ex hac glo. † ꝙ qñ ſcriptura appa
ret ſcripta manu diuerſarum perſonarũ, habetur ſuſpe-
cta: quod probatur multùm bene in. §. & quod ſæpe. in
Authen. de triente & ſemiſſe, quem tex. ad hoc allegat
Bal. in l. contractus. ſ. de fide inſtru. quod limitabitis, niſi
cõſtaret, & expreſsè fieret mentio, ꝙ manu diuerſorũ eſt
ſcriptũ c. inter dilectos, & ibi hoc notant Cano. extra de
fide inſtru. ¶ Quid autẽ, ſi inſtrumentum pro parte ſit fal
ſum, an vitiabitur totum inſtrumẽtum, an verò illa ſola
pars, in qua reperitur commiſſa falſitas, dic, ut per oẽs
docto. in l. ſi ex falſis. ſ. de tranſact. & per Cano. in c. fra-
ternitatis, ext. de hæret. & eſt gloſſ. magiſtra, in c. ſi ad ſa
cras. 9. diſt. ¶ In glo. in ver. depoſitionibus, ibi, non eſt ne
ceſſe eos iurare. Cyn. Bar. & Pau. de Caſt. tranſeunt cum
iſta glo. Iacob. But. dicit, quòd quãdo appareret contra-
dictor; tunc dicta teſtium reciperentur, & publicaretur
teſtamentum: aliàs ſcriptura teſtamenti non faceret fidẽ
Bald. ſequitur gloſſ. noſtram, niſi (ſecundùm eum) ne-
garẽtur ſubſcriptiones: quia tunc placet ſibi opi. Iacob.
Butr. Bartol. de Sali. dicit, quòd iſte tex. aliter debet
intelligi. Nam (ſecundùm eum) iſta ſcriptura teſtamen-
ti in ſcriptis conditi aperietur coram honeſtis viris: de-
inde remittetur ad teſtes in ea ſcriptos, vt recognoſcant
ſua ſigilla, & ſuas ſubſcriptiones, quod non videtur be-
ne dictum: quia ſequeretur, quòd eadem probatio re-
quireretur in hoc iudicio poſſeſſorio ſummario, quæ re
quireretur in petitorio iudicio, imò deterior eſſet iſta
cauſa poſſeſſoria, quantùm ad probationes, quàm cauſa
petitoria: & tamen habemus, quòd iſtud iudiciũ poſſeſ-
ſorium, quod eſt ſummariũ, leuiores requirit probatio-
nes, quã petitorium, ut notat glo. & Bar. in l. 1. ſ. quorum
bono. ¶ In fi. glo. Iac. But. Bar. Bal. Ang. & Doct. cõmu-
niter ſequuntur hanc glo. Addit hic eleganter Bal. ꝙ idẽ
eſſet, ſi de teſtõ conſtaret ex cõfeſsione partis; quia talis
cõfeſsio haberet vim inſtrĩ, l. cum te. ſ. de trãſac. & l. fi. ſ.
de fideicomm. quod no. ¶ Et ex iſta cauda glo. colligit
33 ſingulariter Ang. † ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ inſtrã confeſ-
ſionata, vel habẽtia præceptũ guarãtigiæ mãdent execu
tioni, & contingat, ꝙ de debito non ſit factũ aliquod in-
ſtrumentũ: tñ de tali debito põt ꝓbari ꝑ teſtes, & ꝙ no-
tarius tpe cõtractus ꝑcepit debitori, ꝙ deberet ſoluere,
ſ. centũ dies: ſi creditor faciat teſtes examinari, & redigi
ad ſcripturã, talis ſcriptura habebit executionẽ paratam
virtute ſtatuti. Sed Pau. de Caſt. in l. noſtrã. ſ. de teſta. te-
net expreſsè contrariũ, per no. per Bar. in repe. l. 3. ſ. de
34 pig. in pe. col. † quia regulariter teſtes nõ poſſunt exami
nari ante litẽ conteſtatã. toto titu. extra ut li. non conte
ergo illi teſtes, qui interfuerunt tempore obligationis,
& tempore præcepti facti per notarium, non poterunt
examinari eo modo, quo vult Angel. Non ob. dictum
huius glo. quia quando agitur de publicatione teſtamẽ
ti nuncupatiui, bene poſſunt teſtes examinari ante litem
conteſtatam, quantùm ad effectum ipſius publicatio-
nis.

nis.l.publicati,sup.de testa.Ex hoc infertur, quòd dictū Ang.sup.relatum posset saluari in casu.s. quando testes ante litem cōtestatam possunt examinari,puta,quia sunt senes,valetudinarii , vel de proximo absfuturi , iuxta. c. quoniam frequenter, extra vt li.non conte. De qua materia habetur per Bar.in l.in lege aquilia si deletum chirographum.ff.ad legem Aquil.¶ Iuxta prædicta quæro
35 de alia quæstione, † an si venientes ab intestato probent per testes hæreditatem esse delatam eis ab intestato , & testes super hoc examinatos faciant redigi in publicam scripturam,an producendo illam publicam scripturam poterunt intentare beneficium huius.l.Bal.hic in 3.q.arguit quòd sic ex eadem æquitate:quia instituto in testamento nuncupatiuo,de quo non fuit facta scriptura,cōpetit beneficium huius.l.secundùm hanc glo.Subdit ipse Bald. se non audere hoc firmare: quia nulla lex hoc dicit.pro qua opi.quòd imò competat beneficiū huius. l.facit glo.ordi.in l.vnica.in ver.liberos.inf. de his qui ante aper.ta.vbi glos.dicit,quòd dispositio illius.l.vnicæ,quæ loquitur de transmissione,quæ fit ex causa testa
36 ti,extenditur ad causam intestati.† Vos tamen intrepidè concludetis,quòd dispositio huius.l.non habet locum , quando venientes ab intestato probant per testes hæreditatem defuncti eis delatam ab intestato , & faciunt illas depositiones testium redigi in scripturam publicā. Nā propterea non potuerūt intentare beneficium huius l. Et hanc sniam probo vobis triplici medio deducēdi. Primò p tex.huius.l.quæ requirit,q̄ ostēdatur testm̄,qđ non contingit in quæstione proposita. Secundò probo vobis ratione:quia iste tex.loquitur de eo,qui habet voluntatem testatoris expressam,venientes autem ab intestato dicuntur habere tacitam voluntatem defuncti. l. conficiuntur.& l. si quis cum nullum. ff. de iu. codi. Et ista voluntas tacita non est tantæ efficaciæ,sicut expres-
37 sa,vt patet.Nam nos habemus,† quòd expressa pupillaris substitutio excludit matrem etiam à legitima ī bonis filii.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inof.test. & c.si pater.extra de testa.li.6.Et tamen tacita voluntas. i. tacita pupillaris matrem non excludit,vt vidistis in l. precibus.sup.de imp.& alijs substi. Ergo verum est dice
38 re,† quòd tacita voluntas non est tantæ potestatis, sicut expressa.Et per hoc tollitur aliud motiuum , quod fieri posset pro illa opi. quòd venientes ab intestato possint
39 intentare beneficium huius.l † quia rei publicæ interest vt vltimæ voluntates defunctorum exequātur , ad hoc solet alleg.gl.in l.Gallus §.si eius.ff.de li. & posth. probatur in l.vel negare.ff.quemadmo.test. ape. Et nos ha-
40 bemus,† quòd iura exorbitantia à regulis iuris communis,si concernāt utilitatem publicam,debent extendi ad alios casus ex identitate rationis, vt no.Bar.in l.si cōstante.ff.sol.ma.no.per Ang.& Imo. in l.si à primo.ff.de li.& posth.Addatis Bar.hoc expresè dicentem in l.2.§. exercitium.ff. de his,qui no. inf. ¶Tertiò prædictam sententiam probo per locum ab auctoritate , quòd venientes ab intestato non possint intentare beneficium huius. l. Nam hoc tenet expresè Spec. in ti.de testa. §. sequitur. versi. sed quid de succedentibus ab intestato.Ita etiam tenet Bal.in addi.ad Spe.in ti.proxi.all.in pe.col.Eandē sententiam tenuerunt Cy.Ray.& Ful.hic.Et hanc sententiam audacter teneatis,& respondeatis ad gl.d.l. vnicæ. inf.de his,qui ante aper.tab. quòd ibi est diuersa ratio , quòd probo:quia nisi ibi fieret transmissio hæreditatis (etiam ab intestato)cohæres illius decedentis iure accre
41 scendi haberet bona.Quia nos habemus, † quòd ius accrescendi excludit edictum successorium.l.meminimus. & ibi Bal.inf.de leg.hæred & sic ille , in quem debebat fieri transmissio hæreditatis non aditæ , prorsus excluderetur ab hæreditate.Sed in proposito nostro licèt venientes ab intestato non possint intentare beneficium huius.l.tamen non erunt omnino exclusi ab hæreditate quia poterūt intentare interdictū,quorū bonorū, vel petitionē hæreditatis.¶Elicio ergo vobis pulchrā conclu
42 sionē.† q̄ licèt venientes ab intestato ꝓbent p testes hereditatē esse eis delatā ab intestato, & faciant illas depositiones testiū redigi in publicā scripturam,tñ nō poterūt intētare beneficiū huius.l. ¶In gl.in ver. fuerunt.ibi dñs præsumitur possessor. Allegamus frequenter hanc glos.
43 † quòd ex possessione præsumitur dominium c. Idem
c vult glo.in l.ob meritorum.supra ne vx.pro ma.¶Quod limitabitis,si possessor alleget se dominum, alioquin nō pręsumetur dominus ex possessione , Ita dicit Bar. in l. rem alienam.ff.de pig.act.& Bal.expresè in l. etiam. in 3.col.C.de exec.rei iudi.& Bar.de Sali. in l. certi iuris. supra loca. Sitis ergo cauti in practica , vt si eueniat casus,quòd ex possessione præsumatur dominium,allegate dominium in processu , alioquin non resultabit talis præsumptio, optimè facit tex. in simili in l. si adulteriū cum incestu.§.idem Pollioni.ff.de adult. Et de materia an in possessione præsumatur dominium , tradit nota. Bar.in l.quidam in suo.ff.de condi.instit. ¶In fin. gloss. Quia gloss. non respondet ad contrarium , respondete vos,quòd in casu l. nostræ,agitur de effectu concernente non dominium,sed nudam possessionem : sed in l. in testamento hic in gloss.alleg.pro contraria,agebatur de effectu concernente dominium : quia agebatur de æstimatione valoris hæreditatis pro habenda ratione legis falcidiæ,& ideo in tali valore non computantur res alienæ , licèt defunctus eas possideret, imò in æstimatione deducuntur, & detrahuntur ipsæ res alienæ , & æs alienum.¶In glo.mag.in ver.legitimo modo. Quia ista glo. habet tres partes principales,capio primò primā partē, pro cuius expeditione opponitur. Tex.iste dicit, quòd hæres scriptus non debet mitti in possessionem rerum, quæ ab alio legitimo modo detinentur. Sed contra de l.2.sup.eod.vbi tex. dicit, quòd si filius prætendat titulum hæreditarium ab intestato, non tamen impediet istam missionem, quæ fit beneficio huius.l.ergo contra hunc tex.Huius timore contrarij est facta ista prima pars
44 glo. quæ refert nobis duas opin † Prima est opi. Alderici,qui dicebat,quòd contradictor nunquam dicitur legitimus contradictor , nisi alleget titulum similem titulo hæredi scripto in testamento, puta, quia ipse contradictor allegat se fuisse scriptum hæredem in alio testamento non abolito,& non cancellato. Sed si alleget alium titulum,non erit legitimus contradictor,nec obstabit hęredi scripto, quò minus mittatur in possessionem. Sic ergò Aldericus non facit differentiam, an ipse contradictor alleget titulum hæreditarium ab intestato , vel alium titulum inter viuos : quia neutro casu impediet hanc missionem , dummodo bona tenerentur per defunctum tempore eius mortis:& sic apparet, quòd ipsi contradictori nulla fit iniuria, si scriptus hæres mittatur in possessionem: quia non debuit spoliare hæreditatem possessione,quæ erat apud defunctum tēpore mortis,& ideo hæres est restituendus ad illam possessionem absque alia exceptione.& hanc opi. Alder.glossa.sequitur Iac. Butr. ¶ Secūda fuit opi.Azon.qui distinguebat hoc modo .Aut contradictor allegat titulum habitum à defuncto, uel ab alio in vita ipsius defuncti, & allegat titulum inter viuos, & tunc est legitimus contradictor, etiam si bona tenebantur per defunctum tempore mortis. Cuius contrarium dicebat Alder. Aut contradictor allegat titulum, quem dicit se habuisse post mortem defuncti:& tunc non est legitimus contradictor,etiam si sit titulus hæreditarius,nisi sit titulus similis titulo hęredis petentis se mitti in possessionem.Sed contra hanc opin. Azo. multùm facit : quia si titulus hæreditarius ab intestato, qui facit hæredem scriptum non esse hæredem ,

non habeat obstare ipsi hæredi, quò minus mittatur in possessionem, quantò minus debet obstare titulus inter viuos, qui non facit hæredem non esse hæredem. l. 1. inf. de euic. ¶Item Ia. Bu. alia ratione damnabat opi. Azo. Sed Bar. reprehendit opi. Iac. But. vt hic per eum. Paul. de Cast. defendit opi. Ia. But. vno casu, scilicet quando contradictor non allegat se fuisse effectum dominum in vita defuncti, puta, quia non dicebat rem fuisse sibi traditam, vel per eum occupatam in vita defuncti, sed dicebat se acquisiuisse dominium post mortem defuncti, allegando, quòd tunc occupauit rem, quod sibi facere non licuit, nec per hoc acquisiuit dominium: quia oportet, quòd traditio, vel occupatio fiat eo patiente, qui poterat tradere, alioquin dicitur prædo. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. pos. Et sic quantùm ad effectum, cõtradictor allegabat solam possessionem, quæ est iniusta, & clandestina, ergo non est mirum, si non sit legitimus contradictor. ¶Sed si contradictor allegaret se acquisiuisse dominium in vita defuncti, licèt postea cecidisset à possessione, & possessio peruenisset ad ipsum defunctũ; tamen ipsi habenti titulum licuisset post mortem defuncti occupare illam possessionem, si reperisset illam vacantem, vt vult hic Bar. dum all. l. fi. cum glo. sua. in ver. ignorantia. inf. vnde vi. Sed certè videtur, quòd in primo casu supra relato non possit defensari opi. Iac. But. quia etiam qñ quis solum titulum habuit à defuncto, tñ post mortem ipsius defuncti videtur, quòd habenti solũ titulũ liceat occupare possessionem, si reperiat eam vacãtem. arg. l. fistulas. in §. fundum. ff. de contrahen. emp. &
45 hoc vult hic Bal. in 5. quæstione. In hoc articulo, † quis dicatur legitimus contradictor, Bar. hic facit tres casus. Primus est, quando ipse contradictor comparet ante licentiam datam, vt impediat ipsam licentiam dari. Secũdus est casus, quando cõparet post licentiam datam, ante tamen missionem in possessionem. Tertius ast casus, quando comparet post factã missionem ĩ possessionem. Et licèt aliqui Moderni dicant, quòd distinctio Bar. est confusa, & obscura, tamen si habes lecturam bene correctam, reperies eius doctrinam esse claram, & omnes Doctores sequũtur distinctionem Bar. Addit hic Alex. ꝙ in casibus, in quibus Bar. dicit contradictionem debere audiri, debemus intelligere, si ipse contradictor alleget de suo interesse. alleg. c. veniens. il 2. extra de testi. & l. 1. in prin. ff. de app. reci. Sitis ergo aduisati in practica, vt faciatis, quòd ipse contradictor comparendo dicat, quòd ipse comparet pro suo interesse, si tamen ipse, qui comparet vt contradictor, fuisset specialiter citatus ad causam, tunc ex hoc intelligeretur habilitatus ad cõtradicendum, per no. per Innoc. in c. cum inter. ext. de excep. & hoc casu admitteretur ad opponendum ea, quæ concernunt defectum iudicij possessorij, puta, quia testamentum, quod producitur per hæredem scriptum, est rasum, & cancellatum, vel ꝙ defunctus tempore mortis nõ tenebat talia bona: quod tamen requiritur secundùm hanc legem. Secus si contradictor vellet opponere ea, quę concernunt petitorium, & ius tertij: puta, quia dicit, quòd defunctus testator habebat filium, quem prę terijt, & sic dicit scriptum hæredem non esse hæredem, sed alium. Vel opponeret aliquod aliud uitium inuisibile. Nam non admitteretur: quia non potest opponere de iure tertii, l. sicuti. §. sed & si quæratur. ff. si ser. vendi. Addatis, ꝙ Ang. in l. si suspecta. in prĩ. ff. de inof. te. dicit, quòd quãdo aliquis est specialiter citatus ad causã, ex hoc intelligitur firmata, & legitimata persona sua. alleg. Inno. in d. c. cum inter. Addatis, quòd Ang. in l. cum non solùm. §. necessitate. inf. de bo. quæ lib. dicit in ali-
46 quibus lecturis, † ꝙ qñ quis comparet vt tertius à, & nõ
d fuit citatus ad causã: tunc, quia est contradictor voluntarius, debet legitimare personam suam. Sed si fuit citatus tanquam tertius ad causam, ex hoc solo intelligitur legitimata persona sua, intãtũ quòd si esset filiusfamilias, nõ haberet fidẽ facere de cõsensu paterno. alleg. Inno. in d. c. cũ inter. Addit hic Pa. de Ca. quòd si cõtradictor allegat tantũmõ suã possessionẽ de psenti, & nõ dñium, vel titulũ, siue fuerit citatus, siue nõ, erit legitimus cõtradictor, quantũ ad impediẽdũ hanc missionẽ in possessionem, & vt ipsa missio non sortiatur effectum: quia sua interest, ne expellatur, & ideo poterit opponere nedũ exceptiones concernẽtes defectũ possessionum, de quibus dixi supra, sed etiam poterit opponere exceptiones concernentes petitorium, dummodo offerat incontinẽti paratam probationem all. l. secundam. cum ibi no. supra eo. Sed certè illa l. 2. loquitur, quando cõtradictor opponebat de iure suo: quia aduersus remedium huius. l. bene obstat illa exceptio, dolo facis, quia petis, quod restituturus es. ¶Sed inquãtùm Pau. de Cast. vult, quòd potest opponere de iure tertij, si offerat incontinenti paratam probationem, non videtur bene dicere. quia illa exceptio, dolo facis &c. habet locum, quando restitutio veniret fienda ipsi opponenti, secus si veniat fienda ipsi tertio. l. si socer. in §. Lucius. ff. solut. matri. imò ipse Pau. de Cast. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Tre-
47 bel. dicit, † quòd in summarijs iudicijs quis non potest opponere de iure tertij, etiam si sit exclusiuum intentionis agentis. Et ita limitatur Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. Non obst. l. fi. ff. de rei vend. quia loquitur in iudicio petitorio, in quo dominium est fundamentum actoris, vnde cessãte tali dominio actor excluditur, & ideo reus potest opponere de dominio tertij. Sed in proposito nostro non est necesse, quòd hæres scriptus intentans beneficium huius l. sit dominus, imò non est necesse, ꝙ verè, & in effectu sit hæres, sed sufficit, quòd reperiatur hæres in testamento non abolito &c. Addit Bal. in l. manifestissimi. sup. de fur. ex mente Iacob. But. quòd si quis petat tenutam declarari nullam, vel dicat eam esse reuocandam tanquam factam eo non citato, non sufficiet, quòd allegaret, & probaret se habere titulum in illa re, nisi al-
48 legaret se rem possedisse, vel fuisse sibi traditam: † quia solus titulus non tribuit probabile interesse. Dicit etiam
49 Bal. in l. 1. inf. si de momen. pos. † ꝙ de iure canonico omnis ille, qui allegat dominium, dicitur legitimus contradictor. alleg. tex. in c. filios. extra de testa. Et not. istud dictum, quia non reperio contradicentẽ. Verum tñ est, ꝙ tex. in d. c. filius. non probat dictum Bal. quia non loquitur in materia huius iudicij possessorij: & cũ sit ius corrigens, quia corrigit. l. cum alienam. inf. de leg. nõ debet extendi. l. præcipimus. inf. de app. Dicit etiam Io. An. in addi. Spe. in ti. de test. in §. pen. ꝙ si filia sit scripta hæres in testamento patris, & intentet beneficium huius. l. ipsa mittetur in possessionem, etiam rerũ feudalium, & agnati non erunt legitimi contradictores ad impediendum talem missionem, per not. in c. 1. §. 2. in tit. si de feu. defunc. fuer. content. ¶ Sed ego in quæstione facti dicebam, quòd dictum Io. An. debet intelligi, quando filia simpliciter fuerat hæres instituta: quia tũc feudum venit cum vniuersitate. l. quædam. ff. de acq. rer. dom. Sed quãdo pater specificè in testamento instituisset filiam hæredem in feudalibus, & in inuestitura nulla fiebat mentio de fœminis: quia hoc casu dispositio testamentaria nil valet. c. 1. in prin. in tit. de suc. feu. dicebam agnatos offerentes incõtinenti paratam probationem esse legitimos contradictores, & ad hoc ponderabam Bald. in d. c. 1. in ti. de suc. feu. in prin. in ver. deinde habemus. vbi expressè facit mentionẽ de isto edicto Diui Adriani, & ita fuit iudicatum. ¶Addatis, quòd si cõtradictor allegat possessionem habitam post mortem defuncti, & etiam titulum habitũ ab hærede, qui est nullus, & hĩ pro non titulo, nõ erit legitimus contradictor ad impediendum istam missionem

ſionem in poſſeſsionem beneficio huius.l.Ita dicit elegā ter Bal.ſuo conſi.344.& in conſi.ſeq.in 1. volu. ſuorum conſi.quod inci.In Chriſti nomine,quamuis ſit plenisſi mè allegatum.alias inci.quanquam.¶In ea. glo. ibi filiā fratribus.Soluite,quòd ibi fideicommiſſarius non poſsi
50 debat, ideò non erat legitimus contradictor.† Et an fideicommiſſarius dicatur legitimus contradictor proſe quamini,vt hic per Bar. cuius doctrinam cæteri Doct.ſe quuntur.Dicit tamen Pau.de Caſt. quòd etiam ſi fideicō miſſarius poſsideat, & offerat incontinenti ſe paratum probare,tamen non erit legitimus contradictor in caſu, ſcilicet quando hæres prætenderet detractionem Trebellianicæ. arg.eius,quod dicimus de legatario in l.1.§. rediguntur. ff.quor.le.¶Et quia iſta gl.dicit,quòd fideicommiſſarius ante ſibi factam reſtitutionem ſaltem verbalem non habet aliquod ius,quæro nunc de pulchra q. Vos debetis ſcire,quòd fideicommiſſarius aduerſus hæredem grauatum ſibi reſtituere hæreditatē poteſt agere actione ex teſtamento,vt reſtituat.l.& ſi ſine ſcriptura: & ibi no.per glo.& Doc.inf. ad Treb. Sed contra tertiū poſſeſſorem rerum hęreditariarum non poteſt agere virtute fideicōmiſsi,niſi prius facta reſtitutione ſibi ſaltem
51 verbali.l.facta.& l.reſtituta.ff.ad Treb.† Ponamus, ꝙ fideicommiſſarius agat contra tertium poſſeſſorem rerū hæreditariarum rei vendicatione, vel publiciana, vel cōdictione ex lege, & in fine libelli apponat iſtam clauſulam,peto mihi in præmiſsis omnibus, & ſingulis iuſtitiam miniſtrari,an procedet libellus. Videtur quòd ſic: quia Inno. Anto.de Bu.& dominus Panor.in c. 2. extra de ordi. cog. dicunt, quòd clauſula prædicta continet omnem aptum modum agendi.Vos determinabitis totum contrarium:quia,vt iam dixi, fideicommiſſarius ante ſibi factam reſtitutionem non habet aliquod ius hęreditarium. Non obſt. not.per Doct.in d. c.2.quia loquuntur,quando actori competebat ius agendi, ſed actionē ineptam inſtituerat. Nam tunc bene prodeſt illa clauſula,peto mihi iuſtitiam miniſtrari. Secus quando auctori nullo modo competit ius agendi. Ita dicit eleganter Pau.de Caſt.ſuo conſi.165. inci. quæritur primò vtrùm hæres.¶ In glo.ſuper ver.publicorum.in fi.Bar. per iſtū tex. cum ſua glo.dicit, quòd quando hæres mittitur in poſſeſsionem,iuxta formam iſtius.l.de illa miſsione debet rogari inſtrumentum publicum, ſicut etiam cætera acta iudiciaria debent probari per ſcripturam publicā. c.quoniam contra falſam. ext.de proba.Sed Bar.de Sal. Ang.& Pau.de Caſt.dicunt ſufficere, quòd nuncius publicus ex commiſsione ſibi facta per iudicem referat in actis iudicij ſe miſiſſe talē in poſſeſsionem talium rerū,
52 † quia nuncio publico creditur, vt per Bar.in l.1.§.cura carnis.ff.de offi.præfe.vrb.per Cano.in c.cum parati eſſemus.ext.de appell.Et vtraque practica eſt bona. ¶ In gloſſ.ſuper ver.in poſſeſsionem.in fine. Iſta gloſſ. optimè facit pro dicto Bald.hic in octaua oppoſitione,dum
53 dicit,† quòd quando quis proteſtatur,ne aliqua nouitas ſibi fiat in tali poſſeſsione, debet in tali proteſtatione inſerere cauſam, aliàs proteſtatio nihil valebit. alleg. l.1.inf.de præd.cu.li.10.Idem Bal.in addi.ad Spe. in tit. de teſta.in vlti.colum.dicens,quòd ad hoc,ut talis proteſtatio releuet,eſt neceſſe, quòd contineat ius excluſiuum iuris agentis: quia debet eſſe concludens,ſicut dici
54 mus in exceptione.l.1.§.Labeo.ff.de flumini.† & ſi exceptio ſit obſcura,& generalis, debet declarari per opponentem,ſi aduerſarius hoc petat,ſecundùm Ang. in l. 1. ff.de excep.facit qđ no.in l.fi.ʃ.de anna.exce. Bar.de Sali.hic dicit,ꝙ talis ꝓteſtatio ſolū operatur, quia ligat manus iudicis, & manus partis, vt miſsio in poſſeſsionem non debeat fieri, niſi citato ipſo proteſtante. qui poſsidet:alioquin erit locus pęnæ,de qua in l. meminerint.in fra vnde vi.¶In gl.ſuper ver.miſſus.ibi.i.proprietas.Pro

55 hoc facit.l.interdū.ff.de ver.ſigni.†Nam etiam ex ſententia poteſt acquiri dominium,vt no.in l.Pomponius. §.ſi iuſſu.ff.de acqui.poſſeſ.& in l.ex hoc iure.ff. de iuſti. & iu.probatur in l.3. §. item quæri poteſt. ff. de reb. eo. ¶Vel aliter,iſta litera poteſt intelligi,miſſus eſt, ſcilicet ſolo verbo iudicis.Simile habetur in l. ſi finita. §. illud. & ibi glo.ff.de dam.infe.¶Pau.de Caſt.dat alium intellectum dicens,quòd iſte verè fuit miſſus in poſſeſsionē, ſed tamen non fuit adeptus poſſeſsionem aliquam:quia alius poſsidebat, qui non fuerat citatus. alle. Inno. in c. qm̄ frequenter. in §.in alijs.extra vt lit.non conteſt. Sed hoc non placet Alex.de Imo.hic:quia talis miſsio in poſſeſsionem facta in fauorē hæredis ſcripti præiudicat tertio poſſeſſori, ſaltem quantùm ad naturalem poſſeſsionem, ſi ipſe tertius poſſeſſor tunc corporaliter non erat in fundo.Eſt bene verum,quòd nō præiudicabitur ſibi, quantùm ad ciuilem poſſeſsionem. & ita volunt Ang. & Imo.in l.à diuo Pio.§.ſi poſt aditam.ff.de re iu.¶In ead.
56 glo.ibi,nec etiam appellare.Not.ex hac glo.†quòd quā do fertur ſententia in hoc iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ iuxta formam huius.l.nō poteſt appellari.Ego limito iſtam glo.procedere, niſi ſententia feratur per verba negatiua,puta,quia iudex, coram quo intentabatur remedium huius. l. pronunciauit actorem non eſſe mittēdum in poſſeſsionem. Nam ab hac ſententia bene poterit appellari.Iſtud eſt ſtupendum,& elegans dictum Angel.in l.quiſquis.inf.quo.appel.non reci.Et ita refert ibi ſe ita practicaſſe. Et ego etiam ita practicaui in ſacris audientijs generalibus.¶Item Pau.de Caſt. colligit no-
57 tanter ex iſta glo.iuncto text. † quòd ſi quis ab actu aliquo iudiciario non poſsit appellare, tamen bene poterit contradicere per viam querelæ. Et ſi dicatur, ergo lex erit impoſita verbis?ipſe reſpondet,quòd eſt magna differentia,an appelletur,an verò per querelam contradicatur. Nam primo caſu cā deuolueret ad Superiorem per appellationem,ſed quando ſit contradictio per uiā querelæ,fiet coram eodem iudice. Concluſiuè tamen dicit,quòd aut quis vult dicere actum nullum, ſeu ſententiam nullam, & tunc bene admittetur. Aut vult dicere actum iniuſtè fuiſſe factum:& tunc ſi cadit in ſententiam definitiuam,vel interlocutoriam,quæ tranſeat in rem iudicatam, tunc non licebit appellare, neque querelari. Aut talis actus non cadit in ſententiam, quæ tranſeat in rem iudicatam,puta, quia cauſa non cognita fuit proceſſum ad illum actum, & tunc bene poterit querela-
58 ri. Vos dicite, † quòd quando aliquod præceptum fit
c cauſa cognita [c], non tranſit in rem iudicatam, vt vult Bar.in l.iudex. inf. commi. vel epi. & tunc poterit dici de nullitate.argu.l.4.§.condemnatum.ff. de re iudi. habetur per Bar.ī l.1.§.parui.ff.qđ vi aut clam.¶Addite,ꝙ de iſto paſſu, nunquid ſi ſit prohibitum appellari, poſſit dici de nullitate, eleganter habetur per dominū Frā. de Are.ſuo conſ.75.inci.in Chriſti noīe amē, & eius matris glorioſiſsimæ. diligenter, & maturè conſideratis. in antepe.& penul.col.illius conſi.¶In ea.gl.in fin.De iſto vltimo puncto dicite,vt per glo.& Bar.in l.1.§. 1. ff. de bono. poſſeſ. ſecundùm tabul. Et in alijs locis hic per D. Alex.allegatis.¶In glo. ſuper ver. principalem. ibi, cum datur contra eum, qui poſsidet. Ex iſta ſolutione colligitis intellectum ad iſtum tex. vt debeamus ſic diſtinguere.Aut ſumus in caſu, in quo petitio hæreditatis datur contra titulo poſsidentem: & tunc aduerſus ipſā petitionem hæreditatis pręſcribetur ſpatio decem annorum.Aut loquimur in caſibus, in quibus petitio hæreditatis non datur contra titulo poſsidentem, vt contingit regulariter: & tunc aduerſus petitionem hæreditatis nō præſcribitur minori ſpatio.30.annorum.Et cum iſta ſolut.tenēt Cy.Ray. & Bar.ſed Bal.hic dicit, quòd hoc eſt nimis reſtringere iſtū text.& ideo dicit,ꝙ iſte tex.debet intelligi

intelligi de ti.& de possessione acquisitis post mortẽ de
59 functi. Addit, ꝙ oĩa iura dicẽtia,† ꝙ petitio hęreditatis nõ
cõpetit contra titulo posidentẽ, debent limitari, nisi ti-
tulus sit acquisitus post mortem defuncti. Nam hoc casu
bene dabitur contra titulo posidentem. Subijcit se ad-
mirari, quòd à nemine vnquam fuerit hoc animaduersũ.
Bar. de Saly. reprehendit Bal. per l. 2. in fi. sup. de peti. hę
re. Nam ille versiculus finalis venit aduersatiuè ad prin-
cipium quantùm ad hoc: quia principium loquitur de
emptore vniuersitatis, finis verò loquitur de emptore
rerum singularium: vñ sicut in primo casu competit pe-
titio hæreditatis contra emptorem vniuersitatis, ita etiã
secundo casu debet competere petitio hæreditatis con
tra emptorem singularium rerum. Et sic ille tex. confun
dit opi. Bal. ¶ Et ad istum tex. ipse respondet, quòd hic
possessio peruenit primò ad reum, deinde ad eundem
peruenit titulus, ideo contra ipsum titulo posidentem
competit petitio hæreditatis. l. si rem & pretium. cum
sua glo. ff. de peti. hæred. sed hoc ultimum dictum dam-
nat Bar. in d. l. si rem & pretium, tandem relinquit cogi-
tandum. Pau. de Cast. damnat etiam opi. Bal. Mouetur
per l. ẽt. §. qđ si quis. cum. §. seq. ff. de pet. hær. ubi tex. di-
cit, quòd emptor hæreditatis ita demum potest conueni
ri petitione hæreditatis, si eius auctor non inueniatur,
uel si modico pretio emerit, & sic habeat titulum quasi
lucratiuum. ¶ Tandem Pau. distinguit hoc modo. Aut
quis habuit titulum ab eo, contra quem erat iam nata
petitio hæreditatis, puta, quia nullum titu. habebat, &
tunc emptor bene poterit conueniri petitione hæredita
tis, ne sit melioris conditionis, quàm auctor suus. l. in
his. §. nõ debeo. ff. de reg. iu. Aut habuit titulũ ab eo: ꝙ
non poterat conueniri petitione hæreditatis; & tunc ip-
se possessor non poterit conueniri hac actione. Alex. de
Imo. hic tenet etiam contra Bal. adducens gl. in l. pen. &
in l. fi. ff. pro lega. & no. per Bar. in l. cogi. sup. de peti. hæ
re. vbi dicit, quòd quando possessor habuit titulum ma-
la fide, seu lite pendente, talis titulus non excludit peti-
60 tionem hæreditatis. ¶ Addite vos,† ꝗ quando titulus ha
betur pro non titulo, tunc non excludit à petitione hæ-
reditatis. l. nec vllam. in §. 1. ff. de peti. hære. ¶ Item con-
tra Bal. facit, quia ratio, quare petitio hæreditatis nõ da
tur contra titulo posidentem, est, quia agens facit fun-
damentum super tit. & possessione defuncti, reus autem
pari modo facit fundamentum super titulo, & possessio
ne sua, & in pari causa melior est conditio posidentis.
l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obli. ista ratio etiam
militat in casu Bal. ¶ Addite, quòd dominus Alexan. de
Imo. suo consi. 184. in 5. volu. reprehendit dictum Bald.
superius allegatum, & ipsemet in eodem volu. suo cons.
186. incip. Domini redẽptoris nostri inuocato suffragio.
omissa disputatione. dicit, quòd communiter tenetur cõ
tra Bal. hic in puncto præallegato. Teneatis ergo solu-
tionem huius glossæ. ¶ In ea. glo. in fin. Bar. reprehendit
istam lecturam, & pro eo facit: quia (quantùm ad istud iu
dicium possessorium) principalis quæstio est petitio hę-
reditatis. vnum etiam vult ista gl. quòd iustus error, seu
titulus putatiuus non habet excludere petitionem hęre
ditatis, & licèt aliqui teneant contrarium, sequamini gl.
quia cessat ratio, quam superius allegaui, dum quære-
bam, quæ nam est ratio, quare petitio hæreditatis nõ da
tur contra tit. posidentem. Nõ ob. l. nec vllam. §. omni
bus. ff. de peti. hære. quia ibi non debet sumi argumentũ
à contrario, ne resultet prauus intellectus. l. 2. inf. de cõ-
61 di. inser. ¶ Addo vobis,† quòd quando iudex fert senten
tiam super remedio huius. l. non debet condemnare reũ
ad fructus. Ita no. dicit Spec. in tit. de testam. §. sequitur.
versi. sed nunquid accessiones. & istud dictum cõmemo
rat, & sequitur dominus Alex. de Imo. in consiliis. s̃. pro
ximè allegatis. Vltimò nota hic vnum, quod vult hic
Cy. dum dicit, quòd si hæres apprehendit possessionem
aliquarum rerum hæreditariarum, & aliquarum non,
non poterit postea intentare beneficium huius l. quod
competit ad vniuersitatem. l. 1. in fin. ff. quorum bono.
Sed Fulgo. & Alex. de Imo. dicunt, quòd hoc casu hęres
pro illis rebus, quarum possessionem iam fuit adeptus,
poterit petere sibi possessionem confirmari, per no. in l.
1. supra de Carbo. edi. pro alijs verò rebus, quarum pos
sessionem nondum fuit adeptus, poterit intentare reme
dium huius. l. & ita sæpe practicaui, & vidi practicari.

ADDITIONES.

a ¶ Quia fideicommissarius. An autem fideicommissarius teneatur facere inuentarium. vide per Pet. de Ancha. in commento. c. Raynaldus. nu. 46. ext. de test.

b ¶ Non reperitur protocollum. Adde, quòd notarius rogatus non potest committere alteri protocollum scribendum. Bald. in rub. C. de fide instrum. in ver. sed hic dubitatur, Lanfran. de Oriano in c. quoniam contra falsam. ver. instrumenta. ext. de probat.

c ¶ Præsumitur dominium. Quid sit dominium, vide per Pet. de Anch. in solemni repetitione. c. pastoralis. in continuatione rubricæ. nu. 7. ext. de caus. pos. & proprie. Et vnde habuerit originem. ibi, nu. 10.

d ¶ Comparet vt tertius. Adde, quòd contradictio tertij se opponentis innouationi priuilegij impedit ipsum priuilegium innouari. Pet. de Anch. in c. cum olim. il 1. nu. 2. ext. de priuil.

e ¶ Causa non cognita. Adde tu. quòd præceptum iudicis in his, quæ spectant ad eius officium, valet etiam sine causæ cognitione. dictum est elegans Pet. de Anch. in c. cum venissent. nu. 3. ext. de in integ. restit.

Rub. Si quis aliquẽ testari prohibuerit, vel coegerit.

In l. Ciuili disceptationi.

SVMMAE.

1 *Compellens aliũ ad se instituendũ debet puniri criminaliter.*
2 *Veniẽs ab intestato, quando impedit alium facere testamentũ, reddit se indignum tali successione, & applicatur fisco.*
3 *Inducere alium blandis verbis ad se instituẽdum est licitum.*
4 *Pœna quando nõ est à iure determinata, relinquitur arbitrio iudicis.*
5 *Testamentum an sit nullum, quando compello alium, vt me instituat.*
6 *Matrimonium debet gaudere plena libertate.*
7 *Adultus per dolum fuit inductus ad testandum, & ad relinquendum bona extraneis, an uenientes ab intestato habeãt aliquod remedium aduersus eum, qui testatorem induxit.*
8 *Compulsus ad testandũ quòd quis fuerit, quommodo probetur.*
9 *Instituens me hæredem, ne posit postea allegare, quòd compuli eum ad instituendum me hæredẽ, quæ cautela adhibeatur.*

Ciuili disceptationi. ¶ Cõpellens aliũ ad testandum, punitur criminaliter. Et venienti ab intestato, qui prohibuit defunctum testari, aufertur hæreditas tanquam ab indigno. Et institutio facta à testatore, qui ad hoc fuit inductus blando sermone, non est vitiosa. Hoc dicunt
1 omnes. ll. huius tit. ¶ No. 1. ex hoc tex. † quòd ille, qui cõ
pellit alium ad se instituendum, debet puniri criminali
ter. Quod qualiter intelligatur, videbitis statim. ¶ No.
2 ex. l. 2. † quando veniens ab intestato impedit alium fa-
cere testamentum, reddit se indignum illa hęreditate, &
3 applicatur fisco. ¶ Not. ex. l. fi. † non esse prohibitum in-
ducere

ducere alium blandis verbis ad se instituẽdũ. ¶In gl. in ver.crimen.in l.1.Habes colligere ex ista gl.quòd pœna huius criminis est arbitraria,& committitur iudicis arbi
4 trio:quia regulam habemus,† quando pœna non est à iure determinata,relinquitur arbitrio iudicis.l.1.§.expi latores.ff.de effra.& expi,& c.de causis.ext.de offi.dele. Sed Doct.in hoc ita distinguũt, quòd aut in tali coactio ne interuenit uiolentia cum armis,& tũc est pœna deter minata à lege: quia punietur ex l. Iulia,de vi publica. l, qui dolo.§.fi.ff.ad.l.Iul.de vi publi. ¶Si verò fit violentia sine armis,tenetur lege Iulia de vi priuata.iuxta.l. 1. ff.ad le.Iul.de vi priua.Si verò non interuenit violentia, sed solus metus,pcedit opi.huius gl.¶In glo.in uer.remoueri.in fi.quæ gl.est in l.2.dicas,q gl.est huic contraria in rub.ff.eo.tit.& illa est communiter approbata.De materia huius tit, plenè tractat Bar.in l.fi.ff.eo.titu. Sed
5 ego formo hic vnam.q.quam nemo tangit,† an quando compello alium, vt me hæredem instituat,testamentum sit nullum,an verò validum.gl.1.in l.1.inf.de testa.uult, quòd tale testamentum sit nullum.Et Io.de Imo. ibi reputat illam glo.pro sing. Pro qua facit secundùm eum, quòd libera debet esse testãdi facultas.l.1.sup. de sacro
6 san. ecclesi.† Vnde sicut matrimonium, quod debet ple-
a na libertate a gaudere.c.cum locum. & c. ueniens. extra de sponsa. redditur nullum ipso iure, si metus interueniat, ut in iuribus proximè alleg. ita debemus idem dicere in testamento.facit.l.si mulier.§.si cum dos.ff.quod me.causa.& ita tenet Io.de Imo.in d.l.1, Non recedatis à communi sententia.Nam Doct.communiter in l.1.huius tit.uolunt,quòd testamentum sit ipso iure ualidum. quod patet: quia hæreditas aufertur ab hærede tanquã ab indigno,quod nõ esset,si institutio esset ipso iure nulla,ut uidistis in l.1.sup.de hære.insti. ¶ Quæro ulterius
7 de alia pulchra quæstione.† Quidam adultus per dolum fuit inductus ad testandum:& ad relinquendum bona extraneis, an uenientes ab intestato habeant aliquod remedium aduersus eum,qui illum adultum dolosè inducit ad instituendum extraneos.Bal.format hanc.q. in l.si frater.sup.qui testa.fa.pos. Et Fulgo. approbat unam opi.quam refert ibi Bal.scilicet quòd uenientes ab intestato possunt agere actione de dolo, uel de crimine stellionatus,& ad hoc alleg.tex.in l. Lucius. §. Sempronia.
8 ff.de leg.2.¶Quæro etiam ad practicam huius tit.† qualiter probabitur, quòd quis fuerit compulsus ad testandum. cõcludas, quòd si testator protestetur hoc modo, Ego protestor in præsentia istorum duorum, uel trium testium, quòd fuit compulsus per talem ad testandum, Istud est elegans dictum Bartol. in l. fina. quasi in fine commenti.ff.eod.titu.Dicit etiam ibi Bar.quòd optima
9 cautela est,† quòd quando aliquis instituit me hæredẽ, ne postea posit allegare, quòd ego cõpuli eum ad instituendum me hæredem. cautela est, quòd tempore testamenti faciam adhiberi(ultra testes) aliquos ex propinquioribus,& proximioribus ipsius testatoris:nam præsumitur omnis metus abfuisse,& ita uult Bar.in d.l.fi.ff.eo. Addatis Bar.& cæteros Doc.idem uolentes in l. transactionem.sup.de transac.Quod est bene notandum. Reliqua spectantia ad materiam huius titu. uidete per Bart. in d.l.fin.& per Bal.hic & per eundem Bal.in l.testamẽti.sup.de inof.test.

ADDITIO.

a ¶Plena libertas. Adde etiam, quòd debet probari legitimis testibus.Petr.de Ancha. in cap. consultatione.nume.3.extra de sponsal. Et denegatur in septem casibus, vt per Ioan.de Tur.Crema.in cap.interfectoris.num.6. 33.quæstio.2.

Rub.De his quibus, vt indig. auferuntur hæreditates,& ad Senatusconsultum Sillanianum.

In l.Hæredes quos.

SVMMAE.

1 *Hæredes non vindicantes necem defuncti tenentur restituere hæreditatem fisco cum fructibus.*
Et quid si occisores sint mortui.nu.16.
2 *Malæfidei possessor hæreditatis tenetur restituere fructus à die,qua hæreditatem occupauit.*
Bonæ fidei possessor non tenetur, nisi quatenus factus est locupletior.
3 *Fructus non debet lucrari,qui omittit officium debitum.*
4 *Indignus semper censetur malæ fidei possessor.*
5 *Vasallus si committat aliquam feloniam contra dominum suum,propter quam sit dignus priuari feudo,tenebitur restituere fructus perceptos ex rebus feudalibus.*
6 *Vindicta, uerbum aliquando capitur pro uindicta licita, & iuridica.*
7 *Sempronius occidit Caium,cui Caio ego successi,et dixi,quòd ego de illo negotio me uindicarem,postmodum reperitur, q Sempronius fuit occisus,an præsumetur contra me, quòd cõmisertm illud homicidium. Adde similem casum.nu.8.*
9 *Libellus qualiter sit concipiendus, quando procurator fiscalis agit contra hæredem non uindicantem necem defuncti.*
10 *Iudex potest cogere hæredes occisi ad vindicandum necem ipsius occisi.*
11 *Pœna,quando venit imponenda ex facto negatiuo,quid requirat.*
12 *Ea,quæ sunt in conditione non sunt in obligatione.*
13 *Dispositio legalis magis æquiparatur vltimæ voluntati,quàm contractui.*
14 *Hæredes non vindicantes necem defuncti possunt à fisco conueniri petitione hæreditatis.*
15 *Hæres,qui fuit semel,non potest desinere esse hæres.*

1 HAeredes quos. ¶† Hæredes non vindicãtes necem defuncti tenentur restituere hæreditatem fisco cum oĩbus fructibus, sicut malefidei possessor tenetur. Item tenentur ad usuras semisses pecuniarum ex uenditione rerum hæreditatis redactarum.h.d.ista.l.1. ¶Et pro decla
2 ratione præmittatis,† quòd malefidei possessor hæreditatis tenet restituere fructus à die, qua hæreditatem occupauit,sed bonæ fidei possessor non tenetur,nisi quatenus factus est locupletior. l.sed si lege.§.consuluit.ff.de peti.hær.& l.item ueniunt.§.quod autem. ff. eod.tit.de
3 peti.hær.¶No.ex ista l.† quòd ille,qui omittit officium debitum,non debet lucrari fructus etiã,si hoc facit secũdùm Bal.contra clericos,qui non dicunt officium.Nam non debẽt lucrari fructus beneficiorum suorum,de quo habes bonum tex.in c.fin.ext.de rescript.in 6.habetur in l.qui sub prætextu supra de sa.san.ecc.¶No.ex hoc tex. ibi sciens, quòd ita demum cõmittitur pœna huius edicti,si hæres sciuerit defunctum fuisse occisum.¶Aduertite tamen:quia minoribus parcitur. l. minoribus.infra eo.Dicit tamen Pau.de Castr.in l.si ea. ĩ.eod.quòd non parceretur rusticis, nec etiam ignorantibus iura. quod in veritate non videtur verum,per text. in l. 3. §. si quis
4 ignorans. ff. ad Syllan.¶ Not. vltimò,† quòd ille, qui est indignus semper cẽsetur etiam malæ fidei possessor.
5 ¶Ex hoc loco infert Guil.de Cu.† quòd si vasallus committat aliquam feloniam contra dominum suum. propter quam sit dignus priuari feudo, tenebitur restituere fructus

fructus perceptos ex rebus feudalibus nedum à tempo
re litis contestatæ, imò à die feloniæ commissæ, siue pœ
na priuationis inferatur ipso iure, siue veniat inferenda
per sententiam priuatiuã. Quod dictum semper notetis.
Et dicit hic Pau. de Cast. quòd istud dictum fortasis nõ
reperietur alibi. Et si vultis scire casus, in quibus vasal-
lus perdit ipso iure per feloniam, & casus, in quibus re-
quiritur sententia priuatiua, videte per Bal. in c. 1. in tit.
quib. cau. feu. amit. & per eundem, & alios in c. 1. in ti. de
feu. sine cul. non amit. & in c. 1. in titu. quo tempore mi-
les. & optimam gl. in c. imperialem. in §. callidis. in ver.
reuertatur. in tit. de prohi. alie. feu. per Fed. & per Ang.
in l. eorum. ff. de dam. infe. ¶ In glo. 1. ibi, non sua aucto-
6 ritate occidendo. No. ex hac glo.† quòd istud verbum,
vindicta, aliquando capitur pro vindicta licita, & iuridi
7 ca. Et hoc facit ad quæstionem quotidianam.† Sempro
nius occidit Caium, cui Caio ego successi, & dixi, quòd
ego de illo negotio me vindicarem: postmodum repe-
ritur, quòd Sempronius fuit occisus, an præsumetur cõ
tra me, quòd commiserim illud homicidium. Guil. de
Cu. hic determinat quòd non: quia illa verba: ego faciã
vindictam, debent intelligi in partem benigniorem, &
sic intelligeretur de vindicta legali licita, & iuridica. s.
per viam accusationis iudiciariæ. Ego addo bonum tex.
i c. estote misericordes. ext. de reg. iu. Pau de Ca. dicit, ꝙ
hoc relinquetur iudicis arbitrio, inspecta qualitate per-
sonæ proferentis talia verba. alle. l. famosæ. ff. ad l. Iul. ma
ie. & l. vnicam. C. si quis impe. maledi. Sed illa iura nõ fa-
ciunt ad propositum: quia ibi verba tendebant ad malũ,
vnde dubitabatur an ex leuitate, an verò ex lubrico lin
guæ fuissent prolata, vnde sequamini opi. Guil. de Cun.
¶ Addite, quòd si vultis scire, quot modis sumitur istud
verbum, vindicta: videte pulchrè per Bal. in suo consil.
373. incip. in ciuitate Cherii. in primo volu. suorum cõ-
8 sil. ¶ Facit etiam ad aliam pulchram. q. † Quidam cum
fuisset offensus, dixit famulo suo, nõ redeas in istam do-
mum meam, quin facias uindictam. Ille famulus postea
occidit offensorem domini sui, an dominus tenebitur
de illo homicidio: uidetur quòd non: quia illa uerba, fa
cias uindictam, in dubio debent intelligi in partem beni
gniorem. In contrarium facit, quia videntur prolata ad
malum finem, inspecta causa, & qualitate personæ pro-
ferentis: quia non debuit in piudicium tertij ita confusè
loqui. l. fi. in fi. supra de do. promis. & l. ea quæ commen
dandi. §. fi. ff. de contrah. emp. ¶ Facit etiam ad aliam. q.
de illo, qui cũ fuisset offensus ab alio, dixit famulo suo
non redeas domum, quin sentiã noua de isto negotio, &
offensor domini postea repertus est occisus, an domi-
nus teneatur. De hac quæst. videte per Bartol. Bald. An-
gel. & Pau. de Cast. plenisimè in l. si quis mihi bona. §.
sed quid si mandauit, aliàs est in §. si pater. ff. de acqui.
hær. ¶ In ea. gl. in fi. Colligitis ex hac glo. practicã istius
titu. Nam si occisores defuncti testatoris non fuerunt
accusati per hæredem defuncti, sed per alium, & con-
9 demnati: † tunc procurator fiscalis concipiet libellum
contra ipsum hæredem hoc modo. Domine procura-
tor Cæsaris ego propono coram vobis, quòd talis fuit
occisus tali loco, & tẽpore, & quòd hæres suus neglexit
vindicare necem ipsius defuncti. Sed accusatio contra
ipsum occisorem fuit facta per alium, & condemnatio
secuta: vnde ipse hæres est indignus dicta hæreditate.
quare peto eũ pronunciari indignum, & priuari debere
dicta hæreditate, & condemnari ad restituendum ip-
sam hæreditatem fisco cum fructibus, petendo in præ-
missis iustitiam mihi ministrari. ¶ In glo. in ver. reddere
ibi, ita stipulatus. Duo colligitis ex ista glo. primum est,
10 † quòd iudex potest cogere hæredes occisi ad vindican
dum necem ipsius occisi, & ita colligit hic Bal. Secũdùm
est, quòd in maleficijs negatiuis nõ est necesse expecta-
re, quòd quis desinat posse facere, sed sufficit expectasse
per tãtum tẽpus, quòd fieri potuerit. ut hic colligit Bar.
pro quo Bal. adducit. l. 2. §. confestim. ff. ad Tertu. postea
ipse Bal. all. doctrinam Inno. in c. extirpandæ. extra de
11 præb. vbi dicit, † ꝙ qñ ex facto negatiuo venit pęna impo
nẽda, requiritur interpellatio, seu monitio ad hoc, vt pę
na cõmittatur. Secus si pęna veniat cõmittenda ex facto
affirmatiuo. tñ ipse Bal. & Sali. post eum tenent, ꝙ in ter-
minis glo. nostræ, non requiritur interpellatio, seu moni
tio. Et ad doctrinam Inno. ipsi respendent, quòd specia-
le est hic fauore fisci, cui re ipsa committitur mora absq;
interpellatione. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2 iunc. l.
res publica. supra ex quibus caus. maio. facit optimè
glo. in §. item mixta. Insti. de act. Bar. de Sali. aliter respõ
det ad doctrinam Inno. videlicet, ꝙ istud edictum ema-
nauit per viam dispositionis, videlicet quòd hæredes
teneantur vindicare necem defuncti, & si non vindica-
uerint, quòd puniantur. Sed hæc responsio non videtur
bona: quia etiam, quando prouisio emanat per viam di-
spositionis, requiritur monitio, seu interpellatio. l. si pe-
num. ff. quando dies leg. ced. Et ita communiter tenetur
in l. ita stipulatus. hic in glo. alleg. Pau. de Cast. aliter re-
spondet ad dictum Innoc. dicens, ꝙ potest procedere in
casibus, in quibus quis non obligatur ad faciendum, seu
ex officio non arctabatur. Nos verò hic loquimur in ca-
su, in quo quis ex officio tenetur vindicare necem de-
functi. Sed ista responsio confunditur, per c. ex parte. il
1. cum duobus sequentibus. ext. de cler. non resi. Roma.
in l. in cognitione. ff. ad Silla. aliter respondet ad doctri
nam Inno. dicens, ꝙ aut loquimur in negotio non exigẽ
te celeritatem, & tunc bene requiritur monitio: aut lo
quimur in negotio requirente celeritatem, vt in propo-
sito nostro. & tunc non requiritur monitio, seu interpel-
latio. Nam istud edictum requirit celeritatem, vt vindi-
cetur mors defuncti, vt posit hæreditas adiri. l. necessa-
rios. in §. 1. ff. ad Silla. Sed hæc responsio confunditur p
Auth. hoc amplius. inf. de fideicom. ¶ Addatis, ꝙ ista re-
sponsio Roma. colligitur ex not. per Bal. in d. Auth. hoc
amplius. Alex. hic tenet, quòd in terminis glo. nostræ re
quiritur monitio, seu interpellatio, & post interpellatio
nem sufficit, ꝙ sit lapsum tantũ tempus, infra quod actu
potuerit expediri: & confitetur, ꝙ istud edictum emana-
uit per viam dispositionis, vt vult hic Salic. Nam si accu
sare occisores defuncti esset in conditione, non posset
12 iudex cogere ad accusandum occisores. † quia ea, quæ
sunt in conditione non sunt in obligatione. l. si quis sub
cõditione dandorũ decẽ. ff. si quis omis. cau. tes. ¶ Adda
tis, ꝙ dominus Fran. de Are. in l. ita stipulatus. ff. de ver.
oblig. distinguit hoc modo. Aut lex aliquid disponit,
per quod quis obligatur alicui priuato ad aliquid dan-
dum, vel faciendum, & tunc procedat doctrina Innoc. &
Bar. quòd ex quo est persona habilis per se ad interpel-
landum, vel per alium interpellari faciendum: requiri-
tur monitio, seu interpellatio, d. Auth. hoc amplius. ¶ Si
uerò per legem disponitur aliquid, quod non parit ali-
quod ius petendi alicui priuato, ut est dare exemplum,
quòd mater petat tutorem filio, uel quòd hæres uindi-
cet necem defuncti, & hoc casu non requiritur interpel
latio, seu monitio ad hoc, ut pœna committatur. Colli-
git etiam Bart. in d. l. ita stipulatus. & in l. non solùm. §.
13 morte. in ult. col. ff. de nou. ope. nun. quòd † dispositio
a legalis magis æquiparatur ultimæ uoluntati, quàm con-
tractui. quod not. ¶ In ea. gl. in fi Tu melius dicas, quòd
14 † hæredes non uindicantes necem defuncti possunt à fi
sco conueniri petitione hæreditatis. l. item ueniunt. §. si
natus. ff. de petit. hæred. & erit utilis, & non directa, sicut
15 dicimus in fideicommissaria. † quia qui semel fuit hæres
non potest desinere esse hæres. l. & si sine. §. sed quòd Pa
pinianus. ff. de inoffic. testamen. ¶ In glos. in uer. scien-
tes.

tes.ibi, in facto errauerunt. sed certè, si erraret in facto, non curreret eis tempus ad vindicandū mortem defuncti, nec puniretur propter inultam necem defuncti, à cõ trario videtur velle ista gl. ꝙ si hæredes defuncti errarēt in iure, non dicerentur bonæfidei possessores, quò ad lucrum fructuū hæreditatis: quod est falsum, secūdùm Bar. in l.hæredum. hic in glo.all. Et ita vult gl. in l.si fur. in. §.1.ff.de vsu.& in l.nec vllā. in §.1.ff.de pe.here. & probatur expresse in l.sed si lege. in §.scire.ff.de peti.hære. ¶ Addatis, ꝙ istum passum eleganter examinat Ioan. de Imo. in c.si quis præsbyterorum. extra de re.ecc.nõ alie. ¶In glo. in ver.post moram. in fi.vlti.solu.Doct. cõmuniter sequuntur. ¶Vltimò quæro †, quid si occisores sint
16 mortui, quos hæres neglexit accusare de occisione defuncti, nec vindicauit necem, an hoc casu fiscus poterit agere petitione hæreditatis cõtra ipsum hęredē, qui nõ vindicauit necem defuncti. Concludatis ꝙ sic.tex. habetis.no.in l.1.in fi.§.vbi cau.fisca. Et ita determinat Alex. de Imo. suo cons.172.incip.D.Redemptoris nostri inuocato suffragio super casu præmisso. in 5.volu. Et ibidem determinat quid iuris, quando occisores sunt incerti.

ADDITIO.

a ¶ Quòd dispositio. Adde, quòd dispositio simplex trahitur ad futura. Pet. de An. in c.quia circa.nu.3.extra de priui. Et an dispositio generalis debeat restringi. vide per Cardi. Zabarel. in c.2.nu.2.extra de coniu.le.

In l.Polla quidem.

SVMMAE.

1 *Hæredi non est licitum retractare lites sopitas cum defuncto.*
2 *Tutor si instituat calumniosam accusationem nomine pupilli, & succumbat, præiudicat pupillo quò ad pœnam pecuniariam.*
3 *Filius si accuset testamentum patris de falso, & succumbat, priuabitur sua legitima. secus propter non confectionem inuentarij.*
4 *Abbas habet idem priuilegium in ecclesia fundata per laicū, sicut habet in ecclesiis fundatis per ipsum Abbatem.*
5 *Laicus in suo testamento ordinauit, quòd post mortem suam construeretur vna capella, & in eodem testamēto ordinauit quòd subiectio, & ordinatio illius capellæ spectaret ad aliū, quàm ad Episcopum, an hoc possit facere de iure.*
6 *Accusare quis potest nomine alieno.*
7 *Statuto cauetur, quòd qui secundò appellauerit, & nõ obtinuerit, soluat pro pœna decem communitati, vel fisco, si appellatio fuit pronunciata deserta, pœna erit commissa.*
8 *Tutor quando facit aliquem actum nomine pupilli cum consilio coniunctorum ipsius pupilli, præsumitur abesse dolus, & culpa in ipso tutore.*
9 *Facta cum consilio sapientum præsumuntur bona fide fieri, & sine calumnia.*
10 *Statuto cauetur, quòd non valeat contractus minorum etiam interposito iuramento, nisi intersint duo propinqui ipsius minoris, qui asserāt nihil in læsionem minoris esse factum, quid operabitur talis assertio.*

POlla quidem. Factum maioris defuncti non potest retractari per minorem eius hæredem, & si tutor nomine pupilli accuset testamentum de falso, facit pupillum perdere hęreditatem: tenetur tamen sibi resarcire damnum, quod pupillus passus est. Hoc dicit in summa. ¶ Not.1. ex hoc
1 tex. † quòd non est licitum hæredi retractare lites sopitas cum defuncto. concordat. l.quæ à patre, supra de re
2 sti.mili. ¶No. † quòd si tutor calumniosam accusationem instituat nomine pupilli, & succumbat, præiudicat pupillo, quò ad pœnam pecuniariam. ¶ No. quòd eo casu tenetur tutor conseruare pupillum indemnem.
3 ¶Item per hunc tex. dicit Guil. de Cun. † quòd si filius accuset testamentum patris de falso, & succumbat, priuabitur etiam sua legitima, & tamen propter non confectionem inuentarij non priuaretur legitima, glo. ordi. vidistis in l.fi.§.pe.supra de iu.delib. ¶Item Bald. hic in prin. commenti colligit ex hac l. quòd si libellus formetur duplici nomine, & vno tantùm nomine possit agi, procedetur eo nomine, non autem alio nomine, quo agi non potuit. Et ipse Bal. hic in fi.commen. dicit, quòd qualitercunque libellus possit interpretari. ita quòd procedat, est sustinendus. alle. Inno. in c.examinata. extra de iudi. Addatis vos Inn. Hosti.& alios Doct. in c.ad dissoluendum. extra de despon.impu. vbi dicunt, quòd quando in libello sunt proposita duo remedia diuersa, seu contraria, quorum vnum est aptum, aliud verò ineptum: sustinebitur libellus propter aptum remedium, quod no.¶ In glo. in ver. illi hæres. Doct. reprehendunt
4 hanc glo.& dicunt, † quòd Abbas habebit idem priuilegium in ista ecclesia fundata per laicum, sicut habet in ecclesijs per ipsum Abbatem fundatis, per tex. in c.1. de iurepa.li.6. Sed formo vobis quæstionem quotidia-
5 nam. † Quidam laicus in suo testamēto ordinauit, quòd post mortem suam construeretur vna capella, & in eodem testamento ordinauit, quòd subiectio, & ordinatio illius capellæ spectaret ad alium, quàm ad Episcopum, puta ad aliquem Abbatem, an hoc facere possit de iure. Concludatis quòd non. Ita expresse determinat dñs Panor. in c.requisisti in pe.co.extra de testa.no.in c.cum dilectus, extra de consue.¶ In glo. in ver. pupilli nomine, ibi: ciuiliter. Hunc intellectum secuti sunt Ia.Bu.Bal. & Pau.de Cast. pro quibus facit ista litera in ver.agere. ¶ Non ob. quòd hic tutor puniatur de calumnia, quia respondetur, ꝙ licèt instituens actionem ciuilem calumniosam non possit accusari criminaliter pœna inducta per leg.remediū.l.1.ff.ad Turpi. tamen tenetur de crimine stellionatus ratione doli.l.3.in princip.ff.de cri. stel. ¶ Vel aliter etiam instituens litem calumniosam ciuiliter potest bene conueniri ciuiliter, & criminaliter propter calumniam.l.si tibi seruitutis improbæ. infra de lib. cau. Secundam tamen solutionem hic in glo. relatā sequuntur Rich.Malum.Bar.Ang.& Sali.& ad.l.2. infra ꝙ
6 accu.non pos.respondere, quòd verum est †, quòd nomine alieno quis potest accusare. Sed tamen suo proprio nomine debet se inscribere ad pœnam talionis.¶ In gl. parua. super ver. non obtinueris. in fin. Barto.de Sali.
7 infert ex ista gloss. † quòd si statuto cauetur, quòd qui secundò appellauerit, & non obtinuerit, soluat pro pœna decem communi, vel fisco, & appellatio fuit pronunciata deserta, certè pœna erit commissa. quod no. ¶ In gloss. super ver. ipsi pupillo. ibi duas habet vias. Doc. communiter sequuntur istam primam solu. ¶ In ea gló. ibi, non est soluendo. vult ista gl. ꝙ si tutor esset soluendo, nõ posset iste minor eligere remedium restitutionis in integrum. quod est falsum. Non obst.l.properandum. §.fi.supra de iudi. qa ibi est speciale fauore litiū dirimēdarū. Sed restat respõdere ad l.meminerint.ĵ.vnde vi. ad quā respõdebitis, ꝙ aut tutor delinquit administrando, & sic contrahendo, & cõsequēter in iudicio, in quo dicũtur quasi contrahere.l.3.§.idē scribit.ff.de pecu.& tunc tutor bene pręiudicat pupillo, & ita loquit̄ hic. Aut delinquit extra administrationē, & tūc nõ pręiudicat pupillo. Ita loquitur.d.l.meminerint. de quo plenè ꝑ Cano. maxime dñm Panor. in c.2.extra de do.& cõtu. ¶In ea.gl. ibi, suadēte matre, & agnatis pupilli. Habetis perpetuò
8 notare ex ista glo. † ꝙ quando tutor facit aliquē actūm

nomine pupilli cum consilio coniunctorum ipsius pupilli, præsumitur abesse dolus,& culpa in ipso tutore, quod est bene no.& idem Bal.in c.1.circa 2.colum.in titu.qui
9 feu.da.pos.& prima rub.feud.dicit not.† ꝙ ea, quæ fiunt cum consilio sapientum, præsumũtur bona fide fieri,& si ne calumnia. Optimè faciunt no, per Bal.in rub.ĵ.de pe. iud.qui ma.iu.& per Bar.de Sal.in l.fi.illo eo.ti. Addite
10 vos, ꝙ idem Bal.in c.2.in pe.col.ext.de prob.dicit,† ꝙ si statuto cauetur, ꝙ non valeat contractus minorum (etiã interposito iuramento) nisi intersint duo propinq. ipsius minoris, qui asserant nihil in læsionem minoris fuisse factum, talis assertio propinquorum faciet præsumi minorem non fuisse læsum, all. istam l.cum sua gl.& prædicta tenete bene menti.¶In ea.gl.ibi, prędictis instrumentis, declaretis gl.ꝙ tempore, quo iste minor agebat contra tutorem ad emendationẽ damni, non; habebat instra ꝓ probando intentionem suam. Sed tempore, quo petiit restitutionem in integ.ea reperit.¶In fi.gl. bene dicit.

In l.Si ea quæstio.

S V M M AE.

1 Hæredes qualiter priuentur hæreditate propter aperturam tabularum.

2 Pupillus excusatur à pœna huius edicti.

3 Statuto si caueatur, quòd syndici uillarum teneantur denunciare maleficia, quæ fiunt in uilla, si syndicus coram honestis uiris non habentibus iurisdictionem faciat examinari testes, quis commiserit tale delictum,& nihil reperiat, erit excusatus à pœna statuti.

1 SI ea quæstio. ¶†Si ante quæstionẽ de seruis habitam de morte testatoris occisi tabulæ testamenti apertæ sint,& recitatæ, subaudi & hæredi tas adita, hæredes tanquam indigni priuantur hæreditate,& applicatur fisco, nisi hæredes sint pupilli.h.d.¶No.summarium. Et intelligatis istum tex. ꝓcedere, etiam si clam testator fuisset occisus à familia. Secus si fuisset occisus à persona extranea clam, q̃a tunc hæres non priuaretur hæreditate. Et de hoc habetis gl.
2 magistram in l.cum fratrem, inf.cod.ti.¶No.† ꝙ à pœna huius edicti excusatur pupillus. Idem est in adulto.l.minoribus, inf.eo.ti.& ibi videbitis.¶In gl. parua sup ver. haberetur, in fi.Doc.communiter damnant istam gl. q̃a hæres scriptus in testamento ante aditam hæreditatẽ nõ est dominus seruorum, qui remanserunt in hæreditate domini occisi, ergo non debet posse tales seruos torquere, seu torqueri facere in domo sine iudice, quia talia sunt de mero imperio, ut no.in l.imperium.ff.de iurisd.
3 om.iu.¶Addite, ꝙ ex ista gl.colligitur notabiliter, ꝙ † si statuto cauetur, quòd syndici villarum teneantur denũciare maleficia, quæ fiunt in villa, & syndicus corã honestis viris non habentibus iurisdictionem faciat examinari testes, quis commiserit tale delictum, & nihil reperiat, erit excusatus à pœna statuti propter iustam ignorantiam: quia perquisiuit,& fecit, quantum potuit. Ista sunt notab.verba Ang.in l.quæro.§.fi.ff.de edi.edic. all. gl.istam,& Bal.fratrem suum, quem dicit esse Doctorem suum.¶Gl.in ver.recitate, in fi.bene dicit.

In l.Hæreditas.

S V M M AE.

1 Hæreditas non potest directò adimi, neque dari in codicillis, & num.2.

3 Testator potest declarare uoluntatem suam in codicillis, uel epistola.

3 Hæres ut dicatur reputari indignus, quid requiratur.

4 Spurius qualiter instituatur.

5 Hæreditas applicatur fisco, quando hæres non potest habere hæreditatem propter merum suum delictum.

6 Hæreditas in casu non applicatur fisco, licèt hæres delinquat.

7 Filius si occidat patrem, ad quem ibit hæreditas.

6 Occidens alium, non solùm prohibetur succedere ipsi occiso, sed etiam hæredi ipsius occisi.

HAereditas. ¶Hæreditas nõ põt directò adimi in codicillis, vel in epistola, sed in eis bene põt testator declarare voluntatẽ suã, & reputare hæredes ĩdignos, quo casu auferet ab
1 eis hæreditas,& applicabit fisco.h.d.¶Not. ex ista l. ꝙ hæreditas non põt directò dari, neq; adimi ĩ codicillis, concordat.l. hęreditatem, inf.de cod. Ex hoc loco infert hic Ang.in aliquibus lecturis, ꝙ licèt Doc. cõiter in l.Scęuola.ff.ad Treb.dicãt, ꝙ substitutio pupillaris directò facta in codicillis trahatur ad fideicommissum, & valeat: tñ hoc debet limitari (sm̃ eum) nisi substitutio pupillaris præcessisset directò facta in testõ solemni: nam tũc, si pater faciat substitutionẽ pupillarem directò in codicillis de alia persona, q̃ de illa, quæ erat directò pupillariter substituta in testõ, non valebit, neq; trahetur ad fideicõmissum: quia si traheretur ad fideicommissum, adẽptio ualeret, cuius contrarium uult ista l.in prin. Addite vos, ꝙ istud dictum Ang.est falsum,& ipsemet Ange.in l.nostram, sup.de testa.& in l.precibus, ĩ pe.col. sup.de imp. & aliis sub.tenet totũ contrariũ,& Alex.de Imo.in l.2.ĵ. de codi.dicit, ꝙ cõiter tenet cõtra Ang.hic,& ego ĩ qõne facti apud ciuitatẽ Albensem consului, sm̃ opi. quam te-
2 net Ang.in d.l.nostram,& in d.l.precibus.¶†No.ꝙ licèt hæreditas non possit directò dari, neq; adimi in codicillis: tñ testator in codicillis, uel in epistola põt uolũtatem suam declarare dicendo, ꝙ talis hæres est indignus sua hęreditate,& hoc casu ipse hęres reputatus ĩdignus, nõ desinet esse hæres ipso iure propter talia uerba, imò erit hæres, sed auferetur hæreditas ab eo tanq̃ ab indi-
3 gno per fiscũ, casus est hic.¶No.† ꝙ ad hoc, ut hæres dicatur reputari indignus,& non mereri volũtatẽ testatoris, sufficit, ꝙ testator reputauerit eum indignum, etiã sine expressione cãæ indignitatis, tex.est hic not. Sed ponamus ꝙ in casu huius l.iste hæres reputatus indignus non adi-
4 uerit, sed repudiauerit, an hoc casu fiscus poterit habere hæreditatem. Pau.de Ca.hic dicit, ꝙ talis repudiatio intelligetur facta in fraudem fisci, & idem fiscus habebit hæreditatem, quod intelligatis procedere, q̃n hæreditas est locuples, uel expedit fisco eam hr̃. Ita no.Bal. in l.eã quam in 3.seu 4.col.inf.de fideic. Si uerò hæres reputatus indignus non adiuit, neq; repudiauit morte præuentus, tunc q̃a ipso iure deficit portio sua, ibit ad cohæredes, non aũt ad fiscum, per ea quæ no.per gl. & Doc.in l.si duo patroni, in prin.ff.de iureiu.¶In glo.j.in fi.Doc. sequuntur gloss.¶In gloss.mag. Pro declaratione dicite, quòd glo.ista format tria cõtraria, deinde facit vnã distinctionẽ in materia. Primũ cõtrariũ est de l. ex parte, q̃ est hic in gloss.alleg.cui rñdete ꝓ vera solutione, ꝙ hic testator expressè ademit, & reputauit hęredẽ indignũ, iõ hæreditas applicat fisco. sed in l.ex parte, hic ĩ gl. al. testatorẽ simpliciter pęnituit sui testĩ, & illud sm̃ testm̃ non perfecit,& ideo per simplicẽ pęnitentiã non reuocatur testm̃.l.militis codicillis.§.ueteranus.ff.de te.mili. & sic est absolutum primũ contrariũ. Sm̃ contrariũ est de l.1.§.pe.ff.si ta.te.nul.ext. Et huic contrario rñdebitis, ꝙ ibi testator peruenit ad actũ facti, puta incidendo testamen

mentum, vel cancellando, hic autem peruenit ad actum verbi reputando hæredem indignum, sed quid si nõ adiecisset illa uerba, reputo talem hæredem indignum hæreditate mea? dicite, vt in d.§.veteranus, & in l.sancimus, ꝯ.de test. Tertium contrarium est de l.hac consultisima §.pe.ꝯ.de test. cui rñdebitis, ꝙ ibi testator mutauit voluntatem suam per secundum testamẽtum, in quo ĩstituerat venientes ab intestato. ¶In ea.gl.ibi, primo casu non fit fisco statim locus. Ista gl. videtur uelle, ꝙ quando pater aliquid relinquit spurio, ad illud relictum primò veniũt personæ numeratæ in l.1.sup.de nat.lib.& deinde fiscus.
4 Vos autem audacter tenebitis, † ꝙ quando pater instituit spurium suum hæredem, illa hæreditas primò uadit ad
a cohæredes ipsius spurij, si quos habet, & si nullos hẽt, vadit ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum. Ita tenent hic Rich. Malum. Ang. & Sal. Idem Bar. in suo cõsil. incip. Dom. & idem Bar. expresè in l.fi.ff.de his quib. ut indi. & Old. de Ponte suo cons.3. incip. thema tale est, legatum est factum. Addite vos Ang. hoc expresè uolẽtem in l.1.sup.de hær.inst. ¶In ea.gl. ibi, de pro nõ scriptis.l.3. dicite, quòd in casu.l.3. quæ est hic in gl.all. hæres erat funditus incapax. Et dicit eleganter Bal. in l. 3.
5 sup.de test. † ꝙ quando hæres non potest habere hæreditatem propter merum suum delictum, tunc applicatur fisco.l.Papinianus.§ meminisse.ff.de inof.te. Et ibi hoc vult etiam Ang. aut nõ potest habere propter suos malos mores ciuiles, & tunc habet locũ l.1.sup. de sec.nupt. Barto. de Sali. dat alium intellectum ad illam l.1. dicens, ꝙ ibi illud factum concernebat iniuriam defuncti, & ideo hęredes defuncti, qui censentur eadem persona cum defuncto, Authen.de iureiu.à morien.præsti.in prin. habent illud relictum, sed iste intellectus videtur confundi ꝑ l.
6 1.ff.eo.ti. Iõ teneatis doctrinam Bal. † Est tñ unus casus, ĩ quo hæres delinquit, & tñ hæreditas non applicaẽ fisco. Auth. hoc amplius.ꝯ. de fideic. Est etiam alius casus, in quo hæres nullum delictum commisit, & tñ hæreditas non remanet apud eum, quem casum, videte per Bar. ĩ l. fi. in 1.col. in uers. secundò hẽt locum.ff.si quis ali. testa. prohi. Quia tñ gl. ista omisit unum casum, dicite, ꝙ aliquã hęres non põt habere relictũ ob commissam culpã testatoris, & hæredis, & hoc casu dicunt Doct. ꝙ perinde est, ac si esset culpa ipsius hæredis tm̃, & ideo tale relictum applicatur fisco, de quo per Bar. in l.fi.ff.de his, quib. ut in
7 di. ¶Vltimò, quæro. † Filius occidit patrẽ, ad quẽ ibit hæreditas patris? Cy. de Pist. hic determinat, ꝙ ibit ad fiscum non autẽ ad ueniẽtes ab intestato, & dicit hoc probari in l.cum rõ, in §.fi.ff.de bo.dam. Bal. autem hic damnat opi. Bar. in d.l.cum ratio, in §.fi. Et intelligit Bar. voluisse, ꝙ si unus ex filiis occidat patrem, portio sua applicabiẽ fratri, & ipse Bal. determinat contrarium. Sed certè, si inspexeritis bene Bar. in d.§.fi. non dicit illud, quod refert hic Bal. sed dicit, quòd si unus ex filiis occidat patrem non præiudicabit fratri, sed in portione sua propria bene sibi præiudicabit, hoc uult ipsemet Bal. in l. eam quam. ꝯ. de fideic. circa 3.seu 4.col. in uer. hæc faciunt ad quęstionem. Bene facit l.his consequenter, in §.1.ff.fa. erc. Et ad
8 uertite, quòd ille, ꝙ occidit alium, nedum prohibetur succedere ipsi occiso, imò ẽt prohibetur succedere hæredi ipsius occisi, tex. est no. in l.Lucius.ff.de iur.fis. Quid autẽ iuris sit de occidente uxorem propriam. Videte ꝑ Io. de Imo. & Pa. de Ca. in l.si ab hostibus.§.fi.ff. solu. matr.

ADDITIONES.

a ¶Non adiuerit. Adde, quòd hæreditas non adita non transmittitur, exceptis octo casibus, quos vide per Pe. de Anc. in c.Rayn.nu.71, ext.de test.

b ¶Ipsius spurii. An spurius legitimatus à Principe dicaẽ ficte legitimatus. vide per Bened. de Plumb. in l. libertinus, nu.1. uers. nunquid spurius.ff.de iu.au.annu. & ibi latẽ, in add. dom. Nicolai Boheri.

In l. Non oportet.

SVMMAE.

1 *Hæreditate an priuetur, ut indignus, qui non facit expensas funeris, ut iussit testator.*

2 *Hæres non adimplens ultimam uoluntatem defuncti, priuatur hæreditate.*

3 *Testator legauit uxori suæ in domo uictum, & uestitum, et iussit hæredi, ne molestaret eam: alias priuabat eum hæreditate, si hæres molestet ipsam uxorẽ, cui applicabitur hæreditas?*

1 NOn oportet. ¶† Qui expensas funeris non facit, ut iussit testator, non propterea priuatur hæreditate tanq̃ indignus. h.d. ¶Not. summarium. ¶In gl. super uer. non fuisset, in fi. Cy. de Pist. hic dicit, ꝙ hodie iste priuareẽ hæreditate, seu relicto, secundùm formam Auth. hoc amplius, inf de fideic. Ia. Bu. sequitur vltimam sol. hic in gl. relatam, ex qua colligit, ꝙ iura dicentia, ꝙ nõ adimplens ultimam voluntatem defuncti priuatur hæreditate, debent intelligi, vt procedant, quando illa vltima uoluntas concernit commodum pecuniarium alterius, aliàs secus, & hãc dicit pulchram limitationem ad Auth. hoc amplius, superius all. Ang. hic dicit, quòd prima sol. hic in gl. relata est uera, subiicit, quòd hodie iste priuareẽ iuxta formã d. Auth. hoc amplius. Et sic Ang. recedit ab ultima sol. hic in gl. relata, dum loquitur de præcepto pecuniario. Vnde dicatis, quòd ultima sol. posita in fi. gl. non est bona. Et hoc est de mente Cyn. Ange. & Bar. hic, & in ueritate opi. huius gl. dum loquitur de præcepto pecuniario, nõ videtur bona, nec aliqua. l. videtur probari. Nam (secundùm hæc tempora) hæres non priuabatur hæreditate, nisi testator in testamento pœnam priuationis expressisset. l.unica, inf. de his, quæ pœ. no. vel nisi in casibus, in quibus antiqua iura pœnam priuationis imponebant, vt declarat Bar. in l.fi. inf. de fideicom. sed hodie genera
2 liter est prouisum, † quòd hæres non adimplens ultimã voluntatem defuncti priuetur hęreditate, iuxta formam d. Auth. hoc amplius. Pau. de Ca. hic dicit, quòd inquantum ista glo. dicit, quòd in casu l. nostræ, non fuit præceptum pecuniarium, videtur malè loqui: quia ista l. potest intelligi, quando hæres non fecit expẽsas funeris, vt iusserat testator. Postea ipse Pau. distinguit hoc modo. Aut præceptum testatoris tendit ad utilitatẽ alterius, & tunc habeat locum dispositio. d. Auth. hoc amplius. Aut præceptum testatoris ad nullius vtilitatem tendit, & tunc hęres non priuatur hæreditate, licèt non adimpleat uoluntatem defuncti, & hoc fortè uoluit ista gloss. secundùm eum, & ista est sing. limitatio ad d. Auth. hoc amplius. Addit Pau. de Cast. quòd iste tex. cum glo. posset procedere, quando testator iussisset fieri expensas funeris ad pompam. Secus si iussisset eas fieri pro anima ipsius defuncti. Nam tunc bene haberet locum pęna priuationis, tex. est no. in c.licèt, extra de vo. & voti redempt. ¶ Ad-
3 dite uos pulchrã q. in qua sæpe consului. † Testator uxori suæ legauit in domo victum, & vestitum, & iussit hæredi, ne molestaret eam, aliàs priuabat eum hęreditate, modò hæres molestauit ipsam mulierem contra pręceptum testatoris. Quæritur, cui applicabitur ipsa hæreditas, attẽto, quòd testator non declarauit, cui ueniret applicanda. Concludite, quod non applicabitur mulieri molestatæ, sed cohæredibus, uel substitutis. Ita eleganter determinat Bar. in l.vxorem, in §.hæres.ff.de leg. 3. de quo ꝑ Bal. in Auth. cui relictum, inf. de ind. uidu. tol. Et per dominum Fran. de Are. suo cons.67.

In l. Minoribus.

SVMMAE.

1 Minor potest accusare in casu.
2 Accusari possunt plures rei in eodem libello.
3 Appellatio vnius ex reis an suspendat executionem sententiæ respectu aliorum, qui non appellauerunt.
4 Necem defuncti non vindicari, est valde impium.
5 Tractare, qui habet causam principalem, tenetur etiam tractare causam appellationis.
6 Appellans debet inserere causam appellationis
7 Sequestra sunt regulariter prohibita.
8 Ad torturam non debet deueniri, nisi præcedentibus indicijs.
9 Priuilegium concessum certæ ætati non debet durare vltra illam ætatem.
10 Mater minor si infra annum à die mortis mariti sit effecta maior 30. ann. an ex tunc teneatur petere dari tutorem filio impuberi, infra illum annum.
11 Priuilegium semel concessum debet esse duraturum.
12 Statuto cauetur, quòd sindicus &c. vide ibi.
13 Tempora fatalia non currunt illi, qui propter paupertatem non potuit appellare.

Minoribus. ¶ Minori non obijcitur crimen inultæ necis defuncti, nec appellationem ab aduersario interpositam tenetur prosequi de neces-
1 sitate. maior verò sic. h. dicit. † ¶ No. 1. ex isto tex. casum, in quo minor. 25. annis potest accusare. alios casus videte in l. 2. & in l. qui accusare. ff. de accu.
2 ¶ No. † hic bene probari, † quòd in eodem libello possunt accusari plures rei. Nam videtis hic, quòd in eodẽ libello fuerunt accusati occisor, & mãdator homicidij, facit. l. 1. §. si reus vel accu. mor. fue. ¶ No. hic bene pro
3 bari, † quòd si vnus ex reis condemnatis appellet à sententia, tñ illa appellatio non suspendet executionẽ sententię respectu aliorum, qui non appellauerunt. Sed Rapha. Ful. not. limitat hoc procedere, nisi ipsorum omnium esset eadem causa defensionis: nam tunc appellatio interposita per vnum impediret etiam executionem quò ad alios. ar. l. illud. in. §. fi. cum l. seq. ff. de bon. poss. contra tab. faciunt, l. 1. & 2. §. si vnus ex plu. appel. nam in casu, l. nostræ non erat eadẽ causa defensionis. poterat enim mandator habere aliquam defensionem, quæ nõ
4 competebat reo principali, & contra. ¶ † No. esse valde impium non vindicare necem defuncti. ¶ No. ꝙ minor 25. annis excusatur à pena huius edicti. de quo dixi vo-
5 bis in l. si ea. §. eo. ¶ Vlti. no. † ꝙ ille, qui habet tractare causam principalem, tenetur etiam tractare causam appellationis. De qua materia videte in l. inuitus. §. de procu. & in c. nõ iniustè. extra illo eo. tit. ¶ In gl. super ver.
6 respondere. ibi, in interlocutoria dicit, † Concludite ꝙ aut loquimur in appellatione ab interlocutoria, seu grauamine, & tunc dicatis, quòd est necesse in appellatione inserere causas noĩatim & expſsim, c. cordi. extra de appell. lib. 6. & cle. appellanti, extra de app. Et aduertite, quia nõ sufficeret in appellatione dicere hoc modo: Domine iudex ego appello, quia me grauastis, vt patet ex actis; quia (vt iam dixi) debent causæ exprimi nominatim. Limitabitis tñ hoc procedere, nisi esset interlocutoria, cuius appellatio iustificaretur ex iurium allegationibus, putà quia aliquis appellauit dicendo. Dñe iudex vos grauatis me, quia mandastis rem meã seque-
7 strari, ut patet ex actis. † Nã sequestra sunt regulariter ꝓhibita, l. vnica. §. de prohi. seque. uel iudex mandauit
8 aliquẽ torqueri. † Nã ad torturã nõ debet deueniri, nisi ꝓcedentibus indicijs, l. 1. ff. de qõni. Ita dicit hic Bal. elegãter. Addite pulchrũ cõsiliũ Alex. de Imo. suo cons. 80 incip. Redẽptoris nři inuocato suffragio, viso & opportunè animaduerso, in 5. col. illius cõs. in 1. vol. ubi dicit, ꝙ sufficeret dicere hoc mõ. Dñe iudex ego appello, & ꝓ causis grauaminis allego mihi cõpetere exceptionẽ pacti, & iurisiurãdi oppositi in iudicio, ꝓut apparet ĩ actis. allegat Ang. in l. vbi autẽ non apparet. §. illud. ff. de uer. obli. & eundẽ Ang. suo cons. 213. incip. Quędã domina Anna. Aut loquimur in appellatione à definitiua, & tũc regulariter nõ oportet exprimere causas in appellatiõe l. scio, hic in gl. alleg. Sũt tñ aliqui casus, in quibus in appellatiõe à definitiua est necesse exprimere causas, vt ꝑ Bar. in l. fi. ff. de app. reci. & ꝑ Imo. in l. creditor, in. §. iussus. ff. de app. Si verò loqmur, in appellatiõe ab interlocutoria, quæ sapit vim definitiuæ, tũc non est necesse in appellatiõe exprimere causas. Ita dicit Io. An. in nouel. in c. ꝓuenit, il 2. ext. de app. & est gl. ordi. in c. fi. in ver. inanes, extra de elect. lib. 6. ¶ In ea. glo. in fi. Pet. de Bel-
9 laper. Cy. & Old. tenẽt contra istã glo. Mouentur, † quia priuilegiũ cõcessum certę ętati nõ debet durare vltra illã ętatẽ. l. Titia Seio in vsuras. ff. de leg. 2. & l. nõ solũ. §. si libertus. ff. de excu. tu. Item quia istud edictũ habet duo ꝓcepta, unũ, ꝙ hæres teneatur vindicare necẽ defuncti: aliud ꝙ teneatur vindicare, antequã adeat hæreditatẽ:
a & licèt minor sit excusatus [a] ratione minoris ętatis à primo præcepto: tñ nõ debet esse liberatus à secũdo, arg. l. Celsus. ff. de arb. & arg. c. cũ dilecti, extra de do. & cõtu. sed Bar. Bal. Sal. Ang. & Pa. de Cast. sequũtur opi. huius gl. Et ad motiua cõtradicẽtiũ ipsi respõdẽt, & primò ad. §. vsuras, & ad. §. si libertus, & dicũt, ꝙ aliqñ priuilegiũ differt, & suspẽdit: & tũc habẽt locũ iura proximè alleg. aliqñ verò priuilegiũ liberat, & extĩguit, & hoc casu ꝓcedat determinatio huius glo. Addit Pau. de Cast. posse teneri, ꝙ qñ minor est factus maior, poterit cogi à iudice ad accusandũ occisores, ꝑ not. ꝑ gl. in l. 1. §. eo. Sed certè illa gl. nõ loquiť in terminis qõnis formatæ ꝑ istã gl. Ad l. Celsus, & ad c. cum dilecti rñdeatis, ꝙ minor ad mẽtẽ prædictorũ ꝓceptorũ teneť. Et ꝑ prædicta infertur
b ad qõnem quotidianã [b] Vos scitis, ꝙ mater infra vnũ annũ à die mortis mariti tenetur petere tutorem dari filio suo impuberi: alioqn priuať succesione, si ipse filius decedat in ætate pupillari. §. fi. Insti. ad Senatuscõs. Tertu.
10 Ponamus, † ꝙ ipsa mater inf. illũ annũ à die mortis mariti sit effecta maior 25. annis, an ex tunc tenebitur petere tutorẽ dari filio impuberi inf. annũ, & si ita non faciat, an priuabiť succesiõe ipsius filij, si moriatur in ætate pupillari? Spe. in tit. de in inte. rest. §. 2. uer. sed quid si ipsa mater, determinat eãdẽ nõ priuari. Hãc eãdẽ sñiam tenuit Bal. in plerisq; locis. s. in Auth. si captiui. §. de epi. & cleri. referẽs se ita cõsuluisse. Idẽ tenuit in l. precibus, in 5. col. sup. de impu. & alijs substi. Addite, quòd idem tenuit, in l. qui contra. sup. de ince. nup. Addite, quòd Bar. de Sali. in l. 2. §. si aduer. deli. tenet eandem opi. Addite, ꝙ Raph. Ful. refert hic se ita cõsuluisse, & videbitis suum cõsiliũ, quod est 2. & incip. Quidam antonius. Isti omnes ꝑ conclusione prædicta mouentur per istã glo. cui addite glo. sociã in l. 1. sup. in qui. cau. in integ. resti. nõ est ne. Contrariã opi. tenuerũt Old. de Ponte. & Ang. hic adducẽtes l. Titia Seia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Item mouetur Ang. hic, quia pupillus quotidie nouam læsionẽ incurreret, & in his, quæ variantur ex tempore, singula tꝑis momenta sunt inspicienda, l. cũ in annos. ff. qñ dies leg. ce. vos sequamini opi. Spe. Bal. Sal. & Fulg. & ad motiua contraria respondeatis, vt respõdet ipse Raph. Ful.
11 in cons. præalleg. Et pro ista conclusione facit † quia priuilegiũ semel cõcessum debet esse duraturũ. §. illud. hic in glo. alleg. & ita bis in qõne facti consului, & ita teneatis, quicquid dicat hic Pau. de Cast. & ĩ hãc sñiam hic inclinat Alexand. de Imo. & ipse etiam de hoc tangit, sed nihil firmat in l. sciendũ. §. fi. ff. qui satisd. cog. ¶ Vlti. adducitur

adducitur hæc.l.secundũ Bal.Sal.& Pau.de Cast.ad aliã
12 quæstionem. Statuto cauetur, ꝙ syndicus teneatur denũciare malefactores sub pœna de decem:contingit,ꝙ plures commiserunt delictum:syndicus denũciauit omnes, vno excepto,an propter illum solum tenebitur ad integram pœnam. determinant ꝙ sic,per istum tex. hoc etiã est de mente Bar.in l.si cum exhibuissent,ĩ finalibus verbis.ff.de pub.Non obst.l.si seruus.in §.plurium.ff.si quis cau.quia ibi est speciale in prætoriis stipulationibus, q̃ interponuntur in præparatoriis iudiciorum,de qua materia tangitur per Bar.in l.3.§.Cato, habetur etiam in l.5.§.fi.ff.de ver.ob.& per Cano.in c.suam,ext.de pe.¶In gl.fi.in fi.Ista gl.facit pro illa q.quam ponunt Inn.& Cano.in c.ex ratione,ext.de app.vbi dicunt,
13 † quòd si quis propter paupertatẽ non potuit prosequi appellationẽ, non currunt sibi tempora fatalia.Ego addo Bal.idem volentẽ in l.2.§.si quis in iudicio,in fin.comm.ff.si qs cau. vbi refert,quòd Gui.de Cu.in l.eos,in prin.ĩ.de app.refert se defensasse quendam pauperem à furca,q. propter paupertatem nõ potuit prosequi appellationem. Addo eundem Bal.idem dicentem in l.fi.in prin. commenti. ĩ. de cond.inser.

ADDITIONES.

a ¶Minor fit excusatus. Quòd minor nõ teneatur vindicare necem infra quinquennium, est text. in l.in cognitione.ff.ad syll.

b ¶Ad qõnem quotidianam. De ista quæstione, uide per eundem Iac.in l.1.§.in qui.cau.in int.rest.non est ne.

In l.Si ideo vltio.

SVMMAE.

1 *Pœna non debet cadere,vbi non est delictum.*

2 *Ignorantur probabiliter ea,quæ fiunt de nocte, uel in multitudine hominum.*

3 *Hæres debet statim denunciare, cum scit maleficium commissum contra defunctum.*

SI ideo vltio. ¶Si occisores nõ reperiuntur,hæres nõ patitur pęnam huius edicti h.d. ¶ No.id, ad qđ solet allegari ista l.
1 † ꝙ vbi non est delictum,ibi non debet cadere pęna,facit l.sancimus.ĩ.de pę.Et hęc l.fin Bar.facit ad excusandum syndicũ,qui sub pęna tenetur denunciare malefactores, seu delinquentes,vt si reperiri non potuerit, qs cõmiserit illud delictum,excusetur ipse syndicus à pœna,optimè facit.l.semper.§.hoc interdictum ff.qđ ui aut clã, & habetis gl.ord.ꝑpetuò menti tenendã in l.si cũ exceptione.§.in hac.ff.qđ me.cau.quæ gl.dicit,
2 † ꝙ ea, q̃ fiunt de nocte,vel in multitudine hominũ,probabiliter ignorantur.Et per illã gl.Old.de Pon. defensauit vnum hominẽ à morte,qđ declarat Ang.in d.§.in hac, & Bal.in l.Arethusa.ff.de sta.ho.dicit tñ Ang.hic not.ꝙ syndicus debet esse cautus,ut congreget suã uniuersitatẽ,& faciat explorationem,quam poterit pro reperiendo, quis commiserit maleficiũ, & illam explorationẽ faciat redigi in chartulam, & illam chartulam præsenter iudici dicendo, ꝙ fecit diligentiam quam potuit,vt sciret, quis fuit ille,q commisit tale maleficium,& tñ non potuit reperire: nã per hoc erit excusatus.Et de ista exploratione,seu inuestigatione habetis pulchrum tex.in l.cum quidam ita.§.fi.cum l.seq.ff.de leg.2.no.per Bar.in l.illa stipulatione si kalendis,iuncta.l.hoc iure.ff.de uer.ob. Aduertite tñ: quia licèt syndicus excusetur propter ignorantiam, ut dixi sup.
3 †tamen si postea perueniat ad sciẽtiam,& sciat, quis commiserit illud maleficium:statim cum sciuit,debet denunciare.l.1.& ibi Bal.ĩ.de falsa moneta.

In l.Alia causa.

SVMMAE.

1 *Accusans testamentum de falso si succumbit in causa, perdit omne emolumentum,quod poterat habere ex illo testamento & nu.10.Non tamen donationem causa mortis,nu.10.*

2 *Accusans testamentum de falso potest pœnitere, & dicere illud esse verum,& petere sibi relictum in illo testamento.*

4 *Renuncians liti non dicitur propriè succumbere, sed magis desistere.*

5 *Causa dicitur consumpta facta conclusione in ipsa causa.*

6 *Conclusum esse in causa,& sententiam esse latam sunt paria.*

7 *Renuncians simpliciter præsumitur diffidere de iure suo.*

8 *Testamentum impugnans per bonorum possessionem cont.tab. an perdat,quod sibi potest obuenire ex testamento.*

9 *Bonorum poss.cont.tab.non intentatur in figura iudicij.*

10 *Instrumentum producens,an uideatur illud approbare,& confiteri contenta in eo esse uera.*

ALia causa ¶Accusans testamentũ de falso, & perseuerans vsq; ad sñam,& succumbẽs perdit id, qđ sibi relictum erat in illo testamento, secus si renunciet ante sententiam.h. d. ¶ Nota
1 primò ex isto tex.†ꝙ ille,qui accusat testamentũ de falso,& succumbit in cã,perdit oẽ emolumentum,qđ pote
2 rat hr̃ ex illo testõ.¶† Aduertite tñ:qa non perderet donationẽ causa mortis sibi factam.Et quæ sit rõ diuersitatis,quare magis perdat legatum, quàm donationem cã mortis, declarat gl.ord.quã notetis in l.post legatũ.§q. mortis.ff.eod.tit.de his quib.vt indig.¶ Nota vlteriùs,
3 †ꝙ ille,qui accusat testamentum de falso, põt pęnitere, & dicere illud esse uerum,& petere sibi relictũ in illo testamento.Quid autem econtra si dicit illud esse uerum, an poterit postea illud dicere esse falsum,uidete ꝑ Bar. in l.post legatum.ff.eod. de his quib.ut indign. ¶Nota,
4 †ꝙ ille,qui renunciat liti^a^,nõ dicitur propriè succum
a bere,sed magis desistere.Sed quæro,†quid si accusans te
5 stamentum de falso renunciet,seu desistat, postquam est facta cõclusio in causa,nondum tñ est lata sñia, an excusabitur, ut non patiatur pęnã huius l.Cy.de Pist.& Ray. de Forl.determinant,quòd non erit excusatus: quia facta conclusione in causa ipsa dicitur consumpta. l. q̃uis indubitati,inf.ad l.Iul.de adul.& l.si rem.§.fi.ff.de euic. Et dicit no.Bar.in l.si mater,in §.eandem,in fi.commẽti.
6 ff.de exce.rei iud.†ꝙ paria sunt esse conclusum in cã, & sententiam esse latam,& ꝙ ille, qui renunciat accusationi post factam conclus.in causa,non excusetur,tenet hic Bal.& idem Bal.in c.1.§.porrò, in tit.quæ sit prima cau. benef.amit.in libel.feu.& placet Raph.Fulg.hic,bene facit,quod uult gl.in l.1.in prin.in gl.2.ff.de act.emp.Pau. de Ca.distinguit hoc modo. Aut ex actis apparet ipsum accusatorem fouere malam causam, & tunc non excusabitur,si renunciet accusationi, facta cõclusione in causa, quia præsumitur, quòd hoc fecerit metu probationũ nõ factarum.c.per tuas,in fi.ext.de simonia. Aut cã est dubia,& probabiliter dubitatur,an accusator foueat bonã, uel malã causam,& tunc erit excusatus,si renunciet.Vos
7 potestis tenere opi.Cy.†quia ille, qui simpliciter renunciat,præsumitur diffidere de iure suo. Ita notat Bald. in l.postquam liti,in 3. quæst. sup. de pact. Si enim putaret se fouere bonam causam,uerisimiliter non renunciaret, cap.super hoc,extra de renunc.& l. cum de indebito. ff. de probat.& de prosequente litem improbam usque ad finem,habetis pulchrum text.in l. Papinianus. §. meminisse.ff.de inoffic.testam.Limitabitis tamen hanc l. ut,ꝑcedat in prima parte,quando sñia fuisset lata contra accusatorem præsentẽ, si uerò fuisset lata contra ipsum accusa-

cuſatorem abſentem per contumaciam, non haberet lo
cũ prima pars huius. l.noſtrę.quia pręſumeretur potius
ſuccubuiſſe propter contumaciam,quàm ex eo quòd fo
ueret malam cauſam.l.qui repudiantis.in §.fi.ff.de inof-
8 fi,teſt.¶Deinde quæro, † dicitur hic, quòd accuſans te-
ſtamentum de falſo,& ſuccũbens perdit omne relictum
ſibi factum in illo teſtamẽto.Quid dicemus de illo, qui
expugnat teſtamentum per bonorum poſſeſsionem con
tra tabulas?Pau.de Caſt.hic determinat idem eſſe,quod
in accuſante teſtamentum de falſo, allegat. l. filium. in
§.omnibus.ff. de leg.præſt. Sed ille tex. loquitur in alio
caſu, ſcilicet quando contratabulanti iuſtè competebat
bonorum poſſeſsio contra tabulas.Nos verò loquimur,
quando iniuſtè cõtratabulat. Sed pro opi.Pau. poteſtis
allegare tex.cum glo.in l.is qui contra. ff.de vulgar. &
pupil.Pro parte contraria. habetis gloſ. ordinariam in
l.ſi ſeruus. ff.de bono. poſſeſ. ſecundùm tab. quæ ponit
differentiam inter accuſare de falſo, & contratabulare:
9 † quia iſta bonorum poſſeſsio contra tabulas non inten
tat in figura iudicij,& pro iſta parte contra Pau. facit. l.
poſt legatum.in verbo,non iure.ff.eod.de his quibus vt
indignis.Et hoc intelligatis,quando cõtratabulans ſuc-
cubuit,cæterùm ſi obtinuiſſet in cauſa, perderet relictũ
ſibi factum in teſtamento, imò etiam perderet donatio-
nem cauſa mortis.l.ſub conditione.in fi.ff.de bono. poſ
ſeſ.contra tab.non tñ perderet commodum ſubſtitutio-
nis vulgaris.l.ſi filiusfamilias inſtituatur. ff. de hære. in-
10 ſtit.Tractat etiam hic Bal.† nunquid producens inſtru-
mentum videatur illud approbare, & confiteri conten-
ta in eo eſſe vera.Vos addite eũd.Bal.in l.1.§.editiones.
in vltima colum.ff.de eden. vbi dicit, quòd producens
inſtrumentum videtur confiteri omnia in illo inſtrumẽ-
to contenta eſſe vera,allegat Inno.in c.cum olim. extra
de priuile.Sed vos limitabitis iſtud dictum procedere,
vt videatur confiteri ea, quæ diſpoſitiuè ſunt ſcripta
in illo inſtrumento,non autem ea, quæ enũciatiuè ſunt
prolata,& ſcripta.Ita dicit ſingulariter Bal.in c. cum ve-
nerabilis.in penul.colum.extra de excep.allegat.l. Au-
relius.§.fi.ff.de lib.lega.& hoc dictum refert,& ſequitur
Alex.de Imo. ſuo conſ.16.in 5.col.in 5.vol. ſuo.cõſ.qđ
cõſilium incip.domini Redemptoris noſtri inuocato ſuf
fragio in cauſa, & lite vertente inter magnificam ciuita-
tem Regij. & hoc dictum teneatis perpetuò menti in
11 practica. ¶ Vltimò quærit hic Paul.de Caſt. † nunquid
illud,quod dicitur hic,quòd ille,qui accuſat teſtamentũ
de falſo,& ſuccumbit,perdat omne relictum ſibi factum
in illo teſtamento, habeat locum in alio quouis inſtru-
mento, vt ſi aliquis impugnet illud, & ſuccumbat,per-
dat illud,quod potuiſſet petere ex illo inſtrumento. Et
determinat,quòd non.allegat.l.qui Romæ.in §. Seia. ff.
de uerb.oblig.Idem uult Bar.in l.poſt legatum.in uerſi.
procedo ulteriùs.ff.eod.de his quib.ut indig.faciunt no
tata per eundem Bar.in l.Papinianus.§. ſed nec impube
ris.ff.de inoffi.teſta.

ADDITIO.

a ¶Renuncians liti. Adde, quòd renuncians liti poſtea re
pellitur.Benedic.de Plumb.in l.non eſſe. §.præſcriptio,
num.2.ff. ne de ſtatu defunct.

In l.Cum fratrem.

SVMMAE.

1 *Hæreditas poteſt adiri impunè,ſi ignorantur occiſores.*
2 *Venenare aliquem eſt crimen occultum.*
3 *Mandans aliquem uenenari,ſi pœnituit,an teneatur.*
4 *Crimen dicitur occultum, quod fit de nocte, uel in multitudi-*
ne hominum.

1 CVm fratrem. ¶† Si ignorãtur oc-
ciſores,poteſt hære
ditas impunè adiri,cum autem poſtea ſci-
rentur, debent hæredes illos accuſare, ſi
2 nolũt hæreditate priuari.h. d.¶Nota, † q
uenenare aliquem eſt crimen occultum. & dicunt Iaco.
But.& Bal.in l.nemo. ſup. de ſum. trini. & fide catho. q
ille, qui dat alteri potionem venenetam, dicitur tradi-
tor.Idem uolunt Andr.de Iſer.& domi.Bal.in c.1. in titu.
quib.mod. feud. amit. in lib. feud. Sed intelligatis hoc
procedere, quando fingit ſe facere unum, & tendit ad
aliud. Sed ſi aliquis cogeret alium ad bibendum potio-
nem venenatam, non tamen diceretur proditor, vt eſt
de mente Bar. in l.ut facta. in §.delinquũt. ff. de pœnis.
3 † Quid autem ſi quis ſuſcipiat mandatum ab aliquo de
venenando Titium, & ipſe mandatarius iam emit ve-
nenum,ſed pœnitentia ductus non fuerit executus man-
datum,imò fuit ad iudicem,& reuelauit ſibi negotium.
Bal.in quodam conſilio,quod attribuitur domino Fran
ciſco de Alber.quod conſilium incipit. Quidam cæcus,
determinat,quòd ille mandatarius nõ debet decapitari,
ſed extra ordinem aliqua pœna arbitraria puniri. alle-
4 gat.l.1.§.fi.ff.de extraord.crim. ¶ † Item dicitur crimen
occultum,quod fit de nocte,vel in multitudine hominũ
in rixa. glo. eſt notabilis in l. ſi cum exceptione, in §.in
hac.ff.quod metus cauſa. Alijs etiam modis aliquid di-
citur occultum,vt per Bar.in l.2.& ibi dixi vobis.inf. de
his,qui ex publi.ration.mut.pecun.acce.lib.10. Tangit
etiam hic Bal.de differentia inter notorium, & manife-
ſtum.De qua materia videte etiam Bal.& omnes in l. ea
quidem.inf.de accuſa.& per eundem Bal.in l.ciues. inf.
de appel.per eundem in Auth.qui ſemel.inf.quomo.&
quan.iud.& ĩ l.Barbarius Philippus. ff.de offi.præt.& in
l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.& p Ca
non.in c.tua.& in c.viam.extra de cohab.cleri. & mul.
¶ In gloſſ. ſuper verbo, non vetantur. ibi prius quàm
adeat.Cyn. de Piſto.& Ray. de Forliu. ſequuntur iſtam
glo.Idem tenet Bart.in l. propter veneni. ff. eodem. ad
Syllani. ſed Barto. de Sal. hic aliter diſtinguit dicens,
quòd aut teſtator fuit occiſus palã à familia:& tũc per-
inde eſt, ac ſi fuiſſet occiſus à perſona extranea. & hoc
caſu hæres,antequam adeat, debet vindicare necẽ. Aut
fuit occiſus à familia clam: & tunc eſt neceſſe ante om-
nia habere quæſtionem, ideſt torturam de familia, &
ſi ex diligenti tortura habeatur aliqua ſufficiens confeſ
ſio,tunc hæres,antequam adeat, debet expectare ſuppli
cium familiæ.Si autem ex tali tortura nihil ſufficiẽs ha-
bitum eſt,tunc poterit hæreditas impunè adiri.l.3.§.nõ
tamen.ff.eodem ad Syllan.& ad hanc doctrinam Bar.de
Saly.videntur accedere verba Bar.hic. & Ioan.de Imol.
in l.ſi ſeruus plurium.in §.ſi ante.ff.de lega.1.concordat
cum diſtinctione Saly.quam approbat hic Alex.de Imo.
quicquid dixerit ipſe Ioannes de Imo.in l. Marcellus.§.
finali.ff.ad Trebel.Non obſtat.l.1.in §.planè.verſi.quid
ergo.ff.eod. ad Syllan. quia reſpondet Raph.Fulg.hic,
quòd ibi vltimum reſponſum non refertur ad proximũ
præcedens. ſed ad aliud reſponſum ſuperiùs.teneatis er
go diſtinctionem Sal.

In l.Sororem fratris.

SVMMAE.

1 *Succedere non debet quis ei,quem necauit.*
2 *Maritus,qui occidit uxorem,ſi eſt inſtitutus in teſtamento an*
ſuccedet,& nu.4.
3 *Compulſus quis dicatur.*
5 *Extenſio in pœnalibus non dicitur fieri,ubi eſt omnino eadem*
ratio.

Mulire

6 Mulier propter adulterium commissum in uita mariti debet perdere dotem.

7 Vidua non debet maculare uitam uidualem.

8 Vidua, quæ luxuriatur, & inhonestè uiuit, an gaudeat priuilegijs mariti.

9 Iniuria potest inferri defuncto.

10 Statuto si caueatur, quòd bannitus possit impunè offendi, an postquam est mortuus, possit spoliari bonis.

11 Filius exhæredatus si intentet querelam inofficiosi testamenti, & rescindat testamentum paternum, an si uelit uenire ad hæreditatem patris, teneatur uindicare necem patris defuncti.

12 Fiscus, quando aufert hæreditatem ab aliquo tanquam ab indigno, an teneatur uindicare necem defuncti.

SOrorem fratris. ¶Non imputatur hęredi, si nō
vindicauit necem defuncti, quando fuit p̄-
uentus ab alio, si ipse hęres non fuit in mo
ra. h.d. ¶Nota ex isto tex. in verbo, neque
1 dolo, † quòd quis nō debet succedere ei, quem necauit,
bene facit. l. si ab hostibus. in §. 1. solu. mat. imò non po-
test succedere hæredi illius, quē ipse necauit. l. Lucius.
ff. de iure fisci. ¶ Circa hoc formo vobis pulchram quæ
2 stionem. † Quidam accepit quandam in vxorem, quæ
adhuc non erat ætatis. 12. annorum, & in processu tēpo-
ris est facta legitimæ ætatis, & quia habebat eam suspe-
ctam, cum esset valde formosa, detinuit eam in priuato
carcere multis diebus: deinde extraxit eam de carceri-
bus, & ipsa condidit testamentum, in quo instituit mari-
tū hæredem suū: deinde maritus reduxit adhuc eam in
carceribus, & postmodum occidit eam, dubitatum fuit,
nunquid illud testamentum esset validum. Et in hoc cō
cluditur ꝙ non, quia testandi debet esse libera facultas.
l. 1. sup. de sacrosan. eccl. Et illa mulier non habebat li-
bertatem personæ suæ. l. solutum. §. fin. cum l. seq. ff. de
3 verbo. sig. † Nam ille dicitur compulsus, qui vehemēter
timet compelli. Ita no. Cy. in l. nouissimè. §. fin. ff. quod
falsò tuto. aucto. & iustus metus impressionis sufficit, li-
cèt impressio non fuerit subsecuta. Ita not. Inno. in c. bo
nę. il 2. extra de elec. & ipsa mulier ex præcedentibus
actibus, & sequentibus, ex quibus declaratur medium,
vt vult pulchra glo. in c. hoc nihilominus. 16. q. 4. præsu
mitur metum passa, ita quòd maritus non debet habere
4 illam hæreditatem. † Fuit etiam dubitatum, nunquid hę
reditas applicaretur fisco, an verò matri superstiti illius
mulieris. Bald. in suo consi. 223. incipien. in Christi no-
mine punctus. inf. scripti consil. in primo volu. suorum
consi. determinat, quòd pertinebit ad matrem, allegat
not. per Bartol. in l. cum ratio. §. fin. ff. de bonis damna.
¶Item ista lex secundùm Bartol. facit ad excusationem
syndicorum, qui ex forma statuti sub pœna tenentur
denunciare malefactores, vt si præueniantur ab aliquo,
non incidant in pœnam, si non possint argui de negli-
gentia. Dicit tamen hic Bald. quòd si ille, qui præuenit
in accusando, plenè non instruxisset curiam, certè syndi
cus non excusaretur. quod notetis. ¶In gl. super verbo,
indignam. in fi. Bar. sequitur istam gl. dicens, quòd iste
hæres reddit se indignū hæreditate, ex quo concubuit
cum vxore testatoris defuncti, ita quòd priuabitur hęre
ditate. optimè facit. l. 1. cum ibi notatis per Barto. ff.
eo. & l. 1. sup. de secun. nup. & quod not. Io. de Imol.
in l. 2. ff. de vulg. & pupil. Paul. de Castr. hic dicit, quòd
ista glo. loquitur de offensa illata post mortem testato-
ris, cæterùm si esset illata viuente testatore, concludit
Pau. quòd si esset legatum, intelligeretur ex tali iniuria
ademptum, & ita loquuntur iura hic in glo. alleg. Si au-
tem esset hæreditas relicta: quia tacitè, imò etiam per
verba expressa sine solemnitate tolli non potest: tunc ip
se hæres priuaretur hæreditate tanquam indignus. Sed
hoc vltimum dictum Pau. videtur contra l. ex parte, hic
in glo. allegatam. Item contra istam glo. faciunt duo. Pri
mò quia ista pœna indignitatis non bene reperitur ex-
pressa in iure, ergo cum simus in pœnali materia, non de
bemus facere extensionem, reg. in pœnis. ext. de reg. iur.
lib. 6. & argum. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. ¶Item
contra hanc glo. facit tex. in c. 2. in verbo, viuente domi
no. arguendo à contrario. in titu. de feud. sine culp. non
amit. Vos tamen sequamini determinationem huius gl.
5 † quia vbi est omnino eadem ratio, nō dicitur fieri extē
a sio [a] etiam in pœnali, vt vult pulchra gl. in c. 1. in verbo,
Italiæ. ext. de tempor. ord. lib. 6. & Bald. in l. 1. inf. de in-
terd. & idem Bal. in l. data opera. circa 9. col. inf. qui ac-
cus. non pos. & in l. de quibus. ff. de leg. & in l. omnes po
puli. ff. de iust. & iur. & in c. 1. §. porrò. in tit. quæ sit pri-
ma caus. benefi. amit. & est bona glo. in l. fi. in verbo, vo-
luerit. inf. de reuocan. dona. Ad motiua supra in contra-
rium alleg. respōdebitis. & primò ad primum, dum dice
bam, in pœnalibus non debere fieri extensionem, nā ex
proximè dictis apparet responsio. Ad dictū c. 2. in ti. de
feudo sine culpa non amit. respondebitis, quòd loqui-
tur in pœna priuationis feudi, quæ applicatur dño feu-
di, ideo requiritur, ꝙ iniuria fuerit sibi illata, dum viuit.
Vel aliter secūdùm Andr. de Isern. ibi debet subaudiri
dictio, maximè: quia idem esset, si mortuo domino vasal
lus concubuisset cum vxore domini. Item Pau. de Castr.
dicit se semel allegasse istam gl. contra quandam viduā,
6 dicendo, † quòd sicut mulier propter adulterium com-
missum in vita mariti debet perdere dotem. l. consensu,
supra de repudijs. ita vidua propter stuprum commissū
post mortem mariti debet perdere dotem, faciunt ea,
quæ habentur in l. fideicommissum. inf. de fideicommis.
Alex. de Imo. hic determinat in fauorem viduarum, vt
ex hoc non perdant dotem: quia in materia pœnali non
debet fieri extensio, vt dictum est supra. & iura loquētia
de pœna priuationis dotis loquuntur de adulterio, pro-
pter quod fit iniuria marito viuenti: Imò non debemus
extendere ad casum stupri commissi per viduam post
mortem mariti. & ita quieuit in isto puncto. Pro opi. do-
mini Alex. facit aliud pulchrum motiuum: quia res non
debet incipere ab eo casu, à quo cepta non haberet effe-
ctum. l. Titio cum morietur. ff. de vsufruc. sed sic est, ꝙ
si mulier cōmittat adulterium in vita viri, quo casu de-
bet perdere dotem, si maritus moriatur dissimulando, &
nihil dicedo, hæredes viri nō poterunt dicere, ꝙ mulier
amisit dotem, l. rei iudicatæ. in §. 1. ff. solu. matri. ergo vi-
detur, quòd vidua propter stuprum non debeat perde-
re dotem. Sed vos determinabitis, quòd imò debet eam
perdere secundùm iuris rigorem, ita expressè determi-
nat Pau. de Cast. suo consilio. 123. aliqui habent in con
silio. 128. incip. In Christi nomine reuocatur in dubium.
in quo consilio facit quatuor argu. in fauorem viduæ,
deinde concludit contrariū respondēdo dictis quatuor
argumentis. Hanc eandem opi. tenet dominius Præposi
tus Mediolanen. in c. plerunque. extra de dona. inter vi-
rum, & vxo. vbi de verbo ad verbum refert consilium
domini Pa. de Cast. Ad motiua domini Alex. respondea
7 tis, † quòd vidua non debet vitam vidualem maculare.
l. penul. ∫. de adult. & fingitur esse in matrimonio, & in fi
gura matrimonij. l. fi. inf. de bon. mater. Item sicut nō de-
bet adulterando violare verum matrimoniū. d. l. cōsen-
su. ita non debet violare matrimonium putatiuum, qđ
non valet, quo casu meretur perdere dotem, vt vult gl.
in d. c. plerunque. facit glo. magna in d. l. consensu ergo
eadem ratione debet priuari propter stuprum commis-
sum post mortem mariti. Ad corroborationem adduco
Bal. in l. his solis. inf. de reuocan. dona. & Ang. in l. cum
quædam puella. in princ. ff. de iurisdi. omn. iudi. vbi di-

cunt, quod licèt vidua debeat gaudere priuilegijs mariti. l.
8 fi. §. vidua. ff. ad municip. †tamen si luxuriat, & inhonestè viuat, non gaudebit priuilegijs mariti. quod notetis. Ad argumentum, quod fiebat supra de l. Titio, cum morietur. respondebitis, quòd non est eadem ratio in vno casu, sicut in alio. quod probo: quia si mulier viuente viro committat adulterium, & maritus in vita nunquam de hoc querelauerit, hoc ideò hæredes viri non poterunt allegare, quòd mulier amisit dotem: quia ex quo maritus in vita nunquam fuit conquestus, intelligitur ex hoc remisisse iniuriam vxori. l. fi. in fi. inf. de reuocan. donat. quæ ratio cessat, quando vidua post mortem mariti commisit stuprum. ¶ Habetis ergo colligere ex præmissis,
9 † quòd etiam defuncto potest inferri iniuria. Ad hoc allegetis l. qui sepulchra. inf. de sepul. viol. Et hoc facit
10 ad quæstionem. † Statuto cautur, quòd bannitus possit impune offendi, an postquam est mortuus, possit spoliari bonis. Bal. hic determinat quòd non. videatis hic per
11 eũ. Sed ponamus, † quod filius exhæredatus intentet querelam inofficiosi testamenti, & rescindat testamentum paternum, an si velit venire ad hæreditatem patris, teneatur vindicare necem patris defuncti. Concludite quòd
12 sic. l. ex inofficioso. ff. ad senatusconsul. Sylla. † Sed an quando fiscus aufert hæreditatem ab aliquo tanquam ab indigno, teneatur vindicare necem defuncti. Cõcludite quòd nõ. Ista est gl. reputata singularis in l. recusare, §. si fisco. in verbo, vindicauit. ff. ad senatusco. Trebel.

ADDITIO.

a ¶ Fieri extensio. Et qualiter in pœnalibus fiat extensio, vide per Docto. in l. senatusconsul. & in l. penul. C. de interdic. matri. & l. iusta. ff. de verb. sig. Alex. in l. 3. §. si procurator. in fi. quod quisque iuris.

In l. Cum Syllanianum.

SVMMAE.

1 *Dilatio legalis nemini debet esse damnosa.*
2 *Libertati est fauendum.*
3 *Imperator dicitur plenus philosophia.*
4 *Actum nihil dicitur esse, cum restat aliquid agendum.*
5 *Missam non dicitur quis audiuisse, nisi audiuerit eam integraliter.*
6 *Dies legati quantùm ad transmissionem quando cedat.*

CVm Syllanianũ. ¶ Dilatio ad vindicandum necem defuncti non præiudicat hæredi interim morienti, neque seruis libertati donatis, neque alijs legatariis. Et pro declaratione debetis præmittere, quòd tempore senatusconti Syllaniani, si hæres moriebatur ante vindicatam necem defuncti, non transmittebat hæreditatem non aditam, circa quod prouidet ista lex. Habetis etiam præmittere, quòd quando testator legat seruis suis aliquid cum libertate, tale legatum non cedit, nisi demum ab adita hæreditate. l. vnica. §. in nouissimo. versi. libertatibus. inf. de caducis tollen. ¶ Nota primò ex isto tex. id
1 ad quod solet allegari. † quod dilatio legalis nemini debet esse damnosa. concordat lex fi. in §. donec. supra de iu-
2 re delibe. ¶ † Nota esse fauendum libertati. concordat. l. generaliter. §. si seruo alieno. ff. de fideicom. liber. ¶ Nota casum, in quo natus ex ancilla nascitur liber. ¶ Nota casum, in quo seruus habet hæreditatem. ¶ Nota ca-
3 sum, in quo seruus acquirit sibiipsi. ¶ Nota, † quòd Imperator dicitur philosophia plenus. Alibi habetis, quòd nihil est magis peculiare in Principe, quàm humanitas, per quã sola Dei sequitur imitatio. Ista sunt verba tex. in l. fi. in fin. supra de dona. inter virum & vxo. ¶ Item Princeps debet habere vnum calamum, & vnam solam linguam, non autem diuersas linguas. iuxta illud, quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Item Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & polus cœli. Ista sunt verba domini Bald. in suo consi. 456. incip. In Christi nomine. Rex Romanorum. in primo volu. suorũ consiliorum. ¶ Nota vltimò id, ad quod frequenter alle-
4 gatur, † quòd nihil dicitur esse actum, cui aliquid restat agendum. Et hoc facit ad quæstionem de illo, qui promisit soluere certam quantitatem sub pœna ad certam diem, & soluit totum, excepto vno denario. quærit, nunquid inciderit in pœnam. De qua quæstione videte per Ang. & alios in l. in executione. §. pro parte. ff. de uerbo. oblig. & per Canonist. in c. suam. ext. de pœn. Facit etiã
5 iste tex. † quòd quis non dicitur audiuisse missam, nisi audiuerit eam integraliter. De quo habetis bonum tex. in c. missas. de consecrat. distinc. 1. ¶ In glo. 1. ibi, in legatis & fideicommissis, subaudi relictis seruo cum liberta-
6 te. † Nam regulariter dies talis legati non cedit quantũ ad transmissionem, nisi demum ab adita hæreditate, ut dixi supra in prin. reliquorum uerò legatorum dies cedit à morte testatoris, quantùm ad effectum transmissionis. l. unica. §. cum igitur. inf. de cad. toll. Potestis tñ dicere, quod ista lex inducit unum nouum. Nam uos debetis scire, quod quñ testator legat alicui rem suam propriam, fructus ipsius rei legatæ non debentur legatario, nisi demũ ab adita hæreditate. l. Herennius. cum sua gl. ff. de vsur. notat. in l. fi. C. de vsur. & fruc. lega. vnde ista lex inducit hoc nouũ, vt in casu isto fructus debeant legatario et añ aditam hæreditatẽ, ne dilatio legalis habeat nocere ipsi legatario. & hoc tenebitis mẽti pro limitatione d. l. Herennius. cum sua gl. ¶ In gl. fi. in fin. quia gl. nihil respõdet. respondete vos, quòd hic loquimur in institutis ciuilis sapientiæ. contrarium verò hic in glo. signatum loquitur in delictis, in quibus aliquando sufficit volũtas, dummodo fuerit deuẽtum ad aliquem actum proximũ, licèt delictum non fuerit consummatum. De quò plenè tangitur in l. si quis non dicam rapere. sup. de epi. & cleri. ¶ Vltimò ista lex facit ad pulchram quæstionem.
7 † Satuto ciuitatis Arelaten. in prouincia cauetur, quod nullus possit in illa ciuitate, vel territorio aliqua bona acquirere, nisi prius se faciat allibrari in ipsa ciuitate. Mõ quidam forẽsis venit ad ciuitatem Arelatẽsem pro faciendo se allibrari, vt posset postea adire hereditatem cuiusdam sui consanguinei, qui decesserat in illa ciuitate, & dum laboraret pro faciendo se allibrari, decessit, antequam allibraretur: vtrùm hæreditatem illius sui cõsanguinei non aditam trãsmiserit ad heredes suos. videtur quòd non, per l. quoniam sororem. sup. de iure delibe. In contrarium determinabitis, quia illa dilatio statutaria de faciendo se allibrari non debet præiudicare hæredi interim morienti, quin transmittat hæreditatem etiam non aditam. Istud est elegans dictum Bar. in l. ventre pleno. vltra medium commenti. in uersi. tertius est casus. ff. de acqui. hære. quod tenebitis bene menti.

In l. Talis de antiquo.

SVMMAE.

1 *Serui qui poterant audire uocem domini clamantis, uel sentire insidias, & non iuuerunt dominum, puniuntur.*
Et quid si dormiunt. nu. 9.
2 *Vicinus quis dicatur.*
3 *Vicinus inuito alio uicino non potest tenere mulierem meretricem in domo propter periculum infectionis.*
4 *Vicinia si habeat aliquem puteum, qui indiget refectione, & vnus ex viciniis nolit contribuere, quid iuris.*

Statutum

5 *Statutum, quo cauetur, quòd in maleficiis, quæ committuntur de nocte pœna duplicetur, quomodo intelligitur.*
6 *Impuberes non sunt idonei testes in criminalibus.*
7 *Filius si scit delictum committendum in personam patris, & illud non reuelat, debet puniri ex illa sola scientia.*
8 *Patres spirituales sunt magis diligendi, quàm carnales.*

1 TAlis de antiquo. ¶† Quemadmodum puniuntur serui, qui erant sub eodem tecto, & non iuuarunt dominum, ita etiã puniuntur illi, qui erant in alio loco, & peterant audire uocem clamantis, uel sentire insidias. h. d. ¶Nota pulchrum tex. ad cognoscendum, qui dicãtur esse sub eodem tecto Addite, quòd si uultis scire, qui di cantur esse sub eadem claui. uidete Ang. in l. quid sit fu gitiuus. §. apud Cecilium. ff. de edil. edic. ubi per illum tex. infert. ad quæstionem quotidianã. Vos scitis quòd si sunt plures fratres simul habitantes, & simul viuentes, & vnus ex eis de fructibus bonorum aduentitiorum, & suorum laborum plus ponat in communi victu, quàm alij, an in diuisione poterit aliquid repetere? habetis tex. dicentẽ, quòd non. in c. si duo fratres in communi casa. in titu. de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis in libel. feud. Ponamus, quòd quis probet, quòd illi habitabant sub eadem claui: sufficiet ne? Angel. respondet quòd non, quia non sequitur: habitabant sub eadẽ claui,
2 ergo erat vna familia, & simul viuebant. ¶† Nota ex isto
a tex. quis dicatur vicinus [a]. Nam dicitur, ille, qui vocem alterius potest exaudire. De quo habetis bonã gl. in c. felicis. §. pręsenti. in verbo vicin. ext. de pęnis. li. 6. De quo habetur plenè per Bar. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcẽ. notatur etiam in l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infec.
3 Addite duo bona verba, † quòd vicinus inuito alio vicino, non potest tenere mulierem meretricem in domo propter periculum infectionis. Ita dicunt Guil. de Cu. & Bal. in l. nullus. supra de sum. trini. & fide catholica.
4 ¶† Item si vicinia habeat aliquem puteum, qui indigeat refectione, & vnus ex vicinis nolit contribuere dicens, quòd vult renunciare vsui, non audietur: imò tenebitur contribuere. Ita dicit Spe. in tit. de censibus. in §. j. in versi. Item pone quòd vicinia. & hoc sequitur dominus Floria, de sancto Petro in l. cum fructuarius. ff. de vsufru-
5 ctu. inducitur etiam iste tex. ad aliam quæstionẽ. † Statuto cauetur, quòd in maleficijs, quæ committuntur de nocte, pœnæ duplicentur, & quòd nox intelligatur post primum sonum campanæ vsque ad alium sonum campanæ de mane. Quidã cõmisit maleficium in loco, vbi non poterat exaudire sonum campanæ, an duplicabitur pœna contra cum. Bar. in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Syll. determinat quòd sic. sed Bal. hic determinat contrarium. quia iste casus est omissus à statuto. argu. c. suspectum. extra de rescrip. lib. 6. & cassus omissus à statuto relinquitur dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & opi. Bal. secutus est Bar. de Sali. in l. non minorem. supra de transac. licèt ipse Sali. sequatur hic opi. Bar. satis. debili fundamento, quia dicit, quòd prima pars statuti loquitur generaliter: sed non aduertit, quòd secũda pars venit ad declarationẽ primæ partis. faciunt notata per Bal. in l. liberorũ in prin. ff. de his qui not. infa. ¶ Habetis
6 notare ex gl. prima huius. l. † quòd licet in criminalibus impuberes nõ sint idonei testes ad faciendũ plenã ꝓbationã: tñ bene sufficiunt ad faciendũ indiciũ. De qua materia hr̃ per Bar. in l. maritus. ff. de q̃stio. Addite hic Guil. de Cu. dicentẽ, ꝙ quia est hic spãle in seruis ut teneãtur adiuuare dominum, sequitur quòd secus est in alijs, vt habetur per glo. in l. culpa caret. ff. de regu. iu. habetur in l. metum. §. sed & licèt. ff. quod metus causa. Notatur et in l. vt. vim. ff. de iusti. & iu. Addite vos, quòd illud, quod hic dicĩ de seruis, habet locũ in quolibet subdito
7 eius, quẽ ipse subditus scit debere offẽdi. † vnde si filius sciat delictum committendum in personam patris sui, & illud non reuelet, debebit puniri ex illa sola scientia. l. vtrùm. & l. secundũ. ff. ad leg. Pompeiã. de parricidiis. Idem in vasallo, qui sciebat delictum committendum in personam domini sui. Idem in clerico, qui sciebat delictum committẽdum in personam sui Episcopi, vel sui
8 presbyteri parochialis: † tales enim patres spirituales magis sunt diligendi, quàm carnales. c. ita diligite. & c. pyctacium. 30. q. 3. Ista omnia sũt verba domini Pano. in c. 1. in penul. colum. extra de resti. spo. ¶ Vltimò quæro.
9 † nunquid seruus dormiens punietur pœna vltimi supplicii. Cy. hic distinguit dicens, quòd aut potest sibi culpa imputari, puta, quia sciebat, quòd continuò parabantur insidiæ contra dominum suum, qui habebat multos inimicos, & tunc seruus punietur pœna vltimi supplicij. l. si seruus seruũ. §. si fornicarius. ff. ad l. aquil. secus si nulla culpa possit sibi imputari. Et ex prima decisionẽ primi mẽbri uos habetis notare casum, in quo quis pro culpa remota à dolo punitur pœna vltimi supplicij. bene facit text. in l. si aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.

ADDITIO.

a ¶Quis dicatur vicinus. Adde Bar. in l. si tertius. uersicu. item quæro an habitantes. ff. de aqua pluui. arcen. & in l. si quis in graui. §. surdus. ad Syllan.

Rub. De codicillis.

In l. Rupto quidem.

SVMMAE.

1 *Accessorium tollitur sublato principali. limita ut ibi.*
2 *Testamentum ruptum agnatione posthumi præteriti potest assumere uires per codicillos postea factos, & qualiter tunc ualebit.*
3 *Codicilli intelliguntur confirmati, confirmato testamento rupto.*
4 *Principale bene potest stare sine accessorio.*
5 *Verba, ex nunc, prout ex tunc quid operentur.*

RVpto quidem. ¶Rupto testamẽto agnatione posthumi præteriti, rumpuntur etiam codicilli. Sed si testator coram quinque testibus confirmet testamentum, intelligentur etiam confirmati codicilli. h. d. ¶ Nota ex isto
1 tex. † quòd sublato principali tollitur accessoriũ. Quod uerum intelligatis, quando est eadem ratio uitiandi utrũque, sicut hic. secus si non esset eadem ratio: quia tunc uitiato principali, bene staret accessorium. c. debitores. & ibi notatur extra de iureiur. De hac materia tangitur in l. fideiussor. in §. fi. ff. de lega. 1. Limitabitis hanc. l. in prima parte, vt non procedat, quando uenientes ab intestato fuissent expressè grauati adimplere omnia contenta in testamento. l. in testamento. & l. eam quam. inf. de fideicom. Secundò limitabitis, quando venientes ab intestato fuissent tacitè grauati adimplere voluntatem defuncti: nam tunc non procederet regula huius. l. in prin. tex. habetis cum sua glo. in l. qui filio. in §. 1. ff. de hære. insti. Tertiò limitabitis, quando testamentum ab initio est nullum propter præteritionem filij in potestate, Nã tunc clausula codicillaris in eo apposita bene operabitur effectũ suum, secundũ Cy. hic. & Dy. & Bar. in l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. vidistis in Auth. ex causa. sup de.

2 de libe.præte.¶Nota subsequenter,† q̃ testm̃ ruptũ agnatione posthumi præteriti potest reassumere vires per codicillos postea factos. non tamen habebit vires testamenti, sed valebit iure codicillorum. Et ideo est magna vis in practica, quia si reconualesceret iure testamenti, ageret iure directo. sed quia non reconualescit iure testamenti, sed iure codicillorum, non agetur iure directo, sed ex fideicommisso.l.fin.inf.eod. Et ex prædictis habetis notare, q̃ agitur ex confirmante, non autem ex cõfirmato.ut habetur in l.posthumus.§.fi.ff.de in iniust. rupto &c.per glo.& Doc.in l.si quis prior ff. ad Trebel. & per Bal.eleganter in l.ex placito.supra de rer.permu. ¶In glo. super ver. literas. ibi, quinque testes. Idẽ tenuit glo.in l.qui liberis.§.testamento.ff.de bon.pos.secũdùm Tab. & Doctores communiter sequuntur.Non ob. l.hæredes palam.§.si quid post. ff. de testam. vbi notatur quòd sufficiunt duo testes: quia ibi agitur de declaranda vltima volũtate defuncti valida. sed hic agebatur de confirmando voluntatẽ defuncti inualidam. ¶ In fine eiusdem glo.notetis glo.volentem,quòd Auth. ex causa.sup.de libe.præte.hẽt locũ ẽt in p̃teritione posthumi, per cuius natiuitatem rumpitur testamẽtum. Itẽ Ang. in quibusdam lecturis colligit,quòd si in testamento sit apposita clausula codicillaris hoc modo. Et si non valet, vel valebit iure testamenti,valeat saltem iure codicillorum.& illud testamentum rumpatur natiuitate posthumi præteriti ignoranter, licèt postea testator habuerit scientiam de natiuitate illius posthumi, quem præterierat ignoranter, vel habuerit scientiam de uita filij,quem tempore testamenti ignorabat se habere:tamẽ illa clausula codicillaris non reassumet vires,quãtumcunq; ipse testator postea superuiuat tanto tempore,quòd habuerit plenissimam potestatem conficiendi nouum iudicium, imò est opus noua confirmatione. Et ad hoc ponderat istam glo. dum dicit, non restitueretur testamentum, & codicilli.Subijcit secundò esse tenẽdum fixum cordi.& quòd ita fuit determinatum per collegium Perusinum. Alex.de Imo.hic dicit,quòd dictum Ang.nõ bene probatur per istam glo. quia non loquitur de clausula codicillari apposita in defectum testamenti, sicut exemplificat Ange. sed loquitur de codicillis pertinentibus ad testamentum,& se compatientibus cum testamẽto. Ideo an dictum Ange.procedat, remittit se ad notata in dicta Auth.ex causa.Vos addite,quòd idem Ang.in l.qui iure militari.ff.de testam. milit. dicit illud idem,quod hic. Et refert memoratum collegium Perusinum ita determinasse.¶Addite quòd opi.Ange.refert,& sequitur dominus Andr.Sicu.suo consil. 60. incip.illud in medium afferam,quòd sapientissimus Salomon. in secundo vol. suorum consi.¶In glo.super verbo iudicium.in princip. Raph.Fulg.& Pau. de Cast. colligunt notabiliter ex ista glo.quòd sicut per ruptelam testamenti rumpuntur etiã
3 codicilli pertinẽtes ad testamentũ, vt hic:† ita confirmato testamento rupto,intelliguntur ẽt confirmati codicilli,quod uidetur mirabile.cũ non sit eadẽ rõ in vtroq; casu.Nã in primo casu rõ est, q̃a rupto p̃cipali destruitur accessorium.l.cũ principalis.ff.de reg.iu. sed in secundo casu non militat hæc ratio:quia nõ sequitur:confirmatũ
4 est principale,ergo confirmatum est accessorium. † quia principale bene potest stare sine accessorio. l. generaliter.ff.de fideiuss.nihilominus ipse Pau.dicit glo.procedere per rationem: quia cum ex vna & eadem radice rumpantur, ita ex vna,& eadem causa confirmationis debet vtrunque confirmari l. fina. in fi. supra de nupt. sed melior est ratio, quæ sumitur ex.l.ab intestato. in
5 fi.ff.de iure codicil. ¶In eadem glo.in fi.† Notetis perpetuò hanc glo.ad interpretationem illorum uerborum, ex nunc,prout ex tunc,& ecõtra.Et in effectu cõcludite, quòd istæ dictiones operantes, vt vnum tempus videatur alteri in esse. Nã si dicam,ex nunc,prout ex tunc,illa dictio,ex nunc, denotat actum verbi prolati. dictio verò,ex tunc, importat,vt actus,& effectus ipsius actus intelligatur collatus in futurum. Si verò dicam, ex tunc, prout ex nunc,importat,quòd effectus actus intelligitur collatus ad tempus præsens, ut vult notabiliter Bald. in Auth.contra rogatus.in prin.commenti. inf. ad Trebel. De qua materia habetur per glo. in Clemen.1. extra de concess.præb. & per Cano.in c.p̃terea. ext.de app.& per Bal.in l.ex illo.inf.de appell.& per eundem in c. vnico. in titu.de milit. vasallo,qui contu. est.& per Ange. in l. huiusmodi.ff. de verbo.obli.& per eundem in l.Gallus. in princi.& in §.nunc de lege.ff.de libe.& posthu.Addite vos, quòd domini de Rota aliquid de hoc dicunt sua conclusione.127.incipi.item si iudex.Et hanc materiam induco uobis ad qęstionẽ quotidianã.Vos scitis,quòd constitutum appositum in instrumento, & collatum in tempus inhabile,puta in tempus post mortem constituẽtis non operatur translationẽ possessionis in alium:quia est collatum in tempus, in quo constituens desinit possidere. Ita determinat notabiliter Ang.in l.quamuis.§.si conductor.ff.de acqui. pos. Hinc uidemus,quòd in practica debet articulari,quòd constituens tempore cõstituti possidebat.Ita dicit Ang.in l.quędam mulier.ff.de rei uendi.Certè si in instrumẽto sint apposita ista uerba,constituit ex nunc,p̃ut ex tunc,& contra, se tenere & possidere nomine talis.non habebit locum dictum Ang.in dicto. §. si conductor. & ita sepe consului.

ADDITIO.

a ¶Clausula codicillaris. Adde Bal. in Auth. ingressi.s. de sacrosan.eccl.nu.17.ver.iuxta hoc quæro. vbi dicit, quòd effectus est, vt conuertatur institutio in fideicommissum vniuersale, cum quo habet symbolum. idest simile iudicium,sed non in particulare.Bart. in l.si iure.in fi.ver.& idem si in secundo. nu.6.de lega.3.

In l. Hæreditatem.

SVMMAE.

1 *Hæreditas non potest directò dari, neque adimi in codicillis, sed bene per fideicommissum.*

2 *Institutio facta in præsentia quinque testium hoc modo. Ego instituo talem hæredem meum, an valeat iure directo, an iure fideicommissi.*

3 *Dispositio directò facta in codicillis, an trahatur ad fideicommissum, quando constat, q̃ testator volebat codicillari.*

4 *Institui potest quis directò in codicillis in certa re.*
Conditio an possit addi in codicillis institutioni purè factæ in testamento.

5 *Clausula derogatoria apposita in testamento, an possit adimi in codicillis.*

6 *Institutio conditionalis facta in testamento, an poterit adimi in codicillis.*

1 HAereditatem. † In codicillis hæreditas directò non potest dari, neque adimi, sed per fideicommissum sic.h.d. ¶Nota summarium.Et hanc legem limitetis, vt non p̃cedat in testamento facto inter liberos: quia tunc bene valeret etiam iure directo,quantumcunque non fuissẽt, nisi quinque testes.De quo per Bar. in l. codicillis.ff.de iure cod.& l.hac consultissima.§. ex imperfecto.sup.de
2 testamen. ¶Sed quæro. † Ponamus, quòd in præsentia quinque testium dicat. ego instituo talem hæredẽ meũ, nam talis institutio non valet iure directo, vt hic. sed an saltem ualebit iure fideicommissi, vt sic uenientes ab intesta-

intestato ad successionem defuncti, teneantur illam hæreditatem restituere illi hæredi instituto. Bart. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. & in l. Scæuola. ff. ad
3 Treb. tenet indistinctè, † quòd dispositio directò facta in codicillis trahatur ad fideicommissum, quando constat, quòd uolebat codicillari. Hanc eandem sententiam tenuit Bar. de Salice. in l. si idem. ℥. cod. allegant l. codicillis. in §. Seia. ff. de lega. 3. Pau. de Cast. hic ita distinguit, quòd aut testator in solemni testamento instituit Titiũ hæredem, & deinde in codicillis in præsentia quinque testium dicit, quòd post mortem Titij volebat, ꝙ Sempronius esset hæres, & tunc illa institutio facta in codicillis bene trahetur ad fideicommissum. Aut non præcessit aliquod testamentum solemne, sed in præsentia quinque testium aliquis dicit: Ego instituo talem hæredem, & hoc casu, quia in dubio voluit testari, talis dispositio nihil valebit. Aut constat nobis, quòd omnino uolebat codicillari, & tunc illa institutio trahetur ad fideicommissum. allegat Dyn. in quadam sua disputatione, incip. paterfamilias. De qua materia etiam tangit Ioã. And. in addi. ad Spec. in tit. de instru. edi. §. compendiosè, ver. ad intellectum. Vos non recedatis ab opin. Bar. superiùs relata, attento præsertim, quòd Salice. sequitur eã. Sed ponamus, ꝙ in testamento aliquis sit institutus in re certa, dato sibi cohærede vniuersali, an illa institutio in re certa poterit adimi in codicillis? Bal. notabiliter. in l. omnimodo. in 3. q. ℥. de inoff. testa. determinat, quòd sic. Idem voluit in Auth. ex causa. in 6. q. ℥. de libe. præte. dicit tamen in locis prædictis hoc procedere, quando ille institutus in re certa esset extraneus; secus si esset filius. & per istam doctrinam limitabitis id, quod vult notanter ipse Bald. in l. non codicillum. ℥. de
4 testam. vbi dicit, † quòd in codicillis quis potest institui directò in re certa; quia habetur loco legatarij, vt vidistis in l. quoties. ℥. de hæred. insti. ¶ Dubitatur etiam vtrùm institutioni purè factæ in testamento posit in codicillis addi conditio. In quo concludite ꝙ non. tex. est
5 notab. in l. penul. in §. fi. ff. de condi. instit. ¶ † An autem clausula derogatoria apposita in testamento ad derogandum, ne in futurum posit fieri testamentum in contrarium, posit adimi in codicillis. Barto. de Salice. hic determinat ꝙ sic, quia per hoc non datur, nec adimitur hæreditas. Item quia non reperitur prohibitum: ergo intelligitur permissum. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib.
6 cau. maio. ¶ Dubitatur etiam, † nunquid si in testamento sit facta institutio conditionalis, an illa conditio poterit adimi in codicillis? Bar. de Sal. hic dicit quòd non, quia esset dare hæreditatem purè in codicillis, quod est prohibitum, vt in ista. l. Non omitto etiam, quòd Ang. in l. hereditas. sup. de his quibus vt indig. dicebat, quòd licèt soleamus dicere, quòd substitutio pupillaris directò facta in codicillis trahatur ad fideicommissum, per l. Scæuola. ff. ad Trebel. tamen hoc debet limitari (secundùm eum) nisi præcessisset alia directa pupillaris substitutio facta in testamento. nam tunc directa pupillaris facta in codicillis non valeret etiam iure fideicommissi (secundùm eum.) Sed ego dixi uobis in d. l. hæreditas. quòd istud dictum Ange. erat falsum. & ipsemet Angel. in l. nostram. sup. de testa. & in l. precibus. sup. de impu. & alijs substi. determinat contrarium, & bene. & Alex. de Imo. hic refert Doct. communiter tenere cõtra opin. Ange. in d. l. hæreditas. & communiter Doct. sequuntur id, quod dixit Ang. in d. l. nostram. & in d. l. precibus. Et ita consului in quæstione facti.

In l. Cum proponatis.

SVMMAE.

1 *Codicillis prioribus non derogatur per sequentes, nisi quatenus sunt contrarij.*
2 *Testamentum primum tollitur per secundum.*
3 *Testatus quis non dicitur per solos codicillos.*
4 *Instrumenta duo si reperiantur in protocollo notarij, vnum promissionis: aliud quietationis, & non appareat, quod sit prius, nec quod posterius, pro quo erit præsumendum?*
5 *Codicilli, in quibus reperitur facta ademptio, præsumuntur posteriores.*
Et quid si apparet de prioritate, & de posterioritate. nu. 6.

1 CVm proponatis. ¶ † Per sequentes codicillos nõ derogatur prioribus, nisi quatenus sint contrarij. h. d. Nota summariũ. ¶ In glo. 1. ibi, secus in testamentis. Et est ratio differentiæ (secundùm Doctores) quia in testamento fit hæredis institutio directa, & sic in testamento fit vniuersalis dispositio, & ideo plura testamenta se adinuicem non compatiuntur: quia plenitudo non compatitur secum aliam plenitudinem. Hinc videmus, quòd si illemet, qui fuit institutus in secũdo testamento, fit insti
2 tutus in primo; † tamen per secundnm testamentum tollitur primum. l. si iure. ff. de lega. 3. & l. 3. §. item si ipse. ff. si cui plusquam per leg. Falci. quæ ratio cessat in codicil
3 lis, quia in eis non fit hæredis institutio directa, † nec per solos codicillos quis dicitur fuisse testatus, imò intestatus. l. ab intestato. ff. de iure codicil. & cum in eis nõ fiat vniuersalis dispositio, ideo, si sint facti plures codicilli diuersis temporibus, omnes remanent validi, nec per posteriores derogatur prioribus, nisi reperiãtur cõtrarij. ¶ In eadem glo. ibi. de testamentaria tutela. l. duo. Bar. & Ange. transeunt cum ista glo. sed Pe. de Bellaper. Cy. Bal. Saly. & Moderni tenent contra glo. istam dicentes, quòd codicilli, in quibus reperitur facta ademptio, præsumuntur vltimi, & posteriores: quia priuatio regulariter præsupponit habitum. l. decẽ. ff. de verbo. oblig. & l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. ¶ Hinc dicit nota-
4 biliter in §. quibus. in prima constitutione Codicis, † ꝙ si in protocollis notarij reperiantur duo instrumenta, vnum promissionis & obligationis, & aliud refutationis, & quietationis, & non appareat, quòd sit prius, vel posterius: præsumetur præcessisse promissio, seu obligatio, per rationem. d. l. decem. Dicũt etiam eleganter Cy. & Bal. in l. cum testamento. §. verba. ff. de hæredi. institu. quòd quando non apparet quid præcesserit, vel secutũ fuerit, in dubio debemus præsumere, quòd illud præcesserit, vel fuerit secutũ, quod facit actum valere. Ideo si reperiantur duo instrumenta, vnum donationis factæ à patre in filium, & aliud emancipationis filii, & non appareat de prioritate, vel posterioritate ipsorum instrumentorum: in dubio præsumeremus emancipationem præcessisse: quia per eam validatur donatio, quæ est facta inter patrem, & filium. l. 1. sup. de inoffi. don. Et sic in
5 effectu concluditur contra istam glo. † quòd codicilli, in quibus reperitur facta ademptio, præsumentur posterio
a res, & sic in effectu legatum factum in alijs codicillis nihil valebit: si tamen in codicillis, in quibus continetur ademptio, legatum repereiretur translatum in alium, debetur ipsi legatario. Item si in aliquibus codicillis reperiatur legatum factum Titio de fundo Corneliano, in alijs verò codicillis nihil reperiatur legatum, vel ademptum, nec appareat de prioritate, vel posterioritate ipsorum codicillorum: tunc legatum bene debebitur: quia codicilli, in quibus nihil datum, nihilque ademptũ reperitur, non contrariantur primis. ¶ In eadem gloss. in
6 fi. Doct. sequuntur glo. Sed restat vna dubitatio. † Ponamus, ꝙ appareat de prioritate, vel posterioritate, puta quia in primis codicillis fundus Cornelianus fuit legatus Titio, in alijs verò sequẽtibus codicillis ille fundus

Cor-

Cornelianus fuit legatus Sempronio.Iſta q̃ſtio differt à
quæſtione huius glo. quia gl. noſtra. loquit̃, qñ non ap
paret de prioritate,vel poſterioritate.Sed q̃ſtio,quã nũc
formaui, loquitur quando apparet de prioritate, & po-
ſterioritate: in qua quæſtione Pau. de Caſt. dicit, quòd
Dy.de Mugello tenet, ĩ l.quod traditũ.ff. de cõdit.& de
mon.quòd ſi legatum factum in ſecundis codicillis, ſit
factum ſub commemoratione primi legati: tunc primũ
legatum intelligetur reuocatum. Sed Bar.in d. l. quod
traditum.& in l.re coniuncti.circa ſecundam colum. ff.
de leg.3.tenet totum contrarium. & reſpondet ad l. nõ
ad ea.ff.de condi.& demõ.vt ibi per eum.Hanc queſtio
nem ego tractabo vobis in l. ſi fortidianum. inf. de leg.
Quid autem ſi appareant plura teſtamenta,& non appa
reat de prioritate,vel poſterioritate. Dicite, vt vidiſtis
in l.fi.ſup.de edicto diui Adr.tol.

ADDITIO.

a ¶In aliis codicillis. Adde,quòd codicilli contrarii eo-
dem die facti non valent,ſi de prioritate non conſtet,vt
hic per Bart.& Bal.

In l.Non idcirco.

SVMMAE.

1 *Grauari poteſt etiam abſens, & ignorans per vltimam vo-
luntatem.*
2 *In vltimis voluntatibus non refert,cum quo loquamur.*

1 NOn idcirco. ¶† Per vnam volũ
tatem poteſt graua
ri etiam abſens,& ignorans. h. d. ¶No-
2 ta ſummarium.Glo. veſtra dicit, † quòd
in vltimis voluntatibus non refert cum
quo quis loquatur.Quod verum intelli
gatis in verbis diſpoſitiuis, in adultatiuis autẽ multùm
refert,an referantur ad grauatum, & tunc valet diſpoſi-
tio,ſaltem in vim fideicommiſsi.l.vnum ex familia.§. fi.
ff.de leg.2.an verò referantur ad honoratũ,& tunc non
operantur effectum.tex.eſt notab.in l. generali. in prin.
ff.de vſufru. lega. De hac materia habetur in l. peto. in
prin.ff.de lega.2.

In l. Nec codicillos.

SVMMAE.

1 *Probatio incumbit ei,qui dicit aliquem non ſanæ mentis.*
2 *Præſumitur quilibet ſanæ mentis, & dicenti contrarium in-
cumbit probatio.*
3 *Furioſus ſemel ſemper præſumitur furioſus, niſi probetur de
contrario.*
4 *Dicens ſe occidiſſe hominem ad ſui defenſionem, an videatur
confiteri,an negare.*

1 NEc codicillos. ¶†Ei q̃ dicit ali-
quẽ non eſſe ſa-
næ mentis,incumbit onus probandi.h. d.
Nota ſummarium.¶In glo.fi.ibi,pro affir
matione.Iſta non eſt uera, quia licèt(quò
ad uerba) uideatur affirmatiua, cũ dico aliquem eſſe fu
rioſum:tamen quantùm ad effectum eſt negatiua, quia
ego uideor allegare priuationem, & alienationem men
tis.Bene facit glo.in l.fi.§.fin.ff.de excep. doli.& glo. in
clemen.ſi. extra de reſcrip.teneatis ergo ſequentem ſo-
2 lu.ex qua habetis notabiliter colligere, † quòd quilibet
præſumitur ſanæ mentis,& allegãti contrarium incum
bit onus probandi. Et de modis probandi furorem
habetur in l.furioſum.ſupra qui teſta.face.poſſ. Addite
3 vos,† quòd ille,qui ſemel fuit furioſus,ſemper præſumi
tur furioſus,niſi probetur de contrario.Iſta eſt glo. notã
da in c.ſi.in verbo,compotem.ext. de ſucceſsio. ab inte-
ſta.& licèt aliqui dicant illam gl.eſſe ſingularem, tamen
ego do vobis ſociam in c.indicas.3.q. 9. bene facit glo.
in c.cum inter canonicos,extra de electio.& ideo ſolem
nis doctor dominus Pe. de Ancha. in Clemen. ſi furio-
ſus.extra de homici.dixit, quòd cum quidam eſſet furio
ſus,& poſtea incontinenti appareret factus ſanæ mentis,
& ſe obligaſſet in mille, & eo defuncto,eius hr̃s allega-
ret,quòd illa obligatio erat nulla,quia eo tempore erat
furioſus:quia teſtes deponebant, quòd ante illam obli-
gationem erat furioſus.refert dominus Pet. ſe conſuluiſ
ſe, quòd illa obligatio erat nulla;quia ex præcedenti fu
rore præſumebat̃,quòd tempore obligationis erat furio
ſus.Et dominus Cardin.Floren.in eadem clemen,refert
ſe ita conſuluiſſe in contingentia facti, licèt de domino
Pe.nullam faciat mentionem. ¶Quærit hic Bal. de pul-
4 chra quæſtione. † Quidam dicit ſe occidiſſe hominem
ad ſui defenſionem, an iſte videatur confiteri, an verò
negare. dicit ſe pro nunc nolle determinare iſtam quæ-
ſtionem. Dominus Alex. hic nihil determinat, ſed alle-
gat nota,per Bar.in l. Aurelius.§.idem quæſijt.ff. de libe
rat.leg.& Bal.& Cy.in l.vnica.inf.de confeſsis. & eundẽ
Bal.in l.3.ſupra de dona.ante.nup.& eundem in l. ſi qui
dem.inf.de excep.& Canon. in c. auditis. extra de præ-
ſcrip. ¶Vos dicite,quòd iſte ex iſta confeſsione ſola nõ
debet damnari ad mortem,& ita expreſsè decidit Alex.
de Imo.ſuo conſilio primo. in quinta colum.in 3. volu.
ſuorũ conſi.allegat inter cætera Cy.& Sali.in d.l. vnica.
j̃. de confeſsis. Addite dñm Panor. ita etiam dicentem
in p̃alleg.c.auditis,qđ tenete bene menti. Et ſi vultis ſci
re modum,& practicã formandi articulos pro eo,qui di
cit ſe feciſſe gratia defenſionis ſuæ, videte notabiliter
per Bar.in l.ſcientiam.§.qui cũ aliter. ff. ad leg. aquil.&
Bal.in l.vnica.inf.de confeſsis. dum loquitur de defen-
ſione neceſſaria.

In l.Siue in initio.

SIue in initio. ¶ Confirmari poſſunt codicilli tam antea facti,quàm fiendi.Hoc dicit. Et eſt argumentum hęc lex.ſecũdùm Bal.quòd Epiſcopus poſsit cõfirmare electiones, ſeu præſentationes fiendas per patronos.

In l.Si idem codicilli.

SVMMAE.

1 *Effectus diuerſos dicuntur habere ea,quæ habent diuerſa no-
mina,& diuerſos tractatus.*
2 *Inſtitutio,ſeu ſubſtitutio directa non poteſt fieri in codicillis.*

1 SI idem codicilli. †Ea quæ ha
bent diuer-
ſa nomina,& diuerſos tractatus, dicuntur
habere diuerſos effectus. ad hoc frequen-
ter allegatur. Addo vobis, quòd ea,quæ
habent diuerſam naturam, non dicuntur idem, Ita
dicit Bal.in l.cum antiquitas. ſupra de vſufruct. ¶No-
2 ta, † quòd in codicillis non poteſt fieri inſtitutio, ſeu
ſubſtitutio directa. Et hanc materiam tractaui vobis
in l.2.ſupra eod.

In

In l. Si quis agere.

SVMMAE.

1 *Agere non potest quis ex eadem scriptura, tãquam hæres directò, & tanquam fideicommissarius ex codicillis.*
2 *Agere quis non dicitur, neque petere ante litem contestatam.*
3 *Exordium litis aliquando capitur pro citatione, aliquando pro libello, aliquando pro litis contestatione.*
4 *Libellus quando est semel declaratus, nõ est licitum amplius variare.*
5 *Exceptiones, quæ habeant impedire litis contestationem, & litis ingressum.*
6 *Actor si est sibi contrarius, & ego à principio non opposui de illa contrarietate, imò passus fui fieri probationes per ipsum actorem, an postea potero opponere aduersus eum de contrarietate.*
7 *Clausula codicillaris apposita copulatiuè in testamento quid operetur.*
8 *Hæreditas ascendentium est debita descendentibus, & econtra.*
9 *Debita amittere, & lucra non facere non sunt paria.*
10 *Lucrum postquàm est acquisitum, illud perdere est verè damnum, & diminutio patrimonij.*
11 *Hæreditas an dicatur lucrum, quo ad extraneum.*
12 *Testes non oportet esse rogatos in codicillis, & quid si fiant in scriptis.*
13 *Eligens viam incompetentem, an possit postea redire ad uiam competentem.*
15 *Errans in facto non videtur renunciare remedio sibi competenti.*
15 *Errans in iure non potest adire hæreditatem.*
16 *Incertitudo quando prouenit ex facto aduersarii, quæ remedia liceat intentare.*
17 *Positiones incertæ, & alternatiuæ quando admittantur.*
18 *Dispositio iuris non variatur ex diuersitate scripturarum.*
19 *Eligens iudicium præparatorium quid dicatur eligere.*
20 *Hæreditas dicitur debita ascendentibus, & descendentibus institutis, quamuis in gradu præcedantur.*
21 *Clausula, quòd valeat meliori modo, quo valere potest, subintelligitur semper in testamento inter liberos.*
22 *Fœmina potest esse testis in codicillis.*
Et quid in relictis ad pias causas.
Et quid in inuestitura.
23 *Ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicillaris.*
24 *Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris.*

a SI quis agere. ¶a Doctores dicũt hanc. l. esse singularem. Diuiditur hæc lex in partes quinque. In prima ponit, quando non fuit dictum quòd valeret iure testamenti, vel iure codicillorum. In secunda ponit alium casum, quando dictũ fuit copulatiuè, ꝙ valeat iure testamenti, & iure codicillorum. In quarta ponit vnam exceptionem à prędictis. In quinta ponit vnam regulã generalẽ in vltimis voluntatibus. Secunda pars est ibi, ut etiam. Tertia pars est in uersicul. illud. Quarta est in uersicu. si quis uerò. Quinta & ultima est in uersicu. in omni. Hoc intendit in
1 summa. † Ex eadem scriptura non potest quis agere tanquam hæres directò, & tanquam fideicommissarius ex codicillis, sed debet alteram eligere, per cuius electionẽ altera consumitur, etiam si in electa succubuerit, uel spontè renunciauerit. Fallit in ascẽdentibus, & descendentibus, de quibus hic. Et si uiam incompeterentẽ elegit, non poterit postea redire ad competentem, & in omni ultima uoluntate (excepto testamento) sufficiunt quinq; testes etiam nõ rogati. h. d. ista. l. singularis. ¶No
ta primò ex isto tex. ibi, agere uoluerit. hic uideri pro-
2 bari, † quòd ista electio non inducitur ante litem conte
statã, & ꝙ ante litẽ cõtest. licita est pęnitentia, quia ante
litẽ contest. quis non dicĩ agere, neq; petere. l. amplius
non peti. ff. rem ratam habe. bene facit. l. si postea. ff. de
pecu. notatur per Bald. & Saly. in l. si quis maior. sup.
de transact. Et dicit hic Pau. de Cast. quòd hoc est satis
sustentabile. subijcit, quòd iste tex. potest exponi, agere
voluerit, id est uoluntariè egerit. Similẽ expositionem
facit glo. in l. fi. ff. de rerum diuisione. Sed si bene consi-
deretur ista litera, & accipiamus uerba propriè, dum di-
cunt, ab ipsis litis intentionis exordijs, uidetur iste text.
3 probare contrarium. Nam† litis exordium aliquando
capitur pro citatione, aliquando pro libello, aliquan-
do pro litis contestatione, ut vult pulchra glo. in c. su-
per quæstionum. §. quòd si delegatus. extra de offic. de-
lega. ¶ Et aduertite, quia ista litera non dicit ab ipsis
litis exordijs, sed dicit intentionis exordijs, quæ uer-
ba accipiuntur pro libello, l. 2. sup. ubi in rem actio.
& dicit hic Bal. quòd in casu huius. l. reus non tenetur
recipere libellum, neque ei respõdere, nisi actor prius
eligat, qua via venire velit, vel per viam testati, vel per
4 viam intestati. Addit hic Bald. † quòd postquam libel
lus fuit semel declaratus, non est licitum amplius va-
riare, & hoc vult glo. reputata singularis in l. quicquid
astringendæ. ff. de verbo. obliga. ¶Nota secundò hic be
5 ne probari, † quòd ista exceptio. Tu es tibimet contra-
rius, nitendo ex eadem scriptura, habet impedire litis
contestationem, & litis ingressum, & ideo potest oppo-
ni ad processum, & de exceptionibus, quæ habent impe
dire litis ingressum. videte per Bart. in l. nam postea. ff.
de iureiuran. & per eundem in l. conquerebatur. ff. iudi-
ca. solui. & per Canon. in c. 1. extra de litis contestatio.
lib. 6. ¶Sed circa hoc moueo vobis pulchram dubita-
6 tionem: † quid si actor est sibi contrarius, & ego à prin-
cipio nõ opposui de illa cõtrarietate: imò passus fui fie-
ri probationes per ipsum actorem, an postea potero op
ponere aduersus eum de contrarietate. Bald. eleganter
in c. 2. extra de causa posses. & proprieta. determinat ꝙ
non, dicens, quòd ista exceptio contrarietatis debet op
poni à principio per modum declinatoriæ, quæ à prin
cipio debet opponi. l. penult. & fin. inf. de exceptio. ha-
betur in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. & in l. quidam
consulebant. ff. de re iudic. & per Canon. in c. inter mo-
nasterium. extra de re iudi. ¶Nota ex secunda parte hu-
7 ius legis, † quòd quando in testamento est apposita clau
sula codicillaris copulatiuè, scilicet, quòd valeat iure
testamenti, & iure codicillorum, est in electione hære-
dis, quam uiam uelit eligere. ¶Nota quòd fideicom-
missario non competit remedium. l. edita. supra de edi-
cto diui Adria. toll. ¶Nota ex tertia parte huius legis,
8 † quòd hæreditas ascendentium est debita descenden-
tibus, & econtra. Aduertite tñ, quia glo. in l. 3. supra de
iuris & fac. ignoran. dicit, quòd est quasi debita; iudica-
tur tamen de ea, tanquam de lucro, vt vult Barto. in prę
9 allegata. l. 3. ¶Nota ex eadem quarta parte, † quòd non
sunt paria amittere debita, & lucra non facere. quod li-
mitat hic Alexan. de Imol. nisi lucrum esset iam radica-
tum, & acquisitum: quia tunc quis bene diceretur dam-
num pati perdendo illud lucrum. allegat glo. in l. 1. §. si
quis autem propter. in verbo, in integrum restitui. ff. de
itin. actuq; priua. & Bald. in l. non amplius. in §. 1. ff. de
lega. 1. Ego addo Bald. in l. iubemus. la. 1. in fine com-
10 menti. supra de sacrosan. eccles. vbi dicit, † quòd post-
quam lucrum est acquisitum, perdere illud lucrum est
verè damnum, & diminutio patrimonii. quod tene-
te menti. alibi habetis tex. dicentem, quòd ista sunt

diuersa , pœnam pati , & lucrum non accipere . l. Ti-
11 tio centum. in §. 1. ff. de condi. & demon. † An autem
quò ad extraneum hæreditas dicatur lucrum. Concludi
te quòd sic, si hæreditas sit soluendo, aliàs secus. l. si hære
ditatem. ff. mandati. Notatur in l. inter stipulantem. §.
si reum. ff. de verbo. oblig. & in l. si seruus legatus. §. si Sti
chum. ff. de lega. 1. & in l. vnica. inf. de impon. lucra. de-
12 scrip. li. 10. ¶ Nota † ꝙ in codicillis nõ oportet testes esse
rogatos, si tamen fiant in scriptis, testes debent manibus
proprijs se subscribere. & hoc dicit ista litera in fine.
¶ In glo. super verbo, minime. ibi, ratio contrariorũ. Do-
ctores cõmuniter sequũtur istã solutionẽ, excepto Iaco.
Butrig. qui dicit, ꝙ iste nõ poterat intentare viam fidei-
cõmissi ex codicillis: quia in principio legis nostræ, testa
tor dixit, instituo talẽ heredẽ, nec adiecit, ꝙ volebat va-
lere iure testamẽti, & iure codicil. imò per illud verbũ, ĩ
stituo, significatur, quòd voluit facere testamentũ. Sali-
ce, impugnat. quia licèt à principio iste non haberet po-
testatem agendi tanquam ex fideicommisso, & ex codi
cillis: tamen hoc non poterat constare iudici, nisi ex pro
cessu, & examinatione causæ, & ex quo primò intenta-
uit viam directam ex testamento, non debet amplius ad
mitti ad viam obliquam. & ideo tenete glo. ¶ In eadem
glo. ibi, vtraque via directa. Vos melius soluite ex men-
te Bal. in 2. oppositione, & dicite, quòd in casu legis no
stræ, ista remedia erant contraria in sui origine, & ideo
etiam quantùm ad effectum, quod patet, quia si ago, &
peto hereditatẽ tanquam hæres directò ex testamento,
ego venio per causam testati: vnde si postea volo age-
re tanquam fideicommissarius ex codicillis ad finem, ꝙ
succedentes ab intestato teneantur mihi restituere hære
ditatem, ego venio per causam intestati, & istæ duæ viæ
sunt contrariæ tam in origine, quàm in effectu. sed in ca-
su. l. eum qui. quæ est hic allegata in glo. pro contraria.
licèt illa duo remedia essent contraria in origine. ta-
men tendebãt ad eũdem finem. Declaro, si ego impugno
testamentum per querelã inofficiosi testamenti, ego ten-
do ad rescindendum testamentum, & sic præsuppo-
no, quòd sit ipso iure validum: alioquin non oporteret
illud rescindere, l. nam & si sub conditione. §. rumpendo
ff. de in iniust. rup. Si postea volo allegare testamentum
falsum, ego ex hoc præsuppono, quòd est nullum, ecce,
quòd ista duo remedia in sui origine sunt cõtraria. Ista
tamen ambo remedia tendunt ad eundem finem, scilicet
ad reducendum rẽ ad causã intestati: vnde inspecto fine,
non sunt remedia contradictoria. ¶ In gl. super ver. non
13 valere. in fi. Bar. dicit. † quòd in quæstione formata per
istam glo. de iuris rigore ille, qui eligit viam incompetẽ-
tem, non poterit postea redire ad uiam competentem,
sed per restitutionem in integrum sibi consuleretur ex
causa iusti erroris. l. mater. ff. de inof. testamento. Iaco.
Butri. & Bal. dicunt, quòd quando esset in iusto errore,
non esset necessaria restitutio in integrum, imò ipso iure
14 seruaretur illæsus. d. l. mater. Raph. Fulg. dicit, † quòd er-
rans in facto non videtur renunciare remedio sibi com-
petenti. d. l. mater. Nam quemadmodum errans non po-
test adire hæreditatem, l. sed & si sua. ff. de acqui. hære.
ita non potest repudiare. l. nolle. & l. is potest. & l. in re-
pudianda. ff. de acquir. hære. vnde dicit ipse Rapha. Ful-
go, ꝙ hæc lex habet locũ in sciente, & in eo, qui est in er
rore iuris, non autem habet locum in errore facti. Paul.
de Cast. hic tenet opi. Bar. & si vultis hanc opi. tenere,
potestis respondere ad motiua Fulgo. quòd non proce-
dunt, quia attenta sua opi. sequeretur, quòd ista lex non
15 haberet locum in errante in iure: † quia errans in iure nõ
põt adire. l. si is ad quẽ. ff. de acqui. hæred. ergo nec repu
diare. d. l. is põt. & tamen ipse Fulg. & cæteri Doct. confi
tentur hanc l. habere locum ẽt in errante in iure. Cõclu-
dite in isto passu. ꝙ hæc lex habet locũ in sciente & in er
rante in iure. quod probatur in hac. l. in ver. si quis verò.
vbi fit differentia inter non capere lucrum, & perdere
debitum. quæ differentia fit, quando tractatur de erro-
re iuris. l. iuris ignorantia. ff. de iuris & facti igno. sed in
errore facti probabilis non habet locum hæc lex. imò
intelligetur secundùm tex. in l. error facti. ff. de iuris &
fac. igno. ¶ In gl. super verbo potestatẽ, in fin. Notetis ex
ista gl. intellectum ad l. 1. §. quia autem. ff. quorum lega.
Nam ibi actor reddebatur incertus ex facto aduersarij:
16 vnde habetis notanter colligere, † quòd quotiescunque
incertitudo prouenit ex facto aduersarii; tunc est licitũ
intentare cõtra eum remedia incompatibilia, & libellus
17 debet concipi alternatiuè. ¶ Addite, † quòd hoc casu,
quemadmodum admittitur libellus incertus, & alterna
tiuus, ita etiam positiones, secundùm Inno. in c. ex parte
decani, extra de rescriptis. & ita vult hic Bald. in 4. col.
Addite, quòd secus esset in probationibus. l. 1. §. si quis
argentum, cum sua gloss. ff. depositi. Item secus esset in
sententia: quia debet esse certa. §. curare. Instit. de action.
Ita notanter dicit Bal. in l. 1. in versicu. & nota. sup. de
furtis. Et hoc est bene notandum in practica. ¶ In glo. su
per verbo, præclusisse. ibi, præterea. in l. hæreditas. Habe
tis ex hac gloss. colligere duas solutiones ad contrariũ
de l. hæreditas. sup. de petitio. hæredi. Nam prima so-
lutio est, quòd ibi primò egit tãquam hæres directò ex
testamento: deinde in alio iudicio egit tanquam hæres
directò ab intestato. sed in l. nostra, egit primò tanquam
hæres directò ex testamento. deinde volebat agere tan-
quam fideicommissarius ex codicillis. dicitur hic, quòd
non potest, quia ista remedia sunt contraria. Alia so-
lutio ad eandem. l. hæreditas. est, quòd ibi in primo iudi
cio egit petitione hæreditatis immediatè ex persona
sua. in secundo verò iudicio egit ex persona alterius.
¶ In eadem gloss. ibi, si verò petii ex testamento iure
directo. Ex hac gloss. colligitis limitationem ad l. no-
stram, vt non habeat locum, quando testamentum &
codicilli sunt scripta in diuersis scripturis diuersis tem-
poribus factis, sed habet locum in eadem scriptura. Bal.
tenet contra glo. quia siue sit vna scriptura siue plures,
semper est verum dicere, quòd sunt duæ voluntates.
Præterea ponamus, quòd testes non sunt interrogati de
tempore, vel interrogati dixerunt se ignorare Sal. sequi
tur opin. istius gloss. per l. Aurelius, in §. fin. ff. de libe-
ra. leg. Raph. Fulg. dicit, quòd aut loquimur de eo, qui
ignorabat codicillos fuisse factos. & hoc casu potest ista
glo. verum dicere. l. non est ferendus. ff. de transac. Si au
tem sciebat testamentum & codicillos etiam diuersis tẽ
poribus, & in diuersis scripturis factos: tunc glo. malè lo
18 quitur, secundùm eum, † quia ex diuersitate scripturarũ
non variatur iuris dispositio. sicut econtra. quando mul
tæ scripturæ fiunt de eadem vltima volũtate, non varia-
tur iuris dispositio. l. vnum est testamentum. ff. de testa. &
pro sua opin. adducit glo. huius legis in verbo, potestatẽ
in fi. Adducit etiã. l. Claudius Claudianus. ff. de acqui.
hæredi. vbi erant diuersæ scripturæ, & tamen eligens
viam incompetentem, videtur renunciare uiæ competẽ-
ti. Bar. in d. l. Claudius Claudianus. & Io. de Imol. ibi, &
Roma. sequuntur istam gl. quia maior est cõtrarietas in
eadẽ scriptura, q̃ in diuersis. ¶ In hoc passu tam dubio.
concludite hoc modo. quòd aut actor elegit viam sciẽ-
ter incompetentem, & tunc videtur renunciare viæ sibi
competenti. l. filium emancipatum. cum sua gloss. ff. de
acqui. hæred. Et hoc procedit siue sit vnica scriptura, si-
ue diuersæ diuersis temporibus factæ. Aut per erro-
rem facti eligit viam incompetentem. & tunc non vide-
tur renunciare viæ sibi competenti, etiam si sit vnica scri
ptura, vt conclusi vobis. sup. in gloss. super verbo, non va
lere

lere. Aut actor elegit viam incompetentem per erro-
rem iuris: & tunc est bene constituenda differentia, an
sit vna scriptura, an verò diuersæ. Nam primo casu, qñ
est unica scriptura, sibi præiudicat, vt in l.nostra, secus si
sint diuersæ scripturæ diuersis temporibus factæ, & ita
intelligatur ista glo. Non obst. l. Aurelius. §. fi. ff. de libe.
lega. quia ibi petebatur ex vna causa tanquam debitum
ex causa onerosa. hic autem ex causa lucratiua. Vel di-
cite, ꝙ ille tex. concordat: quia ibi erant diuersæ scriptu
ræ, & diuersa facta. quod non contingit in l.nostra. Ad
l. vnum. ff. de testam. respondebitis, quòd loquitur, quan
do erat vna tantùm voluntas. Nos verò loquimur, quan
do erant duæ voluntates diuersæ. ¶In glo. super ver. ex
19 more. in princ. colligitur singulariter ex ista glo. † quòd
ille, qui eligit iudicium præparatorium, intelligitur eli-
gere viam iudicij præparati. Declaro, si ego intento re-
medium. l. fin. s. de edic. diui Adria. tol. quod non com
petit nisi hæredi directò venienti, ego videor elegisse
viam hæredis directò uenientis: vnde tollit mihi reme-
dium petitorium agendi tãquam ex fideicommisso ex
codicillis, quamuis petitorium non tollatur exceptione
rei iudicatæ in possessorio. l. an & eadem. §. fi. ff. de exce
ptio. rei iud. ¶In fi. glo. de hoc plenè dixi vobis in l. fin.
s. de edic. diui Adria. tol. ¶In glo. super verbo, agnatio-
tionis. ibi, sed Placentinus. Doct. communiter sequũtur
primam opinio. hic in glo. relatam. Et est conclusio, ꝙ
iste tex. in ver. si quis verò non habet locum in collate-
ralibus. ¶In glo. super verbo, conuolare. habetis ex hac
glo. colligere, ꝙ ista. l. nostra. habet locum in ascenden
tibus, & descendentibus, etiam si præcedebãtur ab alijs
in gradu. Et pro ista glo. facit: quia si tenentes primum
locum fuissent instituti, non posset habere locum via fi-
deicommissi, quia non possent ipsimet restituere. Nam
debet esse differentia inter restituentem, & eum, cui fit
restitutio. c. fi. extra de institut. Et ex isto intellectu ha-
20 betis notare, † quòd ascendentibus, & descendentibus
institutis dicitur debita hæreditas: quãuis in gradu præ
cederentur ab alijs. Rapha. Fulgo. putat posse intelligi
istum tex. etiam in tenentibus primum locum, si præsup
ponamus, quòd præcessisset testamentum, in quo extra-
neus fuisset hæres institutus, & deinde in alio testamen-
to minus solemni fuissent instituti proximiores venien-
tes ab intestato. Sed ista sua opin. per l. hac consultissi-
ma. §. si quis autem. s. de testam. posset etiam aliter intel
ligi, scilicet quando vnus ex tenentibus primum locum
in gradu fuisset institutus vniuersaliter, vel in maiori
parte, alij verò eiusdem gradus fuissent instituti in re
certa, vel in minori parte. Addit Rapha. Fulgo. quòd iste
tex. in uer. si quis uerò. procedit, siue sit apposita clausu-
la codicillaris, siue non. Et dicit glo. ordinaria in. l. co-
21 hæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. & pupil. † quòd in testa-
mento facto inter liberos semper subintelligitur clau-
sula, quòd ualeat meliori modo, quo ualere potest. ¶In
glo. super uerbo, excepto testamento. ad fi. habetis no-
22 tare ex ista glo. quòd licèt fœmina non possit esse testis
in testamẽto: tamen in codicillis bene potest esse testis.
Quid autem in relictis ad pias causas, videte per Bal. in
l. 1. sup. de sacros. eccl. Quid autem in inuestitura, habe-
tis tex. in c. 1. in titu. qui testes sint necess. ad proban. in-
uestit. ¶In glo. super uerbo, quinque testes. in fi. notetis
glo. uolentem, quòd in codicillis nõ oportet testes esse
rogatos, nec etiam in testamento facto per patrem in-
ter liberos. quod est bene notandum. Limitabitis hanc
legem, quæ uult, quòd actor debet eligere, an velit ue-
nire ex causa testati: an uerò ex causa intestati. Nam hoc
debet limitari in casu, scilicet quando legatarius petit
legatum ab hærede, & à legitimo, qui transigit cum hæ
rede. Nam poterit agere contra utrunq;, secundùm por
tionem unicuique ipsorum assignatam ex transactione
propter intellectum successionis. tex. est singularis in l.
controuersia. ff. de transact. ¶Vltimò Bal. hic tractat de
clausula codicillari. de qua per Barto. in l. 1. ff. de iure
codicillorum. Ego tractaui uobis in Authen. ex causa.
23 supra de libe. præte. & addo quòd ardor liciti amoris
habet uim clausulæ codicillaris, saltem in concernenti-
bus pietatem, seu piam causam. Ita singulariter deter-
24 minat Bal. in l. si iure. inf. de testa. manumiss. † Item iura-
a mentum habet uim clausulæ codicillaris.[a] & facit ua-
lere actum meliori modo, quo fieri potest. l. cum pater.
§. filius matrem. ff. de lega. 2.

ADDITIONES.

a ¶Si quis agere. Adde, quòd ista l. limitatur, nisi in-
certitudo causetur ex facto aduersarii. gloss. est singu
laris, secundum Bald. in l. controuersia. ff. de transac.

b ¶Quo fieri potest. Adde, quòd iuramentum generali-
ter præstitum recipit interpretationem restrictiuam. Pe.
de Anch. in c. petitio. nu. 1. extra de iureiur.

Rub. De legatis.

SVMMAE.

1 *Legatum alimentorum in dubio intelligitur esse perpetuum.*
2 *Quandiu, donec, & quoad, dictiones faciunt conditionem, & non modum.*
Et important principaliter tempus, secundariò conditionem. nume. 4.
3 *Legatum in dubio intelligitur factum contemplatione legatarij.*
5 *Nobilis quidã instituit duas filias suas impuberes hæredes, & legauit alimenta earum matri, donec ipsæ filiæ habitarent cum ea, postmodum vna ipsarum filiarum decessit, altera nupsit: an mater debeat habere alimenta.*
6 *Legatarius, cui relicta sunt alimenta, si casu fortuito non possit habitare cum Claudio, an debebit habere alimenta.*
7 *Vxor, cui relicta sunt alimenta in domo à viro, an debeat operari ad vtilitatem hæredum.*

QVamuis verbis. Conditio mixta de-
1 ficiens per casum non facit deficere re-
lictum alimentorum. Hoc dicit. ¶No-
ta hic probari, † quòd legatum alimen-
torum in dubio intelligitur esse perpetuum. bene facit
l. annua. in princi. ff. de annu. lega. ¶In glo. super verbo
post mortem. ibi. l. si ea. Aduertite, quia glo. ista intelli-
git. l. nostram ꝓcedere in duobus casibus, scilicet quan
do constat legatum fuisse factum contemplatione lega-
tarij, & etiam, quando essemus in dubio: quia legatum
alimentorum in dubio intelligitur esse perpetuum. qd
limitat hic Bartolo. de Salice. nisi ille, cui est relictus
ususfructus alicuius fundi, de illo usufructu esset graua-
tus præstare alimenta Titio. Nam moriente vsufructua
rio, expirabit legatum alimentorum. l. Stichum. in §. Ti-
tia. ff. de alimen. & ciba. lega. ¶Nunc restat respondere
ad contrarium de l. si ea. infra de condi. inser. cui re-
spondebitis, quòd ibi stetit per legatarium, quominus
habitaret cum focaria, & cum matre. vnde non est mi-
rum, si non consequetur relictum. ¶In eadem glo. ibi,
sub conditione. Ista glo. uidetur sentire, quòd in l. no-
stra, legatum non fuit conditionale, sed modale. & ideo
licèt modus mixtus deficiat per casum, non tamen fa-
cit deficere legatum. l. si fundum per fideicommissum.
in §. 1. ff. de legat. 1. Sed Doctores communiter dam-
2 nant istam glo. † quia istæ dictiones, quamdiu, donec,
& quoad, faciunt conditionem. non autem modum
l. illis libertis. ff. de conditio. & demonstra. vnde Bart.

& cæteri Docto.ſequuntur primam ſolu. hic in glo. relatam,quæ dicit,quòd hic eſt ſpeciale fauore alimentorũ, niſi ſecundùm Bar.appareat legatum fuiſſe factum contẽplatione eius,in cuius perſonam debebat adimpleri conditio. Nam tunc ſi illa conditio deficiat per caſum,faciet deficere legatum,& ita loquitur.l.Seio.in prin.ff.de annuis leg.
3 † in dubio tamen intelligitur legatum factum contemplatione legatarij. & ideo ipſe Bar. reprehendit opi. Dy. qui in reg. imputari. extra de regu. iur. lib. 6. diſtinguebat hoc modo. Aut conditio eſt appoſita in legato fauore legatarij, aut fauore illius,in cuius perſonam debebat impleri conditio:aut fauore vtriuſque,aut ſumus in dubio: & hoc vltimo caſu dicebat Dy. quòd in dubio intelligitur conditio adiecta fauore legatarij. Et ideo licèt conditio deficiat per caſum contingentẽ in perſona illius,in quem erat implenda conditio;tamẽ debebitur legatum,nam Barto.damnat iſtud dictum Dy. quia conditio nunquam intelligitur adiecta fauore legatarij.Nam intereſt hæredis, quòd legatum ſit conditionale,non autem legatarij.l.libertis. la.1. §. fin. ff. de alimen.& ciba. lega.Bald. ſuſtinet Dy, quia poteſt intereſſe legatarij magis habitare cum illo, in cuius perſonã erat adimplenda conditio,quàm cum alio.allegat.l.poſſeſsionum. ſupra communia vtriuſque iudicii. Et cum iſto dicto tranſit Pau. de Caſt. nemo tamen ipſorum negat,quin doctrina Bar.ſit bona,vt debeamus diſtĩguere, non cuius cõtemplatione ſit adiecta conditio,ſed cuius contẽplatione ſit factum legatum.Preterea poſito,ꝙ Dy. in aliis membris bene dicat:tamen in vltimo dicto,dum dicit,quòd in dubio intelligitur conditio adiecta fauore legatarii,non bene dicit,per l.in teſtamento. la. 2. ff. de condi.& demon.Teneatis ergo primam ſolutionem, quæ vult quòd hic ſit ſpeciale fauore alimentorum,ſed Raph.Fulg.tenet contra gl.& contra cõem opi.dicens,ꝙ nulla ſpecialitas eſt hic in alimentis, quia iſta conditio morandi cũ Claudio non dicitur extingui per mortem Claudii,imò per eius mortem dicitur ĩpleta:qa teſtator bene ſciebat, ꝙ legatarius non poterat habitare cũ Claudio mortuo, imò ſi reieciſſet iſtam cõditionẽ,fuiſſet reiecta tanꝗ impoſſibilis.l.obtinuit.ff.de condi.& demõ.ſed certè iſta fuit conſideratio Bal.hic,licèt Raph.de eo nullã faciat mentionem.Pau.de Caſt. etiam damnat vltimũ dictum Bal.ſubiicit,ꝙ poſſet procedere dictum Bal.qñ teſtator dixiſſet hæc verba.ſi habitaueris cum Claudio. Nam ex eo,quòd legatarius habitauit cum Claudio vſque ad mortem Claudii,dicitur adimpleuiſſe conditionem,ſed in caſu l.noſtræ,dicit,donec,ſeu quoad habitaueris cum Claudio. & ſic onus habitandi videtur tempo-
4 rale.† nam iſtæ dictiones,quandiu,donec,& quoad, principaliter important tempus, & ſecundariò conditionẽ. ſicut dicimus de iſta dictione,cum,l.ſi Titio.ff.quãdo di. leg.cedat.& ſic videtur fuiſſe de mente teſtatoris, quòd qualitercunque finiretur onus habitandi, deberet finiri legatum;tamen fauore alimentorum inductum eſt,vt legatum non expiret. & hoc vult iſte tex. in ver. interpretor.huius ſnĩæ fuit Raph.Cuma.in d.l. illis libertis.& ſic
5 habetis defenſatam primam ſolutionem.¶Quæro.†Quidam nobilis inſtituit duas filias ſuas impuberes hæredes ſuas,& legauit alimenta earũ matri.donec ipſæ filiæ habitarent cum ea,poſtmodũ vna ipſarum filiarũ deceſſit,altera nupſit, utrũ mater debeat habere alimẽta?Ray. de Forli.refert quoſdam magnos Doct.cõſuluiſſe,quòd ſic.Sed ipſe determinat contrarium, quia talis conditio intelligitur appoſita fauore filiarum,vt inſtruerentur,& erudirentur à matre.l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.ff.de leg.
6 2.¶ Sed ponamus, † quòd legatarius, cui relicta ſunt alimenta, aliquo caſu fortuito non poſſit habitare cum Claudio,an debebit hr̃e alimẽta? Pau de Ca.determinat quòd non:quia talis caſus fortuitus debet nocere legatario,non autem hæredi,In contrarium faciunt notata per Bar.in l.Caio.§.Imperator.ff.de alimen.& ciba.lega.vbi Bartol.dicit, quòd quando alimentarius ex aliqua iuſta cauſa non poteſt habitare cum hærede .nihilominus debet habere alimenta. Poteſtis diſtinguere, Aut legatarius debebat habitare cum illo,à quo debebat percipere alimenta,& tunc vera ſit opi.Paul.aut debebat habitare cum alio,& tunc procedat alia opin. ¶Quæro de quæ-
7 ſtione quotidiana. † Maritus legauit vxori alimenta in domo,an ipſa debebit operari ad vtilitatem hæredum, puta,filare,& texere? Bal.hic dicit quòd non,imò poterit filare,& texere ad vtilitatem ſuam,operas tamen obſequiales,puta, facere culinam, portare aquam, & facere lectum: tenetur facere ad vtilitatem hæredum,per notata per glo.in l. ſicut. ff. de operis libert. Non enim ſecundùm Bal. debet ſtare in domo tanquam corpus mortuum. ¶ Vltimò quæro. nunquid ſi maritus leget vxori alimenta, an illa alimenta debeant ſibi præſtari,ſi vadat ad habitandum extra domum teſtatoris. Addo vltra allegationes, quas hic facit Alexan. de Imol. conſilium domini Bald. ſuo conſilio. 150. incipien. In Chriſti nomine amen. Quidam ſimon. & in alio ſuo conſilio, 224. incipien. In Chriſti nomine amen. In reſtitutione dotis.quæ conſilia ſunt in ſecundo volum. conſilio.Bal.

In l.Quamuis hæres.

SVMMAE.

1 *Venditio hæreditatis nõ liberat hæredem,licèt poſſit agere contra emptorem.*
2 *Hæres ſoluit quædam debita, & quædam legata, deinde vendit hæreditatem alteri,an ea,quæ ſoluit pro legatis poſſit recuperare ab emptore.*
Et quid ſi hæreditas non erat ſoluendo.nu.3.

1 QVauis hæres.¶†Venditio hæreditatis non liberat hæredem, licèt poſſit agere contra emptorem. In ſumma.hoc dicit.Nota ſummarium.¶In glo.ſuper verbo,fideiuſſoribus. in fine. addit hic Salice. quòd iſta l. procederet etiam hodie non confecto inuentario: quia culpa erat commiſſa ante venditionem hæreditatis, & ipſa hæreditas intelligitur vendita cum ſua cauſa. Limitat tamen hoc procedere, niſi hæres, qui vendidit hæreditatem,tempore venditionis affirmaſſet ſe confeciſſe inuentarium, & tamen hoc non erat uerum, vel erat intra tempus conficiendi,& promiſit conficere inuenta-
2 rium,& tamen poſtea non confecit illud.¶Quæro,† hæres,ſoluit quædam debita, & quædam legata: deinde uendidit hæreditatem alteri,nunquid ea,quę ſoluit pro legatis,poterit recuperare ab emptore hęreditatis.Pau. de Caſt.determinat quòd non, quia emptor intelligitur emiſſe cum oneribus præſentibus, non autem cum oneribus præteritis,& extinctis.allegat.l. cum filius. in §. 1. ff.de leg.2.ſed in hoc Alex.de Imo.tenet oppoſitum per l.2.§.ſi quid tributi.ff.de hære.vel actio.vendita.Ad l.cũ filius. in §.1. ipſe reſpondet, quòd ibi hæreditas erat in alium tranſlata titulo lucratiuo.nos verò loquimur, quando titulo oneroſo.Vel aliter poteſt reſponderi, vt
3 per Bar.in d.§.1.¶Quæro vlterius:† Hæreditas non erat ſoluendo, ita quòd ſolutis debitis, nihil reſtabat: quo caſu legata nihil valẽt.l.ſi vniuerſe.inf.co.ego hr̃s reperi vnum emptorem, à quo habui pro illa hæreditate pretium centum ducatorum,legatarii petũt à me, quòd eis ſatisfaciã vſq; ad concurrentẽ quãtitatem: illorũ centũ ducatorũ,an de iure tenear. Pau.de Ca.hic determinat, ꝙ nõ.qa illa centũ habui à fortuna, & ab induſtria mea.

allegat.

allegat tex.aureum in l.3.ff.ad leg.Falci. & hanc distinctionem tenete bene menti.

In l. Qui post testamentum.

SVMMAE.

1 *Legatarius iure isto habebat duas actiones.*
2 *Actio personalis est vtilior, quàm rei vendicatio in casu.*
3 *Testator si permittat hæredi, quòd vēdat rem legatam. ex hoc non videtur reuocatum legatum. & nu.4.*
5 *Vendens rem donatam causa mortis, videtur reuocasse donationem.*
6 *Testator si legat mihi nomen debitoris, & postea superuiuens exigat illud nomen: ex hoc intelligitur reuocatum legatum mihi factum.*
7 *Vsusfructus est pars dominii.*
8 *Maritus si donat iocalia vxori, & postea pignorat iocalia alicui, ex hoc videtur reuocare donationem.*

Qvi post testamentum. Testator pignorando rem legatam non videtur reuocare legatum. & de proprijs pecuniis tenetur luere pignus. h.d. ¶Nota
1 hic bene probari,† q legatarius iure isto habebat duas actiones.s.actionem personalem ex testamento, & rei vendicationem. hodie habet tertiam actionem.s.hypothecariam.l.1.inf.commu.de lega.&.§.sed nostra.Instit. de leg.debet ergo vnā ex ipsis tribus eligere. l.cū filius.
2 in §.varijs.ff.de leg.2.† & habetis hic casū, in quo actio personalis est vtilior, quàm rei vendicatio. quia si legatarius ageret rei vēdicatione contra creditorem, cui testator pignorauit rem legatam, non obtineret, nisi satisfaceret creditori de debito.l.si rē.§.omnis.ff.de pign.actio. Et tamen si agat actione personali contra hæredem in libello, concludet ad dari.l.vbi autem non apparet. §.fi. ff.de verbo.obliga.vnde hæres non liberaretur, nisi daret rem liberatam à nexu pignoris: quia debet eam dare taliter, quòd non possit auocari ab ipso legatario. l.non quocunque.ff.de lega.1. & l.cum quis. §. qui hominem. ff. de solu. ¶ In gloss. in ver.post testamentum. ibi, ignorauit. & si quęras quomodo potuit ignorare, respondetur quia fortè fuerat pignorata per Gastaldum, vel procuratorem non habentem mandatum speciale, vt notatur in l.si res obligata.ff.de leg.1.¶In glo. super verbo, pignori dedit.ibi.§. si rem. est ergo constituenda differētia inter pignorationem rei legatæ, & vēditionē: quia per pignorationem non intelligitur reuocatum legatū, ut in l.nostra, Fallit, quando fuisset pignorata pro tanto, quantum valet: quia tunc præsumitur, quòd testator non habebat animum redimendi, & ideo per talem pignorationem intelligeretur reuocatum legatum. iste est tex.notabilis cum sua glo.in l.qui habebat.ff. de lega.3. ¶ Sed istud debet limitari, nisi illa res pignorata fuisset maiorum, & antecessorum illius, qui pignorauit eam. Nam hoc casu propter affectionem pręsumitur animus redimendi durare.l.fine emptione.ff.de minor.l.& si equo.ff.de leg.1. In uēditione autem rei legatæ distinguendum est: quia aut testator vendit eam ex necessita te, & tunc non videtur reuocasse legatum. Aut uendit eam voluntariè, & tunc videtur legatum reuocasse. Ista oīa probantur in §.si rem.hic in glo.alleg.¶Et idem est,
3 si testator permisisset hæredi,† quòd uenderet rem legatam, ex hoc non videretur reuocatum legatum. Iste est tex.sing.in l.postq̄.in §.si ff.vt leg.nomi.caue. Item illud quod dicitur, quòd ex venditione rei legatæ, si sit facta voluntariè, videtur reuocatum legatum: debet intelligi, si ipsa res sit tradita emptori, & pretium sit totum so-
4 lutum venditori,† alioquin, si totum pretium non sit solutum, remanebit legatum in residuo validum. tex. est notab.in l.prædia.§ liberto.ff de fun.instru. Et hoc vult hic Bal.& sequuntur Ang. & Pau.de Cast. Item si de pretio rei legatæ venditæ voluntariè esset empta alia res, certè illa esset in legato.tex.est sing.in l.pater. ff.de adi. & transfer.leg. Item quemadmodum per venditionem voluntariè factam de re legata, intelligitur reuocatum
5 legatum:† ita idem est dicendū in donatione causa mortis, quia si rem, quam mortis causa donaui, ego postea vendam uoluntariè, uideor reuocasse donationem illā. Ita dicit Dy.in l.Stichum, qui meus erit.ff.de lega.1. Et dicit ibi Bal. quòd istud dictum est aureum, & non reperitur alibi. Item in casu, quo per uenditionem intelligitur reuocatum legatum, si illa res uendita postea reuertatur in dominium testatoris, non propterea resuscitabitur legatum.tex.est notab.in l.si seruus.§.1. ff. de adi.
6 legat.† Item si testator mihi legat nomen debitoris[a], &
a postea superuiuens exigat illud nomen: ex hoc intelligitur reuocatum legatum mihi factum.l.fideicommissa. §.si rem.ff.de lega.3. Secus si testator superuiuens egisset contra illud nomen debitoris, & fecisset ferri sententiam condemnatoriam. Nam per illam solam sn̄iam nō intelligeretur reuocatum legatum mihi factum. Iste est tex.qui fecit honorem Iacob. de Are. in l.nepoti. ff.de fun.instruc.instru que lega. ¶ In fi.glo. vult dicere glo. quòd aliud est in vsufructu, quàm in donatione. vnde idem est in vsufructu, quod in venditione: quia sicut in uenditione rei legatæ distinguendum est, an venditio fiat ex necessitate, & tunc non intelligitur reuocatum legatum, aut fit uoluntariè, & tunc secus. Nam eadem distinctio est fienda in vsufructu, si enim testator legat mihi fundum, postea superuiuens cōstituat vsumfructū Titio in illo fundo, si hoc faciat ex necessitate, non videtur reuocasse legatum: secus si ex voluntate: huius
7 æquiparationis est ratio, quia† vsusfructus est pars dominii.l.4.ff.de vsufruc.id ergo, quod dicimus in venditione totius rei, idem est dicendum in distractione partis.l.quæ de tota.ff.de rei vendi. Huic conclusioni non obstat.l.Mæuius.in §.fundo.ff.de leg.2.quia ille tex.loquitur, quando tempore legati iam vsusfructus erat alteri constitutus: quo casu hæres tenetur liberare rem, & tradere eam legatario, sicut dicimus, quando testator legat rem alienam scienter.l.cum alienam.ɔ̄.eo. ¶In glo. super uer.non uidetur.in fi. Doct.sequuntur secundam solu.quæ ponitur in glo.l.si maritus.quæ est hic in glo. allegata pro contraria. Raph.Fulg.aliter respondet dicens, q aliud est in donatione facta vxori, quia de mēte mariti donantis uxori est transferre statim dominium in eam, licèt non transferat. vnde nunc pignorando rē, quam uxori donauerat: quia non potest pignorare, nisi rem propriam: ideo reuocat, & reuocare intelligitur donationem. Sed quando testator legat alicui rem, nō est de mente testatoris velle statim transferre dominium: vnde postea pignorando rem legatam, non contradicit ei, quod voluit: quia bene uoluit remanere in vita sua. & ista rō Fulgo.est subtilis. & notetis bene.l.si maritus. la.2.ɔ̄.de don.inter vir.& uxo. Nam per illam.l.probat
8 secundùm Bal.ibi,† quòd si maritus donat iocalia uxori, si postea maritus pignoret ipsa iocalia alicui, ex hoc reuocasse donationem videtur. quod tenete menti.

ADDITIO.

a ¶Nomen debitoris. Noīa debitorum an computentur inter mobilia, vel immobilia. vide per Dy.& Bar.in l.potest.ff.de aut.tuto.Bal.in c.2.de consue.feu. in usi.feud. Guil.de Cu.in l.iubemus.nu.3.in uers.noīa debitorum. sup.de sacros.ecc.& Bar.cons.50.& in l.nomen. nu.4.in uer.nomen debitoris.C.quæ res pig.oblig.poss.

In l. Seruis testamento.

SVMMAE.

1 *Legatum factum seruo sine libertate non valet, etiam si ipse seruus postea efficiatur liber.*

2 *Legatum, quod est ab initio nullum, non reconualescit tractu temporis. Fallit vt ibi & nu. 3. & 4.*

3 *Testamentum vsurarii manifesti, quod est nullum, reconualescit per subsequentem cautionem.*

5 *Legatum quando non valet mixta consideratione testatoris, & legatarii, non reconualescit ex casu superuenienti.*

1 SEruis testamento. † Legatum factum seruo sine libertate non valet, etiã si ipse seruus postea liber efficiatur. h. d. ¶Nota summarium. Et ista lex sæpe al-
2 legatur, quòd regula catoniana disponit, † quòd legatum, quod est ab initio nullum, non reconualescit tractu temporis. & ad hoc etiam allegatur tex. in §. seruo. Instit. de lega. & habetur in toto titu. ff. de regu. caton. Ista tamen regula fallit in multis casibus. ¶Primo casu in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. irri. que fac. testam. ¶ Secundò fallit, quia non habet locũ ista regula in casibus, in quibus testator noluit eam habere locum. Glo. est notabilis in l. potest. ff. de hæred. instit. ¶Tertiò fallit
3 in casu. c. quanquam. extra de vsur. lib. 6. †vbi testamentum vsurarii manifesti est nullum, & tamen per cautionem subsequentem reconualescit, d. c. quãquam. de qua quæstione videte per Bar. & omnes Doct. in d. l. filio prę terito. ¶Quartò fallit ista regula catoniana in relictis spurio: quia si postea efficiatur capax, puta, quia legitimetur per Principem, tale legatum sibi factum à patre reconualescet, secundùm Bal. hic, quia (secundùm eum) legitimatio est donum Principis. Authen. item si quis. supra de natura. libe. de quo pleniùs habetur per Bal. in l. eam quam. circa 15. col. in vers. Quæro nunquid in eo, quod relinquitur spurio &c. inf. de fideicommiss. & in l. proprias. inf. eodem. Et per Canon. in c. filius. extra de testamentis. ¶Quinto regula catoniana non habet locum in relictis conditionalibus. l. cætera. §. sed si sub conditione. ff. de leg. 1. Reliqua spectantia ad materiam huius regulæ catonianæ videte per Bar. in l. 2. & prima. ff. de regu. cat. Item per hanc regulam dicebam
4 in quæstione facti. † Cum pater instituisset filium suum, qui erat frater sancti Frãcisci, quo casu institutio nihil valebat, & ille frater intrasset postea monasteriũ, quod erat capax saltem in communi. consului, quòd illa institutio non erat reconualidata per illũ casum superuenientem, & allegabã Bal. in proprijs terminis in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. insti. ¶In glo. sup verbo, post mortem. ibi. §. diuus, voluit allegare, §. quando autem, in eadem. l. Docto. tamen damnant communiter istam gl. di-
5 centes, † quòd quando legatum non valet mixta consideratione testatoris, & legatarii, tunc tale legatum non cõualescit ex casu superueniente, vt in l. nostra, & ideo si testator faciat legatum seruo suo proprio absque libertate, licèt ille seruus postea efficiatur liber, viuente testatore vel mortuo, non propterea reconualescet legatum, sed si legatum non valeret attenta sola consideratione legatarii: tunc bene posset reconualescere per casum superuenientem, & ita loquuntur iura hic in gloss. allegata.

In l. Non est dubium.

SVMMAE.

1 *Legatarius occupans rem sibi legatam propria authoritate cadit à iure suo.*

2 *Occupans rem sibi debitam actione personali non interueniente violentia, licet sit prædo, non tamen priuatur iure suo.*

3 *Dominium non transit ipso iure in legatarium, quando legatum consistit in genere.*

4 *Maritus si legat vxori suæ iocalia, & pãnos lineos, & laneos, & ipsa occupet propria authoritate talia bona, antequam hæres adierit hæreditatem, non priuatur iure suo.*

1 NOn est dubium. ¶ † Legatarius occupãs propria auctoritate rẽ sibi legatam, cadit à iure suo. d. h. ¶Nota summarium. ¶ Sed opponitur contra istam. l. fortiter, & subtiliter. Nos habemus, quòd ille, qui propria auctoritate occupat, nõ cadit à iure suo, nisi interueniat vis ablatiua, vel impulsiua. l. si quis in tantam. inf. vnde vi. & l. extat. ff. quod met. caus. ergo contra istum text. quia nõ præsupponitur, quòd hic superuenerit vis ablatiua, vel compulsiua. Sol. dicit Pau. de Cast. quòd est speciale in casu huius. l. concurrentibus duobus. s. quia iste qui occupauit rem habebat titu. lucratiuum. Item dominium erat in eum translatum ipso iure sine traditione, vnde quia concurrunt ista duo, & iste debebat capere de manu hæredis, sicut faciliter transit in eum dominiũ absque traditione, ita faciliter perdit occupando rem, quantumcunque nõ committat violentiã ablatiuam, vel compulsiuam, non sic esset in alia re propria, quam quis occuparet absq; violentia, quia non priuaretur iure suo,
2 per no. per Inno. in c. olim. extra de restit. spoliato. † Itẽ si quis occuparet rem sibi debitam actione personali, non interueniente violentia, licèt esset prædo: non tamen priuaretur iure suo. est bene verum, quòd cõmitteret furtum, si alius haberet ius retinendi. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. posses. vult ergo Pau. de Cast. quòd hic ponatur casus specialis concurrentibus duobus, scilicet titulo lucratiuo, & quia dominium rei legatæ ipso iure transit in legatarium recta via absque traditione à morte testatoris. l. Titio. ff. de furtis, subaudi, & ab adita hæreditate. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Sed certè domini, vt dicit Alex. de Imo. istud est nimis restringere hanc legem generaliter loquentem. Nam multi sunt casus, in quib. dominium rei legatæ non transit ipso iure in legatarium, quos casus numerant Docto. in l. 1. ff. de leg. 1. Item sequeretur, quòd ista lex non haberet locum
3 in legato generis, † quia quando legatum consistit in genere, dominium non transit ipso iure in legatarium. Ita vult glo. notabilis in l. si in rem agat aliquis. & est glo. 1. in fin. ff. de rei vend. Et tamen Bald. hic sentit contrarium, dum quærit, an lex nostra habeat locum in legato generis, & remittit se ad nota. per glo. in l. extat. ff. quod met. caus. & Bar. ibi, & Doct. communiter tenent, quòd habet locum in genere, sicut in specie debita: vnde dicit Alex. de Imo. quòd tutius est tenere primum intellectũ hic in glo. relatum. & nota bene prædicta, quia aperiunt intellectum ad hanc legem. ¶In glo. 1. ibi media placet. Istam Doct. sequuntur, & est conclusio, quòd lex nostra debet intelligi, quando legatarius propria auctoritate occupauit rem legatam post aditam hæreditatem per hæredẽ, & post apprehẽsam possessionem hic per ipsum hæredẽ, alioquin si hæres adhuc non adiuisset hæreditatem, certè legatarius occupando propria auctoritate rẽ legatam, non caderet à iure suo. l. 1. §. rediguntur. ff. quo
4 rum legatorum. † Et ideo si maritus leget vxori suæ iocalia, & pannos lineos, & laneos, & ipsa occupet propria auctoritate talia bona, antequam hæres adierit hæreditatem, non priuabit iure suo. ergo viduæ debent esse veloces in occupando statim talia bona sibi legata, antequam hæres adeat hæreditatem. Ista sunt uerba Bald.

in l. 1

in l.1.infr.quorum legat. Sunt tamen duo casus, quos ponit hic Alexan.de Imo.in quibus, etiam si legatarius occupet rem legatam post aditam hæreditatem per hæredem: tñ nõ priuabitur iure suo.¶Primus est casus,si te stator dedit ipsi legatario in testamento licentiam capiẽ di propria authoritate rem legatam.Nam hoc casu non cadet à iure suo,gloss.est ordinaria communiter appro bata in l.Titia cum testamento.in §.1.ff.de leg.2.¶ Secũ dus est casus, quando testator in testamento deputauit executorem generalem sui testamenti,& eidem executori legauit aliqua bona.Nam ipse executor propria au thoritate poterit occupare illa bona.Ita dicit hic Bal.allegans.l.fistulas.in §.fundum.ff.de contrahen. emptio. ¶Ego addo tertiũ casum, quando testator legat domũ vxori,& iubet hæredibus, vt non debeãt eam impedire in possessione.Nam ex istis verbis videtur dedisse licen tiam ipsi mulieri propria authoritate apprehendendi ipsam possessionem rei legatæ. Ita eleganter determinat Ang.in l.si hoc res.ff.de rei uend. quod tenete menti ꝑpetuò.¶In fi.gl.bene dicit.

In l.Si legata relicta.

SVMMAE.

1 *Substitutio vulgaris facta in legato expirat,si primus agnouerit legatum.*

2 *Substitutio vulgaris potest fieri in donationibus.*

1 SI legata relicta. ¶† Vulgaris substitutio facta in legato expirat, si primus agnouerit legatum,& sic colligitis, quòd quemadmodum in hæreditate potest fieri vulgaris substitutio, quæ expirat per aditionem hæreditatis.l.post aditam,sup.de impub.& aliis subst.ita etiam in legatis:quia si primus legatarius agnoscat legatum, substitutio vulgaris facta in illo legato expirabit, per istum
2 text. Addite,† quòd etiam in donationibus potest fieri substitutio uulgaris,l.ut hæredibus.ff.de legat.2.Sed an quando est facta substitutio uulgaris in legato,& legatarius moritur,antequàm habuerit legatum,an illud legatum transmittet ad hæredes suos.uidete per Bar. in l.3. in §.1.& in l.si legatum,in §.1.ff.de adimen.& transferen. legat.Et quid si legatarius est grauatus per fideicomm. aliquid dare alicui,& ipse legatarius noluit habere,uel non potuit habere dictum legatum,an expiret fideicommissum. Dicite, ut notatur in l. fideicommissum. ff. de legat. 1.

In l.Si fortidianum.

SVMMAE.

1 *Re coniuncti faciunt sibi partes per concursum.*

2 *Error in nomine proprio non uitiat legatum, dummodo cõstet de corpore.*

3 *Legatum secundum,quando est factum cum dictione aduersatiua,an reuocet primum legatum.*

Et quid si sit factum in diuersa ultima uoluntate,nu.4.

5 *Eadem dictio est relatiua præcedentiũ cum suis qualitatibus.*

1 SI fortidianum. ¶†Re coniuncti faciunt sibi partes per concursum, & error in nomine ꝓprio non vitiat,si de corpore cõstet. Hoc dicit. ¶Nota primam partem summarii, de qua habetur in §.si eadem,Instit.de leg.¶Nota ex se-
2 cunda parte,†quòd error in nomine proprio non uitiat legatum,dummodo constet de corpore, & de hac materia habetur in l.si nomine,sup.de testamen.& in l.si quis in fundi uocabulo.ff.de legat.1.¶In gloss.fi.ibi,non animo adimendi,quod in dubio præsumitur, scilicet quòd non fecerit animo adimendi.Ita vult glo.in l.1.ff.de his quæ pœnæ nomine.Sed Dyn.in l. quod traditum. ff. de conditio.& demonstratio.hoc limitat,nisi secundùm legatum factum alteri esset factum sub commemoratione primi legati.Nam tunc testator uideretur reuocasse primum legatum,per l.non ad ea.ff.de conditio. & demonstratio.Sed Barto.hic,& in l.re coniuncti,in 2.colum. ff. de legat.3.& in l.sicut.ff. de adimen. legat. tenet contra Dyn.per l.Iulianus. ff. de hæred. instituen. Ad l.non ad ea,respondet Barto.quòd ibi tam primum legatum,quã secundùm erant facta eidem personæ. Nos uerò loquimur,quando diuersis personis facta sunt. Et quòd in l. non ad ea,legatum esset factum eidem personę,vult ibi gloss.penul.secundùm primam expositionem.Bal.& Sa-
3 licet.hic dicunt, † quòd quando secundum legatum sub commemoratione primi est factum cum dictione aduersatiua hoc modo.Titio autem lego fundum,quem legaui Caio. Et hoc casu videtur reuocatum primum legatum,& ita procedat opinio.Dyn.Secus si esset factum cũ ista dictione repetitiua.Item facit,quod habetur in l. in repetendis.ff.de leg.3.Ang.intelligit Bal.& Salic.uelle, quòd ita demum intelligatur reuocatum primum legatum,quando fuit factum cum dictione aduersatiua. Rapha.Fulgos.dicit,quòd l.Iulianus, non probat opi.Bart. quia loquitur in institutione. Nos uerò loquimur in legato,quod facilius reuocatur, quàm institutio hæredis. l.si te solum.ff.de hæred.inst.Sed ad illam l. si te solum. potestis respondere,per l.si quis ita institutus sit Titius.
4 eodem titu.de hære.instituen.Pau.de Cast.dicit,† quòd aut secundum legatum fuit factum in diuersa vltima volũtate, puta in codicillis,& tunc si fuit factũ sub commemoratione primi legati,ĩtelligitur primum reuocatum: & ita procedat opin.Dyn.Aut fuit factum secundum legatum in eadem vltima voluntate,in qua fuit factum primum: & tunc non intelligitur primum reuocatum,& ita procedat opin.Barto.Sed ista opin.Pau.confunditur per §.transferri,Inst.de ademp.leg.Raph.Cum. in d.l.quod traditum.distinguit,ꝙ aut incontinenti fuit factum secũdum legatum sub commemoratione primi, & tunc non intelligitur primum reuocatum.Et ita procedat opinio. Barto.Aut secundum legatum fuit factum ex interuallo post primum,& sub commemoratione primi. Et tunc intelligitur primum reuocatum,& ita procedat opin. Dy. sed ista opinio.destruitur per d.§.transferri.Io.de Imol. in d.l.quod traditum,sequitur opin.Barto. postmodum dicit se dubitare,an possemus dicere, quòd aut testator dixerit hoc modo.Talem fundũ,quem legaui Sempronio,nunc ego lego Caio,& tunc videatur reuocatum primum legatum,& ita procedat opinio. Dyn. Aut testator dicit.eundem fundum lego Caio, & tunc procedat opinio.Bart.Sed ipsemet Imo.subiicit, quòd ista distinctio
5 non habet perfectam rationem:†quia ista dictio,eadem, est relatiua præcedentium cum suis qualitatibus, ut notat Barto.in l.si quis seruum. §.fina.ff.de leg.2. Pro opi. Barto.bene facit tex.in l.triplici.§.fi.ff.de uerbo. sign. & text.in d.l.Iulianus.Et dicit hic Alexan. de Imol. quòd in hac dubitatione tutius est tenere opin.Bartol. per l.si pluribus,in uerb.euidentissimè.ff.de leg.1.Addite uos, quòd ipsemet Alex.de Imol. in d.l. si pluribus, dicit, ꝙ opi.Bar.est magis communis.Et secundùm eam ego cõsului in quæstione facti.

In l. Ab administratione.

SVMMAE.

1 *Conditio impossibilis adiecta legato vitiatur, & reiicitur, & legatum remanet validum.*
2 *Nolle non nocet ei, qui non potest velle.*
3 *Statuto cauetur, quòd quicũque declinauerit iurisdictionem Potestatis, sit extra protectionem communis, uel cadat in talem pœnam, clericus citatus coram Potestate si declinat forum, an cadat in pœnam statuti.*
4 *Iudex secularis si citet clericum, & clericus non compareat, non valebit contractus contumaciæ punitiuus.*
Et quid si clericus cõparet non expresso in citatione, quòd sit clericus, & ipse litigauit non allegando priuilegium suum, nisi in fine, an condemnabitur in expensis.

1 AB administratione. ¶† Impossibilis conditio adiecta legato uitiatur, & reijcitur legatum remanet ualidũ. h. d. ¶ Nota id, ad quod allegatur, †
2 quòd ei nõ nocet nolle, qui non potest uelle. Et hoc facit ad pulchram
3 quæstionem. † Statuto cauetur, quòd quicunque declinauerit iurisdictionem Potestatis, sit extra protectionem communis, uel cadat in talem pœnam. Modò clericus citatus corã iudice sęculari declinat forum ipsius Ptãtis sęcularis, an cadet in pœnam statuti. Iac. Butr. dicebat, ꝙ non. quia etiam si uellet, non posset prorogare iurisdictionem iudicis temporalis. c. si diligenti. extra de foro compe. dicit tñ cautelam esse, ꝙ clericus dicat hoc modo. Domine iudex sęcularis ego libenter litigarem corã uobis, si possem, sed non possum, quia obstat mihi Decretalis. si diligenti. extra de foro compe. Alij dicunt, quòd debet esse cautus, ut non declinet iurisdictionem iudicis sęcularis, sed compareat coram eo in habitu, & tonsura. & ostendat iudici temporali coronam. Alia cautela est, quòd superior. i. Episcopus repetat ipsum clerÿricum de manibus iudicis sęcularis. Nam hoc casu non cadet in pœnam. quia non est in potestate ipsius clerici impedire superiorem, ne repetat eum. c. si iudex laicus. extra de sent. excommu lib. 9. Pau. de Cast. dicit, quòd etiam si clericus expressè declinaret iurisdictionem iudicis secularis; tamen non caderet in pœnam statuti. quia sub illis verbis generalibus, quicunq; declinauerit iurisdictionẽ Potestatis &c. non comprehendũtur clerici, per not. per Io. And. in c. fin. extra de immunitate ecclesia. lib. 6. Et non est verisimile, ꝙ statuentes voluerint comprehendi clericos. bene facit, quod vult notabiliter Bal. in l. fi. §. & si præfatam. sup. de iure delibe. vbi dicit, quòd verba generalia statuti non referũtur ad ea, quæ sunt impossibilia statuentibus. Vos potestis addere notata per Canon. in c. ecclesia sanctę Marię. ex-
4 tra de constitutio. Addite etiam, † quòd si iudex secularis citet clericum, quamuis clericus non compareat: tamen non valebit processus contumaciæ punitiuus: quia iudex secularis nullam habet iurisditionem in clericum. Ita determinat. D. Panor. in præalleg. c. si diligen
5 ti. in fi. commenti. † Sed pone clericus citatur coram iudice seculari (non expresso tamen in citatione, quòd esset clericus) ipse clericus litigauit multo tempore corã iudice seculari, & nunquam allegauit priuilegium clericale, nisi in fi. iudex secularis facta sibi fide de priuilegio clericali, remittit ipsum clericum ad iudicem ecclesiasticum. Quid erit expensis factis in illa causa? Concludite, quòd iudex ecclesiasticus pronunciabit illum processum agitatum coram iudice sęculari esse nullũ. sed tamen condemnabit ipsum clericum in expensis, quia fuit in culpa, quare vsque à principio non allegauit priuilegium clericale, nec produxit illud. Ita determinat Dominicus de san. Gemi. in c. 1. extra de rescrip. li. 6. Notatur in c. exceptionem. ext. de excep. & ita practicatur.

In l. Si in fraudem.

1 SI in fraudem. ¶† Si hæres patiatur hæreditatis cõtrouersiam, tenetur nihilominus soluere legata, si præstetur sibi cautio de restituẽdo, casu quo hr̃ditas sibi euincatur. h. d. Pau. de Ca. opponit fortiter contra istum tex. quòd hæres pendente controuersia hæreditatis non teneatur soluere legata, per l. qui cum hærede. ff. de exceptio. rei iudi. Sol. quòd est in electione hæredis, an vellit repellere legatarios dicendo se non teneri soluere legata, attẽto quòd patitur controuersiam hæreditatis, an verò velit soluere, & facere sibi pręstari cautionem, de qua hic: hodie autem (quantũcunque patiatur hæreditatis controuersiam) tamen tenebitur soluere legata. l. fin. sup. de peti. hære. De hac materia habetur per Bar. in l. hæc autem. §. cum duo. ff. si cui plusquam per l. Falci.

In l. Cum alienam.

SVMMAE.

1 *Legatum rei alienæ valet, quando fit à sciente.*
2 *Legatarius, cui legata est res aliena, poterit eã petere ĩ libello.*
3 *Vxor non contin\[e\]tur appellatione propinquorum, nec proximorũ, sed bene appellatione coniunctorum.*
4 *Sed si verba apposita sine copula denotant diuersitatem in facto, & identitatem in iure.*
5 *Amicus singularis admittitur pro amico.*
6 *Legatum pium factum de re aliena, etiam erranter valet. Et factum pro anima. nu. 7.*
8 *Libertas, & pia causa æquiparantur.*
9 *Hæres an teneatur cedere actionem legatario, quando testator habebat possessionem, & non dominiũ rei, quam legauit.*
10 *Testator si leget alteri rem Principis, non debetur æstimatio.*
11 *Vxor habebit æstimationem, si maritus ei leget ornamenta prohibita.*

CVm alienam. ¶ Legatum rei alienæ sciẽter factum valet, & tenet, si verò sit factũ ignoranter nõ valet, nisi sit factũ personæ coniunctæ, vel ei, cui testator verisimiliter fuisset le-
1 gaturus etiam si sciuisset rem alienam. h. d. ¶ † Nota va-
2 lere legatum rei alienæ, quando fuit factum à sciente. Et hoc procedit, etiam si erat res ipsius legatarij, commutabiliter tamen. l. non quocunque. §. 1. cũ sua gl. ff. de leg. 1. & licèt res particulares, etiam si sint alienæ, possint legari: tamen secus est in hæreditate aliena, l. fi. sup. de hæred. instituendis. rõnem drĩæ reddit Bal. in l. illa.
2 d. l. fi. in 18. oppositione. Nota † ꝙ qñ legatur res aliena, pôt legatarius petere ipsam rem in libello. Ita colligit hic Bar. Sed certè iste tex non aperit, an debeat petere ipsam rẽ, an verò æstimationem. de hoc dicite, vt notatur in l. planè. la prima. §. quod si rẽ. ff. de leg. 1. & in l. Seia. & in l. Lucius. ff. de leg. 2. ¶ Vltimò nota hic bene ꝓ-
3 bari, † ꝙ vxor non continetur appellatione proximorũ, nec appellatione propinquorum. Sed bene continetur appellatione coniunctorum. Ita volunt Bal. & Saly. in l. fi. §. cum autem, & per illum tex. sup. de furtis. ¶ In gloss. 1. ibi. c. filius. vult ergo glo. quòd licèt de iure ciuili valeat legatum rei alienæ, quando testator scienter legauit illam rem: tamen secus est de iure canon. Pet. Cy. Nico. Mata. & Sali. dñt, ꝙ illa Decre. hic in gl. alleg. nõ vult cõstituere differẽtiam inter ius ciuile, & Cano. sed solũ vult dicere, ꝙ legatũ rei alienę non valet in ꝑiudicium dñi ipsius rei. sed bñ valet in ꝑiudiciũ hæredis institu-ti, vt

ti,vt teneatur ad æstimationē,vel teneatur redimere rē Inno.tñ & cōmuniter Cano.in d.c.filius,dicūt ꝙ illa decretalis,ponit casum specialem,quando testator legauit alicui rem alicuius ecclesiæ.Nam tunc,quia difficilis est alienatio rei ecclesiæ,c.fine exceptione.12.q.2.ideo legatum nullo modo valet, ita quòd nō debebitur etiam æstimatio: quemadmodum si quis legasset rem Principis.l.apud Iulianum.§.fina.ff.de leg.1.¶Sed Bal.& Imo. in d.§.si,dicunt,quod quando legatur res ecclesiæ,saltē debebitur æstimatio legatario,& hoc vult etiam Hosti. in d.c.filius.Et si dicas hoc videtur contra tex.in d.c. filius.ad hoc ipsi respōdent, quòd illa Decretalis,uult solùm hoc dicere, scilicet,quòd si de iure ciuili hæres tradat legatario rem alienam sibi legatam , poterit legatarius eam acceptare,etiam antequam hæres redimat eā, sed de iure canonico non debet eam acceptare.Alexan. de Imo.hic dicit,quòd verus intellectus d.c.filius, est ꝙ uelit inducere differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum.Ego confirmo istam opin.quia text.ibi dicit, sed
4 quia,†& nos habemus,quòd quando in aliqua lege , seu in aliqua dispositione sunt apposita ista uerba, sed si , & sunt apposita sine copula:tunc denotant diuersitatem in facto , & identitatem in iure , sed si sunt apposita cum copula , puta , quia dictum sit , sed & si , tunc denotant identitatem in iure.Ista est glo.notab.in l.2.in fi.ver. sed & fortius. ff. ne quis eum , qui in ius voca. est , ui exi. & ita vult Ange.in l.sed & si lege.ff. de petit.hæredi.& ibi dicit Ange.istam doctrinam esse menti tenendam . ¶In gloss.quali.ibi,& æstimat iudex.Francisc.Tig.dicit hanc gloss.esse singularem,dum dicit,quòd ad sciendum, quę dicatur persona coniuncta , standum est arbitrio iudicis. Vltramontani dicunt, quòd in agnatione dicuntur coniuncti vsque ad decimum gradū, in cognatione verò vsque ad septimum,de quo per Bar.in l.2.ff.de accusa.Sed Bar.Fran.Tig.Barto.de Sal.& Fulg.sequuntur hanc glo. Et nota vnum,quod vult hic Guil.de Cun.quòd sufficit quòd testator diligat unum tanquàm sibi proximum,& coniunctum.Benefacit quod volunt Gui.de Cun.& Barto.in l.non solum.§.qui alieno. ff. de procurato. ubi dicunt,quòd sicut coniuncta persona admittitur ad agendum pro coniuncta,etiam sine mandato.l.sed & hæ.ff.de
5 procura.†ita singularis amicus pro amico admittetur,facit quod not.Bald.in l.si iure,inf.de testam.manumis.Addatis¦ quòd istum passum,quis dicatur coniunctus , pleniùs examinat Bald.in c.nonnulli,extra de rescr.¶In eadem ibi,in libertate.¶Addatis,quòd idem est, si fiat legatum pro anima,uel ad piam causam: quia etiam si fiat de re aliena,valebit.Ita dicit hic Pau.de Cast.Idem vult Cuma.in l.si domus.§.de emptione.ff.de leg.1. Et Rom. in sua repet.Authen.similiter,inf.ad leg.Falc.& Bald. in repetit.legis primæ,in 21.colum. sup. de sacrosanct. ec-
6 cle.†vbi dicit valere legatum pium,etiam si sit factum de re aliena erranter:quia si legatum fiat pro anima,uel ecclesiæ,debet valere:quia Deus,& ecclesia reputantur pater,& mater nostri,c.qui abstulerit.12,q.2. Et concluda-
7 tis audacter,†quòd legatum de re aliena factum pro anima,vel in piam causam valet , & tenet , quamuis erranter sit factum : quia si ualet legatum libertatis,debet ua-
8 lere legatum pium . † Nam libertas, & pia causa æquiparantur.Ita dicit Barto.in l.si unus, sup.de testamen. ¶In eadem,ibi.§.euictis', uera solutio ad illum text. est ista,quòd ibi legatarius erat coniunctus testatori,sicut & alii:quia erant omnes fratres . Et ideo si prælegatum factum uni ex eis euincatur,alii non tenentur, de euictione,ne generetur inuidia inter eos.¶Limitate tamen,nisi illud prælegatum ueniret computandum in legitimam . Nam hoc casu,si euinceretur,deberet sibi refici id,quod est euictum.Ita notat Bald.in l.scimus,'sup.de inoffic.testam.¶In eadem,ibi,certi hominis.Paul.de Castr.reprehendit hanc distinctionem gloss.dicens, quòd siue testator credebat rem etiam certi hominis,uel icerti, utroq; casu sufficiet,quòd hæres semel redimat eam , non autē pluries,etiam si pluries euincatur,argum.l.fideicommissa.§.si quis decem.ff.de leg.3.dummodo hæres adhibuerit debitam diligentiam in emendo ipsam rem. ¶In fin. gl.Nota bene glo.hic in fine,quia Docto.sequuntur eā.
9 †Sed quid si hoc casu,quando testator habebat possessionem,& non dominium rei,quam legauit , habebat tamē actionem de euictione contra uenditorem, an hæres tenebitur illam actionem cedere legatario. Concludas,ꝙ sic,per l.in creditore. ff. de euictio. quicquid in contrarium dixerit gloss.in l.si res,illo eod.titu.de euictionib. Alexand.dat tres limitationes ad hanc l. Primò limitat eam,per l.hæres percepto fundo.ff. ad Trebel. secundò limitat,per l.qui solidum,in §.1.ff.de lega.2.Tertiò limitat,si testator leget rem suam alleri , casu quo contingat eam effici alienam.Nam tale legatum nihil valeret,allegat tex.& Ang.ibi in l.Stichus seruus.ff.de manumiss.testam.¶Ego addo quartam limitationem:quia ista lex debet intelligi,quando testator intendebat testari de re tā quam ius haberet in ea,quod in dubio præsumitur, etiā si illud ius erat futurum caducum morte. l. uxor patrui, inf.eod.Hanc limitationem ponit Bald. in Authen. hoc
10 lucrum,sup.de secun.nupt.¶Vltimò nota, †quòd si testator legat alteri rem Principis : quia non est in commercio nostro,non debebitur ęstimatio legatario.l.apud Iulianum.§.fina.ff.de legat.1.Dicunt tamen ibi Bar.& Bal. quòd secus esset,si res immobilis legaretur forensi prohibito acquirere virtute statuti¦. Nam hoc casu debebitur æstimatio legatario . Et ita vult etiam solemnis doctor dominus Pet.de Anch.in c.filius,ext. de test. Idem si forensis sit prohibitus acquirere in loco bona immobilia fratribus prædicatoribus,qui sunt mendicantes . Nam poterūt bona immobilia eis legari,cum hoc,quòd illa uendant,& habeant pretium.Ista sunt uerba Bal.in l.
11 cum quæstio,in fi.ÿ.eod.†Eodem modo si maritus leget uxori ornamenta prohibita portari, saltem habebit æstimationem,arg.l.fideicommissa.§.si seruo.ff.de leg.'3.

ADDITIO.

a ¶Valere legatum.Adde,quòd legatum potest relinqui nudis uerbis.Pe.de Anch.in c.indicante.nu.1.ext.de testa.& an legata incerta ualeant.uide per eundem in cap. nos quidem,nu.7.eo.tit.de testa.

In l.Filia legatorum.

SVMMAE.

1 *Legatum factum filiæ pro dote,si præstatur ei à patre uiuente non poterit peti post mortem patris.*

2 *Testator legauit filiæ mille pro dote,deinde superuiuens maritauit eam pro quingentis, an mortuo patre filia poterit petere alia quingenta.Et quid in capella,nu.5.*

3 *Quantitas,quando est certa in legato,non minuitur per adiectionem causæ.*

4 *Causæ impletio nunquam resoluit legatum.*

1 Filia legatorum.¶† Si legatum factum filiæ pro dote ei præstetur à patre uiuente, amplius peti non poterit post mortem patris. Hoc dicit . ¶ Quæro circa istam
2 legem de pulchra quæstione . † Testator legauit filiæ mille pro dote,seu pro ea maritanda:deinde superuiuēs maritauit eam pro quingentis: vtrùm mortuo patre ipsa filia poterit petere alia qngenta,Dy.in l.Lucius , la 1.ff. de legat.2.determinat,ꝙ non,allegat.l.libertis la 1.ff.de de alimentis & cib.legatis. & l.quinquaginta.ff.de probatio.

batio. Et opi. Dyn. sequutus est Ioann. de Imo. in d. l. Lucius. & idem Imo. in c. filius. extra de testa. Eandem opi. sequitur Raph. Cuma. in d. l. Lucius. Mouetur, quia causa dotis fuit causa finalis legandi, l. si ego. in §. 1. ff. de iure dot. Et nos habemus, quòd cessante causa finali, debet cessare effectus, l. cum tale. §. legato falsam. ff. de cõdi. & demon. ¶ Contra. opin. tenuit Oldr. quem sequitur
3 Bar. in d. l. Lucius. Mouentur. † quia quotiescunque certa quantitas est in legato, illa quantitas non minuitur per adiectionem causæ l. Lucius. ff. de alimen. & ciba. legatis, & l. creditor. §. si inter. ff. mand. Eandẽ opi. sequuntur hic Bal. Sali. & Ang. Addite, quòd eandem opin. tenuit D. Pet. de Anch. in præalle. c. filius. Addite adhuc, quòd Raph. Cuma. in d. l. Lucius. refert hanc opi. esse cõmunem, & eam sequamini. & ad l. libertis. respondebitis, quòd ibi vterque actus erat vltimæ voluntatis. Sed in proposito nostro vnus actus fuit vltimæ voluntatis, & alter inter viuos. Ad l. quinquaginta. respondebitis, quòd ibi erant diuersæ vltimæ voluntates, & eadem summa. Ad motiuum Raph. Cum. dum dicit, quòd ces-
4 sante causa fin. &c. respondete, † quòd nunquam impletio causæ resoluit legatum, imò illud confirmat, & corroborat. l. si iam facta. ff. de condi. & demon. Et per præ
5 dicta in quæstione facti consului, † cũ quidã testator legasset mille pro dotando vnam capellam, & postea superuiuens dotasset eam pro quingentis, consului quòd mortuo testatore poterant peti alia quingenta, & mouebar, quia bonum est argumẽtum de donatione capellarum ad donationem filiarum. Ista est gl. notabilis, dũ allegat. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. in c. cum sicut. extra de consec. eccl. vel alta.

In l. Cum responso.

SVMMAE.

1 *Hæres institutus repudians partem hæreditatis, in quam fuit institutus, consequitur in totum prælegatum sibi factum.*

2 *Apparere quando dicatur de mente testatoris. & nu. 3.*

1 CVm responso. † Hæres institutus repudiãs partẽ hæreditatis, in qua fuit institutus, consequitur in totum prælegatum sibi factum h. d. ¶ Nota summarium. ¶ Sed opponitur, & imò videtur, quòd iste, qui fuit institutus pro parte, non possit consequi prælegatum sibi factum: saltem pro illa parte, pro quam fuit institutus. quia regulam habemus, quòd legatum à se ipso sibijpsi fieri nõ potuit. text. est in l. legatum. in. §. 1. ff. de leg. 1. Sol. contrarium procederet, quando iste institutus pro parte adiuisset hæreditatem pro illa parte, pro qua fuit institutus. Nam tunc non posset petere prælegatum, nisi pro parte cohæredum. sed in casu. l. nostræ, iste non adiuit, imò repudiauit. non est ergo mirũ, si prælegatum possit consequi in totum. ¶ Sed adhuc opponitur fortius, & imò uidetur, quòd iste nihil possit petere de prælegato sibi facto, quia repudiando hæreditariam portionem, in qua fuerat institutus, videtur etiam repudiasse prælegatum sibi factũ in eodem testamẽto. l. filio pater, quem in potestate. cum l. sequenti. ff. de leg. 1. & l. fi. §. fi. ff. de except. doli. Solu. in iuribus contrarijs apparebat de volũtate testatoris tacita vel expressa, quòd nolebat institutum habere prælegatum, nisi etiam acceptaret
2 hæreditatem. † & dicit apparere de mente testatoris, a
a quando inter illos, quibus reliquit hæreditatem, distribuit bona, assignãdo certas res vnicuique ipsorũ. Nam hoc casu, quia prælegatum succedit in locum portionis hæreditariæ repudiando portionem hæreditariam, videtur etiam repudiasse prælegatum. Iste est tex. singularis, quem tenebitis menti in l. quid ergo. la. 2. ff. de leg. 1.
3 † Item diceretur apparere de mẽte testatoris, quãdo in institutione apposuisset aliquam conditionem, quæ intelligereť repetita in plegato. Nã hoc casu repudiãdo portionem hereditariam, uel nõ adimplendo cõditionem, videtur repudiasse prælegatũ. Et ita loquitur. l. fi. § fi. ff. de exceptio doli. ¶ Sed iterum opponitur, & imò vr̃, quod iste institutus pro parte non possit cõsequi plegatum, etiã pro parte cohæredũ, vñ opponitur de. l. miles. §. ad sororem. ff. de leg. 2. Solu. lex nostra loquitur, qñ ille, qui erat institutus pro parte, repudiauit hæreditatẽ, sed contrarium debet intelligi, qñ non repudiauit, imò decessit hęreditate non adita, & hoc casu nõ transmittit prælegatum ad hæredem suum pro illa parte, pro qua fuerat institutus: quia pro illa parte prælegatũ erat cõditionale, silicet si repudiaret. Sed pro parte cohæredum bene transmittit, quia pro illa prælegatum erat purum.

ADDITIO.

a ¶ Apparere de mente testatoris. Adde quod mens testatoris intelligitur, secundùm mentem statuti. vi per Ale. in consi. 14. in 4. vol. Dy. Bar. & Ang. in l. hæredes. §. cum ita. ad Trebel. pleniùs per Andre. Bar. in cons. suo incip. spectabilis &c. quod est post cõsilium. 45. Ale. in. 5. vol. Et vide per eundem Alex. in cons. 125. in primo volu.

In l. Proprias tuas.

SVMMAE.

1 *Legatum rei propriæ legatarij non valet.*

2 *Legato militiæ an saltem contineatur æstimatio.*

1 PRoprias tuas. † Non valet legatum rei propriæ legatarij h. d. ¶. Nota summarium. Et intelligunt Doct. quòd legatum rei propriæ legatarij non valebit, etiam quò ad æstima-
2 tionem, & tamen † secus esset, si testator legaret alicui militiam, quam capere non posset: non tamen propter delictum suum. Nam saltem deberetur æstimatio legatario, vt notatur in l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. 1. Item limitabitis hanc, l. procedere, nisi testator haberet aliquod ius in re ipsius legatarij: quia tunc valeret legatum respectu illius iuris, vt habetur in l. si tibi homo. ff. de leg. 1. Intelligatis tamen de iure, per quod posset auocari ipsa res, puta, quia erat ius hypothecæ: alioquin si esset ius, ꝑ qđ nõ posset res auocari, secus eẽt, puta, testator habebat seruitutem prædialem in prædio Titii legat illud prædium Titio: certè legatum non valebit, nec per hoc intelligetur remissa seruitus prædialis. Idem si haberet in fundo Titii seruitutem personalem, puta vsumfructum. Nam licèt leget fundum ipsi Titio tamen non vr̃ per hoc remisisse vsumfructũ: quia erat finiturum morte vsufructuarij. Hęc omnia habẽtur in illo difficili. §. fundo. l. Męuius. ff. de leg. 2. Item limitabitis hanc l. quando legatũ est purum, secus si sit cõditionale. l. cætera. in. §. 1. ff. de leg. 1. Quid aũt si tpe cedẽtis legati nõ erat res legatarij, & tñ ante testamentum, & post, erat sua. dicite quod medium tempus nõ est in cõsideratione. l. sed si in conditione. §. solemus. ff. de hæred. instit. Quid si postquam cessit dies legati, sit effecta ipsius legatarij. Concludite, quod aut fuit effecta sua ex causa lucratiua, & tunc nihil põt petere ex illo legato: quia duæ causæ lucratiuę in eadẽ re cõcurrere non pñt. l. oẽs. ff. de actio

actio,& obl, secus si ex causa onerosa.l.planè.§.quòd si rem.ff.de leg.1.Quid si testator legat mihi nõ rem meã, sed rem alicuius tertii,qui postea mihi succesfit,vel ego sibi,an ex tali legato aliquid peti poterit?Dicite,ut habetur in l.si res.ff.ad Treb.

In l.Monumenta.

SVMMAE.

1 *Spiritualia non possunt legari.*
2 *Patronus,an possit legare alicui ius patronatus, quod habet ecclesia.*

1 MOnumenta.¶†Spiritualia legari non possunt. Hoc dicit.Dicit tamẽ hic notabiliter gl.quòd si testator legat mihi monumentũ suum, seu sepulchrum, licèt legatum nõ ualeat quò ad proprietatem sepulchri,tamen valebit quantùm ad ius inferendi mortuos,& sic ineptus modus loquendi non vitiabit legatum. Simile habetis,quòd si patronus donet ecclesiam, licèt donatio quantùm ad ecclesiã non valeat,tamen intelligetur donasse ius patronatus. Sed ego quæro de quæstione, quam habui in practica,
2 †vtrùm patronus in testamento suo posfit legare alicui ius patronatus, quod habet in ecclesia.D.Panor.in c.cũ sęculum,extra de iure patron.refert Mod.Doct.communiter tenere,quòd tale legatũ nihil valebit, nisi accedat consensus Episcopi,sufficiet tamen,quòd Episcopus ex postfacto consentiat, & interim antequàm consentiat, ius patronatus remanebit apud hęredem defuncti,quod notetis.

In l.Si uniuersæ.

SVMMAE.

1 *Legata non ualent,quando æs alienum absorbet totam hæreditatem.*

1 SI vniuersæ ¶†Legata non ualẽt, quando æs alienum absorbet totam hæreditatem,si tamẽ aliquid superesset, ære alieno deducto,legata valebunt(salua tamen ratione legis Falcidiæ.)Et sic,quod hic dicitur in legato,habet locum ẽt in donatione causa mortis.l.1.§.1.ff.si quid in fraud.patro.Limitat tamen singulariter Bal.istam l. ut nõ habeat locum in legato speciei,sed in legato quantitatis,vel generis.Ratio diuersitatis est:quia speciei legatæ dominiũ ipso iure recta uia transit in legatarium à morte testatoris.l.à Titio.ff.de furtis.subaudi, & ab adita hæreditate.
2 l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de legat.1.†& æs alienum non sequitur fundum.l.fideicommissum.§. tractatum.ff. de iudic.& l.1.§.si hæres.ff.ad Treb.Bartol.de Sal.dubitat,quia lex ista annihilat titulum propter æs alienum, ergo non transit dominium in legatarium. l. nunquam nuda.ff.de acquiren.rer.dom.Item Pau. de Castr.etiam arguit contra Bald.quia hæres potest agere contra legatarium condictione indebiti propter æs alienum.l. 2.ff. de condict.indeb.Subdit tamen, quòd auctoritas Bald. non est parua.Possetis respondere motiuo Pau.quòd an sit indebitum,apparebit ex futuro euentu, scilicet ex iudicio, quod agitabitur per creditores contra hæredem. Limitabitis etiam istam legem, nisi testator grauasset legatarium dare hæredi tantùm, quòd sufficeret pro satisfaciendo hæreditarijs creditoribus, quia tunc de illo poterit eis satisfieri,& ualebit legatum,tex. cum gl.sing.in verb.in fraud.cred.in l.seruum filii.§. si idem seruus.ff de lega.1.Item ista lex non procederet hodie non confecto inuentario,ut habetur in Auth.sed cum testator,inf.ad l.Falc.

In l. Creditor si à.

SVMMAE.

1 *Lego tibi rem tuam alteri obligatam,an hæres meus teneatur eam redimere sua pecunia.*
2 *Creditor si legat debitori rem,quam ipse debitor creditori pignorauit,quid operetur tale legatum.*

1 CReditor si à.¶†Si debitor legat creditori rem sibi pignoratam,non tenetur eam reddere ẽt
2 soluto,uel oblato pretio.h.d.†Quid autẽ si ego lego tibi rem tuam alteri obligatã & pignoratam Concludite,quòd hæres meus tenebitur eam redimere de sua pecunia, tex.singularis secundùm Dyn.in l.si tibi homo.ff.de lega.1.†Quid autem si creditor legat debitori rem,quam ipse debitor creditori pignorauerat. Dicite, quòd tale legatum operabitur hoc solũ,vt res ipsa sit liberata à pignore,sed tñ debitor non intelligẽ liberatus à debito.l.1.§.1. ff.de liberatio. leg. & ideo cum tale legatum non afferat aliquod commodum pecuniarium,non poterit creditor ita legando grauare ipsum legatarium ad aliquod onus,per regulam.l. ab eo,inf.de fideicomm.nisi fuisset pignorata pro tanto, quantùm valet: quia hoc casu si creditor leget debitori ipsam rem pignoratam, uidebitur etiam liberasse à debito,& ideo poterit eum grauare aliquo onere fideicommissi.Ita singulariter determinat Barto.in d.l.si homo,ꝑ l.qui habebat.ff.de lega.3. & ita transit hic Alexand.de Imo.sed certè Ange.Ioan.de Imo.& Pau.de Castr. in d. l.si tibi homo,determinant contra Barto. quia hoc casu legatum rei pignoratæ potest operari alium effectum: quia affert utilitatem ipsi legatario, ut posset uti re pignorata, ergo non intelligitur remissum delictum. Ad l.qui habebat.ff.de leg.3.ipsi respondent, quòd ibi legatum non fuit factum debitori, sed tertio. Et ista opinio contra Bar.in puncto iuris est uerior,vt ipse Alex. attestatur in d.l.sicuti homo.Est bene verum, quòd Nicol. de Neapo.& Raph.Cuma.in d.l.si tibi homo. sequuntur opi.Bar.& idem tenuit solemnis Docto.D. Petr.de Ancha.in c.filius, extra de testam. Non recedatis à priori sententia.

In l. Datum legatum.

SVMMAE.

1 *Legatum potest adimi,sicut & fieri.*
2 *Codicilli, an dicantur solemnis voluntas ad reuocandum legata ipso iure.*

1 DAtum legatum.¶†Sicut legatum potest fieri,ita & adimi. Hoc dicit. ¶ Nota summarium.¶In gloss.prima ibi, solemnis uo
2 luntas.† Sed an codicilli dicantur solemnis uoluntas ad reuocandum legata ipso iure. Concludite,ꝙ sic,secundùm magis communem opi.ut no. in l.si ita scriptum.ff.de leg.1.An aũt in codicillis posfit reuocari

cari ſubſtitutio facta in teſtamento. Ego dixi vobis in l. hæreditatẽ. ſupra de codicil. plenè tangitur per Alex. de Imo. in l. hac cõſultiſsima. §. ſi quis autẽ. ſ. de teſtam.

In. l. Ex legato.

S V M M AE.

1 *Actionem directam alteri competentem non poteſt intentare ille, ad quem ſpectat commodum, niſi ſibi cedatur.*
2 *Teſtator quando legat alicui nomen debitoris, quid intelligatur legare.*
3 *Ceſsio in incorporalibus quid operetur.*
4 *Teſtator ſi legat mihi actionem realem, ſeu rei vẽdicationem ſibi competentem ad fundum, quid dicatur legaſſe.*
Et quid ſi legauit mihi fundum, in quo non habet, niſi actionem. nu. 5.

EX legato. Si legetur nomen debitoris, vtilis actio ipſo iure
tranſit in legatarium, directa verò actio nõ
tranſit, niſi ſit ceſſa. h. d. ¶ No. 1. ex iſto tex.
1 hic bene probari, † quòd ille, ad quem ſpe
ctat commodum, non tñ poteſt intentare
directam actionem alteri cõpetentem, niſi ſibi cedatur.
2 ¶ Nota ſubſequenter, † ꝙ quando teſtator legat alicui
nomen debitoris, vtiles actiones tranſeunt in legatariũ
ipſo iure, etiam ſine aliqua ceſsione, directæ aũt actio-
nes non tranſeunt in legatarium, niſi ſibi cedantur. Hinc
3 ſolemus dicere, † quòd illud, quod operatur traditio
in rebus corporalibus, illud operatur ceſsio in incorpo
ralibus. Iſta eſt glo. ord. in l. fi. ſupra quando fiſcus, vel
priua. notatur in l. fin. ff. de donat. ¶ In glo. prima ibi, vti
lis eſt datiua. Intelligatis hoc dictum procedere, quan-
do directa naſcitur ex contractu, & vtilis competit ex
ceſsione expreſſa, vel tacita. Nam tunc illa vtilis actio
dicitur datiua: quia inter eum, cui ceditur illa actio, & il
lum, contra quem fit ceſsio, nullum negotium geſtum
eſt. ergo non poteſt dici natiua, ſed eſt datiua. Ita decla
rat Bartol. in l. 1. ſupra de actio. & oblig. ¶ In eadem. ibi,
ex verbis. De hoc dicas, ut notatur in l. ſi curatoris. ſu-
pra de neg. geſt. Extra gloſſ. quæro an iſta lex procedat,
qñ teſtator legaſſet alicui vſumfructũ nominũ omnium
debitorum ipſius teſtatoris, vel vſumfructum omnium
bonorũ ipſius teſtatoris, an legatarius hoc caſu poterit
ſuo proprio nomine intentare vtilem actionem abſque
ceſsione. Concludatis, quòd ſic, pręſtita cautione de vtẽ
do, & fruendo arbitrio boni viri. Nam tunc poterit age
re contra debitores ad fructus, & penſiones. Ita notabi
liter determinat. d. Pet. de Anch. ſuo conſi. 351. & aper
tè ſuo conſi. 3. incipiente, non eſt dubium. quod eſt no-
4 tandum. † Quid autem ſi teſtator legaſſet mihi actionẽ
realem, ſeu rei vendicationem ſibi competentem ad fun
dum. Bal. Salic. & Pau. de Caſt. concludunt, ꝙ hoc caſu
ego legatarius potero intentare directam actionem, &
directũ dominium erit in me tranſlatũ, & directa actio,
arg. l. ſed nec legatarius. ff. de cond. fur. & ſic habetis pul
chram limitationem ad l. noſtrã, vt procedat in legato
actionis perſonalis, vel mixtę, nõ autem in legato actio
nis realis, ſeu rei vendicationis: quia tunc directa actio,
& directum dominium transferentur in legatarium. de
qua quęſtione videte per Bald. in l. per diuerſas. in. 18.
5 q. ſupra mand. † Quid autem ſi teſtator habeat actionem
ad fundum, & non legauit mihi actionẽ, ſe legauit mihi
ipſum fundum, an hoc caſu potero ego legatarius inten
tare vtilem actionem ſine ceſsione? Bald. & Sali. hic de
terminant, quòd non, per. l. apud Iulianum. §. ſi Titius.
ff. de leg. 1. Nam aliud eſt legare actionem, & ita loqui-
tur l. ſecunda. & aliud eſt legare rem. l. ſi Titius mihi.
cum ſua gloſſ. magna. ff. de leg. 2. † ¶ Vltimò quæro
quid ſi in caſu huius. l. quando teſtator legauit mihi no
men debitoris ſui, an hæres defuncti, ſi velit agere dire-
cta actione contra illum debitorem, poterit repelli ex-
ceptione. Bal. hic eleganter determinat quòd ſic. idem
uoluit ipſe Bal. & ſequitur Pau. de Caſt. in l. ſi pecuniam.
ff. de lega. 1. Et hinc colligitis ſingularem limitationem
ad l. 3. ĩ. de nouatio. vt illa. l. non procedat, quando vti-
lis actio tranſit in alium ex diſpoſitione ultimæ uolun-
tatis. Quod ſemper nota.

In l. Non tantùm.

NOn tantùm. Breuitas temporis, quo matrimonium durauit, non habet impedire legati validitatem ab uno coniugum alteri facti. h. d.

In l. Vxor patrui.

S V M M AE.

1 *Legans rem, in qua habet vſumfructum: quid dicatur legaſſe.*
2 *Teſtator habens aliquam rem in emphyteoſim, quæ erat finitura morte hæredis, ſi legat illam rem alteri, non valet tale legatum.*
Et quid ſi habeat emphyteoſim, & illam legat mihi, & poſtea ipſe acquirat dominium directum illius rei, an mihi accreſcet illud augmentum. nu. 3.

1 VXor patrui. ¶ † Si quis legat rẽ, in qua habet vſum-
fructum, videtur legaſſe tãmmõ ius, quod
habet, licèt ſit morte periturũ. h. d. Et per
2 hanc legẽ dicit Bar. † ꝙ ſi teſtator habens
in emphyteoſim aliquã rem, & illa em-
phyteoſis erat finitura morte illius emphyteotę, ſi leget
illã rem emphyteoticã alteri, tale legatũ nõ ualebit. Et
hanc opi. ſecuti ſunt Bal. & Ang. in l. quod in rerum, in §.
1. ff. de leg. 1. Idem tenuit Ioan. de Imo. in c. paſtoralis,
extra de donat. Et licèt Cum. & ipſe Imo. qui fuit ſibi
contrarius in d. l. quod in rerum, in §. 1. teneant contra
Bart. cum modificatione tamen, ſi teſtator ſciebat illam
emphyteoſim finituram morte ſua, per l. Titio. ff. de vſu-
fruct. leg. tamen non recedatis ab opi. Bart. & ſequaciũ.
3 Nam Alex. in d. l. quod in rerum. in §. 1. atteſtatur opin.
Barto. eſſe magis cõem. Et ad. l. Stichum. rñdeatis, vt per
do. Alexan. in. d. l. quod in rerum. in §. 1. ¶ † Quid autem
ſi habens rem in emphyteoſim leget mihi illam rem em-
phyteoticam: & deinde acquirat directum dominium
illius rei, an illud augmẽtum pertinebit ad legatarium.
Bar. Bal. Ange. Et Imo. in l. ſeruum filii. in princ. ff. de le-
ga. 1. determinat, quòd tale augmentum cedet ad com-
modum legatarii. Et ita teneatis, finaliter addite, quòd ſi
vultis bene intelligere hanc legem, videtę do. Alex. de
Imo. ſuo conſi. 9. in 2. vol.

In l. In legatis.

IN legatis. Non refert per quæ uerba loquatur teſtator, dummodo concipiatur eius intentio. h. d.

In l. In annalibus.

S V M M AE.

1 *Hæredum appellatione veniunt hæredes vſque in infinitum.*
2 *Teſtator ſi legat vſumfructum alicuius rei ſuæ ciuitati, tale legatum non durabit, niſi centum annis.*
Et quid ſi legat vſum fundi ſui Titio, et hæredibus Titij. nu. 3
Et quid ſi legat Titio, & hæredibus ſuis annuũ redditum certi fundi. nu. 4.

1 IN annalibus. ¶ † Appellatione hæredum, ve-
niunt hæredes vſq; in infinitum. hoc di-
cit iſta lex. ¶ Nota ſummarium. ¶ In gl.
fi. ibi, ne inutilis. hanc rationem Doct. ſe
quuntur. Ray. de Forli. reddebat aliam rõnem ad. l. anti-
quitas. ſ̃. de vſufructu. & dicebat, ꝙ ibi teſtator fecerat
mentionem de hærede in ſingulari. Sed iſta rõ nihil va
let, per. l. ſi pluribus. in prin. ff. de lega. 2. tenete ergo rõ-
2 nem per iſtam glo. aſsignatã. Hinc videmus, † ꝙ ſi teſta-
a tor legat vſumfructum [a] alicuius rei ſuæ ciuitati, tale le
gatum non durabit, niſi centum annis, ne proprietas red
3 datur inutilis. l. an vſuſfructus. ff. de vſufr. † Quid ãt ſi te
ſtator legat vſum fundi ſui Titio, & hæredibus Titij, an
tunc habebit locum l. antiquitas. ſ̃. de vſufr. vbi dicitur,
ꝙ intelligitur de primo hærede, non aũt de alijs? Guili.
de Cun. hic dicit, ꝙ non, imò intelligetur de hæredibus
Titij vſq; in infinitum: eſt rõ ſecũdùm eũ, quia totus fru-
ctus non pertinet ad vſuarium. §. 1. Inſt. de vſu, & habit.
ergo ꝑprietas non reddeť inutilis. Et licèt Bal. & Sali. in
d. l. antiquitas. mordeant dictũ Guil. tñ eorũ fundamẽtũ
eſt ſatis fragile. Mouentur enim, quia ille vſus poſſet di
ſtribui inter plures hęredes Titij legatarij, ita ꝙ proprie
tas redderetur inutilis. Sed poteſtis reſpondere, ꝙ eadẽ
rõne poſſet vſus ꝑuenire ad vnũ hęredem, q̃ rõe ætatis,
vel alterius cõditionis nõ indigebit oĩbus fructibus, &
cõmuniter ꝑprietas nõ erit inutilis. Teneatis ergo opi.
Guil. Et notetis ſuã deciſionẽ pro limitatione. d. l. anti-
quitas. habetis defenſatam rõnem gl. De materia tãgiť
per Bar. in l. Gallus. §. ẽt ſi parente ff. de lib. & poſth. Ad
dit hic Pau. de Ca. ꝙ multùm refert, an teſtator leget cer
tã quantitatem annuã Titio, & eius hęredibus ꝑ alimen
tis, vel certam quantitatẽ annuã ſimpliciter alicui pau-
peri, quo caſu intelligitur in cãm alimentorũ. l. cũ hi. §.
ſi in annos. per gl. & Doct. ff. de tranſ. Et iſtis caſibus ve-
nirẽt hęredes vſq; in infinitũ, q̃a natura rei legatę habet
hoc, ꝙ ſit trãſitoria ad hæredes. Secus ſi teſtator legaret
alimenta Titio, & eius hæredibus, quia tunc intelligere
mus de primo hærede Titij: quia res legata de ſui natu-
ra non eſt tranſitoria ad hæredes. Ita notat Bar. in l. ſi ita
§. 1. ff. de verb. ob. habeť in l. cũ hi. §. modus. ff. de tranſa.
4 ¶ Vltimò quæro, † quid ſi teſtator legat Titio, & hęredi
bus ſuis annuũ redditum certi fundi ipſius teſtatoris, an
hoc caſu intelligeremus de primo hęrede Titij tm̃, ſicut
dicimus in. d. l. antiquitas. ſ̃. de vſufru. Ang. hic determi
nat ꝙ non. imò intelligemus de hæredibus Titij vſq; in
infinitum: q̃a talem annuum reditum legatarius, & hęre
des ſui debebunt percipere de manu hæredis, & ſic hæ-
res poterit frui fundo. allegat ipſe Ang. ad hoc tex. nota
bilem. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufru. leg.

ADDITIO.

a ¶ Vſufructum. adde, quòd vſufructus finitur morte &
redit ad proprietatem. Pe. de Ancha. in c. cum conſtet.
nu. 5. & nu. 10. extra de pigno. Et quid ſit uſuſfructus. ibi
dem nu. 2. Et in quibus conſtet ibidem nume. 4.

In l. Cum quæſtio talis.

SVMMAE.

1 *Teſtator quando legat vnam rem vni, & poſtea dimidiam partem illius rei alteri, quid iuris.*
2 *Totum diuiditur in. 12. partes, ſeu vncias.*
3 *Partis appellatione quid contineatur.*
4 *Poſtea, dictio quid importet.*

CVm quæſtio talis. ¶ Si legatur aliq̃d
totum alicui, deinde pars eius alteri lege
tur, illa pars à toto intelligitur adempta.
h. d. vſq; ad. §. ſed & illam. ¶ Nota ex iſto
1 tex. † quòd quando teſtator legat in totum vnam rem
vni, deinde eiuſdem rei dimidiam legat alteri, licèt iſte
ſecundus legatarius habeat dimidiam; tamen non dicũ
tur ſibi facere partes per concurſum. ſi enim facerent ſi
bi partes per concurſum, iſte, cui fuit legatus fundus in
totum, concurreret in illa dimidia. quam eſt habiturus
ſecundus legatarius, cuius cõtrarium probat iſta litera.
Ex hoc infertur, ꝙ iſti non dicuntur coniuncti. Et ideo
ſi iſte ſecundus legatarius non habeat ſuam dimidiam
aliqua ratione, non tamen accreſcet primo legatario, &
ita vult Barto. in l. re coniuncti. circa quartam col. ff. de
leg. 3. Et ſequitur hic Pau. de Caſt. & etiam Fulgo. licèt
Cyn. poſt Iac. de Rauen. tenuerit hic contrarium, & ma
lè, vt autem melius intelligatis iſtud principium, debe-
2 tis ſcire. † quòd omne totum eſt diuiſibile in. 12. partes
ſeu vncias. Et illud totum appellatur as, pondus, ſeu
libra. §. hæreditas. Inſti. de hæred. inſtitu. & l. ſeruum. §.
hæreditas. & ibi gloſſ. ff. de hære. inſti. vnde dicit nota-
biliter Bartol. in l. interdum. in prin. ff. de hære. inſti. ꝙ
ille, qui petit duas partes ex tribus, debet hoc exprime
re: alioquin, ſi ſimpliciter duas partes peteret alicuius
3 rei, videreť petere duas partes de duodecim. † & ideo
debet eſſe cautus, vt dicat ſe petere duas partes de tri-
bus, Idem tenet ipſe Bartol. in l. qui non militabat. in
§. 1. illo eod. titul. de hæred. Inſti. de quo per eundem in
l. codicillis. in. §. 1. ff. de uſufru. leg. Ang. autem in d. l. in
terdum. in. §. 1. tenet contra Bartol. Mouetur, quia ſi pe-
to partem alicuius rei ſimpliciter, ego uideor petere di
midiam. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de uerb. ſigni.
Ad l. interdum. ipſe reſpondet, quòd loquitur in hære-
ditate, in qua nomina portionum ſunt adinuẽta à iure.
Et idem Ang. in. l. ſi in rem in 2. colu. ff. de rei uend. di-
cit, quòd communis practica per uniuerſum orbẽ tenet
contra Bar. Sed idem Ang. in l. defuncta. in. §. 1. ff. de uſu
fruc. tenet opi. Bar. ego addo Ang. idem tenentem in l.
ſi fundus. §. penul. ff. de pigno. Io. de Imo. & Doc. Mod.
in d. l. interdum. ſequuntur opi. Bar. Moueňť ꝑ illam. l. in
terdũ. Non obſt. q̃d dicebat Ang. ꝙ noĩa portionũ ſunt
adinuẽta à iure in hæreditate: q̃a idẽ eſt in alijs rebus. l.
quoties. §. ſi duo. ff. de hęre. inſt. Non obſtat tex. in. §. por
tionis: per quẽ moueť Ang. q̃a Bart. nõ negat, q̃n ſi ſim-
pliciter peto partẽ, uidear petere dimidiã: q̃a hoc uerũ
eſt, per. d. §. portionis. Sed Bar. loquiť, q̃n peto duas par-
tes alicuius rei: nã hoc caſu ſi nõ exprimã, ꝙ peto duas
partes ex tribus, ego uideor petere duas partes de duo
decĩ, niſi ex aliq̃bus coniecturis appareat de cõtrario. in
alia tñ materia (puta electionis) ſi in aliquo inſtr̃o repe-
riatur ſcriptũ hoc mõ. Duæ partes talis collegij, uel uni
uerſitatis elegerũt talẽ, uel cõſtituerũt talẽ ſindicũ, intel-
ligetur de duabus partibus ex tribus, licèt hoc nõ expri
matur. l. nominationũ. ĩ. de decur. lib. 10. l. nulli. ff. quod
cuiuſq; vniuerſ. nom. per Bart. in. l. fin. inf. de prędijs cu-
ria. lib. 10. per Feder. de Sen. ſuo conſ. 286. incipien. in
quodam publico inſtrumento. per Cano. in c. in ge-
neſi ext. de elect. & licèt dixerim. ſ̃. hæreditatem diui-
di in duodecim vncias, tamen quandoq; teſtator vide-
tur tranſire ad dipõdium l. item quod Sabinus. §. fin. de
hæred. inſti. ¶ In gloſſ. magna. Iſta gloſſ. magna for-
mat quattuor contraria. primum contrarium eſt de l. itẽ
quòd Sabinus. §. ſed ſi exceſſerit. ff. de hære. inſt. & ad illã
l. reſpondebitis, ꝙ ibi teſtator voluit ad dipõdiũ. Quod
patet, q̃a inſtituit vnũ in aſſe, ſeu in duodecim vncijs, &
alium in alijs ſex vncijs, & ſic non uidetur uoluiſſe adi-
mere illas ſex de illis. 12. ſed in caſu. l. noſtræ legauit

uni totum,& alteri dimidiam illius totius,& sic uidetur
voluisse adimere illam partem de toto ; secus si primo
legasset vni partem,& deinde alteri totum:quia totũ nõ
posset adimi de parte.Raph.Fulg.aliter respondet ad d.
§.sed,excesserit si dicens,ꝙ ibi inter primã dispositionẽ,
& secundam nihil aliud relictum erat:unde præsumitur
ꝙ testator non voluit se corrigere , imò præsumitur vo-
luisse transire ad dipondium . Sed in l. nostra inter pri-
mum legatum,& secundum aliquid aliud erat dispositũ,
& hoc probatur per l.non ad ea.ff.de cond. & demõ. Et
hoc probat per istum tex.in verbo,postea , de cuius di-
ctionis natura est importare interuallum. l. iurisgentiũ.
§.quinimo.ff.de pac.Quæ solutio nõ uidetur bona, quia
4 est diuinatiua ad istum tex.†Præterea non est uerum , ꝙ
ista dictio,postea,importet semper interuallũ.l.quoties.
§.si quis ita scripserit,Stichus.ff. de hær. inst. habetur in
l.fructus,in fi.ff.sol.mat.teneatis ergo præcedentem so-
lutionem. ¶Secundum contrarium est de l. Marcellus.
ff.ad Treb.cui respondebitis,ꝙ in casu l.nostrę,primò le
gauit vni totum,deinde legauit alteri partẽ per nomina
quotæ,puta,quia dicit dimidiam,sed in l.Marcellus. pri
mò reliquit vni totum,deinde alteri partem per nomi-
na quantitatis.rõ differentiæ;quia in primo casu non ca
dit error,in scd'ò sic.¶Tertium contrarium est de l.si ita.
ff.de lib.& posth.cui respõdebitis, ꝙ ibi nulli assignauit
totum,nec vltra totum aliquid reliquit. Sed ibi euenit
casus non cogitatus,neq; præuisus à testatore, sed in ca
su l.nostræ euenit casus,prout testator expressit.Quartũ
contrarium est de l.si ita,in §.1.ff.de hæred.inst.cui rñde
bitis,ꝙ ibi apparebat testatorẽ voluisse transire ad dipõ
dium.Quod probo,quia casu,quo posthumus masculus
& posthuma fœmina nascerentur,uoluit , quòd haberẽt
12.vncias,ne ergo filia,quæ erat primò specialiter insti
tuta,simpliciter remaneat sine portione,dicendum est,ꝙ
testator præsumitur uoluisse transire ad dipondiũ , ¶ In
eadem gl.in fi.& rectè,& erit sensus,ꝙ hęreditas diuidetͤ
ĩ 20.vncias.Et in qõ.gl.institutus in asse habebit 12.un-
cias,& alter institutus in semisse habebit sex, & alter in-
stitutus in sextante habebit duas.

In §.Sed & aliam.

S V M M AE.

1 *Nominationes plures de eodem uniformiter factæ non faciunt eum habere maiorem portionem.*
2 *Sæpius,dictio importat tres uices,& aliquando duas .*
3 *Appellatio si fuerit geminata,quæ earum ualebit.*
4 *Testator legauit fratribus prædicatoribus capam,& Priori bibliam,an Prior debebit habere capam.*

1 .§.Sed & aliam. ¶†Plures nominationes de
eodem vniformiter factæ
non faciunt eum habere maiorem portionem.h.d.¶No
2 ta,†quòd ista dictio,sæpius,hic importat saltem tres vi-
ces.Et hoc ideo,quia præcedit dictio,iterum, q̃ impor-
a tat duas uices[a]l.hæc vox.ff.de ede.vt ergo dictio,sępius,
aliquid addat ĩtelligetur saltem de tribus uicibus. quid
autem importet dictio,sæpissimè, uidete per Alexa. de
Imo.in l.sæpe,ff.de re iud.habetur per Canon.in c.sæpe
3 ext.de elec.lib.6.Et facit iste.§. ad qõnem.Quid si q̇s ge
minet appellationẽ,an ualebit prima, an uerò secunda.
De quo videte per Bar.& plenissimè per Alex. de Imo.
in l.cum procurator,in §.dñs.ff.de ope.no.nũ.¶Vltimò
4 facit ad aliam qõnem.†Testator legauit fratribus prędi
catoribus capã,& Priori legauit bibliam , nunq̇d prior
debebit habere vnam capam. Concludite quòd sic , qñ
præcesserit species,& secutum est genus, vt ĩ quæstionę
prædicta.Et de hoc habetur ĩ l. Titia.§.qui Marco. ff.de
ann.leg.Secus econtra qñ præcessisset genus , & secuta
esset spẽs,puta quia primò legauit bibliam Priori,dein-
de fratribus capam : quia tunc Prior nõ haberet aliquã
capam,de quo per Bar.in l.quæsitum.§.fi.ff.de fun.instr.
instr.q; leg.Ad l.4.ff.de stip.ser.de qua gl. hic opponit,
rñdebitis,ꝙ in casu.l.nostrę,nominatio pluries facta de
eadẽ persona fuit facta vniformiter.Sed ĩ casu d.l.4.fuit
facta difformiter,quia stipulatus fuit dñis suis, & Titio.

A D D I T I O.

a ¶Duas uices . Adde,quod dictio,iterum, præsupponit
actum alia vice gestum,vt per Petr.de Anch.in c.vnico,
nu.5.ext.de cler.per saltum promo.

In l.Cum quidam.

S V M M AE.

1 *Legari non potest à substituto exhæredati, etiamsi ipsi exhæredato aliquid relictum sit.*
2 *Determinatio nna respiciens plura determinabilia debet ea determinare uniformiter.*
3 *Exhæredatio est odiosa.*

1 CVm quidam. ¶A substituto ex
hæredati legari
non põt,ẽt si ipsi exhæredato aliq̇d reli-
ctum sit.h.d.¶Nota summariũ.Et limita
bitis istam l.nisi paternæ facultates iudi
cio testatoris titulo hæreditario peruenissent ad exhęre
datum.Nam tunc valerent legata,& fideicommissa reli
cta à substituto ipsius exhęredati, tex.habetis in l.q fun
dum.§ q filios.ff.ad leg.falc.Itẽ limitabitis,nisi iste exhę
redatus fuisset substitutus alteri ex institutis: Nã tũc ua
leret legatum relictum à substituto ipsius exhæredati,&
idem est,qñ substitutus fuisset institutus à testatore. Nã
tunc ualerent legata ab eo relicta,ẽt si repudiasset insti-
tutionem,tex.est sing.secundùm vnum intellectum, in
l.si filius,qui patri.ff.de vulg. & pup. dicebat etiã Raph.
hanc l.debere intelligi,quãdo testator dixisset hoc mo
do.Exhęredo filium meum impuberem,& deinde pupil
lariter substituo Caium, & Titio ego lego centum, non
nominando nomen proprium substituti . Et hoc saltem
procedit(sm̃ eum)qñ exhæredato nihil relictum est,sed
certè iste tex.cõfundit opi.Fulg.quia parificat istos duos
casus.s.quando exhæredato nihil relictum est,& qñ ali-
2 quid est sibi relictum,†& una determinatio respiciẽs plu
ra determinabilia debet ea determinare vniformiter. l.
iam hoc iure,& l.Lucius.ff.de vulg.& pup.Item per istũ
tex.dicit Ang.hic confundi opi.Bar.in l.2.ff.de uulga.&
pup.vbi dicit,quòd qñ pater est persona uilis,& suspecta
non potest pupillariter substituere filio impuberi. Nam
dicit Ang.quòd nulla persona põt esse magis suspecta,
quàm pater,qui exhæredat impuberem filium suum, &
tamẽ uidetis,quòd valet substitutio pupillaris facta per
eum,& ista est communis opin.vt attestatur hic Alex. de
Imo.nisi esset interdicta administratio bonorum ipsi pa-
tri,uel aliter eam perdidisset;quia tunc posset procede-
re opi.Bar.in d.l.2.de qua materia,uidete per Bald.in l.
humanitatis,sup.de impub.& aliis subst.& per Angel.in
d.l.2.et per eundem in l.Papinianus.§. sed nec impube
ris.ff.de inofficio.testamen. Et per eundem in l. si cum
dotem.§.eo autem tempore.ff.solut.matrimo. ¶ Vltimò
quæro,quæ est ratio huius l.Barto.dicit,constituendam
esse differentiam,an nominatim relinquatur legatum à
substituto exhæredati , & tunc non ualeat: quia pote-
rit esse,quòd non erit hæres. Aut relinquitur ab eo tan-
quã ab hærede,& tunc ualet.Sed Dom.Io.de Imo. in d.
§. qui filios. damnat istam rationem : quia sequeretur
secun-

secundùm eum, quòd si exhæredatus esset substitutus alteri filio instituto, φ tunc nõ ualeret legatū relictum à substituto ipsius exhæredati. quod esset contra tex. in d. §. qui filios. Alij dicunt, quòd ratio est in odium patris
3 exhęredantis filium impuberem. †Nam exhæredatio est odiosa. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. Barto. de Sali. assignat aliam rationem dicens, quòd quando pater exhæredat filium impuberem, & eidem dat pupillarē substitutum, istud non est testamentum patris, sed filij. vnde non debet valere legatum factum in testamēto alieno. Non obstat. l. Papinianus, §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. quia ibi impubes non erat exhęredatus. Sed certè hoc est contra generalitatem illius. §. Præterea nõ est uerum, quòd sit testamentum alienum, imò est vnum testamentū duarum hæreditatum. l. 2. §. prius. ff. de vulga. & pupil. vnde non potest reperiri concludens ratio ad istam. l. Sed pro ratione persuasiua potestis tenere rationem præcedentem.

In l. Si legatarius.

SVMMAE.

1 *Legatarius surripiens testamentum cadit à legato tanquam indignus.*
2 *Pœna priuationis inducta contemplatione certæ personæ cui attribuatur.*
3 *Literas alienas aperiens qua pœna puniatur.*
4 *Dispositio pœnalis ad quæ extendatur.*
5 *Legatarij appellatione comprehenditur hæres secundùm largam significationem.*

1 SI legatarius. †Legatarius surripiens testamentum cadit à legato tãquam indignus. Et quando indignitas alicuius causatur respectu personæ offensæ, pœna priuatio-
2 nis applicatur illi personæ. h. d. ¶Nota ex ista lege, †φ quãdo pœna priuationis inducitur contemplatione certæ personæ, illa pœna applicatur illi personæ offensæ. quod intelligatis verum in pœna à lege imposita. Secus si esset imposita à testatore, vt ecce testator legauit vxori suæ certa prædia, & prohibuit hæredibus, ne quouis modo molestarent ipsam vxorem in rebus sibi legatis, aliàs priuabat ipsos hæredes hæreditate, vtrùm illa pœna applicabitur illi mulieri molestatæ. dicitur φ nõ. Ita determinat Bar. in l. vxorem. in §. hęres. & per illum tex. ff. de lega. 3. & Bal. in Auth. cui relictum. Ɉ. de indic. uidtol. & in l. unica. inf. de his quæ pœn. nom. & per Io. de Imo. in l. paterfamilias. ff. de hæred. instit. & istam quæstionem habui in practica in ciuitate Vercellarum. ¶No-
3 ta pęnam occultantis testamentum. †Sed qua pœna debet puniri aperiens literas alienas. concludite, quòd si eas aperit, & ostendit aduersario, tunc punietur pœna falsi. l. 1. §. is qui deposita. ff. ad. l. Corn. de fal. quem tex. ibi ponderat Bar. cõtra aduocatos, & procuratores, qui iura, & instrumenta suorum clientulorum ostendunt eorum aduersarijs: quia incidunt in pęnam falsi. Si verò solùm aperiat, & nemini ostendat, debet puniri pœna extraordinaria. Ita distinguit do. Panor. in. c. cū olim. il 2. extra de off. delega. allegat Bar. in l. qui testm̄. ff. ad leg. Corn. de fal. ¶In glo. 1. ibi, idem in hærede. Pet. de Belleper. & Cy. reprehendūt istam glo. quia cum ista dispositio sit pęnalis, non debet extendi extra suum casum. l. interpretatione. ff. de pęn. Ad. l. 1. ff. de his quæ in testa. del. per quam mota fuit ista glo. r̄ndebitis, quòd non loquitur in occultante, sed in delente. Bar. de Sali. dicit, φ opi. istius glo. est cõis. Nam quando duo sunt à iure æquiparata, dispositio pęnalis facta in vno ex eis extenditur ad aliud. l. si quis seruo persuauerit. cum sua gl. ff. de fur. Et hoc est uerum, quando sunt æquiparata in eadem materia, vt uult glo. in c. 1. in verb. declaramus. extra ne cle. uel mon. lib. 6. & in c. licèt canon. ext. de elec.
4 eod. lib. † Item dispositio pęnalis extenditur ad casum, qui inspecta larga significatione uocabuli comprehendit alium casum. l. filiū ab eo. ff. ad Maced. & l. senatuscõsul. ff. de rit. nupt. Sed ista duo. s. delere, & occultare ita se habent, quòd inspecta larga significatione uocabuli vnum comprehendit aliud. l. qui testm̄. ff. ad l. Corne. de
5 fal. †Item appellatione legatarij comprehenditur hæres sm̄ largam significationem. l. id tps. in §. 1. ff. de vsucap. Non obst. l. rescriptum. ff. de his quib. vt indig. quia non loquitur in occultante testm̄, sed in occultante res hęreditarias, vnde teneatis opin. huius glo. Raph. Ful. distinguit hoc modo, aut hæres occultat testm̄ in odium cohæredū, & tunc debet priuari hæreditate. & ita intelligatur ista glo. Aut occultat testm̄ in iniuriam legatariorum, & tunc non priuatur hæreditate, sed priuatur Falcidia. d. l. rescriptum. ¶In gl. fi. ibi, aliàs legaturus. Iaco. de beluis. & Bart. hic, & idem Bart. in l. 1. ff. de leg. 2. determinant, quòd hodie si iste non adimpleret uoluntatem defuncti, tñ priuaretur relicto sibi facto, etiā si testator fuisset sibi aliàs legaturus, per §. his oībus. in Auth. de hære. & falc. Sed Spec. & Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. ver. quæritur aūt. & Io. de Imo. in d. l. 1. ff. de leg. 2. Ang. suo cons. 165. tenēt cum gl. nostra: quia uoluntas testatoris debet prædominari. l. cum quæstio. in fi. sup. eo. Concordabitis opi. hoc modo. Aut ille, cui est factum relictum, fuit monitus à iudice, ut adimpleret ultimam uoluntatem defuncti, & tunc si non adimpleat, priuabitur relicto sibi facto, etiā si testator fuisset sibi aliàs relicturus. Et ita ꝓcedat opi. Iaco. de beluis. & Bar. Aut non fuit monitus, & tunc secus Et ita procedat opin. Io. And. & Imo. Addit hic Ang. quòd si iste iuridicè se excusasset à tutela, non priuaretur legato sibi facto: quia iusta causa debet excusare à pęna contumaciæ à iure inflicta, ut habetur in l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. & in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp.

In l. Illud, quod delegatis.

SVMMAE.

1 *Legatum factum ad tempus certum, uel incertum valet.*
2 *Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates valet.*
3 *Dominium potest in alium transferri ad tēpus ex contractu.*
4 *Dominium finito tempore legati transfertur ipso iure in hæredem absque alia traditione.*
5 *Legatum an transeat ad hæredem hæredis in casu huius. l. si tempore legatarii iam decesserat primus hæres.*
6 *Testator legauit filiæ mille, & adiecit, quòd si contingat eam mori, antequàm nubat, vult, quòd illa mille perueniant ad eius hæredem, si tempore mortis filiæ, quæ non nupsit, hæres prædecessisset, an hæres hæredis habebit illa mille.*

ILlud, quod delegatis.
1 †Valet legatum factum ad tempus certum, uel incertum, quo finito reuertitur legatū ad hæredem, cui debebat cauere de re ibi restituenda sine deterioratione. h. d. ¶Nota,
2 ad quod allegatur, † quòd bonum est argumentum de
3 contractibus ad ultimas uoluntates. concordat. l. seruum filii. §. eum qui chirographum. ff. de lega. 1. ¶Nota
3 secūdò, † quòd etiam ex contractu potest transferri dominium in alium ad tempus. Et ideo Bal. in l. ea lege. in 5. col. sup. de cond. ob cau. dicit, quòd est cautela ad impediendū translationem dñii dicendo hoc modo. Ego do, & trado tibi talem rē apud te mansuram quò ad dominium

minium,& proprietatem,quandiu non transtuleris eā in alium,& de aliis modis impedientibus translationē do minii habetis per Bar.& alios ĩ l.qui absenti,in §.1. ff.de acqu.poss.¶Nota vlteriùs, ꝙ sicut dominium rei legatæ transit recta via in legatarium absq; traditione.l.à Titio.
4 ff.de fur.†ita finito tempore legati retransfertur ipso iu re in hæredem absq; alia traditione.Ita colligit Sali. ex isto tex.in verbo,remanētibus . Et est alius tex.in Auth. cui relictum.ĩ.de ind.vid.toll.Et ideo gl. ordina. in l.1. §.de inoffi.dona.dicit,ꝙ quando ex aliqua dispositione transfertur ipso iure dominium in alium, ita resoluta il la dispositione retransfertur dominium in alium absq; retraditione,& Bal.in d.l.1.valde commendat illam gl. ¶In gl.super verbo,confirmari.Ista gl.format duo contraria.primum est de l.obligationum ferè.§.placet.ff.de act.& obl.Sed ad istud contrarium respondebitis,quòd aut loquimur in obligatione personali ex testamento , & consequenter de actione personali, & hoc casu finito tempore non finitur obligatio:quia tempus non est mo dus inducendi, vel tollendi obligationem. d. §. placet. Aut loquimur in dominio rei legatæ, & tunc finito tem pore legati,dominium retransfertur in hęredem ipso iu re.Ita loquitur ista lex,& tantò magis;quia vnaqueq; res de facili reuertitur ad naturam suam.l.si unus.§.pactus, ver.quod in specie.ff.de pac.Ad contrarium de l.nemo potest.ff.de lega.1.respondebitis,quòd hic testator tractabat de adimendo legatum post tempus, quod facere potest.Sed in l.nemo potest,tractabat de limitando legatario ius agendi vsq; ad certum tempus,& hoc facere
5 non pōt.¶Finaliter quæro de pulchra qōne.†Ponamus, ꝙ in casu. l. nostræ tempore mortis legatarii iam decessisset primus hæres testatoris defuncti,an legatum redibit ad hæredem hæredis ipsius testatoris. Bar.in l. Titia cum testamento,in §.fi.ff.de leg.2.determinat ꝙ sic. Mouetur quia hæres intelligitur vocatus sub nomine appel latiuo,& ideo ēt comprehenditur hæres hæredis.l.in an nalibus.ĩ.eo.sed contra Bar.vr̄ esse tex.in l.in cāæ, la 2. §.item Pomponius.ff.de min.Paul.de Cast.hic , & in l.si ante.ff.ad l.falc.& in d.l.Titia,cum testamento.§. fin.distinguit hoc modo . Aut legatum est factum ad tempus hoc modo.lego Titio,quousque vixerit,& tunc mortuo Titio finitur legatum,& est perinde , ac si legatum non esset vlteriori tp̄e duraturū , & hoc casu pōt procedere decisio Bar.Aut testator legauit simpliciter Titio,& post ea grauauit eū,vt post mortem suam restitueret rē legatam hæredi,& tunc si tempore mortis legatarii iam præ decessisset primus hæres testatoris,tunc nō erit amplius locus restitutioni,per d.§.item Pomponius . Ad l.in an nalibus,respondebitis,ꝙ multùm refert,an testator substituat hæredem suum , & hoc casu videtur habuisse respectum ad affectionem,quam habebat ad ipsum primū hæredem, & ideo non comprehendetur hæres hæredis An verò testator referat dispositionem suam ad Titiū,& eius hæredem , & tunc non videtur habuisse affectionē ad hæredem Titii:quia incertus est, & incognitus ipsi testatori,& ideo hoc casu etiam intelligitur de hærede hæ redis.d.l.in annalibus,& dicit eleganter Io. de Imo.in l.
6 si quis filium,in §.fi.ff.de acq.hære.†ꝙ si testator legauerit filiæ mille,& adiiciat, ꝙ si contingat eam mori,anteq̄ nubat,vult , ꝙ illa mille perueniant ad eius hæredem,& tempore mortis filiæ,quę non nupsit,iam prædecessisset hæres defuncti , certè hæres hæredis ipsius non habebit illa mille,Bal.in d.§.fi.in d.l.Titia dicit, ꝙ quando testator legat ad uitā legatarii , certè mortuo ipso legatario nedum primus hæres defuncti,sed etiam hæres hęredis habebit illud legatum non virtute transmissionis,sed virtute limitationis temporis,quæ limitatio est inserta ĩ legato.Et Raph.Cu.sequitur opi.Bar.superius relatam.Et no.prædicta,quia quotidie veniunt in practica.

ADDITIO.

2 ¶Argumentum de contractibus.Adde,quòd argumentum de contractu societatis ad contractum matrimonii est licitum.Pe.de Anch.in c.præterea,nu.3. ext.de spōs.

Rub.De indicta viduitate tol. In Auth. Cui relictum.

SVMMAE.

1 Conditio non nubendi apposita mulieri uiduæ non spernitur.
2 Ne,dictio an faciat conditionem, an modum.
3 Relictum quando fit mulieri,si non nupserit, non potest petere legatum infra annum.
4 Cautio qualiter sit seruanda.
5 Tutor si sit ualde idoneus,& det famulum suum habentem pa rum in bonis pro fideiussore,an admittetur.
6 Statuto cauetur,quòd si forensis uelit agere contra aliquem, quòd teneatur satisdare de expensis ante omnia , si forensis nullo modo possit reperire fideiussorem, standum erit sua iuratoriæ cautioni.
7 Iuramentum vilium personarum non habet pondus in se.
8 Legatum quando fit mulieri uiduæ,si non nupserit,si talis mu lier ingrediatur religionem,consequitur legatum.
9 Personæ religiosæ an dicantur illi de tertio ordine Sancti Frā cisci.
10 Legatum factum virgini,si non nupserit,ualet , & remittitur conditio uirgini,adeo quòd poterit nubere . Idem si sit factū puellæ,quæ luxuriabatur,si nubat, nu.11.

QVi relictum. ¶Ista est notabilis Auth. & pro declaratione præmitto uobis, ꝙ nos habemus cōsiderare quatuor iura.Primū fuit ius Digest.quo cauebatur,ꝙ si mulieri apponebatur conditio non nubendi,talis conditio reiiciebatur,& relictum tale remanebat validum.l.quoties,& l.mulieri, & Titio.ff.de cond.& dem.& huius iuris antiq potuit esse ratio,vt ciuitas repleretur hoībus.¶Secundū fuit ius l.Iuliæ Miscellæ sic dictæ à consule Miscello , & hoc iure rescriptum fuit ius Digest.quia si mulier, cui erat relictum sub conditione nō nubendi, petebat legatum inf. annum,tenebatur iurare de non contrahendo nuptias, post annum verò tenebatur præstare cautionem Mutianā de nō nubendo,& si contra faceret,tenebatur restituere legatū.¶Tertiū fuit ius Iustiniani in l.Codicis.ĩ,in l.fi. huius tit.& per hoc ius cassata est l.Miscella,inquantùm loquebatur de iuramento;quia mulieres propter naturalē stimulum nubēdi faciliter incidebant in periurium. ¶Quartum fuit ius Authēticorum, & de isto loqtur tex.
1 nr̄.h.d.† Cōditio nō nubēdi apposita mulieri uiduę non spernitur,imò uenit obseruanda , & adimplenda, si vult cōsequi relictum,&debet cauere(sm̄ formā hic positam)
2 h.d.¶Nota primò ex isto tex.†ꝙ ista dictio,ne,facit cōditionē,& perinde est,ac si dixisset,si nō.circa qđ cōcludite,ꝙ aut illud,qđ sequiť istā dictionē,ne,uenit explicādū ante acqsitionē eius, qđ ĩ pricipali dispōne deducitur, & tūc bene facit cōditionē,aliàs aūt importat modū.l.cū tale.§.Titius.ff.de cōd.& dem.In dubio aūt capiť ꝓ mō, nō aūt ꝓ cōditione.l.qro.§.iter locatorē.ff. loca.¶ Nota
3 scđo ex isto tex.ibi,infra annū,hic bene ꝓbari, † ꝙ qn̄ fit relictū mulieri,si nō nupserit,nō pōt petere legatū.ĩ.annū,& est rō:qa mulier.ĩ.annū luctus ꝓhibeť à iure trāsire ad scđa uota,sub magnis pęnis.l.j.ĩ.de sec.nup. post annū uerò luctus nō ꝓhibetur à iure nubere,sed testator be ne ꝓhibuit eā nubere, & tūc hēt locum dispositio huius Auth.¶Nota tertiò ibi,cū fructibus,hic bene ꝓbari,ꝙ q̄uis ista mulier aliquando habuerit titulum, tamen si nubat

bat contra voluntatem defunƈti,tenebitur reſtituere rẽ
cum fruƈtibus perceptis,& percipiendis:quia veniret cõ
tra ſuam cautionem,certè cenſetur omni tempore fuiſſe
in mala fide,ut in ſimili uidiſtis in l.1.ſ. de his quib. vt
4 indig.¶†Nota formam cautionis , quando quis de iure
tenetur cauere . Nam ſi eſt cauendum pro re immobili,
ſufficit cautio iuratoria cum hypotheca bonorũ. Si verò
ſit res mobilis , ſufficit cauere per publicum inſtrm̃ ſine
fideiuſſore,qñ perſona eſt idonea.Hic addo uobis,ꝙ qñ
principalis eſt ualde idoneus facultatibus,ſufficit qualiſ
5 cunq; fideiuſſor,ẽt ſi aliàs non ſit idoneus.†Et ideo ſi tu
tor ſit ualde idoneus,& det famulum ſuum parum habẽ
tem in bonis pro fideiuſſore de cõſeruando bona pupil
li,& alia faciendo,certè non poterit allegari. quòd ta-
lis fideiuſſor ſit minus idoneus . Idem eſt,ſi fideiuſſor ſit
ualde idoneus , quàmuis principalis debitor non ſit ita
idoneus,tamen propter patrimonium,& facultates ma-
gnas fideiuſſoris dr̃ augeri patrimoniũ principalis debi
toris,ita ꝙ cenſetur idoneus,gl.ſing.in l.ſi plures,aliàs ĩ-
cipit,ſi fideiuſſores plures,in§.1.in verbo,præterea,ſi q̃-
ratur agregandæ.ff.de fideiuſ. Prædiƈta omnia ſunt uer
ba domini Bal.poſt gl.in l.mulier,in leƈtura noua.C. de
6 iu.dot.Et eſt notandum,†ꝙ ſi ſtatuto cauetur,†ꝙ ſi foren
ſis velit agere cõtra aliquem,ꝙ teneatur ſatiſdare de ex
penſis ante omnia,certè ſi foren. nullo modo poſſit re-
perire fideiuſſorem,ſtandum erit ſuę iuratoriæ cautioni,
quia non eſt uerisſimile,ꝙ ſtatuentes voluerint obligare
quempiam ad impoſſibile.l. impoſſibilium.ff.de reg.iu.
ita dicit Io.de Imo.in l.cum non facile.ff. ſi cui nõ pluſ-
quàm per l.falc.Vos addite dom.Alexã.ſuo conſ.57.in-
cipien. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio põdera-
tis uerbis teſtamẽti,in 3.vol.ſuorũ conſ. Dicit ẽt hic ele
ganter Bald.in 2.ſeu 3.col.ꝙ iura, quæ dicunt,ꝙ ille,qui
non poteſt dare fideiuſſorem,excuſatur,ſi præſtet iurato
riam cautionem,debent limitari,niſi non poſſit reperire
fideiuſſorem propter ſui doloſitatem, & corruptos mo-
res.Nam (ſecũdùm eum)non eſt credendum iuramento
iſtius,qui habet mores corruptos.l.non omnis,in §.à bar
7 baris.ff.de re mil.†Nam iuramentum talium uilium per
ſonarum non habet pondus in ſe,& notabitis bene iſtud
diƈtum . ¶Nota ultimò ex fine huius Auth. ꝙ ſi mulier
iſta contrafaciat,dominium rerum ſibi legatarum tranſ-
fertur in hæredem ipſo iure.Nam videtis, ꝙ iſte text.in
fi.dicit,ꝙ hæres poterit uendicare . Et nos habemus , ꝙ
rei uendicatio competit domino.l.in rem, in prin. ff.de
rei vend.ergo eſt opus fateri,quòd dominium rei lega-
tæ retranſlatũ fuerit in ipſum hæredem ipſo iure . Et ad
hoc allegaui uobis iſtum tex. in l.fi.ſup.de leg.¶In glo.
ſuper uerbo,deficiat,ibi,vel conuerſa.Nota ex hac gl. iũ
8 ƈto tex.†ꝙ quando legatum fit mulieri viduæ, ſi nõ nup
ſerit,ſi talis mulier ingrediatur religionem: certè conſe-
quetur legatum , quia ammodo deficit ſpes nuptiarum
temporalium.Iſta ergo conditio negatiua, ſi non nupſe-
rit,intelligitur de nuptijs temporalibus , non autem de
ſpiritualibus. Sed ſi proferatur affirmatiuè hoc modo .
lego tali mulieri,ſi nupſerit, talis conditio uerificabitur
tam in nuptijs ſpiritualibus,quàm temporalibus.Et hoc
totum operatur fauor vitæ contemplatiuæ.§.ſed hoc de
9 præſenti,in Auth.de ſanƈtiſ.epiſ.†Addite , quòd mulie-
res,uel viri de tertio ordine Sanƈti Franciſci nõ ſunt ꝑ-
ſonæ religioſæ,ſed habent vnum quendam modum ui-
uendi,approbatum tamen per Papã.Ita vult pulchra gl.
in clem.pen. in uerſ.3.ext.de ſent.excom.not.per Can.
in c.1.ext.de fo.comp.¶In gl.ſuper verbo,fruƈtibus.No
ta ex hac gl.†ꝙ titulus diſpenſatiuus non eſt potẽs ad re
tinendum fruƈtus,ſecus in vero tit.l.bonæ fidei.ff. de ac
qui.rer.dom.¶In glo.fi.in fi.Doct.communiter ſequunt̃
10 opi.Io.†ꝙ ſi teſtator legat virgini,ſi nõ nupſerit,talis cõ-
ditio remittitur ipſi virgini, ꝙ poterit nubere, & nihilo-
minus conſequetur legatum.Addunt Bald.Ange.Sal.&
Pau.de Caſt.idem eſſe,ſi eſſet virgo , & contraxiſſet ma-
trimonium per uerba de præſenti,nondum tñ fuerat co-
gnita carnaliter à viro.Nam ſi maritus legauerit ſibi ali
quid ſub conditione,ſi non nupſerit,talis conditio remit
tetur ipſi mulieri,adeo ꝙ quamuis nubat , tamen conſe-
quetur legatum ſibi faƈtum : quia non dr̃ facere contra
honeſtatem,attento,ꝙ nihil participauit de primo mari
to.Et dicit Pau.de Caſt.hoc eſſe ualde notandum : quia
11 poſſet eſſe caſus quotidianus.†Addunt Ang.Sal.& Pau.
de Ca.idem eſſe in puella,quæ luxurioſè uiuit, nunq̃ tñ
contraxit matrimonium, nam ſi ſibi aliquid relinquatur
ſub conditione,ſi non nupſerit, talis conditio ſibi remit
tetur,adeo ꝙ quamuis nubat, tñ conſequetur reliƈtũ ſibi
faƈtũ:quia per hanc uiam retrahetur à mala,& inhoneſta
vita,quod eſt bene notandum.Et hoc fortè ſenſit iſta gl.
dum dicit,vel ei,quæ nunquàm nupſit.

Rub.De caducis tollendis. In l.Et nomen &.

SVMMAE.

1 *Hæreditas qnomodo dicatur caduca.*
2 *Adiri poteſt hæreditas etiam clauſis tabulis .*
3 *Bellum multa mala inducit.*
4 *Statuta condita tẽpore belli ſunt reuocanda tempore pacis.*
5 *Statuta humana mutantur,ſecundùm uarietatem temporum.*
6 *Princeps poteſt dare inimicis caſtrum uaſalli ſui eo etiã inuito pro habenda pace.*
7 *Paƈta faƈta pro pace ſeruanda debent ſeruari pro lege.*
8 *Contraria contrarijs curantur.*
9 *Gabellas fraudare quando ſit licitum.*
10 *Subſtitutio uulgaris unde ſit inuenta.*
11 *Scientia ex quibus præſumatur.*
12 *Suus tranſmittẽs hæreditatem paternam non agnitam,an trãſmittat ad quoſcunque hæredes.*
13 *Dies legati quando dicatur cedere,quantùm ad tranſmittendum.Et quando quantùm ad obligationem,nu.15. Et quando quantùm ad petitionem,nu. 18. Et quando quantùm ad translationem dominii,nu.19.*
14 *Legatarius ſi moriatur pendente conditione non tranſmittet legatum ſuum ad hæredes.*
16 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quaſi contrahere .*
17 *Cedere quid dicatur.*
20 *Dominii acquiſitio eſt triplex.*
21 *Legatũ factum in diem certam an tranſmittat in legatarium.*
22 *Legatarius quando conſequitur rem legatam,an debeat eam cere poni in æſtimo ſuo.*
23 *Legatum quando dicatur conditionale, & legatum conditionale quando tranſmittatur.*
24 *Verba,ſub tali conditione quid importent.*
25 *Verba teſtatoris , & teſtĩ debẽt intelligi ſecũdũ mẽtẽ ſtatuti*

ET nomẽ &. ¶Hæc lex vnica diuiditur principaliter in duas partes . In prima loquiт̃ de materia caducorũ,& nõ ꝓſcriptorũ . In ſcd̃a loq̃t de materia cõiunƈtorũ , Scd̃a eſt ibi , his ita definitis.Ego legã eã uobis ꝑ particulas,ut meliùs ĩtelligatis,& iſtud principiũ uſq; ad §. & cũ triplici diuiditur in duas.In prima ponit procœmiũ.& rõnes,ꝑꝑ quas uult caſſare legẽ Papiã.In ſcd̃a ponit ſtatutum ſuũ , ſcd̃a pars eſt ibi.Et cũ lex Papia . Non ſummatur iſtud principiũ,ſed pro declaratione poteſtis pręmittere,ꝙ cũ Romani haberẽt uaria bella,& dubitarent, ne pecuniæ eis deficerent ad ſuſtentationẽ bellorũ,uidentes ęrariũ eorum pecuniis quaſi exhauſtũ,conſiliũ inierũt,& tunc inſurrexit quidã noĩe Papius,qui conſuluit,ꝙ erat bonum con-

dere legem diſponentem , quod nulla hæreditas poſſet
1 adiri clauſis tabulis.† Et quòd ſi hæres ſcriptus decede-
ret ante aperturā tabularum,quòd illa hæreditas eſſet ca
duca,& deuolueretur ad fiſcum ad locupletandum bur-
ſam fiſcalem.Item ꝙ legata non cederent à morte teſta-
toris,Sed demum ab adita hæreditate , & quòd ſi interī
legatarius moreretur,non tranſmitteret legatum ad hæ-
redem , ſed efficeretur caducum,& deuolueretur in fiſ-
cum.Ceſſante autem bello Imperator videns hanc legē
Papiam iniquam reduxit omnes in priſtinum ſtatum, &
2 ſtatuit per hanc.l.† ꝙ oībus liceret adire hæreditatem ēt
clauſis tabulis , & quòd ſi hæres moreretur, hæreditas
non efficeretur caduca, ſimiliter nec legata, & quòd nō
deuoluerentur in fiſcū.caſſamus. legē papiā ſic appella-
tam ex eo,quia quidam noīe Papius conſuluit talem le-
3 gem fieri tp̄e belli.¶Nota primò ex hoc tex. † quòd bel
lum inducit multa mala , maximè bellum inteſtinum ,
quod eſt inter ciues.l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.
de capt.& poſtlim. reuer. Et dicit hic Bal. quòd quidā
ſapiens Genuenſis dicebat,quòd diuiſio in ciuitate erat
ſicut vermis ingreſſus in caſeo, quia nunquam ceſſat ro-
dere.Et dicit Cicero in libro de amicitia hæc verba .
Nulla ciuitas eſt tam firma, tāq; ſtabilis, quæ non odiis
ciuium labefactetur. ¶Nota ſm̄ eundem Bal. & Pau. de
4 Caſt.† quod ſtatuta, & grauamina condita , & illata tp̄e
a belli [a],ſunt reuocanda tempore pacis , non tamen reuo-
cātur ipſo iure de per ſe.Sed eſt opus ea reuocare,& ſic
ſm̄ Bal.licèt ceſſet ratio legis,non tamen ceſſat lex ipſa,
quod eſt verū , quando ſi ceſſat ratio impulſiua.l.1.§.ſe-
xum.ff.de poſtul.Secus ceſſaret ratio finalis. Et hoc eſt
quod dicimus,quòd ceſſante cauſa finali,ceſſat effectus.
De quo plenè per Bart.in l.2.§.fin.ff.de donat.per Bal.in
l.generaliter.ſ.de epiſ.& cle.& per Canon.in c. cum ceſ
5 ſante.extra de appel.¶Nota,† quòd ſm̄ varietatem tem-
porum eſt neceſſe mutare ſtatuta humana , & iſtud nota-
bile ponit ēt dn̄s Panor.in c. non debet.extra de cōſan.
& affin.¶Nota,quòd ꝓpter pacem multa inducuntur,q̄
aliàs non inducerentur.Addatis quòd propter pacē lici
tū eſt recedere à diſpoſitione iuris coīs.c. niſi eſſent.ext.
6 de pręb.Itē addatis,†quòd ſi Princeps habeat guerrā,po
terit pro habenda pace cum inimicis dare caſtrū ſui ua-
ſalli alteri, ēt inuito vaſallo.Ita elegāter determinat dn̄s
Alex.ſuo conſ 94. incip.Redēptoris inuocato ſuffragio.
viſis,& ſępius recenſitis.in penul.col.illius conſ. in quin
to vol.allegat Bar.in l.quēcunq;.ſ.de fi.inſtru & haſtę fi
ſca.li.10.allegat ēt Inno.& Io.And.in c. in noſtra. extra
de iniur.& dam.da.& Bal.in l.conuentionum.ff.de pac.
& Ang.in l.bene à Zenone.ſ.de quad.præſ.& in l.Antio
chenſium.ff.de priuil.cre. & dicit eleganter Bal.ſuo cōſ.
7 213.in 3.uol.quod conſ.incip.Quidā nobilis.†ꝙ quicq̄d
paciſcentes inter ſe ordinant ꝓ pace fienda,debet ſerua
ri pro lege,& ſi vultis ſcire effectus pacis,& quot modis
rumpatur pax.videte Bal.ſuo conſilio.58.incipiente.lau
dare vos & commendare,in primo vol¶Nota ſecūdùm
8 Bal.†quòd contraria contrariis curantur,bene facit tex.
in c.cæterùm.extra de iura. calum. ¶Nota ex verſiculo,
ſed & ipſis , quòd licitum eſt circunuenire legem malè
9 poſitam.Hinc infert Bal.† quòd licitum eſt fraudare ga
bellas iniuſtas.De qua materia vide per Bar.in l.vectiga
lia.ff.de publica. per Bal. in l.veluti. ff. de iuſti. & iure.
per eūdem Bal.in l.fi.ſupra de iure annulo.aure.per eun
dē Bal. in c.primo.in titu. quæ ſint rega. in feudis.& per
Canon.in c.eos. extra de immun. eccle. in 6. ¶Nota ex
10 eodem verſicu.† quòd ſubſtitutio vulgaris eſt adinuen-
ta ad prouiſionem futurorum , & in odium caducorum.
Ex hoc loco infert hic Bal.ꝙ ſi ſtatuto Epiſcopi cauetur,
quòd executores teneantur exequi vltimas voluntates
defunctorum infra annum à morte teſtatoris,non autem
à die ſcientiæ ipſius executoris numerandum,aliàs exe

cutio deuoluatur ad ipſum Epiſcopū , & teſtator in ſuo
teſtamento adiecit,quòd ſi primus executor eſſet negli-
gens,quòd executio deuoluatur ad Sempronium,certè
ille ſecundus executor præferetur Epiſcopo, nec pote-
ſtas exequendi deuoluetur ad ipſum Epiſcopum.Subii
cit tamen ipſe Bal. quòd tale ſtatutum habebit locū con
tra ſcientes,vel ſupinè ignorantes,non autē contra legiti
mè ignorantes, per notata per Barto. in l. genero. ff. de
11 his,qui notan. infa. Subdit, † quòd præſumetur ſcientia
ex aſſidua cōuerſatione , & intenſa amicitia.l.dominus.
ff.locati.& ex publica voce,& fama.glo.ordinaria in l.ſi
tutor.ſupra de peric.tut.& iſta not. ¶No.vltimò ex ver.
12 & cum.l.Papia. hic bene probari ſecundùm Sali.† quòd
ſuus hæreditatem paternam non agnitam non traſmittit
ad quoſcunque, & inducit iſtum tex.hoc modo.Dicitur
hic,quòd etiam tempore legis Papiæ,licebat liberis, &
parentibus vſque ad tertium gradum adire hæreditatē,
etiam clauſulis tabulis,ſed tamen non dicitur hic,quòd
ſi non adibant,quòd tranſmitterent ad quoſcunque hæ-
redes.Sed iſtum articulum examinaui vobis in l.3.ſupra
de iure delib.¶In glo.ſuper verbo,certam. & ſuper ver-
bo cedere,in fine.Pro expeditione iſtarum glo.facite vo
13 bis quatuor articulos.Primus articulus eſt, † quando di
catur cedere dies legati,quantùm ad tranſmiſſionem.Et
in hoc concludite , quòd legati puri,vel in diem certam
dies cedit à morte teſtatoris , quantùm ad effectum trāſ
miſſionis,tex.habetis hic.Idem eſt, ſi legatum ſit factum
ſub conditione, quam certum eſt extituram in vita lega
tarii.l.hæres meus ff.de condi.& demon. & l. quarta. ff.
quan.dies leg.ced. Fallit in legato libertatis, & in lega
to vſusfructus,& in legato facto ſeruo cū libertate:quia
tale legatum non cedit,niſi ab adita hæreditate.vt hac.l.
§.in nouiſſimo.Si autem legatum ſit factum ſub conditio
ne,quam incertum eſt extituram,tunc dies talis legati nō
14 cedit,niſi demum purificata conditione , † adeo quòd ſi
legatarius moriatur,pendente conditione,non tranſmit
tet legatum ad hæredes ſuos,vt hac eadem. l. §. ſi autē
ſub conditione.Et in hoc differt vltima voluntas à con-
tractibus conditionalibus:quia in contractibus ſpes con
ditionalis tranſmittitur ad hæredes. §. ex conditionali.
Inſti.de verb.obl. Non ſic eſt in legato conditionali,ra-
tionem diuerſitatis ponunt Doct. in l. ſi vxorem. ſupra
de condit.inſer.Quod dixi ſupra in legato conditiona-
li,limitabitis,niſi eſſet tacita conditio,quia illa non h̄ret
impedire tranſmiſſionē legati.l.ſi dies.§.fi. ff.qn̄ di.leg.
ced. Notaur per glo.in l.itē quia.ff.de pact.& ſic habetis
primum articulum expeditum. ¶Secūdus articulus eſt,
15 † quando dicatur cedere dies legati , quantùm ad obli-
gationē,& in hoc concludite, quòd habemus cōſiderare
tempus ante aditam hæredi. quo caſu nulla adhuc eſt
obligatio : quia nullus eſt qui obligetur,habemus etiam
16 conſiderare tempus poſt aditam hęreditatem,† quo ca-
ſu hæres adeundo hæredit. dicitur quaſi contrahere
cum creditoribus & legatariis.l.ex maleficiis.in §.hęres.
ff.de actio.& obliga.& §.hæres. Inſti.de obliga. quæ ex
quaſi contr.& l.apud Iul.§.fi.ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.
eat. Et hoc caſu dicendum eſt , quòd hæres intelligitur
quaſi contrahere eo modo,quo teſtator voluit. Et intel
ligitur voluiſſe eo modo,quo legauit, vnde ſi legatū eſt
purum,ſtatim ab adita hæreditate cedit dies oblig.con-
tra hæredem.& idem eſt,quando legatum eſt factum in
diem certam, exigi tamen non poterit,niſi die aduenien
te.Si verò legatum eſt factum ſub conditione,dies obli
gationis cedet demum purificata conditione. Et in hoc
nullam conſtituimus differentiam inter vltimas volun-
tates,& contractus viuentium l. cedere diem.ff. de ver-
17 bo. ſignifi. Et dicit hic Bald. † quòd cedere nihil aliud
eſt , quàm ponere rem in eſſentia , veniſſe autem diem
importat,quando præſens eſt exactio. Addit Bal. vnum
caſum

casum, in quo non est differentia inter mortem testatoris, & aditionē hæreditatis, scilicet quantùm ad regulā catonianam, allegat tex. quem dicit esse vnicum in iure. l. si optio. ff. de op. lega. & sic habetis secundum ar-
18 ticulum expeditū. ¶ Tertius articulus est, † quādo dies [b]
b legati cedat, quantùm ad petitionem. In hoc autem cōcludite, quòd si legatum est purum, statim adita hereditate per hæredem, peti potest. Si verò legatum est in diem, vel sub conditione, demum poterit peti adueniēte die, vel conditione: quia in illud tempus intelligitur dilata executio. Et in hoc non est constituenda differentia inter vltimas voluntates, & contractus viuentium. l. eū qui Kalendis. ff. de verb. obl. & l. cedere diē. ff. de ver. sign. & sic habetis expeditum tertium artic. Quartus ar-
19 ticulus est, † quando dicatur cedere dies legati, quantū ad translationem dominij. Et in hoc concludite, quòd si testator legauit rem alienā, frustra tractamus de transla-
20 tione dñij: si verò legauit rem propriam, † habetis considerare triplicem acquisitionem dominij. Quædam. n. est acquisitio dominij ficti. Et hoc casu tale dominium adita hæreditate fingitur acquisitum legatario à morte testatoris. l. à Titio. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. ante enim aditam hæreditatem non est verū dicere aliquod dominium fuisse acquisitum legatario: quia ante aditam hæreditatem legata non subsistunt. l. eam quam. sup. de fideicommis. Quędam verò est acquisitio dominij veri reuocabiliter tantùm, & tale dominiū acquiritur legatario post aditam hæreditatem, etiā antequam legatarius agnoscat legatum. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. Quædā verò est acquisitio dominii veri irreuocabiliter, & tale dominium acquiritur legatario per agnitionem legati vna cū aditione hæreditatis. l. si quis ita hæreditatem. & ibi notatur. ff. de conditio. insti. & l. perinde. ff. si cer. pet. ¶ Sed præmissis videtur obstare. l. huic scripturæ. in fi. principij. ff. ad l. Aquil. inducendo hoc modo. actio legis Aquiliæ competit domino. l. item Mella. §. legis. ff. illo eo. tit. ad l. Aquil. Et in illa l. huic scripturæ. dicitur, ꝙ si seruus legatus vulneretur, actio. leg. Aquiliæ datur hæredi, non aūt legatario, ergo videtur, quòd dñim rei legatæ non transierit in legatarium. D. præceptor meus hic dicit, cogita de responso ad illā legem. Vos respondebitis, ꝙ ibi ille seruus legatus fuit vulneratus ante aditā hæreditatē, vnde actio fuit acquisita hæreditati iacenti. Et per hæreditatem postea fuit acquisita hæredi: vnde cum semel fuerit acquisita ipsi hęredi, non potest amplius ab eius ossibus auelli. l. quis ergo casus. ff. de pecul. l. 3. & ibi bona glo. ff. pro soc. vñ ipse hęres debet illā actionem cedere legatario. Pręmis-
21 sa procedunt in legato puro. † Si verò legatum est factū in diem certam, dñim rei legatæ nō trāsibit in legatariū, nisi demum adueniente die, tex. est notab. in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufruct. lega. Si verò legatum est factum sub conditione, tunc dominium demum transibit in legatariū purificata conditione, & non ante. quod dixi supra. quòd dominium rei purè legatæ transit in legatarium, intelligatis procedere, quando legatum fuit factum per verba directa. Secus si esset factum per verba enunciatiua: quia tunc non transiret dominium in legatarium, sed bene prodesset sibi legatum, quantùm ad effectum excipiēdum. Iste est tex. notab. in l. emptor.
22 §. ancilla. ff. de rei vendi. Addo vobis, † quòd quando legatarius cōsecutus est rem legatam, debet eam facere poni in ęstimo suo, & eā tollere de æstimo ipsius defuncti pp onera quotidie occurrentia, quæ quidem subire tenetur possessor, qui sentit commodum. l. omnes. inf. de ann. & tribu. li. 10. Ita dicit Bal. suo consi. 342. incip. in Christi nomine. punctus talis est. in 4. volu. suorū
23 consi. ¶ Vltimò quæro de tali quęstione. † Testator dicit in suo testamento. lego Titio cētum, si Sempronius erit mihi hæres, vel si Sempronius adibit hæreditatē meam vtrùm tale legatum dicatur conditionale, adeo, quòd si legatarius (pendente conditione) moriatur, nō transmittat legatum ad hæredes suos, iuxta hanc. l. in §. sin autem sub conditione. Bal. hic in isto principio ad finem dicit, quòd legatum erit conditionale, si testator dixerit hoc modo. lego Titio centum sub cōditione, si Sempronius erit hæres meus, seu sub conditione, si adibit hæreditatem meam. allegat tex. ad hoc singularem in l. in conditionibus primum locum. versi. nisi hoc eo animo. ff. de condi. & demon. & hoc dictum sequitur Paul. de Cast. in l. 3. in lectura Bononien. ff. de leg. 1. Vos autem potestis tenere contra Bal. quia illa verba, si Sempronius adibit hæreditatem meam, tacitè inerāt, ergo expressio eorum non habet operari conditionem. d. l. 3. ad idem allegabitis Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cōdi. & demon. vbi dicit, quòd ista verba, sub tali conditione, nō important conditionem, quando dispositio sui natura non ęst conditionalis, sed modalis: allegat. l. Męuia. ff. de manumis. testamento. & l. secunda. §. fin. ff. de donat. Pro eadē sententia allegabitis tex. cum Sali. in l. ea. conditione. sup. de rescin. vendi. vbi Saly. ex illa. l. colligit,
24 † ꝙ ista verba, sub tali conditione, quando ponuntur in aliqua dispositione modali, non important conditionē. & hoc vult Bal. in l. quoniam. sup. de rer. permut. & in l. cum res. inf. de dona. notatur per glo. & Canoni. in c. verum. extra de condi. apposi. & ad corroborationem adducetis pulchram notam. Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita.
25 ff. ad Trebel. vbi dicit, † quòd verba testatois debent in-
c telligi sm̄ mentem statuti, loci, vbi fit testm̄, vel secundū mentem legis. & ita vult Bald. in l. Gallus. in §. 1. ff. de libe. & posth. Ad l. in conditionibus. versi. nisi, respondebitis, quòd in veritate non probat dictum Bal. quia tamē magna est auctoritas Bald. tenebitis perpetuò menti dictum suum, quod sequitur Pau. de Ca. in d. l. 3.

ADDITIONES.

a ¶ Tempore belli. Adde quòd bellum commune habuit ortum à iure naturali. Ioan. de Tur. Cremata. in 33. q. 1. in summa. nu. 5. & dicitur iustum duobus modis. idem in c. domine Deus noster. nu. 3. 33. q. 2.

b ¶ Quādo dies. Adde quòd si dies non apponitur in obligatione, intelligitur de præsenti. Pet. de Ancha. in c. per tuas nu. 2. extra de voto & vo. redempti.

c ¶ Secundum mentē statuti. Vide, quæ posui in l. cum responso. nu. 2. sup. de lega. in apostilla.

In. §. Et cum triplici.

SVMMAE.

1. *Legatum factum personæ mortuæ an dicatur nullum.*
2. *Legata quasi caduca quæ dicantur.*
3. *Relicta caduca quæ dicantur.*
4. *Stipulatio facta pro mortuis an valeat.*
5. *Sententia lata contra mortuum est nulla.*
6. *Gratia concessa mortuo est nulla.*

§. Et cum triplici ¶ Ea, quæ relinquuntur mortuis tempore testamenti, dicuntur pro non scripta, si verò relinquantur viuentibus tempore testamenti, sed deficiant viuo testatore, appellātur quasi caduca, si verò deficiant post mortem testatoris dicuntur propriè caduca. h. d. vsq; ad
1 §. primo. ¶ Nota primò ex isto tex. † quòd illa, quę sunt relicta iam mortuis tempore testamēti, appellantur pro non scripta: quia talia relicta facta mortuis nihil valent.

l.quidam referunt.ff.de iure codicill. ut hic,& dicuntur pro non scripta,quando sunt relicta mortuis in testamẽto in scriptis:quia tunc perinde est, ac si nunquàm scripta fuissent. Si verò talia relicta sint facta in testamento nũcupatiuo,dicuntur pro non nuncupata, & est ratio huius primi casus:quia talia relicta facta mortuis nunq̃ habuerunt principium essentiale,seu substantiale:an autem hoc procedat in contractibus viuentium,statim di-
2 cam.¶ Nota secundò, † quæ dicantur legata quasi caduca. Nam dicuntur illa, quæ sunt facta legatarijs viuentibus, sed deficiunt viuente testatore. Nã licèt habuerint aliquod principum,tñ q̃a deficiunt viuente adhuc testatore,in cuius potestate erat ea reuocare:q̃a ambulatoria est vltima voluntas usq; ad vltimum vitæ spiritum.l.tertia.§.fin.ff.de adim.leg.& l.prima.š.de sacros.eccl.Ideo non dicuntur caduca,quia nunq̃ uerè steterũt. Ideo ap-
3 pellantur quasi caduca. ¶ Tertiò nota, † quæ dicantur relicta caduca. Nam dicuntur illa,quæ deficiũt mortuo testatore,& sic non poterant amplius reuocari: quia testator erat mortuus,vnde uerè steterũt,& ideo si deficiãt post mortem testatoris,dicũtur propriè cadere, & ideo dicuntur caduca, & notetis bene istam doctrinam,quia est pulchra. ¶ Nota,ꝙ non bene possunt cognosci reformantia, nisi per prius cognoscantur reformata. ¶ Nota secũdùm Bal.ex isto tex.ꝙ maior est defectus principii, seu fundamenti,quàm medij,uel finis.¶ In glo.nihil est.
4 sed extra gl.quæro, dicitur hic,†ꝙ ea, quæ relinquuntur mortuis tẽpore testamẽti, dicunt̃ pro nõ scripta,& nihil ualent,nunquid hoc procedat in stipulatione.uerbi gratia.Ego contraho cum quodam, & notarius stipulat̃ nomine absentis,quod facere põt.l.cum cognatos. ibi seruo publico stipulante.š.de capt.& postli.reuer.& §.cum aũt.Insti.de adop.Ponamus,ꝙ ille,cuius noie stipulat̃ notarius,tp̃e stipulationis esset mortuus,nunq̃d eius hęres poterit se iuuare de illa stipulatione. uř q̃ non: quia de natura stipulationis est,ꝙ subsit ꝑsona, cui acq̃rat̃,l.usufructus.ff. de stipula.seru. Secundò ꝓ hac parte adducit̃ l.Paulus.ff.q̃ senten.sine appell.rescind. arguendo de iu-
5 dicijs ad cõtractus.l.oẽm.ff.de iudic. † sed sñia lata contra mortuũ est nulla.d.l.Paulus.ergo stipulatio debet esse nulla. Tertiò ꝓ ista parte adducit̃ l.eius q̃ in ꝓuincia. uersi.ꝙ si stipulatus.ĩ uerbo,noĩatim.ff.si cert.pet.Quartò adduco bonum tex.in l.inde Neratius.ff.de uerb.sig.
6 † aliàs de re iud.ubi bñficiũ Principis cõcessum mortuo nihil ualet,in cõtrariũ adducit̃ gl.ĩ.d.l. Paulus.Cõcludite,ꝙ de rigore iuris stipulatio est nulla. Ita determinat Bal.suo cõs.63.incipiẽte.in Christi noĩe verba Cyn. ĩ lectura &c.in 1 volu. suorum consiliorum. Item adduco ad materiã huius.§.quæstionem, quæ pendet de facto. Nobilis Beretinus de Inuiciatis ciuis Alexandriæ carẽs liberis suum condidit testamentum,in quo Blasium eius nepotem ex fratre hæredem instituit, postmodum ipse Beretinus adiuit quendam Comitem Palatinum, & rogauit eum, vt legitimaret Bernabouem spuriũ dicti testatoris,& Comes Palatinus ad requisitionem patris legitimauit dictum spurium,dubitabatur,vtrùm illa legitimatio subsecuta post testm̃ prędictum rupisset ipsum testamentum.Dominus Pet.de Anch.suo consi.279.incipiente. in successione ab intestato,determinat quòd sic.Et Alex.de Imo.in rubrica.ff.de lib.& posth.dicit,ꝙ ista est magis communis opin.& licèt multas auctoritates alleget.tamen addo vobis aliam auctoritatem.d.Panor.suo consi.86.incipiente.Omnipotentis Dei postulato sufragio,in quæstione, quæ vertitur inter Iulianum. vbi per multa motiua determinat testamentum rumpi. Sed quid dicemus de ꝓ non scripto iudicij, vt ecce erat cõtentio inter. A.& B.de quodam beneficio ecclesiastico:vterque enim dicebat illud ad se pertinere, & uterque dicebat se possidere, tales enim duplices petitiones admittuntur in rebus incorporalibus, ut uult pulchra glo. in l.unica. in uerbo, precario. inf. uti possidetis.Ista quæstio fuit in curia Romana,& auditor Papę finaliter tulit sententiam in fauorẽ dicti.A. & tamẽ ipse tempore sententiæ erat iam mortuus, & quidam tertius petit se subrogari in locũ dicti.A.defuncti, & Papa subrogauit eum, & ipse subrogatus petebat executionẽ sententiæ.sed opponebatur ex aduerso, quòd illa sentẽtia erat pro non scripta: quia erat lata in fauorem mortui, & allegabatur l.Paulus. aliàs incipit. eum qui. ff. quæ sententię sine appel.rescin. ipse autem tertius subrogatus allegabat pro se.l.cum quos. in princi. ff. de fideicom. lib. ubi realitas decreti transit in successorem, ergo multò magis realitas sententiæ definitiuę,quæ est maioris roboris.Sed pro parte.B.replicabatur,quòd in casu. d. l. cum quos. est speciale fauore libertatis. Bal. in §. immediatè sequenti determinat, quòd ille subrogatus est executiuè mittendus in possessionem: quia sicut fauore libertatis ita dicimus.d.l.cũ quos.idem debemus dicere fauore ecclesiæ, quæ est idem,quod ipsa libertas.§.vult.n.in Auth.de non alienan.col.2.Addite, quòd de tertio, qui subrogatur in locum defuncti in beneficialibus,habetis.d.c.hi qui.ext.vt lite pend.Et ꝓ dominos de Rota multùm eleganter sua conclusione.400. incipiente.item si lite pendente. Et ibi etiam tractant, quid si duo cõtendãt de beneficio, & reus possessor moriatur lite pendente,an licebit actori propria auctoritate intrare beneficij possessionem,& quid si ingrediatur, an debeat amoueri,& quo remedio.

In. §. primo itaque.

SVMMAE.

1 *Argumentum à ratione naturali valet.*
2 *Ratio naturalis habetur pro lege.*
3 *Legata caduca ad quos vadant.*
4 *Hæres non debet esse præceps in soluendis legatis.*
5 *Legatum quando dicatur factum tanquam legatario, vel tanquàm ministro nudo.*
6 *Minister nudus quis dicatur.*
7 *Illatio recta non fit ex particularibus.*
8 *Legatum factum de bonis cõmunibus non nocet fratri socio.*
9 *Legatum factum seruo proprio quomodo valeat.*
10 *Testator si in testamento aliquem nominauit, & postea fecit dimitti spacium in medio ad aliquid ponendum, quid erit super illo albo.*
11 *Hæreditas est nomen, quod nunquam moritur.*
12 *Impensa funeris est loco æris alieni,*
13 *Empto fundo à me nomine meo,& Titii, qui mortuus est, vel non vult approbare,an totus fundus dicatur mihi emptus.*
14 *Ius accrescendi,an habeat locum in contractibus.& an in feudalibus.nu.16.& an in contractu emphyteotico.*
15 *Venditio partis pro indiuiso habet multa incommoda.*

§.In primo itaque.¶Hic Iurisconsultus tractat,ad quem deferatur relictum pro non scriptum,& dicit,quòd defertur primò ad substitutum,secundò ad cõiunctum, & si nullus sit substitutus,vel coniunctus,tale relictum remanet apud grauatũ sine onere,& ista est intẽtio sua,vsq; ad §. pro secundo.& istud sit loco summarii.¶Nota primò ex isto tex.quòd illud,quod est naturali ratione submissum, debet perpetuò remanere firmum,& illibatum, & dicit hic Bal.recurrendum esse ad rationem naturalem, tan-
1 quam sit bonum, & optimum fundamentum. † Addite vos,quòd Iurisconsultus dicit licitum esse arguere à ratione naturali.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tuto.Addite Pau.de Cast.suo cons.81. incipien. visis his, quæ

quæ superius allegantur in vlt.col.illius consilij, vbi di-
2 cit,† q rō naturalis ꝭ hr̄ pro lege.allegat tex.in d.§.suffi-
2 cit. Addite Bald. suo consil. 38. incipiente, in Christi nomine.d.Tho.de Scarempis. in fi.2.col.tertio voluminе suorum consiliorum.vbi dicit hæc verba formalia.rō naturalis cuncta bene disponit.l.si & me & Titium.in fi. ff.si cer.peta. Subdit & vix reperitur aliquid contra rationem naturalem,& discretionē,quod non remordeat conscíam nostram. allegat ad hoc glo. magnam. in l. in hac.ff.de tritic.Addite. d.Panor. in c. ad nostram. extra de consuetu.vbi refert,quòd quando Bar.habebat consulere super aliquo casu,consulebat mercatores,& alios viros naturales,vt melius consuleret.¶Nota subsequen-
3 ter, †quòd legata pro non scripta vadunt primò ad substitutum,si adsit,secundò vadunt ad coniūctum, & nullo existente substituto,uel coniuncto, remanent apud grauatum regulariter sine onere. ¶In glo.super verbo,maneant,ibi.l.si quis eum.dicite,quòd ibi legatum erat bene validum, sed fideicommissum iniunctum ipsi legatario erat inutile. ¶In eadem gl. in fi.dicite,quòd in l.codicillis.hic in glo.allegata,neuter scilicet, neque hæres,
4 neque legatarius habebat volūtatem testatoris.†Et ideo hæres debet esse cautus, ne incontinenti soluat legatū. facit quod habetur in l.error.supra ad l.falc.Et istum articulum ita concludite. Aliquando legatum est inutile, quia pro non scriptum,& tūc habet locum.§.noster,aliquando verò relictum est quasi caducum, vel caducum, & quid iuris sit, videbitis in §. sequenti. Aliquando verò legatum factum est vtile, sed fideicommissum adiectum est inutile.Et hoc casu facite uobis tres casus. Primus est casus, qn̄ est relictum factum alicui tanquā legatario,& tunc legatum est bene validum, licèt fideicōmissum sit inutile. Et ita loquitur.l.si quis eum. hic in glo. alleg. Et hoc verum,quando fideicommissum intercidit .i.perit ex postfacto.l.pater.§.Tusculanus.ff.de legat. 3. Secus si fideicommissum vsque à principio.intercidat,& ita loquitur.l.si codicillis.ff. de leg. 1. Secundus est casus,quando relictum fuit factum alicui,non tanquam legatario, sed tanquam nudo ministro: & tunc & legatū, & fideicōmissum nihil valent.l.si quis quos.ff.de lega.2.
5 Tertius est casus,†quando dubitatur, an relictum sit factum alicui tanquam legatario, an verò tanquam nudo ministro,& hoc casu concludite,quòd aut ille,cui est factum relictum, est percepturus aliquod commodum.& tunc intelligitur sibi factum relictum tanquam legatario.d.l.si quis eum.in fi. Si verò nullū penitus est percepturus commodum, tunc intelligitur sibi factum relictū tanquam nudo ministro.l. Sulpicio Marcello.aliàs incipit,mulier quæ. ff.de dona. inter virum & vxo. quæ lex
6 notabiliter probat, † quòd ille dicitur nudus minister, qui fungitur solo obsequio,nec est percepturus aliquod commodum.¶In glo. super verbo,alios.ibi, & corrigit. Ista nihil valet per rationem, quam hic glo. assignat. ¶In eadem glo.ibi alii,vt Irnerius.Ista est bona,& eā sequuntur Dyn.& Bartol.in l.si duobus in §.fin.hic in glo. allegata. & Petr. & Cyn.hic. ¶In eadem ibi, si ita quis
7 hæredes. Ista reprehensio est indigna: † quia ex merè particularibus non fit recta illatio. ¶In eadem glo. ibi,quia decesserat. Ista nihil valet,quia in l.si duobus. in §.fin.hic in glo.allegata.ille posthumus non erat,nec esse sperabatur.Nam si speraretur esse, portio sua staret in pendenti, donec duraret illa spes. d.l.si duobus. in prin.& cum spes desineret,accresceret collegatario,dicatis ergo,quòd in d.l.si duobus.§.fin.illi erant coniuncti verbis. Potestis etiam dicere,quòd ista glo.habuit alium intellectum,dum dicit, quòd in d.§.fina. posthumus non erat,nec sperabatur esse. Nam hoc est verum ex post facto,sed à principio bene sperabatur futurus. Et ideo à principio tale relictum habuit aliquod fundamentum.Et ideo iste casus melius caderet in ordine caducorum,uel quasi caducorum.Si tamen uultis sustinere glo.& adaptare eam ad casum pro non scripti legati,potestis dicere,quòd ista glo.uoluit dicere,quòd aliqui sunt magis coniuncti,quàm alii, vt infra hac eadem l.§.his ita. Et dum dicit,quòd ista monosyllaba,&,non semper coniungit,uoluit dicere,quòd ista dictio,&, nō semper facit coniunctissimos, ut in casu.l.si ita quis hæredes.hic in glo.allegata,ubi si rē illis duobus coniunctis ꝑ copulatiuā reliquat,& moriat̄ unus,portio sua nō accrescit soli coniuncto per copulatiuam, sed etiam alteri. Non autem intelligatis,quòd glo.ista uoluerit dicere,quòd in casu.d.l.si duobus.§.fina.illi legatarii non erant coniuncti,quia ueritas est in contrarium, per illū
8 §.fin.deciditur elegans quæstio. †Quidam habens bona communia,& indiuisa cum fratre suo,instituit Sempronium hæredem suum, & legauit uxori ipsius testatoris alimenta super ipsis bonis communibus.s.partim in bonis ipsius testatoris,& partim in bonis fratris sui: certè Sempronius hæres testatoris tenebitur præstare alimenta insolidum, licèt quantùm ad partem fratris nihil ualeat legatum: quia cum nihil sibi fuisset relictum à testatore,non potuit grauari in aliquo.l.ab eo. supra de fideicom.Et istam notabilem decisionem facit Bart. in quodam suo consilio, incip.quidam sibi filios suos. Et notetis istam decisionem, quia prima facie quisque determinaret contrarium. ¶In eadem glo.ibi.§.si con-
9 iuncti.Dicite,quòd huius fallentiæ est rō:†quia licèt legatum factum per testatorem seruo suo proprio, nō ualeat de rigore iuris,tamen de æquitate sustinetur:qa hęres non debet esse ita impius,quin soluat legatum. Et ideo in d.§.si coniunctim. quamuis quis non admittatur ad partem,tamen facit partem.¶In eadem glo. ibi. §. si Titio.huius fallentiæ est ratio:quia licèt ibi legatum nō teneat,vt voluit testator,tamen valet. Alio modo, quia ille, cuius erat res, legata habebat ius retentionis. Vel aliter secundùm Salicetum hic,ibi hæres habet ius retentionis contra legatarium,qui petit totum:quia potest opponere de dominio tertij. i. de dominio illius collegatarii,cui res propria erat legata cū alio; plus tamen placet solutio Bar.quam primo loco recitaui. ¶In ea.glo.ibi.si Titio, & ei. Huius fallentiæ est rō, quia licèt ille collegatarius esse incapax,tamen portio sua vadit ad fiscum,& sic in effectu non deficit legatum, quia sufficit,quòd ipse incapax capiat vel per se,vel per aliū s.fiscum. Addite quandam fallentiam ad istam glos. scilicet quādo vnus ex legatarijs coniunctis capit legatum de iure speciali. Nam si sibi coniunctus repudiet legatum,portio sua non accrescet isti, qui de iure speciali admissus fuit ad partem suam.tex.est aureus in l.mulieri,& Titio.ff.de condi.& demonst.Et per præmissa infertur ad quæstionem quotidianam. Defunctus habet quinque liberos,inter quos est vnus,qui est frater minor,vel exhæredatus,vel est vna filia dotata,quæ virtute statuti non potest succedere,an legitima aliorum erit semis,an verò erit triens,iuxta auth.nouissima.sup.de inoffi.testamen.de qua quæstione videte plenè per Sali.in d.Auth. nouissima. & per Ange. in l.Papinianus.§. vnde si quis. ff.de inoffi.testam.& per Bal.in repetitione l.pater filiū. illo eod.tit.& per Alex.de Imo.in l. planè. §. si duobus.
10 ff.de leg.1.per hunc tex.& hic Pau. de Cast. † quòd si in testamento sint scripta ista verba.Et dictus testator legauit Titio, & deinde fuit demissum quoddam spatiū uacuum,in quo debebat nominari quidam alius. deinde post illud spatium sunt scripta ista uerba, legauit talem fundum,determinat Pau. de Cast. ex mente Bald. hic, quòd Titius habebit totum fundum legatum. quod tenete bene menti. & de ista schedula uacua,videte per Canon.in.c.1.extra de fid.instru.& per Bal.in commen-

pacis

pacis Constantiæ.in prima charta. & Nouissimos in l. si ita stipulatus.§.Chrisogonus. ff.de verbo.oblig.¶In gl. super verbo, sine vllo grauamine. ibi in hæredibus tantùm.Pet. de Bellaper.& Cy. sequuntur istam,& est communis apud Docto.Ad l. ciuitatibus. in §. Lucius.hic in glo.allegatam,respōdet Bal. multis modis. Primò quòd loquitur in pro non scripta hæreditate, nos autē hic lo
11 quimur in legatis pro nō sciptis.Ratio differentię,†quia
b hæreditas[b] est quoddam nomen appellatiuum.quod nū quam moritur.l.quod Principi.ff.de leg. 2. & c. quoniā abbas.extra de offic. deleg.Nomina autem legati,seu legata sunt designatiua propriorum nominum. Vel aliter (sm eum)in §.Lucius.deficiebat grauatus,nos autem hic loquimur, quando hic deficit honoratus. Vel aliter sm Pet.& Cy.in §.Lucius.fuerunt expressè coniuncti in onere,& ideo accrescit cum onere ex natura coniunctionis, hic autem separatum legatum erat.Et notetis bene intellectum ad d.§.Lucius.¶In fi.glo.bene dicit.¶In glo.fi.in
12 fi.huius vltimi casus est ratio,† quia impensa funeris est loco æris alieni.¶Extra glo. supra vidimus de pro non scriptis legatis,& de pro non scriptis iudicijs, & de stipulatione pro non scripta, quando notarius stipulatur nomine absentis iā mortui, videamus modo de alijs
13 contractibus pro non scriptis.† Ecce ego emo a te vnū fundum nomine meo,& nomine Titii absentis certò pretio,sed ille Titius tempore cōtractus erat iam mortuus, vel noluit acceptare, an totus ille fundus dicetur mihi venditus.Tex.videtur probare,quòd sic.in l.fundus ille. ff.de contrah.emp.& ven. In contrarium videtur facere tex.in l.si mihi & Titio. ff.de uerb.oblig.Sol. dicunt qui
14 dam † quòd in contractibus bonę fidei est locus iuri accrescēdi.Et ita intelligitur illa l.fundus ille.Secus in cōtractibus stricti iuris,vt est stipulatio.d.l.si mihi & Titio. Bal.autem hic dicit,quòd in contractu emptionis ideo habet locum ius accrescendi,vt vterque contrahentium conseruetur indemnis,maximè venditor, qui fortè non
15 fuisset venditurus partem.†Nam venditio partis pro indiuiso habet multa incommoda.l.2.inf.quand.,& quib. quar.pars debe.lib.10.Notetis tamen istam rationem ad
16 illā.l.fundus ille. † Sed in feudalibus an habeat locum ius accrescendi. Concludite quòd sic, si feudum sumpsit originem ab vno stipite. Nam inter descendentes ab illo stipite erit locus iuri accrescendi.c.1.§.cū verò Conradus.in titu. qui feud. dare poss. Cæterùm si sumpsisset originem in duabus personis,puta,quia duo fratres fuissent inuestiti de eodem feudo: certè licet portio vnius deficiat,non tamen accrescet alteri.c.1.in titu.de duob. frat.de nouo benefi.inuest.Fallit primò,quando in concessione dictum esset hoc mō.Cēcedo Titio,& Sempronio fratribus,& cuilibet ipsorum tale feudum.Nam hoc casu propter illam dictionem, cuilibet, haberet locum inter eos ius accrescēdi.Ita dicit Bal.in c.primo.§.filia, in titu.de success.feud.& idem Bal.in l.vnica. supra quādo non pet.par. ¶Secūdò fallit,quando in concessione dictū esset hoc modo.Concedo Petro,& Martino fratribus tale feudum pro se, & eorum, ac cuiuslibet eorum filijs,& successoribus vsque in infinitum. ¶Tertiò fallit, quando esset feudum concessum ab Imperatore duobus fratribus. Nam tunc inter eos haberet locum ius accrescendi.per l.vnicam.inf.si soc.liberal. imperi.lib. 10. Et omnes istas fallentias ponit Alex.de Imo. suo cons. 30. in 4.col.& in 1.vol. suor. consi. quod consilium incipit Redemptoris nostri inuocato suffragio.quoniam omne datum.Et de eadem materia iuris accrescendi in feudalibus ponit in suo cons. 44. in eodem primo volum. & in
17 cons. 17.in quinto vol.suorum cons.† Idem dicatis in cōtractu emphyteotico:quia si emphyteosis sumpsit originē in persona vnius,certè inter descendentes ab illo erit locus iuri accrescendi.Fallit,si portio vnius deficiat propter feloniam contractus.puta,quia domino concedenti non fuerūt seruata pacta, vel deficiat propter canonē non solutum, vel quia fecit rem deteriorem. Nam istis tribus casibus non habet locum ius accrescendi, imò portio deficiens applicabit domino directo, vt habeat suæ iniuriæ vltionem.Si verò emphyreota decedat sine hærede, bene habebit locum ius accrescendi, quando emphyteosis sumpsit originem ab uno stipite. Secus si sumpsisset originem in pluribus personis,quia tunc non haberet locum ius accrescendi. hæc omnia scribit hic Bal.& idem volunt Doc.in d.l.si mihi & Titio.

ADDITIONES.

a ¶Ratio naturalis. Adde, ꝙ ratio consideratur dupliciter.Ioan.de Turre Cremata in c.ius ciuile. n.6.distin.1.

b ¶Quia hæreditas. Hęreditatis appellatione venit etiam pars. Vide Bar.l.bona.nu.5.ver.quid est hæreditas, de bono.poss.eundem Bar.in l.fi.C.de pact.Alex.in l. Princeps.de verbo.signif.

In. §. Pro secundo.

SVMMAE.

1 Legata quasi caduca non vadunt ad fiscum.

2 Testator si legauit totum suum patrimonium pitochis,eis cassatis,quid fiet de legato.

3 Legatum factum fratribus minoribus, qui accipere non possunt,cui debeatur.

4 Commodum qui sentit,debet sentire incommodum,& onus.

5 Nobiles an teneantur contribuere cum plebeis,& quando.

6 Minister nudus quis dicatur.

7 Testator instituit filium suum vniuersalem hæredem,& adiecit,ꝙ si contingeret eū decedere sine liberis,vel eius liberi sine filijs,volebat bona sua peruenire ad Titium, si filius decessit cū liberis,& illi liberi decesserunt postea sine filiis,an Titius poterit petere bona testatoris defuncti ex fideicommisso.

8 Caducitas pupillaris substitutionis an inducat caducitatem vulgaris substitutionis comprehensæ in expressa pupillari.

9 Nihil,dictio non semper excludit omnia.

10 Tacitum quando non vitietur vitiato principali.

11 Legatum an inualidetur onere impossibili adiuncto.

12 Hæres si cauerit de soluendo legatum, & testamentum postea fuit reuocatum, an hæres poterit postea conueniri ex illa cautione.

§.Pro secūdo. ¶Quasi caduca hodie non vadunt ad fiscum, sed remanent apud eos,à quibus sunt de relicta sine onere tamen, nisi sit substitutus vulgaris, vel coniunctus: quia tunc ap-
1 plicatur illis cum suo onere.h.d.¶ Nota, † quòd hodie quasi caduca non vadunt ad fiscum, sed remanent, vel apud hæredem defuncti, vel vadunt ad substitutum vulgarem, vel ad coniunctum, sed semper transeunt cū suo
2 onere. Sed circa hoc formo vobis quæstionem.† Testator legauit totum suum patrimonium pitochis alicuius ciuitatis:deinde Papa cassauit illos pitochos, tanquam superuacuos,& fictos homines in ecclesia Dei, quid erit de patrimonio defuncti?Concludite,quòd applicabitur ecclesiæ Romanæ, & debebit conuerti in aliam meliorē causam,per notata in Clemen.prima.extra de relig.domi.in c.primo.extra de relig.domi.lib.6.& ita vult Bal. in l.monumenta.sup.de leg. Si verò nō cassasset eos ex toto, sed transtulisset eos ad aliquem locum religiosū, tunc bona sequerentur illum locum,argu.l. qui liberis.
3 §. testamento.ff.de bo. pos. secundùm tab. † Quid autē si testator legauit ecclesiæ fratrum minorum, qui non possunt acquirere.Clemen. exiui de paradiso. extra de verb.signi.Bar.in suo tractatu minoricarum dicit, quòd tale legatum applicabitur ecclesię Romanæ,Sed.d.Pet. de

de Anch. in d.Clem.exiui.determinat,quòd tale legatũ
erit nullum,& quòd hæres, salua conscientia,poterit il-
lud retinere.Ang.in Auth.vt deter.sit nume.cler. etiam
tenet contra Bar. &reperio eundem Bar.in l.1.inf.de cõ
duct.& procur.lib.11.tenere expressè, quòd tale legatũ
est nullum,de quo per Bal. in Auth. ingressi. sup. de sa-
4 crosf.eccle.¶Nota id,ad quod allegatur,† quòd qui sen-
tit commodum,debet sentire incommodum,& onus,cõ
cordat. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. sup. de
furt.& per istã rationem Albe.de Rosa.in Rubrica.ff.de
mun.& hon.in pen.char.in ver.sed quęro nunquid nobi
5 les,determinat ad literam,† quòd nobiles tenẽtur con-
tribuere cũ plebeis cum oneribus,& incommodis. quia
cum participent commoda,& honores,debent etiam sẽ
tire onus.Et nota istam decisionem,quia sæpe contingit
in practica.¶In glo.super verbo,ad eos. ibi , hæc corri-
git.Ista nihil valet,quia iurium correctio est euitanda. l.
vnica . supra de inoffic. dot. ¶In eadem glo.ibi,vt nu-
da ministra.Docto.dicunt,quòd ista solutio diuinat,vn-
de Petrus de Bellaper.Barto. & Bal. aliter respondent
dicentes,quòd in casu huius.§.legatum.deficit caducita
te,sed in contrario deficit ex pęnitentia testatoris,vnde,
adempto per testatorem relicto facto socero,cessat ratio
finalis legandi matri,vnde non est mirum,si legatum nõ
6 remanet apud matrem:† non enim possumus dicere ma
a trem ibi esse nudam ministram a:quia erat habitura emo
lumẽtum ex aliis duobus prædiis.Nisi secundùm Raph.
Fulg.dicamus,quòd tot erunt legata ibi,quot sunt præ-
dia.l.2.ff.de leg.2.Sed ista defensio iudicio meo non ua
let:quia ille tex.generaliter loquitur,& potuit relictum
eẽ factum socero pręstãdum per matrem ex tpe,vel ad
tempus , quo casu mater interea esset perceptura emo-
lumentum,ergo non est nuda ministra.l. si quis eum. ff.
de condi.& demon.tenete ergo solu.Bar.& Bal. ¶In gl.
super verbo,possunt.in fi.Bal.hic format elegantem quę
7 stionem,quæ talis est.† Pater instituit filium hæredẽ suũ
vniuersalẽ.& adiecit, quòd si contingeret eum decede-
re sine liberis , vel eius liberos sine filiis , volebat bona
sua peruenire ad Titium , euenit casus , quòd filius de-
cessit cum liberis , sed illi liberi decesserunt postea sine
filiis, nunquid Titius ex fideicõmisso poterit petere bo
na testatoris defuncti.Videtur ꝙ nõ.qa illi vltimi filii nõ
fuerũt honorati,ergo grauari non potuerunt.Bal. hic di
cit se nolle decidere dictam quæstionem : quia pende-
bat de facto.sed ipsemet Bal.in l.precibus. in vlti.col.s̃.
de impub.& alijs substi.dicit, ꝙ Titius per fideicommis-
sum poterit petere bona:quia onus fideicommissi intel
ligitur iniũctum primo filio,qui fuerat honoratus, ergo
potuit grauari sub conditione prædicta. Bar.tangit in l.
cẽturio.ff.de vulg.& pup. Ego in quæstione facti sequu
tus opi.Alex.de Imo.suo cons.105.incipiente,Redẽpto
ris nostri inuocato suffragio.perspectis verbis testamen
ti.in primo vol.suorum consilio. distinguebam hoc mo-
do. Aut constat testatorem iniunxisse onus fideicom-
missi primo filio instituto , seu primis filijs institutis :
& tunc certũ est,quòd ille Titius poterit petere fideicõ-
missum:qa ille primus filius fuit honoratus,ergo potuit
grauari onere fideicommissi. Aut cõstat testatorẽ iniun
xisse onus fideicommissi vltimis filijs , quos non hono
rauit, & tunc fideicommissum nihil valebit.In dubio vi
detur iniunctum primo filio honorato,& ideo fideicom
missum erit validum,& notetis bene istam distinctionẽ ,
quam per multa iura , & multas auctoritates compro-
bat.¶In glo.super verbo,substitutus,in fine.Ex hac glo.
8 colligitis : † quòd caducitas pupillaris substitutionis nõ
inducit caducitatem vulgaris substitutionis cõphensæ
in expressa pupillari,& hanc opi.tenuit etiam gloss.in l.
lex Cornelia ff.de vulg.& pupilla.Et istam sentẽtiam se-
quuntur hic Guil.de Cuneo,& Bal.Idem tenuit ipse Bal.
in l.humanitatis.sup.de impu.& aliis substitu.& Ioan.de
Imo.in d.l.lex Cornelia.& in c.Raynutius.extra de testa
mentis.¶Contrariam opi.tenuerunt Dy.& Cy.ẽt in d.l.
precibus.& Oldra.de Ponte suo cõsi.20. Idem tenuit An
gel.suo consi.40.incipiẽte,r eperitur.Eandem opi.tenuit
dominus Lambertinus de Rãponibus, vt refert Io.And.
in additio.ad Spec.in tit.de testamentis . circa quintam
col.& placet Pau.de Cast.in d.l.precibus.Mouetur pri-
mò per tex.in l.quòd si filius.in verbo nihil. quæ est hic
in glo allegata.Secundò mouetur. quia vitiato expres-
so vitiatur tacitum.l.3.in fi.ff. de seruitutibus rusti. præ-
dio. ergo vitiata expressa pupillari,debet in consequen-
tiam vitiari tacita vulgaris comprehensa sub illa expres
sa pupillari.Tertiò adducunt.l.tractabatur. ff.de testam.
militari.In secreto iuris verior est opi.gl.quã sequuntur
Guil.& Bal.& Imola in locis allegatis.Ad motiua aduer
santium respondebitis. & primò ad d. l. quod si filius.
9 † quòd ista dictio,nihil,nõ semper excludit omnia.l. de
ętate.§.nihil.cum sua glo.ff.de interro. actio. Ad secun-
dum motiuum,quòd vitiato expresso &c.respondebitis
10 † quòd vitiato expresso, non vitiatur tacitum,quando il
lud tacitum est ęquè principale.ad hoc allego vobis &
Bar. ibi, in l.si fideiussor. in princi.ff.de lega.1.Ad l.tra-
ctabatur.ff.de testamento milit.respondebitis . quòd ibi
fideicõmissaria substitutio non continebat directam vul
garem tanquam illi contrariam.Sequamini ergo opi.hu
ius glo.¶In glo.super verbo,sentire. ibi : non per alium
Principem.Vel aliter dicite,secundũ Doctores,quòd ha
bemus considerare tria.Primum fuit ius antiquissimum.
de quo in l.si ab eo.& in §.Iulianus.hic in gl.alleg.Secun
dum fuit ius legis Papię,quo iure ista lucra deferebãtur
ad fiscum,non autem ad cõiunctum,uel substitutum.Ter
tium fuit ius Imperatoris . de quo hic, quo iure cautum
est,ut non deferantur ad fiscum.¶In eadem glo.ibi , non
dicitur onus. Raph.Fulg. dicit hãc sol.esse communem.
sed negari non potest, quin sit diuinatiua, & restrictiua.
Ad l. sub conditione. hic in glo. allegatam pro contra-
ria,Bar.de Sal.dicit,quòd gl.est huic contraria in l.quæ
conditio. ff. de condi.& demon. Sed iudicio meo malè
refert. Et illa lex nullo modo obstat,quia ibi onus fuit
adiectũ in rem,quia testator disposuit, quòd illud onus
volebat esse impositum cuicunque,qui esset futurus suus
hæres,quo casu iste.§.stare potest , & transit sine scrupu-
lo.& in l.sub conditione.fuit onus adiectum in personã.
Glo. in d.l.sub conditione.aliter respondet,quia aut lo
quimur in institutionibus,& hęreditatibus:& tunc onus
adiectum hæredi non intelligitur repetitum in personã
substituti , & ita procedat illa lex sub conditione. hic
in glo. allegata. Aut loquimur in legatis , & tunc secus
est,& ita loquitur iste tex.Ratio diuersitatis, quia magis
fauemus institutionibus , & hæreditatibus, quàm lega-
tis.¶In ead.glo. ibi, referunt ius antiquum. Istam decla
rant Doct.in l.non iustã.sup.ad Treb.hoc modo.Celsus
fuit antiquior Iuliano , vt patet per discursum.l.2. ff.de
orig. iur. & si rescriptum Principis corrigit Iulianum,
vt in §.Iulianus.hic allegato in principio huius gloss. de
quo rescripto non potuit ipse Iulianus cogitare,multo-
minus potuit cogitare Celsus antiquior Iuliano.¶In ea
dem glo.ibi,Sed dicitur legitimus,Bal.dicit hanc gloss.
sẽtire duas difficultates,prima est, quòd ab intestato po
sterior gradus dicitur venire ex dispositione legali,non
autem ex voluntatis contemplatione defuncti. secunda
difficultas est, quòd secundus gradus obtinet vicem
substituti , & expirati , licèt primus gradus sit in inte-
grum restitutus aduersus aditionem , quod verum est
mero iure. de æquitate secus.l.& si fine.§. sed quod Pa-
pinianus.ff.de mino.Subdit ipse Bal.qnòd ex Trebellia-
no non transfertur ius instantiæ,nisi cedatur,l.cum hęre
ditas ex fideicommisso.ff.ad Trebel.sed per restitutionẽ

in integrum totum transfertur.l.ex contractu.ff. de re iu
11 di.¶In fine gl.In hoc articulo ita cōcludite, † Aut onus
iniunctum est impossibile ipsi legatario tantùm propter
eius delictum,vel diuersitatem sectæ,& tunc legatū non
valet.l.mortuo boue.in §.Labeo.ff.de lega.2. & l. fidei-
commissa.§.si quis seruo.ff.de lega.3.& l. multùm inter-
est.ff.de verb.oblig.Aut onus iniunctum est impossibi-
le simpliciter,& non interest alicuius, quòd impleatur :
& tunc non vitiatur, sed legatum remanet validum. l.
obtinuit.ff.de condit.& demonstra. Si verò interest ali-
cuius, quòd illud onus adimpleatur, tunc si tale onus
fuit oppositum per viam modi, legatum remanebit va-
lidum,quamuis modus non adimpleatur. l. si quis eum.
ff. de conditio. & demonstra. Si verò onus fuit iniun-
ctum per viam conditionis, debet impleri eo modo,
quo potest.l.Mæuius.ff.de cond.& demon.Pręmissa pro
cedunt in legatario, in nudo autem ministro distingui-
te,quòd aut onus sibi impossibile est impossibile de iu
re vsque à principio:& tunc nudus minister non poterit
petere legatum;sed bene poterit illud retinere,si iam ha
buit.l.codicillis. in principio. & ibi glo. magistra. ff. de
leg.2.Si uerò onus adiectum nudo ministro est factum
impossibile ex postfacto:tunc nudus minister nedū po-
terit retinere legatum, sed etiam petere.l.pater. §. Tus-
12 culanus.ff.de leg.3.Addite,ponamus, † quòd hæres ca-
uerit de soluendo legatum, & testamentum postea fuit
reuocatum, an hæres poterit conueniri ex illa cautio-
ne?Dicite,quòd non,textus est notabilis in l.cū quis de-
cedens.in §.1.ff.de leg.2.nisi cauisset in fraudem,s.de re-
stituendo nō capaci,tex.est notabilis in l.Statius Florus.
ff.de iure fisci.

In.§. In nouissimo.

SVMMAE.

1 *Hæreditas potest adiri etiam clausis tabulis.*
Hæreditas non adita non transmittitur regulariter. sed bene ad liberos, nu.3.
2 *Sui dicuntur hæredes existere.*
Existentia sui hæredis est duplex.
4 *Natura, verbum quot modis sumatur.*
5 *Statuto suspenso intelliguntur suspensa omnia, quæ dependent ab illo.*
6 *Legatū vsusfructus non trāsmittitur ad hæredem legatarii.*
7 *Testator si ordinauit, quòd fructus talis fundi mihi debeātur, an hæres debeat colere fundum &c.*
8 *Hæres vasalli an teneatur iurare fidelitatem, quando vasallus iurauit pro se, & hæredibus suis.*
9 *Iuramentum est personale respectu iurātis, sed reale respectu eius, cui iuratur.*

.§. In nouissimo. ¶Hæreditas potest adiri
etiam clausis tabulis,& hę
reditas non adita non transmittitur,nisi in certas perso-
nas,& legata pura, seu in diem certam relicta cedunt à
morte testatoris excepto legato libtatis, & vsusfructus.
Hoc dicit vsque ad.§. sinautem aliquid. ¶Nota primò,
1 †quòd etiam clausis tabulis potest hæreditas adiri.¶No
ta secundò ad quod allegatur, quòd hæreditas non adi
ta regulariter non transmittitur.¶Nota subsequēter ibi,
2 hæredes existere, † quòd sui dicuntur hæredes existere.
Et pro declaratione debetis scire,quòd duplex est exi-
stentia sui hæredis. quædam enim est existentia sui hęre
dis legalis : nam mortuo patre filius statim,& incontinē
ti efficitur hæres ipso iure à lege(quantuncunque actua
liter se non immiscuerit hæreditati paternæ.)tex.est in l.
1.§. qui sunt in potestate.ff.si quis omis.cau.test.Alia ue
rò est existentia sui hæredis realis, vt qn̄ actualiter filius
se immiscet hæreditati paternæ. Et ita nunc intelliga-
3 tis istum tex.ibi,hęredes existere.¶Nota ulteriùs,†quòd
hæreditas non adita transmittitur ad liberos.Et de hoc
videbitis in l. vnica.inf.de his qui ante apert.tab. Note-
tis,quòd hæres moriens intra tempus deliberandi trans
mittit ius deliberandi ad hæredes suos. de quo vidistis
in l.cū antiquioribus.supra de iure.delib. ¶Nota etiam
4 ibi,sui natura,secundùm Bal.† quòd hoc verbum,natu-
a ra,sumitur multis modis a in iure nostro.Primò enim su
mitur pro statuto legis,quod naturaliter inhęret legato,
& ita capitur hic. Aliquādo capitur pro æquitate. l.nam
hoc natura.ff.de condictio.indebiti. Aliquando capitur
pro cursu naturali, iuxta illud. Natura nouas deprope-
rat edere formas.l.2.supra de veteri iure enucle. Aliquā
do capitur pro iure naturali,quod est immutabile.§.sed
naturalia. Insti.de iure nat. Aliquando capitur pro iure
sanguinis.l.iura sanguinis.ff.de pact. ¶Nota secundùm
5 Bald. † quòd suspenso statuto, intelliguntur suspen-
6 sa omnia,quæ depēdent ab illo.¶Nota vlterius.† quòd
legatum vsusfructus non transmittitur ad hæredem le-
7 gatarii. † Sed quid si testator iussit hæredi suo, vt præ-
staret mihi fructus talis fundi,an hoc casu hæres tenebi-
tur curare,& facere, quòd ille fundus diligēter colatur.
& seminetur?Concludite,quòd sic.licèt non teneatur de
casu fortuito. iste est tex. quem Bal. dicit hic esse vnicū
in iure. in l.fundi Trebatiani.ff.de vsufruc.lega.Sed nun
quid legatarius hoc casu sua propria auctoritate pote-
rit colere,& seminare illum fundum.Bal.hic concludit,
quòd sic.dummodo hoc non faciat animo possidendi,
sed gratia iuris sui conseruandi, & ita protestatur. alle-
gat nota.per glo. in l.vnica.inf. vti possid. super verbo,
nec vi. Est ergo differentia, an testator leget vsumfructū
fundi,an verò leget fructus,seu redditus fundi.Et ista p-
bantur bene in d.l.fundi Trebatiani.& p glo.in l.si quis
ita.ff.de vsufru.Et dicit hic Bal. quòd quando ego con-
cedo tibi vsumfructū,& hæredi tuo, hæres tuus tenebi-
tur præstare nouā cautionem de vtēdo,& fruendo arbi-
8 trio boni viri,nisi tu cauisses pro te, & hærede tuo.† Et
ex hoc infert,quòd si vasallus iurauit fidelitatem pro se,
& hærede suo,hæres ipsius vasalli non tenebitur postea
iterare ipsum iuramentum.Sed hoc dictum non est ve-
rum;quia nos habemus, quòd iuramentum ex parte iu-
rantis est personale. vnde quamuis ego iurem pro me,
& hæredibus meis, tamen hæredes mei tenebuntur ite-
9 rare iuramētum.† Nam iuramētū, vt dixi,est personale.
sed respectu eius cui iuratur, est reale.Ita dicunt omnes
Canon.in c.veritatis.extra de iureiuran.

ADDITIO.

a ¶Multis modis. Dicitur tribus modis,secundùm Io. de
Turre.Crema.in c.non enim.nu.4.22. q. 2. Et quid dica
tur natura. vide per eundem in c. 1. nu. 14. distinc. 1.

Secundæ partis Cod. finis.

IACOBINI DE SANCTO GEORGIO
CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE, AC LVMINIS, ET INTERPRETIS PROFVNDISSIMI
Tractatus vtilissimi Feudorum, nempè Homagiorum, & Roydarum, quibus nonnullæ quæstiones etiam Feudales additæ fuerunt.

SVMMAE.

1 *Carolus, nomen pulchrum est, & excellens, vt ibi, quibus parentibus genitus sit hic Carolus, de quo fit mentio in hac materia inuestituræ.*
2 *Nominis pulchri, & honesti impositio bonum aliquid præsupponit, turpis uerò malum.*
Principibus in pupillari ætate existentibus dari tutores debēt, per quos regantur. nu. 3.
4 *Tutoribus Principum pupillorum sufficit exhibere, quales inueniri possunt fideiussores pro suscipienda ipsa tutela.*
Et ibi uide de Domina Blanca Francorum regina.

Carolus Dux Sabaudiæ.

Carolvs, pulchrum, & excellens nomen est.
1 †Dicit. n. gl. in l. facta.
2 in §. si in danda. ff. ad Treb. †q̃ bonū est habere pulchrū nomē. Et per cōtrarium turpe, malum est. Genitus est hic Carolus ab illustrissimo, & diuo Principe domino D. Amedeo Sabaudiæ Duce, qui maximis fulget miraculis, & ab illustrissima, & excellentissima Domina D. Yolani primogenita Christianissimorum Regum Franciæ, quæ post mortem prælibati sui coniugis tutrix fuit illustrissimi Domini D. Philiberti Sabaudiæ Ducis impuberis.
3 †Nam & Principes impuberes reguntur per tutores. cap. grandi, ext. de supplen. negl. præl. lib. 6.
4 † Et hoc casu sufficiunt fideiussores tales, quales reperiri possunt. Vnde cum Domina Blanca Regina Francorum vellet esse tutrix filij sui impuberis, & dedisset quosdā fideiussores. aliqui dicebant eam repellendam pro tanto regno. Dominus Hubertus de Bobio tunc legens in studio Vercel. consuluit eam non repellendam, sed sufficere fideiussores, quos dare poterat: alioquin sequeretur, q̃ similes Prīcipes carerēt tutore. Ista sunt verba Albe. de Ros. in l. de creationibus. C. de epi. aud.

SVMMAE.

1 *Ducis appellatione quis intelligatur.*

1 Dvx. †Aduertite, quia secundùm Papiam dicitur Dux, quia ducit populum, vel exercitum militum. l. duces. C. de offic. militar. iudic. Vel dicitur Dux à Ducatu. cap. primo, in titu. de feud. March. Et de pluribus, & diuersis Ducibus habetis text. in l. secunda. C. de offic. præfect. præto. Africæ. habetur etiam de Duce, in c. primo, in tit. quis dicatur Dux, Marchio, Com. & in c. imperialem. §. præterea Ducatus, in titu. de prohi. alie. feu. per Fe.

SVMMAE.

1 *Duces quis creare possit.*
2 *Ducem an possit sibi populus eligere, Imperatore absente.*
3 *Et quid de Duce Venetorum, ibid. & nu. 3.*
4 *Venetiæ ciuitas an subdita sit insolidum ipsis Venetis.*
5 *Gabellas an imponere possint Ianuenses mercatoribus per maria sua transeuntibus, & eorum merces confiscare absque Imperatoris consilio.*

1 Qvaero in primis, à quo creentur isti Duces. Dicite, quòd creantur ab Imperatore. d. c. 1. in tit. de feu. March. & etiam à Rege in regno suo. c. in apibus. 7. q. 1. Et ita vult Iac. Aluar. in c. 1.
2 in ti. quis dicat̄ Dux, Marchio, & Comes. † Sed an populus sibi posit eligere Ducem in absentia Imperatorum. Cōcludite, q̃ non de iure. arg. §. interim, in Auth. de defen. ciui. sed de consuetudine, quia Imperator scit, & tolerat, ualet talis electio, vt videmus in Ianuēsibus, & Venetis, qui eligunt sibi Ducem: tales. n. Duces non tamen sunt Domini propriè, sed habent quandam præeminentiam, & habent concilia populi, vel maiorum. Ita dicit Bal. in propriis terminis in l. decernimus. C. de sacros. ec
3 cle. †Et de Duce Venetorum habetis text. in c. exposita,
4 extra de arb. ¶†Sed an ciuitas Venetiarū sit libera ipsorum Venetorum. Concludite, quòd sic, quia est fundata ī mari, & ciuitates in mari ædificatæ efficiuntur ędificantium. l. in tantùm. ff. de rer. diuis. Secus est in aliis ciuitatibus, quę fundantur in territorio alicuius: quia illę subsunt iurisdictioni illius. Ista sunt uerba Bal. in rubri. ff. de rer. diuis. circa 4. col. allegat not. per Specu. in titu. de re-
5 lig. domi. uer. quid si ciuitas. ¶†An autē Ianuenses, quia habent eorum maria distincta, possint imponere gabellas mercatoribus transeuntibus per eorum maria, & eorum merces confiscare inconsulto Imperatore, vide per Bal. in præall. rub. circa 3. col.

SVMMAE.

1 *Filij Regum, Ducum. vel Comitum an possint viuentibus eorum patribus appellari Reges, Duces vel comites.*
2 *Legitimandi potestas an intelligatur translata simul cum Ducatu eidem, quem Imperator Ducem creauit.*
3 *Notarios, seu tabelliones creandi potestas cui de iure competat.*
4 *Famæ quempiam restituere ad quem pertineat.*

1 DVBITATVR ETIAM.†An filius Regis,Ducis,vel Co
mitis,uiuente patre poſsit appellari Dux,Mar-
chio,vel Comes,gl.eſt no.in c.fi.24.q. 1. q̃ de-
terminat,quòd ſic,ſed impropriè ita appellatur.Facit op
timè l.in ſuis.in uerbo quodammodo.ff.de lib. & poſth.
2 ¶†Quæro de pulchra quæſtione quã vidi de facto.Imp.
creauit aliquem Ducẽ,ſicut creauit ſanctisſimũ dominũ
D.Amadeũ,qui erat Comes Sabaudię:an ex hoc ĩtelliga
tur in eũ contuliſſe,ſeu trãſtuliſſe poteſtatem legitimãdi,
Videtur prima facie dicendum ꝙ non,quia talis poteſtas
competit Imperatori,& non inferiori.l.1.C. de iure au-
reorum ann. & l. quæris. ff. de natal. reſt. & §. illud in
3 Authen.quib.mod.natu.effic.ſui.† Sicut ẽt creare tabel-
liones competit ſoli Principi.i.Imperatori,vt no. Inn.in
4 c.cum P.tabellio,ext.de fide inſtr.†Idem quando agitur
de reſtitutione ad famam.l.1.§.de qua.ff.de poſtu.no. ꝑ
Can.in c.cũ te,ext. de re iudi.cũ ergo iſta ſint ſpecialiter
reſeruata ſupremo Principi,non uidentur tranſire in ge-
nerali conceſsione.c.quod tranſlationem,ext.de off.de-
leg.& l.1 in prin.ff.de of.eius cui man eſt iuriſd.& ár.§.ĩ
generali,in ti.ſi de feu.defun.fue.cont.& arg.l.oblatione
generali.ff.de pig.¶Contrarium determinabitis,quia eo
ipſo,ꝙ Imperator creauit Principem noſtrum Ducem,&
in dominio ipſius Ducis nõ exercet aliquam poteſtatẽ,
ſeu iuriſdictionẽ,niſi per ipſum Ducem, ex hoc uidetur
tranſtuliſſe in eum omnem poteſtatem imperialem ĩ do-
minio ipſius Ducis,per ea quæ tradiderunt Cy de Piſt.&
Bal.in l.ea lege.C.de cond.ob cau.in illa q̃one de illo,q
habebat caſtrũ allodiale, & illud dedit filiæ in dotẽ cũ
pacto de alienando,pro hoc facit,quod no.Bal.in l.1.C.
qui admit.ad bo.poſ.& in l.precibus.C.de impub.&aliis
ſubſt.in quib.locis dicit, quòd tales Domini in eorũ ter
ris ſunt vice Principis. talis ergo legitimatus à Principe
noſtro habebitur pro vero legitimato in toto dñio Du-
cali Sabaudiæ,facit quod no.Bal.in l.generalis.C.de ſẽ.
paſ.Et ita conſuluit Pau.de Ca.pro duce Mediolani ſuo
conſ.227.¶ Hoc eſſet indubitatũ,ſi Imperator in creatio
neDucis dediſſet illi poteſtatem ſpecialẽ legitimãdi,uel
appoſuiſſet in reſcripto uerba,quæ ſunt appoſita ĩ reſcri
pto celſitudinis Ducalis Sabaudiæ in hæc uerba. Ita qđ
præfatus Dux in toto ſuo dominio poſsit ea,quæ Reges
Rom.& Imp.facere poſſent, transferendo in eum omni-
modã poteſtatem Imperialem . Et quamuis ſpãlis pote
ſtas non eſſet data,nec appoſita eſſent uerba prædicta,ta
men prædicta legitimatio eſſet ualida, quantũ ad dñium
Ducale,ſm̃ Pau.de Ca. in loco alleg.¶Ad l.1.C.de iure.
aure. annu.cum concor. reſpondebitis, ꝙ procedũt quã
tùm ad hoc,ut in toto imperio habeatur pro uerè legiti-
mato,quia tunc eſt neceſſe, quòd illa legitimatio fiat ab
Imperatore,uel alio habente ſpeciale mãdatum,aut ſpe
cialem poteſtatem, ſecus, vt habeatur pro verè legiti-
mato in toto dominio Ducis.

S V M M AE.

1 *Compromiſſoria poteſtas an tranſeat ad ſucceſſorem eius, in quo Duces, uel Comites compromiſerunt ſub nomine appellatiuo.*
2 *Tutelæ poteſtas an tranſeat ad ſucceſſores.*
3 *Fideicommisſio caſtri,uel alterius proprietatis an,& quando videatur facta etiam ſucceſſori, cuius fidei prædicta primo, commiſſa fuerunt.*

1 ADDO†vobis aliã quæſtionem. Duo nobiles,ſeu Com.contendentes fecerunt cõpromiſſum in Ducẽ Sabaudię ſub nomine appellatiuo tantũ. Mortuus eſt ille Dux,vtrũ ſucceſſor in Ducatu ſuccedat in illa poteſtate compromiſſoria; videtur quòd ſic, per c.quoniã Abbas,ext.de off.& poteſt.iu.deleg.¶Contrarium determinabitis,quia talia compromiſſa fiunt ex cõfidentia,& poteſt eſſe,quòd confidebant compromittentes in Ducem Sabaudiæ,qui tunc erat, & non de ſucceſſore.Item poteſt eſse,quòd ille Princeps,in quem eſt factum cõpromiſſum, eſſet prudentisſimus,& iuſtisſimus, & tamen ſucceſſor non ſit talis. Ita determinat Bal.in c.1.§.hoc quoq;,circa 3.col.in titu.de ſucceſ.feu. in libel. feu.ubi dicit ſe ita conſuluiſse in cauſa Comitis Sabaudiæ,qui de 44 caſtris feudalibus imperii compromiſerat in Regem Francorũ ſub nomine appellatiuo,& mortuo rege nondum lata ſententia,ſucceſsor in regno volebat cognoſcere de cauſa,& illam decidere.Idẽ uult ipſe Bal.in c.1.in ti.de inueſt.in mari.fac.in li.feu.¶ Eandẽ opin.tenuit ipſe Bald.in præall.c.quoniam Abb.allegat no.per Bar.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.Addite eundem Bal.in l.fi.§.ſed & ſi quis. C.comm. de leg.Addo Io.de Imo.idem uolentem in prælleg.c. quoniam Abbas,ſubiicit ipſe Bald.in d.§. ſed & ſi quis,
2 †quòd idem eſset,ſi quis daret filio ſuo in tutorẽ regem
Francorum,quia talis poteſtas non tranſiret ad ſucceſſo
3 rem in regno.†Idem dicit ſi quis committat caſtrum ſuũ
fidei alterius.Nam illo defuncto talis poteſtas non tranſi
4 bit ad ſucceſsorem.†¶Ad dictũ c. quoniam Abbas: re-
ſpondebitis,ut reſpondent pręfati Doc.in locis pręalle.

S V M M AE.

1 *Regnum,uel Ducatus eius qui intrauit religionem animo ibidem permanendi perpetuò, an uideatur tranſire in eandem religionem.*
2 *Reges duo,ſeu Duces an ſimul,& ſemel poſsint in eodem Regno,uel Ducatu dominari.*
3 *Succeſſorium edictum an, & quando habeat locum in regalibus dignitatibus,ſicut ſunt Ducatus,Marchionatus, & Comitatus.*
Et quæ iura ueniant in tali ſucceſsione,nu.5.
4 *Primogenitus quis dicatur.*
6 *Regalis dignitatis ſucceſsio ſemper tranſit ad conſanguineos, licèt reperiantur in centeſimo gradu conſanguinitatis.*
7 *Tutor,uel curator primò geniti,an & quando curam habeat, uel tutelam bonorum ipſius primò geniti effecti furioſi.*
8 *Regni Ducatus,uel Marchionatus ſucceſſor quis efficiatur,an ſecundò genitus, an uerò natus ex primò genito defuncto ipſius Regis,Ducis,&c.*
9 *Puberes effecti an,& quando poſsint abſque curatore publica tractare negotia.*
10 *Delphinatus,Vicecomitatus,& Baronia dignitates an,& quibus rationibus diuidi non poſsint.*
11 *Succeſſor regni,uel alterius dignitatis regalis uter efficiatur, an natus ante acquiſitam ipſam dignitatem,an uerò poſt.*

1 QVID SI REX. † Vel Dux intret religionem animo ibi perpetuò remanendi,utrum Regnũ, ſeu Ducatus tranſibit in monaſterium. Concludite, ꝙ non,& ita tenet gl.in c.ſcripſit nobis regina.
2 27.q.2.†¶An autẽ in eodem Regno,uel Ducatu poſsint
eſse duo Reges,uel Duces.Bal.in l.fi.ff.de re.diuiſ. vide
tur velle quòd non. Et pro iſta ſententia facit optimè
tex.in c.imperialem.§.præterea Ducatus, in titu.de pro-
hi.feud.alie.per Fed.in lib.feu.Item facit, quia abſurdũ
eſset, quòd in eodem Ducatu eſsent duo capita quaſi
monſtrum,arg.c.quoniam in pleriſque,extra de off.ord.
dicit tamen Albe.in c.fi.in 8.col.C.de iuriſdict. om. iud.
quòd in partibus Vltramon. iuriſdictiones ſunt diuiſæ,
& merum,& mixtum imperiũ per Comites,& Barones.
Et ibi vendunt,& donant,& faciunt,ſicut de aliis rebus.
Subiicit tamen ipſe Alb. ſe credere ꝙ hoc ſit potius de
3 facto,quàm de iure. ¶ †Sed an ĩ iſtis regalibus dignitati
bus, ſicut ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus,
quæ

quæ sunt regales dignitates,sñ Bald.c. 1. in tit. de feu. March.sit dare successorẽ,seu edictũ successorium?Tex. in.c.1.§.fi.in titu.de feu.alie.determinat quòd nõ,subijcit tñ tex. quòd de cõsuetudine vsurpatũ est.Et si intelligimus illa verba,vsurpatũ est,de praua, & mala cõsuetudine;tũc uidetur obuiare tex.in d. c.præterea Ducatus. Iac. de Beluis.qui undecim uicibus, legit libellũ feudorũ, &cõmuniter Feudistæ in dicto c.1.§. fi, intelligunt illum textum non in praua,& mala consuetudine,sed bona.Et ita sensit glo. ibi in uerbo,usurarum, & ideo Bal. eleganter in dicto cap. primo, in tit.de feud. March.dicit ista uerba formalia notanda, quòd in istis dignitatibus Regalibus, ut sunt Ducatus,Marchionatus & Comitatus in successionibus est attẽdẽda cõsuetudo,quod est ne notãdũ secundùm eum.quia frequens, & frequentissima est mors Ducum,& aliorum Principum. Aduertite tamen, quod D. Andreas de Iser.in dicto cap. primo, in titulo de feu. March. distinguit eleganter hoc modo.Aut Ducatus,Comitatus uel Marchionatus conceditur alicui in exercitium, non proprietatẽ,ut aliquãdo facit ecclesia Romana de Ducatu Spoleta.& de March.Anco.& isto casu Ducatus,Com.uel Marchionatus non trãsit ad heredes: quia intelligitur electa industria personæ. l.inter artifices. ff. de solu.& l.unica.§.fin autem.C. de cadu.tollen.Idem est,quando Ducatus, Comitatus, uel Marchionatus conceditur alicui non in proprietatem sed fructuum perceptionem: & isto casu etiam non transit ad heredes, sicut nec Soldata ad hęredes transit. cap. primo. §. Soldata. in titul. quis dicatur Dux, Marchio,Com. Quandoque uerò Ducatus,Marchionatus,& Comitatus conceditur in ꝓprietatẽ, & tunc bene transit ad heredes: & ita potest intelligi tex. in d. c. præterea Ducatus.nõ tamen ad omnes hæredes,sed primogenitũ.

4 & ita quotidie obseruatur.† Quis autem dicatur primogenitus,habetis bonum tex.in c. Ioseph. ext. de uerbo. signifi. In primis igitur duobus casibus superius relatis potest intelligi tex.in d.c. 1.§.fi. de feu.alie. & licèt ista distinctio And.de Iser. sit utilis,& fundamentalis, non tamen recedatis à communi sententia suprà relata.

5 † Et est notandum,quòd tales Duces,Marchiones,& Comites,quòad uniuersitatem ipsius Ducatus,uel Marchionatus dicuntur habere utilia iura, & utile dominium: sed quantùm ad singularia feuda, quæ sunt in illo Ducatu,uel Marchionatu,dicuntur habere directa iura,& directum dominium. Ita dicit elegãter Bald.in l. 1.C.Vnde legit.quod uult Bal.in proęmio.ff.in 1.char.in principio 3.colu.Idem uult in rubri.aliàs.in l. 1. ff. de possess. here.petitione.Retenta ergo cõclusione, quòd ista feuda Regalia transeunt ad heredes,

6 † volo, quòd notetis unum perpetuò, quod uult Bal.in d.c.1.in titul.de feu. March. ꝙ si tota domus regia moreretur & reperiretur aliquis,qui esset etiam in centesimo gradu: puta de domo Borboni,certè ille talis succederet in regno ratione consuetudinis,& perpetui sanguinis,licèt in alijs successionibus sit secùs: quia non progrediuntur vltra decimũ gradum,vt habetur in.§.fi.Inst.de succ.cog.Et hoc sequi

7 tur clarissimus Doct.D.Marti. de Laude.in d.c.1. † Sed quid si primogenitus esset demens,vel furiosus,an Ducatus,Marchionatus,vel Comitatus regeretur per curatorẽ illius demẽtis. Videtur prima facie dicẽdũ, ꝙ sic, per c.grandi.ext.de sup.negli.præla.lib. 6. In cõtrarium determinabitis,q̃a cõsuetudo, quæ defert successionẽ istarum regaliũ dignitatũ ad primogenitũ, intelligitur, dũmodo sit habilis: sed quia patitur vitium perpetuũ, quia natus est talis,certè secundogenitus succedit: & ita determinat Bal.in c 1.§.hoc quoque.circa.4.seu.5.colu. in tit.de succes.feu.Ad c.grandi.supra allegatum,respõdebitis,quòd debet intelligi,quando ex accidente, & post facto superuenisset furor,vel demẽtia.addite eundẽ Bal. idẽ uolentẽ in rep.l.1.C.de sum.tri.& fide cath.& quod

8 uult ipse Bald. in Auth. hoc amplius.C.de fideius.† Sed pone,decessit Rex,uel Dux,vel Marchio relicto filio secundo genito: relicto etiã nepote nato ex primogenito defuncto: q̃s istorũ succedat, an patruus,an uerò nepos, qui est natus ex primogenito.Bar.in Auth. post fratres. C. de leg.hær. determinat pro patruo cõtra nepotẽ.Io. An.in addi.ad Spe.in tit.de feu.determinat pro nepote contra patruum per multas rationes, quas ibi assignat. Bal.in l.liberti libertæq;.C.de ope.lib.determinat ꝓ nepote nato ex primogenito, & ibidẽ dicit,quòd licèt Papa pronunciauerit contrariũ in regno Angliæ præferendo Robertum secũdogenitũ filio primogeniti,tamen secũdùm eum Papa ibi magis partialis fuit,quàm Apostolicus.Sed ipse Bal.in l.4.C. de suis & legi.dicit,quòd Papa pronũciauit pro Rege Roberto ꝓpter suã prudentiã, quia erat secundus Salomon.cũ ista opi.quòd nepos debeat præferri,transit.Pau.de Cast.in l.maximũ vitiũ. C. de libe. præte. uel exhære. & istã sententiam uidemus quotidie seruari. De hac materia uidete plenissimè per Bal.in aliquibus lecturis inl.cum antiquioribus.C.de iure delibe.ubi facit decem argumẽta pro nepote,& totidẽ in fauorem patrui,tandẽ cõcludit,quòd si hanc dubitationẽ possumus decidere uel ex uerbis inuestiturę,uel consuetudine, bene quidẽ,aliàs autẽ recurrẽdũ esset ad interpretationẽ Superiorũ :postea subiungit hæc uerba, soluat Apollo.De isto puncto etiã habetur per eundem Bal.in l.si uiua matre.C.de bo.mater. & ibi etiã per Cy. Et q̃a supra dixi,quòd quãdo Rex,Dux,uel Marchio est

9 impubes,quòd tunc regitur per tutorẽ.d. grandi, † quid si factus est pubes,an tutela sit finita,adeo quòd nec debeat habere curatorẽ,sed possit per seipsum administrare.Et pro parte negatiua uidetur, quòd nõ possit administrare,sed debeat ei dari curator. In primis adducitur.l. 1.ff.de mino. ubi dicitur,quòd tales adulti nõ habẽt firmũ consiliũ.Secundò,adducitur.l.2.C.de ijs qui ue.ætа. impe. vbi licèt minor sit discretus, tñ nõ potest impetrare ueniã ante.20.annum ætatis.Tertiò,minores.25.ann. nõ possunt administrare ꝓpria negotia:multò minus ergo publica,ĩ quibus agit̃ de maiori pręiudicio.arg.c.ubi periculũ.de elect.lib.6.& l.nec causas.C.de appel.Quartò,isti tales minores nõ habẽt stabilẽ mentẽ, ergo nõ debent administrare publica negotia.l.fin.C.de testa.mili. Quintò,indecorum est,quòd alios regãt,cũ seipsos regere nesciunt.c.indecorum.ext.de æta.& quali.& ordi.pręfie.Ad idem adducitur.12.Prouerbiorum.Dabo pueros Principes eorum. & Ecclesiast. 10. c. dicit,Veh tibi terra,cuius Rex est puer,& cuius Principes mane comedũt. Itẽ pro hac sententia specialiter allegatur, quòd in quibusdã Regnis,& Ducatibus de consuetudine nõ appellatur in criminalib. erit ergo ualdè periculosũ, quòd Princeps,licèt sit maior 14.an.si sit minor 25.ꝙ debeat iudicare i criminalibus.Pro parte aũt cõtraria uidet̃,ꝙ possit absque aliquo curatore,facit,ꝙ maior 14.an. debet posse administrare regnũ, seu Ducatũ,ex quo est finita tutela. Secundò,ꝓ hac parte arguit̃ de sexu ad ætatẽ.Nã licèt mulier ꝓhibeat̃ iudicare.l. fœmina.ff.de reg iur.tñ si sibi debeat aliqua dignitas sæcularis,ipsa poterit iudicare.Exẽplũ habetis in Comitissa Matilda, de qua loquit̃ glo. in l.fi.C.de recep.arbi. habet̃ etiã in c.dilecti.ext.illo eodẽ tit. Patet etiã exemplum in illustrissima Regina Ioanna,quæ ferè. 6.an. rexit sceptrũ regale Apuliæ,& à quingentis annis circa nõ fuit ei similis in gratia,& uirtute, ut uerbis Bal.utar.in c.1.§.hoc quoque,circa.4.col.in ti. de succe.feu.eadẽ ratiõe debet hoc posse Dux maior annis 14.licèt minor 25.Tertiò adducit̃ l.cùm Prętor.ff.de iudi.ubi solũ ꝓhibet̃ impuberẽ iudicare ratiõe ętatis.Tãdẽ.Io.And.ĩ loco allegato cõcludit negatiuè, uidelicet, ꝙ non possit sine curatore. Addite,ꝙ licèt ipse nõ dicat,

quod Oldra.suo consi.51.tenuit eandem opin.Bart.autem in l.quidam consulebant. ff.de re iudic.dicit,quòd talis Princeps factus maior 14.ann.poterit absque curatore administrare ea,quæ sunt iurisdictionis:quia postquam supremus iudex contulit istam dignitatem Ducatus alicui in proprietatem, & sic voluit,quòd transiret ad hæredes:certè videt voluisse,disposuisse,& dispensasse,quòd etiam minor 25.ann. possit administrare iurisdictionem aliquã absque curatore,arg.d.l. quidam consulebant. Ea autem,quæ non sunt iurisdictionis,sed concernunt administrationem regni, seu Ducatus, debebit administrare cum curatore.arg.l.spurii. in §.1.ff. de decurio.Hanc opi.Bar.secutus est Do.Abb.Sicul. in c.cum vigesimum annum. ext.de offi.deleg.Io.de Imo.in præal.c.grandi.post multa dicit se credere,quòd ex quo talis minor 25.an.iure proprio succedit in Regno,seu Ducatu tali dignitate,quòd poterit ea facere,quæ alius minor 25.ann. facere possit. iuxta l. si curatorem habens. C.de in integ.restit.min.Et cum ista opi. Io.de Imo.pertransit simpliciter Dominic.de Sanc.Gemi.in præalleg. c.grandi.in pen.col. Sed contra Bart. & Panor. fortiter videtur facere tex.in l.ad Remp.ff.de mun.& hono.vbi tex.dicit,quòd minores 25. annis. non possunt administrare Rempubli.Sed sustinendo Bar. cuius opi.in plerisque Regnis, & Ducatibus seruatur, potestis respondere ad l.Rempubl.quòd loquitur in illis,qui assumuntur ad regimen Reipublicæ per viam electionis: nos autem loquimur in eo,qui iure ꝓprio succedit in Regno, seu Ducatu.Subsequẽter,quia dixi supra,quòd istæ tres dignitates Ducatus,Marchionatus, & Comitatus non diuidũtur.d.§.præterea Ducatus, & idem est in Regno. c.licèt.
10 ext.de vo.& vot.redemp.† Quæro quid in Delphinatu, Vicecomitatu,& Baronia.Cõcludite idem esse ex identitate rationis.Ita determinat Io. Ray. in suo compend. feud.in d.§.præterea.sed operæpretium est videre,quęnam est ratio, quòd istæ tres dignitates non debent diuidi.dicite, ꝙ triplex potest assignari ratio. Prima est, quia feuda sunt magna, intantùm quòd Bal.in c.1.in tit. de feud.March.dicit, quòd sunt regales dignitates, & si diuiderentur,redigerentur ad nihilum.arg.§.1.in Auth. de trien.& semis.& l.planè.ff.fam.erc.Secunda ratio est, quia ista tria feuda sunt nominata, & si diuiderentur,perderent nomina, & cõsequenter carerent fructu,seu effectu.l.à nullo.C.de feriis. & l.defensores.C.de defen.ciui.Tertia ratio est, quia,vt dictum est, ista feuda sunt dignitates,& dignitas est indiuisibilis.c.maioribus.ext.de
11 præb.Sed iuxta hoc quæro de notabili quæstione. Habens Regnum, seu Ducatũ decessit relicto vno filio nato ante acquisitam illam dignitatem, relicto etiam alio filio nato post acquisitam illam dignitatem, quis istorũ debet succedere in Regno,seu Ducatu?videtur prima facie dicendum,quòd natus ante acquisitam dignitatem, quia tempore mortis patris reperit se primogenitum.l.2.§.hæreditas.ff.de suis,& legit.& tunc ei hæreditas cõpetit.l.1.§.si impuberi. ff.de collationibus bonornm. In contrarium facit,quia ille natus ante acquisitam dignitatem Ducalem, non poterat dici filius Ducis, vt vult glo.nota.in l.imperialis.§.illud.C.de nupt.Optimè facit l.si senator.C.de digni.lib.11. Et hanc opi. quòd natus post acquisitam dignitatem præferatur, tenuerunt Iacobus de Bello.Cynus,& Ioan.Fab.in d. §. illud.Sed mihi magis placet opin. quæ reperitur in scripturis Guiliel. de Cun.in d.l.si senator. quòd aut pater succedit in dignitate Regni, vel Ducatus secundùm naturalem ordinem successionis,puta,quia erat de stirpe Regia,vel Ducali: & isto casu natus ante acquisitam dignitatem erit præferendus tanquam primogenitus: quia saltem erat pronepos,vel nepos,vel consanguineus Regis, vel Ducis,& sic erit ei implicitus status Regalis,seu Ducalis,& spem probabiliter habebat ad Regnum, seu Ducatum. Aut illa dignitas Regalis,seu Ducatus obuenti patriali ter quàm per successionem, puta per electionem, vel aliàs,quia non superat amplius aliquis de stirpe: & tunc natus post adeptam illam dignitatem erit præferendus, quia filio antea nato non erat implicitus status Regalis, seu Ducalis,nec spem habebat, seu habere poterat probabiliter ad illam dignitatem. Et in hac opin. videntur inclinare Ioan.Raynal.in d.§. præterea.

SVMMAE.

1 *Subditi alicuius domini se alteri domino submittere uolentis an,& quando contradicere poßint.*

2 *Regales dignitates, an & quando statuto, uel consuetudine induci poßit,ut diuidantur.*

1 VLterius † quæro:Dux vult submittere se, & terram alteri domino, nunquid subditi possint contradicere?Host.& Ioan.And.Pan. & Imo. in c.dilecti filii.ext.de maio.& obe.dicunt,quòd hoc casu admitti debet contradictio subditorum:quia quemadmodum interest domini non perdere subditum, ita interest subditi non mutare dominum.Ita dicit notabiliter Inn.in c.auditis.ext.de rescript.Item interest ipsorũ subditorum non habere tot dominos,per ea quæ habẽtur in c.2.in tit.de duob.fratrib.de nou. benef.inue.Ad prædicta addo Bal.in l.debitori.C.de pac.vbi dicit not. ꝙ sicut subditi non possunt facere ligam, seu confœderationem,vel pactionem aliquam in præiudicium Superioris,qui eorum est dominus; ita econtra ipse dominus non potest prædicta facere in præiudicium subditorũ.

2 † Quæro,quia dixi supra.quòd istæ dignitates non diuiduntur,an per statutum,vel consuetudinem possit induci,vt diuidantur.Ioan.And.in addi. ad Spec. in rubr.de feu.in addi.incip.non omittam.determinat quòd sic.Et hanc opi.tenuerunt And.de Iser.Iac.Alua. & D.Martin. Laud.in d.§.præterea.dummodo scientibus,& patientibus Imperatoribus hoc factum fuerit.alleg.bonum tex. in l.si emptione.§.omnium. ff.de contrah. empt. & ven. & l.1.in fi.ff. de aqua plu. arcen. & l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti.optimè facit c.super quibusdam.§.præterea. ext. de verb.sig.

SVMMAE.

1 *Regiæ dignitatis Domini,ut sunt Rex,Dux.Marchio, Baro, Delphinus,& huiusmodi, an,& quãdo poßint expellere mercatores, uel alios in suo territorio negotiantes.*

2 *Popularium appellatione qui ueniant.*

1 ITem quaero. † Nunquid Dux possit expellere mercatores,qui venerunt in suum territorium,& eis auferre bona,si non recedant? Concludite,quòd ipsis de nouo venire volentibus posset interdicere ingressum sui dominii.arg. l.Diuus Pius aucupibus. ff.de fer.rusti. prædio.sed postquam sunt ingressi, & cœperunt habitare,non potest sine causa eos expellere:quia mundus est communis patria omnibus:& expellere est interdicere, & interdictio non debet fieri sine causa. l. relegatorum, ff.de inter. & releg.Et postquam venerunt in territoriũ, sunt, sicut reliquus populus. Hinc habetis tex.fin.in Authen.de quæstore.ibi,ciuitas nostra populosa. vbi singu
2 lariter probatur, quòd † appellatione popularium veniunt etiam aduenæ forenses, vnde contra naturalem æquitatem,& bonum publicum fieret, si expellerentur sine causa.Ista sunt verba ferè formalia Bald. in c.1.in titu.de for.fidel.in vsib. feud. Et hanc decisionem sequitur Do.Panor.in c.quoniam in plerisque. in prima col. ext.de offi.ord.

SVM-

SVMMAE.

1 Iudaeos de suo territorio expellere, & eis auferre bona an, & quando liceat sine peccato Regi de suo dominio.

1 VLTIMO QVAERO. † Nunquid Dux, vel Rex sine peccato possit expellere Iudaeos de suo territorio, & eis auferre bona. Arguitur primò quòd non, per l. nullus. C. de Iudae. Secundò per c. multorum, & per c. sicut, ext. de iud. Tertiò ipsi possunt pscribere tunc aduersus Christianos. c. porrò. 16. q. 3. Itẽ per eorum consortium possumus eos lucrari Deo omnipotenti. 23. q. 4. c. infideles, & si expellantur, non poterimus eos lucrari. Item Papa non debet eis auferre bona, sed eos tolerare, quandiu potest, ut no. Inno. in c. quod super his, ext. de vo. & vo. redempt. In contrarium facit, quia propter mortem Christi facti sunt serui, vt habetur in c. multorum, extra de Iudae. vnde Princeps potest eos vẽdere, ergo multòmagis expellere, arg. l. 1. & 2. C. si ser. expo. veniat. Pro hac parte facit quod no. Arch. in c. cui sincera. 45. dist. vbi dicit, quòd per rationem praedictam Princeps potest eis auferre bona, facit quod no. ipse Archi. in c. fraternitatem. 54. dist. ad idem facit tex. in c. Iudaei, ext. de iud. vbi probatur, quòd si conuertantur ad fidem, non sunt eis auferenda bona: ergo à contrario si nõ conuertantur, &c. Item pro hac sententia facit tex. in c. sicut, ext. illo eo. ti. vbi dicit, quòd bona non sunt eis auferenda sine licentia terrenae potestatis: ergo à contrario cum licentia potest hoc fieri. Item tolerantur apud nos ex pietate, & gratia d. c. & si Iudaeos, & c. si multorũ. ergo hoc non debet redigi ad necessitatẽ, arg. l. non quicquid. ff. de iud. Cõcludite, quòd si Christianis immineat periculum, uel scandalum ex habitatione Iudaeorum in terra: tunc Princeps sine peccato potest eos expellere. Ita determinat Alb. de Ros. ex mente Old. in suis consil. in Rub. C. de Iud.

SVMMAE.

1 Marchio, & Marchia unde dicantur.
2 Marchio an, & quando testari possit de Marchionatu, quẽ tenet in feudum ab Imperatore.
3 Virili membro carens, per quod emittat vrinam, an, & quando succedere possit in dignitate Regali.
4 Foeminae quibus rationibus in feudo succedere prohibeantur.
5 Hermaphroditus an, & quando possit in bonis feudalibus succedere.
6 Marchio feudum, seu castrum Marchionatus aliends an praeiudicet filio.
7 Diuisio facta inter duos Marchiones, alteri quorum cedit totum feudum, alteri uerò totum allodium, an & quãdo ualeat
8 Feudum de nouo Marchioni concessum, an & quando intelligatur esse de Marchionatu, ita quod diuidi non potest, sicut nec Marchionatus.

1 MARCHIO IN ITALIA. † In primis si uultis scire quare dicitẽ Marchia, cum Marchio dicatur, & Marchia, videte text. in c. primo. in titulo. quis dicatur Dux, March. Com. Et vt dixi vobis in praec. Marchionatus est dignitas regalis, secũdũ Bal. in c. 1. in ti. de feu. March. nec debet diuidi Marchiona. imò nec potest. c. primo. §. praeterea, in titu. de prohib. feud. alienati. per
2 Fed. hinc uidemus, quòd uadit ad primogenitum. † Sed quaero vtrùm Marchio possit testari de Marchion. quem tenet in feu. ab Imperatore. Cõcludite q nõ, p tex. ĩ c. 1. ĩ prin. in tit. de suc. feu. Ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo ualente, uel manente, nisi ex tenore inuestiturę appareret concessam illi fuisse potestatem testandi: nam in materia feudali accipite unam maximam, quòd à tenore inuestiturae non est recedendum, quia derogat omni iuri, & omni naturae feudorum, tex. est not. in c. 1. in fi. ibi, propter tenorem inuestiturae, in ti. de duo. fra. à ca-
3 pi. inue. † Item quaero, March. decessit relicto quodam, qui habebat unum foramen rotundum, per quod emittebat urinam, sed membrum, seu rostrum non habebat intra testiculos, vnde fuit quaesitum, an deberet succede-
4 re in feudo praesertim Marchionali. † Si dicimus istum esse foeminam, non debet succedere in feudo quinque rationibus. Primò, ratione naturali, quia foemina non potest portare arma. Hinc dicit gl. in c. 1. §. hoc autem, in ti. qui feu. da. poss. quòd foemina non leuat faydam. i. inimicitiam contra hostes. Secundò, propter iustitiam honestatis, quia nõ debet se immiscere coetibus uirorum, maximè quando est illustris. l. si qua illustris. C. ad Orsi. Tertiò propter fragilitatem sexus. Quartò propter lubricitatem uoti, quia ter mutatur in hora. Quintò propter periculositatẽ secreti: & ista omnia sunt discrepantia à na-
5 tura feu. c. 1. in ti. de for. fide. † Si uerò dicimus istum hominem esse Hermaphroditum, tunc si magis calescit ĩ sexu masculino, quàm foeminino, est successibilis in feudo: ita no. gl. in l. de quibus. ff. de legi. & placet Ia. de Ardizo. in summa sua, in ti. de succes. feu. In quaestione pędicta nonnulli dicebant istum hominem nõ debere succedere in feu. per tex. in c. 1. in ti. an mut. fur. uel aliter imp fectus. Sed Bal. in l. fi. in 3. col. C. de suis, & leg. dicit se cõsuluisse contrarium in quodam ex Marchionibus de Malaspina & mouebatur: quia etsi in istis pudendis, in quibus est uilissima pars corporis, non appareat, quòd iste homo ita natus incalesceret magis masculino, quàm foeminino: tamen in aliis actibus uirtutum, & in corporis agilitate ille erat uirilis, cõsuluit Bal. esse succesibilem. Idem uult ipse Bal. in c. 1. §. fi. in ti. Epis. uel Abba. in lib. feu. Ad c. 1. an mut. fur. uel aliter imperfe. respõdet Bal. in d. l. fin. quòd quia ista imperfectio est occulta iste est successibilis in feu. Eandem op. tenuit D. Mar. de Lau. in
6 d. c. 1 proximè alleg. † Quaero ulteriùs, Marchio alienauit feudum, seu castrum Marchionatus, nunquid praeiudicet filio. Bal. in c. 1. §. hoc quoque, in 3. col. in ti. de suc. feu. determinat quòd non, quia filius Marchionis ipsum feudum Marchionale capit de manu Imperatoris, nõ autem ex successione, & ideo tale feudum alienatum non reuertitur ad Imperatorem, sed uadit ad ipsum filiũ. Ista determinatio Bald. placet; sed non sua ratio, quia hodie inductum est, quòd etiam in feudo Marchionali habeat
7 locum successio, c. 1. §. fi. de feu. alie. † Quid autem si duo Marchiones faciant diuisionẽ hoc modo, quòd unus ex eis habeat totum feudum, alter uerò totum allodium, an talis diuisio ualebit. Bal. & Iac. Alua. in d. §. praeterea Ducatus, determinant quòd sic: quia ista non est diuisio Marchionatus, imò magis integratio. Allegant no. per glo. in l. si familiae. C. fam. erc. ubi gl. dicit, quòd in diuisione uni potest assignari totum feudum, & alteri totum allodiũ. Ego limito istam decisionem, nisi totum feudum fuisset assignatum in diuisione illi fratri, qui habebat partem, & totum allodium fuisset assignatum alteri fratri antiquo, de quo non erat spes, quòd haberet prolem, uel fortè naturaliter erat castratus. Nam talis diuisio psumitẽ esse facta in fraudẽ Superioris, ad quẽ fortè feudũ erat deuoluẽdum, per no. in c. Imperialẽ. §. Calidis, de phi. feu.
8 alie. per Fed. † Sed quid si Marchioni cõcedantur noua feuda, an intelligantẽ esse de Marchionatu, ita qđ diuidi nõ possunt, sicut nec Marchionatus. Bal. quẽ cęteri sequũtur ĩ d. §. ṗterea Ducatus. determinat quòd nõ: quia Marchionatus est limitatus. Et iõ illa noua feuda nõ sortiuntur naturam Marchionatus, argum. l. in agris. ff. de acq. re. do. Nisi ipsa noua feuda essent unita Marchionatui, qa tunc sortirentur naturam ipsius Marchionatus, arg. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. faciunt not. in c. 1. §. si quis demanso. in ti. si de inuest. feu. fue. controu.

SVMMAE.

1 *Iurisdictionem an, & quando exercere possit vnus ex tribus, aut pluribus fratribus in territorio ipsis cõmuni absq; aliis.*
2 *Iurisdictionis prouentus appellatione ueniunt damna, mulctæ, & pœnæ.*
3 *Delinquens in fratris sui territorio, quod ei ex materna hæreditate cessit in sortem, an possit ab ipso puniri.*
4 *Delinquens in castro sibi, & alij domino communi, an, & quando possit à condomino suo puniri.*
5 *Iurisdictionis cuiuspiam duo, vel tres domini, si in exercendo ipsam iurisdictionem discordent, quod erit iuris remedium.*

1 DVBITATVR ETIAM.† Magnificus dominus Nanus. D. & Marchio Reni decessit relictis tribus filiis, scilicet, Aleramo, Ioanne, & Francisco. Quærit, nũquid vnus ex eis posset exercere iurisdictionẽ sine aliis in illo territorio Reni communi. Guil. de Cu. in l. 1. ff. de officio consul. arguit primò ꝙ sic, quia iurisdictio est indiuidua, & ea, quæ sunt indiuidua, transeunt ad hæredes insolidum. l. 2. §. ex his. ff. de verbo. obligatio. & l. hæredes. §. an ea. ff. famil. ercisc. In contrarium determinat ipse: quia licet quando sunt plures iudices ordinarii, vnus ipsorum possit exercere iurisdictionem sine aliis; tamen non sic est in proposito nostro. Ratio differentię, secundùm eũ: quia plures ordinarii habent vsque à principio distinctam iurisdictionem: sed filii præfati Marchionis vsque à principio nõ habuerunt distinctam iurisdictionẽ, quia successerunt patri: & ideo coniunctim debent exercere iurisdictionem, allegat. §. si uerò canonicum. in Authen. de mand. Princip. qui. §. est in 8. char. illius Authen. Et cum ista opinione transit Ray. de Forli. Bart. autem. in l. Pomponius, scribit si vni. aliàs incipit, si vni. ff. de re iudica. tenet totum cõtrarium. Mouetur, quia ea, quæ sunt indiuidua, transeunt ad hæredes in solidum. §. ex his. & §. an ea. superiùs allega. limitat tamen hoc procedere, nisi agatur de commodo mulctarum, seu pœnarum: quia tunc vnus sine alijs non posset iudicare, seu exercere iurisdictionem, allegat in arg. l. hæredes. §. fina. ff. ad Trebel. Bald. in d. l. vnica. ff. de offi. Consul. in vij. q. tenet opinio. Guil. contra Bart. & figurat casum in his terminis. Quidam miles habens feudum cum iurisdictione in certo loco, decessit relictis tribus filijs: quæritur nunquid vnus ex eis sine alijs possit exercere iurisdictionẽ: & determinat quòd nõ, sed debent cõiunctim exercere iurisdictionem, & iudicare, vel committere vni: quia vice vnius corporis funguntur, argu. l. cui fundus. ff. de condi. & demon. Ang. in d. l. Pomponius si vni. determinat simpliciter, quòd vnus ex dictis filijs poterit exercere iurisdictionem sine alijs, etiam si agatur de commodo mulctarum. Mouetur, quia iudices tam ordinarij, quàm delegati debent habere commodum sportularũ. l. cum clericis. C. de episcop. & cleri. & Authen. offeratur. C. de lit. conte. Et tamen si sunt iudices ordinarij, vnus ex eis potest exercere iurisdictionem, & iudicare sine alijs, vt habetur in d. l. vni. ff. de offi. Consul. Item si sint plures sub alternatiua, de qua in cap. cùm plures. ext. de offic. delegat. lib. vi. vnus ex eis solus potest exercere iurisdictionem. d. c. cùm plures. licèt habeat commodum sportularum. §. ne autem labor. in Authen. de iudi. Ergo idem debemus dicere in quæstione pędicta, quòd vnus ex filijs dicti Marchionis possit sine aliis exercere iurisdictioné, & iudicare, licèt agatur de commodo mulctarũ, seu pœnarũ. D. Anto. de But. in c. prudentiã. ext. de offi. deleg. sequitur opi. Guil. Do. Pet. de Anch. Cardi. Flo. & Abbas Siculus in d. c. prudentiam. sequuntur Barto. in d. l. Põponius, cum limitatione, quam ipse Bart. ibi ponit. Dominus Ioan. de Imol. in d. l. Pomponius. dicit, quòd motiuum Ang. ibi non est bonum, quia licèt iudices delegati habeant sportulas, tamen non habent commodum eius, de quo principaliter agitur, & Bartol. loquitur, quando commodum eius, de quo agitur, spectat ad ipsos iudicare debentes: quia cùm habeant regalia in loco, debent habere commoda mulctarum & pœnarum. Item dicit, quòd ordinarii non debent capere sportulas, sed debent esse de salario publico contenti, vt habetur in cap. cùm ab omni. de vit. & honest. cle. & in d. §. ne autem labor. Ad iura allegata per Ang. respondetur, quòd non loquuntur de sportulis dandis iudici ordinario, sed de dandis executori. † Addite ad dictum Imo. quòd damna, mulctæ & pœnæ sunt fructus iurisdictionis. Ita dicit Bart. in l. fi. ff. solu. ma. & Bal. in l. 1. C. de fru. & lit. expen. facit quod not. Azo in summa, C. de pœ. Tales ergo mulctę spectãt ad habentẽ iurisdictionẽ. Ipse autem Imo. in pręallegato. c. prudẽtiã. dicit, quòd l. heredes. §. fi. superiùs alleg. modicum facit. Pro limitatione Bar. subiicit Imo. ibidem, quòd quia iurisdictio est indiuidua, transit ad oẽs filios præfati Marchionis. seu Comitis in solidum, ita quòd quando agitur de commodo mulctarum, tamen vnus sine aliis poterit cognoscere, & exercere iurisdictionem, & erit locus pręuentioni secundùm eum. argu. c. proposuisti. ext. de fo. competen. Et sic Imo. simpliciter adhæret opi. Bart. vt vnus solus possit exercere iurisdictionẽ, etiã si agatur de commodo mulctarũ. In secreto iuris putarem opi. Guil. de Cu. & sequacium esse veriorem. Moueor, quia istud ius exercendi iurisdictionem competit illis tribus filiis tamquam corpori hæreditario: quia competit eis vt successoribus præfati Marchionis, per ea, quæ habẽtur in c. significauit, ext. de rescript. vnde non debet vnus sine aliis posse exercere illam iurisdictionem. argu. l. per fundũ. ff. de serui. rusti. prædio. & l. fin. ff. communia prędio. Secundò moueor, quia licèt vnicuique dictorũ filiorũ competat dicta iurisdictio in solidum; tamen cõpetit eis complexiuè, ut notat Bal. in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. in titulo ꝗ de prohibi. alien. feu. per Fede. & ideo unus sine aliis non poterit eam exercere. Tertiò moueor, quia licèt dicti filii deriuauerint à præfato Marchione habente iurisdictionem; tamen, quia iure successionis est ad eos deuoluta, unus ex eis non repræsentat personam defuncti, nisi pro portionibus. glo. est ord. in l. 2. §. fi. ff. de Præto. stip. habetur in l. cùm à matre. C. de rei uendi. Itẽ licèt iurisdictio prædicta, quia indiuidua, descenderit in dictos filios insolidum, & ipso iure cõpetat unicuique in solidum, tamen est sine effectu, nisi alii consentiant. argu. l. itinere. ff. de ser. rusti. prędio. Pręterea pro hac parte facit, quia ius tutelę est apud plures tutores in solidum. l. inter tutores. ff. de admi. tu. & tamen hoc fallit, quando ageretur de actu, per quẽ tolleretur, seu finiretur tutela: quia tunc unus ex tutoribus sine aliis illum actum exercere non posset. l. fin. C. de auct. præstan. Vnde si in casu prædicto unus ex filiis, & hæredibus præfati Domini posset insolidum exercere iurisdictionẽ sine aliis, fieret præiudiciũ cohæredibus, quò ad honorem, quia iudicare est honor. l. omnem honorẽ. C. quando prouoca. non est neces. & c. ut debitus honor. ext. de appel. Item fieret eis præiudicium, quò ad cõmodũ pecuniarium, quãdo ageretur de cõmodo mulctarũ. Ego tamẽ uidi iudicari pro opi. Bart. per magnificũ consilium Taurini, dum quidam nobilis de aduocatis sine consensu suorum consortum induxisset quandam mulctam cõtra quendam, qui erat homo & subditus omniũ
3 dominorum illius loci.† Sed restat uidere, quid si filii, & hæredes præfati Domini Nani inter se diuiserint castra, quæ pater tenebat, & cõtingat unum ex illis filiis delinquere in territorio alterius, an poterit ab eo puniri. Bar. in

in præalleg.l.inter tutores, determinat quod non: quia non intelligitur diuisa iurisdictio inter eos, cùm sit indiuisibilis, sed intelligitur facta diuisio tãtùm, quantùm ad exercitium, & administrationem: vnde, quantùm ad habitum, iurisdictio est apud unumquenque in solidum. Et ideo par in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. & l. nam Magistratus. ff. de recep. arbi. Et hanc opinio. Bart. seccuti fuerunt Anto. de But. & Io. de Imo. in præallga. c. prudentiam. Et idem tenet Dominicus de sancto Gemi. in c. 2. in ulti. colũ. ext. de arbi. lib. 6. Dominus Abbas Siculus in præallegato c. prudentiam. dicit, quòd dictum Bart. posset procedere, quando illa iurisdictio esset feudalis, qa tũc est indiuisibilis, d. c. Imperialem. §. preterea Ducatus. de prohi. alie. feu. per Federi. Cæterùm si non esset iurisdictio feudalis, dicit distinguendum esse, quòd aut illa iurisdictio competit dictis hæredibus in pluribus, puta in diuersis castris: & tunc bene possunt inter se diuidere ẽt quò ad iurisdictionẽ, & territorium, sicut defunctus potuisset inter eos diuidere, si uoluisset. Et hoc est intelligẽdũ, secũdùm eum, nisi iurisdictio sonaret in nomen dignitatis, quia tunc esset indiuisibilis. c. licèt. de uo. & vo. redemp. Si autem iurisdictio non est feudalis, nec sonat in nomen dignitatis, & competit dictis hæredibus iu vno, & eodem loco: tunc non possunt eam diuidere, etiam quò ad territorium, ne in vno & eodem loco videantur duo capita, quasi monstrum. c. quoniam in plerisque. ext. de offi. ordi. quia tendunt in præiudiciũ publicum, per ea quæ habentur in l. fi. C. si cõtra ius, uel vtili. publi. Addite quòd Bald. in d. §. præterea Ducatus. dicit dictum Bald. superiùs relatum posse procedere in feudo Ducatus Marchionatus, & Comitatus: quia tunc iurisdictio est indiuisibilis. d. §. pterea. sed in iurisdictione inferiori alicuius territorii dicit, quòd uera diuisio iurisdictiõis, & administrationis fieri potest. allegat not. per Guil. de Cu. in l. fin. ff. de rerum diui. Mihi videtur, quòd ista fuerit sententia Barto. in l. arbor. §. iudex. ff. cõmuni diuidun. ubi dicit, quòd aut iurisdictio inhæret personæ, & tunc non potest diuidi, sicut nec reliqua iura incorporalia. Aut iurisdictio inhæret territorio, & tũc bene potest diuidi, sicut castrum, & territorium est diuisibile, & ista sententia placet. Subiungit in d. l. inter tutores. quòd propter delictum, seu felloniã unius ex filijs, & hæredibus præfati domini Superior poterit exercere iurisdictionem in toto territorio, seu in bonis utriusq;: quia diuisio prædicta intelligitur facta, quantùm inter eos, non autem quantùm ad alium. Bal. autem in d. §. preterea Ducatus. dicit Barto. malè dicere loquendo priuatiuè: quia si duo habeant seruitutẽ, quæ est quid indiuisibile, & unus ex eis pdat eã, alter per ius nõ decrescendi totũ habebit, arg. l. aquã. ff. quẽad. serui. amit. Vel (secũdũ eũ) iurisdictio ptinebit ad dñm, qa dñs, & ad uasallũ, qa uasallus, & cõmoda iurisdictiõis diuidẽt inter se. Ego in quæstione facti pro opi. Bar. adducebam pulchram notã D. Bal. ĩ c. 2. in tit. qui. mo. feu. amit. circa. 4. col. ubi dicit, quòd si Cõmune Perusij teneat feudum ab Ecclesia, vel à Principe, & Commune diuidatur inter nobiles, & ignobiles, & nobiles committant felloniam contra dominũ dignam priuatione feudi: hoc non habebit præiudicare ignobilibus, allegat not. in c. in nostra. extra de iniur. & dam. da. Secũdò adducebam tex. no. in l. si communem. ff. quemadmo. ser. amit. vbi probatur, quòd si pupillus, & alius maior habeant rem communem, præscriptio non nocebit maiori propter consortium impuberis. Tertiò allegabã pulchra no. in c. 1. ex. de præscrip. vbi dicitur, quòd si res est communis Episcopo, & Capitulo: sede uacante post mortem Episcopi, licèt capitulum sit negligens; tamen præscriptio non curret aduersus ecclesiam uacãtem. Allegabam etiam pulchram glo. in §. sed & cõtinuò. in uerbo, uicinia. de pœn. dist. j. ubi formatur quęstio de duobus habentibus domum communem, quorũ unus habet partem superiorem, & alter inferiorem, an propter delictum unius tota domus debeat destrui? & concluditur quod non, & ista sententia apparet mihi humanior.

4 † Iuxta prædicta quæro, quid si sint duo domini eiusdem castri, & unus ex eis ibi delinquit cõtra alterũ, an posśit ab illo puniri? Bal. in c. 1. in fin. col. in tit. qualiter uas. iura. debet fide. determinat quòd non: quia par in parem non habet imperium, vt dixi. Fallit, secundùm eum, quando unus esset maior in administratione, quàm alter. Secundò fallit, quando periculum esset in mora. Tertiò fallit, quando non recognoscũt Supriorẽ. allegat Bal. not. per Guil. in d. l. fin. ff. de re. diui. Ego addo quartam fallentiam, quando difficilis esset aditus ad Superiorem, vel talis, cui non posset resistere, ad hoc allego pulchrè no. per Bal. in sua pulchra repetitione l. 1. C. unde ui. facit. l. nullus. & l. nemo. C. de iudi. & quod habetur per Ang. & Pau. de Cast. in l. receptum est. ff. de iurisd. omn. iud. & per Guil. & Bal. in l. fi. ff. de rer. dui.

5 † Sed ponamus, quòd sint duo, vel tres domini in eodẽ castro, seu territorio, & discordent in exercendo iurisdictionem, seu in vsu ipsius iurisdictionis, quod erit remediũ? Cõcludite, ꝙ Superior eos cogere poterit ad cõcordandum, vel saltem ad diuidendum usum ipsius iurisdictionis alternis temporibus. arg. l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æsti. Ita dicit notabiliter Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de uer. obli. allegat Inno. in c. prudentiam. in glo. quæ incipit. nobis. ext. de offi. delega. Ego addo Dominũ Panor. idem uolẽtẽ in c. fi. in 1. col. ext. de re iudi. allegat gl. peregrinam in c. licèt. 16. q. 3.

SVMMAE.

1. *Iurisdictionem an, & quando amittat unus ex pluribus fratribus, si in territorio, quod sibi ex paterna hæreditate prouenit, deneget iustitiam, & iurisdictionem suis subditis administrare.*
2. *Rector, seu Cancellarius uniuersitatis, qui scholari roganti se ad examen admitti id denegarunt, an ex eo priuari debeant dignitate Rectoratus, uel Cancellariæ.*
3. *Delinquens in suo territorio, in quo iurisdictionis proprietatem non habet ut vasallus, sed solam duntaxat administrandi potestatem, an, & qualiter ueniat mulctandus.*
4. *Itinera, seu stratæ locorum, ubi pedagia colliguntur, secura seruare debent domini dictorum locorum.*

1 QVAERITVR ETIAM. † Ponamus, quòd unus ex prędictis filiis præfati Do. Nani in castris, & locis sibi asśignatis in diuisione, deneget iurisdictionem, seu iustitiam suis subditis, an per hoc deberet priuari iurisdictione sua? Videtur prima facie dicendum quòd sic, per id, quod not. Bald. in c. 1. in tit. qualiter dominus proprie. feud. priue. in libel. feud. ubi dicit, quòd ille, qui abutitur dominio, facit se indignum dominari. In contrarium facit, quia speciale est, ut si iudex sæcularis deneget iustitiam clericis, quòd debeat priuari iurisdictione. Auth. statuimus. C. de epis. & cler. Pet. de Bel. in d. Auth. refert hanc quæstionem de facto contigisse in Comite Flandrensi, qui sæpe fuerat requisitus à subditis, ut faceret eis iustitiam, & denegauerat. Subditi autem fuerunt Parisiis ad exponendum hãc querelam Serenisśimo Francorum Regi, allegando, ꝙ ipse Comes debebat priuari iurisdictione ex causa prædicta. Dicit Pet. de Bel. quòd parùm habebat curare præfatus Comes de hoc respectu auferendæ iurisdictionis. Sed est bene uerum, ꝙ propter denegatã iustitiam subditis tenebatur eis ad interesse, & quòd propter hoc incurrerat indignationem Superioris, propter quam poterat puniri arbitrio Superioris. §. super hoc. in Auth. de quę-

sto. & §. sit tibi. in Auth. de mand. Princip. Et hanc opinionem, quòd propter denegatam iustitiam Do. terræ non possit de iure priuari iurisdictione, sed solùm incurrat indignationem Superioris, ob quam causam possit arbitrio ipsius Superioris puniri, sequuntur Cy. Bald.
2 Alb. de Ros. & Pau. de Ca. in Auth. statuimus. † Et ex hoc loco inferunt ibidem, quòd si scholaris sufficiens ad intrandum examen rigorosum sæpe requisierit Cancellarium studii, & Rectorem uniuersitatis, ut eum admitterent ad examen, & doctoratum: nihilominus tñ, si talis non admittatur, non tamen priuaretur officio Cancellariatus, uel dignitate Rectoratus, sed ex hoc bene incurrunt indignationem Superioris, propter quod possunt Superioris arbitrio puniri. Ego in isto puncto do uobis paratum remedium ad faciendum priuari Dominũ terræ sua iurisdictione, uidelicet, quòd subditi recurrant ad Superiorem, & faciant dominum terræ moneri per literas Principis, quòd uelit ministrare iustitiam subditis suis, & eos tractare modo debito, cum comminatione de auferendo illi castrum: nam si tunc contrafaciat, bene poterit priuari. & ita intelligitur qđ uult Bal. in c. 1. §. publici latrones. in tit. de pac. tenen. & eius uio. in lib.
3 feu. † Sed quid erit in non habente proprietatem iurisdictionis, quam habet uasal. sed solam administrationem vt iudex? Concludite, quòd aut deliquit in iurisdictione ommittendo, aut committendo. Primo casu non debet priuari iurisdictione, sed suo tempore poterit puniri. d. §. super hoc. in Auth. de quæsto. & § 1. in Auth. vt dif. iud. Secundo verò casu si deliquit circa res, & tunc non priuabitur iurisdictione, sed bene faciet litem suam. l. fi. ff. de var. & extraor. cog. si verò deliquit circa personas, quia est minus securus, tunc bene poterit priuari iurisdictione. Idem est, si committat baratariam in officio, qa statim poterit priuari iurisdictione. l. iudices. C. de digni. lib. 12. Prædicta sunt verba Cyn. in addit. & Bald. in lectu. antiqua. in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris.
4 † Vnum etiam notetis, quòd isti Marchiones, Comites, & Barones terrarum tenentur tenere stratam securam in omnibus locis, in quibus colligunt pedagium. & ideò si aliquis derobaretur in illo territorio, præfati Domini tenerentur emendare damna. Istud est elegans dictum Bal. in 1. lib. feud. in tit. qui feud. da. pos. in 2. car. sui cõmenti, super verb. Marchio. allegat Archi. in c. si quis peregrinos. aliàs incip. si quis Romipetas. 24. q. 3. Eo enim ipso, quòd Dominus terræ facit dare buletam transeuntibus, intelligitur eis dare fiduciam, & securitatem per totum suum territorium, per ea quæ not. Bal. in c. 1. in titu. quæ sint rega. dum allegat Odofre. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. Et hæc notetis.

S V M M AE.

1 Primogenitus Marchionis, uel Baronis habentis quædam castra in Francia, & quædam in Lombardia, si ex testamento, quod pater in Francia condidit, institutus sit hæres simpliciter, an censebitur hæres omnium castrorũ prædictorum. Et quid si dictus Marchio, uel Baro decedat intestatus. ibidem num. 2.

1 INSVPER † quæro. Quidam Marchio, vel Baro habebat multa castra in Francia, vbi est cõsuetudo, quòd primogenitus succedat, habebat etiam multa alia in Lombardia, vbi viget ius commune: condidit testamentum in Francia, & instituit simpliciter hæredem primogenitum: vtrùm ex hac institutione ipse primogenitus debeat habere etiam castra, quæ sunt in Lombardia? Cõcludite, quòd aut condidit testamentum de iure communi, puta in præsentia septem testium rogatorum; & tunc talis institutio trahetur ad omnia castra. l. ex facto proponebatur. ff. de hære. insti. Aut fuit testatus secundũ legẽ Francorum, puta in pñsentia duorum testium, & tũc sunt opi. Vera tamen concl. est, q̃ cũ effectus suæ causæ insit, & suo tit. sicut tit. est vniuersalis, ita eius effectus est indiuisibilis. l. nõ solùm. §. & qui in testamento. & l. propter litẽ. §. fi. ff. de excu. tuto. Et hanc opi. teneatis, licèt Ia. Bu. dixerit inspiciendum esse locum aditionis, quod non est ueũ, quia aditio dependet ex testamento, nõ autem à loco. l. Titius. §. Romæ. ff. de excu. tut. Et sic primo
2 genitus institutus habebit omnia castra. † Quid autem si Marchio, vel Baro decessisset intestatus. dicunt quidã idem esse argumentum, ac si fuisset testatus, arg. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Sed vos determinabitis contrarium, quia hoc casu primogenitus habebit castra, quæ sunt in Francia: reliqua verò castra diuidentur inter omnes æqualiter. Non obstat, quòd ille, qui decedit intestatus, fuisse testatus uideatur: quia respon. quod hæc est quædam fictio, quæ non præbet titulum testati. gloss. est ordi. in l. Lucius. in ultima car. in glo. fi. ff. de hære. insti. prædicta sunt uerba Bal. post Guil. Cy. & Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide catho.

S V M M AE.

1 Princeps quot modis sumatur.
2 Tyrannus an veniat appellatione Principis.
3 Princeps vt quis meritò dici possit, quæ requirantur.
4 Princeps obligatur ex suo contractu, sicut priuatus.

1 PRINCEPS PEDEMONTIVM. † Aduertite, quòd hoc nomen, Princeps, sumitur multis modis. Aliquãdo largè, & tunc pro quolibet habente dominium, seu dominationem aliquam, & sic comprehendet habẽtem aliqnam Baroniam, & hoc probatur sumendo arg. ab etymologia vocabuli. dicitur enim Princeps à pre, & capio, quasi primum locum tenens. facit optimè tex. in c. quamuis. ext. de uerb. signi. vbi dicitur, quòd quilibet, qui præponitur alijs, potest appellari præpositus. Hinc dicimus, quòd apes, & grues dicuntur habere principem. c. in apibus. 7. q. 1. Secundo modo capitur Princeps, prout principatus est quædã dignitas sæcularis, vt principatus Achaiæ, & Pedemontium. Tertio sumitur nõ ita largè, nec ita strictè, vt antea dixi, & hoc modo sumitur in cle. 1. ext. de baptis. & eius effectu. & est gl. ibi in uerb. regum, melior de corpore iuris. Et ex illa cadẽ
2 glo. † tu colligis, quòd appellatione Principis nõ venit Tyrãnus. Princeps tñ est, qui digna præcipit. Tyrannus est, qui in Republica non iure principatur. Et dicit Philo. tertio politicorum, quòd Princeps tendit ad bonum commune, Tyrannus verò ad propriũ. De materia Tyrãni habetur per Bar. in suo tract. de Tyrannide, & per Bar. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. Et dicit Ang. in l. officiũ. ff. de rei uend. quod viuere sub iusto domi
3 no summa libertas est. † Dicamus nunc aliqua de Principe. Et in primis nihil est magis peculiare in Principe, quàm humanitas, per quam sola Dei imitatio seruatur. Ita formaliter dicit tex. in l. fi. C. de testa. Itẽ Princeps debet quærere duo, scilicet bonam conscientiam, quò ad Deũ, & bonam famam quò ad homines. c. nolo. 12. q. 1. Item est vigor iustitiæ, si est, ut esse debet, non autem tartarus. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. nec decet Principem suum priuilegium reuocare. c. decet. ext. de reg. iur. lib. 6. habetur in c. quòd dilecto. ext. de consang. & affin. Item quando aliquid facit ex certa scientia, illud non debet in dubium refricari. & ita dicit Bar. in l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codicil. Et quando aliquid facit ex certa scientia, non est illi licitum dicere, cur ita facis? Ita dicit Bal. in proẽ. feu. in 3. car. † Ad-
4 dite, quòd Princeps ex suo contractu obligatur, sicut priuatus. c. 1. ext. de proba. Item licèt Deus ipsi Principi subiecerit leges, & hoc est, quod dicimus, quòd Princeps

ceps est supra ius positiuum.c.proposuit. ext. de cōcess. præben.tamen non subiecit ei contractus, imò ex contractu obligatur,sicut alius.Ita dicit Bal.in c.1. in tit.de natu.feud. Ex quo infert ibidem, quòd quia Federicus Imperator primus fecit communitatem Papiæ Comitē inuestiendo eam de aliquibus castris,& terris, nec ipse Federicus prædecessor,nec eius successor possunt reuocare sine culpa communitatis Papiæ, facit quod habetur.in c.1.in tit.de feu.sine cul.non amit. Item Princeps cōtrahendo etiam cum subditis suis obligatur & ciuili, & naturali ratione, sicut alij obligantur: nam si ipse ex contractu non obligaretur aliis, ita nec alii illi ex natura correlatiuorum, & sic esset illi interdictum commercium,& esset exul, vbi debet esse omnium præsul. Ista sunt uerba formalia Bal.in l.Princeps.ff.de leg.Et idem in l.2.in.3.car.C.de seruit.& aqua.dicit eleganter,quòd Princeps lege positiua obligatur à dictamine rationis, quia est animal rationale, & nulla auctoritas Principis, vel Senatus potest facere, quòd Princeps nō obligetur ex ratione naturali,cùm sit animal rationale.allegat.l. 2. ff. de vsufru.ea.re.quæ vsu.consu.Et est Proconsul Dei omnipotentis,vt not.glo.in Rub.in Auth.de hære. & Falci.

SVMMAE.

1 *Princeps an,& quando ex solo titulo donationis, uel uenditionis transferat dominium in alium.*

2 *Principis factum,ubi interpretari potest, & ad commune ius referri,nunquam intelligitur dispensatum.*

1 SED QVAERO, †nunqnid Princeps ex solo titu.uenditionis,uel donationis transferat dominium in alium? Bal.in procе.feud.in 3.char.sub uer.incip. dixi sextò, uidetur velle quòd sic,per l. bene à Zenone. C.de quadri. pręscrip.Item per l.cum duobus.§.idem respondit socius.ff.pro socio.iuncta l.pe. C. de don. inter virum & vxo. inducendo sic:nam lex transfert dominiū sine traditione.d. §. idem respondit. & l. si vt proponis. C.de ędific.priua.Si ergo lex inanimata potest hoc facere, ergo & Princeps,qui est lex animata in terris,ī Auth. de Consul.Ad idem adducit.l.fin.C.de sacro san.eccle. Addite,quòd istā opin.tenuit expresè Ang.in l.officiū. ff.de rei ven.in fi.co.Contrariam sentētiam tenuit And. de Iser.in c.1.in tit.quid sit inuest.ī lib.feud. allegat tex. no.in l.fi.C.de loca.pdio.ciuiliū seu fisca.& tēplo.li.11. vbi pbat text.q utile dominiū non transferī per Principē in emphy.sine traditione.Et sic est necesse, quòd res tradatur,uel saltem sit apud ipsum emphy.Et secundū hanc opinionem sæpe consuluit per regulam,l.traditionibus. C.de pact.Ad idem allego text.in pręallegato c.1. quid sit inuestitu. inducendo hoc modo. Si enim ex abusiua inuestitura,quæ fit per traditionem ensis,vel baculi,trāsfertur dominium per Principem in alium sine traditione,ad quid requireretur realis inuestitura, de qua in d. c.1.Mouetur etiam,quia Princeps in dubio videtur velle cōtrahere de iure communi. Ita notabiliter dicit Bal.
2 in c.1.§.fi.in ti.de noua for.fideli.† Et idem Bald.in l.bonorum.C.qui admi.ad bo.posses. pos. ubi ita formaliter dicit,q qn̄ factum Principis potest interpretari,& referri ad ius cōmune,nūquam intelligitur dispēsatū uel inutile cōfirmatū,alleg.Io.An.& Inn.in c.dudū,ext.de deci.Si ergo Princeps in dubio uidetur velle contrahere de iure cōmuni,sequitur,quòd ex solo titulo non transfertur dominium.l.si ager.ff.de rei uendi.& d.l.traditionibus.& l. fi.argumen.per locum à speciali.C.de sac.san.eccle. Ad motiua in contrarium adducta ego respondebam in quæstione facti. Primò ad auctoritatem Baldi in procеmio feudorum,in tertia carta, quòd illud dictum debet intelligi,quando constat de certa mēte Principis, quòd omnino ex solo titu. voluit transferre dominium sine traditione,& ad hoc allego uobis eundem Bal.in d.c.1. §.fi.in ulti.co. in ti. de noua fo. fideli. vbi expresè dicit,quòd l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip.debent intelligi interueniente traditione, vnde ut euitemus contrarietatem Bald. debemus dicere, quòd in procеmio feud.in 3.car.loquitur,& debet intelligi,quando Princeps expresè uoluit tranferre dominium ex solo tit. absque traditione: illud autem, quod scribit in d.§.fi.intelligitur,quādo sumus in dubio:quia, vt antea dixi, in dubio Princeps intelligitur uelle contrahere de iure communi.Ad auctoritatem Ang. in d. l. officium.ff.de rei uend.respondebitis eodem modo, & hoc sonant uerba sua,dum dicit, quòd Princeps ex certa sciētia sua potest transferre dominium sine traditione.Ad l.bene à Zenone.patet responsio ex supradictis. Ad l.cū duobus.§.idē,iūcta.l.penu.C.de dona.inter uirū & vxo.respondebitis,quòd nō est mirum,quòd lex mortua in hoc habeat maiorem potestatem, quàm viua, vt patet ī l.cōmissa.ff.de publi.& uectig.Ad l.fi.C.de sacro san. eccle. respondeo, quòd ille tex.loquitur in uendente,vel donāte rem ecclesiæ,vel fisco, sed nos loquimur è contra,quando Princeps vendit, vel donat priuato. Elicio ergo hic pulchram cōclusionem, quòd Princeps ex solo titulo non transfert dominium in alium sine traditione.Et hāc opi.sequitur clarissimus Doc.D.Mar. de Lau.in d.c.1.in tit. quid sit inuesti.

SVMMAE.

1 *Princeps an ex contractu sui prædecessoris obligetur,uide per totum capit.usque ad finem.*

2 *Principis priuilegia quæ sint.*

3 *Princeps hæreditatem adire potest per procuratorem.*

4 *Princeps de plenitudine potestatis potest supplere circa libellum.*

5 *Verba sub pœna indignationis à Principe prolata cuius sint efficaciæ.*

6 *Principis misericordiæ,seu benignitati,uel gratiæ se submittens debet per ipsum Principem benignè tractari.*

7 *Princeps solo uerbo potest quem creare Doctorem.*

8 *Principis sententia capitalis,quam ira,seu furore ductus tulit in aliquem,non est statim executioni mandanda,sed differenda per triginta dies.*

9 *Principis testimonium, ubi non agitur de facto suo, est ualidius,& efficacius testimonio notarij.*

10 *L.bene à Zenone. multas,& pulchras habet in se limitatiōes.*

11 *Princeps potest creare Comites Palatinos cum potestate, quòd possint creare tabelliones,et illegitimos legitimare.& n.14.*

12 *Conditio à sola Principis potestate dependens an, & quando apud nos reputetur impossibilis,& ex contractibus reijci debeat,& nu.13.*

15 *Princeps potest esse iudex in causa propria, nō autē inferior, qui Superiorem recognoscit.*

16 *Ius accrescendi an,& quando habeat locum,ubi Princeps supremus concessit in feudum rem duobus coniunctim.*

17 *Princeps an, & quando rem uni concessam possit alteri concedere.*

18 *Periurium in Principe est grauius,quàm in alia persona.*

19 *Princeps in suo territorio potest creare nouam dignitatem.*

20 *Donatio Principis facta filio in potestate constituto an,& quādo ualeat.*

21 *Forensis ne in aliena ciuitate litigare compellatur,quibus fouebitur remedijs.*

1 SED AN PRINCEPS † obligetur ex contractu prædecessoris, videtur velle quòd sic.Guido de Suza. Cy. & Bal.in l.digna vox. C.d legi.dicunt,quòd tunc demum pactum Principis obligat eius successorē, qn̄ continet iustitiā naturalē,& ęquitatē.Et ex hoc inferunt,q si Imperator faceret pacē, vel capitula cū subditis

tis suis p.p generale bonũ publicum, successor Imperato
ris non debeat infringere illam pacem, seu capitula, nisi
dolus, vel fraus interuenisset ex parte subditorum. alle-
gant. d. c. 1. & l. in summa. ff. de cond. indeb. ¶ Inferũt ẽt,
ꝙ si pacta fierent hodie inter Regem Francorum, & Re-
gem Anglorum, illa pacta deberent conseruari per eo-
rum successores, facit quod habetur in c. nouit, ext. de
judi. Idem autẽ Bal. in l. 1. ff. de consti. pecu. dicit, quòd
pactum celebratum cum Imperatore non ligat successo
rem. Ratio est secundùm eum: quia imperium non tran-
sit ad successorem, sed per electionem, vt habetur in c.
venerabilem. ext. de electio. Et ideo successor non de-
bet habere causam à prædecessore. Hoc tamen debet li-
mitari secundùm eum, nisi Imperator faceret ea, quæ
sunt de natura sui officii, ut infeudare. Nam tunc succes
sor teneretur stare illi in feud. In alijs autem inferiori-
bus à supremo Principe concludite audacter, quòd pa-
ctum, seu cõtractus Principis obligat successorem, quia
hodie indultum est, quòd in Ducatibus, Marchionati-
bus, & Principatibus habeat locum successio. c. 1. in tit.
de feud. March. Ad præmissa videte not. per Canon. in
præallega. c. 1. ext. de prob. & per Do. Panor. in c. quę in
2 ecclesiarum. in penult. colum. extra de constit. † Nunc
addo vobis, quòd in Principe multa sunt specialia. In
primis non tenetur seruare ordinem iudiciarium, vt ha
bet in c. in causis. ext. de re iudi. & in c. ad petitioẽ. ext.
accu. debet tamen facere citari partem: quia citatio fit
ad finem defensionis, quæ quidem defensio est de iure
gentium, seu naturali, & ideo Princeps non debet eam
tollere. cle. pastoralis. ext. de re iudi. Nam coram Princi
pe habet locum inuestigatio, & examinatio veritatis, ad
quam inuestigandam opus est relatione. Ista sunt uerba
Bal. in l. fi. C. de legi. qui ad hoc ponderat gl. ibid. in ver
bo, quò minus. Addit eundẽ Bal. in c. 1. §. fi. de noua. for.
fide. in ult. col. ubi dicit, quòd quicquid facit Princeps,
facit vt Deus, & Deus est ipsa ueritas, vt not. Ioan. And.
in not. in c. cum esses. ext. de testa. & non fallit, nec falli-
tur. l. fi. C. de ponde. & auri illati. lib. 11. & ideo debet
causam decidere inspecta veritate, etiam si ordo iudicia
rius esset peruersus. allegat ipse Bal. tex. in d. c. ad peti-
3 tionẽ. ¶ † Secunda specialitas est in Principe: quia ipse
potest adire hæreditatem per procuratorem, quod non
posset priuatus. l. Paulus. aliàs incipit. per procuratorẽ.
ff. de acquirẽ. hæredi. Et quòd Princeps hoc facere pos
sit, vult Bar. in d. l. Paulus. dũ soluit contrarium. de l. 1.
ff. de offi. Procur. Cæsa. Ego addo Bald. idem volentem
in l. 1. C. qui admi. ad bo. pos. ¶ Tertia spãlitas est: quia
creat tabelliones, vt notatur per Inn. & omnes Cano. in
c. cum P. tabellio. ext. de fide instr. ¶ Quarta specialitas
est; quia restituit ad famam. l. 1. §. de qua. ff. de postu. not.
per Bar. & alios in l. infamem. ff. de pub. iudi. Et per Ca-
4 no. in c. cùm te. ext. de re iud. † ¶ Quinta specialitas est:
quia Principi licitum est egredi uires libelli. Ita not. An
to. de Bu. in c. licèt Hely. ext. de Simo. Et Dom. Panorm.
in c. cum super. ext. de confes. in fi. 2. colum. seu in prin.
tertiæ, vbi dicit eleganter, quòd si reus fateatur defectũ
iuris sui, & tamen actor nihil probauit, si causa uentila-
tur coram inferiore à Principe, reus erit absoluendus,
si uerò ventilatur coram Principe ex eadem instantia si-
ne noua petitione, poterit priuare reum, qui confessus
fuerit defectum iuris. allegat Specul. in tit. de acti. & pe-
ti. §. super actionibus. ver. sed quid si reus. ego addo
Bal. in repet. l. Aemilius. circa 18. col. ff. de mino. vbi di-
cit, quòd Princeps de plenitudine potestatis potest sup
plere circa libellum ex causis sibi notis: quia coram Prin
cipe nõ attenditur ineptitudo libelli. Sed potiùs attendi
tur causa, quàm conclusio, sed coram delegato à Princi
pe attendimus conclusionem. Et ita intelligitur, quod
not. Inn. in c. super literis. ext. de rescri. ¶ Sexta speciali-
tas est: quia licet gesta per falsum procuratorem possint
ratificari per dominum, vt habetur in l. licèt. ff. de iudi.
tamen gesta per falsum procuratorem in audientia Prin
cipis non possunt ratificari per dominum. Ita dicit ele-
ganter Bal. in l. falsus. in 1. col. C. de furt. alleg. not. per
Inno. in c. ex parte decani. ext. de rescrip. ¶ Septima spe-
cialitas est: quia omnis pœna in Principe est arbitraria.
Ita dicit Bald. in l. cunctos populos. in lect. ord. circa 7.
col. C. de sum. trini. & fid. cath. ¶ Octaua specialitas est:
quia Princeps potest iudicare secundùm suam consciẽ-
tiam. Ita not. Bar. in l. 1. in fin. col. C. vt quæ des. aduoca.
5 par. ¶ † Nona specialitas est: quia quando Princeps com
minatur vasallo suo sub pœna indignationis præcipien
do illi aliquid iustum, si vasallus non obediat, illa ver-
ba, sub pœna indignationis, important; quòd poterit eũ
priuare feudo. ad hoc alleg. vobis Bald. in c. 1. §. porrò.
in tit. quæ sit prima caus. benef. amit. in lib. feud. vbi di-
cit, quòd quando in literis apostolicis apponuntur ista
verba, indignationem Petri, & Pauli, & beatorum Apo-
stolorum se nouerint incursuros, talia verba commina-
toria important, quòd inobedientes possint priuari eo
rum beneficijs. ¶ Addite, quòd de ista pœna indignatio-
nis loquitur Bal. in repet. l. cunctos populos. Idem Bal.
in Auth. statuimus. in q. de Comite Flãdrensi. C. de epi.
& cler. videtur velle, ꝙ ille, qui incurrit indignationem
Superioris, potest puniri arbitrio ipsius Superioris. Ad-
dite tex. in l. 2. C. de peti. bon. subla. lib. 10. vbi dicit tex.
indignationem nostri numinis, &c. Decima specialitas
est, quod citatus à Principe etiam die feriata tenetur cõ
parere. Istud est notabile dictum Bartol. in l. 2. §. quasi. in
fi. col. ff. si quis in ius voc. non ierit. ¶ Vndecima speciali
tas est: quia licèt in integ. resti. petita aduersus sententiá
non debeat, pendente tali iudicio, sententia executioni
mandari. l. si causa cognita. C. de transact. tamen fallit,
quando postulatur restitutio in integrum aduersus sen-
tentiam Principis: quia tunc non cessabit manus execu-
toria. c. sciscitata. ext. de in integ. resti. Et ita vult Bal. in
l. 1. C. de in integ. restit. post. ne quid noui fiat. & idem
vult ipse Bal. in d. l. si cã cognita. ¶ Duodecima specia-
litas est: quia Princeps potest ferre suam sententiam sine
scriptis. Ita dicit Alb. de Rosa. in Auth. nisi breuiores. C.
de sent. & interlo. omn. iud. ¶ Decima tertia specialitas,
seu fallentia est: quia Princeps debet abstinere ab omni
re illicita plus, quàm alii. Et multa licent aliis, quæ non
licent Principi. l. pen. & ibi Bal. ita colligit. ff. de hæred.
instit. ¶ Decima quarta specialitas est: quia Princeps po
test contrahere compaternitatem per procuratorem. Ita
dicit Bald. in l. vnica. §. ne autem. in 3. col. C. de caduc.
6 tol. † ¶ Decima quinta specialitas est: quia quãdo quis se
submittit gratiæ, & misericordiæ Principis, per talia ver
ba nõ videtur contulisse absolutum arbitrium in ipsum
Principem, sed debet benignè tractari ab eo, quia talia
verba debent intelligi ciuiliter. Ita dicit Ang. in l. si cui.
ff. de serui. tit. generali. alleg. tex. & Innoc. in c. veniens.
ext. de renun. facit quòd habetur in c. sanè. illo. eod. titu.
Decima sexta specialitas est: quia Princeps legitimat il
legitimos. §. fi. in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. habetur
in c. per venerabilem. ext. qui fil. sint leg. ¶ Decima septi
ma specialitas est: quia solus Princeps restituit in integ.
per viam gratiæ aduersus sententias criminales. l. rele-
gati. ff. de pę. ¶ Decima octaua specialiias est: quia solus
Princeps concedit veniam ætatis. l. 1. & 2. C. de his qui
ve. æta. impe. ¶ Decima nona specialitas est: quia ipse so
lus interponit decretũ in arrogationibus. l. 2. ff. de ado-
ptio. ¶ Vigesima specialitas est: qa ipse solus interponit
decretum super emancipatione infantis. l. iubemus. C.
de emanc. lib. ¶ Vigesima prima specialitas est: quia ipse
dispensat super natalibus. l. qui in prouincia. ff. de rit. nu
ptia. ¶ Vigesima secunda specialitas est: qa ipse solus po
test

test auferre ius alterius.l.quæris.ff.de nata.resti.¶Vigesima tertia specialitas est: quia solus Prīceps potest facere statuta super lite. pen.& nō inferior. ut in Auth.vt cū de app.cog.in prin.& not.per Cano.in c.fi.ext.vt lit.penden. ¶Vigesima quarta specialitas est:quia ipse solus delegat liberè merum,& mixtū imperium.l.vnica. in fi.C. qui ꝑ sua iurisd.¶Vigesima quīta spālitas est:quia solus Princeps imponit super indictum.l.2.C.de superindict. lib.10. ¶Vigesima sexta specialitas est:quia eius præsentia supplet omnem defectum solemnitatis. tex. est in l. omniū.& ibi not.C.de testa. ¶ Vigesima septima specialitas est; quia ipse solus confert magnas dignitates.l. ꝓbationes.C.de diuer.of.lib.12.¶Vigesima octaua specialitas est, quia ipse solus designat insulam deportatis à Præside,vt habetur in l.illicitas.§.qui vniuersas. ff. de offi.Præsi. ¶ Vigesima nona specialitas est:quia quando ipse Princeps aduocat ad se causam, nullus inferior iudex debet esse ita audax,vt se intromittat de illa causa. Ita dicit Bald.in cap. vt nostrum.ext.de appella. not. in c.cum.M.Ferrarien.ext.de constitu.Et quomodo,& qualiter debeat ad se aduocare causam,declarat Bald. post
7 Inno.in d.c. vt nostrū.† ¶ Trigesima specialitas est: quia Princeps solo verbo potest quem creare Doctorem. Ita dicit Ang.in l.1.C.de senten.pas.¶Trigesima prima specialitas est: quia Princeps contractui celebrato in magnum damnum sui Principatus non tenetur stare.Ita dicit Albe.de Ros.in l.1.ff.de offi.procu.Cęs. ¶Trigesima secunda specialitas est. quia si compellit aliquem ad emendum bona alicuius,puta,Sempronii,talis compulsio Principis excusat emptorem à mala fide, ita quòd poterit rem illam præscribere,quantuncunque sciat illā esse alienam.Ita dicit Nico.de Nea. in l.nouissimè. ver. quid enim,& per illū tex. ff. quod fals.tuto.auct. Quod notetis ad limitationem eorum, quæ habentur in c. fin. ext.de præscrip.& in reg.possessor.ext.de reg.iur.lib.6. ¶ Trigesima tertia specialitas est:q̄a licèt inferior à Principe non possit aliquem cogere ad pacem, seu concordiam, sed bene hortari, tamen Princeps quando partes diu litigauerunt, potest eas cogere ad pacem,& concordiam. Primum dictum probatur in l. furti. §. qui iussu. & ibi glo.& Bar.ff.de his qui not.infa.Secundum dictum probatur ex his,quæ scribit pulchrè.D.Pano.in cum in-
8 ter R. seniorē.ext.de elect. † ¶ Trigesima quarta specialitas est: quia licèt in criminalibus sententia debeat statim mandari executioni,ut habetur in l.cum reis. C. de pœ.tamen si Princeps ira,seu furore ductus ferat contra aliquem sententiam capitalem, non erit statim exequenda,sed differenda per 30. dies.Ita dicit glo.in c.cū apud Thessaloniam. vbi glo. enumerat multos alios casus,in q̄bus differtur executio sentētiæ capitalis.11.q.3.¶ Trigesima quinta spālitas est:quia licèt sit magna dubitatio, vtrū promissio facta per priuatū sine causa intelligatur facta animo donandi,qui articulus tangitur in l.2.§.circa.ff.de except.& in l.à Titio.ff.de verb.oblig.& per Canon.in c.si cautio. extra de fide instru.tamen in Principe est speciale:quòd promissio illius sine causa facta in dubio intelligatur facta ex causa donationis: quia proprium Principis est donare.c.1.extra de dona. Limitabitis tamen hoc procedere,nisi ex tali præsumpta donatione enormiter læderetur, vt not.per Innoc.& Io.And. in c. grandi. ext. de supplen. negli. præl. lib. 6. ¶ Trigesima sexta specialitas est: quia persona ignominiosa non debet stare coram Principe. Ita dicit Ang. in l.2.§. ignominiæ.ff.de his qui not. inf.¶Trigesimaseptima specialitas est:quia licèt ad interrumpendum præscriptionem requiratur saltem citatio partis, vt habetur in l.cū notissimi. C.de præscript.30. uel 40.anno. tamen hoc fallit in Principe,quia cum faciliter non possit adire Superiorem,sola sua protestatio interrumpit præscriptionem. Ita notatur per Canon. in c. nihil cum scandalo.
9 ext.de præscrip.† ¶ Trigesima octaua specialitas est:q̄a licèt testimonium vnius notarij sit præstantius,quàm alterius,qui non esset notarius,vt not.Bal. in Authen. sed cum testator.circa 3.col.C.ad leg.Falcid.tamen testimonium Principis plus valeret, quando tamen non ageretur de facto suo. Ita dicit An. de Iser. in c. sancimus. in tit.quo tempo.mil.in vsi.feud.¶ Trigesima nona specialitas est:quia licèt coram inferiore à Principe non sufficiat facere solam narrationē facti in libello,sed sit opus conclusione,vt notant omnes Doct.in l.edita.C.de edē. tamen coram Principe sufficit sola facti narratio sine conclusione.Ita dicit Ange.in quibusdam lect. in l.omnium.C.de testam.¶Quadragesima specialitas est: quia quando Princeps vendit aliquam rem,emptor est statim securus,nec potest ab ipso res ipsa euinci, nec per aliū, sed dominus rei venditæ infra quadriennium habet regressum contra Principem,seu fiscum,l.bene à Zenone.
10 & l.omnes. C.de quadrien præscrip.† ¶Sed aduertite, quia l.bene à Zenone. habet multas pulchras limitationes.¶Prima limitatio est:quia habet solùm locum in Imperatore,non autem in Principe inferiore, nisi Ptinceps inferior haberet regalia ab Imperatore.Ita dicit Bald. in c.ad Apostolicę.extra de re iud.lib.vj.Vel nisi ipse Princeps inferior exercuisset regalia per tempus,cuius initij memoria non extaret in contrarium: quia tale tēpus habet vim priuilegij, seu titu.l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff. de aqua quot.& æsti.c.sup quibusdam, §.præterea. ext. de ver.sig.¶Secunda limitatio est:quia d.l.bene à Zenone, habet demum locum,quando Princeps rem, quam alienauit,possi debat.Ita dicit no. Bald.in l. fi. C.si contra ius,vel utilit. pub.¶Tertia limitatio est: quia illa lex demum habet locum interueniente traditione. Ita eleganter dicit Bal.in c.1:§.fin.in ult. colum.in tit. de noua for.fidel.in lib.feud.¶ Quarta limitatio est:quia illa lex demum habet locum, quando Princeps bona fide uendidit rem,quam credebat esse propriam, licèt in veritate esset aliena,secus si mala fide vendat,puta, quia bene scit rem alienam.Ista est glo.aurea in l. 2. C. de comm. rer.alie.¶Quinta limitatio est,quòd l.prædicta habet locum,quando Princeps vendidit rem iure proprio,secus si iure creditoris: quia tunc emptor non esset statim securus.Ita no. dicit Bal.in c.Rex pacificus.in prin.4.col.ī prooe.Decretal.allegat.l.fundus qui.ff. de rescin. uend, & l.eleganter.in prin.ff.de pig.act.& l.fi.C.si aduer. fisc. ¶Sexta limitatio est:quia.d.l.bene à Zenone.non habet locum,quando alienaret rem ecclesiæ. Nam tunc emptor non est statim securus.Ita dicit gl.no. in c. quicunque militum.12.q.1.quam glo. appr.Cano. maximè Io. de Imo.in c.2.ext.de reb.ec.nō alie.¶ Septima limitatio est, quia illa.l.demum habet locū tribus cōcurrentibus. Primò quòd Princeps uēdiderit rem, quam possidebat. Secundò quòd eam uendat bona fide.Tertiò quòd præcesserint solemnes subhastationes, iuxta.l.1.& l. si tempora.& l.duplex ratio.C.de fide instru. & iure hast. fisc. lib.10.Ista sūt uerba Bal.in l.1.in 2.col.C.de hæred. vel acti.uendi.Et ibidem dicit, quòd antiqui Doct. ita semper intellexerūt illam legem.Aduertite ad illud, quod dicit Bal.de subhastatione:quia videtur mihi dubium. Nam l. bene à Zenone. de subhastatione non loquitur. Præterea illa lex habet locum, etiam quando Princeps donat,& tamen nemo dixerit in donatione requiri subhastationem,& nunquam vidi seruari istud dictum Bal. inquantùm loquitur de subhastatione.Tenebitis tamen menti dictum illius,quia non reperio contradicentem.
11 ¶ † Quadragesima prima specialitas est:q̄a ad solū Principem spectat creare Comites Palatinos cum potestate, ꝙ possint legitimare illegitimos, & creare tabelliones. Ita dicit Bald. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offer.

Quadra-

¶Quadragesima secũda specialitas est:quia vbi est Princeps,ibi non potest committi dolus . Ita vult Baldus in d.l.rescripta . allegat l.probatorias. C. de diuers. offic. lib.duodecimo.Tutiùs iudicio meo esset dicere, quòd ubi est Princeps, non præsumitur dolus, ad hoc allego nota.per Bartol.in simili in l.prima.C. de prædi. decurio. lib. decimo . quòd vbi est interpositum iudicis decretum, ibi præsumitur dolum abesse. Sed tamen ista non est præsumptio iuris,& de iure, imò bene admitteretur probatio in contrarium. l. non est verisimile. cum ibi not.ff. quod me.caus. ¶Quadragesima tertia specialitas est: quia vbi est Princeps, ibi est securitas, & nulla formido,nisi vana, quæ non patrocinatur formidoloso, posset tamen probari contrarium. Ista sunt uerba Bald.

12 in l.1.C.de his qui per me.iud.nõ appell. ¶†Quadragesima quarta specialitas est:quia illud,quod dependet à sola potestate Principis,reputat̃ apud nos impossibile.Ita dicit Bar.in l.fi.C.de sen.pas. Et ad hoc solet alleg. tex. no.in l. apud Iulianum.§.fi.ff. de leg. 1. opt.facit l.4.in prin.ff.de fideic.libert.qui tex.solet alleg.ad hoc, videlicet,quòd ea, quę iure singulari ueniunt,non attẽduntur, nec sunt in consideratione.facit etiam l.2.§.tractari.ff.ad sena.Tertul.text.habetur per Barto.in l.continuus.§. cũ quis.ff.de uerb.obl. ¶Sed istud commune dictum debet limitari,nisi esset tale negotium,quod Princeps de facili concedere consueuisset: nã tunc non reputaretur impossibile.arg.l.uel vniuersorum.ff.de pig.acti.Et ita uolunt Pau.de Cast.& Raph.Cu.in d.§.cum quis.& Ro.in l.2.ff. de re iud.alle.tex.in l. qui cũ maior.ĩ prin.in uer.facilè. ff.de bo.liber.& l.pe.& fi.ff.de cadaue. punit.mihi uĩ, ꝙ ista limit.probetur in d.l.apud Iulianum.§.fi.in ver.non

13 soleant.¶†Ex præmissis infertur, quòd si in testamento alicuius esset apposita aliqua conditio, quæ non posset impleri sine consensu Principis,talis conditio reiiceretur propter impossibilitatem.l.1.ff.de condi. instit.& l. obtinuit.ff.de condi.& demon.Sed hoc vltimum debet limitari,nisi esset talis conditio,cuius implementum esset necessarium ad validitatem dispositionis testatoris, vt quando legasset filio illegitimo sub conditione, si legitimaretur per Principem. Hanc limitationem ponit Bal.in l.1.in 6.col.C.de insti.& substi.Addite Bal.in d.l. apud Iulianum.§. fin. quòd quando esset factum, quod penderet à voluntate vnius tantùm,illud apud nos reputaretur impossibile,& ita colligebat ex illo §.fi.dicens, quòd Ray.de Forli.ita tenebat.Sed istud est dubitabile: quia si testator in testamento legat mihi rem,quæ est Titii, valet legatum,saltem quò ad æstimationem. l. cum rem alienam.C.de lega. & tamen hoc pendet à voluntate solius Titij.Imò Ioan. de Imol.in d.l.apud Iulianum. §.fina. sub dubio fortè dicit,quòd dictum Bal.posset defendi intelligendo,ꝙ pẽdeat à voluntate unius tm̃, scilicet domini loci, quia tunc idem iudicaremus, quod in Principe,& hoc iudicio meo est de mẽte Bar.in d.l.fi.C. de sen.pas.¶Quadragesima quĩta spãlitas est, quia Principes consuetudines multùm vulgatas præsumuntur scire.Ita eleganter dicit Bal.in l.2.in fi.C.quæ sit longa.cõsue.¶Quadragesima sexta specialitas est:quia Principes non possunt concedere rescriptum reparationis desertionis appellationis, nisi apponant clausulã, nõ obstãte,vel aliam æquipollentem, ex qua appareat de præcisa intentione Principis.Ita dicit Bal.in l.impetrata.circa.fi.C. sent. rescin. non pos. ¶ Quadragesima septima specialitas est:quia Princeps ex certa scientia posset tollere omnia pedagia nobilibus Lombardiæ, quæ acquisiuissent ex consuetudine:quia potest derogare cuilibet consuetudini cum clausula, ex certa scientia, multò magis posset moderari, & taxare illa pedagia propter immoderatas extorsiones, quæ fiũt. Ista sunt verba Bal. in c.fi.in vlt.car.ext.de consue.¶ Quadragesima octaua specialitas est:quia solus Princeps potest apponere clau-

14 sulã,de plenitudine potestatis.† Et ex his infertur,quòd licèt ipse Princeps creauerit Comitẽ Palatinum cũ potestate, quòd posset legitimare illegitimos, tamen ille Comes Palatinus non posset legitimare in præiudiciũ filiorum legitimorum, nec aliorum, quibus esset ius iã quæsitum: quia est speciale priuilegium Principis, vt de plenitudine potestatis possit ius unius auferre, & dare alteri. Et hanc potestatem in dubio non intelligitur trãstulisse in Comitem Palatinũ . Oporteret ergo, quòd specialiter fieret mentio in concessione de tali potestate.Ita dicit no.Bal.in l.2.circa.7.col.seu.8.in uersicu.17.

15 quæro.C.de seru.& aqua.¶†Quadragesima nona specialitas est: quia Princeps potest esse iudex in causa propria,sed nõ inferior,qui recognoscit Superiorem.l.proximè.ff.de his quæ in testa.delen. & l.hoc Tiberius Cæsar.ff.de hære.insti.not.per Can.in c.cum venissent.ext. de iud. Quòd autem recognoscens Superiorem nõ possit esse iudex in causa propria,habetur not. per Bal.in c. 1.in tit.de inuest.in mari.fac.in lib.feud.solet etiam not. in l.fi.ff.de rer.diuis.¶ Quinquagesima spãlitas est:quia Princeps sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam,potest rescindere: quia talis transitus in rem iudicatam est de iure positiuo,& Princeps est super ius positiuum, & contra illud potest dispensare.c.proposuit. ext. de concess.præben.not.in l.quoties.& in l.rescripta.C.de precib.Impe.offer.& quòd possit Princeps rescindere rem iudicatã,decidit Do.Panor. in c.qualiter,& quando.in 2. colum. ext. de accusat. Sed si Princeps aliquid mandaret contrarium iuri naturali,nõ est illi obediendum, quia contra ius naturale non habet potestatem dispensandi. Ita dicit Bal. in c. cum adeo . ext. de rescrip.opt. facit tex.in cle.pastoralis.ext.de regu. iur. & quod not. Panor.in c.1.ext.de cau.posses. & proprie. ubi declarat illam cle.pastoralis.An autem Princeps ab Epis,qui sũt in suo dominio, possit exigere sacramẽtum fidelitatis. Concludite,quòd aut Episcopi tenent bona feudalia,& in feudo concessa per Principem ecclesijs ipsorum, & tunc tenentur iurare fidelitatem Principi, vt habetur in c.uerùm.ext.de for.comp.Si autem non essent bona feudalia,sed essent bona liberè concessa ecclesijs: tũc Princeps non posset exigere iuramentum fidelitatis ab ipsis respectu illorum bonorum. Ista est distinctio D. Panor.in d.c.ueniens.ext.de accu.¶ Quinquagesima prima specialitas est: quia licèt in contractibus regulariter nõ habeat locum ius accrescendi.l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. tamen fallit in donatione facta à Principe supremo.l.vnica.C.si liber.imperia. soci. sine hære. de-

16 ces.lib. 10.¶† Sed hic cadit celeberrima dubitatio, quã vidi in practica, nunquid hoc procedat in Principe supremo concedente in feudo rem duobus in eodem instrumento,& coniunctim. Prima facie videtur dicẽdum quòd non: quia tex. sunt expresi, quòd si duo fratres sint inuestiti de eodem feudo, non habet inter eos locũ ius accrescendi.c.1.§.cum verò Corradus. in 1. titu.qui feu.da.pos.vt in c.1.in ti.de duo.fra.à capi. inuest. & in c.1.in ti.de duo.fra.de no.bene.ĩuest.in vsi.feu.Sed Bal. in l.vni.in.§.1.circa vlt.col.in uer.vnum scias.C.de cad. tol.tenet expresè, quòd habebit locum ius accrescendi,quia istud est feudum imperiale.allegat l.1.C.si libera.impe. soci. hoc idem tenuit ipse Bal. in præallegato c.1.in titu.de duo. fra. de nouo benefi. inuesti. Et idem dicit in feudo concesso duobus à Rege. Hanc eandem opi.secuti fuerunt Rapha. Cu. & Pau. de Cast. in d.l. si mihi & Titio. Mouentur ,quia in libello feudorum non reperitur decisum,quòd hoc casu prohibeatur ius accrescẽdi,ergo standum erit regulæ. d. l. 1. si libe. impe. soci.Contrariam sententiam tenuerunt Andr.de Iser.& Iac.Alu.in d.c.1.in tit.de duo.fra.à capi.inuesti.Mouentur

tur per iura,quæ supra in princi.allegaui.Eãdem senten
tiam amplexi fuerunt Cy.de Pisto.& Barth.de Sali. in l.
vnica.C.quando non peten.partes petent.accres.Moue-
tur Sali. quia l.1. C.si lib.impe.soci.loquitur in conces-
sione gratuita, sed feudum nõ est per omnia gratuitum,
quia pro feudo præstatur seruitium domino. Ego puto
priorem opi. esse de iure veriorem,per d.l.sæpe allega
tã.& iudicio meo hoc sentit ibi Bart.¶Ad motiua in cõ
trarium allegata potestis respondere, & primò ad text.
feudales supra in contrarium allegatos,quòd intelligũ
tur in feudo concesso ab inferiore:nos autem loquimur
in feudo cõcesso à supremo Principe. ¶Ad motiua sa-
li. respondebitis, quòd non obstãt, per ea,quæ elegãter
declarat Bald.in proœ.feudo.dum quærit, an feudũ pos
sit appellari gratia. Aduertite ad id,quod dixi supra de
Rege,q̃a dictũ Bal.in d.c.1.de duo.fra.in no. benefi. in-
uesti. intelligo procedere in Rege nõ recognoscente su
periorem: alioquin si recognoscat superiorem, tunc nõ
est loco Principis,per no.in c.per venerabilem. ext. qui
filij sint legi.& in c.cum te.ext.de re iudi.& ideo non ꝓ-
cederet dictũ Bald.Et pro ista limitat.do vobis pulchrũ
tex.in c.1.in fi.in tit.quali.fra.fra.suc.vbi tex.dicit,quòd
est speciale in feudo acquisito in hoste Regis:ergo con-
17 trariũ est dicẽdũ in feudo habito ab ipso Rege.¶† Quin
quagesima secunda specialitas est,quia dicunt quidã, ꝙ
si Princeps donat, vel uendit rem duobus diuerso tẽpo
re,& secundo emptori,seu donatario rẽ tradidit,tamen
primus,cui res non fuit tradita,erit potior.Et ita dicunt
debere limitari, l. quoties.C.de rei vend.ut non habeat
locum in Principe vendente,uel donante eandẽ rẽ duo
bus diuerso tẽpore.Sed q̃a iste est passus vtilis,& quoti-
dianus,& valdè singularis,decreui eũ discutere.¶In pri
mis reperio Bal.in l.1.C.de loca.ꝑdio. ciui. uel fisc.lib.
11.dicere,ꝙ si Princeps cõcessit uni castrũ,nõ potest po
stea illud castrum alteri concedere etiam cum clausula,
motu proprio,nisi in secunda cõcessione apponat clau-
sulam,non obstante cõcessione alteri facta. ¶Secundò
pro ista parte adduco Bal.in l.omnes,in fi.C.de quadri.
præs.ubi in quibusdam lec.dicit,quòd illa l.omnes.non
procederet in concessione facta à Principe,quia si Prin-
ceps concedat castrum uni, deinde auferat sibi sine defe
ctu,& culpa illius,cui concessit, & deinde concedat al-
teri;tamen primus erit præferendus, allegat l. assiduis.
§.exceptis.C. qui potio.in pig.habean.¶Tertiò adduco
Bal.in c.ad audientiam.ext.de præscrip.ubi dicit, quòd
per priuilegium Principis fit translatio iuris sine appre-
hensione possessionis.¶Quartò pro ista sentẽtia adduco
eundẽ Bal.in l.2.quam legit cũ l.1.C.de leg.ubi in prin-
ci.commen.dicit,quòd si Princeps concedat castrum ali
cui,est sibi defendẽdum,non autem auferẽdum. Et ideò
si alius postea impetret,secũda impetratio erit subrepti-
tia,& non ualebit,alleg. glos.ord. in l.si qua loca. C. de
fun. & sal.rei domi.lib.11. Et dicit Pau.de Castr. in d. l.
2.C.de leg.quòd Bal.sæpe de hoc faciebat mẽtionem in
scholis , & in lectura, quia iste casus acciderat in perso-
nam suam, quia Vrbanus Papa sextus concesserat ipsi
Bald. vnum castrum in Comitatu Eugubiensi,,,& postea
idem Papa concessit alteri, ita quòd dominus Bald.
nunquam potuit habere possessionem, licèt longo tem
pore litigasset in curia Romana . ¶Quintò pro eadem
opinione potestis allegare eundem Bald. in proœ. feu.
circa 9. col. in ver. certum est autem , quòd duplex est
inuestitura &c. ubi dicit ista uerba , vtrùm per donatio
nem Principis transferatur dominium sine traditione.
Et uidetur quòd sic(secundùm eum)per not.per Ioann.
Andr. in no. in c. olim. ext. de uerb.sig. & per Cle. au-
ditor. ext. de rescrip. & per l.bene à Zenone. C.de qua
dri. præscrip. & per l. Cæsar.ff. de publica. & per l.cum
duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Postea dicit,
quòd refert, an Princeps contrahat , an verò priuilegiũ
concedat . ¶Cõprobabitis etiam istam sententiã aucto-
ritate eiusdẽ Bal.in c.1.in ti.quid sit inuesti.vbi dicit hęc
verba,& no.quòd iste titulus non loquitur in priuilegijs
&c.Et an sit priuilegium,cognoscemus.s.quando cõces-
sio fieret absenti , nemine recipiente pro eo. Et an sit cõ
tractus,cognoscemus,si ibi sit apposita stipulatio,vel fa-
ctũ.Et ibidẽ dicit,ꝙ si Princeps,vel Papa dicat, Assigno
tibi castrũ tale cũ plenitudine iuris,ex hoc erit translatũ
dñiũ sine possessione facti, facit quod not. ipse Bal.in l.
fi.in princi.cõmen.ff.de const.pecu. ¶Sextò allegabitis.
Ange.in proprijs terminis in l.officiũ.ff.de rei vẽdi. ubi
dicit,ꝙ licèt per instrumentũ nõ probetur dñium,tñ fal-
lit in instrumẽto donationis factæ à Principe , q̃a potest
transferre dñium in alium pro libito voluntatis, loquit̃
tñ, an quando donatio est facta ex certa scientia Princi-
pis.¶Septimò ad idẽ allegabitis d. Lu.Ro.suo cõsi.288.
aliàs in consi.ccxcviij. incip. circa præmissum dubiũ &c.
vbi determinat, ꝙ quando Princeps cõcessit rem vni,&
nõ tradidit: deinde concedit alteri , & tradit, ꝙ primus
est potior,& ita dicit̃ debere limitari d.l.quoties. C. de
rei ven.Mouetur,quia simile videmus in beneficialibus.
Nam si beneficium concedatur uni, & postea cõcedatur
alteri, & sibi tradatur, tñ primus erit potior.c.tibi quæ.
ext.de rescrip.li.6.& C.si tibi absenti.ext.de præben.eo.
lib.c.1.de conces.præben.eadem combinatione,Secũdò
mouetur , quia illa l.quoties non habet locum in perso-
nis ecclesiasticis uendentibus:& est ratio,quia in eorum
contractibus non debent committi fraudes,neque cõces
siones, c.ꝑ tuas.ext.de don.& c.1.§.1.in tit.de feu.alien.
Et ideo idem debemus dicere in Principe: quia non de
bet quempiã decipere.l.1.C.de his qui.ue.æta. impe. Et
nihil est,quod magis fulgeat in Principe, quàm recta fi-
des.l.Inter claras.C.de sum.tri. & fide catho.Et quòd il
la l.quoties. nõ habeat locum in personis ecclesiasticis.
uoluerunt Inn.Hosti. & Ioa.And.in c.continebatur.ext.
de his quæ fiunt à præla.sin.consen.cap.¶Octauò ad idẽ
potestis adducere illud,quod uult Bal.in commento pa
cis Constant. in uer. Opizoni , aliàs in uerbo, Amplius.
ubi dicit, quòd si Princeps concedat alicui beneficium,
habebit locum regula, qui prior est tempore, potior
est in iure.l.in concedendo. ff.de aqua plu. arcen.quod
dicit esse notandum ad concessiones , quas facit Prin-
ceps de aquis publi. ut semper intelligantur esse reser-
uata iura illius , cui primò facta fuerat concessio.l.item
Labeo.§.1.cum sua parua gloss.ff.famil. ercisc.Tandem
pro ueritate refero me ad istam conclusionem , quòd
aut Princeps contrahit , seu disponit per uiam contra-
ctus;& tunc in dubio intelligitur uelle contrahere de iu
re cõmuni,& ex suo cõctractu nõ transferetur dominiũ
sine traditione.l. si ager.ff.de rei.uen.& l.fi.C.de sacros.
eccl.nisi appareret de pręcisa intẽtione Principis,quòd
uellet dominium transferre sine traditione.Et ita intel-
ligo no.per Ange.in d.l.officium.Aut Princeps uult cõ
cedere gratiam,siue priuilegium. & hoc casu confiteor,
quòd trãsfertur ius sine traditione, & ista concordia est
de mente D.Bal.in c. 1.§.fi.in titu.de noua for.fide. in ul
ti. col.¶Quinquagesima tertia specialitas est,q̃a omnis
contractus celebratus cum Principe habet naturã bonæ
fidei contractuum.Istud est elegans dictũ Bal.in cõmen
to pa.Constan. in prima carta,in uerbo,omnes.in 2.col.
18 ¶†Quinquagesima quarta specialitas est: q̃a licèt crimẽ
periurij sit graue in omni persona,tamen in Principibus
est grauissimum, quia eorum uerbum etiã sine mero de
bet esse firmissimum.ita notat Inno.in c.ad Apostolicę.
ext.de re iudi.li.6.¶Quinquagesima quinta specialitas,
est:quia supremus Princeps potest de plenitudine pote
statis auferre feudũ uasallo,si tamen ita faciat,tenetur ei
ad interesse. Et idem si Papa auferat beneficium alicui

sine causa debet ei prouidere de alio consimili beneficio. Et si commune Perusii vendat redditus lacus Perusini per quattuor annos, deinde de plenitudine potestatis auferat emptoribus, tenet eis ad interesse. Ista omnia sũt verba Bal. in c. 1. §. ad hæc. in 7. col. in tit. de pace iur. fir. in vsib. feud. Et idem Bald. in cap. 1. §. cum autem. in tit. de controuer. inuesti. dicit, quòd Princeps potest accipere vtile dominium vasalli, & dare in alia re directũ, & sic permutare directum dominium cum vtili, quod est notandũ. ¶ Quinquagesima sexta specialitas est: quia Princeps omnem dilationẽ legalem potest abbreuiare etiam sine causa Ita dicunt Pe. de An. & Io. de Imo. in c. ex ore. ext. de his quæ fiunt à maio. par. cap. Mouentur per illum tex. iuncto c. 2. ext. de conces. præben. nam in d. c. 2. ad conferendum beneficia ecclesiastica vacantia datur semestre, & tamen Papa in d. c. ex ore. abbreuiauit ad vnum mensem. Et notetis istud dictum per not. per Bar. & alios in l. 2. ff. de re iudi. ¶ Quinquagesima septima specialitas est: quia licèt auctoritas Principis sit suprema, tamen non potest facere, quòd testis, qui reddit malam rationem, probet. Ita dicit Bal. in l. si non specia-

19 li, in fi. col. C. de testa. ¶ Quinquagesima † octaua specialitas est: quia Princeps in suo territorio potest creare nouam dignitatem. Et ideo Princeps noster Dux Sabaudię posset creare Comites, & Marchiones. Ita dicit Andr. de Iser. in c. 1. §. si quis de manso. in pen. col. in tit. de cõtro. inuesti. in lib. feud. & dicit Bal. in l. 3. C. ad Trebel. ꝙ Reges habent regalia, & ita seruat totus mũdus. Quę autem sint regalia, videte in c. 1. in tit. quæ sint regal. & pulchrè per Bal. in c. 1. in prin. in tit. Episcop. vel Abba. in lib. feu. ¶ Quinquagesima nona specialitas est: quia licèt regulariter quis nõ possit stipulari alteri. l. stipulatio. §. alteri. ff. de ver. obli. tamẽ fallit in supremo Principe, vt sunt Imperator, & Papa. Ita voluit glo. no. in proœ. Decre. in ver. seruus seruorũ. Econtra tñ vasallus non potest stipulari domino suo. Ita dicit Bal. in l. 1. in vlti. col. C. per quas perso. nob. acquiri. ¶ Sexagesima specialitas est: quia supremus Princeps potest sentẽtias inferiorum cassare vnico verbo. Ita dicit Ang. ĩ l. 1. C. de sẽ. pas. ¶ Sexagesima prima specialitas est: quia quando seruitiũ est fiendum Principi, non potest eo inuito fieri per substitutum. Ita dicit Bal. in c. 1. §. fi. in ti. Epis. vel Abb. ¶ Sexagesima secunda specialitas est: quia potest facere de ciue forensẽ propter suum delictum. Ita dicit Bal. in l. si quis filium. C. de lib. pręt. ¶ Sexagesima tertia specialitas est: quia ipse solus habet potestatem monetæ cudendæ. c.

20 1. in titulo, quę sint rega. ¶ † Sexagesima quarta specialitas est: quia licèt regulariter donatio per patrem facta filio in potestate non valeat. l. 1. & 2. C. de inoffic. dona. tamẽ fallit in Rege, seu Principe donãte filio in potestate: quia talis donatio erit valida, dummodo exprimat se donare auctoritate regia. Ita not. dicit Bal. in c. 1. §. itẽ sacramẽta. in antepe. col. in tit. de pace tenẽ. int. subd. & iura. firma. ¶ Sexagesima quĩta specialitas est: quia si supremus Princeps aliqua donet filiofam. in illis pr̃ nõ habet vsumfructũ: quia talia bona donata dicuntur peculium quasi castrẽse. tex. est no. in l. cũ multa. C. de bo. quæ libe. Et ibi ẽt singulariter probat, quòd fœmina potest habere peculiũ quasi castrense. ¶ Sexagesima sexta specialitas est: quia talis præsumitur intentio Principis, qualis legis, & rationis naturalis. l. nec auus. C. de emancipa. libero. & l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. Ita dicit Bal. in c. 1. in tit. apud quem, vel quos quæst. feu. defi. seu deter-

21 mi. debe. ¶ Vltimò habetis notare vnum, † quòd quando forẽsis habet litigare in aliena ciuitate, habet remediũ paratum, vt Princeps suus scribat Principi sui aduersarii, ne compellat eum litigare extra propriam ciuitatẽ: quia forensis securè nõ litigat in aliena ciuitate. Ita docet Bar. in suo tractatu Repræsaliarum, in tertia carta.

S V M M AE.

1 Comes quis propriè dicatur.
2 Comitum filij an, & qualiter possunt Comites appellari.
3 Feudorum Comitalium priuilegia, seu specialitates quæ sint.

1 COMES de Villaris. ¶ † Hic est aduertendum, ꝙ Comes propriè loquẽdo dicitur ille, qui fuit inuestitus de Comitatu. Alii verò Comites, qui non sunt inuestiti de Comitatu, non dicuntur propriè Comites, sed abusiuè, vt sunt Comites sacri Palatii, qui legitimant naturales, & spurios, dãt tutores, & creãt tabelliones, & alia, prout in eorũ priuilegiis cõtinetur. Bene facit quod no. gl. in l. 1. ff. de tut. & cura. da. ab his. Ista sunt verba Bal. in c. 1. in verb. Comes, in tit. quis di-

2 catur Dux, Marchio, vel Co. † Item filii Comitũ habentiũ Comitatum possent appellari Comites spe, sed non re. Et ita intelligitur quod no. gl. pulchra in c. fi. 24. q. 1. De Comitissa Matilda habetis gl. in l. fi. C. de arbi. & in l. sed si susceperit. §. liberti. ff. de iud. not. per Cano. in c. dilecti. ext. de arbi. Addite ad id, quod dixi supra, ꝙ Comites non habentes Comitatum non dicuntur propriè Comites. ¶ Quod facit ad quæstionem, quam vidi de facto. Quidam Comes Palatinus habebat potestatem legitimandi naturales, & spurios, exceptis filiis naturalibus Ducũ, Marchionum, & Comitũ: modò quidam Comes Palatinus habebat vnum filiũ naturalem: dubitatũ fuit, nunquid dictus Comes virtute ptãtis legitimandi sibi à Cæsare concessa posset legitimare illum filiũ Comitis abusiui. Quidam dicebant ꝙ non, propter illa verba, exceptis filiis Ducũ, & Comitum. Sed contrarium est verũ: quia illa verba, exceptis filiis Comitũ, debẽt intelligi de his, qui sunt propriè Comites. arg. l. 1. §. quæ in ꝑpetuum. ff. si ager. vect. vel emph. peta. & arg. §. sed quoties. Institu. de iur. natur. Si tamen Comes inuestitus de Comitatu iniustè expellatur de ipso Comitatu, bene dicetur propriè Comes: quia verum est dicere ipsum fuisse inuestitum de Comitatu cum territorio. Ita tenet pręclarus Doctor Do. Mart. de Laud. in alleg. c. 1. in ti. quis

3 dicatur Dux, Marchio, vel Comes. ¶ † Addite etiam, ꝙ ista feuda Comitalia habent magnam specialitatem: quia licèt creditor in actione personali possit petere se mitti in possessionem feudi, quod habet vasallus, & possit ꝑueniri ad missionem in possessionem ex secundo decreto, non tñ hoc ius feudi transferetur in ipsum creditorẽ, neque etiam vtile dominium, quod habet vasallus in feudo, sed solùm percipiet ipse creditor fructus, & redditus dicti feudi, vt eleganter not. per Bar. in l. finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & per Ang. in l. eorum, illo eod. titu. tamen in feudo Comitali non fit missio in possessionem, nec substantia feudi comitatus transibit in creditorem, sed solùm percipiet fructus. Ita not. dicit Bald. in Authen. & qui iurat. in 4. car. C. de bo. aucto. iudi. pos. quod est bene not. ¶ Vnum etiam notetis, quòd quando creditor in actione personali mittit in possessionem feudi, vasallus debitor tenebitur præstare seruitia domino suo, non autem creditor missus in possessionẽ, secus si missio in possessionem fieret ratione rei, vt in casu damni infecti. Ista est pulchra theorica Bart. in d. §. si de vectigalibus.

S V M M AE.

1 Vicarius foraneus quis dicatur.
2 Vicarius generalis Episcopi ordinariam habet iurisdictionẽ.
3 Episcopus potest causam pendentem coram uicario suo generali ad se aduocare, & ipsi inhibere, ne de ca se intromittat, etiam sine causa.
4 Episcopus pro suæ uoluntatis libito potest Vicarium suum generalem reuocare.

Pedemon-

5 Pedemontium Princeps dicitur vicarius perpetuus Imperatoris.
6 Superior an, & quando inhibere possit inferiori, ne sua utatur iurisdictione.
7 Dominus non potest de primis causis rusticorum se intromittere, ubi aliquem de loco inuestiuit cum mero, & mixto imperio.
8 Vicarius, seu locumtenens à Rege, uel Duce creatus an, & quando possit Rege, uel Duce absente consensum præstare in alienatione rerum feudalium.
9 Vicarius, seu locumtenens Principis potest omnia præter ea, quæ pœnam sanguinis concernunt, expedire.
Et quid de vicario Episcopi, ibi. nu. 10.
11 Vicerector, quem Rector constituit, an, & quando gaudeat immunitate, qua rector.
12 Vicarium, uel locumtenentem Episcopi, uel Principis offendēs Episcopum, uel Principem offendisse dicitur.
13 Causa delegata per Superiorem alicui Potestati an, & quando mortuo ipso Potestate transeat in vicegerentem.
14 Locumtenens locum tenentem creare, uel constituere non potest.

VICARIVSQVE perpetuus. Pro declaratione istorū verborum debetis scire, quòd Prælati Ecclesiastici, puta Episcopi habent aliquando vicarios foraneos, habent etiam suos vicarios generales.
1 ¶†Et dicitur vicarius foraneus ille, qui ab Episcopo deputatur in aliqua parte diocœsis, & talis vicarius non habet ordinariam iurisdictionem, sed delegatam, & ideò appellatur ab eo ad Episcopum. Ita vult glo. ord. in Cle.
2 & si principalis, ext. de rescrip. † vicarius autem generalis Episcopi habet ordinariam iurisdictionem, ut habetur in c. perlectis. 25. dist. & in c. sua, ext. de offic. uica. & per gloss. in d. Cle. & si principalis, & tribunal istius vicarii generalis est unum, & idem cum tribunali Episcopi.
3 ¶†Et ideo à sententia lata per talem vicarium generalē non appellatur ad Episcopum, tex. est in c. non putamus ext. de consue. lib. 6. Et aduertite, quòd quando aliqua cā pendet coram vicario generali Epi. potest ipse Episcopus illā causam ad se aduocare, & inhibere ipsi vicario, ne de ea se intromittat, etiam sine causa, & quicquid faceret in illa causa post inhibitionem, nihil ualeret. Ita
4 not. Inno. in c. Romana, ext. de appel. lib. 6. †Imò qđ plus est, ipse Episcopus pro libito uoluntatis posset suum vicarium generalem reuocare. Ita notant Panor. & Imo. in c. ut nostrum, ext. de appel. ergo multò magis potest inhibere, ne de certa causa cognoscat, argum. l. quæ de tota. ff. de rei uend. & argum. c. pastoralis. § item cum totū, ext. de offi. deleg. & ita uoluit Panor. & Imo. in d. c. ut nostrum. & licèt Episcopus posit reuocare pro libito suæ voluntatis suum vicarium, gesta tamen ante talem reuocationem remanebunt valida. Ita expresſè tenet Bal. in l. solent. §. sicut. ff. de off. proconſ. & lega. allegat no. per Inno. in c. intimasti, ext. de appell. & hoc sequitur clarissi-
5 mus D. Phili. de Perusio in prælleg. c. ut nostrum. † Signanter ergo diuus Princeps noster appellat se vicariū perpetuum imperialem: quia si non esset vicarius perpetuus, & non vicarium in titu. haberet, certè Imperator ꝑ libito uoluntatis posset eum reuocare, vt patet ex prædi
6 ctis. ¶†Sed iuxta prædicta moueo uobis elegantem dubitationem, nunquid superior posſit inhibere inferiori, ne sua iurisdictione utatur. Arch. in c. de persona. 11. q. 1. determinat ꝙ non. Ordo. n. confunditur, si sua iurisdictio vnicuiq; non seruaretur d. c. de persona. ¶Fallit, qñ causa esset deuoluta ad ipsum Superiorem per viam appellationis, uel ꝑ uiam nullitatis, uel per uiam restitutionis in integrum. l. si causa cognita. C. de transf. & l. 4. C. de accuſ. Item fallit, quādo ille, cui fit inhibitio, haberet iurisdictionem commissam ad nutum Superioris, ut est vicarius Episcopi. Hæc omnia sunt uerba Bald. in l. 1. in 3. car. ff. de off. conſ. Et idē Bal. in l. 1. C. quom. & quā. iud. determinat, ꝙ Superior non potest inhibere inferiori, ne vtatur sua iurisdictione, nisi quando ille inferior recognoscit illam iurisdictionem ab ipso Superiore, de quo ēt per eundem Bal. in l. eleganter. §. si quis potest, ad fin. col. ff. de cond. ind. Addite eundem Bal. in c. 1. §. adhæc. circa 4. col. in ti. de pac. iura. firm. in lib. feu. ubi dicit, ꝙ omnes iurisdictiones fluunt, & refluunt à Cæsare, sicut à fonte. Et dicuntur fluere per concessiones, commissiones, & confirmationes. Item dicuntur refluere ad eum ꝑ uiam appellationis, uel nullitatis, uel querelæ. Et eo ipso ꝙ Cæsar cœpit cognoscere de causa, est impositum silentium inferiori. Allegat ad hoc ipse Bal. no. per Inn. in c. cum M. Ferra. ext. de const. optimè facit d. c. ut nostrū, ext. de app. Subiungit. Bal. in d. §. adhęc, ꝙ alii inferiores à Cæsare, licèt unus sit maior altero, non tamen potest īhibere inferiori, ne sua vtatur iurisdictione, per not. per Archi. in d. c. de persona, nisi causa esset deuoluta ad ipsum Superiorem, uel per uiam appellationis, uel nullitatis, ut supra declaraui. ¶Addo uobis, quia si dominus īuestiuisset vasallum de aliquo loco cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & ille vasallus ī illo loco constituisset officialem, coram quo inter subditos illius vasalli agitaretur aliqua quæstio, non posset ipse Superior inhibere illi officiali, ne de dicta causa co-
7 gnosceret. ¶†Et est ratio, quia postquàm dominus inuestiuit aliquem de loco cum mero, & mixto imperio, ac omimoda iurisdi. non pōt se intromittere de puris causis rusticorum illius loci: quia uasallus hēt utile dñium, quod in hoc præfertur directo, & ad hoc alleg. Bald. in Rub. aliàs in l. 1. ff. de re. diui. in 44. q. Putarem tñ superiorē posse mandare officiali ipsius uasalli, ut in certū tēpus decidat cām illam, per ea, quæ habentur in c. pastoralis, in prin. ext. de off. ord. & in c. nullus, ext. de iur. pat.
8 ¶†Sed pone. Dux, uel Rex fecit unū suum vicarium, seu locumtenentem, an absente Rege, uel Duce poterit ille locumtenens præstare consensum in alienationibus rerum feudalium. Concludite, ꝙ aut ille locum tenēs hēt potestatem limitatam, ex qua limitatione possumus cōprehendere talem licentiam fuisse illi cōcessam, uel denegatam, & tunc res est clara, arg. l. si procurator ad unā speciem. C. de proc. Scriptura. n. illius locumtenentis ꝓbat suos limites. l. fideiussores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſ. Et solemus dicere, ꝙ limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acq. re. do. & l. Fulcinius. §. quod si aduersus. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Si autem simpliciter constituisset eum suum locumtenentem, tunc intelligeretur illi data potestas præstandi consensum in alienationibus feudorū. Ita no. dicit And. de Iser. in c. imperialem, in prin. in ti. de prohi. alie. feu. per Fed. in lib. feu. Sed ponamus, ꝙ ipsa constitutione Rex, uel Dux interdixisset ipsi locum tenenti alienationes, an tunc poterit p̄stare consensum. And. de Iser. in prælleg. c. imperialem determinat ꝙ sic, quia aliud est consentire, & aliud alienare, l. aliud. ff. de uerb. sign. ego allego meliorem tex. in l. si pater, in fi. ff. de manu. uindict. ¶Cōclusionem prædictam probat præfatus Do. alia ratione, quia non debet Princeps suos subditos decipere, & imputandum est ei, quia apertiùs non fuit locutus. Ad primum allegabitis l. 1. C. de his, ꝙ ve. æta. imp. Ad aliud de l. ueteribus. ff. de pact. addite ad præmissa id, quod uult Arch. in c. re actiua. 63. distinct. ubi dicit, quòd quando Rex, uel Comes est absens, sufficit requirere consensum, & auctoritatem sui vicarii. Et hoc sequitur Bald. in cap. cum uenerabilis ext. de consue. vbi subiicit, quòd in absentia Superioris
9 sufficit requirere consensum sui locumtenentis. ¶† Addite, quòd locumtenens potest omnia præterquàm ea, quæ concernunt pœnam sanguinis. §. ad hoc prohibe-

hibemus,in Auth.de coll.Quod est verum , quando est
constitutus auctoritate hominis. Sed si fuisset auctorita-
te legis cõstitutus,bene posset expedire ēt ea,in q̃bus ve
niret imponenda pœna sanguinis,& ita debetis tempera
10 re,gl.ord.in l.2.C.de his,qui vic.alte.ge.¶ † De iure aũt
canonum omnia possent expediri per locumtenentem.
c.in Episcopatu,ext.de rap.Ista sunt uerba Bal. in Auth.
sed nouo iure,in pri. col. C.de ser.fug.addite Ang. idē
volentem in l.si prior.§.à Titio ff.qui pot.in pig.hab.be-
ne faciunt no.per Bar.in l.filius.ff.de legat. ubi dicit , ꝙ
11 quando†vicerector constitutus esset à rectore, nō habet
eandem immunitatem,quam habet rector,sed si esset cō
stitutus abvniuersitate,haberet eandem immunitatem,&
eundem honorem,quem habet rector.¶Non ob.l.sed si
hac.§.fi.ff.de in ius vo. vbi libertus non tenetur tutori ,
vel curatori patroni ad eandem reuerentiam, ad quā te-
netur erga patronum:quia ad illum tex. ego responderē
per id,quod vult tex.no.in l.seruus si hæredi.ibi, perso-
næ duntaxat eius,qui demonstratus est,adhęret.ff.de sta
tulib. Probat.n. ille tex.ꝙ quando aliquid indulgetur ꝑ
sonæ,non egreditur personam,sed sic est , ꝙ uerba illius
edicti,de in ius voc.diriguntur in personā patroni, ideo
12 non egrediuntur personam.¶†Addite ēt , ꝙ ille,qui of-
fendit vicarium Episcopi,vel Principis,dicitur offende
re Episcopum,vel Principem.Ita dicit Bald.in d.l.sed si
hac,in §.fi.per l.ossa.§.fi.ff.de relig.& sump. fune.De ui-
cegerente habetis in d.l.2.C.de his qui vic.alter. ger. &
per Bal.multùm eleganter in l.obseruare.§.fi.alias est in
13 l.aliquando.ff.de offi.proconsu.& leg.¶†Quid autem si
causa esset delegata Potestati Astensi per Superiorem ,
an mortuo Potestate transibit potestas in vicegerentē ?
Concludite,ꝙ aut ille vicegerens erat deputatus ab ipso
Potestate,& tunc nō succedit in delegatione:secus si fuis
set deputatus à Superiore,per no.per Guil.de Cu.in l.&
14 si Prætor.ff.de offic.eius,cui man.est iurisd. ¶†Vnum ēt
noteris,ꝙ locum tenens non dat,neq; constituit locū te-
nentem.Ita singulariter determinat Bal.in l.1.§. à præfe
ctis.ff.de leg.3. quod note.

S V M M AE.

1 Inuestitura propria, realis,& corporalis,quæ sit, & quæ impropria,& abusiua,& nu.2.

3 Inuestitura abusiua quid operetur,& nu,4.

5 Inuestitura cum possessionis traditione facit secundum, cui facta est,potiorem primo,quem dominus inuestiuit abusiuè.

6 Inuestiens vasallum per inuestituram abusiuam cum traditione possessionis,à qua postea ipse inuestitus cecidit, & ad manus ipsius domini peruenit,an teneatur iterum ipsam possessionem eidem uasallo restituere.

7 Possessionis feudi traditio duob.facta , cui præsumatur facta prius,si cui ipsorum primò tradita fuerit,ignoretur. Et quid si dominus solum promisit feudum alicui, quem tamen abusiuè non inuestiuit,& nu.8.

9 Vasallum inuestiens de mero imperio inuestituram facere debet cum traditione gladij in manibus ipsius uasalli.

10 Inuestituræ uerba,quæ Francorum Rex expressit Principi Tarentino de Principatu Achaiæ, an præsumant feudi concessionem,an uerò donationem.

11 Inuestitura abusiua,& propria an,& quando requirantur in ꝑ traditione feudi.

12 Inuestire an,& quando possit dominus aliquē de feudo , quod alius tenet ab ipso domino.

13 Inuestitura alicui facta de feudo eius , quem dominus credebat mortuum,an & quando valeat.

14 Inuestitura feudi,quod dominus per mortem uasalli credebat uacare,cum non per mortem,sed aliam ob causam uacaret , an ualeat,si in ea non exprimatur uera uacationis causa.

15 Feudi recognitio,seu confessio facta uni consortum recipienti pro se,& aliis consortibus absentibus an, & quando operetur, quòd dominium uideatur acquisitum ipsis consortibus.

INVESTIVIT TALEM.¶Pro declaratione debetis scire,ꝙ
1 habemus duplicem inuestituram feudi . †Quædam
dicitur inuestitura propria,realis , & corporalis , ut
quando Princeps induxit aliquem in possessionem ali-
cuius rei,dicendo.vade in possessionem , & accipe pro
feudo.Ita probat tex.in c. 1.in tit.de consue.rect.feu.in
li.feud Et per istam inuestituram realem,& corporalem
bene transfertur dominium,& possessio rei feudalis,vt
habetur in d.c.1.Et ita volunt omnes Scrib.in c.1.in tit.
2 quid sit inuest. ¶† Quædam verò dicitur inuestitura im-
propria,& abusiua,vt quando Princeps inuestit aliquem
de feudo per traditionem baculi, vel ensis. Ita probatur
3 in d.c.1.quid sit inuest.¶†Sed q̃d operatur ista inuestitu
ra abusiua.Dicite,ꝙ si sit in ipsa re,de qua inuestit,vel est
in loco,in quo posit transferre possessionem , saltem ꝑ
inspectionem oculorum , & tunc bene transfertur pos
sessio.l.clauibus.ff.de contrahen.emp.l. quod meo.§.si
per uenditorem.ff.de acq.pos.Sed si fiat inuestitura abu
siua in loco remoto,per illam non transfertur dominiū,
neque possessio rei feudalis : quia est tit. concessionis,
& per illum solùm ti.non transfertur dominium. neque
possessio.l.si ager.ff.de rei uend.& l fi.C.de sacros.eccl.
sed per talem inuestituram abusiuam intelligetur data
licentia inuestito,ut propria auctoritate posit apprehē
dere possessionem feudi.Ita volunt Inn. & Can. & max.
Dom.Pan.in pen.col.in c.2.ext.de consue.& Bal.& cęte
ri Scrib.in d.c.1.quid sit inuest. & per eundem Bal. ele-
ganter in Rub.C.de cōtrah.emp.& uen.& ĩ l.j.17. q.ff.de
re. diui. no. in d. l. præd. ff. de acqu.poss.& per Ang. in
l.Papinianus.§.1.ff.de inoffic.testam.per Canon.in c.per
4 tuas,ex.de don. † Item inuestitura abusiua operatur aliū
notabilem effectum.nam si dominus per traditionem ha
stæ,vel ensis,uel alterius rei corporeæ faciat inuestitu-
ram abusiuam,cogitur postea præcisè tradere possessio-
nem tali uasallo inuestito , adeò quòd præstando inter-
esse non liberararetur,tex.est in c.j,§.si facta,in ti. si de feu.
defun.fue.conten.in usib.feud. ¶ Limitabitis hoc proce
dere,nisi dominus concedat feudum alicui per inuesti-
turam abusiuam,& deinde inuestiat alium , & tradat illi
possessionem,nam tunc ipse secundus erit potior.l.quo
ties.C.de rei uend. & dominus præstando interesse ipsi
primo inuestito liberabitur . Hoc vult glo. communiter
5 approbata in d.§.si facta.†Sed quid si dominus, postquā
inuestituit aliquem abusiuè de feudo,inuestiat alium de
eodem feudo,& tradat illi possessionem , & in traditio-
ne dicat hoc modo.Trado tibi possessionem talis feudi,
saluo iure primi inuestiti,quis istorum erit potior. And.
de Iser.& Iaco.Alua.in d.c.si facta. dicunt , quòd secun-
dus nihilominus erit potior:quia primus inuestitus nul
lum ius habet contrà secundum,& illa verba,saluo iure,
nihil operantur,argum.eius,quod diximus,quòd nō po-
test imponi seruitus prædio non existenti in rerum natu
ra. l. prima. ff. com. prædio. ¶Quid autem retento eo-
dem themate , si dominus dicit tradendo possessionem
secundo inuestito,volo, quòd si primus inuestitus petat
à te possessionem istius feudi,quòd etiam restituas, uel
si petat eam à me,volo,quòd eam tradas mihi, ut eam il
li restituam:præfati Docto.in præalleg.§. si facta.deter-
minant,quòd etiam istis casibus potior erit causa secun-
dò inuestiti,nec tenebitur præcisè restituere possessio-
nem primò inuestito , tamen ipse secundus inuestitus
non tradendo tenebitur ad interesse.l. si quis ab alio.§.
fina.ff.de re iudicat. & l. stipulationes non diuiduntur ,
uer.Celsus.ff.de verbo.obligatio. ¶ Aduertite tamen ,
quòd si dominus tradendo possessionem inuestito se-
cundò diceret hoc modo , volo , quòd si primus inue-
stitus petat istud feudum, quòd ex tunc dominus sit ipsi
us,&

us,& possessio reuertatur ad eum: tūc certè potior esset causa ipsius primò inuestiti:qa possessio benè potest tradi sub conditione.tex. est no.l. qui absenti.§.1.ff.de acqui.poss. Sed q̄d si primus inuestitus adeptus fuerit possessionem feudi,deinde dn̄s inuestiat secundum ignorātē,& tradat illi possessionē feudi sciente primo inuestito,qui postea ita tacuit per annū. Concludite,ꝙ potior erit primò īuestitus. Ita notabiliter dicit Iac.de Ardiz.in ti.qui.mo.feu.acqui.sub.rub.qn̄ sunt īuestiti separatim,& hoc placet Iac.Alua.in d.c.si facta.in fi.co.quod notetis.

6 † ¶ Sed pone, Dn̄s inuestiuit vasallū,per inuestiturā abusiuā: deinde tradidit sibi possessionē,sed vasallus postea ex interuallo cecidit à possessione,q̄ peruenit ad ipsum dn̄m : vtrùm dn̄s iterum tenebitur tradere illam possessionem vasallo. Videtur quòd non : quia dn̄s tradendo semel videtur fuisse liberatus,per not.in l.fi.ff.de acqui. pos.¶ Contrarium determinant Bald.& oēs in d.c.si facta,quia dn̄s tenetur ad duo,videlicet ad tradendum,& præstandum patientiam : quia feudum est species seruitutis.Ita vult glo.ord.in l.si cuius in princi.ff.de vsuf. Et ista patientia habet tractum successiuum , vnde per primam traditionem dominus non est liberatus.l. corruptionem.cum sua glos. C. de vsufr. l.inter Castellianum. ff.de recep.arbi.no. in l.sed si possessori. in principio.ff. de iureiuran.¶ Vos limitatibus istam conclusionem,nisi interim ipsi dn̄o superuenisset aliqua exceptio, quæ haberet excludere ipsum vasallū, puta exceptio præscriptionis, per id quod habetur in d.l.corruptionē. ver. nisi

7 talis . † ¶ Et quia supra mentionem feci de traditione possessionis , ponamus , quòd non constet , cui primo fuerit tradita possessio feudi.Dicite , quòd præsumetur facta habenti priorem titulum, secundùm Bald.in d.c.si facta.quem cæteri sequuntur. de quo dixi vobis in d. l.

8 quoties.C.de rei vend. † ¶ Iterum dubitatur. Ponamus quòd dominus solùm promiserit feudum,sed tamen nō fecit aliquam inuestituram abusiuam.Concludite,quòd dominus tunc non tenetur præcisè tradere possessionē illius feudi , nec habebit locum dispositio. d. c. si facta. sed dominus solùm obligabiť ad interesse.d.l. si quis ab alio.§.fi.Ita eleganter determinat And. de Iser.in d.c.si facta.quem sequuntur ibi cæteri scribentes , maximè Iaco.Alua. & D. Marti. de Laude.quod est benè notandū pro limitatione d.c. si facta. ¶ Quòd dixi de vltimo casu teneri ad interesse,intelligatis procedere,quando fuit promissio solemnis : alioquin si fuisset simplex, & nuda promissio,non obligaret dominum ad interesse.l. nunquam nuda.ff.de acquiren.re.do.& l.nuda.ff.de dona.& l.2.§.circa.ff.de excep.doli.& l.obligationum substātia. §.fi.ff.de acti. & obliga.Hanc pulchram limitationē ponit Iaco. Alua. in c. 1. §. fin. in titul. de noua for. fide.in

9 lib.feudo. † ¶ Addite ad id, quod supra aliquando dixi,quòd ad faciendū istam inuestiturā abusiuam nō refert, an dominus tradat hastā,vel aliquod aliud corporeū signū in manibus vasalli,vt probatur in c.1.in prin.in ti. quid sit inuest. tamen quando dn̄s inuestit vasallum de mero imperio,decēs est,quòd hoc faciat per traditionē ensis in manibus vasalli:quia ensis significat merū,& maius imperium,& signum debet congruere signato.C. de.Fabri.lib.11.no. per glos.in l.pe.ff.ex qui cau.maio. Non tamen dico hoc esse necessarium. sed dico esse decens:potestas enim gladij est potestas sanguinis effundēdi,vt habetur in l.imperiū.ff.de iurisd.omn.iud.Et ensis importat istud signum,sicut dicimus, quòd erectio furcarum est signum meri imperij, vt no.expressè Barto.in l.1.C. vt nemi. lic. sig. seu vela reg. præ. impo. Et idem Bald.in c.1.in titu.quid sit inuest.Et istud, quòd decens sit Principem inuestientem de mero imperio hoc facere per traditionem ensis,tenet Bald. in suis punctis feud.

10 quę posuit in fine operis post conclusiones. † ¶ Sed quęro de quęstione,quæ fuit de facto. Rex Francorum Principi Tarentino fecit concessionē de Principatu Achaiæ per hæc verba, donamus,damus, & tradimus tibi tit.donationis, & inuestimus quicquid ad nos spectat in principatu Achaiæ ratione feudi aperti,vel aliàs transferendo in te directam,& vtilem actionem , ita quòd non recognoscas alium in superiorem vel dn̄m,nisi nos pro dicto Principatu:dubitatū fuit,an ista fuisset concessio feudi,an verò donatio. ¶ Quòd sit concessio feudi,probať hoc mō. Actus dubij,qui habent inter se multā similitudinē,& quorū natura ferè est similis,dignoscuntur,& diuersificantur ex signis.probatur, quia testamentū dignoscitur à codicillo per institutionem , vel exhæredationem.l.nō codicillum. C. de testa.& donatio cau.mortis ex signis dignosciť à donatione inter viuos. l. Seia.ff.de do. præleg. Et contractus emptionis ex signis dignoscitur à locatione.§. adeo.Instit.de loca. & conduc.Sed in cōcessione facta prælibato Principi sunt signa feudi, vt patet ex uerbo,inuestimus,quod importat feudi acquisitionē.c.2.in fi.in ti.de feu.cog.& c.1. in ti.q̄d præcedere debeat, an inuest.vel fide. Est etiā ī cōcessione prædicta aliud signū.feudi.s.quia facta erat retētio seruitutis.facit c.Obertus.in ti.in quib.cau.feu.amit. Itē est aliud signū: qa in concessione prædicta dictum fuit ita,ita ꝙ nō recognoscas aliū in Superiorem,uel dn̄m pro dicto Principatu,nisi nos ,illud uerbum,Dn̄m,est signū feudi,c.1.ibi,sicut vasal.dn̄o in ti.qual.uasal.iura.deb.fidel.& in rub.de contr.feu.inter domi. & alium Est etiā aliud signū: quia in cōcessione facta illi Principi. fuit facta commemoratio cuiusdam alterius concessionis feudi de eodē Principatu:ergo ista secunda concessio uidetur accedere,& esse talis,qualis prima.arg.l.inter socerū.§.cū inter.ff.de pac.dota.¶ Pro alia parte,quòd concessio prædicta non sit feudum,sed potius donatio,facit: quia cōcedens fuit usus isto uerbo,donamus. Et quādo uerba sunt clara,nō est ab eis recedēdū.l. ille,aut ille.§.cùm in uerbis.& l.nō aliter.ff.de leg.3. Dicendū est ergo istā esse donationē, non autem feudi acquisitionem l.1.ff.de dona.Ad idem facit : quia in concessione prædicta dictum fuit , quicquid iuris habemus in dictio Principatu ratione feudi aperti,uel aliàs,per quę uerba infertur fuisse translatū in illum Principem nedum utile dominium, sed etiam directū.arg. l.fin.ff.de pe.leg.& l.Iulianus. in princi. ff.de leg.3. optimè facit tex in l.Aurelius.§.testamēto ita scripserat.ff.de lib.leg.& hoc est cōtra regul. naturā feudi. ꝑ quā in uasallū transfertur solùm utile dn̄ium,directū autem remanet apud concedentē.c.1.§. rei autē,in titu. de inuest.de re.alie.fac.in vsi.feu.c.unico,in uerbo.utiliter.in tit.de cōtrou.inter uas.& aliū.de benefi.¶Tertiò pro ista parte facit : quia concedens in concessione apposuit ista uerba, directam, & vtilem actionem transferendo. ergo nulla remansit apud dominum concedentem.arg. à sufficienti partiū enumeratione,quod arg.est ualidū in iure.l. obligationum ferè.§.placet.ff. de actio. & obliga. ¶ Quartò hæc sententia comprobatur per tex. in l.pen.C.de dona.inter uirum & uxo. Et in l.sancimus §.1.C.de dona. ¶Quintò corroboratur ista opinio:quia ille,cui facta erat ista concessio,erat Princeps,& similiter concedens, unde magis est præsumenda donatio, & liberalitas ī talibus,quàm in alijs.l. sed si susceperit.§. 1. cum sua glo.ff.de iudi.& l.si seruus communis.ff. de dona.inter uirum & uxo.& c.1.ext.de dona. Et in hāc opi. ultimam inclinant Oldra.& Alberi.de Ro.in rubri.C.de dona. ¶ Et hanc sententiam tenendo oportet respondere ad motiua supra in contrarium facta. Quibus respondebitis,& primò ad primum,dum dicebatur, quòd ex signis debebat dici feudum.respondete,ꝙ argum.ab istis signis accidentalibus nō cōcludit de necessitate:sicut dicimus,ꝙ signū accidētale,puta delatio annuli nō īfert de

necessitate matrimonium.l.neque sine.C. de nupt.& c.
illud.& ibi notat. ext. de præsump. ¶ Ad illud motiuũ,
dum dicebatur, quòd in concessione prædicta fuerunt
apposita ista verba. Ita vt non recognoscas alium in Do-
minum,& Superiorem, nisi nos. per quæ verba iudica-
tur, quòd sit feudum, respondete hoc non esse verum;
quia illud verbum, Dominum, habet latam significatio-
nem, intantùm quòd verificatur in qualibet superiorita
te etiam modica.l.liber homo.§.seruus autem.ff.de ver
bo.oblig. Nam etiam Imperator vocat se dominum to-
tius mundi solùm ratione iurisdictionis. l. deprecatio.
ff.ad l.Rho.de iac.¶Non obstatẽ rettio seruitij; quia per
eam non arguitur de necessitate, quòd sit feudum, vt de
clarat Bal.multùm not.in l.liberti.in fi.penul.colum.C.
de ope.liber. accipite simile, Protestationes seruilis mi
nisterij non arguunt de necessitate quem esse seruum,
l.liberos.C.de libe.causa.habetur in l.2. supra de inge.
manu. ¶Non obstat etiam verbũ, inuestimus; quia non
infert, quòd de necessitate sit feudum, maximè in pro-
posito nostro: quia præcesserat verbum, donamus, vnde
verbum, inuestimus, recipit declarationem per verba
11 præcedentia.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.¶†Nũc
quæro, nunquid in feudis sit necessaria vtraque inuesti-
tura, scilicet tam abusiua, quàm propria. Iac. de Bel.in
d.c.1.in tit.quid sit inuest.in vsi.feud.dicit, quòd sic, si in-
cipimus ab inuestitura abusiua, secus si incipiamus à ꝓp-
pria,& reali, quæ fit per traditionem possessionis: quia
tunc illa sufficit,& est potens ad acquirẽdum feudum.
c.1.in prin.in tit.de consue.rect.feu.¶Vos autem pote-
stis tenere contrarium,& dicere, quòd sola propria in-
uestitura, quæ fit per traditionem possessionis, non est
sufficiens ad acquirendum feudum: quia nuda traditur
possessio, quæ non confert ius in re, nec transfert domi
nium sine titulo.l.nunquam nuda.ff.de acq.rer.dom.ha
betur in l.traditionibus.C.de pact. Vnde licèt dominus
dicat alicui, Vade in possessionem talis castri, ex hoc nõ
dicetur illi feudum acquisitum. Ad idem facit tex. in d.
c.1.in tit.quid sit inuest.vbi tex.requirit vtranque inue-
sti.¶Non obst.c.1.in tit.de cõsue.rect. feu. quia respon-
detur, quòd ibi non interuenit sola traditio possessio-
nis, imò etiam interuenit titulus concessionis feudi, qđ
probatur: quia tex.ibi dicit, quòd dominus dixit. Vade
in possessionem talis castri, ecce ista est traditio posses-
siõis: deinde dominus dixit. Et teneas pro feudo. ecce
iste est titulus concessionis feudi. Vnde opi.Iac.de Bel.
non videtur vera, nisi eius dictum intelligatis secundũ
12 prædicta.¶†Quæro etiam, vtrùm dominus possit me in
uestire de feudo, qđ alius tenet ab ipso domino. Text.
in c.2 in tit.de feu.da.in vic.leg.commiss.in vsi. feu. re-
fert Placen.tenuisse talem inuestituram nihil valere, nisi
primus inuestitus consentiat: deinde refert Mediolan.&
Cremon.tenuisse totum contrarium. ¶Videamus, quæ
opi.sit verior. Pro opi.Placen.facit: quia pactũ de futura
successione est improbatum, quia inducit votum &c. l.
fi.C.de pac.habetur in l.stipulatio hoc modo concepta.
ff.de ver.obliga.¶Pro opi.Mediolanen.& Cremon. fa-
cit, quia quando in aliqua lege referuntur variæ opi.&
auctor illius legis nullam reprobat expressè, tunc ulti-
ma opinio est tenenda, sicut dicimus de opi.glo.vt vult
glo.in l.qui filium.ff.ad Trebel.Sed ista opinio Medio-
lanen.& Cremonen.in d.c.2. refertur pro vltima, ergo
illa est tenenda, sicut dicimus de opi.Inno. cuius ultima
opinio, quam refert, præsumitur approbata, tanquã sua,
vt dicit expressè Bal.in Authe. ex testamento. in 2. col.
C.de collatio.& idem Bal.in l.si idem, cum eodem.§.fi.
ff.de iurisdict.om.iud.Item pro opi.Mediolanen.facit il
li d vulgatum. Quod mihi non nocet, & alteri prodest,
de facili est concedendum.l.in creditore.ff.de euic.& l.
1.§.denique.ff.de aqu.pluu. arcen. Sed ista secunda in-
uestitura nihil nocet primo inuestito, ergo &c. Ad idẽ
facit, quia quorum non interest, non solent audiri.c.cũ
inter.extra de elec.& l.1.in princ.ff.de appel.recipi.sed
ipsius primi inuestiti nihil interest, quòd alius inuestia-
tur, ergo ista secũda inuestitura debet esse valida.¶ Vos
dicatis opi.Mediolanen.& Cremon.esse veriorem intel
ligendo tamen eam sanè, quando.s. ista secunda inuesti-
tura non fit purè, sed sub cõditione, si primus inuestitus
decesserit sine hæredibus masculis. Nam si fieret purè,
non valeret, nisi primus inuestitus cõsentiret.d.c.2.& c.
1.§.si minori.in tit.si de feu.defun.fue.contro.in vsi.feu.
habetur in c.1.in tit. hic potest esse tit. qui suc. tenean-
tur.¶ Ad motiua supra facta pro opi. Placen.respõdebi-
tis multis modis.& maximè de l.fi.C.de pac. responde-
tur multis modis. Primò, quia iste contractus debet va-
lere, quia fit super re ipsius domini, qui nõ est obligatus
primo vasallo ad non infeudandum alteri: vnde secun-
da inuestitura debet valere, per ea, quæ habẽtur in l.si ita
quis.§.ea lege.ff. de uerb.obli. accipite simile. Ego con
stitui tibi usumfructum in fundo meo, certè possum adii
cere quòd post mortem primi vsufructuarii uolo, quòd
usufructus eiusdem fundi pertineat ad talem.l.qui fru-
ctus.& l.fundi Trebatiani.ff.de usuf.lega. Sed in uerita-
te ista solutio non benè euacuat contrarium de l. fin. C.
de pac.Bal.in d.c.2.in tit.de feu.do. in vic.leg.commiss.
aliter respondet dicens, quòd istud non est pactũ de fu-
tura successione, sed potiùs de caducitate cõcessionis:
qa feudũ est collatũ alteri sub conditione, si aperiatᵭ do
mino. Sed ista solutio non bene tollit contrarium: quia
negari non potest, quin militet ratio voti captandę mor
tis. Tertio loco dicunt quidam, quòd ista inuestitura va
let, quando fit sub conditione, si primus vasallus deces-
serit sine hæredibus masculis,& hoc moribus,& consue-
tudine est receptum, quasi velint dicere isti, quòd licèt
pactum de futura successione non valeat; tamen bene
potest validari per statutum, vel cõsuetudinem. Et ita in-
telligunt d.c.moribus.& ita voluit Bal.in l. cum Archi-
medorã.in vl.colum.C.vt in pos.lega. Sed certè ipsemet
Bal.tenuit totũ contrarium in l.2. C.quæ sit lon.consue.
¶Potestis aliter dicere concordando opi. prædictas: vt
scilicet opin.Mediolan.& Cremonen. procedat, quan-
do non conceditur feudum certæ personæ, sed conces-
sio fit certę personę, puta, quia dominus dixit hoc modo
Inuestio te de primo feudo, quod mihi domino aperie-
tur.argu.l.3.§.de illo.ff. pro socio. hoc enim casu cessat
ratio.l.fi.C.de pac.opi.verò Placen.procedat, quando.
Dominus inuestit aliquem de feudo certæ personæ:
nam tunc militat ratio illa, scilicet timor insidiarum:
13 & hoc est de mente Do.Marti.de Laud.in d.c.2.¶†Sed
quæro. Ponamus, quòd Princeps inuestiat me de feudo
Sempronii, quem credebat esse mortuum,& tamen in ve
ritate viuebat. And. de Iser. & Iac. Aluaro. in d.c.2. de
feud. da.in vicem leg.commisso.determinat talem inue
stituram non valere: quia error habet impedire consen-
sum.ff.de iurisd.om.iudi.& l.qui cum tutoribus.ff.de trã
sac. nisi in inuestitura esset dictum. Inuestio te de feudo
14 Sempronii, siue sit deuolutum, siue deuoluendũ.¶†Sed
iuxta hoc dubitatur. Ponamus, quòd dominus inuestiat
hoc modo. Inuestio te de tali feudo, qđ vacat per mor-
tem Sempronii, & tamen in ueritate non vacabat per
mortem, sed alia ratione. Præfati Doc.in d.c.2.tenent in
uestituram non valere: quia talis inuestitura tanquam
ambitiosa est restringenda ad suum casum,& non exten
denda.tex.est notabilis in c.suspectũ.ext.de rescrip.lib.
6.facit c.quamuis.ext.de præben.eo.lib.¶Cautela ergo
est, si vultis euitare istam dubitationem, quod faciatis in
inuestitura apponi ista verba, siue vacet feudum per
mortem Sempronij, siue alio quouis modo. Et ita li-
mitatur.d.cap. susceptum. quam limitationem ponunt
D.de

D.de Rota.sua conclusione,28.incip. Item si mandetur.
15 †¶Vlteriùs quæro de quæstione valde notabili. Quidā confessus fuit se habere, & tenere in feudum quoddam castrum à quodam milite recipiente dictam confessionem, & recognitionem pro se, & quibusdam suis consortibus, qui tunc erant absentes: vtrùm illi consortes poterunt agere ex illa confessione, & recognitione? Dy.suo consi. 15.incip. Quidam confessus fuit se habere feudum &c.determinat quòd sic:quia talis confessio habetur loco traditionis,vt vult gl.ord.& est gl. magna in prin. in l.ab emptione. ff.de pac. ergo acquisitum est dominium illis consortibus, & consequenter possunt agere ratione illius dominij, etiam sine cessione: nam sicut per procuratorem nobis acquiritur, ita & per negot.gestorem ratihabitione subsecuta.Facit quod habetur in l.quod procurator ex re. & in l. per procuratorē. ff.de procur. Dicit etiam Dyn. in eodem consil.quòd si per illam confessionem,& recognitionem declaratur rē esse feudalem, acquiritur ipsis consortibus actio personalis, idest condictio ex moribus,etiam sine aliqua cessione.¶Sed huic conclusioni videtur obstare, quia nos habemus,quòd duo specialia non possunt simul concurrere.l.si mihi & Titio.ff.de cond.& demon. Et ideò dicimus,quod rescripta,& priuilegia non valent, quando continent duo specialia.l.1.C.de dot.promis.Et hoc solet plurimùm allegari in curia Regis,& Imp.Sed respōdebitis tenendo opi.Dyn. quòd licèt duo specialia non possint simul concurrere,tamen duæ fictiones, quæ sint de iure communi, quarum vna oritur ex altera, vt habetur in l. singularia. ff. si cert. peta. bene possunt simul concurrere.Addite,quòd opin.Dyn.supra relatam secutus est Bal.in l.1.in fi.col.C.quā.lice.ab emp. disce.

SVMMAE.

1 *Frater an,& quando fratri succedat in feudo nouo.*
2 *Et quid in feudo antiquo.nu.7.*
Frater fratri absenti pacisci,aut stipulari non potest in concessione feudi sibi à Domino facta.
3 *Clausula,itaque te deficiente sine liberis,talis extraneus succedat in feudum, an aliquid operetur,& pacisci possit pro extraneo in feudalibus.*
5 *Verba,Concedimus vobis Titio,& Sempronio,& cuilibet vestrum tale castrum in feudum, an, & quando operentur, quòd deficiente Titio sine liberis, Sempronius habeat totum feudum.*
6 *Ius accrescendi an,& quando habeat locum in feudo ab Imperatore,vel Rege concesso.*
8 *Feudum antiquum quod esse dicitur,& an Princeps possit de nouo feudo facere antiquum.*

1 NOBILES AGASI, & Anto.de Sola fratres. † Ibi fratres. Debetis scire pro regula, quòd in feudo nouo frater nō succedit fratri, nisi hoc nominatim sit dictum in inuestitura.c.1.& 2. in tit.de duo.
2 fra.à capi.inuest.& c.1.in tit.qual.frat.fra.succe. ¶ †Sed hic moueo uobis pulchram dubitationem, an frater in concessione feudi sibi facta per Dominum possit pacisci fratri suo absenti. Vī prima facie dicendū ꝙ nō:quia alteri stipulari,seu pacisci nemo potest. l.stipulatio ista. §.alteri.ff.de uer.obli.Sed certè ueritas est in contrariū: quia speciale est in feudo beneficio Dominī, quòd fratri absenti frater pacisci possit.c.1.§.si autem vnus,in tit. qui feu. da.pos. Nec est opus, quòd apponantur verba inflexa hoc modo.Concedimus tibi Titio præsenti stipulanti,& recipienti tam nomine tuo, quàm etiam nomine Sempronii fratris tui absentis: hoc enim casu non esset dubium,per no.per glo.in l.huiusmodi.in prin. ff. de lega.1. & in l.stipulatio ista. §.si stipuler. ff.de verb.oblig. sed sufficit dicere. Concedimus tibi tale castrum, ita ꝙ tu, & frater tuus habeatis in feudum. Ita determinant eleganter Bal.& Sali.in propriis terminis in l.fin.C.res inter alios acta.Allegant Odof.ita tenere in sua laudabili summa feudorum super rub.qui pos.suc.in feu.¶†Sed
3 moueo uobis pulchram dubitationem, nunquid pro extraneo possim pacisci in feudalibus, vt ecce Princeps dicit hoc modo.Concedimus tibi tale castrum in feudū, ita quòd(te deficiente sine liberis)talis extraneus succedat in feudo.Odofr.in summa sua sub rub. præallegata, qui pos.suc. in feu. determinat quòd non. Mouetur per regulam præallegatam,quia alteri stipulari, uel pacisci nemo potest. Item quia speciale est in fratre, ut in feudo possit pacisci fratri suo absenti, ut dictum est.Et hāc opi.Odof.sequitur Bald.in c.1.in 4. col. in titu. si uasal. feu. priue. cui defer. deb. Hanc eandem opi.secutus est Iaco.Aluaro.in pręal.c.1.in tit.de duo.fra.de no.benef.
4 inuest.¶†Limitabitis tamen istam conclusionem procedere,nisi interuenissent uerba inflexa dicendo hoc modo.Concedimus tale castrum in feudum tibi Titio præsenti,stipulanti,& acceptanti tam nomine tuo, quàm ēt nomine talis extranei,per not.per glo. in d.l.huiusmodi. Et notetis bene decisionem Odof. & Bald. quia uidi
5 casum in practica.¶†Quid autem, si dominus dicat hoc modo.Concedimus uobis Titio,& Sempronio,& cuilibet uestrum tale castrum in feudum, nunquid uideatur actum, quòd deficiente Titio sine liberis, Sempronius habeat totum feudum.Bald.in c.primo. §.fin. in titu. de suc.feud.in usi.feu. determinat quòd sic. & sequitur ibi Iac.Alua.allegat.l.si pluribus.ff.de leg.2.& l.creditor.§.
6 duobus.ff. manda. ¶† An autem in feudo concesso ab Imperatore, vel Rege habeat locum ius accrescendi. Bal. in c.2.in ti.de duo.fra.de no.bene inuesti. determinat quòd sic,per l.vnicam.C.si soci. libe. impe. decesse. lib.10.¶Sed Cy. & Sali.l. vnica. C. quando non peten. partes petent.accre.in 11.quęst.tenent contrarium:quia regulam habemus, quòd in contractibus nō habet locū ius accrescendi.l.si mihi & Titio.ff.de ver.obli. Hanc ēt opi.secutus est And. de Iser.in pal. c.1.in ti.de duo.fra. Ego istū articulum plenè vobis examinaui supra in ver-
7 bo,Princeps.¶† Addite, ꝙ quanquam duo fra. de eodē feudo fuerint inuestiti in eodē instrumento,tñ vnus non succedit alteri in illo feudo nouo, nisi hoc nominatim sit dictum in inuestitura.c.1.§.Item si fuerint.in ti. quib. mod.feud.amit.In feudo autē antiquo,auito,& paterno non est dubium, quòd frater succedat fratri, vt habetur in c.1.in ti.de gradi.suc.in feu.not. ī d.c.1.& 2. in tit.de
8 duo.fra.& in d.l.vnica.C.quando non peten.par.† Et dicitur antiquum,nedum quando deriuauit à progenitoribus,vt dicam infra,& habetur in c. 1.§.hoc quoq;. in tit. de suc. feu. sed etiam quando Princeps inuestiendo aliquē de feudo,quod est nouum,apposuit ista verba.Inuestimus te de tali castro, vt illud habeas in feudum antiquum,auitum,& paternum: quia est in potestate Principis de nouo feudo facere antiquum.Ita tenet Bal.quem cæteri sequuntur, in c.1.in tit.de alien.feu. pater.in lib. feu.quod notetis,quia est quotidianum.

SVMMAE.

1 *Inuestitura de aliquo feudo si facta fuit alicui à suo Domino, an præsumatur fuisse præsens is, cui facta est inuestitura.*
2 *Filÿs, dictio in materia feudali qualiter accipiendum sit, & quos comprehendat.*
3 *Hæres, uerbum in materia feudali appositum quid comprehendat.*
4 *Fiscus hæres efficitur eius,qui filios,aut ulteriores in gradu non habet.*
5 *Masculi descendentes omnes usque in infinitum succedunt in feudo.*
Et quid de collateralibus.nu.6.

7 *Vsque, dictio, an, & quando stet inclusiuè, & quando exclusiuè.*
8 *Principis sententia an, & quando faciat ius generale.*
9 *Filius exhæredatus an, & quando succedat in feudo.*
10 *Filium exhæredatum posse in feudo succedere, quomodo intelligatur.*
11 *Fratres ex utroque parente an, & quando in successione feudali excludat fratrem ex patre tantùm.*
12 *Frater uterinus tãtùm, an admittatur ad successionem feudi.*
13 *Fratrum filij an succedant in feudo per capita, an uerò in stirpes.*
14 *Feudum recipiens pro se, & filijs intelligitur recipere nedum pro iam natis, sed etiam pro nascituris.*

PRAESENTES ET RECIPIENTES pro se,& eorũ filijs. Ibi
1 præsentes. Quæro, † quid si in instrumento in-
uestituræ contineatur, quòd Dominus inuestiuit
talem de tali feudo, an præsumatur, quòd talis fuerit
præsens? Bal. in rub. C. de contrah. empt. & uẽd. in 18. q.
determinat, quòd sic. Mouetur, q̃a inuestitura est actus,
qui fit à præsente in præsentem. An autem inuestitura
possit recipi per procuratorem, & iuramentum fidelita-
tis præstari per procuratorẽ, tangam vobis infra in pro-
secutione materiæ, ibi, pro se, & filiis. ¶Quæro, quali-
2 ter istud nomen, filiis, †capiatur in materia feudali, an sci
licet comprehendantur etiam nepotes, pronepotes, &
deinceps? Videt̃ prima facie dicendum q̃ non. per not. p
Bar. in l. liberorum. ff. de uerb. sig. dum tangit illum arti.
an in contractibus appellatione filiorũ cõprehendantur
nepotes. Vos autem determinabitis totum contrarium,
& dicetis, quòd in materia feudali sub hoc verbo, filiis,
comprehenduntur omnes descendentes masculi. Ita
vult glo. notabi. in c. 1. in versi. & si clientulus. in gloss. su
per ver. ad dominũ. in ver. sed tu instabis. in tit. de alie.
feu. Hanc sententiã sentit Bal. ibidem, & idem Bald in c.
quæ in ecclesiarum. ext. de consti. in antepe. col. & hæc
opi. comprobatur per tex. in d. ver. si clientulus. dum il-
la litera æquiparat istos duos casus, scilicet quãdo quis
recipit feudum pro se, & hæredibus suis masculis, & quã
do recipit pro se, & filiis. Nam primo casu quando reci
pit pro se, & hæredibus masculis, intelligitur de omni-
bus hæredibus masculis, ut probatur in d. uersicul. & si
3 clientulus. Nam uerbum, hæres † appositum in mate-
ria feudali intelligitur de filio masculo. cap. similiter.
§. profectò. in titu. de lege Corradi. comprehenduntur
etiam nepotes, & pronepotes, & vlteriores, præsertim,
quia illa uerba, sine hærede decesserint, in materia feu-
dali sunt posita sub conditione: vnde debemus intelli-
gere de filiis, & vlterioribus in gradu, nõ autem de hæ-
redibus extraneis: quia aliàs feudum nunquam reuerte-
retur ad dominum, si intelligeremus de hærede extra-
4 neo. cùm † nemo decedat sine hærede, quia saltem fi-
scus ultimò admittitur. l. 1. C. vnde vir & vxor. pari mo
do est dicendum, quòd, quando quis recepit feudũ pro
se, & filiis, vt comprehendantur etiam nepotes, & vlte-
riores. Et hanc sententiam audacter teneatis, & ad
not. per Bar. in d. l. liberorum. respondebitis, q̃ loqui-
tur in materia contractuũ, sed contractus feudalis nõ est
p̃priè cõtractus, imò magis dicitur gratia, q̃a participat
magis de lucro, & beneficio, quàm de onere, vt decla-
rat Bal. post Ia. de Bel. in prœmio feud. circa. 6. col. dum
tractat, an feudum possit dici gratia. cùm igitur magis
participet de lucro, & beneficio, debemus attribuere ei,
de quo magis participat. l. quæritur. ff. de sta. hom. Ad
hoc bene faciunt no. per Bart. in l. Aristo. ff. de dona. quæ
dicit, quòd si uendo tibi rem pro decem, & pro certo
equo, & ille equus valeat vltra decem, erit permutatio,
non autem venditio. Ad idem faciunt notata per Bart.
in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. ob. vbi dicit, quòd contra
ctus emptionis dicitur contractus lucratiuus, nõ autẽ
onerosus, quando ab initio contractus nihil datur, sed
solùm constituitur una parua pensio, puta pensio vnius
cerei singulis annis soluendi directo domino, & hoc etiã
voluit Bartol. de Sali. in l. vnica. C. quando non peten.
par. Opinionem prædictam, quòd in materia feud. appel
latione filiorum comprehendantur omnes descẽdentes
masculi, potestis comprobare, quia uerba intelligi debẽt
secundùm naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de vsu.
Sed sic est, quòd in feudalib. appellatione filiorũ veniũt
omnes masculi descẽdentes. d. versi. & si clientulus: ergo
&c. Et ab ista opin. non recedatis, licèt aliquando videri
aliquos consuluisse cõtrarium. Est ergo conclusio, quòd
in feud. omnes descendentes masculi succedunt vsque
in infinitum, quod probatur in c. 1. §. hoc quoque scien-
5 dum. in titu. qui feu. da. pos. ¶Videamus nũc † quid in col
lateralibus, vsque ad quotum gradum succedant in feu-
dis. Tex. in d. c. 1. §. hoc quoque sciendum. determinat,
quòd solùm vsque ad septimum gradum. Et hanc sen-
tentiam secuti fuerunt And. de Iser. in d. c. 1. §. & quia vi
dimus. & Bal, in Auth. defuncto. in 1. col. C. ad sen. cons.
Tertul. ¶Vos autem determinabitis, quòd etiam trans-
uersales succedant vsque ad infinitum, & hanc opinio-
nem tenuit glo. in c. 1. §. hoc quoque. in tit. de successio.
feud. & glo. in c. si capitanei. aliàs est §. in titu. de feud.
Marchi. Eandem opinio. amplexi sunt Bal. & Angel. in
quodam consi. quod est inter consilia Ang. & incip. San
ctissima, & Illustrissima Regina. nu. 106. & ibi conclu-
dunt, quòd feudum nõ reuertitur ad dominum. Imò ul-
timus ex transuersalibus dicetur successor primi acqui-
rentis. Hæc opin. probatur expresse in c. 1. in titu. de na-
tura success. feud. & in c. 1. in tit. si vasal. feu. priue. cui de
ferri deb. ¶Limitabitis tamẽ hanc opinionem procede-
re, quando feudum de persona primi acquirentis transi
tum fecit ad descendentem ipsius acquirentis. Nã tunc
ad transuersales illorum descendentium à primo acqui
rente progreditur feudum vsque ad infinitũ, secùs quan
do feudum ex persona acquirentis non fecit transitum
ad descendentes ipsius acquirentis, sed ad collaterales
ex pacto, vel aliàs: quia tunc non progreditur, nisi usque
ad septimum gradum ipsorum collateralium. Ita volue
runt Io. Fazolus de Pisis in laudabili summa feudorum.
in tit. qui in feud. succe. poss. & quali. succe. & Iacob. de
Belui. Nic. de Neap. Bal. & Iaco. Aluar. in d. c. si capita-
nei. & hanc limitationem perpetuò notetis. De materia
ista, an collaterales succedant vsque in infinitum, an ve-
rò solùm vsque ad septimum gradum, vide etiam per
Odof. in sua summa, qui in feud. succe. pos. Et per Host.
in sua summa. in tit. quali. constit. feu. & quali. acq. ¶Sed
quia tex. in d. §. hoc quoque sciendum. dicit collatera-
les succedere vsque ad septimum gradum, quæro vtrũ
7 illa dictio, † vsque, stet inclusiuè, an exclusiuè. And. de
Iser. in d. §. & quia vidimus. & in d. §. hoc quoque scien-
dum. determinat, quòd stet inclusiuè, subiungens, Hono
rium Papien. ita pronunciasse tempore rebellionis Sici
liæ contra ecclesiam Romanã, & illa pronunciatio Prin
cipis definitiua facit ius generale quò ad omnes. l. fi. C.
de legib. ¶Vos autem determinabitis totum contrariũ,
quia beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.
l. fi. ff. de consti. Prin. & in materia fauorabili ista dictio,
vsque, stat inclusiuè, vt not. in l. meminisse. ff. de offi. pro
cons. & leg. & in l. patroni. §. 1. ff. de leg. 3. ¶Non obstat,
8 quod dicitur, † quòd sententia Principis facit ius gene-
rale: quia illud debet intelligi, quãdo est lata secundùm
legem, vel præter legem, secùs si contra legem. & ita de
bet limitari. d. l. fi. C. de legib. Ita dicunt not. Bald. & An
gel. in præalleg. consi. incip. Sanctiss. & Illustriss. Regina.
9 ¶Quæro subsequenter, vtrùm † filius exhæredatus suc-
cedat in feudo? Iac. de Ardizo. Veronen. in sua laudabi
li

li summa,in tit.de succes. feud. sub rubricella, an filius succedat in feudo, determinat quòd sic, si testamentum sit irritatum, secus si ex eo sit adita hæreditas. l.si exhæredatus.ff.ad sen.cons. Syl. Eandem opi.tenuit Andr.de Iser.in c.1.in prin.in tit. de succes. feud. cum modificatione tamen, quando mala mente fuit facta exhæredatio, facit quod habetur in l.multi non notæ. ff. de lib.& posth. Addit ipse Iac.de Ardizo.in loco præal. ꝙ licèt filius exhæredatus excludatur à successione feudi patris, non tamen excluditur à successione collateralium. l.1.§.pen.ff.de suis,& leg. Subiunxit ibidem, ꝙ si sit exhæredatus ab auo, tantùm excludetur à successione feudi ipsius aui: sed tamen succedet in feudo patris. Item si filius sit exhæredatus à patre, nepos succedet auo ĩ feudalibus patre defuncto, vel eo viuente, qñ nepos non est in

10 potestate patris. ¶ Aduertite, ꝙ illud, † quod dr̃ exhæredatum posse succedere in feudo, debet limitari, nisi legitimè, & ex iusta causa fuerit exhæredatus: quia omnis causa, q̃ est sufficiens ad exhæredationem filii, sufficiens est ad priuandum eum feudo. tex. est notabilis in c. 1. §. prædictis modis.in tit.quæ sit prima causa benefi. amit. Non tamen intelligatis, quòd quælibet causa, ex qua opinio, & fama exhęredati grauatur, sit sufficiens ad priuationem feudi, vt est text. in præalleg.cap.primo.§.illud enim certum est.in titu.quæ sit prima causa benefic. amit. Etiam prædicta sunt de mente Iacob. Aluar.in cap. primo. §. & quia, in titu. qui feud. dar. pos. Addite vos ad prædicta no.per Ang.in §.soluto.in Auth.de nup.vbi dicit, quòd licèt filii succedant in feu.paterno quandoque, licèt non sint hæredes patris, de quo dicetur vobis inf.tamen si sint ingrati, repellendi sunt à successione.

11 Et prædicta omnia notetis. ¶ Sed nunquid † frater ex vtroque parente in successione feudalium excludat fratrem ex patre tantùm, quem fratrem consanguineum appellamus? Iacob. de Ardizo.in summa sua. in titulo præallega.de suc.feud. sub rubricella.an frater ex vtroque parente, determinat quòd non. imò ambo admittẽtur ad successionem bonorum feudalium defuncti. Et hanc sententiam sequitur Bal.in l.1.C.de legi. hære. Idẽ voluit ipse Bal.& sequitur Iacob. Alua.in c.1. in titu.de gradi.suc.in feu. Assignat ipse Bal. rationem, quia in materia successionis feudorũ ius cognationis nihil refert, & quanquam in fratre ex vtroque parente concurrant duæ qualitates, tamen, quia altera ipsarum est impertinens, non auget effectum. Et secundùm istam sententiã fuit iudicatum in causa nobilium de Canalibus Dominorum Cassaletarum, & Combenianæ. Et sic habetis colligere, quòd licèt in concessione allodialium frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantũ. Auth. cessante.C. de leg. hære. tamen secus est in successione

12 bonorum feudalium, quod notetis. † An autem frater vterinus tantùm, admittatur ad successionẽ feudi. Bal. & Ang.in cons. superiùs allegato, incipien. Sanctissima & illustrissima Regina, determinãt quòd non: quia iure cognationis nõ est dare successionẽ in feudalibus.c. 1. §.1.in tit.de gradi.suc.in feu. ¶ Sed vlteriùs dubitatur,

13 vtrùm † filij fratrum, quos patrueles appellamus, succedant in capita, an verò in stirpes, verbi gratia. Sunt tres fratres, Petrus, Martinus, & Iacobus, qui fuerũt inuestiti de feudo antiquo, & paterno: morit̃ Petrus relicto vno filio, moritur deinde Martinus relictis duob.filiis, postmodũ morit̃ Iacobus nullis relictis liberis: nũquid filius vnicus Petri, & alii duo filii Martini succedant in feudo Iacobi per capita, an verò per stirpes? Ista inuestigatio est magnæ vtilitatis. Nam si succedunt in capita, fierent tres partes de dicto feudo: si verò succedant per stirpes, tm̃ reportabit vnicus Iacobi filius, quantum ambo filii Martini. Iaco. de Ardizo. in summa sua in tit. de succes. feud. determinat eos debere succedere per capita. Eandem opi.tenuit Bal.in Authen.cessante.C.de legi. hære. vbi dicit Doct. communiter ita tenere, assignando rationem: quia sicut seruitium feudi diuiditur per capita, ita ẽt successio. arguẽdo ad proportionẽ cõmodi, & incommodi.l.secundùm naturã.ff.de reg. iur.& pro ista opi.adducit text.in c. 1.§.his verò deficientibus. in titu. de gradi.success.in feud. vbi text.videtur velle, quòd deficiente descendente admittantur fratres, & filii fratrum, vlteriores autem admittantur per capita, & etiam, quando filii fratrum succedunt alicui collaterali. Ad idem allegatur tex.in cap.decedenti fideli.in titu.de capi.extraord. ¶ Vos autẽ determinabitis totum contrarium, & dicetis dictos patrueles debere succedere in stirpes, non autem in capita, quam sententiam secutus est And. de Iser.in præalleg. c. 1.in tit.de gradi.suc.in feud. Eandem opi.tenuit Bal.in c.1.in tit.de natu.suc.feu. ubi dicit, quòd quia glossator in d. Auth.cessante.tenuit, quòd in allodialibus succedunt in stirpem, non vult ipse Bal. recedere ab opi.glo.quia secundùm eum non possemus habere meliorem testem. Idem tenuit ipse Bal. in d.c. 1. in prin.in tit.de gradi.succe.in feu. & in c.1.in princ. in tit.de suc.feudi.& placet ibi Iac. Alu. Nam cùm in allodialibus succedant in stirpem de iure communi, nec habeamus tex. in contrariũ in feudalibus, nõ est à iure cõmuni recedendum.c.1.§. sciendum est autem, in titu.de de feud. cogna. ¶ Ad motiua supra in contrariũ allegata respondebitis, & primò ad d. §. his verò deficientibus, quòd ille tex.non dicit, quòd succedatur in capita, nec in stirpes, sed simpliciter dicit, quòd succedunt, vnde debemus intelligere, quòd succedant eo modo, quo succedunt de iure communi, quo iure in allodialibus succedunt in stirpes. vt not.in d. Auth.cessante. Nam casus à iure non dispositus relinquitur dispositioni iuris cõmunis.l.si extraneus.ff.de condic.cau.dat. ¶ Ad rationem assignatam per Bal.in d. Auth.cessante. potestis respondere, ꝙ non est bona: quia nos habemus, ꝙ si defunctus reliquerit filium, & plures nepotes ex alio filio, illi nepotes succedunt defuncto in stirpes cum filio eiusdem defuncti.§.cùm filius. Insti.de hære.q̃ ab inte. Et tamen attenta ratione Bal. deberent succedere in capita. Prętereà non est verum, quòd seruitium feudi diuidatur in capita, imò diuiditur secundùm quoram, & portionẽ feudi.d.l.secundùm naturã.ff.de reg.iu. ¶ Ad auctoritatem Bal.in Auth.cessante. respondebitis, quòd ipsemet Bal.tenuit contrariũ in locis præal. ¶ Ad c. decedente fideli. potestis dicere, quòd quia illud c.in paucis libris reperitur, est apocryphũ, nec debet alleg.pro iure, vt vult glo.in c.quoniam.in tit.de prohi.ali.feu.per Lota.& alia gl.in c.1.in ti. quot test. sunt neces.ad proban.feu. ingratit. Et secundùm istam opi.sæpe consului, & pendet modò quæstio de facto. Vnde concludite in ista materia, ꝙ si nepotes sine patruo succedant alicui patruo, vel succedant cũ patruo alteri patruo: tunc succedunt in stirpes in feudalibus, si verò succedant alicui alteri collaterali, succedunt in capita. Et prædicta sunt de mente Bar. in l.post cõsanguineos.ff.de suis & legit.& Io. de Ligna. in Cle.plures.ext.de iure patro.vbi refert consilia Doc. Bonon. Et ita etiam concludit Do.Mar.de Laud.in præ

14 alleg.c.1.in ti.de gradi.suc.in feu. ¶ † Addite etiã, quòd ille, qui recipit feudum pro se, & filiis, intelligitur recepisse non solùm pro filiis iam natis, sed etiam pro nascituris. Et hoc est de mente Bald. in l.si manumissus.in

15 fi.col.C.de libert.& eorum libe. ¶ Quid autem, † si quis receperit feudum pro se, & fratre suo, an intelligetur recepisse pro tota linea transuersali? Bal.not.in c.quæ in ecclesiarum.in antepen. col. ext.de constit. determinat quòd non. Mouetur, quia frater propriè loquendo est ille, qui ex eodem semine (nullo alio gradu interposito) oritur, vnde in inuestitura facta, vt supra, non comprehenditur

henditur filius fratris, nec frater patruelis. per not. per Iac. But. in l. 1. C. de succes. edic. Et notetis bene istam determinationem.

SVMMAE.

1 *Fœmina an, & quando regulariter succedat in feudo. nu. 2. 3. & 4. usque ad nu. 10.*

7 *Comitatus, quem quis emit promittens pro eo soluere censum singulis annis, an præsumatur feudalis, sicut est censualis.*

10 *Fœmina an admittatur ad successionem feudi, ubi quis recipit feudum pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis.*

11 *Fœmina an succedat fratri statim post mortem patris decedenti, si pater recepit feudum pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis.*

12 *Fœmina, quæ per conuentionem succedit in feudo deficiētibus masculis, aliàs non, an postea superueniente masculo ipsa excludetur à successione feudi.*

13 *Fœminæ non patet locus in successione feudi, donec extat masculus.*

14 *Inuestitura feudali continente, quòd deficientibus masculis succedat fœmina, si plures extent fœminæ successibiles, quæ illarum succedet.*

15 *Feudum duobus fratribus concessum pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis, si unus illorum decedat relicta fœmina, an illa ab alio ueniat excludenda.*

16 *Fœminæ non patet locus in successione feudi, quandiu superest masculus. & nu. 17.*

1 ET FOEMINIS &c. ¶ Aduertite hic, quòd † fœmina regulariter non succedit in feudo. c. 1. in titul. de benefi. fœmi. imò nec nepos ex filia. tex. cum no. in c. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feu. da. poss. Et ratio, quare fœmina non succedat in feudalibus, declaratur per Bal. in l. quoties. C. de suis & legi. vbi assignat plures rationes, quas supra aliquando uobis recē
2 sui. ¶ † Ista regula fallit in aliquibus casibus. Primus est, quādo pactum est in inuestitura, quòd fœmina succedat. Ita dicit glo. magna. in c. 1. §. cum verò Corradus. in tit. qui feu. da. poss. Aduertite tamen, quia multùm refert, qualiter verba pacti sint concepta. Nam si simpliciter dictum fuit, quòd fœmina succedat in feudo, tunc ordine successiuo admitteretur ad successionem filiæ neptis, proneptis, & deinceps. Sed si actum esset, quòd Titia filia succederet in feudo: tunc ipsa bene admitteretur, nō aūt descendentes ab ea: quia pactū personale nō egreditur personam. l. si vnus. §. ante omnia. & l. qui in futurū. §. si ex altera. ff. de pac. Ita determinat And. de Iser. in d. §. cùm verò Corradus. aliàs in §. hoc autem notandum. in tit. præalleg. qui feud. da. pos. ¶ Secundò fallit, quā-
3 do † feudum est maternum, sed hoc intelligatis deficiēte masculo. Nam etiam in feudo materno masculus præfertur. tex. est in d. c. 1. in tit. de benefi. fœmi. ¶ Tertiò fal
4 lit, quando † filia redemit feudum à domino. ¶ Quartò fallit, quando dominus propter seruitiū patris dedit feudum filiæ. Has duas fallen. ponit gloss. in d. c. cum uerò Corradus. in glo. quæ incipit, sic ergo. ¶ Quintò fallit,
5 quandoq; † feudum ad nullum seruitium fuit datum. Nam tunc fœmina succedit in feudo. Ita dicit Bal. in c. 1. §. & quia uidimus. quasi in fi. eo. tit. qui feu. da. poss. allegat tex. in c. sicut militi. in tit. de capi. extraord. Sed uos tenebitis totum contrarium, per tex. generaliter loquentem in dicto §. hoc autem notandum, ubi datur pro regula, quòd fœmina non succedit in feudo. Non obstat text. in dicto cap. sicut militi. quia illud. cap. reperitur in paucis libris. Et ideo potest dici apocryphum, nec debet allegari pro lege. Ita vult glo. no. in c. fi. in versic. si iusta causa. in tit. de prohibit. alien. feud. per Lotha. in
6 vsib. feu. ¶ Sextò fallit in feudo empto: nam † in tali feudo fœmina succedit magis ex natura contractus, quàm feudi. Istud est elegans dictū Odofred. in sua summa, in tit. qui poss. succed. in feud. Et dicit Bal. in d. §. & quia vidimus, quasi in fin. col. quòd si istud dictum esset verū, esset valde notandum. Sed And. de Iser. in præallegato §. cum verò Corradus. aliàs in §. hoc autem notandum, superiùs alleg. tenet totū contrarium, per regulam, quæ ponitur in d. §. hoc autem notandum, & Do. Marti. de Laud. in d. §. & quia vidimus. expresse tenet opi. And. & in quæstione facti vidi iudicare contra opinionem Odofre. ¶ Potestis tamē eius opinionem saluare in vno casu, scilicet quando quis emisset Comitatum, & pro eo pro
7 misisset soluere censum singulis annis. † Nam licèt talis Comitatus sit censualis, non tamē propterea est feudalis, & non præsumitur feudalis, nisi probetur, & ideò fœmina potest in tali Comitatu succedere. Ita dicit Bal. in c. significauit. ext. de rescript. ¶ Septimò fallit, quando
8 fœmina † esset consueta in armis, sicut legitur de vxore Mithridatis Regis, quæ se assuefecerat in armis amore mariti, vt esset præsens in illius periculis, vt narrat Valerius Maximus in tit. de amore coniugali. Nam hoc casu mulier consueta pugnare in armis esset successibilis in feudo. Ita dicit And. de Iser. in d. c. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feud. dare pos. Sed ista fallentia nunquā mihi placuit: quia feudum conceditur non solùm propter pugnam, sed propter alia multa, de quibus in c. 1. in tit. de nou. for. fide. inter quæ continetur, quòd uasallus præstabit consilium domino, & ea, quæ sibi committentur per dominum, tenebit secreta. Et ista non conueniunt mulieribus: quia earum consilium est fragile. c. forus. ext. de verb. sig. Item nesciūt tenere secreta. Et ideo ego tenerem contra And. per rationes, quas assignat Bald. in d. l. quoties. C. de suis, & legit. ¶ Octauò fallit,
9 quando † consuetudo disponeret, quòd fœmina succedat in feudo, vt in regno Siciliæ. Nam tunc talis consuetudo esset seruanda. c. 1. in tit. de feu. cog. in lib. feudo.
10 ¶ Sed † quid si quis recipiat feudum pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis, an tunc fœmina admittet ad successionē feudi? Dicite q; non, sed demū deficiēte masculo. text. est valde no. in c. 1. §. quinetiā. in ti. Episc. vel Ab. in lib. feu. Nā illa copulatiua, &, non copulat æqualiter, sed denotat ordinem successiuū. Secus si dictū esset in inuestitura, quòd quis recipit feudum pro masculo simul cum fœmina. Vel diceretur, quòd fœmina succedat, sicut masculus, vel recepisset feudum pro masculis cum fœminis. Nam in istis casibus fœmina succederet cum masculo. Ita determinat Bal. in d. l. quoties. C. de suis & legi. in 2. col. ¶ Limitabitis tamen tex. in d. §. quinetiam. vt non procedat, quando feudum esset conditionatum, idest datum ad certum seruitium, quòd posset expleri per fœminam, vel per alium eius nomine, sicut per masculum. Nam tunc fœmina simul admitteretur cū masculo. Ita voluit Iac. de Bel. Nico. de Neap. Bal. & Iac. Alu. in d. §. quinetiam. Et sic habetis, quòd tex. in d. §. quinetiam. debet restringi ad simplex, & rectū feudum, non autem procedit in feudo conditionato, quod est
11 perpetuò notandum. ¶ Sed ponamus. Quidam † recipit feudum pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis, & inuestitus decessit relictis vno masculo, & vna fœmina, sed masculus illicò, & statim decessit, vtrùm fœmina admittetur ad successionem illius feudi? Gloss. not. in d. §. quinetiam. determinat quòd sic: quia non dicitur masculus viuere, ex quo decessit illicò. Et hanc opi. tenuerunt Iacob. de Bel. Nicol. de Neap. Bald. & Iaco. Alua in d. §. quinetiam. & dicit ibi ipse Iaco. de Bel. ita fuisse pronunciatum, & obtentum in Regno Apuliæ. Sed And. de Iser. in d. §. est in opinione cōtraria: quia cùm fœmina per masculum fuerit semel exclusa, non debet eodem iure admitti, quo fuit exclusa. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. ob. Secundò, quia vnico momēto rescinditur testa-

testamentum.l.2.C.de posthu.hære. insti.& momentum multùm operatur, vt habetur in l. sed & partus. §. fi. ff. quod met. causa. Item si pater substituat filio, quo casu morietur sine liberis; & decedat relicto filio, qui illicò decedat, fideicommissum non habebit locum.l.ex facto. §.fin.ff.ad Trebel. Vos sequamini opin. glo.in d.§.quinetiã.quia est multùm humana.¶Ad motiua And.de Iser. potestis respondere, quòd ex quo masculus illicò decessit, censetur fœmina nunquam fuisse exclusa. Et hoc verisimile fuit de mente contrahentium.facit.l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.¶Ad l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb. ego respõderem, quòd ibi substitutio fuit facta sub conditione, si filius decederet sine liberis, sed in ꝓposito nostro fœmina non fuit posita in conditione, sed fuit posita copulatiuè in inuestitura. Addite, ꝙ ille dr̃ illicò decedere, qui decedit, anteq̃ sibi imponatur nomẽ in baptismo, quod tp̃s sm̃ vetus testamentum erat octo dierum. Ita dicit Inn.in c.nam & ego. ext.de verbo.sig.& Bal. & Alua.in d.c.quinetiam.¶Sed ponamus, quòd† feudum sit cõcessum alicui pro se, & hæredibus suis, hoc pacto, quòd quandiu extarent masculi, haberent illud feudũ, & quòd deficientibus masculis fœminæ admittanť, an si tale feudũ iam deriuauit in fœminas, q̃ successerunt in illo, & postea superueniat masculus, an ille masculus excludet fęminas? Concludite ꝙ sic per tex.ad hoc no.in c.i.in ti.de eo qui sibi, & hæred. suis. Vnde vasallus, qui tenet illud feudum, debet illud recognoscere à masculo superstite, non autem à fœmina.d.c.1.Accipe exemplum. Rex Aragonum inuestiuit Comitem de quodam feudo: Comes inuestitus decessit, relictis duobus filiis masculis, qui postea decesserunt, quorum unus reliquit filiam, & alter filium masculum, certè miles infra annum, & diem debebit recognoscere feudum ab illo filio masculo, non autẽ à filia. Secus esset, si inuestitus nõ recognosceret ab alio, vt ecce. Ego habeo feudũ allodiale, quod à nemine recognosco, ego inuestio te de dicto castro in feudum, deinde morior ego inuestitor relictis filio masculo, & fœmina, certè tu debebis recognoscere illud feudũ, nedum à filio meo masculo, sed etiam à filia, quia ego illud castrũ non recognosco ab alio, & in iuribus meis ita succedit filia, sicut filius. l. maximum vitium.C.de lib. præte. vel exhær. Et hoc notetis pro limitatione d.c.1.¶† Quid autem, si sit consuetudo in patria, quòd fœminæ ita succedant in feudo, sicut masculi? stante tali consuetudine, duo fratres inter se diuiserunt feudũ, deinde unus ex eis decessit relicto filio masculo: alter verò decessit relicta filia, vtrùm hoc casu relictus filius masculus excludet fœminam? Videtur dicendum quòd sic, per tex.in d.c. 1. & per rationem ibi positam, quæ est, quòd donec masculus superest, non patet locus fœminæ in successione feudi. Sed And.de Iser.in d.c. 1. determinat oppositũ propter cõsuetudinem, de qua supra. Et sic attenta ista opi. And. habetis aliã limitationem ad d.c.1. Sed ista opi. And. de Iser. apparet mihi dubitabilis per rationem positam in c.1.¶Ad motiua, quæ facit And.de consuetudine, ego responderem, quòd illa consuetudo debet taliter intelligi, & interpretari, quòd minus lædat dispositionem feudalem, quàm fieri possit.c.cum dilectus.ext. de consue. no.in l.2.C. de noxal. act. ¶Sed iuxta prædicta dubitatur. Ponamus, † quòd in inuestitura dictum sit, quòd deficientibus masculis feudum vadat ad vnam fœminam, & contingat plures fœminas esse, quę descenderunt à tenẽtibus feudum, quid erit hoc casu. Bald.mouit istam quæstionem in c.1.§.hoc autem notandum, in ti.qui feu. da. pos. Et prima facie videtur velle, quòd primogenita sit hæres, & debeat habere illud feudum (exclusis omnibus aliis fœminis.) Deinde dicit, quòd res erit dirimenda sorte.l.2.C.quand.& quib.quarta pars debe. lib. 10. Finaliter dicit, quòd erat electio domini, vt eligat vnam ex illis mulieribus, quam voluerit. Et istam opi. vltimò dicit multùm æquam, per ea, quæ habetur in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cle.& in l. Arethusa. ff.de statu homi. Et cum ista opi.similiter transit Iacob. Aluar.in d. c.1.in tit.de eo qui sibi, & hære.suis. Ego pro ista vltima opinione assigno optimam rationem, quia si forte res dirimeretur, dominus reperiretur habere vasallam ingratam: vt ergo habeat vasallam gratam, dicendum erit standum esse electioni domini. Ratio prædicta probatur ad liquidum in c.1.in tit.de duo.fra.de nouo benef. inuesti.in lib.feu. ¶†Item si feudum sit concessum duobus fratribus, puta Titio, & Seio pro se, & hæredibus suis masculis, & fęminis: & vnus ipsorum (puta Titius) decedat relicta fęmina, an Seius excludet illam feminã, an verò econtra? Dicite, quòd illa filia excludit Seium in successione dicti feudi, quantùm ad portionem Titii patris sui: quia vnusquisque videtur prospicere suis hæredibus.c.1.in tit.de duob.fratrib.à capi.inuesti.¶Item si † quis receperit feudum pro se, & hæredibus suis, hoc pacto, quòd quandiu masculi superessent, deberent succedere in dicto feudo, & deficientibus masculis, quòd fœminæ admittantur. Et iste hic inuestitus decedat relicta vna filia, quæ successit in feudo, & contingat postea illam filiam decedere relicta vna filia, relicto etiã nepote ex filio præmortuo, an ille nepos excludet amitam suam à successione? Gl.not. determinat quòd sic in pręallegato c.1.in tit.de eo qui sibi, & hæred.suis.per rationem, quam ponit ibi tex. dum dicit, quòd quandiu superest masculus, non patet locus fęmĩnę in feudi successione. Et pro hac sententia facit: quia pater illius masculi exclusisset illam mulierem à successione feudi, ergo eodem modo nepos debet eam excludere. l. hæredem.ff.de reg.iur. Et hanc opin.sequuntur Doct. in præallegato c.i.¶Sed restat pulchrior dubitatio. Ponamus, † quòd inuestitus de feudo secundùm formam d.cap.1. decedat relictis duabus filiabus, quæ in dicto feudo successerunt: deinde contingat vnam ex illis mori relicto nepote masculo: vtrùm ille nepos excludet suam materteram à feudi successione? Nonnulli Docto. in d.c.primo.interpretati sunt glo.ibi tenere quòd sic. Sed certè si subtiliter consideraбitis, illa glossa non loquitur in istis terminis, sed loquitur de amita, vt dixi in quæstione proxima. And. de Iser.in præallegato c. tenuit dictum nepotem excludere materteram: quia licèt illa matertera iã successerit in feudo, tamen ipsum feudum intelligitur ad eam deuenisse conditionaliter, scilicet, si non superueniret masculus ergo superueniente masculo illa matertera debet excludi. d.c. 1. Et ista incertitudo, an masculus sit nasciturus, vel non, habetur pro conditione.l. dies incertus. ff. de condi. & demon Eueniente ergo conditione perinde est, ac si illa matertera non successisset in feudo.l.proinde.ff.si cer. pet. Et pro ista opin. And.de Iser.optimè facit c.1.in tit.an ma. suc.vxo.& c.1.in tit.de benefi.fœmi.& c.1. in tit.de natu.succes.feud.¶Contrariã opinionem tenuerunt Iaco. de Bel. Nicol. de Neapo. Bal. & Iaco. Alua. in d. c. 1. attestatur istam esse communem sententiam Docto. quòd matertera nõ excludatur à feudo, in quo iam successerat. Et mouentur præfati Doct. quia cùm dicta matertera iam successerit in dicto feudo, fuit illi ius quæsitum, vnde sine facto suo illi auferri nõ potest.l. id quod nostrum.ff.de reg. iur. Superuenientes ergo masculi nõ debent eam excludere. Secundò mouetur; quia multa impediuntur fieri, quæ tamen tolerantur iam facta. l.patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Tertiò, de natura dominiorum est, ut postquam sunt quæsita, sint perpetua, vt no.in l. siue possidetis. C. de proba. Cùm ergo ipsi materteræ dominium feudi semel fuerit quæsitum, debet perpetuò apud eam stare. Quartò Iac.

Iac. Alua. pro ista sententia, quam dicit valde esse æquã, adducit tex. in c. 1. & licèt in iudicando ab ista sententia non sit recedendum, tamen in secreto iuris fortè opin. And. de Iser. est de iure verior per rationẽ, quam ponit tex. in d. c. 1. ibi, donec superest masculus, nõ patet locus fœminæ. ¶Ad motiua in contrariũ facta posset rñderi, & primò ad primũ, dum dicitur, quod fuit quæsitum ius materteræ, potestis dicere, quòd fuit illi acquisitum ius cõditionaliter, scilicet, nisi masculus superueniret. d. c. 1. Superueniente ergo masculo, debet matertera excludi. ¶Ad aliud dum dicebatur, quòd dominia debent esse perpetua, respondetur, q̃ hoc debet limitari, nisi dominium sit delatum alicui sub conditione resolutiua: nam tunc nõ est perpetuum, sed tp̃ale, l. sub conditione. ff. de solut. & l. in annalibus. & l. fi. C. de legat. Et ita contingit in proposito, quia illi materteræ intelligitur esse quæsitum resolutiuè, scilicet, nisi masculus superueniret. Et hanc opinionem Andre. de Iser. fortifico tali ratione. Quotiescunque in lege est scripta ratio, tunc illa lex restringitur, ampliatur, & limitatur secundùm limites rationis. tex. est not. in l. cum patre. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. habetur in l. scire oportet. §. sed & si maximè. ff. de excus. tuto. sed ratio posita in d. c. 1. militat in casu isto, consequenter tex. in d. c. 1. debet ampliari secundùm limites illius rationis, vt dixi supra. Non recedatis ab opi. Iac. de Bel. & sequacium.

SVMMAE.

1 *Feudum concessum per hæc uerba, Concedo tibi feudum pro te, & quibuscunque hæredibus tuis, an possit etiam ad hæredes extraneos porrigi.*

2 *Hæredis appellatione in materia feudali intelligendum est de descendentibus masculis.*

3 *Feudum per hæc uerba datum. Concedo feudum Titio pro se, & suis hæredibus, & cui dederit, an possit etiam ad extraneum transire.*

4 *Clerici an sint in feudo successibiles.*

1 ET QVIBVSCVNQVE hæredibus. ¶Quia in plerisque inuestituris apponuntur ista verba. Cõcedo † tibi feudum pro te, & quibuscunque hæredibus tuis, dubitatur, nunquid per ista verba tam generalia feudum porrigatur ad hæredes extraneos? Bal. in c. imperialem. in prin. circa 5. col. in ver. sed quid si concessum. in ti. de prohi. alie. feu. per Feder. determinat quòd sic. intantùm secundùm eum, quòd vasallus inuestitus modo, quo supra, poterit feudum legare etiam extraneo: quia legatarius in re legata quodammodo censetur hæres. tex. est no. in l. id tempus. §. 1. ff. de vsuc. Idem uoluit ipse Bal. in l. 1. in 34. q. ff. de rer. diui. vbi ad hoc allegat notata per Cyn. in l. liberti libertæq;. C. de ope. lib. Idem sensit ipse Bal. in d. l. 1. in 48. q. Sed idem Bal. in c. 1. §. donare. in titu. quali. olim pote. feu. alie. determinat totum contrarium, dicens quòd illa verba, quibuscunque hæredibus, restringũtur ad habiles, per ea, quæ habentur in l. 1. C. de sacros. eccle. & per Iac. de Are. in l. 1. §. item nunciatio. ff. de oper. no. nun. Nam secundùm eum, si omnes vocarentur, sequeretur, quòd deficientibus agnatis, & cognatis vocaretur vxor defuncti, quod eẽt impropriare feudum duobus modis. Primò quantùm ad qualitatem hæredum, qui non essent agnationis communis: Secundò quia fœmina succederet contra naturam regularem feudorum c. 1. in ti. de bene. fœmi. & in c. 1. §. hoc autẽ notandum. in ti. qui feu. da. pos. Addite eundem Bal. in l. cùm virum. in fi. col. C. de fideicommis. vbi dicit, quòd quando feudum esset concessum alicui pro se, & quibuscunque hæredibus, tale feudum veniret in restitutione fideicõmissi, quia fideicommissarius est precarius hæres. l. quærebatur, de testa. mili. Postea subiungit, quòd fortè illa verba, quibuscunque hæredibus, referuntur ad personas habiles, non autem extraneas. Do. Marti. de Laude in d. §. donare. sequitur opi. Bal. vt ista verba referantur ad alios idoneos. Alex. de Imo. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. tenet opi. quam tenet Bal. in prę allegata l. 1. in 34. q. ff. de re. diui. allegat tex. in c. 1. in ti. de feu. non haben. prop. na. feu. Ego in quæstione facti consului, quòd ista verba tam generalia sunt restringenda ad personas habiles ad succedendum in feudo. ¶Mo

2 uebar † in primis, quia appellatione hæredis in materia feudali intelligimus de descẽdẽtibus masculis. c. 1. §. profectò. in tit. de lege Corra. verba enim debent intelligi secundùm materiam subiectam. l. si vno. in princi. ff. loca. & sequuntur naturam contractus, in quo interponuntur l. si stipulatus. ff. de usur. Nõ obstat dictio, quibuscunque, quia debet restringi iuxta materiam subiectam. l. fi. cum sua gl. C. sine censu, vel reliquis. & d. l. 1. C. de sacros. ec

3 cle. ¶Ad d. c. 1. de feu. nõ haben. pro. na. feu. † ego responderem, quòd ibi dominus inuestiendo dixit. Cõcedo feudum Titio pro se, & suis hæredibus, & cui dederit. Nam per verba illa, & cui dederit, intelligitur dominus dedisse licentiam vasallo transferẽdi dictum feudum in aliũ etiam extraneum. Et si vnquam contingeret vobis iste casus in ista patria Ducali Sabaudiæ, ponderate bene verba inuestituræ: quia consueuerunt in inuestituris apponi verba, quibuscunque hæredibus, de more tamen patriæ capacibus: & tunc articulabitis, quòd de more patriæ est, quod solùm succedãt descendentes, & agnati, non autem extranei. De hac materia videte etiam per eund. Alex. de Imo. suo consi. 3. in 1. vol. consiliorum.

4 ¶An autem † clerici succedant in feudo. Iaco. de Bel. in c. 1. si decesserit. in tit. si de feu. defun. fue. contro. determinat quòd non. pro qua opi. videtur esse tex. in d. c. 1. §. qui clericus. in tit. proximè allegato, ubi tex. dicit, qui clericus efficitur, hoc ipso feudum amittit. & Doct. ibi, maximè Bal. in verbo, clericus, exponunt, dummodo sit in sacris, veluti in subdiaconatu, qui est sacer ordo. c. à multis. ext. de æta. & quali. Ad idem adducitur text. in c. 1. §. 1. in tit. de mili. vasal. qui ar. bel. depo. Item adducitur tex. qui est multũ pungitiuus in c. 1. in fin. in tit. an mut. fur, vel aliter imperfec. & tex. in c. 1. in tit. de benef. fœmi. Hanc sñiam, q̃ clericus in sacris constitutus non sit successibilis in feudo, tenuit Bal. in d. c. 1. §. qui clericus. & Alber. de Ros. in Auth. ingressi. C. de sacrosanct. ecc. ¶Contrariã opi. tenuit Bal. in sua sũma in tit. de benef. fœ. c. 1. in ver. ex hoc clericus. & Arch. ĩ c. si qua mulier. 19. q. vlti. Eandem opin. tenuerunt Inno. Host. Io. An. Io. de Lig. Io. de Imo. & Do. Panor. in c. in præsentia. ext. de proba. vbi tenent clericum esse successibilem in feudo. Idem tenuit Bar. in sua rep. d. Auth. ingressi. quã morte præuẽtus nõ potuit publicare, sed eo mortuo Alex. eius generi postea publicauit. Hoc idem tenuit Barth. de Saly. in Auth. ingressi. vbi dicit, quòd communiter Doc. ita tenent. Et cũ hæc quæstio contigisset de facto in persona Episcopi Palmensis, præstãtiores Doctores Bononien. & Papien. consuluerũt pro ista parte, concludẽdo Episcopum Palmensem successibilem in feudo paterno, vt refert clarissimus Doct. Do. Mart. Laud. in c. 1. §. & quia vidimus. in tit. qui feu. da. pos. Et ibi etiam refert se publicè disputasse istum articulum in studio Papien. Ego, cum quæstio contigisset de facto in personã Reuerendi, & generosi Domini Ioanneti ex Comitibus Valupergiæ Prioris sancti And. de Taurino, cõsului pro ista parte, scilicet quòd debebat succedere in feudo paterno cum fratribus suis, & fuit inuestitus per celsitudinem Ducalem Sabaudiæ de portione dicti Comitatus ad eum spectantis, adducebam tex. in c. 1. §. fi. in titu. de cap. Corradi. & glo. no. in c. 1. quæ incipit, nisi fortè. in titu.

titu de benef.fœm.ubi gl.not.dicit,ꝙ clericus succedet, & poterit seruire domino per substitutũ. Et quia glo.hēt ꝗ plurimos Doc.pro se,dicebam ab ista sñia non esse recedendum,per no.per Ia.Bu.in l.unica.C.si ꝑ sua iurisd. maximè quia Sal.in d.Auth.ingressi,refert Doc.communiter ita tenere.Mouebar ēt,ꝗa clerici ita bene sunt successibiles,sicut laici.l.ideo,& Authen.presbyteros.C.de epi.& cle.Item mouebar,quia regulam habemus, ꝙ oēs descendentes masculi succedunt in feudo d.§.& quia uidimus.Allegabam ēt pro ista parte Io.Ray. in suo compen.feud. in c.imperialem.in §.firmiter.circa 23.col. in ti.de prohi.alie.feu.per Fed.vbi dicit clericum admitti ad successionem feudi,si dominus uelit c.1.§.fi.in tit. de cap.Corr.Et instat præfatus Doc. quomodo seruiet domino in bello.Ipse respondet,ꝙ clericus in sacris nō pugnabit in propria persona propter sanguinis effusionē, & propter periculum irregularitatis.c.1.ext.de cle.pug. in duel.sed exhortabitur alios bellatores in aciem belli, allegat Io.Allancũ Marlien.in sua summa in ti.quib. mo. feu.amit.uer.sed quid si sit clericus.Vel poterit seruire ꝑ substitutum acceptabilem domino, ut vult gl. in præal. c.1.in ti.de benef.fœm.¶Ad motiua adducta supra ꝑ parte contraria ego respōdebã. & primò ad c.qui clericus, & ad c. 1. an mut. & surd.&c.& ad similia iura dicentia clericum non esse successibilem in feudo,ꝙ debent ītelligi,quando esset tale feudum,cui uasallus nō posset seruire,vel nollet per substitutum:aliàs autem si uelit seruire per substitutum domino acceptabilem, tunc admitteretur ad successionē feudi,vt supra pulcherrimis auctoritatibus,& motiuis comprobaui.Ad auctoritatē Iac. de Bel.Bal.& Alb.ego respondebam,ꝙ erant plures Doc.ꝑstantissimi,qui tenebant contrarium,quorum nomina supra recitaui.Habetis istum articulum, plenissimè expeditũ.¶ Quid autē si actũ sit in inuestitura,ꝙ vasallus nō possit seruire per substitutum,sed in propria persona.Dicite vt habetur per Doc.maximè per Alua.in c.1.§.si minori, in ti.si de feu.defun.fue.conten.

SVMMAE.

1 *Feudum quomodo definiatur.*
2 *Princeps an possit alienare ea, quæ sunt Principatus.*
3 *Princeps an possit infeudare rgalia.*
4 *Regalia quæ dicantur.*
5 *Feudum multipliciter diuiditur.*
6 *Feudũ simplex,et rectũ est,quod nō hēt seruitia determinatã.*
7 *Domus alicui in feudum concessa ad habitandum an possit alteri locari.*
8 *Feudum paternum est, quod fuit acquisitum à patre.*
9 *Res in feudum paternum concessa non transit vltra quartam generationem.*
10 *Feudum nouum quid sit.*
11 *Epi.& alij Prælati an possint infeudare de nouo res Ecclesiæ.*
12 *Ecclesia qualiter prouidere possit de feudo,quod non potest recuperare,*
13 *Feudum habens propriam naturam feudi,& feudum,quod nō habet propriam naturam feudi,qualiter dicantur.*
14 *Feudum cursoris si concedatur claudo,an ualeat talis cōcessio*
15 *Feudum conditionatum quid sit,& quam habeat efficaciam.*
16 *Feudum masculinum,aut fœmininum qualiter dicatur.*
17 *Feudum reale,aut personale qualiter dicatur.*
18 *Domus alicui in feudum concessa ad utendum, & fruendum an possit transire ad hæredes.*
19 *Feudum ligium,& non ligium qualiter dicantur.*
20 *Feudi ligii uirtus quæ,& quanta sit,& nu.22.*
21 *Feudum non ligium quid sit.*
23 *Instrumentum Homagii qualiter sit concipiendum.*
24 *Feudum nobile,aut ignobile qualiter dicantur.*
25 *Feudum minus nobile,aut mediocriter nobile quid sit.*
26 *Feudum non nobile,seu burgense quando dicatur.*
27 *Feudum liberum,& francum qualiter fieri dicatur.*
28 *Feudum annale,seu perpetuum qualiter dicatur.*
29 *Feudum iurabile,& non iurabile quale sit,*
30 *Feudum diuisibile,aut indiuisibile qualiter dicatur.*
31 *Feudum transitorium ad omnes hæredes quid sit, & quid non transitorium ad omnes hæredes.*
32 *Feudorum quoddam sæculare,quoddam ecclesiasticum.*
33 *Ecclesia dono recipiens à Rege, uel Barone, uel Duce Comitatum,uel Baroniam,an tenebitur ad tributa, ad quæ prius tenebatur.*
34 *Donatio ecclesiæ facta an pacto possit reuocari.*
35 *Donatio per Principem ecclesiæ facta an per successores possit reuocari:*
36 *Ecclesia recipiens feudum an teneatur iurare fidelitatem.*
37 *Consuetudo infeudandi bona ecclesiæ quantum tempus requirat,ut inducatur.*
38 *Stante consuetudine ecclesiæ infeudandi masculos tantùm, an possit quis ab illa infeudari pro se, & suis hæredibus tã masculis,quàm fœminis.*
39 *Stante consuetudine ecclesiæ infeudandi tantùm unã,uel duas res an possint infeudari plures.*
40 *Tenens rem ecclesiæ in feudum an possit alteri infeudare.*
41 *Tenens feudum ab ecclesia an possit uendere cum consensu prælati illius ecclesiæ.*

IN FEVDVM. ¶ Hic ante omnia est videndum de definitione feudi.
1 Dicite,†quòd feudum est beneficium ex beneuolentia datum,retenta proprietate,translatoque vsufructu in recipientē pro se, & hęredibus suis masculis, & fœminis, si de his fœminis dictum sit, ita vt ipse recipiens,& eius hæredes dño seruire teneanť. Ista definitio probatur in c.1.in ti. in qui.cau.feu.amit.¶Cir
2 ca hoc quæro,nunquid†Princeps possit alienare ea,quę sunt Principatus.Concludite ex mente Bald.quem cæteri sequuntur in proœ.feudorum,in ver.expedita,quòd si vult alienare expropriando, seu abdicando à se omne dominiũ, iurisdictionem,& proprietatem, tunc nō pōt, ꝗa hoc esset deformare Principatum. Et ita not.in c.intellecto,ext.de iureiu.de quo per eundem Bal.in proœ. Digest.in 2.char.facit quod habet in c.apibus.7. quæst.j. vbi glo.dicit, quòd Imperator Græcus non est ꝓpriè Imperator, sed Romanus sic. Aut vult alienare retinendo proprietatē,seu directum dominium,transferendo utile in alium per uiam infeudationis, & tunc potest hoc facere,nisi talis infeudatio vergeret in magnum præiudicium Principatus,puta,quia Rex passim infeudet modò vnam ciuitatem,modò aliam,& istud esset destruere Regnum,vt not.in c.grandi,ext. de supplen.neglig. præla. facit l.summa cum ratione. ff. de pecu. Nam secundùm Andr.de Iser.& Bal.in loco alleg.in feudis nō debet mi
3 nuere coronam regalem.¶Vnum notetis, quòd † quando Princeps infeudat regalia,nihil valet infeudatio,nisi in ea sit apposita clausula,motu proprio, vel clausula, ex certa scientia.l.j.C.de petiti.bonorum subla.libr.io. & ita vult Albe. de Rosa.in l.quoties.C.de preci. Impe
4 ra.offeren.¶Quæ autē† dicantur regalia, habetur in c. j.in titu.quæ sint reg.& per Bald.in c. j. in titul.Episcop. vel Abb.¶Nunc descendo ad diuis.feudorũ, & debetis
5 †scire, ꝙ habemus multas feudorũ diuisiones.Prima diuisio est, quia quoddam dicitur reg. seu habere annexam dignitatē,quoddã non.Feudum,quod habet annexam dignitatē,dicitur feudum Regale,Ducale,vel Marchionale c.j.in titu.de feu.March.c. j. quis dicatur Dux, March.vel Com.Alia verò feuda non habent annexam dignitatem,argum.per locum à contrariis.Institu.de his qui sunt sui,vel alie.iur.Et de istis omnibus dignitatibus dixi supra in verbo,Dux,& in verbo, Marchio.¶Secun-
6 da diuisio feudorum est, quia † quoddam dicitur sim-

plex, & rectum, quod non habet seruitia determina-
ta c.fi.in titu.de cap.qui cur. uend.Et dicit not.Io.Ray.in
suo compendio.feu.in c.imperialem.§.firmiter,circa 24.
col.in ti.de prohi.alie.feu.per Fed.ꝙ dicuntur feuda pa-
ctionata,seu conditionata,quando in concessione est de
terminatum certum seruitium,puta de associando uxo-
rem domini,uel de filia maritanda.Et hoc casu uasallus
non tenetur nisi ad ea, quæ in pactionibus expressa sunt
l.1.§.si conueniat.ff.depos.l.in traditionibus.ff.de pac.l,
legem.C.illo eo.ti.Subiicit tamen Io.Ray.in loco alleg.
quòd attendenda esset nihilominus consuetudo patriæ.
l.uenditor.§.si constat.ff.comm.præd.l.3.in fi.ff.de testa.
habetur in l.1.C.quæ sit long.consue.¶Iuxta hoc dubi-
7 tatur,quòd†si dominus concedat in feudum domum ali
cui ad habitandum, an ipse recipiens poterit illam do-
mum alteri locare.D.Bal.in procœ.feu.in 2.diuisione de-
terminat,ꝙ sic,per l.arboribus.§.usufructuarius.ff.de vsu
fru.nisi domus esset alteri concessa, ita ꝙ habitaret eam
contemplatione,& pro honore domini: nam tunc non
posset locare,argum.l.unicæ.§.ne autem.C. de cad.toll.
& l.inter artifices.ff.de solu. ¶ Tertia diuisio feudorum
8 est, quia † quoddam dicitur paternum, quoddam anti-
quum, & quoddam nouum. Paternum dicitur, quod
fuit acquisitum à patre.c.1.§.his uerò,in titu. de gradib.
suc.in feu.& c.1.in ti.de nat.suc.feu.Dicit tamen elegan
ter Bal.in c.1.§.hoc quoq;,in fi.colum.in ti. de succ.feu.
quòd paternum feudum dicitur propriè usque ad quar
tum gradum,& continentur hæ ꝑsonæ,pater,auus,proa-
uus,& atauus,ab inde verò supra dicitur antiquum.¶Ex
9 quo infert singulariter,quòd†quando concedatur alicui
res in feudum paternum, tale feudum non extendet̃ ul-
tra quartã generationem, & ideo cũ magno ministerio
in inuestituris apponuntur ista uerba,in feudum antiquũ
& paternum,quod est menti tenendum,secundùm eum.
10 & sic patet, quando dicatur antiquum.¶Nouum†autem
feudum est illud, quod de nouo fuit acquisitum.c. 1.in
ti.qui test.sunt neces.ad proban.nouam inuest. & c. 1. &
11 2.in ti.de duo.fra.de no.benefi.inuest.¶ Iuxta†prædicta
formo uobis pulchrã quæstionem.Vos scitis,ꝙ Episc. &
alii Prælati prohibentur infeudare de nouo res ecclesię:
solitas autem bene possunt c.2.ext.de feu.Ponamus.Epi
scopus inuestiuit aliquem de quodã castro ecclesię suæ,
& in inuestitura asseruit illud feudum esse antiquum, re
cognoscens,ꝙ ille,cui concedebat, & prædecessores il-
lius consueuerant tenere in feudum: vtrùm per ista uer-
ba probetur feudum esse antiquum,vt sic valeat infeuda
tio,& sic Episc.inuestiuerit illũ tanquam de veteri,& an-
tiquo feudo.Bal.in proę.feu.in 3.diuisione determinat,
ꝙ per dicta uerba non probatur feudum esse antiquum,
quia præsumuntur talia uerba prolata in fraudem legis,
argum.l.qui testamento.ff.dê proba.& l.cum quis dece-
dens.§.Titia honestissima.ff.de legat.3.Nam talia uerba
enunciatiua prolata inter prohibitos non probant, neq;
disponunt.l.si fortè,& l.castrense.ff.de castr. pecu.Secus
secundùm Bal.in loco proximè alleg.si Prælatus cũ capi
tulo asseruisset feudum esse antiquum,& iurasset cũ capi
tulo omnia uera esse,quæ continentur in illo instrumen
to inuestituræ,& Prælatus esset homo diligens, & in ca-
pitulo essent personæ prudentes: nam tunc crederet̃ ta-
libus uerbis enunciatiuis,alleg.tex.cum gl. or. in Auth.
hoc ius porrectum.C.de sacros.eccle.¶Vos tenebitis cõ
trarium,primò per tex.in c.1.ext.de re.ecc.nõ alię.lib.6.
& per l.iubemus.ibi,nec si omnes.C.de sacros.eccl.& ꝑ
no.in c.quod quibusdã,ext.de fideius.& in c.grauis,ext.
de depo.alioquin esset aperta uia fraudibus, contra c.
quanto,ext.de diuor.& l.in fundo.ff.de rei uen.Ad glo.
dictæ Auth.hoc ius porrectum,ego responderem, ꝙ lo-
quitur in mutuo,nos autem loquimur in alienatione re
rum immobilium eccl.Et hoc est de mẽte Bar.ĩ d.Auth.
hoc ius porrectum.†Quod dixi supra,ꝙ si Prælatus in in-
uestitura attestetur feudum esse antiquum,& inuestiat tã
quam de ueteri & antiquo,ꝙ per talia uerba nõ probabi
tur feudũ esse antiquũ. Limitabitis,nisi talia uerba enũ-
ciatiua reperiantur scripta in aliquo instrumẽto antiquo:
nam tunc staretur talibus uerbis, & præsumerentur esse
uera,per no. ꝑ Cy.& Bal.in l.emancipatione.C.de fi. ĩst.
& Io.An.post Host.in c.Alb.ext.de testi.& per Anton.de
But.in c.quoniam contra falsam,ext.de prob.no.ꝑ Doc.
maximè Ang.in rep.l.sciendum.ff.de uerb.obl. ¶Addo
12 uobis aliam pulchram limi.nam si ecclesia feudũ, quod
est in manibus potentis,nullo modo põt recuperare,tũc
Præla.poterit infeudare alteri, qui extirpet illud feudũ
de manibus alterius potentis.c.2.ext.de feu.Sed hoc ꝓ-
cedat in rebus non feudalibus,puta: aliqua res ecclesiæ,
quæ non est feudalis,de facto occupatur per potentẽ,ita
ꝙ Prælatus non potest eam habere: an poterit infeudare
alicui potenti de nouo,ut recuperet eam.Io.An. consu-
luit ꝙ non,quia aperta esset uia fraudibus: nã Prælatus
uolẽs infeudare alicui suo consanguineo,uel amico,pa-
teretur inuadi rẽ ecclesię per potentem,ad finẽ ꝙ postea
posset infeudare de nouo,& hanc opi.sequitur d. Abb.
in præal.c.2.¶Aduertite ẽt ad id,quod supra dixi, ꝙ nõ
statur uerbis assertiuis Pręlati asserentis feudum esse an
tiquum:quia secus esset in Principe. Nam si Princeps ĩ-
uestiat aliquem de aliquo castro in feudum antiquũ, aui
tum,& paternum,licèt in ueritate sit nouum: tamen ha-
bebit naturam feudi antiqui.Ita dicit no.Bal. quẽ cæteri
sequũtur,in c.1.in ti.de alien.feu.pater.quod est bene no
13 tandum.¶Quarta†diuisio est, quia quoddam est feudũ
habens propriam naturam feudi,aliud uerò non habens
propriam naturam feudi.Feudum habens propriam na-
turam est,quod sequitur propriam, & regularem naturã
feud. Feudum uerò non habens propriã naturã est,quod
non sequitur regularem naturam feudorum. De hoc ha
betur in c.1.in tit.de feu.non haben.prop.natu.Accipite
exemplum. Propria,& uera natura feudi est, quòd non
possit alienari sine consensu domini.cap.imperialem,in
prin.in ti.de prohi.alie.feu.per Fed.unde si dominus cõ
cesserit alicui rem in feudum pro se,& hæredibus,& cui
dederit.Ista uerba,& cui dederit,habent impropriare na
turam feudi, adeò quòd tali modo ĩuestitus,poterit alie
nare d.c.1.Item propria,& uera natura feudi est,quòd sit
transitorium ad omnes descendentes.c.1.§.cum uerò, in
titu. qui feu.da.poss. unde si concedatur alicui feudum
Guardiæ,uel Castaldiæ,quia tale feudum non transit ad
successores.c.1.in ti.de feu. Guard. dicitur feudum non
14 habens propriam naturam feudi.¶Sed quid † si feudum
cursoris sit concessum claudo,an ualebit concessio?Bal.
in prin.feud.determinat quòd sic: quia licèt claudus nõ
possit currere; tamen poterit feudum locare alteri ualẽ-
ti currere c.1.§.donare,in ti.qual.pot.feu.alie.& quando
que sufficit habitus,& potẽtia, licèt nõ adsit actus.l.fidei
commissa.§.seruo.ff.de leg.3.habetur in l. si duobus.ff.
de leg.j.Et quia dicit de natura feudi, si uultis scire, qd
sit substantia,& qd natura,& quid accidens, uidete opti
mam glo.in l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.& di
cit Bal.in c.cæterùm,ext.de iud.quòd natura est natura-
lis ratio formæ,& suæ origini cohærens,quod autẽ am-
plius est,non est naturale, sed accidentale, & accidens
potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem,
ut habetur in d.l.pacta conuenta.Subiicit ibidem,quòd
pacta, quæ non cadunt in propriam naturam recti feu-
di,ut si apponatur pactum, quòd uasallus associet do-
minam,uel de filia domini maritanda:talia pacta faciunt
feudum censeri conditionatum, idest datum ad cer-
15 tum seruitium. † Et de isto feudo conditionato habe-
tis textum cum sua glos.meliorem de corpore iuris, in
cap.fina.in titu. de capi. qui curi. uen. Et magna est uir-
tus

tus huius feudi conditionati: quia uasallus non potest illud refutare inuito domino, nec dominus renunciare potest fidelitati, & feudum reuocare: quia obligatio certa fortior est, quã incerta: quia obligatio certa nõ recipit interpretationẽ legalẽ. l. qui Romę. §. Flauius Hermes. ff. de ver. obl. & ita vult Bal. in d. c. cæterũ. & ꝑ prędicta limitatur c. 1. in tit. de vas. qui contra consti. Loth. feu. alie. vbi habetur, quòd vasallus, inuito domino, potest refu-
16 tare feudũ. ¶ Quinta † diuisio feudorum est: quia quoddam est masculinũ, quoddam fœmineum ¶. Masculinum dicitur, quod transit ad masculos, non autem ad fœminas. c. 1. §. hoc autẽ notandum, in ti. qui feu. da. pos. imò & si de fœminis sit facta mentio, tñ fœminæ nõ succederent, nisi demũ deficientibus masculis. c. 1. §. quinetiã in ti. Episc. vel Abb. & latè declaraui supra in ver. fœminis. ¶ Fœmineũ verò dicitur, quod transit ad fœminas. Hinc dicimus, quòd maternum feudũ dicitur, quod fuit acquisitũ à fœmina superiore, quæ est cõmunis agnationis, vel cognationis. de hoc habetur in c. 1. in tit. de benefi. fœmi. & in c. 1. in ti. quẽad. feu. ad fili. perti. & in c. 1. in ti. an
17 ma. suc. vxo. ¶ Sexta † diuisio feu. est: q̃a quoddã est reale, quoddã ꝑsonale, & quoddã ꝑsonalissimum. Feudum reale est, quod tã ex parte dãtis, quã recipiẽtis transit ad hæredes. c. 1. §. cũ verò Corra. in ti. q̃ feu. da. pos. Personale dicitur, quod nõ transit ad hæredes, vt est feu. Guardię, & Castaldiæ. c. 1. in ti. de feu. Guar. Personalissimũ dicitur, quod neq; ex parte concedẽtis, neq; recipientis transit ad hæredes. Accipite exemplum in Soldata in c. 1. §. soldata. in ti. quis dicatur Dux, Mar. uel Com. ¶ Sed
18 circa prædicta dubitat, quid † si alicui sit concessa domus in feudum ad vtendum, & fruendum, an talis concessio transibit ad hæredes recipientis, Bal. in præludijs feudorum in 6. diuisione determinat quòd non, allegat l. si habitatio. §. 1. ff. de vsu, & habita. ¶ Vos determinabitis totum contrariũ: quia in definitione feudi bene ponuntur illa uerba, ad utẽdum, & fruendũ. c. 1. in ti. in qui. cau. feu. amit. Et verba debent intelligi secũdùm naturam dispositionis, in qua apponuntur, l. insulam. ff. de pręscrip. ver. & l. si uno. in prin. ff. loca. Sed de natura feudi est, ꝙ transeat ad hæredes d. §. cũ verò. ergo &c. Ad l. si habitatio. §. 1. respõdebitis, ꝙ ibi de natura dispõnis nõ erat, quòd
19 transiret ad hæredes. ¶ Septima † diuisio feudorũ est: q̃a quoddã est feudũ ligium, quoddã nõ ligium. ¶ Feudum ligium, nõ datur, neq; recipitur, nisi ab eo, qui non recognoscit superiorẽ, & dicitur ligiũ eo, quòd ligat, uel quia legalitatẽ continet, & in ista fidelitate ligia nõ debet vasallus excipere aliquem: imò debet iurare fidelitatẽ Domino contra omnem hominem (nullius alterius fidelitate excepta) & in ti. de cap. extraord. sunt duo capitula, quorum unum dicit hoc modo. Pro feudo ligio debet vasallus præstare fidelitatem contra omnem hominem, in alio capitulo dicitur, Placet ligium hominem duorũ esse non posse. & hoc vult gl. not. in verbo, homoque ligius. in Cle. pastoralis. ext. de re iud. Et quòd quis non possit esse homo ligius duorum, tenet Bal. in Authe. hoc amplius. cir. 3. col. C. de fideius. ¶ Addo vobis, quòd
20 † huius homagij, seu feudi ligij tanta est uirtus, quòd omnia bona hominis ligij dicũtur esse sub iurisdictione Domini, nedũ feudalia, sed etiam alia: quia homo ligius principaliter obligat personam suã, & in cõsequentiã bona. arg. l. si paterfamil. ff. de adop. ita quòd dominus habet iurisdictionem in omnibus bonis hominis ligij, siue sint feudalia, siue nõ, dummodo non teneãtur in feudũ ab alio. Ita eleganter vult Spe. in ti. de feud. §. quoniam
21 super homagijs. ver. 17. ¶ Feudum † non ligium est, quãdo vasallus in sacramento fidelitatis excepit priorem Dominum c. imperialem. §. fi. in tit. de prohi. feu. alien.
22 per Fede. ¶ Addite † alium magnum effectum huius feudi ligij: quia in eo non habet locũ pœnitẽtia, hinc nec in de: quia turpe esset Principi frãgere fidem. & quia beneficium Principis debet esse perpetuum. §. illud. in Auth. constit. quæ de dignit. Ita singulariter determinat Bal. in d. c. cæterùm. in antepe. col. ext. de iud. Et hoc est bene notandum pro limitatione d. c. 1. in ti. de vasal. qui cõ
23 tra consti. Loth. feu. alie. ¶ Et si vultis † scire formã concipiendi instrumentum homagij, vide Spec. in d. c. §. quoniã. in princ. ¶ Vnũ notetis, quòd licèt quis præstet mihi homagium, non tamen est seruus meus, sed remanet liber homo, in tantùm quòd benè potest testari de bonis suis. Ita dicit Bal. in l. 1. C. de hęredit. decur. allegat glo.
24 ord. Inst. de iure perso. ¶ Octaua † diuisio feu. est, quia quoddam est nobile, quoddam ignobile, seu Burgẽ. Feudum nobile est illud, quod nobilitat possessorem. Et dicit Bal. in præludijs feudorum, quòd antiquum feudum sapit nobilitatem, nouum autem non, quia nobilitas nõ nascit in ictu oculi, allegat. l. stemmata. ff. de gradi. Vos meliùs dicite ex mente Iaco. de Bel. in proœ. feudo. quẽ refert, & sequitur Ioan. An. in addi. ad Spec. in rubr. de præscrit. quòd feudorum quoddam est nobile, quoddam minus nobile, quoddam mediocriter nobile, & quoddam non nobile. ¶ Nobile feudum est, quando Papa concedit in feudum Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum. Ista enim feuda sapiunt nobilitatem, vt habetur in titu. quis dicatur Dux, March. vel Com. ¶ Mi-
25 nus † nobile est, quãdo Dux, Marchio, vel Comes infeudat alteri. Mediocriter nobile est, quando habentes feudum à Duce, Marchione, vel Comite infeudant alteri.
26 ¶ Non † nobile seu Burgen. dicitur, quando conceditur à minimis valuasoribus c. 1. §. cæteri. in tit. quis dicatur Dux, &c. Dicit enim Bald. in c. 1. in verbo, Marchio. ad fi. in tit. qui feud. pos. quòd etiã rustici possunt infeudare, dummodo habeant rerum suarum administrationẽ. allegat. c. 1. §. noui verò. in tit. per quos fiat inuestitura.
27 ¶ Habemus etiam † feudum liberum, & Francum. & superioribus diebus in quodam instrumento inuestituræ legi ista verba. Concessit talis Princeps tale castrum in feudum liberum, gẽtile, & Francum: vnde dubitatur de significatione istorũ uerborũ. Ioan. An. in addi. ad Spec. in rubri. de præscri. cir. fi. dicit, quòd ista uerba indefinita, & indefinitè prolata important, quòd tale feudũ omni libertate sit liberum, & ab omni seruitio absolutum. l. in tradendis ff. communia prædio. Subiungit alios dicentes, quòd hic capienda est uulgaris, & communis interpretatio, ut apud uulgũ uerba sonant. c. ex literis, il primo. ext. de sponsa. Addite elegãter, quòd uasallus talis nihilominus non erit exemptus à capitulis, quæ continentur in forma fidelitatis. c. 1. in titu. de for. fideli. & in c. 1. in ti. de no. for. fideli. & c. de forma. 22. q. 6. alioquin nisi ita dicamus, sequeretur, quòd esset quædam donatio, non autem concessio in feudum. Eandem opi. tenuit Iac. Alua. in proœ. feu. in 2. diuisione. Addo uobis Ioan. de Imo. idem dicentem in effectu. in c. ad nostram. in pe. col. ext. de reb. ecclesi. non alie. Et de isto feudo Franco uide per Bal. in l. si plures. C. de condi. inser. & per eundem. in c. 1. in tit. de cap. qui curi. uendi. Et notate bene prædicta: quia plerunque apponun-
28 ter in inuestituris. ¶ Nona † diuisio est: quia quoddam est feudum annale, & quoddam perpetuum. Regulariter enim omnia feuda sunt perpetua c. 1. §. cũ uerò Corradus. in tit. qui feu. dare pos. ¶ Annale uerò dicitur feudum Guardię, & Castaldiæ. quia lapso anno quãdocũq; potest auferri, tex. habetis in c. 1. in fi. in tit. de contr. inter dom. & vas. de inuest. feu. habet in c. 1. in tit. de feu. Guar. Dicit tamen Bal. in proœ. feu. in pe. diuisione, quòd iste annus per pactum potest augeri: nam prouisio conuentionalis super tempore, potentior est, quàm legalis: quia cessante legali habet locum conuentionalis. l. quòd si nolit. §. si quis ita. ff. de ædi. edic. per quem text. probatur

batur secundùm Bald. loco, quo supra, quòd per pactum potest fieri, vt feudum Guardiæ nullo tempore possit
29 auferri, quod notetis. ¶Decima † diuisio est: quia feudorum quoddam est iurabile, quoddam non iurabile. Feudum iurabile est, pro quo iuratur fidelitas domino. Non iurabile est, quando conceditur eo pacto, vt fidelitas nõ iuretur. c. 1. §. nulla. in tit. per quos fiat inuest.
30 in lib. feud. ¶Vndecima † diuisio est, quia feu. quoddam est diuisibile, quoddam indiuisibile. Nã regulariter omnia feuda sunt diuisibilia. Sunt tamen quædam indiuisibilia, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. c. imperialem. §. prætereà in ti. de prohi. ali. feu. per Fed. de quo per Bart. in l. inter tutores. ff. de admi. tut. per Bal. in l. 1. ff. de offi. consu. per Cano. maximè Panor. & Imo. in c. prudentiam. in prin. ext. de off. dele. Et dixi vobis supra
31 in verbo, Comes, & in verbo, Marchio. ¶Duodecima† diuisio feudorum est: quia quoddam est transitorium ad omnes hæredes; & istud est regulare in feudo: quia transit ad omnes descendentes æqualiter c. 1. §. cum verò. in tit. qui feu. da. pos. ¶Aliud verò est non transitoriũ ad omnes hæredes, imò solùm ad primogenitum, vt in Francia, in Anglia, & in Sicilia, secundùm Iacob. de Beluis. in procem. feud. de quo habetur in c. licèt. extra
32 de vo. & vot. redempt. ¶Decima tertia † diuisio est: quia feudorum quoddam est sæculare, quoddam ecclesiasticũ. Sæculare est illud, quod recipitur à Principe sæculari. c. 1. in uerb. Marchio. in tit. qui feu. da. pos. Aliud verò est ecclesiasticũ, quod recipitur, vel conceditur ab ecclesia. c. 1. in ti. de cleri. qui inuestit. accep. & c. 1. §. fi. in
33 ti. de cap. Corra. ¶Sed hic quæro, † vtrum si Rex, Baro, vel Com. donet ecclesiæ Comitatum, vel Baroniam, an Ecclesia tenebitur subire tributa, ad quæ per prius tenebatur. Inn. in c. verùm. ext. de fo. compe. determinat quòd non, nisi in donatione hoc fuerit expressum. Addo vobis
34 Angel. idem volentem in l. fi. C. de reuo. do. ¶ † Et dicit not. Angel. l. caueri. ff. comm. præd. quòd quando Princeps donat ecclesiæ castrum, vel territoriũ, bene potest sibi reseruare per pactum casu, quo ecclesia aliquid faciat cõtra ipsũ donantẽ, ut dñium rei donatæ reuertatur ad donatorem laicum, vel quòd ipsi laico donãti liceat propria auctoritate ingredi ipsam rem donatam eccle-
35 siæ. allegat Innoc. in d. c. verùm. ¶Addo vobis, † quòd quando Imperator, Rex, Dux, vel Marchio fundat ecclesias, & dotat de bonis Imperii, vel Ducatus, successor in Regno, vel Ducatu, vel Marchionatu non poterit reuocare illam donationem, nisi Regnum, vel Ducatus ex hoc enormiter lęderentur. Ita no. dicit Specul. in ti. de instru. edit. §. nunc autem videndum, in fine. allegat not. in c. intellecto. ext. de iureiur. cum multis aliis
36 iuribus. vide ibi. ¶Quæro etiam, vtrùm † quando ecclesia recipit aliquam rẽ in feudum à Principe sæculari, teneatur iurare fidelitatem. Bal. in proę. feu. in ult. diuis. dicit reperiri quoddam cap. extraordinarium, cuius verba formalia sunt hæc. De negotio, de quo nos consulere voluisti sñ usum curiæ feudi, respondemus, ꝙ pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiam retinetur, seu recipitur, nulla fidelitas debet iurari. Sed Bal. in loco proxi. allegato dicit hoc procedere: quia nomine eccl. non præstatur iuramenrum fidelitatis, sed nomine prælati, vt habetur in c. veritas. ext. de iureiu. Addo vobis, ꝙ D. Pan. in c. veniẽs. ext. de accusa. in 1. col. dicit quosdã dicere, ꝙ Princeps sæcularis habet fundatã iurisdictionẽ super oĩbus bonis tẽporalibus eccl. in tantũ ꝙ ꝓlatus ꝓ talibus bonis tẽporalibus tenetur ꝓstare homagiũ Principi sæculari. Sed ipse D. Panor. intelligit hoc præcedere, qñ talia bona temporalia fuerunt per Principem sæcularem concessa ecclesiæ in feudum, iuxta ea, quæ habentur in d. c. verùm, ext. de fo. cõpe. sed si nõ fuisset cõcessa in feudũ. sed liberaliter donata ecclesiæ, nõ teneret prælatus ꝓstare homagium. alleg. Inn. in c. solitæ. ext. de maio. & obe. ¶Quandoq; verò ecclesia cõcedit alteri in feudũ, & circa hoc aduertite: quia prælati ꝓhibent infeudare de nouo: res autẽ solitas infeudari bene possũt. de nouo infeudare c. 2. ext. de feu. ¶Sed hic cadit pulchra dubitatio,
37 † quantũ tps requiratur ad hoc, ut inducat consuetudo infeudãdi bona ecclesiæ. Bal. i c. 1. in tit. qui feu. da. poss. in 3. col. distinguit hoc modo. Aut infeudatio est dãnosa ecclesiæ: & hoc casu requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non extat in cõtrarium. Aut infeudatio est vtilis ecclesiæ: & tunc sufficiunt 30. anni. Aut est dubiũ, & tunc requiritur tempus 40. anno. Et hoc modo dicit posse concordari opin. Doc. circa hoc variantium, & nihil alleg. Sed in veritate primum membrum distinctionis Bal. non videtur verum: quia quando infeudatio esset damnosa ecclesiæ, non induceretur consuetudo etiã per tempus, cuius initij memoria non extat in contrariũ. tex. est in c. 1. ext. de consue. lib. 6. Non obstat, si dicatur, quòd tale tempus habet vim priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. ext. de verbo. signi. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. quia respondetur, quòd iura proximè allegata debent limitari, nisi cõsuetudo sit damnosa eccl. d. c. 1. ext. de consue. li. 6. Item secundum membrum distinctionis Bald. non uidetur esse uerum: quia nos habemus, quòd contra ecclesiam non præscribitur minori tempore 40. anno. Auth. quas actiones. C. de sacros. eccle. & c. de quarta, ext. de præscript. unde dum Bald. dicit de tempore 30. annorum, non uidetur bene dicere. Præterea quando constaret, quòd infeudatio esset utilis ecclesiæ, uel necessaria, prælatus cum consensu capituli, adhibitis etiam alijs solemnitatibus requisitis, bene posset infeudare, etiam si esset res non consueta infeudari. c. ad nostram. ext. de reb. eccle. non alien. Vnde mihi magis placet opi. Iacob. de Bel. & And. de Iser. in d. c. 1. qui feu. da. pos. dum dicunt, quòd ad inducendum istam consuetudinem infeudãdi bona ecclesiæ requiritur tempus 40. annorum. Ego hanc opi. comprobo: quia sicut ad præscribendum contra ecclesiam requiritur illud tempus, vt supra, ita & ad inducendum consuetudinem contra ecclesiam requiruntur etiã 40. anni. Ita dicit Do. Panor. in c. fi. in 9. col. ext. de consue. alleg. Innoc. in c. cum dilectus, illo eo. tit. Item pro ista opinione facit: quia quando inducitur consuetudo contra ius, requiritur tempus 40. annorum, vt notatur in c. fi. ext. de consue. li. 6. Sed ista cõsuetudo est contra ius, patet: quia res ecclesiæ aliter prohiberẽtur alienari, & infeudari. c. nulli. & c. si quis presbyterorum. ext. de reb. eccl. non alie. & l. iubemus. C. de sacros. ecc. ¶Aduertite tamen, quia ad istam consuetudinem inducendã requiruntur alia. Nam requiritur, quòd consuetudo sit rationabilis, & non damnosa ecclesiæ. d. c. fi. ext. de consue. li. 6. Secundò requiritur tacitus consensus capituli, quemadmodum dicimus, quòd ad inducendam consuetudinem in populo requiritur tacitus consensus populi. l. de quibus. ff. de leg. Tertiò requiritur, quòd saltem bis in 40. annis illa res fuerit infeudata. argu. l. 3. in fi. C. de epis. aud. Ita dicit Iac. de Bel. in pal. c. 1. in ti. qui feu. da. pos. Ego addo Io. de Imo. idẽ volẽtem in c. 2. in vlt. car. ext. de feu. Potestis addere aliud requisitũ: quia ad inducendũ istam consuetudinẽ infeudandi bona ecclesiæ requiritur bona fides, per ea quæ hñr in c. fina. ext. de præscrip. & in c. fi. ext. de consue. li. 6. Aliqñ tamen prælatus põt infeudare, quantumcunque sit res, circa quam non erat inducta consuetudo infeudandi. Accipe exemplũ, quando feudatarius ecclesiæ alienauit rem feudalem in potentiorem, & ecclesia non potest recuperare. Nã tunc poterit infeudare potentiori ad finem, ꝙ recuperet. Ita dicit eleganter Bal. in d. c. 1. in ver. Abbatissa. in ti. q feu. da. pos. alleg. tex. not. in c. 2. extra de feud. Non obstat, si dicatis

si dicatis, quòd prælatus erit periurus: quia iurauit non infeudare Roman. Pontifice inconsulto: quia respondet Bald. loco, quo supra. quòd quamuis sit periurus, non tamẽ est depositus. l. iubemus. §. Oeconomus. C. de sacrosſ. eccl. ¶ Vnum etiam notetis, ꝙ quantuncunque sit res consueta infeudari, si tamen feudum reuertatur ad eccl. & ipsa eccl. reperiatur egens, ꝑpter paupertatẽ, potius debebit retinere illam rem, quàm infeudare alteri. Ita dicit Iac. de Bel. in præal. c. 1. qui feu. da. poss. allegat
38 tex. in Authen. ut determ. sit nume. cleri. ¶ †Quid autem, si ecclesia consueuit infeudare in masculos tantùm, & cõcedit in feudum alicui recipienti pro se, & successoribus suis tam masculis, quàm fœminis, utrùm infeudatio respectu fœminarum valebit. Ia. de Bel. in præall. c. 1. arguit ad partes vtrasq;, & tandem concludit, ꝙ non, nisi p̃cessissent benemerita recipientis, alleg. c. 1. in ti. quẽad. feu. ad fil. pertin. non præcedentibus autem ipsius bene meritis, non ualeret illa infeudatio, quantùm ad fœminas: quia consuetudo non debet extendi de persona ad personam, arg. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. not. in c. fi. ext. de offic. Archid. Sed an saltem ualebit, quantũ ad masculos. Bal. in præalleg. c. 1. in uerbo, Abbatissa, in ti. ꝗ feud. da. poss. determinat, ꝙ sic, allegat. l. si Titio, & ei. ff. de leg. 2. Addite uos Io. de Imo. idem determinantem ĩ d. c. 2. in ul. charta, ext. de feu. Et pro hoc facit, quia in diuiduis, & separabilibus utile per inutile non uitiatur, vt vult gl. in l. pecuniæ fœnebris. ff. de usu. no. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. ob. habetur in l. sancimus. C. de don.
39 ¶ †Quid autem si sit inducta cõsuetudo in ecclesia infeudandi unam, uel duas res, an Prælatus poterit infeudare alias res. Concludite, quòd non: quia talis consuetudo non debet extendi de re ad rem. l. 1. §. Iulianus. ff. de itine. actuque pri. Et hoc est, quod uult Bal. in præal. c. 1. in ver. Abbatissa, ubi dicit, quòd consuetudo habet tantum de potentia, quantum de actu. Si ergo consuetudo est ĩducta circa unam, uel duas res, non debet extendi ad
40 alias res eiusdem eccl. An autem †ille, qui tenet in feudum ab ecclesia, poterit eandem rem infeudare alteri. Iac. de Bel. in præal. c. 1. in tit. qui feu. da. poss. determinat quòd sic, tribus tamen concurrentibus. Primò, ꝙ ĩfeudet personæ æquali. Secundò, ꝙ infeudet sub eisdem pactis, & conditionibus, sub quibus ipse habet. Tertiò, ꝙ infeudatio non fiat in fraudem. De hoc habetis optimum text. cum glo. ord. in c. 1. §. præterea, in ti. de capi. Corra. in li. feu. Limitabitis tamen determinationem istam, nisi esset feudum decimale: nam si laicus canonicè, & legitimè fuerit inuestitus ab ecclesia de aliquibus decimis, talis feudatarius non poterit infeudare alium laicum de eisdem decimis. Ita uolunt Inn. Host. Io. And. Io. de Lig. & d. Panor. in c. prohibemus, ext. de deci. Et dicit ibidẽ ipse Panor. quòd Doc. cõmuniter ita tenent, quicquid sẽtiat gl. ibidem. Dicit etiam Iac. de Bel. in præal. c. 1. in ti. qui feu. da. poss. ꝙ si ecclesia receperit feudũ ab aliquo, poterit eam rem infeudare alteri, seruatis his, quæ habẽtur per gl. in præal. c. 1. §. præterea, in tit. de capi. Corra.
41 ¶ Quæro, utrùm ille, †qui tenet feudum ab ecclesia, possit illud uendere cum consensu prælati illius ecclesiæ. Concludite, ꝙ si uellet uendere agnato proximiori successuro in illo feudo, potest hoc facere etiam sine consẽsu prælati c. 1. §. & si clientulus, in uerb. fratri, in ti. de fe. al. Si autem uelit uendere alteri, Iac. de Belui. in præall. c. 1. in ti. qui feu. da. poss. dat duo remedia. ¶ Primũ remedium est, ꝙ ipse vasallus ecclesiæ uendat cum consensu prælati, & tutius esset etiam habere consensum capituli, & pacisci expressè ante contractum, in ipso contractu, & post contractum, ꝙ emptor debeat recognoscere ecclesiam in dominam, & recognoscere illud feudum ab ea, & ei seruire de illo feudo. ¶ Secũdũ remediũ, quod magis frequẽtatur est, ꝙ ipse uasallus ecclesiæ refutet illud feudum in manibus prælati, & ipse prælatus det postea emere uolenti. Et si ille uolens emere timeat periculum euictionis, stipuletur de euictione ab ipso uasallo, & faciat sibi caueri de indẽnitate. An aũt talis refutatio habeat p̃iudicare agnatis, tangitur in c. 1. in ti. de uasal. decr. æta. & in c. 1. §. Titius, in ti. si de feu. defun. fue. cont.

SVMMAE.

1 *Castrum, uilla, & municipium in quo differant.*
2 *Aedificare castrum, uel fortalicium an alicui liceat in solo proprio.*
3 *Pertinentia ad castrum qualiter sint consideranda.*
4 *Princeps concedens, uel donans alicui castrum an intelligatur concedere, uel donare iurisdictionem.*
5 *Princeps uendens castrum an & iurisdictionem uendere censeatur.*
6 *Recognoscens se tenere castrum in feudum an intelligendus sit recognoscere iurisdictionem.*
7 *Concessio alicuius castri an comprehendat molendina ĩ aquis illius castri sita.*
8 *Vendito territorio an censeatur uendita qualibet iurisdictio.*
9 *Vendito castro, an intelligantur etiam uenditi uasalli, si qui in illo sint.*
10 *Inuadenti aliquod castrũ alienum an possit Princeps confirmare ipsi inuasori.*
11 *Tempore guerræ an possit dominus superior ponere custodes in castro, quod tenetur in feudum.*
12 *Vendens castrum reseruata quadam domo an poterit postea illam domum in fortalicium ædificare.*
13 *Verba generalia sunt ciuiliter, & prout ratio dictat, intelligenda.*
14 *Duobus unum castrum possidentibus, si unus expellat alium, an ille expulsus possit cedere omnia iura sua alteri.*
15 *Expensæ factæ ĩ rerum custodia quo casu sint repetẽdæ, uel nõ.*
16 *Castrum an in dubio præsumatur feudale,*
17 *Fideiussor, qui fideiussit pro Castellano alicuius castri, an teneatur pro robaria facta per ipsum Castellanum in territorio illius castri.*
18 *Prædones castrorum cadentes à possessione nunquam possunt uendicare.*
19 *Papa concedens alicui castrum in feudum an censeatur etiam concedere spiritualia.*
20 *Princeps an inuito uasallo, & prælato possit ponere armigeros, uel custodes in campanili ecclesiæ.*
21 *Castellanus inuitatus ab inimicis an possit tractare cum ipsis domino ignorante.*
22 *Castellanus, qui promisit castrum non ponere in manus inimicorum, tenetur de hoc curam adhibere.*
23 *Vendens castrum, an teneatur usque ad illius traditionem custodire.*
24 *Castro commisso sub protectione an etiam censeatur commissa iurisdictio.*

DE CASTRO RVBEI MONTIS. Ibi de castro. ¶ Quę dĩa
1 †sit inter castrũ, villam, & municipium, uidete ꝑ Bar. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agn. ꝑ Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & no. in l. si hæres. §. uicis. ff. de leg.
2 1. ¶ An liceat †in solo proprio ædificare castrum, seu fortalicium, & an castrum diruptum liceat reędificare, habetur no. per Inn. in c. pisanis, ext. de restit. spo. ¶ Et habetis
3 in ista materia notare, ꝙ †ꝑ pertinẽtiis ad castrũ nihil corporale attributum est, nisi quod à Principe, uel statuto sit assignatum. Ita dicit Inn. in c. cùm ad sedem, ext. de rest. spo. Et dicit Bal. in c. 1 in 2. col. in ti. de consue. rec. feu. in lib. feu. ꝙ castro nulla inest iurisdictio actiuè: quia nullũ est illi assignatum territorium, quod dicitur à terrendo, l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sig. Iurisdictio autem passiua bene inest castro. l. nulli. §. quòd si in uico. C. de epis. & cle. & §. si quis autem ex qualibet, cum sua glo. in

Authen.quib.mo.na. eff. sui. Et quòd nullum corporale pro pertinẽtiis sit attributũ castro,nisi à Principe,vel statuto sit assignatũ,tenet etiam Ioan.An.in nouel.in c.si ci uitas,ext.de sen.excomm.lib.6. Optimè faciunt not.per Barto.in extrau.quoniam nuper, in uerbo Lombardiæ. Et per eundem Bartol. in suo cons. incipien. Quæ-

4 ritur utrũ iurisdictio.¶Sed an,†si Princeps cõcedat, uel donet mihi castrum,intelligatur concessisse, seu donasse iurisdictionem.Barto.in l.si quando ad fin.col.C.de bo. vacan.lib.10. determinat quòd sic. Eandem opin. tenet Bal.in l.cum multa.C.de bon.quæ libe.vbi dicit,quòd si Imperator, uel ecclesia Romana concedat alicui castrũ, videtur illud concessisse cum plenissima iurisdictione: quia beneficium Principis debet latissimè interpretari.l. beneficium.ff.de const.Prin.& c.cum dilecti,in fi.ext.de don.Eandem opin.tenet Ang.in l.1.§.qui mandatam,ad fi.co.ff.de off.eius,cui mand.est iurisd. Idem voluit Do. Pe.de Anch.in c.præterea,ext.de off.& pot.iud. deleg. De qua materia uide per Bar.in locis alleg.per eundem in l.2.ff.de uerb sign. & per Guil.de Cun. & Bald.in l.1. §.cum vrbem.ff.de offi. præfec.urb.& per eundem Bald. in l.fin.ff.de const.Princi.& per eundem in c.1.in titu.de capi.qui curiam uend.& per eundem Bald.in l.penul.C. de cond.inser.per Specu.& Ioan.And.in ti. de iurisdict. om.iu.in §. 1. per do. Floria. de San. Petro in l.1. §.1.ff.

5 si usufr. pe.¶Quid autẽ,†si Princeps uendat mihi castrũ, an videatur vendidisse iurisdictionem in illo,uide not.per Bart.in l.inter eos.ff.de acq.rerum dom.in impressione noua,quia aliqui libri non habent lectam illam rubricã.

6 ¶ Sed quid† si quis recognoscat se tenere in feudũ tale castrum à tali Duce,uel Marchione,an videatur recognouisse iurisdictionem, & territorium. Old. multùm solenniter disputauit istam quæstionem, & eius argumenta,& motiua pro utraque parte refert.Bal.in præalleg.c.1. in ti.de capi. qui curiam uend. & tandem uidetur determinare quòd non,nisi obseruantia, uel communis modus loquendi,uel alius actus exterior aliam interpretationẽ inducat.Eandem opi.tenuit Iaco.Alua.ibi in d.c.1. Ego addo Alb.de Ros.idem uolen.in l.fi.C.de iurisdict. om. iu.ubi etiam no.dicit, quòd si Rex concedat mihi castrũ cum omni iure,quod ibi habet, nunquam tamen uidetur concessisse mihi ius regiũ, quod ibi habet non sicut dominus,sed tanquam Rex:quia tale ius regium in specie uerisimiliter non fuisset concessurus: ergo non debet uenire in concessione generali,argum.l.obligatione

7 generali ff.de pign.¶Quæro etiam,†Impe. cõcessit mihi castrum, an videatur mihi concessisse molendina, quæ sunt in aquis dicti castri.Bald.& Iaco.Alua. in præalleg. cap.1.in titu.de capi.qui curi.vend.concludunt,quòd si Princeps concessisset mihi iurisdictionem,per hoc non intelligeretur concessisse molendina: quia licèt iurisdictio sit sub Imperatore,tamen molendina non sunt Imperatoris,all.l.sed hęc Celsus.in §.1.ff.de cõtrah.emp. & ea,quæ habentur per glo.in l.inter publica.ff. de uerbo. sign.Si autem concedat mihi castrum cum pertinentiis, & omnibus iuribus spectantibus ad illud castrum, tunc bene venient molendina,dummodo sint ipsius concedẽtis,secùs si essent priuatarum personarum: quia illa non intelligerentur concessa.allegant l.Publius.§.1. ff.de cõdit.& demon.Addit Bald.ibidem, quòd in generali concessione facta titulo lucratiuo non uenit nisi ius, quod

8 habet ipse concessor.l.traditio.ff.de acqui.re.do.¶†Sed ponamus,quòd Baro habet certa prædia, in quib.habet quasdam domos,in quibus facit colligi pedagium,&exigi à transeuntibus, habet etiam ibi furcas erectas, quæ sunt signum meri imperii, ipse uendidit mihi illa prędia cum omni iure,quod ibi habet,an videatur mihi uendidisse merum imperium,quod significabatur per illã erectionem furcarum,& an uideatur mihi uẽdidisse ius colligendi pedagium,seu passagium.Bal.eleganter in l.à procuratore.C.mand.determinat quòd non; quia aliud est proprietas feudorum,& aliud proprietas iurisdictionis, vnde uno concesso,non intelligitur concessum aliud,per ea quæ no.scribit Inno.in c.ex literis,ext. de iure patro. Non obstant illa uerba generalia, cum omni iure,quod ibi habet:quia secundùm Bald.debent referri ad ea, quę sunt de natura rerum venditarum, ut vult Innoc. in d.c. ex literis,facit.l.si stipulatus.ff.de usur.Addite Bal.in d. l.procuratore,quòd si Baro vult vti dictis domibus pro colligendo passagio,debebit soluere pẽsionem empto-

9 ri.¶†Dubitatur etiam,quid si vendo tibi castrum, & ibi habeo homines uasallos, nunquid sub venditione castri venient illi vasalli.Bal.in c.1.§.in generali,in ti.si de feu. defunct. fue. conten. determinat quòd non, quia castrum sunt muri,& habitationes,uasalli autem sunt quid nobilius,quia homo est dignissima creaturarum l. iustissimè.ff.de ędi.edict.Item contra,si uendidi tibi homines meos uasallos,quos habeo in tali castro, non tamen uideor uendidisse castrum,quòd uasalli sunt pars.& non totum:vnde non comprehendit illud, quod differt corpore,& significatione,secundùm Bald.in d.c.in generali.

10 ¶Vnũ etiã notetis,†q̃ inuadenti castrum alienũ de facto Princeps non potest confirmare ipsi inuasori castrũ, & maximè per surreptionem,glo.not.in l.si qua.C.de feud.

11 & sal.rei dominicæ,lib.11.¶†Quæro utrũ tẽpore Guerrę Dominus superior possit ponere custodes in castro, q̃d tenetur in feudum ab ipso domino. Ange.in Auth.nunc si hæres.C.de litigio.& per illum text.determinat,quòd sic.Subiungit ibidem,quòd ille, qui habet decimam in aliquo territorio,potest ibi apponere custodes pro suo interesse,ne decipiatur in decima per possessores.allegat l.si ita.§.dominus.ff.de usu.& hab.ubi Albe.de Ros. idem determinat, & ita me consulente fuit iudicatum in quadam causa uertente inter Dominum Laynici, & populares,qui tenentur soluere decimam castro Laynici.

12 ¶Quæro etiam,†quidã uendidit mihi castrũ sibi, reseruata quadã domo,& antequam traderet mihi castrum,fecit fieri unum magnum fortilicium in illa domo, an hoc facere potuerit de iure.Conclude quòd non, quia uenditor nedum tenetur mihi plenè tradere,sed etiam tenetur mihi tradere tutò.& liberè.Et quia fecit illud fortilicium in illa domo,non sinit me tutò, & liberè possidere.c.Pisanis,ext.de rest.spo.Et hoc est dę mente Bart.in l.ratio.§.1.ff.de act.emp.Addo Bal.idem expressè uolẽ. in l.1.C.de pac.inter emp.& uend.¶ Pone,Princeps cõcessit mihi castrum, seu castellaniam cum quarta parte obuentionum.Modò contingit,quòd quidam de illo loco commiserunt delicta contra ipsum Principem, per q̃ debebant perdere bona,an debeam habere quartã partem illorum bonorum,uidetur dicendum quòd sic:quia socius socio communicat etiam ea, quæ sibi debentur propter delictum.l.cum duobus.§.pen. ff. pro socio. Itẽ nomen obuentionum est generalissimum, ut not. in l.si urbana.ff.de cond.indeb.¶In contrariũ facit,quia illud, quod alicui debetur in uindictam suæ iniuriæ, non debet alteri conferri, tex.cum glo.in l.cum emancipati.§. emancipatus.ff.de colla. bo. Et hoc fortificatur optima ratione,ut ipse Princeps habeat ultionem suæ iniuriæ, tex.est not.in c.1.§.pen.in titu.quæ sit prima causa bene fi.amitt.in lib.feu. Secus si essent pœnæ, quæ deberẽtur ex aliis delictis inter alios commissis,quia tunc deberẽ habere quartam partem obuentionum.Et istam partem teneatis quam tenet Bald.in c.1.in pen.colum.in tit. de capi.qui curiã uend.in usib.feu. ¶Ad iura supra proximè contraria allegata respondebitis.Et primò ad l.cum duobus.§.pen.quòd multa sunt specialia in societate vniuersali: hinc uidemus, quòd dominium transit sine traditione per contractum societatis uniuersalis.l.2.ff.pro socio.

socio.l.1.§.1.cũ sua gl.C.de vsucap.pro dote.¶Ad aliud dum dicebam,quòd verbum generale debet generaliter
13 intelligi,† respondete,quòd verba generalia debent intelligi ciuiliter,& prout ratio dictat,& non abusiuè. l. si cui.ff.de ser.ti.generali.l.creditor.§.Lucius.ff.mand.& l. obligatione generali.ff.de pigno. & c.1.§. in generali.in ti.si de feu.defun.fue.conten.¶Quæro etiam,mulier dedit viro in dotem vnum castrum cum iurisdictione in territorio illius castri:quidam homines commiserunt certa maleficia,propter quæ eorum bona fuerunt confiscata, vel pęnæ,& mulctæ fuerunt contra eos impositæ,an pertinebunt ad maritum,an verò ad mulierem? Cõcludite, quòd pertinebunt ad maritum,quia sunt fructus iurisdictionis, & fructus rerum dotalium spectant ad maritum pro oneribus matrimonii.l. pro oneribus C. de iu.dot. Ita not. determinat Bart.in l.fin.in prin.ff.sol.mat. & omnes sequuntur.¶Item quæro.† Duo sunt fratres habẽtes
14 vnum castrum commune: vnus expulit alium de facto, expulsus iuit ad quandam ciuitatem ibi propinquam, & mediante certa pecunia cedit illi ciuitati omnia iura sua in illo castro, an cessio sit valida. Concludite quòd non,& sequitur Pau. de Cast. in l.cum allegas. C.ne fis. vel respub.procur.ali.patro.cau præst. ¶ Vlteriùs quæro.Princeps tempore guerræ indigebat fortilicio sui vasalli,vt habilius posset facere guerram contra hostes:ipse Princeps cepit illud castrum,quod facere potuit etiã inuito uasallo.l. 2.C.de naui.non excusan.lib.11. & ipse Princeps, vt meliùs posset bellare, fortificauit illud castrum, ibi fecit maguam impensam:finita guerra vasallus repetit illud castrum. Princeps dicit,quòd vult sibi refici impensam factam in fortificatione illius castri, an debeat sibi refici per vasallum.Concludite quòd nõ: quia principaliter fecit illam impensam ad sui vtilitatem,licèt secũdariò cedat in vtilitatem vasalli: sed inspicimus,quod principaliter agitur.l.si quis nec causam.ff. si cer.pet.l.1.ff.de aucto.tuto. bene faciunt ea, quæ habentur in l.2.§.idem Labeo. ff. ne quid in loc.pub. & in l.fi.ff.de impẽ.in re.dot. fac.& in l.ex duobus.ff.de neg. gest.l.fi.Ita in terminis decidit Bal.in tit.de offi.procõs. & leg. Et quòd in casu prædicto Princeps etiam inuito vasallo possit fortificare castrum,tenet Alb.de Rosa.in
15 l.fi.ff.de vsu.& habi.¶Dubitatur.†Legatario est legatum castrum, vel fortilicium: adueniente conditione legati, hæres petit expensas medio tpe factas pro custodia illius castri;an possit talem impensam petere. Vel mulier (soluto matrimonio) repetit castum, quod viro dederat in dotem: vir, seu eius hæredes petũt impensam factam pro custodia illius castri,an possint.Concludite ꝙ non: quia quotiescunque ex natura ipsius contractus,vel quasi,vel vi obligationis quis tenetur ad custodiam,nõ potest repetere impensam factam pro custodia,aliàs fic.Ita volunt Ang.& Imo.in l.sumptus.ff.de legat.1.Et dicunt hoc esse notandum:quia sæpe oritur contentio inter magnos dominos de impensa custodiæ, quando agitur de restitutione ciuitatum,vel castrorum,& tenebitis menti
16 dictam decisionem.¶†Item quæro, an castrum præsumatur esse feudale. Ego sæpe consului,quòd non,nisi aliter probetur:quia res non præsumitur esse feudalis,imò libera,& allodialis, nisi probetur aliter. Ad hoc adduco not.per Ioan.And.in addit.ad Specul. in tit. de feud. §. quoniam super homagiis.versi.trigesimo.in quadam addit.quæ incipit,cessante.Et ita vult Bald. in c. 1. §.inter filiam.in tit.si de feu.defun.fue.conteut. Et idem Bal.in c.1.§.si autem.circa 4.col.in tit.de controuer. inuesti.& idem Bald.in l.libertas. ff. de statu homi. & in Authen. sicut.C.de sacrosanct. eccles.Et probatur optima ratione: quia feudum est species seruitutis,gloss. notab.in l. si cuius. §.primo. ff. de vsufruct. Et omnis res præsumitur libera, non autem seruilis, nisi constet de contrario.l.altius.C.de serui.& aqua.¶Pro sententia prædicta adduco Bald. in cap.significauit.extra de rescrpt.vbi dicitur, quòd etiam Comitatus præsumitur allodialis, nisi probetur feudalis: quia secundùm eum omnis res præsumitur libera, si tamen tenens castrum prætenderet habere iurisdictionem,certè illa iurisdictio non pręsumeretur teneri iure priuato, sed potius iure publico, quod consistit in Magistratibus.l.1.§.huius studii. ff. de iusti.& iur. quod est de iurisdictione, vt patet in definitione ipsius iurisdictionis.quia est potestas de publico introducta. l.prima.ff.de iurisdict. omni. iudic. not. per gl.magnam circa medium.in §.iusiurandum verò.in Auth.de defen. ciuita.}Et ipsa iurisdictio tãquam minus plena deriuatur à plenissima,quæ est in Principe.l.1. in prin.ff.de offic.eius, cui man.est iurisdi.& l.more. & l.& quia.in verbo,principaliter.ff.de iurisd.omn.iudi.Stant enim simul, quòd corpora locorum(puta castrum) iure priuato teneantur,& sint allodialia,& tamen iurisdictio iure publico teneatur, vt patet ex notatis per Inno.in c. cæterùm.ext. de iudi. dum facit differentiam inter feudum rerum,& feudum iurisdictionis. Et ita in proprijs terminis decidit Pau.de Cast.in suo cons.163. quod incipit,In nomine Domini amen, in causa quam magnifi-
17 cus habet in 9. col. illius consilij. ¶ Item quæro † fideiussor, qui fideiussit pro castellano castri,seu rochæ, an teneatur pro robaria facta per ipsum castellanum in territorio ipsius castri.Bal.in l.1.i prin.ff.de mag.cõuen.determinat ꝙ non,quia fideiussit apud rempublicam,non autem apud priuatos, quod notetis. Sed ego limitarem istud dictum, nisi forma fideiussionis esset latè cõcepta, iuxta ea,quæ infra dicam.¶Sed ponamus.Princeps commisit custodiam castri alicui castellano,deinde fuit facta violentia illi custodi per inimicos,an ipse castellanus tenebitur. Distingue,quòd aut illa violentia processit culpa castellani,puta quia non habebat arma ad se defendẽdum, vel non habebat victualia necessaria, & tunc ipse tenetur.ar.l.si merces.§.culpæ.ff.loca.Aut non pręcessit culpa,& tunc non tenetur.l.quæ fortuitis.C.de pig.act.
18 ¶ Item prædones † castrorum debent esse aduisati, ne cadant à possessione:quia si caderent,non possent vendicare,imò etiam debent esse aduisati illi, qui à principio inceperunt possidere castrum etiam bona fide sine titulo:quia si possessio reuerteretur ad verum dominum castri, non possent vendicare castrum à vero Domino. Ista sunt verba Ang. in l. si quis emptionis. C. de præscript.
19 30.vel 40.ann.¶Quid autem,si Papa † concedat castrum in feudum alicui Comiti, an in tali generali cõcessione veniant spiritualia?Innoc.in c.ex literis,extra de iure patro.determinat quòd non.¶Sed quæro, vtrùm ille, qui habet castrum in custodiam à Principe, debeat credere literis generalibus Principis,per quas mandat,quòd reddatur castrum.Concludite quòd non, sed debet ipse custos recipere signa specialia sibi à Principe data,& si credat literis generalibus Principis non excusatur,imò punitur.Ita eleganter dicit Bal.in c.significauit. extra de appel.¶Vlteriùs quæro. Princeps commisit custodiam castri castellano per tempus semestre: quidam fideiussit pro illo castellano, deinde in absentia fideiussoris Princeps prorogauit illud semestre ad tantundem tempus, vtrùm fideiussor tenebitur? Ang.nota.in l.si vnus.§.si cũ reo.ff. de pac. determinat quòd non. bene facit l. si cùm Hermes. C. locat. Item fideiussores custodum castrorum,& fortiliciorum non tenentur ex eo,quòd ipsi custodes,& castellani fuerint condemnati ob proditionem factam.Ita no.dicit Alber.de Rosa.in l.1.ff. de in litem iuran.¶Ego limitarem hoc procedere, nisi forma fideiussionis fuisset latè concepta,per ea, quę habentur in l.fideiussores Magistratuum.ff.de fideius.Et notabitis,quòd ille Princeps dicitur possidere castrum, ad cuius instantiã ibi

ibi ponitur castellanus. Ita dicit Baldus in l. traditioni-
bus. in princ.colum. C. de pac. ¶Sed dubitatur, vtrùm
20 † Princeps inuito vasallo posit ponere gentes armatas,
vel custodes super campanili, vel turri ecclesiæ inuito
prælato. Videtur prima facie dicendum quòd non: quia
res ecclesiæ prohibentur alienari.c.sine exceptione. 12.
q.2.& c.nulli.ext.de re.eccle.non alie.& l.iubemus. C.
de sacros.eccle. ergo multò minus debent posse occupa
ri. Item in re propria quilibet est moderator, & arbiter.
l.in re mandata.C.mand. In contrarium facit, quia Prin-
ceps hoc facit tempore guerræ pro defensione patriæ,
& Reipub.& nos habemus, quòd vtilitas publica est præ
ferenda priuatæ,l.vnica.§.pe.C.de cad.tol. Et ista secun-
da opinio est uerior de iure, vt voluit Iaco.de Raue.Pet.
de Bellaper.& Ang.in l.nullus.C.de sum.trin.& fide ca-
tho.¶Ad argumenta in contrarium facta respondetur.&
primò ad iura allegata prohibentia res ecclesiæ aliena-
ri, quòd ista non est alienatio, sed pro necessitate incum
bente,& pro defensione Reip. Ad l.in re mãdata.dicite,
quòd procedit, dummodo ille, cuius est res, disponat,
seu disponere velit secundùm iuris ordinationem.¶Ha-
21 betis etiam notare, quòd † Castellanus inuitatus ab ini-
micis, vt prodat castrum, potest attendere ad illam inui-
tationẽ,& facere duplicẽ tractatũ cũ inimicis, sed prius
tñ, hoc nunciato dño castri. Ita dicit Ang.in l.quicunq;.
C.de ser.fug. & idẽ uoluit ipse Ang.in l.si quis seruo p-
suaserit.& per illũ tex. C. de fur. sed ego nõ laudo, q̃ ita
22 fiat.¶Itẽ castellanus, † qui promisit non ponere castrũ in
manibus inimicorum, tenetur etiam curare, ne castrum
deueniat ad manus ipsorum inimicorum, alioquin si
posset impedire, & non impediat, dicitur prodere ca-
strum.l.fin. C. de acqui.pos. Ita determinat Ang.in l.nõ
impossibile.in fin.col.ff. de pac. Non obstat quod habe-
tur in l.culpa caret.ff.de reg.iur.& in l.metum. §. sed li-
cèt.ff.quod met.causa.vbi habetur, quòd ille, qui potest
impedire offensam committendam in alium,& non im-
pedit, non tenetur: quia respondetur, quòd illa iura lo-
quuntur, quando quis nõ est obligatus ad impediendũ,
sed secus est in casu nostro. An autem ille, qui nõ est ob-
ligatus impedire offensam committendam in alium, li-
cèt non teneatur in foro contentioso, an saltem teneatur
in foro cõsciẽtiæ, vide p gl. in d.l. culpa caret.dicit etiã
ipse Ang.in l.metum.ff.quod met.cau.¶Nota contra mi
seros castellanos,& custodes castri, qui immediatè, cùm
intelligunt obsessionem castri esse fiendam per inimi-
cos, illicò recedunt, nam malè faciunt, & sunt puniendi:
non enim ad sonum tubæ, vel cornuũ debent recedere
de castro, sed viriliter se defendere, si tamen inimici iã
inuasissent, & castellanus postea recedat, non est punien
dus, quod notetis. Dicit etiam Bal.in c.illud.ext. de ma-
io.& obe. quòd castellanus non debet exire de castro
etiam pro dando subsidium toti ciuitati, dicit etiam Sa-
ly.in l.1.C.de custo. & exhi.reo. quòd castellani castro-
rum,& rocharum debent de nocte custodias duplicare,
23 aliàs eis imputabitur.¶Quæro ẽt. Quidã † vendidit mi-
hi castrũ, nunquid anteq̃ accipiã possessionem, teneatur
ipse uenditor illud custodire. Bal. in l. si traditio. C. de
act.emp. determinat quòd sic.¶Moueo etiam vobis ele-
gantem dubitationem. Quidam promisit alteri accomo-
dare castrum suum, seu turrim cõtra omnem hominem,
vtrùm ipse promissor tenebitur accomodare contra se-
metipsum. Concludite quòd non. Ita vult glo.ordi.in c.
petitio.ext.de iureiur. Et est ratio: quia in generali ser-
mone non comprehenditur persona loquentis.l.inqui-
sitio.C.de solut. Et hanc opinio.tenuerunt Doct.in l.fra
ter à fratre.ff.de condi.indeb.¶Plus voluit Cyn. & Bal.
in d. l. cùm acutissimi. C. de fideiusso. quòd non tene-
bitur, neque contra semetipsum, neq; contra eius descẽ-
dentes.¶Plus voluit ipse Bal.in l.1.in 34.q.ff.de rer.di-
uis. quòd non tenebitur accommodare cõtra proximos
suos, alleg.l.humanitatis.C.de excus.tut. Sed cõtra pro-
ximè dicta videtur esse tex.in c.1.in fi.in titu.hic finitur
lex,& incipiunt consuet.reg.vbi habetur, quòd vasallus
tenetur adiuuare dominũ contra patrem, & cõtra filios.
Sed pro cõcordia dicetis sm̃ Albe.de Rosa.in d.l.frater
à fratre.quòd tex. in d.§. fi.loquitur in vasallo, qui pro-
pter iuramẽtum fidelitatis,& ratione feudi, quod tenet
à Domino, est obligatus iuuare Dñm: nã ipse teneretur
accommodare contra patrẽ,& cõtra filios, nos verò lo-
quimur in alio, quàm in vasallo. In quæstione prædicta,
ut ipse teneretur accommodare contra patrem, & con-
tra filios, videte omnino Bar.in l.consulari.ff.de sena.&
Bald.in l.dominos, in antepenult. col.C.quòd cum eo.
¶Aduertite etiam, quia ille, qui promisit accommodare
castrum, seu turrim contra omnem hominem, non tene-
tur contra suam propriam ciuitatem, seu patriam. Ita
vult glo.valdè notabilis in c.de forma.22 q. 5.habetur
per Bal.in c.1.in prin.in tit.de nou.for.fide.in 2.colum.
¶ Non teneretur etiam accommodare contra Papã per
not.in d.c.petitio.¶Neque etiam contra Imperatorem.
c.imperialem.§.fi.in tit.de prohib.alie. feud. per Feder.
¶Neque etiam ille, qui promisisset suo Baroni accom-
modare castrũ, seu turrim cõtra omnẽ hominẽ, tenerẽt
contra Regẽ superiorem, qui non recognosceret supe-
riorem, per not.per Spec.in titu.de feu.§. 2. ver. quintò
dico.& per Bald.in d.c.imperialem.§.fi.quasi ad fi.eod.
24 Et hæc bene notetis.¶Adhuc dubitatur, † quòd si castrũ
committitur sub protectione,& regimine alicuius, an il
le dicatur habere iurisdictionem in illo castro, vt singu
lariter per Bar.in l.1.C.de excus.mino.

SVMMAE.

1 *Merum imperium quomodò definiatur.*
2 *Nobilis quid consequatur, dum illi castrum conceditur.*
3 *Carcer est quadruplex.*
4 *Inuestitus de castro cum mero imperio an posit omnia, quæ sunt meri imperij.*
5 *Inuestitus de castro cum mero imperio an poterit bannire subditum.*
6 *Pœnæ pecuniariæ an sint meri imperij.*
7 *Nobilis inuestitus de castro cum iurisdictione tantùm an possit concedere statuta in suo territorio.*
8 *Inuestitus cum iurisdictione de aliquo castro an posit facere confiscationem omnium bonorum alicuius, aut gratiã dare condemnato ad mortem.*
9 *Merum habens imperium an habebit cognoscere de causis appellationum.*
10 *Inuestitus cum iurisdictione tantùm an poterit dare licentiã tollendi corpora suspensorum ad furcas.*
11 *Verba ista. Do, & concedo tibi tale castrum cum plena iurisdictione, an includant merum imperium.*
12 *Verba ista, omnimodam iurisdictionem, quid importent.*
13 *Merum imperium an posit per præscriptionem, aut consuetudinem acquiri.*
14 *Merum imperium non potest contra Imperatorem præscribi.*
15 *Vacante imperio succedit ecclesia, sed an poterit currere præscriptio.*
16 *Merum, mixtumq́ habens imperium, & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco an poterit imponere talias, seu collectas, aut noua pedagia. & nu.18.*
17 *Merum habens imperiũ in aliquo loco an debeat succedere decedentibus absque hærede.*
19 *Merum habens in aliquo imperium an poterit præscribere ius colligendi pedagium in loco suo.*
20 *Vsus colligendi pedagia per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumitur iustus.*
21 *Vasallus an, & quanto tempore posit præscribere, aut acquirere ius pedagiandi.*

CVM

CVm mero,mixto imperio, & omnimoda iurisdi-
ctione. Ibi cum mero. ¶Hic ante omnia est vi-
dendum de definitione meri imperii.Bar.in l.
1 imperium.ff.de iurisd.om. iud. sic definit.Merum † im-
perium est iurisdictio, quæ expeditur officio iudicis pu
blicam vtilitatem concernens.Addit Bar.ibidem,quòd
sub hac definitione comprehendũtur etiam nedum cau
sæ inquisitionis,hoc est,quando iudex super criminibus
procedit per inquisitionem. iuxta. c. inquisitionis. ext.
de accusa.& not.in l.ea quidem.C.de accusa.& in l.2.§.
si publico.ff.de adul.sed etiam causæ accusationis: nam
causæ istæ criminales expediuntur officio iudicis nobi-
li, non autem expediuntur per actiones,quibus deser-
uiat iudicis officium mercenarium.Sed ipse Bar. in hoc
videtur sentire contrarium in l.iudex.ff. de re iudi. Sed
vos teneatis opi.Bar.in d.l. imperium.& saluando Bart.
à contrarietate,potestis dicere,quòd in l.iudex.supra al
legata loquitur de officio iudicis, quod deseruit accusa
tioni iam institutę,puta in citando,seu in dando dilatio
nes,sed in d.l.imperium. loquitur de officio iudicis no
bili, quo instituitur accusatio,scilicet quando accusator
petit reum à iudice puniri, & pro ista opin. est optimus
tex.in l.placet.C.de peda.iud.in ver.quòd non ita.dum
tex.ibi dicit,ex officio,& indubitanter ille tex.loquitur
de officio iudicis nobili: alioquin ille ver. non differret
à principio illius.l.& dicitur ibi , quòd causæ indelega-
biles expediuntur officio iudicis,subaudi nobili. Et il-
læ causæ indelegabiles sunt causæ meri imperii. l. 1. in
principio.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdi. Non ob-
stat.l.illicitas.§.fi.ff. de offi. Præsi. quia respondetur, ꝙ
loquitur in mulcta,& magna est differẽtia inter pœnã,&
mulctam.l.aliud.§.inter mulctam.& l.si qua.cum glo.ff.
de verb.sig.Et plus arbitrij habet iudex in mulcta, quã
in pœna,vt no.per Bar.in l.1.in fin.ff.de pœ. & in d. l. si
qua pœna, & per Canoni.in c.nisi specialitas.ext.de of-
2 fic.leg. ¶† Sed quæro,quid consequitur nobilis, qñ illi
castrũ conceditur cum mero imperio.Concludite,quòd
poterit animaduertere in facinorosos homines,& impo
nere, seu imponi facere pœnam mortis, vel mutilatio-
nis,prout qualitas delicti exiget.l.imperium.ibi,animad
uertendi in facinorosos homines.ff.de iurisdict.omn.iu
dicum.Item in suo territorio, in quo habet merum im-
perium, poterit erigere furcas. Nam erectio furcarum
est signum meri imperii,vt dicit Bald.in l.1. C. vt nemi.
lice.sine iud.auct.præd.alie.sig.impo. vnde infert ibidẽ
quòd si inter duas ciuitates sit contentio de mero im-
rio, non licebit alteri earum lite pendente erigere fur-
cas, alioquin altera pars poterit propria auctoritate
euellere.l.1. C. vt nem.lic.sine aucto. sig. imp. & quòd
erectio furcarum sit signum meri imperij.vult etiã Bald.
in l.à procuratore.C.mand.hr̃ per eund.Bal.in c.1.in tit.
quid sit inuest.& per Ang.in l.arboribus. §. de illo.ff.de
usufru. Item poterit ipse nobilis inuestitus de castro cũ
mero ĩperio carcerare,seu carcerari facere subditos, vel
alios delinquentes in suo territorio. ¶Aduertite tñ pro
3 declaratione,ꝙ quadruplex est carcer.¶† Quidam enim
est perpetuæ pœnæ iuxta dispositionem sacrorum cano
num aliquando imponẽtium pœnam perpetui carceris.
c.nouimus, ext.de uerb.sig.habetur in c.cum non ab ho
mine. & in c.at si clerici.ext.de iud. Et isto casu quia pę-
na perpetui carceris æquiparatur pœnæ mortis, vt vo-
luit Inno.in c.qualiter, & quando.ext.de accu.isto casu
carcer est meri imperii.¶Aliquando carcer est modicæ
coerctionis, vt est dare exemplum, quãdo baiulus, seu
nuncius,curius facit falsam ambasciatã. Nam iudex po-
test eum iubere detrudi in carcerem.l.2.C.de sportu. &
hoc casu carcer non est meri imperii.¶ Aliquãdo verò
carcer fit gratia custodiæ, & tunc debemus inspicere
causam, propter quã. nam si fiat causa litis pecuniariæ,
non erit meri imperii,sed iurisdictionis. Si verò fiat ex
causa criminis perpetrati: tunc carcer erit meri imperii.
¶Aliquando carcer est domesticus,qui tamen non per-
mittitur,nisi in casibus à iure expressis,accipe exemplũ
in l.Diuus ff.de offi. Præsi. Et hoc modo carcer non est
sub aliquo gradu iurisdictionis, quia permittitur etiam
priuato. Doctrinam prædictam de quadruplici specie
carceris Bal.ponit in d.l.imperium. in 1.lect.ff.de iuris-
4 di.om. iud.nam bis legit illã legẽ.¶ Item inuestitus † de
castro cum mero imperio poterit tormentare, seu tor-
mentari facere,quia talis tormentatio est meri imperij,
& ideo est indelegabilis.§.si uerò ignoti. in Authen. de
testib.Item poterit absoluere in causa criminali:quia ta
lis absolutoria est de mero imperio,sicut condemnato-
ria in causa criminali.Nam absolutoria,& condemnato-
ria non differunt penes speciem iurisdictionis, licèt dif-
ferant quantùm ad formam pronunciationis: & ideo ta
lis absolutoria in causa criminali non poterit delegari,
sicut nec condemnatoria.tex.est not.in l. solent.ff.de of
5 fic.procons. & leg.¶Item inuestitus de† castro cũ mero
imperio poterit bannire subditum: quia bannire est de
mero imperio.l.illicitas.§.qui vniuersas.& ibi Bald.hoc
notat.ff.de offi.Præsi.Item poterit relegare: quia relega
tio est de mero imperio,secundùm Bald.in d.l.imperiũ.
allegat ea,quæ habentur in §. item relegati. Instit. quib.
mod.ius pat.pot.sol.Item poterit fustigare:quia fustiga
tio est meri imperij,& vbi non exigitur plena causæ co-
gnitio,est de mero imperio, per not. in l.ictus fustium.
ff.de his qui not.infam.& l.leuia.ff.de accus. & ita notat.
6 Bal.in d.l.imperium.¶Sed an pœnæ † pecuniariæ dican
tur esse de mero imperio. Bar.in d.l.imperium.ff.de iu-
risd.om.iud.probat,quòd mulcta,seu pœna,quantumcũ
que leuis est de mero imperio,& propterea videtur, ꝙ
Bald.malè dixerit in l.fin. ff.de offic.præfec.vigil.vbi di
cit,quòd si Papa, seu Princeps concedat mihi omnia in
tali castro excepto mero imperio, quòd isto casu om-
nes pœnæ pecuniariæ pertinebunt ad me: quia non cõ-
prehendũtur sub reseruatione meri imperii. Et ex mẽte
Bar.in d.l.imperiũ.tenete opi.eiusdẽ Bar.cõtra Bal.¶An
7 autem nobilis † inuestitus de castro cum iurisdictione
tantùm,possit condere statuta in suo territorio. Angel.
mirabiliter in d.l.imperiũ.in 3.colum.determinat quòd
non:quia condere legem est de mero imperio,vnde nõ
competit alii,quàm Principi.l.non ambigitur. ff. de le-
gib. Ego tenerem contra Angel. quia potestas statuen-
di dependet ab habente iurisdictionem. Ita notant Ca-
nonist. in c.cum omnes. & in c. cum accessissent. ext.de
constitu.& Angel.in l.1.ff. quod quisque iuris. not. per
Bart.in l.omnes populi. ff. de iusti. & iur. vnde si nobi-
lis est inuestitus de castro cũ iurisdictione,etiam si sit ap-
posita dictio taxatiua,tantùm,tamẽ poterit condere sta-
tuta.¶Ad motiua Ang.ego responderẽ fatendo, quòd
condere legem vniuersalem est de mero imperio supre-
mo, sed condere legem particularem est magis iurisdi-
ctionis simplicis,quàm meri imperij, vt supra probaui.
Et propterea Bal.eleganter in l.nuili.C.de sen. & inter-
lo.om.iudi.quærit, an condere statuta sit meri imperij,
an verò iurisdictionis. Et respondet, quòd aut loqui-
mur complexiuè,& tunc est meri imperij: quia benè pos
sent fieri statuta de reseruatis Principi. Aut loquimur di
stributiuè, & tunc debemus inspicere qualitatem mate-
riæ subiectæ. Si ergo nobilis est inuestitus cum mero,ac
mixto imperio, & iurisdictione omnimoda, indubitan-
ter in terra sua poterit facere statuta etiam pœnalia.
8 ¶ Sed an inuestitus † taliter poterit facere confisca-
tionem omnium bonorum alicuius. Videtur dicendum
quòd non,per l.1.& etiam in rubro.C.ne sine ius.princi.
lic.confisca.In contrarium determinabitis,quia glo. ibi-
dem determinat,quòd habentes merum imperium benè
possunt

possunt confiscare, & videte ibidem plenè per Bartho. de Sal. ¶Sed an inuestitus modo, quo supra, post latam sententiam in causa capitali poterit facere gratiam cōdēnato. Concludite ꝙ non, sed debet rescribere Principi. l. 1. §. 1. ff. de quæst. & l. Diui fratres. ff. de pœ. Et ita colligitur ex no. per Bart. & cæteros in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & per Bal. in d. l. imperium. in prima lectu. vbi numerat omnia reseruata Principi. ¶Sed an ille,
9 † cui concessum fuit merum imperium, habebit cognoscere de causis appellationū, vt ecce. Quidā hēt merum, mixtumq; imperium, & omnimodam iurisdictiouem in loco, vbi constituit Potestatem, seu Vicarium generalē habentem ordinariam iurisdictionem: vertitur causa coram illo ordinario, pars, quæ succubuit, appellauit ad dominum illius loci, qui ibi habet merum imperium, & omnimodam iurisdictionem, an poterit cognoscere de ipsa appellatione. Concludite quòd non: quia cognitio ipsarum causarum appellationum non venit in generali concessione meri, & mixti imperii, & omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim hoc exprimatur in inuestitura. Ita colligitur ex not. per Angel. in l. prima. §. qui mandatam. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. & ex not. per Canon. post Innoc. in c. cæterùm, ext. de iudic.
10 ¶† Item inuestitus modo, quo supra, non potest dare licentiam tollendi corpora suspensorum ad furcas, sed est consulendus Princeps: quia ad eum spectat dare talem licentiam. Text. habetis in l. 2. ff. de cadaue. punit.
11 ¶†Sed quid si habens merū, & mixtum imperiū, ac omnimodā iurisdictionem in loco, dicat. Do. & cōcedo tibi tale castrum cum plena iurisdictione, an sub istis verbis includeret merum imperium. Bal. in l. placet. in pen. col. C. de peda. iudi. determinat, quòd sic: quia per illud nomen, castrum, significatur territorium, cui inest merum, & mixtum imperium. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præf. vrb. allegat ipse Bal. ad hoc no. in c. quòd translationē. ext. de offi. leg. & no. in c. conquestus. ext. de fo. comp. & in cle. 1. ext. illo eo. tit. de fo. compe. in c. veniēs. ext. de ver. sig. Ego ad comprobationem huius decisionis allego tex. cum glo. in l. si in aliquam. §. cum plenissimam. ff. de offi. procons. & leg. ubi glo. dicit, quòd per hoc verbum, plenissimam, denotatur merum imperium, & per uerbum, pleniorem, denotatur mixtum, & per verbum, plenam, denotatur iurisdictio. bene facit tex. in c. præterea. in verbo, plenariam. ext. de offi. dele. Adduco etiā glo. & no. in d. c. conquestus. Nam gloss. exponit ibi in isto verbo, pleno iure, id est cum temporali, & spirituali iurisdictione. & Doct. ibi interpretantur ista verba, pleno iure, id est, cum mero, & mixto imperio. Addite glo. in c. 2. 11. dist. vbi glo. dicit, quòd iurisdictio Papæ est plena; iurisdictio verò Episcoporum est semiplena. Addite etiam pulchram gl. in cle. 1. ext. de proba. quæ glos. dicit not. quòd plena probatio importat præsumptionē iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, quod notetis pro iuribus dicentibus plenam probationem. Addite tex. in c. suborta. ibi, plenariā libertatem. ext. de re iudi. & ex auctoritatibus prædictis ego colligo, quòd istud verbum, plenariam, recipit interpretationem secundùm materiam subiectam, & ita etiam notatur in d. c. præterea. ¶Quid autem importent
12 ista verba, omnimodam†iurisdictionem, est gloss. & melior de corpore iuris in d. clem. 1. in verbo, omnimodam. ext. de fo. compe. ¶Moueo etiam vobis pulchram
13 dubitationem: † vtrùm merum imperium possit acquiri per præscriptionem, seu consuetudinem. Bal. in l. imperium. in 2. lectu. circa. 7. colum. videtur velle, quòd sic. Mouetur: quia videmus quotidie, quòd Princeps concedit merum imperium; vnde ex hoc licitum est arguere hoc modo. Ea, quæ sunt concessibilia, sunt præscriptibilia. l. quod Principis. ff. de aqua plu. arc. l. 3. C. de vectiga. & commissis. l. quò minus. ff. de fluminib. & l. Imperatores. ff. de public. Et pro hac opinio. addite. l. 1. C. de emancip. liber. optimè facit. l. viros. C. de diuer. offi. li. 12. Sed Ia. de Are. tenebat contrarium, motus; quia merum imperium habetur à lege. l. 1. in prin. ff. de offi. eius cui man. est iurisdict. Mouebatur ēt per l. ius emphyteotici prędij. C. de fund. patrimo. li. 11. Io. de Imo. in c. cum contingat. ext. de foro compe. ad fi. col. dicit, quòd communis opinio Doct. tenet merum imperium posse acquiri ex præscriptione, seu consuetudine, per d. l. viros. & per d. l. 1. C. de emanc. lib. Ad iura alleg. per Iac. de Are. ipse respondet, quòd illa l. 1. ff. de offi. eius. nō facit pro eo, sed contra: quia dicitur ibi, quòd merum imperium habetur à lege. ergo & cōsuetudine potest acquiri: quia consuetudo est lex. l. de quibus. ff. de legi. Ad l. ius emphyteotici. respondet, quòd potius est oppositum: quia licèt in casu illo non currat præscriptio 30. anno. tamen ibi notatur, quòd curret præscriptio 40. annorū. Addite Imo. in d. c. cū contingat. dicētē ꝙ merū imperiū potest præscribi data scientia, & patientia eius, cōtra quem præscribitur. l. 1. & 2. C. de serui. & aqua. aliàs non procederet præscriptio in isto iure incorporali. bene facit. l. pe.
14 ff. de seru. titu. generali. ¶Ex hoc infertur, † quòd contra Imperatorem non poterit præscribi merum imperium in locis, in quibus non potest dari scientia, & patientia Imperatoris propter nimiam distantiam, & ita no. Bar. in l.
15 1. in fi. ff. de aqua plu. arc. ¶Sed an vacante † imperio per mortem Imperatoris, quo casu succedit ecclesia, vt no. in c. licèt ex suscepto. ext. de for. compe. poterit currere præscriptio ad acquirendum merum imperium? Bar. in d. l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. ar. dubitauit, & non determinauit, imò reliquit cogitādum. sed Do. Cardi. Flor. & Imo. in prællegato. c. cū contingat. determināt, ꝙ vacante imperio non curret pręscriptio contra Imperatorem ad acquirendum merūimperiū: quia imperiū tūc caret suo speciali defensore, & administratore. allegant not. p Inno. in c. olim. 1. ext. de resti. spo. vbi dicit, quòd licèt prælatus superior posset agere pro ecclesiis inferioribus, quę non sunt immediatè, sed mediatè sibi subiectæ. c. fi. ext. de succes. ab intest. & hoc voluit gloss. in l. sancimus. C. de sac. sanct. eccl. quæ dicit Episcopos posse agere pro capellis sibi subiectis, tamen si ecclesia inferior careat suo speciali administratore, interim non curret præscriptio aduersus eam. ¶ Aduertite tamen, quia est magna differentia, an quis dicat se habere iurisdictionem ex cōsuetudine, seu præscriptione, an verò concessam ab eo, qui habebat potestatem concedendi: quia primo casu, quando fundat se super præscriptione, seu consuetudine, & probat se fuisse vsum iurisdictione in certis capitulis, seu certis actibus: tunc non dicetur præscriptum, nisi in illis capitulis. Et hoc est, quod dicimus, quatenus præscriptum, quatenus possessum. Quando autem facit fundamentum super concessione sibi facta per habentē potestatem, probata quasi possessione iurisdictionis in aliquibus actibus, seu capitulis, tunc retinetur in omnibus aliis. Ista est elegans doctr. Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itine. actuque pri. Ego addo Ang. idem volentem in l. vna est via. ff. de serui. rust. præd. habetur per Specul. in tit. de præscript. §. 1. ver. sed pone, quòd miles, de quo per Canon. in c. dilectus. ext. de capel. mo
16 nac. ¶¶Quæro vlterius, † vtrùm habens merum, mixtumque imperium, & omnimodam iurisdictionem in loco possit hominibus, & subditis suis imponere taliam, seu collectam. Videtur prima facie dicendum quòd sic: quia cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. Ita dicit tex. in l. fi. C. in quib. cau. col. cap. censi. lib. 11. Sed opinio contraria est de iure verior: quia impositio collectæ est de regalibus, & ideo soli Principi competit. c. 1. in tit. quæ sint rega. in lib. feud. Et in propriis ter

minis

minis determinat Bal. in l. cū multa.in fi.C.de bon.quæ lib.Idem tenet ipse Bal.in l. hi quibus.C.de fideicō.lib. Ad argumentū supra in contrarium factum respondebitis, quòd procedit quò ad defensionem, & protectionem.¶Sed an talis nobilis poterit petere à subditis suis adiutorium,quando maritat filiam, vel duxit vxorem. Bal.in c.1.in §.similiter.ī tit.de cap.Corrad.in vsib.feud. determinat,quòd subditi non tenentur præstare adiutorium domino suo, quando maritat filiam suam, vel ducit vxorem,nisi super hoc esset specialis consuetudo, & hoc etiam est de mente Pau.de Cast.in l.neminem.C.de sacrosf.eccle. Addite,quòd ad præmissa bene faciunt nota.per Bald. in commento pacis Constantiæ, in verbo, pactiones.vbi dicit, quòd indebita seruitia præsumuntur à subditis per metum extorta,alleg.Ioan.And.in nouel.in c.1.ext.de præscript.lib.6.Et idem Bald.in c.1.in tit.qual.vasal.iura.debe.fide.dicit,quòd noua iura à subditis extorta præsumuntur impulsiua: & dicit se respondisse cuidam magno viro super hoc eum consulenti in facto valde arduo.& dicit Specul. in titu.de feu.§.quoniam super homagiis.versi.iuro ego talis, quòd in homagiis non debet induci aliqua nouitas, ad quod vide tex.not.in l.cum satis.in §. caucant. C. de agric. & cen-
17 si.lib. 11. ¶ Sed an iste † nobilis, qui habet merum imperium in loco, debeat succedere hominibus suis decedentibus sine hærede legitimo. Bald.in l.1.C.de hæred. decurio. videtur velle quòd sic: quia strictius ius habet dominus in subditum, quàm patronus in libertum. Et nos videmus, quòd patronus succedit liberto. §. sed nostra.Instit.de succes.lib.Et plus iuris habet, quàm collegium in collegiato, ergo debet habere successionē. Subdit tamen ipse Bal.in loco proximè allegato, quòd tales subditi possunt testari de suis bonis: quia sunt ingenui,nisi consuetudo habeat contrarium. ¶Ego in quęstione facti consului totum contrarium dicendo, quòd dominus loci non debet succedere subdito suo,nisi demum deficientibus liberis, parentibus,& propinquis,& deficiente coniuge,per l.1. C.vnde vir & vxor. & per l. vitrico.& l.affinitatis.C.comm.de succes.Item allegabā not.per Bar.& Ang.in l.1.C.de bo.va.lib.10.vbi dicūt, quòd tale ius non competit nisi ex priuilegio,vel cōsuetudine.Et ita puto debere temperari dictum Bal.in l. 1. de hæredit. Decur.¶Sed formo vobis quæstionē, quam vidi de facto. Quidam nobilis ex priuilegio habebat ius succedendi hominibus,& subditis suis: decessit quidam subditus habens domicilium in territorio illius nobilis, & ille subditus habebat quoddam nomen debitoris in alieno territorio, dubitabāt,utrùm ipse nobilis deberet succedere in illo nomine debitoris, ita quòd exactio illius nominis spectaret ad eum. Quidam dicebāt quòd non,per no.per Bar.& cæteros in l.cunctos populos.C.de sum.trini.Sed veritas est in contrarium.Moueor primò auctoritate Bal.ī l.mercatores.C.de cōmer. & merc.vbi dicit,quòd bona mobilia concernunt personā illius,cuius sunt bona,bona verò immobilia concernūt territorium,vbi sunt situata.Sed nos habemus,quòd licèt nomina debitorum, propriè,& strictè loquendo, non sint mobilia,nec immobilia, sed sint tertia species. l.à diuo Pio. §. 1.ff. de re iudi. & l. quam Tuberonis. §. pen.ff.de pecul.not.per glo.in l.mouentium. ff. de ver. sig.tamen si actio personalis competens contra debitorē competat ad rem mobilem,puta ad quantitatem, tūc computatur inter mobilia.Ita volunt glo.& Bar.in l.potest.ff.de aucto.tuto.Et hoc etiam vult glo.in §.1.in verbo,connumeranda.in Auth.de non alie.aut permu.reb. eccl.no.etiā per gl.& Doct.in l.1.C.si aduer. transac. Si ergo illud nomen debitoris concernit personam subditi mei,qui decessit in loco meo, & ego, qui ex priuilegio, vel consuetudine succedo illi homini meo, certè debeo succedere in illo nomine debitoris. Et pro hoc facit,quia actio personalis est affixa ossibus creditoris, adeò quòd ab eo auelli non potest. l.quis ergo casus. ff. de pecul.no.per glo.in l.3.ff.pro socio.Hanc cōclusionē cōfirmo per no.per Bal. in l.1.ff de sta.homi.vbi dicit,ꝙ si dono tibi oīa, q̄ habeo in aliqua ciuitate, in ista donatione nō cōprehēdūtur nomina debitorū,quę ibi habeo: ꝗa locus,seu territoriū non circunscribunt ista incorporalia,vt sunt actiones personales.allegat. l. Gaius. ff de leg.2.&l.fi.C.de præscri.long.temp. & tene menti istam
18 decisionem.¶Sed vlteriùs dubitatur,†vtrùm nobilis,qui habet merum,mixtumque imperium,& omnimodam iurisdictionē, possit in loco suo instituere noua pedagia, seu nouas gabellas.Concludite quòd nō,per l.1.& l.vectigalia.C. uecti.noua instit.nō pos.Ista enim sunt de regalibus,& ideo Principi reseruata. c. 1. in titu. quæ sint
19 rega. ¶Sed utrùm ipse † nobilis possit præscribere ius colligendi,seu colligere faciendi pedagium in terra sua. Concludite ꝙ sic,dūmodo sit præscriptio,cuius initii memoria non extet in contrarium, & ad hoc solet allegari tex.no.in c.super quibusdam.§.præterea.in verbo,pedagia.ext.de uer.sig.& tex.in l.si publicanus.§.in omnibus vectigalibus.ff.de public.& hoc est de mente Spe. in tit. de cau.pos.& proprie.§.quia verò. uers. quid de colligētibus pedagia.& hoc uoluit Cy.in l.1.C.vecti.no.& Bal. in l. cum proponas. in vlt. colum. C. de nau. fœno. & Angel.in l.fi.C.vecti. no.¶Sed an ad acquirendum tale ius ex præscriptione, seu consuetudine requiratur scientia Imperatoris,vel Principis.Bart.in d.§.in omnibus. determinat quòd sic, vel saltem debet interuenire scientia, & patientia Pręsidis,seu Magistratus deputati ab Imperatore,vel Principe in illo territorio: quia ad curā ipsius Magistratus hoc pertinet.l.3.C.vecti.noua instit.nō pos.Et est ratio secundùm Bart. quia in istis iuribus non potest creari possessio,seu quasi,nisi data scientia,& patientia Superioris.l.1.& 2.C.de serui.& aqua.l.pe. ff. de serui.ti.gener.ꝑ Inno.in c.bonæ.il grande ext.de postu. præla.per eundē Inn.in c.2.ext.de in inte.restit.per eundem in c.cū in ecclesia Sutrina.ext. de causa pos.& proprie. per eund. in c. olim. il 3. ext. de restitu. spo. & in c.in literis.eo.ti.& in c.dilectus.ext.de capel.mona.Bal. autem in c.1.in titu.quæ sint rega.in usi.feu.tenet contra Bar.dicens,quòd etiam sine scientia,& patientia Imperatoris ius tale colligendi pedagium poterit acquiri consuetudine,vel præscriptione. Mouetur: quia Imperator verisimiliter scit istos abusus percipientium pedagia, & faciendo similes illicitas extorsiones.c.1.§.illicitas.in ti. de pac.iura.fir.in li.feu.Item arg.quia hoc casu non ꝑscribitur cōtra Cęsaream Maiestatē, sed pręscribitur contra libertatem,& contra utilitatē transeūtium. & Sal.in l. vectigalia.C.vecti.noua instit. nō pos. refert varias opiniones,& signanter refert D. Signor. de Homod. Doct. Mediolanen. qui tenebat requiri scientiam Imperatoris. Et tandem ipse Salyc. dicit tutius esse, quòd ipse nobilis alleget aliquem titulum super ipso iure pedagiandi: nam probando de vsu per tempus, cuius initii memoria non extet in contrarium, præsumetur ille titulus allegatus,per no. per Bar. & cæteros in l. cum de in rem verso.ff.de vsu. & per no.in l.si filiusfamilias.C. de peti.hær.& in l. qui in aliena. §. sed & si non adierit. ff. de acqui.hære.Vel secundùm eundem Saly.in d.l.vectigalia,potest dici,ꝙ ex quo Imperator expressè vetat noua vectigalia institui,videtur approbare vectigalia antiquitus instituta: vnde si quis perceperit pedag ū in suo territorio per tempus, cuius initii memoria non extat &c. ille, qui allegat illud pedagium esse nouum, non poterit hoc probare. vnde secundùm eum non requiritur patientia Principis, quando habemus tempus, de
20 quo supra. † Addite Anton. de Butr. in cap. peruenit. ext.

ext.de cens.in 20.colum.& etiam in 24.vbi dicit, quòd quando quis percepit pedagium per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, talis vsus pręsumitur esse iustus. ¶ Ad motiua Bart.dū dicebat, quòd in istis iuribus incorporalibus non habetur possessio, seu quasi,nisi data scientia,& patientia Superioris, respondet ipse Ant.in d.c.peruenit.quòd argumentum procederet,quando quis fundaret intentionē suam super præscriptione. Sed secus est,quando facit fundamentum super vsu:quia tunc non requiritur alia patientia Superioris ex eo, quia talis vsus habetur loco consuetudinis, quæ habet vim iuris constituti.l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arcen.& in hac opin.etiam residet Ang. in l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. Addatis Io.de Imo. in d.l.si publicanus.§.in omnibus. vbi etiam tenet contra Bar.Mouetur primò per tex. in d. c.super quibusdā. §.præterea.vbi quando adest tempus,cuius initij memoria non extat in contrarium,acquiritur ius pedagiandi, nec ibi fit aliqua mentio de patientia Superioris. Secundò mouetur: quia tale tempus habet vim concessionis, seu tituli.d.§.ductus aquæ. Secundò principaliter addit tex.in c.1.ext.de præscri.lib.6.vbi dicitur,quòd in præscriptione tanti temporis,cuius initii memoria nō extat in contrarium,non requiritur titulus, etiam si præsumptio, vel ius commune faciat contra præscribentem. Tertiò mouetur,quia vsus per tempus,de quo supra,est propriè consuetudo: quia non agitur de detrahendo iuri singularis personæ tantummodo, sed iuri vniuersali omnium transeuntium. Et ista est propriè consuetudo, non autem præscriptio.Ita not.Io.And.in nouel.in c.2. ext.de consue.lib.6.Et ad inducendum consuetudinem non requiritur patientia Superioris, vt not. per gloss.& omnes Doc.in c.fi.ext.de consue.notatur in l.de quibus
21 ff.de leg.& in l.2.C. quæ sit long.consue.† ¶ Restat ergo in hac pulcherrima dubitatione concedere.& concludere quòd vasallus in terra sua ex consuetudine potest acquirere ius pedagiādi per tempus,cuius initij memoria non extat in contrarium.Nec oportebit probare de scientia,& patientia Superioris,quicquid dixerit.Bar.in d. §.in oībus. Et pro secunda opin. Sali.supra relata adduco vobis elegantem notam Ioan. And.& aliorum Doct. in c. cum apostolica. ext. de his quæ fiunt à præla. sine consen.capi.vbi dicunt, quòd laicus bene potest tenere decimas ecclesiæ in feudum,quando fuissent illi concessæ in feudum ante concilium Lateranen. sed si post, non posset illas tenere.Sed ponamus,quòd prælatus dicat aduersus ipsum laicum,quòd tales decimas ecclesiæ nō potest tenere in feudum: certè si laicus probet, quòd illas decimas ecclesiæ tenuit per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, pręsumetur, quòd illas habuerit ante concilium Lateranense.& ideo prælato allegansti, quòd imò habuit eas post concilium prædictum, incumbit onus probādi. ¶ Quid autē, si nobili debeatur passagium per transeuntes super ponte in territorio ipsius nobilis, & aliquis nolit transire per pontem,sed per uadum,an tunc nobilis debeat habere passagium? Vide per Bal.in l.3.C.de pri.fisci.faciunt not. per eūdem Bal. in l.si plures.4.colum.C.de condi.inser.

S V M M AE.

1 *Princeps concedens alicui plura molendina an sit intelligendus concedere etiam imperfecta.*

2 *Princeps habens in principio alicuius territorij molendinū, quod Titio concedit in feudum, an postea poterit Princeps aliud molendinum inferiùs ædificare Titio inuito.*

3 *Princeps an possit statuere, ne eatur ad aliud molendinum, uel furnum,quàm quod statutum sit.*

4 *Consuetudo non inducitur in ijs,quæ sunt meræ facultatis.*

5 *Antiqua consuetudo nō est in præiudiciū alterius immutāda.*

6 *Dominus alicuius loci faciens pactum cum aliqua familia de molendo,aut coquendo pro tali pretio,an censeatur comprehendere augmentum familiæ in posterum.*

7 *Princeps concedens castrum cum pertinentijs an includat molendina.*

1 ET CVM Molēdinis. ¶ Circa hoc quęro, Princeps † habet quattuor molendina super quodam flumine,quorum duo erant vetera, & cum machinis,reliqua verò duo erāt sine ipsis machinis, fecit concessionem per hæc verba. Concedo Titio molendina, quæ habeo in tali flumine, vtrùm in ista concessione venient molendina, in quibus adhuc non erant positæ molæ? Ista quæstio fuit de facto in ciuitate Papiæ (in aliis tamen terminis) nam erat ibi statutum disponens, quòd nullus extraheret molendinum de Ticino in Padum sub pœna amissionis molendini, & decem librarum. Quidam nobilis construi fecerat vnum molendinum existens in Ticino, intendebat tamen vti illo in flumine Padi. & cum adhuc in eo non essent positæ molę,duci fecit ipsum molendinum de Ticino in Padū. Potestas Papiensis processit contra eum ad pœnam statuti,allegando quòd licèt illud molendinum non haberet molas: nihilominus tamen dicebatur molendinum perfectum ratione substantialitatis, nam molæ non dicuntur pars substantialis, sed potius instralis: quia non sunt eiusdē speciei.l.fi.ff.de fun.instr.instrumētoq; lega. Simile videmus in asina molendinaria. l. cum de lanionis.§.asinam.illo eo. tit.Dominus Bald. consultus super hac quæstione determinat pœnam non esse commissā: quia in istis statutis odiosis,& pœnalibus debemus capere etymologiam secundùm proprium significatum rei, quæ demonstratur.l tugurii.& l. vt Alfenus.ff. de verb. signifi.Vnde secundùm propriam significationem, molēdinum dicitur à molendo,& sic significat rem, prout est in actu.Et ideo in quæstione prædicta, quia illud molēdinum non habebat molas, consuluit Bal. pœnam non esse commissam. Sed reuertendo ad quæstionem supra formatam,dicit Bal.in c.1.§.si quis de manso.in titu. de de controuer. inuesti.quòd deberemus attendere communem vsum loquendi vulgarium.l.librorum.§. quòd tamen.ff.de leg.3.& etiam ibi facit mentionem de quæstione statuti prædicti. Addite vos, quòd cessante tali communi vsu loquendi putarem in concessione Principis etiā venire molendina non habentia molas: quia in beneficiis Principum debemus facere largissimam interpretationem, quantùm ad præiudicium ipsius Principis.l.beneficium.ff.de consti. princi.& c.cum dilecti.ex
2 tra de donat.¶ Sed ponamus.† Princeps in principio cuiusdam sui territorij habebat vnum molendinum,quod concessit mihi in feudum: deinde tractu temporis ipse Princeps in inferiori parte eiusdem territorij vult facere aliud molendinum,an hoc possit me inuito. Bald.in d.§.si quis de manso.in 3.colum.videtur velle quòd sic: Princeps tamen tenebitur mihi ad interesse: non enim possum eum impedire iure seruitutis,quia res sua nemini seruit.l.in re communi.ff.de serui. vrba. prædio. Addit ibi Bald. quòd ego infeudatus de primo molendino,non potero aquam discurrentem subtus meū molēdinum absorbere in prædiis meis, quia non est verisimile Principem tale ius mihi concedere voluisse,arg.l.qui binas ædes. ff.de serui.vrb.præd. ¶ Vlteriùs quæro de
3 quæstione quotidiana.† Dominus habens molendinum in territorio suo facit ordinationem, seu statutum, vel generale proclama,quòd quilibet subditus suus debeat ire ad molendinum ipsius domini ad molendum, & non in alio,& ad coquendum panem in furno ipsius domini,& non alibi, quæritur nunquid ista potuerit ordinare,& statuere. Arguit quòd sic: quia domini subditis munera

munera indicere possunt. Munerum autem quędam sunt personalia, quædam realia, & quædam mixta. l. munerũ, in princ. ff. de mune. & hono. Item tributorum quædam sunt tributa prædiorum, quædam capitis, & generaliter tributum dicitur omne, quod tribuitur. Ita uult gl. ĩ rub. C. de anno. & trib. lib. 10. Et ĩ istis muneribus inducẽdis, seu imponendis in primis consideratur persona munus indicens, an habeat officium ita faciendi, consideratur etiam persona, cui indicitur, an sit subiecta, uel non. Virtus enim, & potentia causa efficiendæ debet considerari, an possit disponere in passum. l. 1. ff. de tut. & cura. da. ab his. Et quòd prædicta duo considerentur, uult gl. no. in rubr. C. quemadmo. ciuil. mune. indicun. lib. 10. Si ergo munus prædictum est publicum, videtur, quòd dominus illud possit imponere subditis suis. Secundò pro ista parte facit, quia in iuramento fidelitatis continetur, ꝙ subditus dominum suum exaltabit, quantum poterit. Ita uult glo. reputata sing. in c. 1. in ti. qual. uas. iura. debe. fide. in li. feudo. vnde si subditus, & fidelis ipsius domini nolit ire ad molendinum domini sui, sed vult ire ad alia molendina, & afferre commodum aliis, non dicit̃ exaltare, imò magis uelle deprimere dominum. Tertiò nos habemus, quod dominus quandoq; potest imponere onus capitationis, ut habetur in l. cum antea C. de agr. & cẽsib. lib. 11. Si ergo potest id, quod magis grauat, multò fortius debet posse id, quod minus. Ita arguit Iurisconsu. in simili in l. cum furti. ff. de in litem iuran. & l. videamus. §. pen. eo. ti. ¶ In cõtrarium facit, quia aut volumus dicere, quòd ita statuere, & ordinare sit iurisdictionis cõtẽtiosæ, vel saltem voluntariæ, & hoc nullo iure cauetur, cùm hoc ergo non sit de aliqua specie iurisdictionis. dominus ita præcipiendo, seu sententiando vr̃ esse ad instar priuati. Ergo suum statutum, seu ordinatio nihil valet. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & l. fi. ff. de obse. à liber. patro. præstan. Secundò capitula iuramenti fidelitatis sunt certa, & determinata c. 1. in ti. de for. fide. & c. 1. in ti. de no. for. fide. & c. 1. in fi. in tit. qual. vas. iura. debe. fide. & in illis nõ includitur honor compellendi, ergo subditus nõ potest ad hoc cogi: si enim tenetur ad certa capitula, ab aliis intelligitur liberatus, arg. l. cum Prætor ff. de iudi. Tertiò, ire ad certum locum ad molendum debet esse de libera cuiuslibet potestate, argu. l. uiam publicam. ff. de uia pub. Quartò, in homagijs nulla debet induci nouitas. l. cum satis. §. caueant. C. de agri. & cens. lib. 11 Et hoc uult Spec. in ti. de feu. in §. quoniam super homagiis, uer. ego iuro, &c. Quintò, ex quo subdito præcipitur, ꝙ vadat ad certum molendinum ad molendum, ab aliis omnibus prohibetur. l. cum ita legatũ sit. & l. Titio. ff. de cond. & dem. & hoc etiam per pactum fieri non posse videtur. l. nemo. ff. de pac. Quid dicendum? Bal. in quodam suo consil. incip. In Christi nomine amen, vtrùm dominus, sic distinguit. Aut talis ordinatio respicit rem priuatam, puta, quia molendina sunt de proprio patrimonio ipsius dñi, & quęstus, seu redditus inde proueniens est etiam priuati iuris, quia tendit in bursam domini, & hoc casu talis ordinatio tanquam ambitiosa non valet. l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. Aut talis ordinatio respicit rempublicam, puta, quia ipsa molendina sunt fiscalia, & quæstus, seu redditus inde proueniens seruit publicis necessitatibus, & hoc casu valebit ordinatio dñi, seu statutum. Nam propter publicam necessitatem recedimus à priuata vtilitate. l. munerum. §. item. ff. de mun. & hon. l. unica,
4 propè fi. C. de cadu. toll. ¶ Sed ponamus, ꝙ †homines, & subditi ipsius domini intrent lõgissimo tempore ad molendinum domini, & ad coquendum in furno suo, nunquid in futurum poterunt cogi, vt vadant. Concludite, ꝙ non: quia in his, quæ sunt meræ facultatis, non inducitur consuetudo, neque præscriptio. Ita voluit Cy. & oẽs Doc. in l. 1. C. de serui. & aqua. & idem Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consue. Et Io. An. in c. Ioannes, ext. de cler. coniug. & Inn. in c. bonæ. il 2. ext. de post. pl. no. per Ant. de But. & Imo. in c. cum ecclesia Sutrina, ex. de caus. poss. & propric. in quibus locis Can. dicunt, quòd si quis longissimo tempore receptauerit aliquẽ militem in domo sua, non tamen poterit cogi, vt receptet in futurum. ¶ Sed
5 quæro. †Dominus loci habet molendinum, & furnum ĩ suo territorio: quidam ex subditis suis in feudo suo proprio vult facere molendinum, seu furnum, vtrũ hoc possit de iure. Videtur ꝙ non: quia antiqua consuetudo nõ debet immutari in præiudicium alterius, ut habetur in l. si manifestè. C. de serui. & aqua. Cum ergo dominus habeat molendinum, & furnum, ad quæ homines sui ire cõsueuerant iam longissimo tempore, videtur, quòd ille etiam in fundo proprio non posset hoc facere. In contrarium determinabitis, quia in fundo proprio licitum est ædificare etiam in præiudicium alterius. l. fluminum. §. fina. cum l. seq. ff. de dam. infect. ¶ Et hanc conclusionem limitabitis procedere, nisi seruitus, & obligatio personalis esset imposita, per no. in l. fi. ff. de vsuc. Vel nisi esset ꝑscriptum, sed talis præscriptio nunquam incipiet currere, nisi a die prohibitionis factæ illi, ne debeat construere molendinum, vel furnum, & propter prohibitionem ipse destitit: nam tunc ipse dominus incipit præscribere, ꝙ sibi soli liceat habere molendinum, & furnum, per no. p. gl. or. in l. qui luminibus ff. de seru. urb. præd. & per gl. in c. Abbate sancti Siluani, ext. de verb. sig. & est text. valde no. & ibi Inn. Ant. de But. & communiter Doct. ita volunt in c. significante, ext. de appell. ¶ Vlteriùs quæro.
6 †Dominus loci fecit pactum, & conuentionem mecũ de molendo, seu molifaciendo granum ad suum molendinum pro me, & familia mea omni anno, uel in perpetuũ pro me (10. libris omni anno soluẽdis) tempore conuentionis non habebã nisi duos filios, in processu autẽ tẽporis est aucta familia mea, ita ꝙ vnusquisque filiorũ meorum habet tantam familiam, quantam habebam tempore contractus: vtrùm dominus tenebitur omnibus illis de familia mea molifacere granum pro eodem pretio. Arguitur quòd sic, quia ista nomina vniuersalia recipiũt augmentum, & etiam diminutionem. l. pen. cum sua gl ff. de fun. inst. & l. peculium. ff. de leg 2. Secundò pro ista parte facit. l. si seruitus. ff. de seru. urb. præd. vbi dicitur, quòd seruitus imposita luminibus intelligitur tam de ꝑsentibus, quàm futuris. Tertiò pro hoc facit, quia debemus inspicere, quod euenire potest. l. si quis domum. §. 1. ff. loca. not. in l. inter stipulantem. §. sacram rem. ff. de verb. ob. Quartò ad idem adduco pulchra not. Albe. de Ro. in l. Rutilia Polla. ff. de cõtrah. emp. vbi dicitur, quòd si ego conduxi molẽdinum, ubi erant quattuor rotæ cũ pacto de soluendo decem modios frumenti pro qualibet, si ego conductor postea faciam construi nouam rotam in illo molendino, nihil tenebor soluere pro ea locatori. Quintò adduco pro hac parte eundem Albe. in Auth. hoc ius porrectum, ver. vnam aliam quæst. C. de sacros. eccl. vbi dicit, quòd si paterfa. conuenit cum monasterio, vt pro certa pensione moleret granum pro se, & familia ipsius, & in successu temporis familia fuerit aucta, tenebitur monasterium de stricto iure molere pro eadem pensione, dummodo tempore contractus monasteriũ non fuerit læsum. ¶ In contrarium facit text. in l. non modus. C. de ser. & aqua. Secundò, quia verba in dubio debent intelligi secundùm tempus contractus. d. l. Rutilia Polla. facit l. si ita. ff. de aur. & argent. lega. Tertiò infinitas est euitanda. l. fina. C. de sacrosanct. eccles. unde si aucta reperiatur familia mea, uidetur, quòd teneat̃ augere pensionem. Quartò pro eadem sententia adduco eleganter not. Dy. & Alb. in l. cui fundus. ff. de cond. & demon. ubi dicunt, quòd si concessum est alicui, quòd possit in sylua incidere ligna pro se, & familia sua, & ille, cui

facta est promissio, in successu temporis auxerit familiã in tantùm, quòd quilibet filiorum suorum habeat tantã familiam, quantam habebat ipse paterfa. tempore contractus, non poterit unusquisque filiorum ligna incidere, quantum expediet sibi,& familiæ suæ, sed omnes poterunt solùm incidere, quantum paterfa. tempore conuẽtionis potuisset. In isto passu in quæstione facti dicebam ita esse distinguendum. Aut promissio est facta sub nomine vniuersali, puta, quia promisit pro me, & familia mea.& isto casu, quia ista noĩa vniuersalia recipiunt augmentum,& ẽt diminutionẽ d.l.pe.de fundo instru.& siue aucta sit, siue diminuta familia, tenebit dominus loci molis facere granum sub eadem pensione, seu eodem pretio. Et hoc est de mente d.Petri de Ancha. in c. quanto. extra de deci. Aut conuentio, seu promissio fuit facta sub nomine particulari, puta, quia promisit molere granum, seu coquere pro me,& duobus filijs meis: & tunc ista limitata conuentio limitatum producit effectum. l. in agris.ff.de acqui.re.domi.& l.Fulcinius.§. quòd si aduersus. ff. ex quibus caus. in pos.ea. Aut promissio, seu conuentio fuit facta sub nomine indefinito, puta, quia promisit molere granum pro me,& filiis meis: & isto casu intelligitur de filijs, qui reperiuntur tempore contractus, non aũt de aliis. d. l. Rutilia Palla. faciunt no. per Bar.in l.si pluribus.ff. de leg.2. Et ita intelligat quod habetur in l.non modus.sup. allegata. Aut conuentio fuit facta sub nomine generali, puta, ꝓ me,& omnibus liberis meis:& hoc casu est subdistinguendum, quia aut conuẽtio talis fuit facta ad certum tempus, aut in perpetuũ, aut simpliciter. Primo casu quando ad certum tempus, concludite intelligendum esse de liberis, qui pro tempore reperirentur: quia partes contrahentes poterunt cogitare hunc casum euenire posse, per not.per Bartol.in d. l. inter stipulantem. in §. sacram rem. Et quia verba generalia debent generaliter intelligi l. 1. §. generaliter. ff. de leg.præstan. Idem est in secundo casu, quando conuentio, seu ꝓmissio facta esset in perpetuũ. Non obs.arg. quòd infinitas est euitanda: quia respondetur hoc debere limitari, nisi verba conuentionis sonent ad oppositũ: nam quis bene se potest obligare in perpetuum. l. 1. §. qui in perpetuum.ff.si ager vect.vel emph.pet.¶Præmissa intelligatis, quando familia creuit per natiuitatem, vel decreuit per mortem: secus si creuisset per aliquod accidens, puta q̃a ille, cui dominus ita promiserat, factus esset miles,& oporteret eũ tenere ampliorem familiam, quàm prius, iuxta §.cognitio in verbo.largiores.in Authẽ.vt iudi.sine quo. suffra. Nam tunc talis augmentatio non deberet nocere ꝓmissori, per no.in l.sed & si lege.§. q̃d autẽ.ff.de pet.hære. Tertio casu subdistinctionis, q̃n promissio fuit facta simpliciter non expresso aliquo tẽpore certo, nec ẽt in perpetuum, puta, quia promisit simpliciter molere granum pro me, & liberis meis pro decem libris in anno: tũc siue augeatur numerus liberorũ, siue decrescat in vno anno; tamen non erit augenda pensio, neque diminuenda, sed post annum nõ tenebitur dominus molere sub eadem pensione aucta familia, nec etiam debebit solui eadem pensio familia diminuta, quia in fine cuiuslibet anni licitum est resilere à contractu, per ea quæ habentur in l.item quæritur.§.qui im-
7 pleto. ff. loca. ¶An autem, q̃n † princeps concedit mihi castrum cũ pertinentiis, appellatione pertinentiarũ ueniãt molendina, vide per Bal.in c.1.in 2.co.in ti.de capi. qui curiã vendi.in lib.feud. Reliqua spectantia ad materiã molendinorũ, vide per Bal.in l.quò minus. ff. de flu. per Bal.in c.1.§.rursus.in ti.de cõtro.inuesti.in lib.feud.

SVMMAE.

1 *Dominus alicuius loci an possit inhibere subditis, ne uenentur certa animalia, aut uolatilia.*

2 *Dominus alicuius loci an possit præscribere ius prohibendi uenationem.*

3 *Domino inuito intrans fundum an si capiat feras, efficiantur ipsius capientis, an domini.*

4 *Ingressus fundum alterius illo inuito si aliquam uenationem fecerit, an poterit in illo fundo detineri, donec restituat uenationes.*

5 *Fera in laqueo detenta an sit capientis, an domini laquei.*

6 *Eripiens feram ab ore canis an teneatur ad restitutionem.*

7 *Rusticus inueniens falconem alicuius domini uenantis, si apud ipsum moriatur falco, an tenebitur domino.*

8 *Venatio uiris sanctis semper legitur prohibita.*

9 *Fluminum nomine an in inuestitura feudi comprehendantur nauigabilia.*

ET CVM venationibus. ¶Pro commento huius
1 verbi quæro de quotidiana quæstione. †Dominus loci facit præconizari, quòd nemo audeat venari ad capreolos, lepores, & perdices sub pœna, an possit hoc facere de iure. ¶Pro clariori decisione huius quæstionis debetis scire, ꝙ in c.nemo retia.in tit.de pace tenen.& eius vio.in lib.feu. dicitur, ꝙ nemo debet tendere retia, seu laqueos ad venandum, nisi ad apros, vrsos, & lupos, & ille tex. hẽt varios intellectus. ¶Primus est, ꝙ ponat casum specialem in prædijs,& possessionibus Imperatoris, & ꝙ in illis nemo audeat venari. Sed iste intellectus non placet, quia diuinat ad illum tex. Itẽ secundùm illum intel. decisio, de qua ibi, esset localis cõtra ea, quæ habenẽ in proœ. illius libelli. ¶Secundus intellec.est, ꝙ non liceat hoc facere in via publica, nisi q̃s vellet venari ad apros, lupos,& vrsos:& iste intellectus nihil valet, quia est contra tex.in l.qui foueas.ff.ad l.Aquil. ¶Tertius intellectus est, ꝙ Imperator hoc ibi statuerit in priuilegium militum,& nobilium, qui delectãtur in talibus, & vetat, ne inferiores præsumant venari ad retia, nec ad laqueos, ne p̃iudicent militibus,& nobilibus. Sed iste intellectus non videtur procedere secundùm Iac. Alua.ibidem, quia text. generaliter loquitur, dũ dicit, nemo retia. ¶Quartus intellectus ad illum tex. est secundùm præfatum Doc. ibidem, ꝙ velit dicere, ꝙ sit prohibitum ingredi possessionem alterius inuito domino possessionis pro venando. l. diuus Pius aucupibus.ff.de ser.rusti.prædio. habetur in l.3.ff.de acquir. re.domi. imò si quis inuito domino prędij ingrediatur, potest actione iniuriarum conueniri. l.iniuriarum.§.fi. ff.de iniur.& quia per tales actus plerunq; oriebantur rixæ,& iniuriæ, quæ inducebant violationem pacis, ideo Imperator ibi statuit, ꝙ in alienis prædiis nemo audeat tẽdere retia, vel laqueos pro venãdo.& iste intell. videtur conuenire rub. dum dicit, de pac.tenen. & eius viol. ¶Quintus intel.est datus ꝑ Iac.de Ardizo.Veron.in sua laudabili summa feu.in tit.de pac.tenen.dicens, ꝙ quia Imperator in §.proximo ibi præcedente, qui incip.mercator, dixerat, quòd non erat licitum portare arma, & quia poterat dubitari, an ad venandum esset licitum portare arma, ideo in §.nemo retia. determinat, quòd non, nisi quando itur ad venandum ad apros, & vrsos. Coniungite quartum intellectum superius relatum cum isto quinto,& habebitis veritatẽ,& verum intellectum. ¶Aduertite, quia licèt text. in d.§.nemo. solùm loquatur de apris, lupis,& vrsis; tamen idem esset dicendum de aliis æquè nociuis, vt sunt pantheræ,& leones, l.hi enim. cũ duabus seq.ff.de ædil.edict. Nunc veniendo ad decisionem quæstionis suprà positæ, dico vobis, quòd Hosti. in c.non.ext.de deci.dicit, ꝙ si dominus prohibeat subditis, ne venentur, seu aucupentur, dicitur eis facere violentiam. Subdit tamen, ꝙ debent cauere subditi, ne cogantur soluere pęnam saltẽ de facto. ¶Cautela pro Dominis terrarum est, quòd faciant istas prohibitiones per

per proclamata pœnalia, quia si subditi non contradicant, & propter talia proclamata desistant à venando, dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibendi,& si per longa tempora subditi acquiescant,dominus præscribit tale ius prohibendi,per no.in l.1.& 2.C. de ser.& aqua,& per gl.& Doc.in d.l.qui luminibus.Cautela etiam pro subditis est, vt immediatè cum habuerũt notitiam de proclamate,se opponant,& appellẽt. ¶Sed
3 ponamus,†ego intraui fundum tuum te inuito, & ibi cepi multas venationes, nunquid efficientur mei capientis.Gl.in §.feræ,Inst.de rer.diuis.determinat,ꝙ non. Sed gl.tenuit contrarium in l.3.ff.de acq.re.do.& gl.in l. diuus Pius aucupibus.ff.de ser.rust.prædio.Et istæ ultimę gl.sunt communiter approbatæ,& ita tenet Bar. in l.1.§. omnia.ff.de acq.re.do.& Ang.in d.l.diuus.ubi dicit hãc quæstionem fuisse de facto in quodam nobili de Odonibus de ciuitate Perusii,qui alienum fundum ingressus fuerat domino ĩuito,& ibi cæpit multas uenationes,fuit determinatum,quòd erant ipsius capientis, non obstante prohibitione facta per ipsum dominũ,qui prohibuerat ingressum.Sed Do.Flor. de Sancto Petro in d. l.Diuus.dictas gl.cõtrarias reddit ad cõcordiã distiguẽs.Aut fructus fundi cõsistit in venatione,& tũc si quid capiã ibidem,non efficietur mei capientis, & ita loquitur in d. §. feræ.Aut fructus nõ consistit in venatione, & tũc efficiẽtur venationes capientis,& ita loquuntur gl. contrariæ. Dicit tamen Io.Fa.in d.§.feræ,ꝙ præmissa procedunt,qñ priuatus prohibuit ingressum fundi:sed si iudex ꝓhibuisset tibi ingressum fundi mei ad mei instantiam, ne ires venatum in fundũ meũ,tunc id,quod caperes ibi,non efficeretur tui capientis,alleg.opi.tex.in l.qui fundum.§.q sciens.ff.pro emp.Subdit ibidem, quòd quia ibidem de consuetudine tolerantur guarentiæ,& defensæ, videtur secundùm eum,quòd venationes non efficiunt capiẽtis, etiam quando priuatus interdixit mihi ingressum fundi sui:quia si prohibitio iudicis potest impedire translationem dominij,d.§.qui sciens, multò magis lex consuetudinaria,ut habetur in §.fi.Inst.de iure natu. & notetis be
4 ne hæc uerba.¶An autem † illum,qui ingressus fuit fundeum meum me inuito gratia uenandi, possim inuitum retinere in fundo,donec restituat mihi venationes.Conclusio est quòd nõ,ita tenet Ang.in d.l. Diuus Pius. sed bene potero agere actione iniuriarum contra eum:quia me prohibente ingressus est fundum meum.l.iniuriarum actio.ff.de iniu.Item etiam armata manu possum resistere contra uolentem intrare fundum meum me inuito. Ita vult glo.in l.3.§. planè.ff.de acqu.rer.dom.¶Sed quę
5 ro.†In laqueo meo detinetur quædam fera bestia, alius capit eam,cuius erit? Concludite,quòd erit capientis.Illud ergo,quod detinetur in laqueis meis, non efficitur meum,nisi illud manu capiam,tex.est in l.in laqueum.ff.
6 de acq.rer.dom.¶Item quæro.†Lupus,uel miluus, uel canis cepit auem, uel pecudem alicuius, & habet in ore, ego eripio eam de faucibus illius,an tenear eam restituere priori domino.Concludite quòd sic,text.est not. in l. Pomponius,in fi.ff.de acq.rer.dom.¶Queritur vlteriùs.
7 †Quidam nobilis ibat ad uenandum, seu aucupandum cum falcone,amisit ipsum falconem. quidam rusticus reperit cum sonaliis,& gectis,& portauit ad domum suã, & eum tenebat sub quodam scamno dando illi comedere carnes salsas,caseum,& rapas,quibus omnibus utebatur ipse rusticus,& ideo falco mortuus est, vtrùm rusticus tenebitur ad restitutionem falconis. Prima facie uidetur dicendum quòd non: quia rusticitati est ignoscendum.l.2.§.fi.ff.si quis in ius uoc.non ie. Item ex quo nemo persequebatur falconem, rusticus probabiliter potuit credere eum peruenisse in naturalem libertatem. In contrarium determinabitis, quia culpa est immiscere se artibus ad se non pertinentibus.l.culpa.ff.de regu.iu. sicut imperitia imputaĩ medico, qui malẽ curauit ægrotantem.l.illicitas.§.sicuti.ff.de off.præs.& quemadmodũ rustici non audent optare pecunias.l.domini prædiorũ, cum glo. C.de agri.& cens.lib.11.ita non pertinebat ad ipsum rusticum immiscere se de tam nobili animali. Pręterea ignorantia non potest eum excusare, cum esset cũ sonaliis,& gectis,per quod signum demonstrabatur res signata,quemadmodum ad stigmata cognoscimus fabricenses.C.de fabricen.lib.11.Et dicit Bald.in lectura magna,in Authen.dos data.C.de don.ante nup.quòd ad signum cognoscuntur ballæ mercatorum. Concludite ergo rusticum teneri non l. Aquil. quia non interfecit falconem,sed quia præbuit causam mortis,tenetur actione in factũ.l.qua actione.§.Celsus.ff.ad leg.Aqui.nec debebat credere ipsum falconem peruenisse in naturalem libertatem:quia à natura non nascuntur falcones cum sonaliis,& gectis,& ex isto signo poterat perpẽdere,quòd dominus non habebat eum pro derelicto.l.falsus.§.si iactum.ff.de fur.Et ita,ut supra,determinat Bar.in propriis terminis in suo trac.de falcone.incipiente, Comes Gui-
8 do de Baluchardo.¶Addite,quòd an, † & quando permissa sit venatio etiam clericis,uel monachis,habetis gl. meliorem de corpore iuris,in c.qui uenatoribus.87. distinctio.& per glo.in Clemen.ne in agro.§.porro.ext.de statu monacho.habetur in c.1.ext.de cleric.vena. & Hieron.ait, quòd nunquã uidimus, seu legimus venatorem aliquem fuisse sanctum.c.Esau. 86. dist. piscatorem autẽ bene inuenimus esse sanctum. Et licèt Imperator in propria persona dederit respõsum venatoribus,d.l. Diuus. quia Princeps delectatur similibus: uidetur esse text. in contrarium in l.fi.ff.de iure immu. in uerbo, venatores,tamen non reperitur, quòd unquam Imperator uoluerit immunitatem venatoribus dare ab oneribus.l.ue
9 natoribus.C.de excus.mun.¶Aduertite ad unum,†quia plerunque Princeps in inuestituris apponit ista uerba, cum aquagiis, & aquaticis,ac uenationibus,& nobiles taliter inuestiti prætendunt flumina etiam non nauigabilia,& ꝓhibitionẽ uenationum uenire ĩ inuestitura. & ista si possident sine contradictione,certè acquirunt sibi utile dominium,& superiori directum,per not.per gloss.in l.si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.commo.& per no. per gl.in c.1.§.si quis per 30.in ti.si de feu.defun. fue.cõten.in usi.feu.Et per not.per gloss.in l.2.§.appellata.ff.si cert.pet.

SVMMAE.

1 *Piscari in fluminibus publicis omnibus licitum est.*
2 *Domini terrarum an possint prohibere piscationem in fluminibus publicis.*
3 *Ius prohibendi piscationem in fluminibus publicis quo casu quæratur.*

ET CVM PISCATIONIBVS aquaticis,& fluminibus. Ibi
1 piscationibus.¶Sciendum est,†quòd in mari, & in fluminibus publicis licitũ est omnibus piscari l.2.& 3.ff.de rer.diuis.& §.flumina,Inst.illo eo.tit.Nisi ex consuetudine aliquis præscripsisset, ut sibi soli in tali loco fluminis publici liceret piscari,quia in istis attenditur consuetudo.l.si quisquam.ff.de diuer.& tempo. præscr. Et licèt ius piscandi in talibus fluminibus publicis sit cõmune omnibus,tamen mare,& flumina publica quantũ ad iurisdictionem, & proprietatem sunt sub protectione Cæsaris,ut uult glo.& ibi Bal.in d.l.2.ff.de rer.diuis. Non obstat c.1.in uerbo,piscationum,in titu.quæ sint rega.ubi uidetur probari, quod piscationes sunt Cæsaris: ergo uidetur, quòd ius piscandi non sit commune omnibus, quia respondetur, quòd ille text. debet intelligi de redditibus publicis piscationum, ueluti si Princeps exigeret publicum uectigal de istis piscationibus:

nam tales redditus sunt Cæsaris, iuxta l.inter publica.
§.fin.ff. de verbo.signifi. Et hunc intellectum accommo
dauit Iacob.de Alua.in d.c.1. quæ sint rega. ¶ Sed q̄ro,
2 † nunquid Barones,& domini terrarum possint prohibe-
re piscari in talibus fluminibus publicis, de Principe
non est dubiū,per l.seruitutes.§.pe.ff.de ser. ti.generali.
Videtur prima facie dicendum,quòd tales Barones pos
sint facere talem prohibitionem,quia quo errore dicūt,
quòd in terris eorum sunt Imperatores,quia hodie diui
sum est Imperium, vt notat gloss. in Rubr. C.de studijs
liber.vrb.Ro.lib.11. eodem errore uidetur, quòd pos-
sint prohibere piscari.Sed Ioan.Fab.in d.§. flumina.de-
terminat totum contrarium: quia sicut Præsides prouin
ciarum non possunt prohibere,ita nec isti domini terra-
rum,seu Barones.l.3.§.planè.ff.quòd vi aut clam. Et ita
3 dicit seruari in curia Franciæ. Hoc tamen † dicit,nisi ex
consuetudine pinguius ius esset ipsis Baronibus acquisi
tum,puta,quia aliquando prohibuissent subditis suis,ne
irent ad piscādum in tali flumine publico, & subditi nō
contradixissent illi prohibitioni,imò propter illam de-
stiterunt longo tempore: nam tunc esset acquisitum ius
prohibendi,per no.per Bar.in l. item lapilli.in 4.q.ff.de
re.diui.faciunt ea,quæ habentur in l.fi.ff.de vsuc.Et ha-
betur per Cano.in c.significantibus.ext.de appella.

SVMMAE.

1 *Proprietas fluminum publicorum dicitur esse Cæsaris.*
2 *Flumina publica quò ad proprietatem sunt illius ciuitatis,& populi,per cuius territorium discurrunt.*
3 *Aedificare in flumine publico quando, & cui liceat.*
4 *Flumina publica quo ad vsum cuius sint.*
5 *Dominus alicuius loci locans cum territorio an intelligendus sit etiam locasse flumina.*
6 *Verbum, Concedo,est verbum generale,& debet intelligi secundùm naturam actus,super quo interponitur.*
7 *Flumina an veniant in concessione feudorum.*
8 *Flumen existens in confinio duarum ciuitatum, seu duorum territoriorum cuius sit.*
9 *Possidere flumen quando quis dicatur.*
10 *In fluminibus an sit dare iurisdictionem,& imperium.*
11 *Ius piscādi in fluminibus esse cōmune multis modis limitatur.*
12 *Ius prohibendi piscationem quanto tempore possit acquiri.*

IBI FLVMINIBVS. ¶Debetis scire, quòd fluminum quæ
dam sunt priuata,quædam publica.l.1.ff.de flu.¶ Et
1 aduertite, † quia proprietas fluminum publicorum
est Cæsaris, quia sunt de regalibus.c.1.in ti. quæ sint re
ga. Sed cùm hodie ciuitates Lombardiæ ex consuetudi
ne præscripserint merum imperium, & regalia, vt vult
gloss.magna in fin.in §. iusiurandum.aliàs est in §.nulla.
2 in Authen. de defen. ciuita. † Flumina publica quò
ad proprietatē sunt illius ciuitatis,seu populi, per cuius
territorium discurrunt, vt vult Ange. in l.fluminum. in
prin.ff. de dam.infect. voluit Bart. in l.quò minus.ff.de
flu. in 1.colum. quòd hodie omnes ciuitates Italiæ præ
scripserunt imperium, & regalia,sicut ciuitates Lombar
diæ ex consuetudine, vel priuilegio pacis Constantiæ.
¶ Ex præmissis sequitur, ꝙ in talibus fluminibus pu-
blicis nō est licitū ædificare molēdina,vel alia īgenia, ni
si cum licentia Principis,vel Senatus,l.2.§.si quis à Prin
cipe.ff.ne quid in lo.pub.uel nisi de licentia,& auctorita
te ciuitatis,seu populi habentis merum imperium,& re-
galia. Vnde Bononiens.quia habēt proprietatem flumi-
nis Rheni,possent concedere priuato(sine iniuria tamen
cuiusquā) ius ędificādi molēdina in illo flumine Rheni,
secundùm Angel. in d.l.fluminum. Idem est, si quis ha-
bet auctoritatem,seu licentiā à lege municipali,puta uir
tute statuti,uel consuetudinis. Et ita intelligitur text.in
l.2.cum sua gloss.in verbo,lege.ff.ne quid in loc.publi.
Idem est, si haberet licentiam, & auctoritatem ab admi
nistratoribus habentibus merum imperium, & regalia,
per not.per Bar.in l.3.§.planè.ff.quod vi aut clam.Præ
missa procedunt in flumine publico nauigabili,ut est Pa
3 dus, & sic de similibus: cæterùm † si esset flumen pu-
blicum, sed non nauigabile, licet vnicuique ædificare
in illo flumine absque permissu Principis,uel Senatus,
nisi esset uetitus ab ipso Principe, uel Senatu, casus est
4 in l. quò minus. ff. de flumin. ¶ Nunc † quæro,ad quem
pertineant flumina publica quò ad usum. Concludite,
ꝙ vsus taliū fluminū est cōmunis, adeo quòd ius piscan
di competit omnibus in eis. l.2. ff. ne quid in loc. pub.
& d.§. flumina. Et ex eo quòd usus est communis, re-
sultat alius effectus, quia locus est præoccupationi. l.
5 2.§. 1. ff. ne quid in lo. pub. ¶ Sed quæro. † Dominus
uillæ, seu castri locauit mihi, seu in emphyteosim con-
cessit cum toto territorio castrum suum, nunquid in ta-
li locatione ueniāt flumina. Bart. singulariter in l. 1. C.
de mancip. & colo. lib. 11.determinat, quòd in tali con
tractu non ueniunt riui aquarum, neque pontes, neque
flumina, neque loca sterilia penitus inhabilia adcul-
turam, nisi quatenus aqua est expediens ad cultu-
ram rerum conductarum, uel in emphyteosim conces-
sarum. Et ideo secundùm eum dominus uillæ, & castri
poterit de residuo aquæ uti pro collibus,& prędijs suis,
quod notetis. Do. Lud. Ro. in suis singul. in 63. com-
mendans istud dictum Bart. dicit eleganter, quòd con-
cesso castro cum territorio non uenit in tali concessio-
ne locus sterilis, neque usus fluminum. Et idem uoluit
clarissimus Doctor D. Marti. de Laud. in tract.de Prin
cipibus. in rubri. de castellanis, in fi.2.colum. Et ambo
mouentur per no.per Bar.in d.l.1.Ego in q.facti dicebā,
quòd aut præfati duo Doct. loquuntur de concessione
plenaria, puta facta titulo donationis, uel uenditionis,
& tunc iudicio meo malè loquuntur: quia in tali dona
tione, seu uenditione facta de castro cum toto territo-
rio ueniunt etiam flumina, & etiam loca sterilia,per no
ta. per Bald. in c. 1. in titu. de capi. qui cur. uendi. &
per eundem Bal.in c.1.§.ad hoc,in tit.de pac.iur.fir. Ad
idem cōtra præfatos Doct.allegabam id,quod vult pul
chrè Bal.in c.1.§.si quis de manso. in titu. de controuer.
inuesti. in eo. lib. vbi dicit, quòd concesso mihi castro
per Principem, in tali concessione ueniunt omnes mu-
nitiones perpetua destinatione patrisfamil. ibi positæ,
ut sunt tāburii,bōbardæ,balistæ & manconelli,ad quod
faciūt no.p eund.Bal.in fi.ff.de cōsti.prin. sed si præfati.
Doct. intellexerunt de concessione non plenaria, puta
de ea,quæ fit titulo locationis, uel emphyteosis,tūc cre
do eos benè dicere per dictum Bart.& quòd ita potue-
6 runt intellexisse, probo, quia uerbum, † concedo, est
uerbum generale,& debet intelligi secundùm naturam
actus, super quo interponitur. Ita uult Arch. in c.1. in
uer.concedat.ext.de usur.lib.6.& idem Arch.in c.1. de
iniur.& dam.da.De isto uerbo,concedo,uidete per eun
dem in l.uxorē.§.fi.ff.de leg.3.& per Bal.in c.1.§.Titius.
in titu. si de feu. defunc. fue. content. per eund.Bald.in
l.non ambigitur.in fi.col.ff de leg.per Ioan.de Imo.in l.
pater filium.ff. de leg.3. per eund. Imo.in c. pastoralis.
extr. de dona. & per Do. Panor. in c. cum uenerabilis.
ext. de excep. & est optimus text. in l. ad eum, quæ est
7 l.fi.ff.de dona. ¶ Vlteriùs quæro,† nunquid flumina ue-
niant in concessione feudorum,puta,quia Princeps di-
cit.Concedo tibi tale castrum cum territorio de tali flu-
mine usque ad tale.Arch.format istam q.in c. ecclesias.
13.q.1.& concludit, quòd ueniūt flumina propter istas
dictiones, De, Ad,& usque,& ueniunt ubi incipiunt, &
ubi finiunt.Et ita determinat Bald.no.in c.1.§. si quis de
manso. in pe. col. in titu. de controuer. inuest. & etiam
propter

propter istam dictionem, ad, quæ est adiunctiua, vt volunt præfati Doc. in locis alleg. Et an ista dictio, vsque, stet inclusiuè, vide per Bar. in l. patronus. §. 1. & 2. ff. de legat. 3. & per eundem in l. meminisse. ff. de off. proconsu. & leg. & per Bald. in Auth. cui relictum. C. de ind. vid.
8 toll. † Sed ponamus, quòd flumen sit in confinio duarum ciuitatum, seu duorum territoriorū, respondeo, quod psumitur esse cuiuslibet vsque ad medium fluminis. l. arbor. ff. commu. diuid. & ideo in ijs, quæ continentur vsque ad medium fluminis, præsumptio est pro vtraque ciuitate, quò ad iurisdictionem. Ita no. Bar. in tract. Tiberiadis, in 10. colum. in ver. item videndum est, & etiam vult Bald. in c. ex literis, circa pen. colum. ext. de prob. quod est bene notandum. ¶ Limitetis tamē hoc esse verum, nisi per alteram ciuitatem tantùm fuisset illud flumen possessum quia tunc iurisdictio, & districtus pertineret solùm ad illam ciuitatem.
9 ¶ Sed pro declaratione q̄ro, † qn̄ quis dicatur possidere, vel quasi, aliquod flumen, respondeo, quod ille, qui habet imperium, & iurisdictionem in illo flumine, præsumitur illud possidere. Ita dicit Barto. in trac. Tiberiadis, sub rubri. de alueo. & est de mente Bald. in l. si plures, in 10. col. C. de cond. inser. Et hoc notetis, quia sæpe contingit, & hoc multùm facit contra Brixienses, pro Veronensibus. Nam ciuitas, & Domini Veronæ, qui pro suis temporibus fuerunt, semper exercuerunt imperiū, & iurisdictionem in lacu Gardæ, & ideò dicuntur posse dilse illum lacum, adeò quòd ita fuit determinatum per magnificum consilium Sapientium ciuitatis Venetiarū.
10 ¶ Vnum etiam notetis, † quòd sicut in terra est dare iurisdictionem, & imperium, ita & in aquis, & fluminibus. Ita determinat expresè Ang. in l. insulæ Italiæ. ff. de iud. & Bar. in l. 1. C. de class. lib. 11. & not. Cano. in c. ubi periculum, ext. de elect. lib. 6. Et ex hoc infert Ang. in d. l. insulæ. ff. de iud. quòd si maleficium esset commissum ī mari in aliquo loco magis propinquo ciuitati Pisarum, iurisdictio, & districtus super ipso maleficio competeret
11 ipsi ciuitati Pisanæ. ¶ † Quòd dixi supra ius piscandi ī fluminibus esse commune, debet limitari multis modis. ¶ Primò, si flumen esset priuatum, quia tunc ei, cuius esset, liceret piscari, & non aliis, tex. est in l. iniuriarum. ff. de iniur. ¶ Secundò fallit, quando quis præscripsisset, ut solus piscaretur in tali loco fluminis. d. l. iniuriarū actio. §. fi. cum l. seq. ¶ Tertiò fallit, quando illud ius piscandi esset priuatum, puta, quia Princeps mihi uendidisset certam piscariam in certo loco talis fluminis. Et ita potest intelligi. c. 1. in uerbo, piscationum redditus, in tit. quæ sint rega. in lib. feu. ¶ Quartò fallit, quādo vicinus meus se obligasset per stipulationē, quod neq; sibi, nec hæredibus suis vnquam liceret piscari in tali flumine: nam tunc talis cōuentio esset valida, tex. est cū sua glo. in l. uenditor in prin. ff. comm. præd. & dicit ibi Pau. de Ca. quòd hoc habet locum nedum in mari, sed etiam in aliis aquis. ¶ Quintò fallit, quando esset consuetudo, quod non liceret alicui piscari in tali flumine, nisi pro usu publico. Nā tūc talis consuetudo bene valeret d. l. venditor. §. si constat. ff. comm. præd. Et aduertite, quòd istud ius piscandi præscribitur tanto tempore, cuius initii memoria nō extat in contrarium, quia per tempus prædictum præscribuntur etiam loca publica. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
12 aqu. quot. & æsti. ¶ † An autem sufficiat, quem possedisse per spatium 20. vel 30. annorum ad hoc, vt alium superuenientem possit prohibere piscari, habetis de hoc gloss. ord. in §. flumina, in ver. omnibus, Institu. de rer. diuis. ¶ Per præmissa infertur ad quæstionem, nunquid quis possit præscribere, quòd solus habeat molendinum in flumine publico, de quo videte Bald. in propriis terminis, in l. Item lapilli, in 2. & 3. quæstio. ff. de rerum diuis.

SVMMAE.

1 *Verbum, inuestire, quid importet.*
2 *Fodere licet cuilibet ī fundo proprio sine læsione superficierū.*
3 *Princeps inuestiens vasallum de castro, & territorio cum salinis, & argentifodinis an intelligi debeat etiam de salinis, & argentifodinis repertis in loco publico.*

Cvm argentifodinis, & salinis. ¶ Quæro de publica quæstione, vt sciamus, quem effectū operentur ista verba in īuestituris.
1 † Quidam priuatus habebat vnum prædium in monte, & ibi erant venæ subterraneæ, ubi reperiebantur metalla auri, vel argēti, vel cotes, quæ sunt lapides ad acuendum ferrum: quidam uolebat metalla illa fodere sub dicto prædio, dominus prædii prohibebat, quæritur nunquid hoc possit. Videtur quod sic, quia sicut quicquid est supra illud prædium vsque ad cœlum, est ipsius priuati, cuius est fundus. l. altius. C. de ser. & aqua. ita quicquid est inferius, debet pertinere ad ipsum fundum. Hinc est, quòd licitum est mihi fodere in fundo meo, dummòdo non tangam de fundo vicini mei. l. fluminum. §. fi. & l. proculus. ff. de dam. infe. Secundò pro ista parte facit tex. in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. ma. vbi si in fundo dotali reperiantur lapidicinæ, vel argentifodinę, pertinent ad vxorem, & idem in salinis. l. forma. § salinę. ff. de censib. Tertiò ista sn̄ia cōprobatur per l. venditor. §. si constat. ff. commu. præd. inducendo per locum à speciali. Nam ibi inuito domino fundi licebat fodere lapidicinam, quia consuetudo loci ita se habebat, ergo videtur tenere illa litera secus esse
2 de iure communi. ¶ Cōtrariam † sententiam tenuit Pau. de Ca. in d. §. si vir in fundo. vbi dicit se habuisse quęstionem de facto in ciuitate Pergami de quibusdam, qui per aliquod tempus foderant sub terra prædiorum priuatarum personarum, & ibi reperiebantur cotes, & erant venæ subterraneæ, reperiebatur etiā ibi metallum argenti, consuluit ipse Pau de Cast. quòd cuilibet licebat sub terra fodere, sine læsione tamen superficiei prædiorū propter publicam vtilitatem, allegat text. cum sua glosſ. in l. quosdam, & in l. cuncti. C. de metal. lib. 11. Ad l. venditor. §. si constat. ipse respondet, quòd loquitur in lapidicina, quæ reperitur in superficie fundi, qui non potest fodi sine læsione fundi, vnde inuito domino fundi non licet fodere, nisi consuetudo habeat contrarium. d. §. si constat. Sed nos loquimur in venis metallorum argenti & auri, quæ sub terra reperiūtur, & sine læsione superficiei fundi possunt fodi, & idem dicit in cotibus prædictis. Ad tex. in d. §. si vir in fundo, ipse respondet, quòd debet intelligi secūdùm prædicta. Sed contra istam opi. videtur tex. in c. 1. in uerbo, argentariæ, & in ver. salinarum, in tit. quæ sint rega. in lib. feud. vbi text. videtur probare, quòd salinę, & argentifodinę sunt de regalibus, & sic spectant ad Principem. D. Flor. de Sancto Petr. Doct. Bonon. in l. sed si inter duos, aliàs in l. æquissimum. §. inde est quęsitum. ff. de usufruct. dicit, quòd quando ista metalla auri, uel argēti reperiuntur in fundis priuatorum, pertinent ad ipsos priuatos, qui sunt domini fundorum, sed si reperiantur in locis publicis, tunc pertinēt ad Principem. d. cap. 1. in titu. quę sint rega. D. Marti. Laud. in d. c. 1. idem uidetur uelle, quòd Dominus Flor. dicens, quòd si salinę reperiantur in loco publico, spectant ad Principem, quia sunt de regalibus, & ita intelligitur tex. in d. c. 1. in uerbo, salinarum. Idem in aurifodinis. & argentifodinis, sed si reperirentur in loco priuato, erunt domini ipsius fundi. Pro hac opin. ego allego tex. ad literam in l. 3. in fi. cum sequen. ff. de reb. eor. &c.
3 ¶ Ex præmissis patet, † quem effectum operentur uerba prędicta, quando apponuntur in inuestituris: nam si Princeps inuestiat uasallum de castro, & territorio cum

cum salinis,& argentifodinis,& salinæ,seu argentifodinæ reperiantur in loco publico, pertinebunt ad ipsum vasallum,qui est loco Principis,sed si reperiantur in feudis priuatorum,spectabunt ad illos,qui sunt domini illorum.& ista sententia videtur mihi de iure verior.& de cotibus prædictis habetis tex. in l. cotem ferro. & in l. Cæsar.ff.de publica.

SVMMAE.

1 *Filius an possit feudum paternum acceptare, & repudiare hæreditatem paternam.*

2 *Regula,quòd filius debet simul acceptare feudum, & hæreditatem paternam,aut utrunque repudiare, limitatur multis modis.*

3 *Titulus,an filius,uel agnatus,qualiter sit interpretandus. & nu.4.& 5.*

6 *Stante statuto,quòd fœmina excludatur ab hæreditate paterna,an si pater habeat feudum ad fœminas transibile, an uirtute talis statuti excludatur fœmina ab ipso feudo.*

7 *Filius si uiuente patre renunciet hæreditati paternæ cum iuramento,an excludetur à feudo paterno.*

8 *Filius an beneficio inuentarij possit acceptare feudum paternum,& hæreditatem patris.*

9 *Filius renuncians feudo,& hæreditati paternæ,an si postea illa possideat,sit liber à seruitutibus feudalibus,aut oneribus hæreditarijs.*

10 *Carboniana bonorum possessio, uel bonorum possessio uentris nomine an habeant locum in feudalibus.*

11 *Nepos repudians hæreditatem patris an possit succedere auo in feudo auito.*

12 *Pater acquirens feudum de nouo an possit illud stipulari uni ex filijs, ita quòd alij nihil habeant.*

13 *Mortuo patre infeudato an continuetur possessio feudi in filiũ.*

14 *Filius an succedat in feudo præscripto per patrem.*

1 ITA QVÒD ipsi inuestiti habeant. ¶Quæro,vtrùm † filius possit acceptare feudum paternum, & repudiare hæreditatem paternam. Concludite quòd non, imò habet necesse aut acceptare vtrunque, aut vtrunq; repudiare, secus est in agnato,quia potest acceptare feudum,& repudiare hæreditatem. tex.est in c.1.in tit.an filius,vel agna.Ratio diuersitatis est:quia filius habet feudum mediante patre,vnde venit ex persona patris,cum oriatur à patre,sed agnatus nõ sic.c.1.in tit.de grad.succes.in feud.& in c.1.in tit.de suc.feud. ¶Regulam prædictam,† quòd filius habet necesse vtrunque acceptare, vel vtrunque repudiare,limitabitis multis modis. ¶Primò,vt procedat, quando inuestitura est facta alicui pro se,& hæredibus suis: nam hoc casu non potest filius vasalli acceptare feudum, & repudiare hæreditatem, sed habet necesse vtrunque acceptare, vel repudiare vtrunque.Et ita intelligitur ille titulus,an fil.vel agna.secus si inuestitura esset facta pro se,& filiis suis,vel pro se, & liberis suis: nam hoc casu liberi possent acceptare feudũ, & repudiare hæreditatem. arg. l. iurisiurandi.§.si liberi. ff.de oper.liber.& l.cum patronus. §.cum libertus.& l.si operarum.ff.eo.tit. Hanc limitationẽ dedit Iac.de Ard. Veronen.& idem voluit And.de Iser.in d. c. 1. & idem And.in c.1.§.hoc quoque.in tit.de succes.feud. Hanc eãdem opi.tenuit Iac.de Bel.in c.1. in tit. de eo qui sibi,& hæred.suis,Bal.quoque in d.c.1. in tit. an fil.vel agna.sequitur istam sententiam faciendo tres casus. Primus est, qñ quis accepit feudum simpliciter. Secundus,qñ accepit pro se,& hẽredibus suis. Et istis duobus casibus sm̃ cum habet locum ille titulus, an filius, vel ag. Tertius est casus, quando accepit feudum pro se, & filiis suis,uel pro se,& liberis suis:& hoc casu liberi potuerũt retinere feudum,& repudiare bona hæreditaria. Addo uobis Ioan.de Imo. idem volentem in c. ex parte.in fin. 15.col.ext.de feud.& ibidem dicit Imo.quòd ista est cõ-

3 munis opi. ¶Secunda limitatio est,† quia titulus, an fil. uel agna.debet intelligi,quando filius incepit primò acceptare feudum: nam tunc non potest repudiare hæreditatem paternam, sed habet necesse utrunque acceptare: sed si primò incepisset acceptare hæreditatem paternã, bene posset postea repudiare feudum paternum, etiam inuito domino.c.1.in titu. de uas.qui contra consti. Lotha.Et hanc limitationem ponit Odof.in summa sua sub rubricella, vtrùm quis possit repudiare hæreditatem patris.& placet Bal.& Iac. Alu.in d.c.1. ¶Tertia limitatio

4 est,† vt titulus,an fil.uel agna.debeat intelligi,qñ ad filium aliquid peruenit de hẽreditate pr̃na,uel peruenire põt; alioquin si nihil in bonis hẽt pater, & ipse p̃r alienasset feudũ;tunc filius admitteret ad illud feudũ, quamuis nihil de bonis hæreditarijs hẽret. Ita dicit eleganter Iac.de Bel.c.1.in.§.Titius.in fi.col.in tit.si de feu.defun. fue.conten.in lib.feu. Hoc dictum sequitur Bal.in l.cum secundùm.in fi.col.C.de fideicom. Addite Ioan. Ray. idem volentem in suo commento.c.imperialem.ver.pęna.in 7.col.in tit.de proh.ali.feu. per Fede.Et placet D.

5 Mar.Laud.in d.c.1.an fil.vel agn.¶ † Quarta limitatio ẽ, quia tex.in d.c. 1.an fil. vel ag.debet intelligi, quando filius potest habere hæreditatem patris, puta, quia fuit hæres institutus à patre, vel succedit ab intestato: alioquin si esset institutus in re certa,vel solummodo in legitima,alio vniuersaliter instituto, tunc licèt filius non dicatur hæres patris, vt habetur in l.si quis priore. ff. ad Treb.& in l.quoties.ff.de hære.insti. tamẽ poterit habere feudum paternum, secundùm Iac. de Ardi. & Iac. de Belui.& Iacob. Alua. in d.c.1. Et hoc casu secũdùm eos non tenebitur filius respondere pro oneribus hæreditatis.Idem dicit Bal.in eod.c.1.quãdo filius esset præteritus in testamento paterno,nã tunc succedet in feudo paterno, nec necessitabitur annullare testamentum paternum: quia nullum est in eius fauorem,vt habetur in l.filio præterito.ff.de iniust.rup.irritoque test. ergo potest renunciare.l.si iudex circunuẽto.ff.de min. & l.si quis in cõscribendo. C.de pac.Idẽ in exhæredato à patre; quia non obstante exhæredatione poterit habere feudum auitũ secũdũ And.de Iser.in c.1.in tit.de suc.feu.de quo

6 p Iac. Alua.in d.tit.an filius vel ag.¶† Quinta limitatio est, quia si vigore statuti filia excluditur ab hæreditate paterna,& pater haberet feudum,quod transiret ad fœminas, posset illa filia habere feudum, quantuncunque sit exclusa ab hæreditate paterna, & hoc est de mente Bal.in d.l.cum secundùm.in fin. & de mente eiusdem in d.c.1.an fil.vel agna.Et hoc expressè vult ibi Iac. Alua.

7 ¶† Sexta est limitatio,quã ponit Bal.in eod. c. 1.dicens, quòd si filius viuente patre renunciet hæreditati paterni cum iuramento, quod facere potest, vt habetur in c. quãuis.ext.de pac.lib. 6.tamẽ mortuo patre poterit habere feudum paternum,quamuis renunciauerit hæreditati paternæ.Et ibi dicit Bal.quòd ista cautela non fuit ab aliis adinuenta,neque excogitata. Et pro ista limitatione facit: quia in generali renunciatione hæreditatis paternæ non comprehenditur feudum, secundùm Bal. in Auth.in successione. C. de suis & leg. Optimè facit tex. in c.1.in §.in generali.in tit.si de feu.defun. fue.conten.

8 ¶† Septima fuit limitatio An.de Iser.in d.c. 1. an filius vel agn.& cæteri sequuntur.dicit enim, quòd filius potest acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris beneficio inuentarii. Et istud inuentarium est magnæ vtilitatis, quia liberabit bona feudalia ab oneribus hæreditariis, & solùm tenebiĩ filius creditoribus hæreditariis iuxta facultates hæreditatis paternę, quod est valdè notandum. Vos autem dicite, quòd licèt dictum And. de Iser. sit verum,pro quo faciunt no.in l.fi.§.in computatione.C. de iure delib. tamẽ iudicio meo ista propriè non

non est limitatio, seu fallentia ad c. 1. an fil. vel ag. quia hoc casu filius bene habet vtrunque, licèt hæreditatem paternam acceptauerit cum beneficio inuentarii. ¶Sed
9 pone, † filius renunciauit feudo, & hæreditati paternæ, deinde reperitur tenere ipsum feudum, vel hęreditatem paternam, nunquid tenebitur ad seruitia feudi, & ad onera hæreditaria. Ia. de Ardi. & Ia. Alua. in d. c. 1. an fil. vel agn. determinant quòd sic, per l. si is qui. ff. de acqui.
10 hære. ¶An Carboniana † bonorum possessio, de qua in l. 1. C. de Carbo. edic. vel bonorum possessio ventris nomine habeant locum in feudalibus. Bal. eleganter in d. c. 1. determinat quòd sic: & cæteri sequuntur per rationem. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. ¶ Quæro ulterius,
11 † Nepos vult repudiare hæreditatẽ patris, & succedere auo in feudo auito, nunquid possit? Odof. dicebat quòd non, per generalitatem sæpe allegati tit. an fil. uel agna. Et idem uidetur uelle Bald. in l. qui se patris. C. unde liberi. Sed ipsemet Bald. in d. c. 1. an fil. uel agna. circa hoc eleganter distinguit, hoc modo. Aut filius decessit in tali statu, in quo potest habere hæredem, aut non. ¶Primo casu distinguendum est, quia aut ipsi filio erat feudum acquisitum, & tunc nepos non potest uenire ex persona aui ad illud feudum, sed oportet, quòd ueniat tanquam hæres hæredis. l. fin. C. de hæred. instit. Aut ipsi filio nõ erat feudum acquisitum: & tunc quia ex persona patris non potest uenire, quia respectu patris feudum est caducum, ideo nepos admittetur ex persona aui. ¶Secundo casu, qñ decessit filius in tali statu, in quo non poterat habere hæredem, tunc dicit Bald. quòd feudum est separatum ab hæreditate, & ideo nepos potest illud obtinere ex persona aui. Et hanc distinctionem sequitur Iacob. Alua. & D. Mart. Laud. in d. c. 1. ¶Dicebat tamen dominus Ioan. de Blonosco, quòd nepos non potest admitti ad feudum auitum ex persona aui, nisi fuisset conceptus tempore mortis ipsius aui. per l. Titius. ff. de suis, & legi. & per l. si quis filium. C. de inof. test. Sed hoc est falsum secundùm Bald. in d. c. 1. quia cum liberi succedant usque ad infinitum. c. 1. §. cum uerò Corradus. in tit. qui. feu. da. pos. & agnati saltem usq; ad septimum gradũ, ut habetur in c. 1. §. hoc quoq;. in tit. de suc. feu. impossibile esset dicere, quòd omnes essent concepti tẽpore mortis eius, qui fuit stirps communis agnationis. Et talis impossibilitas patet per rerum naturam, & ideò non indiget probatione, vt inquit tex. in l. vbi autẽ non apparet. §. illud. ibi, sed ipsa natura manifestissimum est. ff. de verb. oblig. Addite vos, quòd Bald tenet eandem sententiam in l. si in persona. C. de fideicom. vbi dicit, quòd ẽt nepos cõceptus post mortem aui est successibilis in feudo. & hoc placet D. Marti. Laud. in d. c. 1. §. hoc quoque. in titu. de suc. feud. Ad l. Titius. & ad l. si quis filium. suprà in contrariũ allegatas respondebitis, quòd loquuntur in successione hæreditaria, sed in feudalibus nepos non succedit tanquam in re hæreditaria, sed tanquam ex prouidentia principali. Vel aliter, successio feudorum non defertur ex lege ciuili communi, vel prætoria, sed beneficio Corradi, & ex moribus ampliãdis ꝑ beneficiũ
12 Corradi. d. §. cum verò Corradus. ¶Sed quæro. † Pater acquirit feudum de nouo, nunquid potest illud feudum stipulari vni ex filiis, ita quòd alij nihil habeãt? Bald. in l. 1. in 38. quæst. ff. de rer. diuis. determinat quòd sic, per ea, quæ habentur in l. auus. ff. de pac. & in l. continuus.
13 §. fi. ff. de verbo. oblig. ¶Item quæro, † nunquid mortuo patre infeudato continuetur possessio feudi in filium. Bald. in l. cum antiquioribus, circa 9. colum. ubi tractat materiam primogenituræ. C. de iure delibe. videtur velle quòd sic. ¶Sed in contrarium est ueritas, quia possessio feudi non transit etiam in filium, nisi sit apprehensa, per no. per glo. in l. cum miles. ff. ex quib. caus. maio. facit l. cũ hæres. in prin. ff. de acq. pos. Et hanc sñiam tenuit Io. Ray. in commento. c. imperialem. §. ꝓterea si quis infeudatus. in tit. de prohi. alie. feud. per Feder. & Bal. expressè in c. 1. in 2. col. in tit. quid sit inuesti. ¶An autem
14 † filius succedat in feudo præscripto per patrẽ? Videtur quòd non, quia nõ dicit esse vera inuestitura. ¶ Contrarium determinabitis. in primis auctoritate Bal. in c. fi. in ti. de feu. da. in vicem leg. commiss. Mouetur Bald. quòd præscriptio æquipollet veritati, vt nota. in l. 1. C. de ser. & aqua. Et hanc sententiam dicit probari in d. c. fin. vbi dicitur, quòd si quis per 30. annos tenuit rem tanquam feudalem, præstando seruitia domino; deinde moriatur, filius succedit in tali feudo præscripto. ¶Secundò comprobabitis hanc decisionem auctoritate eiusdem Bald. in l. liberti. C. de oper. libe. & placet D. Mart. Laud. in c. 1. in 1. col. in ti. quib. mo. feu. consti. po. quod notetis. ¶Quæro etiã. Vasallus decessit relicto filio, & dominus consentientibus agnatis inuestiuit illum filium tanquã de feudo nouo, licèt esset feudum antiquum: deinde moritur filius inuestitus sine liberis, an agnati succedant in illo feudo, an verò dominus superior illius feudi? Gl. in d. c. 1. in tit. an filius vel agn. determinat, quòd agnati erunt exclusi. Et hanc sententiam secuti fuerunt Iac. de Bel. Ia. de Ardi. & And. de Iser. Bal. & Iaco. Alua. ibidẽ. ¶Sed ponamus, quòd non consentientibus agnatis fuisset ille filius inuestitus tanquam de feudo nouo, vbi tamen erat feudum antiquum, an talis inuestitura præiudicabit agnatis? Bal. quem cæteri sequuntur in d. c. 1. proximè allegato, determinat quòd non: quòd dominus in præiudicium agnatorum non potest mutare, seu alterare naturam feudi. arg. l. si. ff. de pac. & l. si post mortem. §. fi. ff. de bo. pos. cont. tab. Et ista theorica multùm bene probatur in d. c. 1. an filius vel agna. Eodem modo vasallus in præiudicium agnatorum nihil potest facere in feudo antiquo. Hæc regula probatur in c. 1. in §. & eorum. & ibi Bal. in tit. de vasal. decrep. æta. ¶Et quia regulam habemus, quòd mortuo patre filius infra annum, & diem debet facere sibi renouare inuestituram. c. imperialem. §. si quis infeudatus. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. aliàs priuabitur feudo, vt ibi. quæro, an sufficiet probare lapsum anni, & diei à morte patris? Concludite quòd non, sed oportet etiam probare, quòd filius se immiscuit hæreditati paternæ habendo scientiam mortis paternæ. Item oportet probare, ꝙ habebat conscientiam qualitatis feudi. & nisi ista probentur, nõ poterit priuari feudo, licèt sit lapsum tempus anni. Ita eleganter determinat Bal. & cæteri sequũtur, in c. 1. in ti. de capi. Corrad. quod est bene notandum in practica. Et hanc opi. secutus est clarissimus Doct. Alex. de Imol. suo consi. 79. quasi ad fi. in 1. vol. suor. cons.

S V M M AE.

1 *Verba ista. Et quibus concedere, & alienare uoluerint, quid importent.*
2 *Verba ista, cuiuis dabit, in inuestitura feudali apposita non debent alterare naturam feudi.*
3 *Inuestitura feudali facta non data licentia alienandi an poterit taliter infeudatus subinfeudare alium, sine licentia domini.*
4 *Subinfeudatio non durat, nisi ad uitam subinfeudantis.*
5 *Subinfeudans an possit aliquid sibi de feudo retinere.*
6 *Dominus superior an possit compellere uasallum uasalli sui ad sibi seruiendum.*
7 *Præscriptio ueniens in sequelam tituli, ad quem peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis.*
8 *Vasallus an sine licentia domini possit rem feudalem concedere in emphyteosim.*
9 *Vasallus an possit rem feudalem concedere ad liuellum.*
10 *Vasallus an in re feudali possit constituere seruitutem.*
11 *Vasallo remittente suis hominibus aliquod seruitium, si feudum*

dum ad dominum reuertatur, an tenebitur stare illi remissioni.

12 *Liberum dominium non habens non potest liberè transferre rem, sed cum sua qualitate.*

13 *Vasallus an possit in re feudali alteri constituere usumfructum.*

14 *Vasallus an possit concedere annuos fructus in re feudali, & num. 15.*

16 *Vasallus an de rebus suis feudalibus possit in testamento relinquere pauperibus.*

17 *Vasallus an pro filia sua maritanda possit dare feudum in dotem.*

18 *Mulier habens feudum an possit illud marito dare in dotem.*

19 *Maritus an possit in feudo constituere uxori suæ donationem propter nuptias.*

ITA ETIAM quòd ipsi uasalli, & eorum hæredes, & successores, & quibus concedere, & alienare uoluerint, habeant, & possideant. ¶Quæro, quem effectũ
1 importent ista uerba. † & quibus concedere, & alienare uoluerint? In hoc reperio uarias opi. nam Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. 94. refert opi. Iaco. de Bel. & dicit, quòd quanquam ista uerba essent apposita in inuestitura, tamen uasallus, seu emphyteota non poterit alienare rem feudalem, seu emphyteoticam sine consensu domini: quia uerba prædicta debent intelligi secũdùm naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de usur. & l. si uno. ff. loca. Et cum ista opi. transit Ioan. And. ibi in addit. ad Spec. Bal. autem in l. 1. in 45. q. ff. de rer. diuis. dicit, quòd quando in inuestitura feudi sunt apposita ista uerba. Cõcedo tibi rem in feudum pro te, & hæredibus tuis, & cui concedere, seu alienare uolueris. Ista uerba important liberam potestatem alienandi dictum feudum etiam sine licentia domini. allegat tex. ad literam. in c. 1. in tit. de feu. non haben. propri. na. feu. Idem in effectu uoluit ipse Bal. in l. liberti libertæq;. in pen. col. C. de oper. lib. Bar. de Sal. in l. fi. in pe. col. C. de iur. emph. & tenet cõtra opi. Spe. Mouetur, quia nisi ita dicamus, uerba pdicta nihil operarentur, contra c. si Papa. de priui. li. 6. & l. si qñ. ff. de lega. 1. Subiungit tñ, ꝙ uerba prædicta non importabunt, quòd dominus uideatur remisisse laudimium, qđ debebat cõsequi ex illa alienatione, & putat Iac. de Bel. ita voluisse. Angel. quoque in l. cum essent. §. per plurium. ff. de seru. rust. pręd. etiam tenet contra Specul. dicẽs, quòd per ista uerba, & quibus cõcedere voluerit, datur libera potestas alienandi etiam sine licentia domini. Ioa. de Imol. in c. potuit. in antepe. car. ext. de loca. etiam tenet contra opi. Spec. per rationem prædictam, quia aliàs verba prædicta nihil operarent. Subdit tamen tenendum esse menti dictum Spec. cum quo transit Io. An. & ideo secundùm eum dubium esset tenere contrarium. ¶Io. Ray. in suo commento. c. imperialem. §. habito. circa. 3. col. in tit. de proh. feud. alien. per Fed. hanc opinionem reducit ad concordiam hoc modo. Aut in inuestitura sunt apposita ista verba. Ita quòd tu, & hæredes tui, & quibus dare, & concedere volueris, idem habeant: & isto casu poterit vasallus alienare sine licentia domini propter illud verbum, habeant, quod debet intelligi cum effectu, ita quòd vasallus habeat liberam potestatem alienandi, & quòd ille, in quem alienabit, habeat illud feudum. allegat. l. habere duobus modis. & l. id apud. ff. de verb. sig. Et ita secundùm eum propriè loquitur tex. in d. c. 1. in tit. de feu. non haben. prop. natur. feud. Aut simpliciter sunt apposita ista verba, & quibus concedere, seu alienare volueris, vel inuestiuit vasallũ cum pacto, quòd posset alienare, & isto casu non poterit alienare sine licentia domini. & ita intelligatur opin. Spec. In secreto iuris putarem, quòd quando dominus in inuestitura dat licentiam alienandi, vel apponit illa verba, & quibus concedere, vel alienare volueris, quòd hoc casu vasallus possit alienare sine licentia domini, vt volunt Bal. Sal. Ang. & Imol. in locis allegatis: quia aliàs istud pactum nihil operaretur. Et D. Alex. de Imo. in suo cons. 1. aliàs. 3. vol. tenet contra Spe. Tenebitis ta-
2 men menti concor. Io. Ray. ¶Quid autem † si in inuestitura essent apposita ista verba. Concedo tibi talem rem in feudum pro te, & tuis hæredibus, & cuiuis dabis. Bal. in d. l. liberti. in pe. col. dicit, quòd per ista verba, cuiuis dabis, non intelligitur alterata natura feudi, imò important meram naturam feudi: quia inuestitor retulit pactũ ad ius. allegat no. per Bar. in simili in l. Caius. ff. sol. mat. faciunt not. in l. qui mutuam. ff. manda. ¶ Sed ponamus,
3 † quòd in inuestitura non sit data licentia vasallo, neque tacitè, neque expresè alienandi feudum, vtrùm ipse vasallus inuestitus de feudo possit subinfeudare alium de eodem feudo sine licentia domini. Videtur prima facie dicendum ꝙ non: quia infeudãdo dicitur vasallus alienare, q̃a trãsfert vtile dominiũ. l. fi. C. de reb. alie. nõ alie. & alienatio est interdicta vasallo sine licentia domini. c. imperialem. in prin. in tit. de proh. alie. feu. per Fede. in vsi. feu. ¶In cõtrarium determinabitis per tex. in c. 1. §. 1. in tit. qualiter olim pote. feu. alie. & in c. 2. §. similiter. & §. profectò. in tit. de leg. Cor. & in d. c. imperialem. §. callidis. & §. firmiter. & in §. illud. ¶ Aduertite tamen, quòd tria requirũtur ad hoc, vt vasallus possit subinfeudare sine licentia domini. Primò, quòd hoc faciat sincerè, & sine fraude. Secũdò, quòd subinfeudet ei, qui sit similis conditionis, & qualitatis, sicut est ipse vasallus, debet enim subinfeudare pari, vel maiori, non autem inferiori se. Tertiò est necesse, quòd subinfeudet sub eisdẽ pactis, & conditionibus, sub quibus tenebat ipse feudũ. Ista est glo. valde notabilis communiter approbata in c. 1. §. præterea. in tit. de capi. Corra. in lib. feud. ¶ Vnum
4 tamen † volo notetis, quòd quando vasallus subinfeudat alium, illa infeudatio non durabit nisi ad vitam ipsius subinfeudantis: vnde si ipse subinfeudans moriatur sine liberis, & sit feudum antiquum, agnati poterunt postea reuocare illud feudum: quia resoluto iure datoris resoluitur &c. cap. 1. §. rursus. in titu. de controuer. inuest. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pign. ¶Et ideò in quæstione facti, cum quidam nobilis, videns se carere prole, & eẽt in senectute, subinfeudasset alium in feudo, & decessisset sine liberis, consului, quòd agnati poterãt reuocare illam infeudationem, & ad hoc allegaui in ꝓpriis terminis And. de Iser. in c. 1. §. 1. in tit. per quos fiat inuest. & placet ibi D. Mart. Laud. & idem uoluit ipse D. Mart. in c. 1. §. Titius. in tit. si de feud. defunc. fuer. contẽ. ¶Sed quia dixi supra vasallum posse subinfeudare alte-
5 ri, quæro, † an aliquid remaneat apud ipsum uasallum subinfeudantem. Prima facie videtur dicendum quòd non: quia uasallus subinfeudando alteri transfert utile dominium, quod habet, vnde nihil videtur apud ipsum remanere, per ea quæ habentur in l. ex asse. ff. ad Treb. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Vos determinabitis cõtrarium, & dicetis, quòd apud ipsum uasallum subinfeudantem remanet quoddam quasi vtile dominium ratione iuris vasallici, quod habet in vasallum, quem subinfeudauit. Ita dicit not. Io. Ray. in præal. c. imperialem. §. illud. in tit. de proh. alien. feud. per Fed.
6 ¶Item quæro de pulchra quæstione, † nũquid dominus superior possit compellere vasallum vasalli sui ad sibi seruiendum. Glo. mouet istam qõnem in c. 1. §. fi. in ti. de cõtro. inuest. & nihil clarè determinat. Sed Iacob. de Bel. & And. de Iser. in d. §. fi. determinãt, ꝙ dominus superior non possit vasallum vasalli sui ad sibi præstandum seruitia cõpellere. Mouet, quia vasallus vasalli mei nõ est vasallus meus, sicut socius socii mei nõ est socius meus. l. nam socius. ff. pro soc. Bal. autem in d. c. fi. ad fi. col. determinat

nat contrarium, dicens quòd dominus superior poterit compellere secundum uasallum ad præstandum sibi ser uitia, & cõpellere eum per subtractionem beneficii. allegat ea, quę habentur in §.adeò.Insti.de loca.& condu. Item secundùm Bald. poterit dominus superior habere regressum contra vasallum uasalli sui, tanquam contra debitorem debitoris sui.allegat no.per glo.& Doct.in l. pro hærede.§.si quid tamen.ff.de acqui.hær.Iac. Alu. in d.§.fi.sequitur opi.Bal.quam corroborat per tex. in c. 2. §.similiter,in tit.de leg.Corra.& per d.c. imperialem. §. illud, in tit. de proh. alien.feu. per Fed. alleg. etiam Ia. de Ard. Veronen. in summa sua feu. in tit. quib. mod.feu.amit.sub rubricella, eodem pacto vasallus det in feudum.Io.Ray.in suo commen.d.c.imperialem. §.illud.dicit,quòd in hoc casu secundus vasallus requiretur à suo proprio,& immediato domino, & dominus superior requiret suum vasallum immediatũ, vt sibi præbeat seruitia, & ille vasallus præstabit seruitia domino suo cum iuuamine sui subuasalli.Et pro ista sententia faciunt not.in c.1.§.fina.in tit.de pac.iur.firman.in lib.feud. ¶In secreto iuris putarem secundum vasallum non posse cõpelli per dominum superiorem, qui non est suus dominus immediatus.Primò,quia actio personalis, quæ com petit ipsi domino, nõ transit in singularem successorem. l.1.§.si hæres.ff.ad Treb.& l.fi.§.fin.ff.de contrahen. emptio. & pro ista sententia facit optimè tex. qui non reperitur in hoc correctus,in c.1.in §.1.in ti.quali.olim pote. feu.alien.Ad motiua allegata per Bal.vos potestis respõ dere,& primò ad no.in d.§. adeo.quòd licèt ibi dicatur, quòd primus emphyteota possit agere contra secũdum emphyteotã,vel actione præscriptis verbis,vel cõdictio ex lege, tamen ibi non dicitur, quòd dominus directus possit agere contra secundum emphyteotam. Ad l. pro hærede.§.si quid tamen, cum sua glo.potestis respondere,quòd ibi bene dicitur, & notatur, quòd creditor potest facere se mitti in possessionem iuris libertorum, & vasallorum debitoris sui, de quo per Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam. infec. & per Bal.eleganter in Authen.ei qui iurat.C.de bon.aucto.iudi.possid. Sed in dicto.§.si quid tamen,non legitur,nec notatur, ꝙ dñs superior possit compellere vasallum vasalli sui ad præstã dum sibi seruitia. Ioa.tamen Rey. superius allegata mihi

7 placent.¶Sed quid † si secundus vasallus acquisiuerit in feudo ius ex præscriptione, fortè quia tam ipse, quàm primus vasallus fuerunt inuestiti de re aliena,an resoluto iure primi vasalli,redeat illud ius præscriptionis ad primum dominum superiorem.Bal.no.& Iaco. Alua. in d.c.1.§.fi.in ti.de cõtro.inuest.determinãt quòd sic: quia quando præscriptio venit in sequelam tituli, ad quem peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis.allegant l.si alienam. & l. qui alienam. ff. de donat. caus.mor.& ea quæ notantur in l.indebiti.§.fi.ff.de con-

8 di.indebi.¶†Vlteriùs quęro de quęst.quotidiana,utrùm vasallus sine licentia domini possit rem feudalem concedere in emphyteosim.Glo.in c.imperialem.in prin.in tit.de proh.alie feu.per Fede.determinat quòd nõ:quia talis concessio in emphiteosim est alienatio. §. alienationis.in Authen.de non alie.colum.2.& l.fin. C.de reb. alie. non alie.& illam gloss. secuti fuerunt Iac. de Bel. Bertra.Caprio.Bal.Iac.Alua.& cæteri posteriores.& ista sẽtentia placuit Io. Blãcho de Marsilia in summa sua feu dorum,in ti.quib.mod.feud.amit.in §.emphyteoticus verò contractus. & hanc eandem sententiam sequitur Ioa. Rey.in commento d.c.imperialem.in 3.car. ¶Limitat tamẽ hoc procedere in feudo habente propriam naturam feudi;alioquin si non haberet propriam, & rectam natu ram feudi, ut est dare exemplum in c.1. in titu.de feud. non haben.propri. natu.feu. tũc vasallus posset bene in emphyteosim concedere sine licentia domini.Hanc sen tentiam audacter teneatis, licèt Io.Fabr.in §.adeo.Insti. de loca.& condu.tenuerit contrarium, dicens quòd sicut pater potest dare feudum in dotem pro filia,vt vide bitis infra, ita etiã vasallus debet posse in emphyteosim concedere.Sed ista opinio nullo modo potest sustineri, quia,vt dixi supra,concessio in emphyteosim est alienatio,quæ est interdicta vasallo.d.c.imperialem.Sed dicet aliquis,vasallus potest subinfeudare sine licentia domini,vt supra, quare ergo non potest in emphyteosim con cedere?Respõdete,ꝙ ratio diuersitatis est,quia qñ vasallus subinfeudat, hoc facit sub eadem conditione, & qua litate, & sub eodẽ tit.sub quo habet,sed quãdo concedit in emphyteosim,hoc non facit sub eodem titulo,sed diuerso, & in habentibus symbolum facilis est transitus. l. spadonem.§.qui multa iura.ff.de excusa.tut. ¶Aduertite tamen,quòd Pet.Iac.in ti.de condictione ex lege imperiali. in §. callidis. dicit, quòd de consuetudine vide mus obseruari,quòd vasalli pascua,terras incultas, & heremos concedunt quotidie in emphyteosim sine licentia domini, & consuetudo tolerat hoc. Et de ista consuetudine etiam attestatur Ioan. Fab. in d. §. adeo. & Ioan. Reyn. in d. c. imperialem. in §.primo.allegans genitorem suum etiam tenere cessante consuetudine. Teneatis quod supra dixi. & ista fuit vna de causis, quare Marchio Montisferrati priuauit. N. Dominos sancti Stephani eorum feudo: quia multa bona feudalia concesserant in emphyteosim, & multa alienauerant sine

9 licentia eorum Domini. ¶ An autem † vasallus poterit rem feudalem concedere ad libellum. Cõcludite quòd non,per d.c.imperialem.ibi,sub quadam collusione nomine libelli, sit ergo cautus, vt habeat licentiam domini sui & ita expressè determinant Doc.maximè Io.Rey. in d.c.imperialem.§.1.Nõ obstat tex.in c.1.in fi.de alie. feu.pa.vbi dicit tex.ꝙ agnatus agnato potest rem feuda lẽ dare ad libellum;quia respondetur,quòd illa non est alienatio,sed magis refutatio, ut probat illa litera. & si vultis scire,qui dicatᷣ contractus libellarius,uidete Bar. in l.si finita.§.de uectigalibus. ff. de dã. infec. & clariùs per Bal.in c.1.§.aut si libellarii.in titu. quib. mod.feud. amit.& ibi declarat etiam,quæ differentia sit inter contractum precarij, & contractum libellorum. ¶ Vlteriùs

10 est quærendum,† vtrùm vasallus in re feudali possit con stituere seruitutem,loquor de seruitute, quæ debetur à re rei.l.qui aliena.§.fi.ff.de nego.gest. Concludite quòd non in pręiudicium domini:quia censetur alienatio quę dam.l.fi.C.de reb. alien. non alien. sed in præiudicium ipsius vasalli bene valet constitutio ipsa,per tex. ad hoc not.in c. 1.§.quid ergo.in tit.de inuest.de reb.alien.fac. in libel.feu.no.in l.& in prouinciali.C.de serui.& aqua. & per glo. magnã in sui princip.in c.1.§.præterea.in tit. de capi.Corra.in libel.feud. ¶Ex hoc sequitur magnus effectus:quia si feudum aliqua iusta causa redeat ad dominum, non tenebitur pati illam seruitutem, quam vasallus imposuerit rei feudali.d.§.quid ergo.quia resoluto iure datoris &c.l.lex vectigali prædio dicta.ff.de pigno.& c.1.§.rursus.in tit.de controuer.inuest.¶Limitabitis tamen hoc procedere, quando feudum reuertitur ad dominum,vt dominum:secus si reuerteretur ad eum tanquam priuatum, veluti quia vasallus ipsi domino donasset feudum,vel eum hæredem instituisset: nam tunc succederet regula, quæ dicit, quòd ex qua persona lucrum quis sentit, debet illius factum approbare. l. ex qua persona.ff.de regu. iur.hr̃ in l.cum à matre.C.de rei uẽd.Ita determinat Pet.de Bellaper. in l.3.ff.de serui.ti. gñali.& Pe.Iac.in ti.de act.in rẽ,quę datur pro re,quę cedit in cõmissum.in ver.itẽ est notandũ, & hoc idẽ voluit Io.Ray.in d.c.imperialẽ.§. habito. in 4.car.in tit.de ꝓhi. alie.feud. per Fed. Et prædicta sunt notanda ad multa, maximè ad pulchrã quæst. quæ frequenter contingit in practi-

11 practica. † Vaſallus pro certa quãtitate pecuniæ ſibi tra
dita remiſit hominibus ſuis quoddam auxilium,ſeu ſub
ſidiũ,quod ſibi debebatur ratione feudi ab hominibus,
& ſubditis ſuis de quibuſdã hominibus armatis, ſeu de
quibuſdam equitibus: contingit, quòd dictum feudum
aliqua de cauſa aperitur domino, & reuertitur ad ipsũ
dominum,certè non tenebitur ſtare illi remiſsioni, nec
debebit eam acceptare per regulã ſuprà dictã,quod re-
ſoluto iure datoris &c. Ita expreſsè determinat Io.Rey.
in d.§.habito.vbi dicit ſe vidiſſe hanc quæſtionem de fa
cto.¶Addite vos Bald.in l. ſi duobus.§. ſed quia noſtra
maieſtas.ad fi.col.C.cõmu.de leg.vbi poſt Cy.de Piſto.
12 q̃rit de tali quæſtione. † Quidã nobilis tenebat caſtrũ in
feudum à quodam Principe:ipſe nobilis vaſallus aliena
uit quoſdam de hominibus ſuis, dehinc commiſit felo-
niam,per quam feudum fuit apertum domino, an alie-
natio illa facta de dictis hominibus reſcindatur. deter-
minat quòd ſic,per regulam.d.§.rurſus.& d.l. lex vecti-
gali.quia(ſecundùm eum)ille,qui non habet dominium
liberum, non poteſt liberè transferre rem, ſed cum ſua
qualitate ſic.l.ſi quis domum.§.1. ff. loca. Addite etiam
Ang.in d.l.lex vectigali.vbi idem in effectu voluit, q̃d
Ioan.Ray. Et ita cõſului in quadam cauſa magnifici Co
mitis Dechalant, cuius quondam pater fecerat quandã
remiſsionem, ſeu quietantiam hominibus de quadam
annua præſtatione;quæ ſibi debebatur ratione feudi, &
illam remiſit pro certa quantitate pecuniæ.¶Subſequen
13 ter quæro, † nunquid vaſallus in re feudali poſsit alteri
conſtituere vſumfructum, vel vſum inter viuos,& in vl-
tima voluntate.Aliqui voluerũt dicere,quòd ſic in præ-
iudicium ipſius conſtituentis, ſed non in præiudicium
domini,per ea quæ dicta ſunt in quæſtione proximè præ
cedente. Glo.verò in d.c.1.§.præterea,in glo.magna.in
prin.in tit.de capi.Corra.determinat,ꝙ talis conſtitutio
vſusfructus,vel vſus nullo modo valebit.Et hanc ſentẽ-
tiam tenuerunt Iac.de Ardizo.in ſua ſumma feudorũ.in
tit.quib.mod. feud.amit.§.cùm prædictum. ver. nũquid
poſsit.& Ioan.Blanchus de Marſilia in ſumma ſua. in tit.
quib.mod. feud. amit. ver. nunquid poterit vſumfruct.
&c.& placet Iac.Alua.in c.imperialem.in prin. in tit. de
prohi.feud.alie.per Fed.Hanc quoque opin. ſecutus eſt
Io.Ray.in d.§.habito.in 4.car.Mouetur, quia conſtitue-
re vſumfructum eſt alienare.d.l.ſi.C.de re.alien.nõ alie.
Ad idem inducit.l.ſed ſi pecunia.§.nec vſusfructus.ff.de
reb.eorum.Item quia uſusfructus eſt pars dominii. l. 4.
ff. de uſufruct. ſicut ergo vaſallus ſine licentia domi-
ni non poteſt alienare ſuum vtile dominium,ita nec po-
teſt alienare uſumfructum, qui eſt pars dominij.Pro ea-
dem ſententia adducit tex.in d.c.imperialem, vbi inhi-
bentur alienationes, & tranſlationes rerum feudaliũ ẽt
quoad poſſeſsionem.Et nos habemus, quòd vſufructua
rius dicitur poſsidere.l. 3.§.vnde vi.ff.de vi, & vi arma.
& l. naturaliter. in prin. ff. de acqui. poſ. ¶Subiungit,
14 ꝙ† vaſallus ſine licentia dñi nõ poſſet concedere annuos
fructus,ſeu redditus in re feudali, q̃a talis cõceſsio æqui
pollet cõceſsioni vſusfructus,l.cũ ita.ff.de vſufr.leg.& l.
Quintus.ff. de annu. leg. licèt quandoque conceſsio in
annuum redditum differat à conceſsione vſusfructus,
15 l.fundi Trebatiani.ff. de vſufru.leg.¶Aduertite, † quia
licèt vaſallus non poſsit in rebus feudalibus concedere
vſumfructum,vel vſum ſine licentia domini,tamen bene
poſſet vendere fructus rerum feudalium pro tempore,
quo feudum remanet apud eum,vel ad certum tempus:
quia iſta non dicitur alienatio feudi, l. in ædibus. §. 1.
ff.de dona.Ita dicit Iac.Alua.in d.c.imperialem.& Ioan.
Ray.in d.§.habito. ¶Hinc ad oppoſitum dicit not.Bald.
in c.1.in princ.circa fi.col.illius prin.in ti.de ſuc. feu. in
16 lib. feu.† ꝙ ſi vaſallus in ſuo teſtamento grauet filiũ ſuũ,
quòd de vino, quod naſcetur in ſua vinea feudali, det
omni anno duas ſalinas amore Dei: tale relictum bene
valebit, quia nõ dicitur diſponere de re feudali, ſed de
fructibus ſeparatis à feudo, & non dicitur rẽ alienare il-
le,qui alienat fructus ſeparatos,allegat d. l.in ædibus.§.
17 1.de dona.¶Rurſus quæro,† vtrùm vaſallus pro filia ſua
maritanda poſsit dare feudum in dotem ſine conſenſu
domini.Videtur quòd ſic,per tex.in c.1.in ti. de inueſti.
quam Titius accepit à Sempro.& per tex.in c.1.in ti. de
eo,qui ſibi & hæredi. ſuis.¶Contrariã opi.tenuit glo. in
c.imperialem.in prin.in tit.de prohi.alien.feud. per Fe-
de.& alia glo. in c. 1. §. donare. in tit. qual. olim pote.
feud.alien.Pro hac opi.videtur eſſe tex. in d. §. donare.
ibi, vel in dotem pro filia dare. Et hanc ſententiam te-
nuerunt Iaco.de Bel.Nico.de Neapo.& Bal.in d.§.dona
re.& in d.c.1.in tit.de inueſt. quam Titius acce.à Sẽpro.
Sed primam opi. quòd imò poſsit dari in dotem ſine cõ
ſenſu domini,tenuit Iac.de Ardizo.in ti.quib. mod.feu.
amit.ſub rubricella,In dotem pro filia.& huius ſentẽtiæ
videtur fuiſſe Cyn.in l.voluntas.C.de fideicommiſ.¶In
hac varietate teneatis, quòd pater pro filia non poteſt
dare feudum in dotem ſine licentia domini,ſaltem quã-
do daret illud æſtimatum. Pro hoc adduco, quia ſi non
eſt licitum vaſallo alienare feudum etiam pro neceſ-
ſitate famis ſine licentia domini,vt not.in c.primo.§.aut
ſi libellario. in titu. quib. mod. feud.amit. multò mi-
nus debet poſſe dare ĩ dotẽ pro filia.¶Et dicunt domi.
de Rota.ſua concluſione 198.inci.Item quòd pater &c.
quòd ſi vaſallus ſine licentia domini det feudum in do
tem pro filia, talis datio non durabit niſi pro vita ipſius
vaſalli.allegãt notata in c.nuper.ext.de donat. inter vir.
& vxo.Ioan.Ray.in ſuo commento d. c. imperialem. in
tit.de prohib.alie.feud.per Fed. in §. habito. circa 8.&
9. col. diſtinguit, ꝙ aut vaſallus dat feudum inæſtima-
tum pro filia maritanda; & tunc poteſt hoc facere, nec
tenetur ſoluere laudimium. Aut dat feudum æſtimatũ
tali æſtimatione,quæ faciat emptionem, & iſto caſu de-
bet requirere conſenſum domini, & ſoluere illi laudi-
mium.Videatis ibi per eum.¶In ſecreto iuris crederem
tenendam eſſe opi.gloſſ. ſuperius allegatarum,quæ ſunt
ſuffultæ auctoritate famoſiſsimorum Doct. & iſtam ſen
tentiam tenendo reſponderem ad iura pro prima par-
te allegata,quòd nõ loquuntur in patre dotante filiam,
ſed in ipſa muliere habente feudum in dotem.¶ Nunc
18 eſt uidendum † de ipſa muliere habente feudum, nun-
quid poſsit illud dare in dotem marito? Iaco.de Bel. in
præallegato.§.donare.determinat,quòd ſine licentia do
mini nõ poterit hoc facere.Sed Ia.de Ard.in d.tit.quib.
mod.feud.amit.ſub rubricella, Mulier habens feudum.
determinat totum contrarium,dummodo det illud inæ-
ſtimatum, nec apponat pactum de lucranda dote per
maritum, & nõ habeat aliunde bona pro ſe dotanda.Et
iſtam opi.ſequitur Ia. Alua.in d. §. donare. Mouetur,
quia hoc caſu mulier ſuum utile dominium non abdi-
cat à ſe, imò retinet uſumfructum pro ſe alimẽtanda,
vt hr̃ in l.in rebus.& in l.pro oneribus. C.de iur.dot.Se
cundò mouetur,quia dominus ex hoc non patitur ma-
gnum præiudicium,igitur non oportet eius conſenſum
requirere.Et addit ſimile in pignorando feudo: q̃a ſi ip
ſe pignorans retineat feudum apud ſe, ex hoc non pri-
uatur feudo,ſecus ſi tradat alteri,vt plenè not.in d.c.im
perialem.& in c.1.§.aut ſi libellario. in titu. quib. mod.
feud.amit.non tamen vt dixi,poterit apponere pactum,
quòd ipſa præmoriente maritus lucretur feudum dota
le,per tex.not.in c.1.§.fi.in tit.de inueſt. de re. alie. fact.
19 ¶Sed an † maritus in feudo poſsit conſtituere donatio-
nem propter nuptias vxori ſuæ.Bald.in d.§. donare. vi-
detur uelle quòd ſic.arg.Auth.dos data.C.de dona.an
te nupt.& arg. Auth. æqualitas. C.de pact.con. tam ſu.
do.& c.¶Vos intelligatis dictum Bal.procedere,quan-
do

do non fit æstimatio feudi.& quando non fit pactum de lucranda dote propter nuptias,per ea,quæ proxi.dixi.

SVMMAE.

1 *Vasallus singulis annis ad certum censum obligatus an triennio abstinens cadat à feudo.*

2 *Obligatus ad censum censuarium ex contractu an abstinendo possit cadere à iure suo. & nu.3.*

4 *L.si quis maior. C.de transac.locum habet in omni conuentione iurata.*

5 *Emphyteota personæ priuatæ an per cessionem triennalem cadat à iure suo.*

6 *Vasallus non tenetur offerre seruitium domino, donec sit interpellatus,nisi sciat periculum imminere.*

7 *Vasallus an teneatur alimentare dominum existentem in inopia.*

ET CVM PACTO,quòd dicti vasalli præstent singulis annis ipsi domino vnum ensem argenteum, vel
1 10.libras piperis &c.¶Circa hoc quæro,† nunquid vasallus,qui singulis annis tenetur præstare domino certum censum,si cesset per triennium in solutione dicti canonis, cadat à feudo.Inno. & Ioan. An. in c. ad Apostolicæ.ext.de re iudi.li. 6. videtur velle, quòd sic, pro quibus facit ille tex.in ver.posset.Eãdem opi.tenuit Bal.in c.quæ in ecclesiarum.ext.de consti.pro quo facit tex.in l.2.C.de iure emphy.Contrariam opi. tenuerunt Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua,ver.85.& Dominicus de sancto Gemi. in d. c.ad apostolicæ. & Fran. Zaba. in c.potuit.ext.de loca. Eandem sententiam tenuit Ia. Alua.in c.1.§.sed non est alia.in tit. quæ sit prima cau. benefi.amit. & ibidem attestatur se ita consuluisse cum D. Pau.de Ca.Hæc eadem opinio placuit D.Mart.de Lau. in proœmio feud.circa secundam car.Et dicit D. Alex. de Imo.in suis consiliis,suo consi.9. in tertio vol. quòd ista est communis opinio,pro qua facit tex.in c.1.§.licèt in tit.si de feu.defunc.fue.cont.vbi tex. dicit,quòd licèt vasallus stet ad offerendum seruitium domino etiã per longum tempus, non debet priuari feudo,nisi fuerit requisitus de præstando seruitio. ¶ Item quotiescunque
2 †ex contractu præstatur census censuarius,etiam si staret per decem, aut centum annos,quibus non solueret censum,non caderet à iure suo,vt vult pulchra gl.communiter approbata in c.constitutus.ext.de reli.do. habetur per Bar.in l.1.in prin.ff.de publi. ergo multò minus feudatarius debet cadere à iure suo, cum feudum detur amore,& pro honore Domini.c.1.in prin.in tit.de feud. da.in vic.leg.commis.¶Et tenendo sententiam communem,quòd non cadat, potestis respõdere ad motiua aduersantia,& primò ad l.2.C.de iure emphy.quia loquitur in emphyteota personæ priuatæ : nos autem loquimur in feudatario,& inter istos est magna differentia. Ad c.ad apostolicæ.respondete,quòd ibi Imperator Federicus non fuit priuatus à Romano Pontifice ex ea solà causa,quòd non soluisset censum pro feudo,imò concurrebant ibi multæ aliæ causæ, maximè quia exinaniuit feudum. Nam Papa ex leui causa non potest deponere Imperatorem,sed requiritur grauis cã,& ita notab. quòd habeat turbare vniuersalem statum totius Christianitatis.Ista sunt verba Bald.in l. fin. in fin. colum. C. de legi.allegat.d.c.ad apostolicæ.Ad tex.in d.c.1. §.sed non est alia.in tit.quæ sit prima causa benefi.amit.respõdete,quòd debet intelligi,quãdo feudum principaliter fuit concessum propter annualem pręstationem, & ex ipsa causa tantùm : nam tunc vasallus bene cadit à feudo: secus si fuit facta concessio principaliter, ut fidelitas promittatur,& præstetur:nam tunc illa præstatio census censetur causa impulsiua,& nõ finalis.faciunt not.in l.2. §.fin.ff.de donat.& in l.1.§.sexum. ff. de postul. Et hanc responsionem accommodat Iac.Alua.in d.§.sed non est alia.¶Et ideo Dominus Marti.de Laud.in proęmio feudorum in d. 2. car. dicit ad propositum, quòd si feudũ esset tale, in quo contrahendo habuissent principaliter respectum ad ipsam præstationem census magis, quàm ad beneficium,& amorem, tunc vasallus cessans soluere talem censum per trienniũ bene caderet à iure suo.¶Et ideo dicit, ꝗ qñ castra singulis annis solent dare ciuitati in principali festo ipsius ciuitatis bigamũ, vel banderiã, hoc significat honorẽ,& subiectionẽ,quasi castra sint subiecta ipsi ciuitati. Alleg.Ant.de But.ita tenere in c.literis.ext.de restit. spol. Et secundũ sententiam pdictam,ꝗ vasallus non priuetur, licèt cessauerit per triennium soluere censum domino, consuluit venerandum collegiũ Mediolanense. Et principalis compositor illius consilii fuit clarissimus,& generosus Doc.D.Ioan.de Castellio.
3 vt refert dom.Mart. de Laud.in loco pallegato.¶† Ego conclusionem prædictam communem limito,nisi vasallus iurasset ad sancta Dei euangelia soluere domino dictum annuum censum:nam tunc si vno solo anno cessaret in præstatione, posset contra eum agi ad pœnas. l. si quis maior. C. de transac. vt priuetur commodo ipsius
4 cõtractus.† Nã illa.l.si quis maior.habet locum in oĩ cõuẽtione iurata,vt volũt Doc.communiter ibi.Et pro ista limitatione adduco auctoritatem Bal. in c.querelam.in glo.1.ext.de iureiur. ubi dicit, quòd licèt in casu illius Decret. oporteat expectare biennium, tamẽ si sibi fuisset interpositum iuramentum, certè suffecisset cessatio per vnum solum annum propter iuramentũ. ¶Ad idem pro corroboratione huius limitationis adduco elegans consilium D.Alex.de Imo.in 1. volu. suor. cons.126.in cip. Redemptoris domini inuocato suffragio non puto
5 &c.vbi dicit,† quòd illud,quod dicitur,quòd ad hoc,vt emphyteota personæ priuatæ cadat à iure suo, requiritur cessatio per triennium.l.2.C.de iure emphy.debet limitari,nisi emphyteota iurasset in contractu emphyteotico soluere canonẽ singulis annis: nam tunc sufficeret cessatio per vnum solum annum; quia posset agi contra emphyteotam ad pœnas dictæ l.si quis maior,ad finem. quòd priuetur omni commodo contractus.¶Alia limitatio potest sumi ex his,quæ vult Iaco. Alua. in d.§.sed nec est alia.videlicet, quòd si concessio feudi fuit facta principaliter propter illam annuam præstationem census,tũc vasallus bene caderet à iure suo.¶Aduertite tamen, quòd si in instrumento esset scriptum hoc modo, Talis concessit talem rem in feudum pro annua quantitate frumenti,illud non erit propriè feudum,sed magis contractus emphyteoticus, vel contractus innominatus: & ideo ille,cui fit talis concessio,non censetur iure feudatarius,nec tenetur præstare fidelitatẽ. Ista sunt verba Bal.in l.liberti.in 6. col.ibi,item nota,quòd si instrumentum.C.de ope.lib.habetur per eundem Bal. in c. si cautio.ad fin.col.ext.de fide instr.Habetis examinatum istũ passum pleniùs,quàm vnquam alibi viderim. ¶Addite,
6 † quòd vasallus non tenetur offerre seruitium domino, sed debet expectare, donec sit interpellatus à domino, nisi vasallus sciat magnum periculum imminere domino : quia tunc debet se offerre ẽt non interpellatus.tex. est no.in c.1.§.licèt.in tit. si de feu.defunc. fue. cont. Et ibidẽ deciditur, ꝗ licèt dominus stet in periculo incidẽdi in periurium, eò quia pecuniam debitam non potest soluere in termino, licèt vasallus illi non subueniat de illa pecunia,cùm possit,non tamen debet perdere feudũ, quod est bene notandum. Et sic habetis, quòd vasallus non tenetur de necessitate prouidere saluti animæ domini sui.¶Sed circa hoc moueo pulchram dubitationẽ.
7 †Vasallus videt dominum indigere, & laborare inopia, an teneatur ipsum alimentare. Specul. in titu. qui filii sint legi. §. 1. ver. vtrùm dominus, arguit ad partes,

&

& nihil clarè determinat. Iaco. de Ardizo. Veronen. in summa feudo. in ti. qui mo. feu. amit. super rubricella, Vtrùm vasallus teneatur alere dominum indigentem: determinat vasallum ad hoc non teneri, quia non reperitur iure cautum. Et hanc opinionem Ia. de Ard. refert Io. And. in addi. ad Spe. in d. ti. qui fil. sint legi. in §. 1. circa. 3. co. & transit cum ista opinione, pro qua opinione facit, quia donatarius non tenetur alere donatorem indigentem, vt vult pulchra glo. in l. in condemnatione. ff. de regu. iur. ¶ Sed aduertite, quia in hoc vltimo glo. tenuit contrarium in l. fi. C. de reuoc. dona. Doc. ibi has glo. reducunt ad concordiam hoc modo. Aut fuit facta donatio de aliqua re singulari, & tunc donatarius non tenebitur alimentare donatorem, & ita intelligatur glo. in d. l. in condemnatione. Aut facta fuit donatio vniuersitatis bonorum, vel donatio fuit magna, & tunc donatarius tenetur alimentare donatorem, & ita intelligatur glo. in d. l. fi. Redeundo ad propositum placet mihi sententia Iac. de Ardi. & Io. And. quòd vasallus non tenetur alimentare dominum indigentem. & hanc sententiam sequitur Ia. Al. in præal. c. 1. §. licèt. per l. 3. §. pe. ff. de admi. rerum ad ciui. pertinen. ¶ Limitat tamen concl. prædictã, nisi feudum cõcessum vasallo esset magnum, vel dñs omnia bona sua dedisset ipsi vasallo, vel dñs factus fuisset egenus facto vasalli, & culpa sua, puta pro defendendo eum. Ad hoc addit optimè tex. in c. 1. §. fi. in ti. Episc. vel Abb. in vsi. feu. vbi dicit, quòd licèt mutus non possit retinere feudum, tamen si feudum esset magnum, debet illi dimitti tantum de illo feudo, vnde possit viuere. ¶ Optimum ergo consilium est, ꝙ dominus in inuestituris apponat pactum, quòd vasallus teneatur præstare alimenta domino suo in casu necessitatis: nam licèt tale pactum sit præter communem regulam feudorum, tamen erit seruandum per ea, quæ habentur. in c. 1. in tit. de feu. non hab. propr. na. feud.

S V M M AE.

1 Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini.
2 Generalis bonorum obligatio an includat feudum. & nu. 3.
4 Vasallum alienando feudum sine licentia domini esse dignum priuatione feudi, qualiter sit intelligendum.
5 Verba ista, Talis feudatarius dedit, uendidit, & tradidit talem rem feudalem Titio, & constituit se tenere, & possidere nomine ipsius Titij, in uenditionis instrumento apposita quid operentur.
6 Verbum, Saluo &c. in instrumento uenditionis feudalis appositum multùm operatur.
7 Vasallus an possit transigere super re feudali sine licentia domini.
8 Vasallus potest transigere cum aduersario, dummodo ipse uasallus retineat feudum.
9 Vasallus an possit compromittere super re feudali sine licentia domini.
10 Vasallus an possit compromittere in arbitratorem sine licentia domini.
11 Vasallus an per simplex compromissum factum in arbitratorem sine licentia domini possit amittere feudum.
12 Transactio super re feudali sine licẽtia domini an debeat præiudicare agnatis ipsius uasalli transigentis.
13 Vasallus an possit sine licentia domini locare feudum ad longum, seu longissimum tempus.
14 Vasallus an possit alienare feudum propter necessitatem aliquam.
15 Statutũ, quo permittitur uasallis alienare feudũ sine licentia domini, an sit ualidum.
16 Consuetudo permittens uasallum posse alienare feudum sine domini licentia an sit ualida.
17 Agnatus potest alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quem feudum esset peruenturum.
18 Alienatio feudi an possit ius per agnatos ipsius alienatoris reuocari.
19 Consensus domini requisitus ad feudi alienationem an debeat præcedere alienationem, an sufficiat post ipsam.
20 Tacitus consensus domini an sufficiat ad feudi alienationem.
21 Feudum subinfeudatum an possit alienari, & cuius consensum requirat.
22 Vasallo uasalli feloniam committente contra Principem, à quo primus uasallus feudum recognoscit, cui ueniet feudum applicandum.
23 Venditio facta per hæc uerba, Vendo, & trado tibi tale feudum saluo iure domini, & agnatorum meorum, &c. an requirat domini consensum.
24 Venditio feudi facta cum clausula, saluo iure domini, an sine consensu domini sit ualida.
25 Vendens feudum cum his uerbis, saluo honore domini, licentia non obtenta an debeat feudum amittere.
26 Feudum alienans cum his uerbis, inquantùm de iure possum, &c. an excusetur ab amissione feudi.
27 Vendens feudum sub conditione, si domino placuerit, an excusetur à feudi perditione.
28 Solemnitate per statutum inducta in feudi alienatione an ipsa omissa debeat feudum amitti.
29 Domino danti licentiam uasallo alienandi feudum an remanebit saluum ius directi domini.
30 Feudum sine domini licentia alienatum an aperietur domino, aut agnatis alienantis.
31 Feudum antiquum potest etiam sine domini licentia alienari in agnatum proximiorem in illo successurum. & nu. 33.
32 Feudum an possit alienari in agnatum remotioris gradus sine consensu omnium proximiorum.
34 Tribus fratribus feudum antiquum habentibus, si unus det alteri partem suam, & deinde monachatur, an illa pars spectare debeat ad illum solùm, aut alios duos.
35 Filij alienantes feudum antiquum an debeant præferri agnatis ipsius alienatoris.
36 Consensus agnati de feudi alienatione an præiudicet filio ipsius alienantis.
37 Refutatio feudi antiqui per uasallum domino facta, an debeat præiudicare agnatis ipsius refutantis.
38 Vasallo feudum uendere uolente si agnatus offerat iustum pretium, extraneus autem offerat ultra, quis ueniet præferendus. & nu. 39.
40 Duorum habentium feudum antiquum si unus uendat partẽ suam alteri, an ille, qui acquirit, teneatur se facere inuestiri infra annum, & diem.
41 Inuestitura feudi acquisiti quo casu sit à domino infra annũ, & diem petenda.
42 Feudo antiquo alienato quis erit in reuocando præferendus, an filius alienatoris, an agnati.
43 Alienatio feudi facta per patrem quando habeat præiudicare filio.
44 Alienatio feudi legitimè facta, & cum licentia domini an, & quando, & à quibus possit reuocari.
45 Vasallum alienantem feudum sine licentia domini debere illud perdere, qualiter sit intelligendum.

ET cum pacto de non alienando. ¶ Quid operetur istud pactum, statim vobis declarabo, sed ꝑ pleniori discussione præmitto vobis, † quòd uasallus non potest sine consensu domini alienare feudũ. 1 c. imperialem. in prin. in tit. de prohi. alien. feud. per Fe. de. & in c. 1. in tit. qual. olim pot. feud. alien. ¶ Etiam verbum, alienationis, hoc casu capitur largè, & comprehendit etiam permutationem, & in solutum donationem, qui duo contractus æquiparantur uẽditioni. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de except. doli. & l. fi. ff. ex quib. cau. in pos. eat. ¶ Item comprehendit donationem, quia uasallus sine consensu domini non potest donare feudum, imò

imò nec relinquere pro anima.c.1.§.donare.in ti.alleg. quali.olim pote.&c.¶Item vasallus sine consensu domini non potest pignorare feudum. d.c. imperialem. in prin.aliàs priuabitur feudo,qđ intelligatis verum,quādo transtulit possessionem in creditorem, aliàs aūt per simplicem hypothecationem nudo consensu celebratā non perderet feudum.l.alienatum.ff.de verb.signifi. ita dicit Bald.& cæteri sequuntur in d.c.imperialem. ¶In
2 generali†autem obligatione bonorum non veniunt feuda.c.1.§.in generali.in ti.si de feud.defun.fue.conten. ¶Si ergo vasallus alienando feudum sine consensu domini priuatur feudo ipso iure,vt uult glo.in c.imperialem.§.callidis.in verbo,reuertatur. quid operatur istud pactum de non alienando appositum in inuestitura?Respondeo,quòd multùm operatur: quia cessante tali pacto vasallus sine consensu domini potest alteri subinfeudare,dummodo hoc faciat sincerè, & bona fide, & subinfeudet patri,uel maiori, & sub eisdem pactis, sub quibus tenebat,vt uult glo. ord. communiter approbata in c.1.§.præterea.in ti.de capi.Corra.in lib.feu. Si tñ in inuestitura apponatur istud pactum de non alienando,non poterit postea vasallus sine consensu dñi subinfeudare:quia quando noua ꝓhibitio adijcitur antiquæ prohibitioni,habet ampliare,vt not.in l.1.§.item nūciatio.ff.de ope.no.nun.Ita eleganter uult Bal.& cæteri se
3 quuntur in d.§.præterea.¶†Quod dixi supra,ꝙ non apposito in inuestitura pacto de non alienando,ꝙ vasallus sine consensu domini potest subinfeudare alteri,limitat singulariter Bal.sub dubio tamen fortè in d.§.præterea. nisi esset feudum ecclesiasticum;quia tunc vasallus non posset alteri subinfeudare sine consensu prælati: quia quod omnes tangit,ab omnibus est agnoscendum. l.fi. C.de auct.præst. Sed Iac.de Bel.in c.1.in prin.in tit. qui feu.da.poss.in hoc tenet contrariū,æquiparando in hoc priuatum,& Ecclesiam: quia vtroq; casu vasallus poterit subinfeudare sine licentia domini, nisi esset feudum decimale:quia tunc vasallus Ecclesiæ non posset subinfeudare illud feudum decimale sine consensu prælati,ꝑ ea,quæ habentur in c.prohibemus.ext.de deci. Et cum ista opi.transit Iac.Alua.in d.c.præterea. allegans not. per Spec.in ti.de pig.in.§.1.ver.quid de decimis. & sm̄ istam sn̄iam aliquando consului. ¶†Item quod dixi su-
4 pra vasallum alienando feudum sine licentia domini eē dignum priuatione,& priuari feudo ipso iure,intelligatis procedere,quando ipse uasallus ꝓcesśit ad traditionem realem,aliàs aūt per venditionem nudo consensu factam non priuaretur feudo. Ita not.dicit Bal.in.c.1.§. aut si libellario.tit.quib.mo.feu.amit.in vlt.col.allegat l.alienatum.cum ibi not.per Dy.ff.de verb.sign.Ex hoc
5 infertur ad quæst.quotidianam: † Pone,in instrumento venditionis sunt apposita ista verba, talis feudatarius dedit,vendidit,& tradidit talem rem feudalem Titio,& constituit se tenere,& posśidere noīe ipsius Titij, an ex talibus verbis dicatur procesśisse ad traditionem, adeo ꝙ debeat priuari feudo.Spec.in ti.de emp.& vendi.§.1. in prima forma instrumenti venditionis, in uerbo emptione,vr̄ velle, quòd in contractu emphyteutico, uel feudali talia uerba apposita in instrumento non operentur,nisi fictè,& impropriè, adeo quòd res feudalis non habetur pro realiter tradita.& quòd illa uerba,dedit & tradidit,non important realem traditionem,voluit Bar. quem cæteri sequuntur in l.prædia.ff.de acq.poss.Et sic videtur velle Spec.ꝙ in casu præmisso vasallus nō amittat feudum, ex quo non tradidit corporalem posśessionem.¶Sed Pe.Iac.in tit.de condi.ex leg. c.imperialē.§. callidis.sub rubricella de actio.eadem. ver. Item quod iubet nobis.dicit,quòd quando vasallus concipit instrumentum venditionis modo,quo supra, quòd addat ista
6 uerba,†saluo tamen iure, saluaq; & retenta voluntate, & consensu domini,à quo mouetur dictum feudū: nam per talia uerba uasallus excusatur ab amisśione feudi: quia illud verbum,saluo,magnum operatur effectum.l. si debitor.ibi,salua causa pignoris.ff.quib.mod.pig.uel hypo.sol.& l.1.ibi,salua lege.& l.vniuersi.ibi,saluo canone.C.de fun.pat.lib.11. habetur in l. item Labeo.§.1. ff.fami.ercis.¶Item quando uasallus facit apponi in instrumento ista uerba, dicitur facere contractum conditionalē,quia illa uerba,Saluo & retento consensu,& voluntate domini,sunt ablatiui absoluti, qui resoluuntur in vim conditionis.l.ab emptione.ff.de pact. & l.à testatore.ff.de condi.& demon.Et nos habemus,quòd defectus conditionis habet impedire translationē posśessionis,& dñij.tex.est no.in l.qui absenti.in §.1.& ibi ꝑ Bar. ff.de acq.poss.Pau.de Ca.in l.1.§.si rem.ff.deposi.loquēdo tamen in alijs terminis: quia loquitur,quando uasallus uendidit feudum,& constat illum tenere,& posśidere noīe emptoris:deinde statim recuperauit feudum,uidetur uelle ibidem,quòd in casu ibidem posito ꝑ eum, uasallus nihilominus priuetur feudo.Iac.Alua.in c.1.in tit.quid iuris sit,si uasal.post alie.feu.id recup.loquendo in terminis, in quibus loquitur Pau.de Ca.uidetur uelle,quòd uasallus non amittat feudum. Do.Marti.de Laud.in c.imperialem.in prin.in tit.de prohi. alien.feu. per Fed.dicit,quòd sicut uasallus alienando,& tradēdo realiter feudum sine licētia domini amittit feudum, ita idem est secundùm eum,quando tradidisset per constitutum.l.quod meo.in prin.ff.de acq.poss.¶Ego in quæstione facti secutus sum istam opinio.Et mouebar,quia uasallus hoc casu(quantùm in se fuit)alienauit feudum, & licèt per constitutum dicatur interuenire ficta traditio,tamen bene transfertur uera posśesśio,ut habetur in d.l.quod meo. vnde perinde est, ac si processum fuisset ad corporalem traditionem,& tene menti prædicta:qa uidebis in practica. ¶Subsequenter circa istam materiā alienationis,in qua dixi,quòd si uasallus sine licētia do
7 mini alienat feudum,quod perdit illud,†uidendum est, an posśit transigere sine licētia domini super re feudali, quando est mota illi quæstio.Tex.in c.1.§.si uasallus de suo feudo.in ti.si de feu.defun.fue.cont.inter vas.& aliū de benefi.uidetur uelle quòd sic, dummodo sincerè,& bona fide transigat.Io.Ray.in suo compen.feud.in c.imperialem.§.habito.circa 17.col. uidetur uelle idem per iura proxi.alleg.subiungens,quòd quando uasallus transigit retinendo feudum, nō debetur aliquod laudimiū domino:secus si uasallus pro transactione transfert feudum in alium:quia tunc soluendū esset laudimium.Bal. autem in præalle.c.1.in ti.de contro.inter vas.& ali. de bene.refert in primis quandam apostillam, quam habebat,in effectu continentem, quòd uasallus sine licentia domini potest transigere,per iura proxi.allega. Postea subdit,quòd in contrarium facit: quia ille,qui est prohibitus alienare,intelligitur ēt prohibitus transigere.l.nō solùm.C.de præd.mino.Deinde dicit ibidem,distinguēdum esse,quòd aut uasallus transigit retinendum,uel dimittendum feudum apud posśessorem, & tūc ualet transactio:Aut transigit transferendo feudum in aliū, & tūc non potest hoc facere sine licentia domini. Subiungit circa primum membrum, quòd licèt in alijs contractibus ille,qui dimittit rem apud alium, dicatur alienare. l.quædam mulier.ff.de rei uendi.& l.si sponsalibus.§.1. ff.de iure dot.tamen secus est in eo, qui dimittit ex causa transactionis: quia non dicitur alienare, tex.est not. in l.si pro fundo.C.de transact. Idem Bald.in c. imperialem.in princ.circa 13.colum.in titu. de prohib.alic. feud. per Fede. dicit, quòd uasallus sine licentia domini potest transigere, dummodo faciat sincerè, & bona fide, non autem fraudulenter. & præsumetur bona fide transegisse, quando dubius erat euentus li-

tus litis,& cauſa erat ualde dubia cõtra uaſallum : ſecùs
ſi fuiſſet de facili deciſibilis, & faciliter poterat liquida
ri.l.in ſumma.ff.de cond.ind.Subiungit ibidem,ꝙ debet
cauere vaſallus,ne tranſigẽdo aliquid promittat aduer-
ſario,ſed ſolùm dimittat feudum apud ipſum poſſeſſorẽ
aliquid recipientem. Addit ibidem, ꝙ licèt in contracti-
bus innominatis quis teneatur de euictione.l.1.ff.de rer.
perm.tñ ſecus eſt in tranſactione.d.l.ſi pro fundo. Itẽ il-
le,qui cedit liti,nõ dicitur alienare.d.l.ſi pro fundo. Idẽ
Bal.in d.§,ſi vaſallus.dicit, ꝙ tunc vaſallus dicitur bona
fide tranſegiſſe,quando denunciauit domino,uel per eũ
non ſtetit.Iac.Alua.in d.§.ſi vaſallus. in hac dubitatione
dicit ſe reperire varias opiniones:nam quidam dicunt, ꝙ
vaſallus poteſt tranſigere in ſui præiudicium , non autẽ
domini. Alii dicunt,ꝙ aut denunciauit domino, aut nõ.
Alij dicunt,ꝙ ſi dominus poſt tranſactionem vult veni-
re ex perſona ſua contra illam tranſactionem, & tunc po
terit hoc facere.Aut vult venire ex ꝑſona vaſalli,& tunc
non admittetur.Alij dicunt, ꝙ aut vaſallus tranſigit reti
nendo feudum,& dando aliquid aduerſario,& tunc lici
ta eſt tranſactio,quia licitum eſt vaſallo redimere vexa-
tionẽ,iuxta illud,Redimite tꝑa veſtra,& vexationes, ꝗa
dies mali ſunt,c.dilectus,ext.de ſimo.Aut uaſallus trãſi-
git transferendo feudum in alium, & tunc non põt hoc
facere ſine licentia domini,quia eſſet alienatio.d.l,nõ ſo
lùm.¶Ex omnibus prædictis elicio uobis tres concluſio
8 nes.¶Prima eſt.†vaſallus poteſt tranſigere cum aduerſa-
rio,dummmodo uaſallus retineat feudum. ¶Secunda
concluſio,quæ elicitur ex dictis Bald.in locis alle.eſt, ꝙ
vaſallus ſine ſcĩa domini tranſigendo põt dimittere feu-
dum apud poſſeſſorem:quia hoc caſu non dr̃ alienare.d.
l.ſi pro fundo.¶Tertia concl,ꝙ vaſallus ſine licentia dñi
non poteſt tranſigere tranferendo feudum in aliũ . Ad
præmiſſa bene faciunt no.per Bart.in l nulli.ff. de tranſ.
& per Can.in c.veniens,ext.de tranſ. ¶Secundam con-
cluſ.ſupra relatam ego limitarem, niſi iura vaſalli eſſẽt
liquida,quia tunc ſine licentia domini non poſſet tranſi-
gendo dimittere feudum apud poſſeſſorem, quia præſu
meretur fraus,& omnis machinatio , per quam deueni-
tur ad alienandum feudum,eſt interdicta uaſallo.d.c.im
perialem,in prin.& in §.callidis,in ti.de prohi.alie. feu.
9 per Fed.¶†Sed an vaſallus poſſit compromittere ſuper
re feudali ſine licentia domini.Tex.in c.1.§.ſi inter. ĩ ti.
de leg.Corr.in vſi.feu.videtur uelle, ꝙ vaſallus ſine licẽ
tia domini poſſit compromittere in arbitros.Idem uide
tur velle tex.in c.1.in ti.de inueſt.in ma.fac.in c.1. in tit.
apud quem,uel quos,& ita tenuit gl.in d.c.imperialem.
§.pe.& in d.c.ſic inter.Hanc opi.ſecuti fuerunt Pileus in
ſua ſumma feudorum,& Iac.de Bel.& Nic.de Neap. ĩ ca
pitulis ſuperiùs allegatis,& Ia.de Ardizo.in ſua laudabi
li ſumma feu.in tit.de conten.feu.ſub rubricella, ſi con-
tentio eſt inter uaſallum,& iſtam opin.tenuit Spe. in tit.
de arb.§.reſtat,uer.ſed nunquid vaſallus,& placet Hoſt.
in ſua ſumma,in ti.de arb.§.de qua re. uer. ſed nunquid.
An.de Iſe.in d.c.j.§.ſi inter.arguit,& primò ꝙ imò uaſal-
lus poſſit compromittere ſine licentia domini: quia da-
tur illi facultas litigandi actiuè , & paſſiuè ſuper feudo
c.1.in tit.de contro.inter uaſ.& alium,de benefi.ergo de
bet eſſe licitum compromittere ĩ arbitros, quia arbitria
ſunt redacta ab inſtar iudiciorum.l.1.ff.de arb.poſtea di
cit,ſed cum hodie omnis alienatio ſit prohibita uaſallo,
& omnis machinatio, ſeu circũuentio,per quã poſſet de
uenire ad alienationẽ.d.c.imperialẽ.in prin.& in §.calli-
dis & l.ſcire oportet.in §.1.in verbo,alia via.ff. de tut.&
cura. da. ab his. certè videtur , ꝙ ſit prohibitum vaſallo
compromittere ſine licentia domini:quia per tale cõpro
miſſum iuncta ſententia arbitrorum poſſet deueniri ad
alienatinnẽ feudi ¶ In ſecreto iuris eſt tenendum, quòd
vaſallus etiam ſine licentia domini poteſt cõpromitere
in arbitros,quia tex.eſt in d.§.ſi inter, & in aliis iuribus
ſuperiùs allegatis.Nam conſuetudines feudorum pmi.
ſerunt,ꝙ arbiter poſſet eſſe cognitor , & deciſor ſuꝑ re
feudali,ut probaui ſupra,& iſtam opi.ſecutus eſt Ia. Al.
ua.in d.§.ſi inter.¶Subdit tamen ibidem no. ꝙ dominus
poſſet prohibere vaſallo ne cõpromittat,allegat l.1.ff.ſi
10 quis ius dic.non obtemp.¶Sed dubitatur adhuc† an ua-
ſallus poſſit compromittere in arbitratorem ſine licẽtia
domini.In hoc audacter teneatis,ꝙ nõ,quia licèt ipſe ua
ſallus agendo , & ſe defendendo ſuper re feudali poſſit
ſtare in iudicio ſine licentia domini,præall.c.1. in ti.de
contr.inter uaſ.& alie.de benef. tamen coram arbitrato-
re non eſt judicium,nec quaſi iudicium.Ita not.Inn.in c.
quintauallis,ext.de iureiu.Præterea ex legibus, ſeu con
ſtitutionibus feudorum deputatæ ſunt certę perſonę ad
cognoſcendum de cauſa feudali.In primis aliquando co
gnoſcit dominus feudi,aliquàndo pares curiæ , aliqñ iu
dex ordinarius,ut plenè no.in c.cæterum, ext.de iud. &
in c.1.in ti.de contr.apud par.curiæ. Aliquando cogno-
ſcit arbiter.d.§.ſi inter,ſed de arbitratore nullibi cauet,
ergo nos dicere non debemus,arg.l.ſi ſeruum.§.nõ dixit
Prætor.ff.de acq.hære.¶Vnum tamen perpetuò notetis,
11 †ꝙ uaſallus per ſimplex compromiſſum factum in arbi-
tratorem ſine licẽtia domini non amitteret feudum, ſed
demum illud amitteret,quando per ſententiam arbitra-
torum transferretur poſſeſſio feudi in alium.Et hoc eſt
de mente And.de Iſer.in d.c.1.§.ſi inter , & expreſsè hoc
vult ibi Ia. Al.Pro qua ſententia optimè faciunt ea,quæ
dixi,dum dixi, ꝙ per ſolùm contractum uenditionis fa-
ctæ de re feudali ſine licentia dñi uaſallus nõ amittit feu
dum,ſed demum,ſi procedit ad traditionẽ allegaui Bal.
in c.1.§.aut ſi libellario,in ti.quib.mod.feud. amit. ĩ lib.
feu.¶Sed ſupra aliqñ dixi , ꝙ uaſallus poteſt tranſigere
ſuper re feudali ſine licentia dñi, dummodo trãſigat bo
12 na fide.¶Quæro,nunqd† talis trãſactio ꝑiudicabit agna
tis ipſius vaſalli.An.de Iſer.& Ia.Al.in d.§.ſi uaſallus de
ſuo feudo determinat ꝙ non,quia uaſallus quantùm ad
ſui præiudicium bene poteſt tranſigere, ſed non in pręiu
dicium agnatorum,per ea,quæ habentur in c.1.in tit.de
alie.feu.pater.¶Et hoc procedit ẽt ſi agnati ſciuiſſent il-
lam tranſactionem, quia non neceſſitantur ad contradi-
cendum,ſicut neceſſitantur,quando vaſallus litigat ĩ iu-
dicio,& agnati ſciunt cauſam agitari.l.ſæpe.ff.de re iud.
nam ẽt inuitis agnatis poſſet vaſallus ad ſui præiudiciũ
tranſigere,per ea,quę habentur in l.Caius.ff.de pig.ac.&
in c.ueniens,ext.de tranſ.non eſt ergo curandum de eo
13 rum contradictione,& notetis.¶Quæro vlterius,†nunqd
vaſallus ſine licentia domini poſſit locare feudum alte-
ri ad longum,ſeu longiſſimum tempus . Videtur prima
facie dicendũ ꝙ ſic:quia locatio ẽt ad lõgiſſimum tẽpus
non eſt alienatio,vt vult glo.reputata ſingu. in l.codicil
lis.§.inſtituto.ff.de leg. 2.¶ Contrariã ſententiam tenuit
Bal.in d.§.aut ſi libellario,& omnes ſequuntur , quia per
locationem ad longum tempus transfertur utile domi-
nium l.1.§.quod autem.ff.de ſuperficie.& l.1.§. qui in ꝑ
petuum.ff.ſi ager vecti.vel emphy.peta. habetur in Cle.
1.ext de reb.eccle.non alien.Et ad glo.d.§.inſtituto. re-
ſpondebitis,quòd Dyn.& communiter Doc.eam repre-
hendunt.¶Dicit tamen Bal.in d.§.inſtituto, & ſequit ibi
Io.de Ana.quòd illa gl.poſſit ſaluari,quando in contra-
ctu locationis factæ ad longum tempus expreſsè actum
fuiſſet, quòd conductori non acquireretur ius in re, &
idem videtur uelle Bal.in d.§.aut ſi libellario.nam pacta
dant legem contractibus.l.1.§.ſi cõueniat.ff.depoſ.¶Ad
modicum tempus autem,puta ad nouẽ annos,bene poſ-
ſet uaſallus locare feudum; quia tunc conductor non ac
quirit ius in re,vt habetur in d.Cle.1. & ibi bona gl. ext.
14 de reb.eccleſ.non alien.¶Quæro etiam , nunquid uaſal-
lus propter aliquam neceſſitatem præſertim famis poſ-
ſit

sit alienare feudum sine licentia domini. Videtur quòd sic,quia propter talem necessitatem licitum est patri vẽdere filiũ.l.1.C.de patri. qui fil.distraxe.Item necessitas facit actũ probabilem.tex.est not. in l. qui potuerint.ff. de manu.testa. Ideo dicit Ang.in l.Diuus.ff.de pet.hęr. quòd si statuto cauetur,quòd nullus audeat facere harẽgam,seu propositum de imponendo aliquam collectam sub tali pœna, & contingat superuenire necessitatem, vel propter cladem famis,vel guerræ,& aliquis faceret harengam de imponendo collectam propter talem necessitatem,nõ caderet in pœnam statuti:nam necessitas non est legibus subiecta.c.2.de obser.ieiunio.¶Contrariã sententiã tenet expresse Bal.in c.1.in prin.in ti.quali.olim pote.feud.alie.& cęteri sequũtur,maximè Alua. Mouetur Bald. quia dominus habet superioritatem in feudo,& habet proprietatem,& vbi est superioritas,ibi est auctoritas.vt not.in l.1.ff.de aucto.tut.& ideo vasallus etiam propter necessitatem non potest alienare feudum sine licentia domini:sed dicet aliquis,quòd hoc videtur mirum,quia vasallus alienando se non intromittit de directo dominio domini,sed solùm de vtili dominio ipsius vasalli.Sed ad hoc respondet Bald. ꝙ vtile dominium vasalli nõ est francum,sed obnoxium seruituti, & obsequio domini, ideo fuit statutum, ne vasalli possint alienare feuda sine licentia dominorum;quia per tales alienationes diminuebantur feuda.c.1.in verbo,attenuatas.in ti.de prohi.alien.feu.per Loth.& c.imperialẽ.in prin.in ti.de proh.alie.feu.ꝑ Fed. ¶ Ad iura superius in cõtrariũ alleg.respõdebitis,ꝙ ꝓcedunt,qñ ille,ꝗ vult alienare rẽ,non habet in illa re superiorẽ,eò ꝗa habet liberũ dñiũ:& tunc de illa re põt disponere ꝑ libito volũtatis.l in re mãdata.C.mãd.l.1.C.de sacros.eccl. De hac.q.tractat ẽt ipse Bal.in c.1.§.at si libellario.ĩ ti.quib. mod.feud.amit.& ibi determinat id, quod s̃.Et idẽ Bal. in l.voluntas.C.de fideicom.nihil circa hoc clarè determinat.¶Subdit tamen ibi,quòd vasallus etiã sine licẽtia domini potest vendere fructus rei feudalis ad modicũ tẽpus,quia ista nõ diceretur alienatio .allegat l.in ædi-
15 bus.§.ex rebus.ff.de dona. ¶ Dubitatur, etiam,† vtrum valeat statutum,quo permissum est vasallis alienare feuda sine licentia dominorum. Concludite,quòd si essent ecclesiastica feuda,& statutum sit cõditum à laicis, nihil valet c. quæ in ecclesiarum. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. ext.de consti. imò quod plus est,Legatus etiam de latere non posset hoc permittere. l.prohibere.§.planè.cum ibi no.per Bar.ff.quòd vi aut clam.Statutum aũt conditum à laicis super feudis non ecclesiasticis bene valeret. Ita determinat Iac.Alua.in d.c.1.in tit.quali.olim pote. feud.alie. ¶ Quod limitat procedere, nisi tale statutum fuisset factum in fraudem alienationis, allegat tex. in c. imperialem.in prin.& in §.callidis.in titu.de prohi.feu. per Fed.Addite vos,quòd tale statutum, siue decretum non præiudicat agnatis.Ita tenet D.Mart.de Laud. in d. c.1.§. donare.in ti. proximè allegato. ¶ Sed hic cadit
16 pulchra dubitatio, † nunquid valeat consuetudo, quæ permittit vasallis alienare feudum sine licentia dominorum. Videtur quòd non:quia tex.in d.c.imperialem. volens excludere omnem præscriptionem,dicit nullius tẽporis pręscriptione obstante:vnde per ista uerba videtur tolli consuetudo,quia ad hoc, vt inducatur cõsuetudo,requiritur præscriptio saltem longi tẽporis, & ideo dicit,longa cõsuetudo.l.2.& Rubr.C.quæ sit lon.cõsue. habetur in l.de quibus.ff.de legi.Sed Io.Ray.in cõmento d.c.imperialem.in §.habito.circa 24.col.determinat consuetudinem valere. Non obstat tex.in d.c. imperialẽ .ibi nullius temporis præscriptione impediente :quia ipse respõdet,ꝙ ibi tollitur simplex pręscriptio ,sed non tollitur cõpositũ.i.consuetudo.nã(secũdùm eũ)licèt lex, vel decretũ tollat simplex pactũ,nõ tñ sub ista generalitate sermonis dicẽdo,nõ obstãtibus quibuscunq; cõuentionibus & pactis, nõ cõprehendũtur pacta sentẽtiata ꝑ cursum temporis confirmata,nec etiam pacta iuramẽto firmata.Ista est gl.no.in Cle. dudum.aliàs incipit, super cathedram.§.fi.ext.de sepul.no.in c.cũ non deceat. ext.
17 de elec.li.6. † ¶ Et aduertite,quòd præmissa procedũt, quando alienatio feudi fieret in extraneum.sed agnatus bene potest alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quem feudum esset peruenturum.tex. habetis in c.1. §.si quis verò in tit.de feud.alie.proh.per Loth.Et est ratio,quia ista non est propriè alienatio,sed potius quę dã refutatio, vt habetur in c.1.in titu.de alien.feud.pat er. Sed si fieret alienatio remotiori, tunc agnatus proximior posset illam alienationem reuocare,secũdùm Bar. in c.1.in tit.de vasal.qui contra constit. Lotharij.sed debet agnatus proximior esse aduisatus,quia à die,qua sciuit illam alienationem factam in agnatum remotiorem, non habet nisi vnum annum ad reuocandum.c.1.§. Ti-
18 tius.in ti.si de feud. defunc.fue.content. Si autem † alienatio feudi esset facta in extraneum, tunc agnati ipsius alienatoris possent illam alienationẽ reuocare infra 30. annos,Ita vult gl.communiter approbata in d.§. Titius.
19 ¶ Quæro,† quando vasallus alienat feudũ,& requiritur consensus domini,nunquid sufficiat, ꝙ ille cõsensus sequatur alienationem, an verò debeat præcedere. And. de Iser.& Iac.Alua.in d.c.imperialẽ in ti.de proh. alie. feu.per Fed.determinãt sufficere,ꝙ talis cõsensus interueniat post alienationẽ. Mouetur : quia talis consensus tendit ad tollendum impedimentũ,propter quod prohibebatur alienatio , vnde debet cessare effectus impedimenti.l.vbi lex.ff.de vsucap. Itẽ agebatur solùm de pręiudicio ipsius domini,vnde sufficit,quòd consensus postea interueniat.l.in cõcedẽdo.in fi.ff.de aqua plu.arcẽ. An autem,quando in actu aliquo requiritur auctoritas, debeat illa auctoritas interuenire in ipso actu, vide per Cano.in c.consuetudinis.ext.de consue.& per Bart.in l. si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq. vel omit.hære.habetur.in §.tutor.Instit.de auct.tuto. ¶ Sed hic cadit pul
20 chra dubitatio, † an sufficiat tacitus consensus domini, puta, quia dominus bene sciuit alienationem factã per vasallum, & expresse non contradixit, an videatur consensisse. Gl.no.in c.1.in verbo,ipsorum permissu.in ti.de proh.alie.feud.per Lotha.tenet,ꝙ hoc casu scientia domini habeatur pro consensu.Pro qua opinione faciũt iura infrascripta, scilicet l.1.C.de remis.pign.l.si hypothecas.illo eo.ti.l.quidã.ff.de euic.l.creditor.ff.de ver. sig. l.honor.§.fi.ff.de mune.& hono.Et hanc opinionẽ sequitur Iac.de Bel.in d.c.1.& dicit Iac.Alua.in d.c.1.§. pręterea.in ti.quib.mod.feud.amit.ꝙ Doct.cõmuniter sequũtur istam opinionem , sed Bertra. Caprioli.in d.c.imperialem. in prin.& in præalleg.c.1.expresse tenet contrarium. Mouetur,quia scientia,& patientia domini nõ debet haberi pro consensu, sed pro contradictione.l. qui vas.§.vetere.ff.de fur.& l.filiusfa.§.inuitus ff.de procu. nã dominus debet scire ius suum semper durare.l.sicut. §.non videtur.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol.& si vellemus tenere istam opinionem, possemus respondere ad iura allegata per Iac.de Bel.Et primò ad l.1.C.de remis. pig.quòd ibi est speciale fauore libertatis. Ad l.si hypothecas.quòd ibi illud procedit propter subhastationem solemniter factam.l.2.& l.si tempora.C. de fi. instru. & iure hast.fis.lib.10.Ad l.quidam.de euic.respondebitis, quòd ibi non interuenit solùm scientia,& patientia,sed ẽt participatio pretij.Ad l.creditor.dicatis,ꝙ ibi ille,de cuius pỹudicio agebat,cõsenserat.Io.Ray.in suo cõmento d.c.imperialẽ.§.habito.circa 13.col.ita distinguit,aut dñs nõ habuit certã scientiã,sed erroneã,& tũc nõ videt̃ cõsensisse alienationi.feudi l.2.ff.de iudi.nã nihil est magis contrariũ cõsensui.q̃ error.l.si ꝑ errorẽ.ff.de iurisd.

om.iud.& l.qui.cũ tutoribus.ff.de trãsact.Aut dominus habuit certam scientiam,& tunc si non fuit præsens con tractui,tunc talis scientia, & patientia non habetur pro consensu:quia vasallus debebat denunciare domino,& petere consensum,& licentiã ab eo, vnde cum ista denũ ciatio fiat non tantùm ad finẽ certiorandi dominum,sed etiam ad obtinendum licentiam ab eo, sola scientia, & patientia non habetur pro consensu,ut per Bar.in l.denũ ciasse.§.1.ff.ad l.Iul.de adulte.secus si denũciatio solùm requireretur quantùm ad certificandum:quia tunc habe ret locum illa vulgata regula, qui certus est,amplius cer tificari non debet.l.1.in fi.ff.de ac.emp.Si verò dominus nedũ sciuit alienationem, sed etiam fuit præsens contra ctui,& tacuit,dicit præfatus Doc.ꝙ adhuc nõ habetur ꝓ consentiente:quia ista prohibitio alienationis feudi,nedũ est inducta ad fauorem dominorum,sed etiam Reipu blicæ.d.c.1.in ti.de prohi.alie.feud.per Loth.Nõ obstat l.rẽ alienam.ff.de contrahen.emp.quia loquitur in rem, de qua potest haberi liberum cõmertium.¶Tandem pręfatus Doc.concludit tenendam esse opinionem Bertra. Capr. tanquam veriorem. In iudicando non est tutum recedere ab opin.Glossa.attento quòd Docto.communiter,vt refert Iac.Alua.in d.§.præterea.sequuntur opi. glossa.In stricta disputatione verior est opin. Ioan. Ray.

21 ¶† Quæro de quæstione quotidiana.Pone,ego concessi Titio quoddam castrum in feudum, Titius illudmet feu dum subinfeudauit Sempronio, Sempronius vult aliena re feudũ,quæro,an habeat necesse requirere consensum mei prioris domini,an verò sufficiat habere consensum à Titio domino.immediatè ipsius Sempronij,Gl.format istam quæstionem in c. imperialem.in §. illud. in ti. de prohi.alie.feu.per Fed.& tandẽ videtur inclinare,quòd requiritur consensus maioris,seu prioris domini.Et istã opi.tenuerunt Iaco.de Belui.in d.§.illud.& Io.Blanchus Marsilliensis in sua summa feud. in titu. quib. mo. feud. amit.in primo fol. in versi. item si vasallus vasalli. & in decimo fol. in ver. domini uerbum intelligas. ¶Hanc opi.tenuit Iac.de Ardi.in sũma sua in tit.qui.mod.feud. amit.sub rubricella,an sufficiat consensus maioris domini.Idem tenuit Azo in summa,in titu. de iure emphy. & Spe.licèt loquatur in re emphy.in ti.de loca.§. nunc dicendum,uer.26. Et hanc sententiam tenet expressè Bal. in d.§.illud.quem §.legit cum §.insuper. in d.c.imperialem. & dicit ibi Bal. hanc esse ueritatem. Et ista opinio placuit Iac. Alua.in d. c. imperialem. in princi. Motiua præfatorum Doctorum sunt hęc.In primis,quia quando dominus cõcedit rem in feudum alicui,puta Titio,transfert in ipsum Titium utile dominium, & si ipse Titius postea illam rem feudalem subinfeudet,seu alienet alte ri, transfert suum utile dominium in accipientem, ergo nihil remanet apud ipsum Titium primum vasallum: quia utile dominium non potest diuidi,nec possunt esse plures utiles domini insolidum,sicut nec directi.l. 3. §. ex contrario.ff.de acqui.pos.& l.si ut certo.§. si duobus uehiculum. ff. commo. cùm ergo nihil remanserit apud ipsum Titium,certè consensus in alienando non debet requiri ab eo,sed à priore domino, apud quem remansit directum dominium.Secundò mouetur, quia prima cau.feudi accepit fundamẽtum à priore, seu antiquiore domino, & appellatiõe domini intelligimus de directo l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vectiga.vel emph.peta. Et istam sententiam tenendo respõdebitis ad.d.§.illud. quòd non loquitur in terminis alienationis,sed in offen sa,seu delicto,quod delictum non respicit rem,sed personam,& delictũ vnius non aggrauat alium.l.sancimus. C.de pœn.Et istã opi.tenuit ẽt Petr.Iac.in interd.Vnde vi,aliàs,de possessione. ¶Contrariã opi.tenuit Bert.Ca prio,in d.§.illud. & domi. Ioan. Fab. in §.adeo. Insti.de loca.Mouentur isti Doct.primò per tex.in d.§.illud.nam secundùm omnes, quotquot sunt vasalli, habent vtilẽ dominium:& primus vasallus dicitur dominus secundi, & secũdus tertij,& sic de similibus.quod probãt hoc modo:Nam certum est,quòd vasallus potest alteri feudum subinfeudare,vt vult glo.approbata in c.1. §. præterea, in tit.de cap.Corra.in lib.feu.sed sic est,quòd qñ permittitur aliquis contractus,intelligitur,secundùm sui naturã permissus.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu.& habi.l.si vno.in princ.ff.loca.l.si stipulatus.ff.de vsu.& certum est, ꝙ tradens rem in feudum habet certa iura rõne fidelitatis, & ex natura feudi, & ratione istorum iurium dicitur habere vtilę dominium. nec est inconueniens, quòd plures sint vtiles domini diuersis respectibus,per ea,quę habentur in l.ex asse.ff.ad Trebel. Ad idem adducunt tex. in d.§.illud.vbi probatur, quòd etiam dominus immediatus,qui recognoscit feudum ab alio, appellatur dominus,respectu secundi vasalli. Item adducũt d. c.imperialem.in §.pręterea si quis maior.aliàs incipit,pręterea si quis infeudatus.in verbo,à proprio domino: cum ergo secundùm eos primus vasallus,quantũcunque transferat feudum in secundum,tamen retinet vtile dominiũ, vel saltem habetur pro vtili domino: ergo secundus vasallus si velit alienare illud feudum,debet requirere cõsensum ab ipso immediato,& proprio dño,nõ aũt à priore,seu antiquiore dño. Io.Ray.in d.§.illud. dicit se aliquando consuluisse sm̃ opinionem Bert.Caprioli, & Io. Fab.subdit tñ, quòd semper fuit dubius in isto articulo per id,quod vult Spec.in tit.de feu.§.quoniam.versi.qñ

22 q̃ritur.vbi quærit de tali quæst.†Ponamus quòd vasallus vasalli committat feloniam contra Principem,à quo primus vasallus recognoscit feudum,cui applicabitur illud feudum? respõdet,quòd applicabitur Principi illius terræ;sed quia non esset inconueniens,ꝙ Princeps haberet subditũ in suũ dñiũ, ne inuitus ei associetur.l.actione.§. societas.ff.ꝓ socio. nec est cõueniẽs, ꝙ Princeps seruiat subdito suo:ideo dicit,ꝙ vtile dñiũ debet vendi, & p̃tiũ fisco applicari illius Principis,remanente dñio,& ꝓprietate apud dñm immediatũ. & sic istud dictũ Spe.vr̃ facere ꝓ prima opi.Sed certè tenẽdo opi. Capr. possetis rñdere,ꝙ Spe.loquitur ĩ dño gñali illius terræ, & tex.in d. §.illud. loquit̃ in dño maiore feudi. Ego in isto puncto sæpe cõsului sm̃ primã opi.q̃ est magis cõis,& non esset tutũ in iudicãdo ab ea recedere,attento ꝙ Glossator tenet opi.istam in d.§.illud.per Iac.But.in l. vnica. C. qui pro sua iurisdi.& dicit Bal. in l.hæreditas.C.depositi, ꝙ auctoritas glossa.&c.¶Limitabitis tamen conclusionem prædictam procedere,nisi maior ille, seu antiquior dominus esset absens: quia isto casu sufficeret consensus proximi,& immediati domini,& hoc est de mente Iaco. Alua.in d.c.imperialem.in prin. ¶Secundò limitabitis, nisi prior dominus in concessione feudi alterasset naturam feudi,puta, quia dedisset licentiam vasallo alienandi,cui vellet,iuxta.c.1.in tit. de feu. non haben. propri. nat.feud.nam tunc licentia non esset ab eo requirenda, sed esset requirenda à proximo,& immediato domino, & hoc est de mente Cyn. in d.l. fina. C. de iure emphyteo.& de mente Ioan. Rayne. in §. illud. Et hæc notetis, quia frequenter contingunt in practica. ¶ Sed po-

23 namus,† quòd vasallus alienans feudum dicat hoc modo,Vendo,& trado tibi tale feudum saluo iure domini, & agnatorum meorum,& aliter non,& iste vasallus non habuerit consensum domini, nunquid per illa verba protestatoria excusabitur à pęna priuationis feudi?Bal. in c.1.§.fi.in tit.quæ sit prima cau.benefi.amit.in versic. feudo.determinat quòd non,quia cũ teneretur denũciare dño,& nõ denunciauit,vr̃ contẽpsisse ipsũ dominũ,& consequenter debet perdere feudum,per d.§.fin. Item quia in præiudicialibus ꝓtestatio nihil prodest. c. olim. extra de censib. si tamen adderet ista verba. Et non aliter

aliter,nec alio modo: tunc secundùm Bald. excusaretur à commisso.allegat.l.si quidam.cum ibi no.C.de excep.& l.item Labeo.§.1.ff.fami.erc.& l.si locuples.ff. de
24 manu.testa.¶Quid si dicat hoc modo.†Ego vendo tibi, & trado tale feudum saluo consensu domini,an ista verba proficiant ad excusandum uasallum à perditione feudi.Bal.not.in l.unica. C. de his quæ pœ. no. &c. in pen. seu antepe.colum.determinat,quòd non.Mouetur: quia licentia debet requiri à domino ante factum,uel in ipso actu,& talis protestatio non prodest:quia traditio est facti,& factum est contrarium protestationi.faciunt not.in c.cum M. Ferrari. ext. de consti.in c. solicitudinem.ext.
25 de appel. ¶Sed quid si dicat. †Ego uendo, & trado tale feudum saluo honore domini, an tunc excusabitur ab amissione feudi. Concludite quòd non,per no.per Hosti.& Io.And.in c.ea te.ext.de iureiu.dicit.n.ibi Io.And. quod male seruat ius,qui illud in totum eneruat, & dicit,quod hoc fuit de facto in quodã Senescallo Regio, qui iussit
26 hominẽ suspendi, saluo iure suo.†¶Sed quid si uasallus alienans feudũ sine licẽtia domini dicat hoc modo. Ego uendo tibi tale feudum, inquantùm de iure possum, & aliter non,an tunc excusetur ab amissione feudi. Bart.in c.1.in §.hoc quoque.in tit.de succes.feu.refert Iacob.de Ardi.tenere quòd sic.sed hoc limitat Bal.nisi captio domini posset interuenire, puta in traditione castri, quod cum difficultate posset recuperari per dominum: nam tunc dolus est in traditione,qui debet purgari per amissionem feudi.& hoc est,ut diximus,quia præcedit uenditio ut infirma, & sequitur traditio ut infirmanda. ut no. in l.& eleganter.in prin.ff.de dol. Item protestatio nihil reuelat in his,quæ sunt facti,ut dixi,& istam limitationẽ Baldi sequitur Iaco.Alua.in d.c.imperialem.in princip.
27 †¶Si tamẽ vasallus diceret,Ego uendo feudum,si domino meo placuerit, isto casu bene excusaretur à perditione feudi.sentit Bal.in d. §. hoc quoque. & expressè hoc determinat Iaco.Alua.in d.c.imperialem.allegat.l.si locuples.ff.de manum.testa.Ego idem consului,dum quidam vasallus feudum sine licentia domini alienasset, & in alienatione dixisset hęc verba,Ego alieno tale feudũ, saluo tñ bñplacito Principis, & nõ aliter,nec alio mõ,dũ fiscus ageret ad commissionem dicti feudi,obtinui iudicari in sacris audientijs,quòd ipse vasallus non amiserat feudũ: quia illi ablatiui absoluti, saluo semper beneplacito,resoluũtur in vim conditionis,id est, si placuerit domino meo,& non aliter.l.à testatore. ff.de cõd.& demõ. & l.ab emptione.ff.de pac. & defectus cõditionis habet annullare actum.Et quòd traditio dominij, & possessionis possit fieri sub conditione,est tex. no. & ibi Bartol.
28 in l.qui absenti.§.1.ff.de acquiren.posses.Sed pone, † quod per statutum sit inducta solemnitas in venditione feudi,vel rei emphyteoticæ, & vasallus, seu emphyteota vendat illud feudum (non seruata solemnitate statuti) an debeat perdere feudum. Bald. in l. 2. C. de epis. audien. determinat quòd non: quia talis venditio facta non seruata solemnitate statuti est nulla. l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transactio. & verbum, venditio. absolutè prolatum in statuto non comprehendit venditionẽ,quæ est nulla.arg.l.4.§.condemnatũ.ff. de re iudi.Eandẽ opinionẽ tenuit Iac.Alua.in d.c. 1.in tit. quid iuris sit,si vasallus post aliena.feudi recupera.ad fi.in vsi
29 bus feud.Sed dubitatur adhuc,† Ponamus,quòd dominus det licentiam vasallo alienandi feudum, vtrùm remanebit ipsi domino saluum ius directi dominij, & ius vasallagij,quòd habebat in illo feudo.Ioan.Ray.in c.imperialem. in 13. colum. §. habito.in versicu. quæro hic habes.videtur velle quòd non.Mouetur, quia qui alteri consentit, sua iura perdit,& aliena fortificat.c.1.§.præterea.& ibi no.Bal.in tit.quib.mod.feud.amit.& l.fi. ff. de inoffi.testa.& ideo dicit præfatus Doct.quod vtile erit dño, quòd tempore licentiæ dicat hoc modo.Damus tibi licentiam alienãdi feudum, saluo nostro directo dñio,& iure nostro semper saluo.arg.l.si debitor.§.1.ff.qui.mo. pig.vel hypo.solui. Sed contrariam opi. tenuit And. de Iser.in d.c.imperialẽ.in princ.in ti.de prohi.alie.feu. per Fed.& Bal.in c.2.in primis verbis suis. in tit.quo tẽpore miles.& Iac.Alu.in d.c.imperialẽ.& Do.Mar.de Lau.in d.c.2.Mouẽtur,quia tẽpore licentię fuit solum cogitatũ de uenditione vtilis dñij ipsius vasalli; ergo non debemus facere extensionem ad directum. allegant c.afferte mihi.ext.de præsump.& allegant etiã c.hoc quippe.3.q. 6.Vos comprobabitis istam opi.quam secutus fui sæpe consulendo:quia limitata causa limitatum producit effectum.l.in agris.ff.de acqui.re.do. & l. Fulcinius.§.quid sit latitare.ver.quid si aduersus.ff.qui.ex caus.in pos. ea. Cum ergo talis licẽtia intelligatur limitata respectu vtilis dominij, quod habet vasallus, certum, & limitatum debet producere effectum. Et ideo dominus per talem licentiam non præiudicat sibi in sua proprietate,seu directo dominio. Et vltra præfatos Doc.reperi istam opi. teneri per Iac.de Ardiz.in sum.sua in ti.quib.mod.feud. amit.sub rubricella,an emptor. qui emit sub voluntate
30 domini. ¶† Sed quęro de quæst.pulchra,& quotidiana. Vasallus alienat feudum sine licentia domini, an illud feudum aperietur domino,an vero agnatis?Glo. in c. 1. §.hoc quoque.in tit.de feu.suc.tenet,quòd si est feudum nouum,vadit ad dominum,si antiquum, ad agnatos. Et hanc opi.tenuerunt Io. Blanchus Mars. in summa sua. in ti.quib.mod.feud. amit.in verbo, quandoque feudum reuertitur ad agnatos. Eandem opinionem tenuerunt Iac.de Bel. And.de Iser.& Nic.de Neap.in d.§.hoc quoque.& Bal. ibidẽ,licèt in c.1.§.fi.in ti. quæ sit prima cau. benefi.amit.videatur uelle contrariũ,per illum tex,quia vasallus alienando feudum sine licentia domini videtur dominum cõtemnere, & ideo vt habeat iniuriæ suę vltionem,tale feudum debet sibi aperiri,quantumcunq; sit antiquum.& Io.de Imo.dicit in c.2.ext.de feu.quod in iudicando nõ esset tutum recedere ab opi.gl.d.§.hoc quoque.& Io.Ray.in d.c. imperialẽ.in §. pœna. dicit, quòd ista est magis communis opinio.refert tamen.Bert.Cap. tenere contrarium,per iura hodierna,scilicet per d.c.imperialem.Iacob.Alua.in d.c.1. §. fi. dicit hanc quæstionem esse dubiam,per d.c.imperialem.& per d. c. ex parte.Et post Bal.in d.c.fin.in c.1.in titul.quæ sit prima causa benefi.amit.dat pro cautela,quòd agnati se opponant pro eorum interesse, ne fiat traditio possessionis feudi. & quòd requirant dominum directum, vt prohibeat fieri traditionem dicti feudi, & si dominus hoc nõ faciat, dicitur esse in dolo,nec debebit lucrari de dolo suo, & si prohibeat traditionem fieri,non dicetur feudum alie-
31 natũ.l.alienatum.ff.de verb.sig.¶In ista materia†alienationis feudi debetis etiam scire, quòd feudum antiquũ etiam sine licentia domini potest alienari in agnatũ proximiorem,qui fuisset successurus in illo feudo, si alienatio facta non fuisset.c.1.in ti.de alie.feu.pater.& c.1.§.si clientulus.ibi, fratri vel nepoti.in titul.de alie.feud.habetur in §.Titius,in titul.si de feud.defun.fuer. conten. Et si fiat alienatio in vnum agnatum ex proximioribus, & sint alij agnati in pari gradu cum illo emptore, qui non consenserunt venditioni,reuocabunt illam alienationem pro partibus, in quibus fuissent successuri, si alienatio non fuisset facta.Ita vult Bald.in c.1.in titu.de
32 vasal. qui contra constitutio. Loth. ¶Sed moueo†vobis ẽlegãtem dubitationẽ.Ponamus, quòd vasallus alienauerit feudum in agnatum remotioris gradus cum cõsensu proximiorum agnatorum,sed tamen agnati secundi, vel tertij gradus non consenserunt, vtrùm consensus proximiorum agnatorum sufficiat, ita quòd alienatio feudi antiqui, & paterni facta in illum agnatum remo-

remotioris gradus sit ualida,& stabilis? Collegium Mediolani in quæstione facti consuluit talem alienationē esse ualidam.Et idem consuluerunt Bar. de Salic.& do. Christo.de Castel.adducentes pro ista opin.tex.in c.1. ver.& licèt.in tit.de alien.feu.pater. Nam illa dictio,& licèt,debet in iure aduersari,& in facto,quod non faceret,si intelligeremus,quòd debeat interuenire consensus oīum agnatorum, quando fit alienatio in agnatum gradus remotioris. Secundò pro ista snīa adducebatur tex.in c.1.§.sed etiam res.ibi,nisi tibi,vel proximiori.in tit.per quos fiat inuest.in lib.feud.Tertiò pro hac parte adducebatur d. c. 1. §. & si clientulus. ver.fratri vel nepoti.in tit.de alien.feud.Quartò adducebatur tale motiuum,quia cessat ratio prohibitionis alienationis,quæ militat, quando alienatio feudi fit in extraneum, fortè exosum,& non consortem in illo feudo. videtur enim cessare ista ratio,quando fit in agnatum,quantumcunq; remotioris gradus.¶Contrariam sententiam tenuerunt Bertr.Capr.vt refert Io.Ray.in c.imperialem. §.habito. circa 14.seu 15.col.in tit.de prohi.feud.alie. per Fede. vbi Capriolus tenet omnes agnatos esse vocandos, & omnibus esse fiendā obligationem:quia agitur de interesse omnium;ergo omnium consensus debet requiri l. fi.C.de aucto.prest.& Io.Fasolus de Pisis in sua summa feud.in tit.de alien.feu.sic inquit. Item vasallus alienabit,& vendet feudum agnatis,& consanguineis, qui se mortuo fuissent successuri in illo feudo. Ecce,ꝙ non permittit alienationem fieri, nisi in illos agnatos, qui essent successuri:ergo in agnatū remotioris gradus non debet posse fieri,nisi omnes alij agnati consentiant. Idē tenet Odof.in sua summa,in tit.qui perso.vasal.ven,feu. Et placet Iac.de Bel.in d.c.imperialem.in princ.vbi dicit ipse Iac.quòd vasallus potest alienare feudum, etiā sine licentia domini in agnatum,qui erat successurus in illo feudo: sed agnatus remotioris gradus non erat successurus,ergo &c. Et in hanc partem vr̄ inclinare Bald. post longam disputationem in præalleg. c.1.in titu.de alie.feu. ¶ Eandem opin.tenuit Io. de Lign.in clem.1. ext.de iure pat.& sm̄ istam opin. consuluit sacrum collegium Bononiense.& ita etiam consuluit do. Mart. de Laud.in quadam causa nobilium de Scarampis ciuium ciuitatis Astensis,vt ipse refert in d.c.Titius. Ego istam snīam sæpe tenui consulendo, adducendo bonum tex. in d.c.Titius.vbi proximior agnatus reuocat alienationem factam in agnatū remotiorem. ¶ Et quia in secreto iuris ista opin.est verior, quam etiam tenet Iac.Al.in d.c.1.de alie.feud.in fi.1.col. ego respondeo ad motiua tenentium opin.contrariam. Et primò ad primum de c.1.ver.& licèt.in tit.de alie.feud.pater.quòd illa dictio,& licèt bene aduersatur in iure, & in facto: quia si alienatio feudi esset facta in extraneū,nihil valeret usq; à principio,nisi interuenisset consensus agnatorū ipsius alienatoris:sed quando fit in agnatū remotioris gradus, fateor,quòd illa alienatio ualet,sed reuocabiliter:quia agnati, qui non consenserunt illi alienationi, reuocare possunt illam de gradu ad gradum: quia ista successio reuocatoria competit de gradu in gradum ipsorum agnatorum.Ita vult do.And.de Iser.in c.1.in §.hoc quoque.in tit.de suc.feud.optimè facit l.cum pater. §.libertis.ff.de leg.2.& l.cum ita legatur.§.fin.eo.ti. ¶ Ad secūdum motiuum de d.§.sed etiam res.rn̄deo, vt supra ꝓximè. Vel aliter,ibi,proximior agnatus nolebat fortè reuocare.Ad tex.in d.§.& si clientulus.ibi,fratri,vel nepoti,rn̄debitis, quòd illa verba ibi ponuntur pro tota agnatione,vt vult Bal.ibidem.Vel fateamur,quòd alienatio facta in agnatum remotioris gradus valet cum cō sensu proximiorum agnatorum,sed tamen agnati sequētis gradus poterunt reuocare alienationem,si non consenserunt ipsi alienationi. ¶ Ad vltimū art. pro responsione debetis considerare in hac materia feudali tria iura.Primum est prohibens alienationem in extraneum, & permittēs inter agnatos,& istud ius ponitur in c.1. in tit.de alie.feu.pat.Secundū est ius inducēs reuocationē ipsius alienationis,qn̄ fit in agnatū gradus remotioris,& istud ius ponitur in c.1.§.sed etiā res, in tit. per quos fi. inuesti. Tertium est ius inducens resolutionē alienationis,de quo in c. & si clientulus. In proposito nostro ex primo iure non fit reuocatio,ita bene ex secūdo,& tertio.Et hanc opi.cōprobabitis alio fundamento,quia vasallus non potest testari de feudo in præiudicium agnatorum,c.1.ibi,nulla ordinatione defuncti,in tit.de success. feu. ergo debet multò minus posse contrahere in præiudiciū ipsorum agnatorum,l. seruū filii.§. eum qui chirographū.ff.de leg.1.

33 ¶ Ex ꝑmisis† elicio vobis tres conclusiones.¶Prima est,quòd alienatio feudi antiqui pōt fieri in proximiorem agnatum. qui erat successurus in illo feudo,si alienatio non fuisset facta. Et istam conclusionem firmat Ia.de Bel.in d.c. imperialem. & Doct. in c.1.in ti.de alie. feu. pat. ¶ Secunda conclusio est, ꝙ si sint plures agnati in pari gradu,& alienatio feudi antiqui fiat in vnum ex eis,reliqui existentes in pari gradu poterūt pro suis portionibus reuocare alienationē.Hāc conclusionē firmat Bal.in c.1.in tit. de vasal.qui contra const.Lotha. ¶ Tertia conclusio,ꝙ si alienatio feudi antiqui fiat in agnatū remotioris gradus cū consensu proximiorū agnatorū:tunc agnati secundi,& tertii gradus, qui nō consenserunt,poterūt illā alienationē reuocare, vt supra pulcherrimis auctoritatibus probaui.

34 ¶ Ex præmisis† deciditur alia quæstio, quā habui superioribus diebus de facto. Sunt tres fratres habentes feudum antiquū,vnus donat partē suā illius feudi alteri,deinde ingreditur religionē,& monachatur,an donatarius solus habebit illā partem, an verò æqualiter spectabit ad ipsos duos fratres,qui ramanserunt in seculo? Ego cōsului ambos fratres debere admitti,allegando Bald. in præallegato c.in tit.de alien. feu.pat. in vlti.col.Mouebar,quia si solus donatarius habuerit illud feudum,esset contra intentionem primi parentis, qui pari intentione sibi,& suis hæredibus prospicere voluit,nec fuit de eius intentione,quòd unus supplantaret alium,c.1.in tit. de duo.fra.à capi.inuesti. Item adduco tex.in c.1.tit.de mili. vasal qui ar.bel.depo.ubi tex.dicit,quòd dominus, uel agnatus contendit se habere debere feudum ipsius ingresi religionem,& in quātùm illa litera dicit,quòd dominus contendit, debet intelligi in feudo nouo:in quantùm autem dicit, quòd agnatus contendit, loquitur in feudo antiquo,& illud verbum,agnatus,est indefinita locutio, quæ æquipollet vniuersali, cùm eadē sit ratio,& cōditio ipsorū contentorū sub illa vniuersitate.

35 ¶ Sed quæro, vtrùm filij illius,qui alienauit feudum antiquū, debeant in reuocādo alienationē præferri agnatis ipsius alienatoris.Concludite,ꝙ si alienatio est facta iure, & consuetudine permittente, tunc filij alienatoris præferuntur. Si verò alienatio fit facta iure,& consuetudine refragante,tunc agnati ipsius alienatoris erunt præferēdi.Ista cōclusio approbatur à Doc. in cap. Titius, in tit.si de feu.defun.feu.contro.& in c.1.§.& si clientulus, in tit.de alie. feu.& in c.1.§. hoc quoque, in tit. de suc. feu.¶ Aduertite ad id,quod supra dixi agnatos admitti ad reuocandā alienationē feudi antiqui factā per vasallū, nā hoc debet limitari, nisi ipsi agnati sint hęredes ipsius alienatoris,quia tūc nō possent venire cōtra factū ipsius defuncti:quia adeūdo hæreditatē intelligūtur approbare gesta per defunctū.l.cū à matre.C.de rei uen.& l.si ab eo. in fi.C.de lib.causa.facit l.ex qua ꝑsona.ff. de reg.iur.Sed si ipsi agnati antequā adirent hæreditatē vasalli,qui feudū alienauit,cū fecissent inuentarium de bonis defuncti: tunc bene possent reuocare alienationem

nem feudi, quia confectio inuentarij conseruat hæredi omnia iura, & actiones, ut uult pulchra gloss. in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberan. Et ita volunt Docto. in c. 1. in fin. an fil. uel agna. & Bald. in l. qui se patris, circa 9. colum. C. unde libe. & Ioan. de Imo. in c. 2. circa 17. col. ext. de feud. Item licèt uasallus alienando feudũ non possit præiudicare filio suo, vt vult Bald. in d. §. hoc quoque, tamen hoc fallit, si ipse filius aliquid postea habet de hæreditate patris: nam tunc alienatio illi præiudicaret, nisi inuentarium conficiat, per ea quæ dixi sup.

36 ¶Sed dubitatur, †nunquid, si agnatus consentiat in alienationem feudi antiqui, talis consensus habeat præiudicare filio ipsius consentientis. Conclude ite ex mente Ia. de Bel. Bald. & aliorum Docto. in d. c. 1. §. hoc quoque, ĩ ti. de suc. feu. in distinctione, quam facit ibi Bald. circa 7. colum. quòd aut fuit simplex, & rudis consensus, puta, quia agnatus solùm dixit, quòd consentiebat alienationi, & tunc talis simplex consensus non præiudicat filio ipsius consentientis, aut fuit consensus obligatorius, puta, quia non solùm consensit alienationi agnatus feudi antiqui, sed etiam se obligauit promittendo non contra facere, nec unquam contrauenire, & tunc talis consensus obligatorius bene nocebit filio, si sit hęres patris qui ita promisit: quia non est illi licitum contrauenire facto patris. l. ea quæ à patre. C. de restit. militum.

37 ¶†Sed dubium est, quid si vasallus feudum antiquum refutet in manibus domini, nunquid ipsa refutatio præiudicabit agnatis ipsius refutantis? Concludite, quòd non, nisi donec viuit ipse refutans, & eius descendentes. Istam opinio. firmat Bal. in d. §. hoc quoque, in 6. colum. in sua prima conclusione. Idem voluit ipse Bald. in c. 1. in 2. colum. in titu. de alie. feu. pat. Eandem opinio. tenuit Iaco. de Ardizo. Veronen. in summa feudo. in tit. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, si vasallus refutat feudum domino. Et in hanc partem inclinat Iaco. Alua. in c. 1. §. fina. in 37. conclus. in titul. quæ sit pri. cau. benefic. amitt. in vsib. feud. ¶Verùm quia dixi supra obligationem, seu semostam debere fieri omnibus agnatis per uasallum, quando

38 vult alienare feudum, quæro † si agnatus offerat iustum pretium, extraneus autem, qui vult emere feudum, offert vltra iustum pretium. quis istorum erit pręferendus? Bal. in l. 2. in fin. colum. C. de rescin. vend. disputat istam quæstionem, & tandem determinat contra agnatum, quia res tantum valet, quantum vendi potest, l. si seruus. ff. de condictio. furti. & Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & l. Prætor. §. in eum. ff. de bon. auct. iud. pos. & l. 2. & 3. C. si propter publ. pensi. ¶Limitat tamen hanc suam decisionem, dummodo non interueniat fraus, neque collusio cum eo, qui offert vltra iustum pretiũ, allegat de ista materia no. per Io. And. in add. ad Spe. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum restat, ver. item not. in fin. illius additionis. Vult ergo Bald. in effectu, quòd agnatus debeat offerre, & dare illud pretium, quod reperitur ab alio, nec sufficit, quod ipse agnatus offerat iustũ, & commune pretium. Et istam opin. secutus est Iaco. Al. in c. 1. § sed & res, in titu. per quos si. inue. in lib. feu. mouetur per illum tex. ibi, & æquali pretio. ¶ Addite vos, quòd Ange. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. ob. videtur velle contrarium in terminis huius quæstionis,

39 †Pone dicit ipse, quòd consors promiserit consorti non vendere talem rem, nisi sub pœna contingit, quòd consors offert iustum pretium, sed quidam alius offert multò plus, nunquid consors sine metu pœnæ poterit vendere illi multò plus offerenti. Determinat Angel. quod non, quia sufficit, quòd consors offerat iustum pretium, & ita dicit fuisse disputando determinatum, allegat pro hac sua decisione not. per Ioann. And. in addi. ad Specu. in addi. prædicta. Sed certè ibi Ioann. Andr. determinat totum contrarium per rationem, per quam dixi. nam illud dicitur iustum pretium, quod potest ab alio reperiri, vt in iuribus supra allegatis, optimè facit. l. 3. ff. de in diem adiect. Pro agnato videtur facere glos. in l. 2. C. de rescin. uend. ubi dicit, quòd non debemus inspicere pretium, quod reperitur ab vno, vel duobus, sed id, quòd communiter reperiretur de pretio talis rei. ¶Ioann. de Imol. in d. §. cohæredes. Pro concordia istarum opin. dicit distinguendum esse, quòd aut disponens verisimiliter considerauit pretium, iuxta id, quod reperiretur ab alio, & isto casu debemus tale pretium inspicere, non autem id, quod posset communiter reperiri. Exemplum, Ego vendo tibi librum pro decem cum pacto, quòd si infra mensem melior mihi conditio offeratur, res sit inempta, isto casu debemus attendere pretium non secũdum id, quod communiter reperitur, sed iuxta id, quod reperitur ab alio, qui plus offert, quantùm primus emptor soluerit, & ita intelligitur l. 3. §. fina. ff. de in diem adiec. Aut disponens considerauit iuxta id, quod communiter reperitur, & tunc debemus attendere tale pretium, non autem id, quod reperiretur ab vno, vel duobus. Exemplũ, quando agitur, vt rescindatur contractus venditionis, vel suppleatur iustum pretium, eò quia venditor allegat rem fuisse venditam minus dimidia iusti pretij, & hoc casu attendimus pretium commune, non autem singulare, & ita intelligatur gloss. d. l. 2. C. de rescind. vend. Aut sumus in dubio, & tunc si agitur de condemnando aliquẽ ad pretium, satis est attendere pretium, secundùm quod communiter posset reperiri, quia in dubijs fauere debemus reo, quò ad decisoria. l. Arrianus. ff. de act. & obl. & l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. notatur in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obligatio. & idem si agatur de conseruatione iuris iam quæsiti. Quandoque verò quis vult ius de nouo sibi acquirere propter pretium, quod offert, & tunc ipse debet offerre pretium, quod reuera reperitur ab alio, nec sufficit, quòd offerat iustum pretium, quia satis est, quòd sibi gratificetur, ut præferatur aliis absque eo, quòd uelit aduersarius pati damnum in recipiendo minus pretium, quàm ab alio reperiatur, & ita dicit debere intelligi notata Ioann. Andr. in addit. prædicta.

40 ¶Quæro vlteriùs, †sunt duo fratres, vel agnati habentes feudum antiquum, & paternum, vnus ex eis vendidit partem suam alteri, vtrũ ille, qui acquisiuit illam partem, teneaẽ se facere inuestiri per dominum infra annum, & diem. Glo. in c. 1. §. sed etiam res, super uer. proximiori, ad fi. in tit. per quos fiat inuesti. mouet istam quęstionem, & nihil determinat, & illa gl. in fi. dicit, quòd de hoc pollicetur se alibi dicturum. Sed Petr. de Ceruia. ibi dicit se nescire, ubi Iac. Coliobi. Glos. feudorum de hoc notauerit. Ego reperi istam quæstionem plenè tractatam per Iacob. de Ardizo. Veronen. in sua laudabili summa feud. in titu. quib. mod. feud. acqui. sub rubricella, si de parte sua inuestitus. ubi distinguit, & eius distinctionem secutus est And. de Ise. in d. c. sed etiam res, & distinguũt hoc modo: Aut isti duo fratres, seu agnati iam fuerunt ĩuestiti per dominum de suis partibus, & iam præstiterãt fidelitatem. Et hoc casu frater, seu agnatus, qui acquirit partẽ alterius, tenetur facere se inuestiri de illa parte acquisita infra diem, & annum, iuxta c. 1. in titu. quo temp. miles. ¶Et idem est secundũ eos, si unus ex eis ex delicto perdidit partem suam, quæ obuenit alteri, iuxta ea, quæ habentur in c. 1. in titu. si uasal. feud. priue. cui deferr. debe. in usib. feudo. Aut unus ex ipsius fratribus, seu agnatis nondum agnouerat portionem suam, uel amisit eam, eò quia infra annum, & diem non fecit se inuestiri per dominum, iuxta cap. imperialem. §. præterea, si quis maior. in titul. de prohibitio. alienat. feudi per Federic. & hoc casu, quia alter frater, seu agnatus habet portionem alterius ex iure accrescendi, non tenetur tunc pro illa parte, quæ accre-

uit facere se inuestiri: quia sufficit, quòd semel fuerit inuestitus de parte sua. Idē enim iudicamus de augmento, quod de eo, cui fit augmentum. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. do. Facit optimè pro decisione p̄dicta proximè. l. liber homo. §. Titius. ff. de hæred. instit. Et hanc doctrinam sequitur Iaco. Alua. in d. §. sed etiam res. & do. Mart. de Laud. in c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuest. ¶Ex prædictis infert not. And. de Iser. in d. §. sed etiam
41 res. †quòd si pater donaret feudum filio suo emancipato, uel frater maior natu, qui secundùm consuetudinem Regni Frãcorum succedit in toto feudo, donaret illud feudum fratri suo minori, certè ipse filius emancipatus, & ille minor frater haberet necesse petere inuestiturã à domino infra annum, & diem pro illo feudo sibi donato: quia cum veniant iure diuerso, inter eos non est locus iuri accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. not. in l. vnica. C. quando non pet. par. pet. accresc. Et hanc determinationem sequitur do. Marti. de Laud. in
42 d. c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuesti. ¶Quæro vlteriùs, †quando feudum antiquum est alienatum, quis præferatur in reuocando illam alienationem, an filius alienatoris, an verò agnati ipsius alienantis. Concludite, quòd si talis alienatio est facta iure, & consuetudine permittente, tunc filius alienatoris præferetur domino, & etiam agnatis in reuocando, secus si iure, & consuetudine refragante sit facta alienatio: quia tunc agnati præferuntur. Ita dicunt Ioan. de Bel. & Bal. in c. 1. §. hoc quoque. in tit. de succes. feu. & est de mente Bar. in l. eum qui. ff. de inter. & releg. not. in c. 1. §. Titius. in tit. si de feu. defun. fue. cont. vbi Iaco. de Bel. dicit esse tex. ad hoc sing. Addite, quòd conclusionem prædictam sequitur Iaco. Alua. in c. 1. §. fi. in 25. conclus. in ti. quæ sit prima causa
43 benefi. amit. ¶Dubitatur etiam, †quando alienatio feudi facta per patrem, habeat præiudicare filio, quando est facta sine licentia domini. Concludite, quòd ita demum præiudicat filio, si sit aliquid habiturus de hæreditate paterna, secus si nihil esset habiturus: quia tunc alienatio facta per patrem illi non præiudicaret. Ita dicit Iaco. de Bel. in d. §. Titius. & Bal. in d. §. hoc quoque. not. in c. 1. in tit. an fil. vel agna. Idem est, si filius esset habiturus solam legitimam in bonis patris, vt no. in d. c. 1. an fil. vel agna. ¶Et ideo in quæstione facti, cum quidã pater alienasset multa feuda antiqua, & veniens ad mortem in suo testamento instituisset filium primi gradus in sola legitima, & nepotem ex eo instituisset hæredem vniuersalem, dixi, quòd ille primi gradus filius poterit reuocare feuda alienata per patrem. & ita reperi Doct. tenere in d. c. ȷ̃. proxi. alleg. Idem est, si filius confecisset inuentarium de bonis allodialibus: nam tunc alienatio facta per patrem sibi non præiudicaret, secundùm And. de Iser. & cæteros Doct. in d. c. 1. an fil. vel agna. Optimè facit glo. ordin. in l. fi. §. in computatione. C. de iure
44 delib. ¶Addite, quòd quando alienatio feudi antiqui est facta legitimè cum licentia domini, absque tamen consensu agnatorum, agnati demum admittentur ad reuocãdum illam alienationem mortuo alienatore, filius autem alienatoris admittetur ad reuocandum, etiam viuente alienatore, dummodo refundat pretium. tex. est in d. §. Titius. in tit. si de feu. defun. fue. cont. Si uerò non legitimè facta sit alienatio, tunc reuocabitur etiam viuente alienatore, vt not. in d. §. Titius. & ita determinat Iac. Alua. in d. c. 1. §. fin. in 27. conclus. in tit. quæ sit pri-
45 ma cau. benefi. amit. ¶Finaliter in hac materia alienationis, volo noteris vnum, quòd illud, quod dicitur, quòd vasallus alienans feudum sine licentia domini perdit illud, debet intelligi, quando scienter alienat, secus si erranter. Iste est tex. not. in c. 1. in ti. de contro. inter do. & emp. Sitis ergo cauti in libellando, vt in libello dicatis, ꝙ talis vasallus sciens talē rē esse feudalē eã alienauit.

SVMMAE.

1 Verba ista, Et cum pacto &c. in inuestitura feudali apposita quid operentur.
2 Pater an possit vni filiorum assignare totum feudum.
3 Dispositio testamentaria, qua vasallus testatur de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudum erat peruenturum, an si dominus illam ratificet, sit tenenda.
4 Si vasallus testetur de re feudali præsente domino, & præsentibus agnatis, an sibi præiudicabitur ex eorum præsentia.
5 Legatum de re feudali Ecclesiæ, vel monasterio factum, an valeat. & nu. 6.
7 Feudum an veniat in petitione hæreditatis.
8 Feudum an veniat in restitutione fideicommissi. vsque ad nume. 12.
12 Legatum factum in causam profanam, an, & qualiter solui debeat.
13 Pater an possit in testamento disponere, quòd in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus, & insolidum, & sic successiuè.
14 Pater an possit vni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam.
15 Pater an delinquendo possit præiudicare filio in feudo.
16 Feudum Francum quid dicatur.
17 Feudum an computetur in legitimum debitam filio de iure naturæ.

ET CVM PACTO, Quod de ipso feudo possint ipsi vasalli inuestiti testari, & per ultimam volun
1 tatem disponere. ¶Aduerte, †quòd est ualde utile apponere ista verba in inuestitura: nam si apponantur, vasallus non potest testari de feudo, & si testaretur, non ualeret sua dispositio. tex. est ad literam in c. 1. in prin. ibi, nulla dispositione defuncti in feudo valente, uel manente. in ti. de suc. feu. ¶Quod limitabitis, nisi vasallus in testamento instituisset filium, uel agnatum, ad quem in omnem euentum feudum erat peruenturum: quia tunc talis dispositio testamentaria esset ualida, exēplo eius, quod dicimus, quòd licèt alienatio feudi sit regulariter prohibita fieri sine licentia domini, tamē hoc fallit, quando alienatio fieret in agnatum proximiorē, qui erat oīno successurus in feudo: nam tūc talis alienatio esset ualida. c. 1. in ti. de alie. feu. pa. & ita determinat Io. Ray. in suo compen. feu. in §. habito. in 21. seu 22. col. in ti. de prohi. alie. feud. per Fride. ¶Sed circa prædicta
2 †quæro de notab. quæst. nunquid pater possit uni filiorum assignare totum feudum. Sunt, qui dicūt quòd sic, dummodo illud acquisierit pater ex sua probitate, arg. l. diui fratres. ff. de iur. pat. Alij dicunt, quòd potest hoc facere, dūmodo assignet bene merito, per l. vnus libertus. ff. si quid in frau. pat. & per l. si Rufinus. C. de test. milit. Bal. in c. imperialem. in prin. circa 6. col. in ti. de prohi. alie. feu. per Fride. determinat, quòd pater nō potest hoc facere, nisi de uoluntate omnium aliorum filiorū, uel nisi ratificent illam assignationem. Mouetur, quia lex feudalis expressè disponit, quòd feudum vadat ad omnes filios æqualiter. c. 1. §. & quia vidimus. ibi, ad omnes æqualiter pertineat, in. 1. tit. feu. Et ideo pater etiam in testamento non posset vni filiorum assignare totum feudum, nisi fratres illius, cui fit assignatio, approbent dispositionem testamētariam paternam, per tex. ad hoc not. in l. sicut. § venditionis. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. nam ꝙ ad oēs filios æqualiter pertineat feudum, est inductum fauore ipsorum filiorum, non autem fauore domini. & ideo hoc casu feudum non iret ad dominum. l. fi. ff. de litig. Addite ad corroborationem huius decis. id, quod vult Andr. de Iser. in prælleg. c. 1. in ti. de suc. feud. vbi dicit, quòd pater non posset uni filiorum assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiã: quia prouidentia

dentia legalis, seu consuetudinis feudorum præstat hoc priuilegium filiis, ut æqualiter omnes succedant in feudo. d. §. & quia vidimus. vnde cum priuilegium sit à lege concessum, non potest auferri ab alio, quàm ab ipsa lege §. finautem, in Authen. de nup. & l. si arrogator. ff. de adoptio. Et ita sequitur Ia. Alua. in d. c. 1. in titu. de succ. feu. in prin. Addite, quod idem voluit ipse Iac. Alua. in præalle. §. & quia vidimus, vbi dicit, quòd filii æqualiter succedunt in feudo, quàmuis sint inæqualiter instituti. Addite Ang. in l. item uidendum. §. fina. ff. de peti. hære. ubi dicit, quòd pater non potest allegare, seu assignare feudum totum vni ex liberis. Et hanc opin. tenet expressè Ioan. Rayn. in suo commento. cap. imperialem. §. habito, circa 7. colum. in titu. de prohib. alie. feud. per Feder. & ibidem attestatur Docto. communiter ita tenere, allegat etiam Iaco. de Ar. Veronen. in titu. qui. mod. feu. amit. in sua summa. §. ad prædictum, ver. verùm sed vno possit.

3 ¶ Sed † ponamus, quòd uasallus testetur de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudum erat peruenturum, & dominus viuente ipso vasallo, vel eo mortuo ratificet illud testamentum, vtrùm ualebit illa dispositio, testamentaria. Bal. in d. c. 1. §. donare, in titu. quali. olim pot. feu. alie. determinat, quòd sic. Sed ego in quæstione facti dicebam, quòd illa ratificatio bene valebat in præiudicium ratificantis, quia potuit sibi præiudicare, sed si erat feudum antiquum, & paternum, illa ratificatio non potuit valere in præiudicium agnatorum ipsius uasalli, quibus dominus non potuit per suam ratificationẽ præiudicare, argum. l. in concedendo. ff. de aqu. plu. arcen. Optimè facit reg. non debet, ext. de regu. iur. libr. 6. Et ita reperi tenere D. Marti. de Lau. in d. §. donare. ¶ Sed quid

4 † si uasallus testetur de re feudali præsente domino, & præsentibus agnatis, nunquid illi præiudicabitur ex eorum præsentia? Bald. in d. §. donare, videtur uelle, quòd sic, dum allegat tex. no. in l. sicut. §. uẽditionis. ff. qui mo. pig. uel hypo. sol. Caueant ergo agnati, ne sint pręsentes, quando agnatus testatur de bonis feudalibus. ¶ Nunc

5 † quæro de eleganti quæstione. Vasallus in suo testamento legauit rem feudalem ecclesiæ, uel monasterio, utrùm tale legatum ualeat. Host. in sua summa, in titu. de immu. eccles. §. inquantùm, uer. sed non est illa immunitas. determinat legatũ valere. Mouetur, quia Imperator multa priuilegia concessit ecclesiis, maximè quia possint eis fieri relicta pro anima. l. generali, & l. 1. & l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Vnde cum illa priuilegia postea fuerint approbata per ecclesiam, non potuit postea Imperator faciendo tex. in d. §. donare, auferre ista priuilegia ecclesiis cõcessa. 25. q. 2. c. priuilegia. Nec est uerisimile, quòd tot iura emanata in fauorem ecclesiarum voluerit vno verbo tollere. l. si quando, in prin. C. de inoffic. testam. ¶ Limitat tamen hoc procedere, quando esset feudum paternum reale, & perpetuum, & consuetudo haberet, ꝙ vasalli possint seruire domino per substitutos: secus si esset feudum personale, & vasalli essent obligati personaliter exhibere seruitia domino, tunc enim legatũ rei feudalis factum ecclesiæ nihil ualeret. ¶ Tandem ipse dicit, quòd si dominus directus sentiat se grauatum, & læsum ex illo legato, adeundus esset Papa, qui adhiberet remedium super hoc. Hac eandem opinionem tenuerunt Hẽricus Archiepisc. Eubondinensis, in sua summa, titu. primo, ut refert Bal. in d. §. donare, & ad text. d. §. donare. dũ dicit, nec pro anima iudicare, respondet præfatus Summista, quòd ille tex. est falsus, & quòd illa verba, nec pro anima iudicare, non debent stare in illo textu, & si sint, debent tolli. Vel aliter illa uerba debent intelligi, quòd feudum erat personale, vel quòd uasallus fecisset dictũ legatum ecclesiæ in fraudem domini, puta, quia finxit in suo testamento, quòd multa seruitia receperat ab illa ecclesia, & ita scribi fecit machinando fraudem contra dominum suum. Idem uoluerunt Hostien. & Ioann. Andr. in c. quæ in ecclesiarum, ext. de constitu. & ista opinio placet Oldr. de Ponte, suo cons. 187. ¶ Contrariã opi. tenuerunt Io. Blanch. de Mars. in sua summa, in titu. quib. mod. feu. amit. §. item nec pro anima, allegat text. in d. §. donare, & Ioann. Rayn. in d. c. imperialem. § habito, circa 20. seu 21. colum. Mouetur, quia nulla dispositio testamentaria valet in bonis feudalibus. c. 1. circa princip. in titu. de suc. feu. Secundò, quia magnum præiudicium fieret domino superiori. quia postquam feudum esset in manibus ecclesiæ, quæ nunquam moritur, nunquam esset reuersurum ad ipsum dominum, & ecclesia, quæ debet auctrix, & cultrix esse iustitiæ, non debet pati in se, neque ĩ alium aliquid sinistrum fieri, vt tex. dicit formalis in c. 1. Idem potest præsumi in titu. de alienat. feud. Et hoc est, quod dicunt secundùm eum Gallici, feuda emphyteosis non debere in manu mortua alienari. Subdit quòd Gallici in eorum inuestituris solent apponere ista uerba. Inuestio te de tali feudo, uel de tali re emphyteutica cum pacto, quod tu non alienes in Ecclesias, neque in milites, neque in potentiores. ¶ Hanc opinionẽ sequitur Bal. in l. 1. in lectura, non dico in repe. C. de sacros. eccl. ubi dicit, quòd tale legatum est adeò nullũ, quòd nec ipsa res feudalis, neque æstimatio deberet solui ecclesiæ, allegat c. filius, ext. de testam. & l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. 1. Et ipsemet Bal. in d. §. donare. sequitur istam opi. dum dicit, tu dic nihil deberi, allegat. l. uxor patrui. C. de leg. ¶ In hac opinione residet Iac. Alua. in d. §. donare. ubi tenet, quòd etiam æstimatio feudi non debetur ecclesię legatariæ, sed ipse Bal. in c. quæ in ecclesiarum, ext. de consti. in 5. seu 6. col. dicit, quòd de æquitate canonica, legatum rei feudalis factum ecclesiæ ualet. Nisi (secundũ eũ) feudum effectum esset caducum morte uasalli, qui fecit legatũ. Vos declarate ista uerba hoc modo. Pone quòd uasallus, qui fecit legatum de re feudali, decessit nullis relictis liberis, nec agnatis: isto casu feudũ reuertitur ad dominum, & ideo dicitur effici caducum morte uasalli, quid dicemus in hoc articulo? In secreto iuris ego tenerem legatum nihil ualere propter magnum præiudiciũ, quod fieret domino superiori. Item quia tex. est rotundus in d. §. donare. dum dicit, nec pro anima iudicare, & cùm uerba illius tex. sint clara, non debemus ab eis recedere. l. ille aut ille. §. cùm in uerbis. ff. de leg. & l. non aliter, eod. tit. & absurdum est dicere, quòd illa uerba non debuerint ibi poni, quia sufficit ita scriptum esse. l. prospexit. ff. q. & à q. ma. lib. fi. & adhuc magis absurdum est

6 dicere, quòd illa uerba debeãt remoueri, & tolli. ¶ † Iuxta prædicta quæro (præsupposita opinione illa pro uera, quòd legatum factum ecclesiæ de re feudali non ualeat) an saltem solui debebit æstimatio ipsi ecclesiæ legatarię, Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua, uers. 117. uidetur primo uelle, quòd æstimatio debebitur ecclesiæ, allegat tex. ad hoc no. in l. si filiusf. §. si quid alicui. ff. de legat. 1. postea idem Spe. subdit, quòd de consuetudine est ĩ aliquibus locis, ꝙ ecclesia capiat illud feudum sibi relictũ, & ꝙ postea teneatur illud uendere alicui, ut debita seruitia domino ꝑstentur. ¶ Sed contra hoc uidetur tex. ad literam in c. 1. ext. de immu. eccl. lib. 6. Postea subdit ipse Spe. quòd cõsuetudo in aliquibus partibus habet, quòd hoc casu ecclesia legataria debeat præcezenare, id est soluere præcezenum, seu laudemium, & talis consuetudo est seruanda, quia est optima legum interpres. l. si de interpretatione, ff. de leg. Et cum hac opi. simpliciter trãsit Io. Rayn. in d. cap. imperialem. §. habito, in 21. colum. Bald. autem in d. §. donare, & idem in l. 1. in antepenult. colum. C. de sacrosanct. eccles. in lectura dicit, quòd ecclesiæ non debet solui etiam æstimatio feudi. allegat c. filius, ext. de test. & l. uxor patrui. C. de legat. & d. §. donare. ¶ Eandẽ opi. amplexus fuit Iacob. Alua. in d. §. donare.

nare.

nare.& iſta ſententia plus placet. Ad l.filiusfamil.§. ſi q̃d
alicui.ego reſponderem,quòd ille tex.intelligitur,quia
res legata erat in commertio communi, licèt non eſſet
in commertio legatarij, ſed rei feudalis commertium
non eſt in cōi,ut patet in d.§.imperialem. in princ.in tit.
7 de prohi. alie.feud. per Fed.† ¶Subſequẽter quæro.vtrũ
feudum veniat in petitione hæreditatis.de hoc habetur
per gloſſ.no.in l.item videndum.§.fi.ff.de peti. hære. &
reperio Bar.in hoc variaſſe. Nam in d.l. item videndũ.
§.fi.ſequendo opi.Cyn. indiſtinctè reprobat illam gloſſ.
ſed ipſe Bar.in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper. lib.
aliter loquutus eſt, dicens,quòd feudum venit in peti-
tione hæreditatis, dummodo agens petitione hæredi-
tatis ſit filius,vel de alijs comprehenſis in inueſtitura.
& ipſemet Bar.in l.ſi patroni. ff. ad Trebel.ampliauit il-
lud,quod dixerat in d.§.ſi liberi.dicens, q̃ etiam extra-
neus poteſt agere petitione hęreditatis ad res feudales,
dummodo agat contra eum,qui non habet ius detinẽdi
illud feudum.Non obſtat,ſi dicatur, quòd feudum non
tranſit ad extraneos hęredes.c.1.in prin.in tit.de ſucceſ.
feudi.& c.1.§.cùm verò Corradus.in fin.in titu.qui feu.
da poſ. Cùm ergo extraneus non habeat aliquod ius in
feudo, quomodo agente petitione hæreditatis veniet
feudum in illo iudicio? quia ad hoc motiuũ reſpõdeo,
quòd verum eſt, quòd extraneus non habet ius in pro-
prietate feudi,id eſt, in vtili dominio. Sit ergo cautus
ipſe extraneus,vt in libello non faciat fundamentum ſu
per vtili dominio ipſius feudi, quod erat apud defun-
ctum,ſed ſuper poſſeſsione,ſcilicet, quòd defunctus tẽ-
pore mortis ſuæ tenebat,& poſsidebat talia bona. nam
in iudicio hæreditatis non ſolùm ea veniunt, quæ erant
in dominio defuncti, ſed etiam ea, quæ detinebantur
per ipsũ defunctũ.l.& non tantùm. ff. de pe. hære. & in
d.l.ſi patroni. rectè & ſanctè loquutus eſt Bart. & longè
melius,quàm alibi ſupra.Eſt ergo concluſio,quòd venit
feudum in petitione hæreditatis,nedum quando filius,
vel alius de comprehenſis in inueſti. feudi agit petitio-
ne hæreditatis,ſed etiam quando extraneus, dummodo
ille,cōtra quem agitur, nõ habeat ius detinendi feudũ,
nec poterit ille conuentus excipere q̃ ipſe extraneus
agẽs illud ius habet in proprietate,ſeu utili dñio feudi,
& quod pertinet ad aliũ, q̃a nõ eſt licitũ ipſi reo oppo-
nere de iure tertij,vt no.per Doc.in l.cum ſeruum.C.de
ſer.fug.& per Bar.in l.de excep.rei.iud.habetur etiã in l.
ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſer.ven. & in l.loci corpus.§.
competit.eo.tit.Et ex prædictis habetis optimè declara
tam doctrinam Bar.in l.ſi patroni.ubi ſatis obſcurè vr̃ lo
8 qui.† ¶Dubitatur etiã, utrùm feudũ ueniat in reſtitutio-
ne fideicommiſsi; declaro.Pater habens duos filios,unũ
ex eis, quem prædiligebat inſtituit ſuum hæredem uni-
uerſalem,alium uerò in re certa,deinde in eodem teſta-
mẽto filium hæredem uniuerſalem rogat, ut ad tempus
incertum reſtitueret hæreditatem ei, qui erat inſtitutus
in re certa, utrùm in iſta reſtitutione ueniant feuda,
quæ erant apud filium hæredem vniuerſalem inſtituta?
9 Vel etiam ponite alium caſum,qui fuit de facto: † Qui-
dam nobilis habens quatuor filios, tres ex eis hæredes
vniuerſales inſtituit in omnibus bonis tam allodialibus,
quàm feudalibus,alteri verò filio titulo legati, non autẽ
inſtitutionis reliquit certam quantitatem pecuniarum.
& in teſtamento appoſuit clauſulam codicillarem: mor
tuo illo nobili teſtatore dicebatur, q̃ teſtamentum erat
nullum quia,hodie debet filio relinqui titulo honorabi-
liori inſtitutionis.§.cæterũ.& §.ſi autem hæc non obſer-
uata fuerint.in Auth.vt cum.de appel.cogn. Si ergo te-
ſtamentum erat nullum,ſequitur quòd omnes illi qua-
tuor filij in feudalibus debent omnes æqualiter ſucce-
dere:ſed dicebatur,quòd virtute dictæ clauſulæ codicil-
laris ille filius,cui erat relictum factum titulo legati te-
neatur reſtituere fratribus ſuis vniuerſaliter inſtitutis
quartã partẽ rerũ feudaliũ ad eum ſpectantium. Nunc
intelligitis quid ſit dicere,an feudũ veniat in reſtitutiõe
fideicommiſsi.Dy.& Bar.in præalleg. l. ſi patroni. ff. ad
Treb.dicunt,quòd in reſtitutione fideicommiſsi non ve
niunt feuda, cum vna tantũ limitatione, niſi ille fideicõ-
miſſarius,cui eſt fienda reſtitutio, eſſet de comprehenſis
in inueſtitura, puta, quia eſſet de deſcendentibus ipſius
teſtatoris. Ad præmiſſa faciũt no. per Io. And. in addi.
ad Spe.in tit.de loca.§.nũc verò aliqua.in addit. incipiẽ.
quæſtio nõ eſſet dubia,iũcta quadã addi. ꝑ eũ poſita in
verſ.158. Sed cõtra iſtã eorum limitationem ego arguo
fortiter de c.1.in prin.in ti.de ſuc.feu.vbi dicit tex.q̃ nul
la diſpoſitio teſtamẽtaria valet in feudalib.Itẽ ego in ali-
quibus cõcluſionibus, ſeu q̃ſtionib. ꝓcedentibus cõcluſi
vobis,vt vult Bal.in c.imperialẽ.circa.6.col.in ti.de pro
hi.alie feu. per Feder.& idem Bal.& Ang.in l. item vidẽ
dum.§.fi.ff.de peti.hæred.ergo uidetur,q̃ pater non poſ-
ſit unum ex filijs grauare reſtituere feudum alteri filio,
quia per iſtam uiam de facili eluderetur diſpoſitio.d.c.
10 1.de ſuc.feu.† Vnde in hac materia eſt concludẽdum, q̃
aut feudum fuit cõceſſum alicui pro ſe & liberis hæredi
bus. & hoc caſu ſi filius grauatus reſtituere fratri ſuo bo
na feudalia ſponte adeat hæreditatem paternam, uidet̃
ex hoc approbare diſpoſitionem teſtamẽtariam patris,
ut habetur in l.cum à matre.C.de rei uendi.& in l.ſi ab
eo in fi.C.de liber.cauſ.vnde ſibi præiudicauit, & ideo
in reſtitutione fideicommiſsi bene ueniẽt feuda. Et hoc
eſt,quod uoluit Io.And.in addi.ad prædicta,dũ dicit, q̃
filius adeundo hæreditatem paternam ſine proteſtatio-
ne ſibi præiudicauit,& tenebitur reſtituere feuda.ſi uerò
in inueſtitura dictum eſt,quòd feudum eſt conceſſum ta
li recipienti pro ſe,& liberis ſuis, non appoſito illo uer-
bo,hæredibus, eo caſu filius poſſet repudiare hæredita
tem paternam,& acceptare feudalia,ut dicit Io.And. in
addi.ad Spe.in tit.de feu.§.quoniam.uer.directò.& Bal.
poſt antiquos Doct.in.c.1.in tit. an fil. uel agna. & ideo
Bal.in l.3.in fi.C.de legi. & Cy.in l.ſi manumiſſus.C.de
lib.& eorum lib.& Bar.in l.2.ff.de interd. & releg. & ita
limitatur d.c.primum, an filius uel agna.hoc caſu, quia
feudum non eſt quid hæreditarium,quantumcunque fi-
lius hæres inſtitutus ſit grauatus reſtituere hæreditatem
fratri ſuo, & acceptet hæreditatem paternam etiam ſine
proteſtatione, tamen in reſtitutione fideicommiſsi non
uenient feudalia, nec tenebitur ipſe filius grauatus reſti
tuere feuda alteri filio,& notetis bene prædicta,quia de
betis eſſe cauti,ut aduertatis ad tenorem inueſtituræ.nã
dicit Bal.in procæ.feudorum,in 4.car.quòd à tenore in-
ueſtituræ non eſt recedendum:quia uim contractus oſtẽ
dit.allegat pulchrum tex.in c.1.in fi.in ti. de duo. fra.à
11 capi.inueſti.in lib.feud.† ¶ Quod dixi ſupra, q̃ in reſti-
tutione fideicommiſsi non ueniunt feuda,quando hære
ditas eſt reſtituenda ei,qui non eſt cõprehenſus in inue-
ſtitura,ſed eſt extraneus,niſi in inueſtitura eſsẽt appoſita
iſta verba: fuit conceſſum feudum tali accipienti pro ſe,
& quibuſcunque hæredibus ſuis. nam hoc caſu feudum
ipſum eſt omnino hæreditarum propter illam dictionẽ,
Quibuſcunque, & ideo bene veniret in reſtitutione fi-
deicommiſsi, etiam ſi reſtitutio eſſet fienda ei, qui non
eſt de comprehenſis in inueſtitura. Ita determinat Bal.
in l.1.in 24.q.& in 46.ff.de re.diui.bene facit quod vult
ipſe Bal.in.d.c.imperialem.in 7.col.in tit.de prohi.feu.
per Fede.vbi dicit, quòd licèt aliàs feudum non poſſit
legari, tamen ſi in inueſtitura ſint verba prædicta, Qui-
buſcunque hæredibus,admittetur ipſe legatarius: quia
ipſe legatarius in re legata eſt quodãmodo hæres. alle-
gat.l.id tẽpus.§.1.ff.de vſucap.& licèt ipſe Bal.in c. 1.§.
donare.in tit.quali.pot.feu.alie. dicat, quòd illa uerba
generalia. Quibuſcunq; &c. ſint referenda ad idoneos,
& ha-

& habiles,& idem Bal.videatur hoc sentire in l.cum vi rum.in fi.C.de fideicom. tamen mihi plus placet opin. quam posuit in illa l.1. ff. de rer.diuis. quia illa verba, Quibuscunque,debent aliquid operari, per ea,quæ habentur in l.Balista.ff.ad Treb.& per not.per glo. magnā in fi.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff. si quis cautio. pro hac parte est bona glo.in l.cum pœna.ff.de arbitr. quæ singulariter dicit,quòd licèt,quando mouetur emptori de re per ipsum empta quæstio,si cōpromittat sine consensu uenditoris,& arbitri rem assignent alteri,non poterit postea emptor agere de euictione contra suū venditorem.l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euict.tamē si in instrumento venditionis sint apposita ista verba, ꝙ venditor promisit de euictione, quomodocunque res euincatur, & contingat eam euinci per viam compromissi,tamen emptor poterit agere de euictione, & hoc
12 operatur dictio,quocunque modo. ¶Sed pone,†quòd vasallus in testamento legauerit certam pecuniarum quantitatem in causam profanam,uelpiam,qualiter debebit fieri solutio talis legati. Io. Ray. in d.c.imperialem.§.habito.in 21.col.determinat,quòd fiet solutio de bonis allodialibus,& eis deficientibus fiet solutio de fructibus rerum feudalium:quia de illis bene potuit uasallus disponere. Ad præmissa optimè facit,quod not. Bal.in c.1.in prin.circa 4.seu 5.col.in tit.de suc.feu.vbi dicit,ꝙ si testator grauat filium suum, vt de vino,quod colligetur in tali vinea feudali, det omni anno duo sextaria Sempronio,tale relictum valebit: quia non dicitur testari de feudo, sed de fructibus separatis à feudo, & ille qui disponit de fructibus separatis, non dicitur alienare rem.allegat.l.in ædibus.§.rebus. ff.de donat.
13 ¶Vlteriùs quæro de quæstione quotidiana, † nunquid pater in testamento possit disponere, ꝙ in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus,& in solidum,& sic successiuè, ꝙ primogenitus descendens à filijs semper debeat in feu.succe.ita tamen, ꝙ aliis prouideatur, secundùm qualitatem eorum.Pau.de Ca.suo consi.173.habeo ego in consi.163.& incipit.In nomine domini amen,in causa, quam habet magnificus D. Titius,determinat,quòd pater potest ita disponere. Mouetur primò per l.3. post princ.C.de secun.nup. vbi dicitur,quòd in his, quæ mulier lucratur à primo uiro,q̄ lucra tenetur reseruare liberis primi matrimonij, potest ipsa mulier eligere unum ex illis liberis, & alios excludere.Et licèt ille tex.sit hodie correctus,per Authen.hoc lucrum.illo eo.tit. tamen non est illa lex correcta in sui ratione. Secundò mouetur,quia ius patronatus,quod habet patronus in libertum, trāsit ad filios ipsius patroni æqualiter.l.ut iusiurandum.§.si liberti.ff. de ope.liber. & tamen posset pater patronus eligere in illo iure patronatus unum ex filijs suis, & illi soli assignare illud ius patronatus,& alios excludere.l.1. ff.de assign.liber.¶Tertiò pro hac parte adducit,quia si quis sit grauatus, ut post mortem suam aliquid relinquat in familia sua,potest ipse grauatus eligere vnum ex illa familia, & alios excludere, & ita faciendo dicetur reliquisse in familia l.filiusfamil.§.pen.ff.de leg.1.& l. vnū ex familia.ff.de leg.2. ¶ Quartò hanc sententiam suam comprobat auctoritate Specu.in titul.de loca.§.nūc verò aliqua. vers. 78. vbi dicit, quòd si pater recipit rem in emphyteosim pro se,& liberis suis,potest in ultima voluntate eligere vnum ex filiis, & illi assignare soli illā rem emphyteoticam,& alios excludere, & hoc est etiā de mente Bal.in Auth. si quas ruinas.C.de sacros. eccl. deinde ipse Spec.secundùm Pau.de Cast. referendo subijcit hæc verba,& idem fortè est dicendum de feudo. Ad c.1. in princ.in tit.de suc. feu. ubi dicitur, quòd in feudalibus non valet dispositio testamentaria, ipse respondet,quòd verum est,quòd feudatarius nō posset in ultima volūtate disponere de feudo in extraneum, sed in unum ex filijs suis bene potest disponere,maximè secundùm eum,quando hoc fieret propter bonum subditorum, vt contingit in feudis iurisdictionis ciuitatum, castrorum,& oppidorū. Nam vtilius est subditis, quòd regantur per unum, q̄ per plures dominos.c.in apibus. 7.q.1.& l.2.§.nouissimè.ff.de ori.iur.ubi ꝓbatur,ꝙ expedit multitudinē potius regi per vnū, quam per plures, & hoc probatur(secundùm eum)quia qñ erit solus vnus dominus,cessabit discordia,quæ faciliter generatur inter plures dominos.l.cū pater.§.dulcissimis. ff.de leg.2. Nam nos videmus, quòd frequenter quis priuatur iure suo absque sui culpa, non tñ sine causa,vt habetur in c.antiqua.ext.de priuil. & hoc suadet cōsuetudo,quæ in multis locis habetur,maximè in partibus Gallicanis, in quibus primogenitus succedit, & talis cōsuetudo est attēdenda.l.venditor.§.si constat.ff. cōmunia prædio. Sed salua reueren.tanti.D.ego tenerem cōtrarium. Moueor in primis,quia vasallus in feudo antiquo non potest immutare edictum successorium, neque alienando. c. 1.in tit.de alie.feu.pa. neq; disponendo per ultimam uolūtatem.casus est in præalle.c.1.in tit.de suc.feu.nec est sufficienter rñsum ad illū tex.per Pau.de Ca.quia vt aliquando conclusi uobis in superioribus, liberi debent in feudalibus succedere æqualiter. tex.est in c.1.§. & quia uidemus.in ti.qui feu.da poss.ubi tex. ita formaliter dicit,
14 ut ad omnes liberos ęqualiter pertineat.† ¶Dixi etiā uobis in præcedentibus,quòd pater non posset uni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiā,hoc voluit expressè And.de Iser.& Iac.Alu.in præall.c.1.in prin. in tit. de suc. feud. ergo multò minus debet posse pater assignare totum feudum vni ex liberis,vt vult expressè Bald.in c.imperialem. circa.5.col.in tit.de proh. alie.feu.per Fed.no.per Bal.& Ange.in l. item videndū. §.fi.ff.de peti.hære.Et hanc sententiam comprobo, quia si pater posset hoc facere,scilicet quòd primogenitus sēper habeat totum feudum,præiudicaretur domino superiori, cuius interest habere plures subditos,& vasallos, qui teneantur sibi præstare fidelitatem.c.omnes.in titu.
15 si de feu.defun.fue.conten.in lib.feu. † Item pater delinquendo non potest præiudicare liberis in feudo saltem antiquo,vt voluit Cy.in l.2.C.de libe.& eo.lib.& in.l.2. C.de ope.lib.Habetur ꝑ Bar.in l.3.ff.de interd.& releg. & per Bal.in c.1.in prin.in tit.de suc.feu.no.in c.1. in ti. si vasal.feud.priue.cui defer. lib. Rursus in feudo antiquo liberi non habent feudum à patre, sed dicuntur illud habere ex prouidentia antiquorum progenitorum. vnde illud,quod lex dedit eis,non debet pater posse auferre eis. text.est no.in l.si arrogator.§.sed an impuberi. ver.cæterum.ff.de adop.Ad alia motiua Pau.de Ca.potestis vnico verbo respondere,quòd nō loquitur in feudalib.Ad no.Spec.in d.ver.73.in fi.respondebitis,quòd cum reuerentia non dicit hoc, quod refert D. Paul. de Ca. sed dicit per verba formalia,& hoc idē cōsueuit q̄ri de feudo:posset tamen opinio. do.Pau.fortè procedere in feudo Franc.& ad hoc allego uobis Bal. in Auth. nisi rogati.in fi.co.C.ad Treb.vbi dicit,quòd licèt regulariter dispositio testamētaria non valeat in feudalib. tamē
16 fallit in feudo Franco.¶Et†quid sit feudū Francū,declarat Io.And.in addi.ad Spe.in rubrica de pręscrip.& ego declaraui vobis supra super verbo, In feudū. Itē puto, quòd quando feudum esset de nouo concessum alicui, quòd posset vasallus cum domino pacisci,quòd primogenitus tantùm succedat in illo feudo,quia pacta apposita in feu.sunt seruanda:dant enim legem contractui. l. 1.§.si cōueniat.ff. depositi. & quantumcunque sint pacta insolita,& cōtra naturam feudi,bene sunt seruanda. tex.
17 est in c.1.§.pe.in fi.in ti. quid sit inuest.in lib.feu. † Formo vobis pulchram quæst. nunquid feudum computetur in

tur in legitimam debitam filio de iure naturæ. Ang. in l. si patroni. ff. ad Treb. in principio. per quandam gl. quę est ibi. infert, quòd omnia ea, quæ institutus esset habiturus, etiam si nunquam fuisset sibi prouisum in testamento, non computantur in Trebellianicam, neque in Falcidiam: & ideo infert, quòd feuda, quæ transeunt ad filios vt filios, non autem ad filios vt hæredes, non debent cō putari in legitimam, seu quartam iure naturæ debitam filio. & hoc dicit esse quotidianum & menti tenendum. Idem Ang. in §. optimè. in Authen. de nupt. col. 4. dicit, quòd sicut illud, quod lucrantur filij per transitum parentum ad secunda vota, non imputatur in legitimam, ita (secundùm eum) feudum, quod est remansurum apud filios ut filios, non autem apud filios vt hæredes, non debet imputari in legitimam iure naturæ debitam filio. Ibidem dicit, quòd pater non posset filio asignare feudum pro sua legitima. Nico. de Neapo. in l. pater filiam. ff. ad l. Falci. dicit, quòd per illum tex. solet dici, & notari, quòd feuda, quæ pater ex necessitate tenetur relinquere filio, non imputātur illi in legitimam, neque in Falcidiam debitam iure institutionis, quod ipse non credit verum: quia nos habemus, quòd pater de necessitate tenetur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de rit. nup. & l. fi. C. de do. promis. & tamē dos ipsa imputatur in legitimā filiæ. l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. & pro ista parte adducit ea, quæ habentur in §. cum verò. in Auth. de trien. & semis. Raph. Cuma. in d. l. si patroni. solùm dicit, quòd feudum, vel emphyteosis obueniens filio vt filio, non autem filio vt hæredi, non imputatur in quartam Trebellianicam, neque in Falcidiam. Guil. de Cu. & Bal. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testa. dicit, quòd feudum acquisitum pro se, & liberis bene imputatur in legitimā filiorū, quia licèt alienari non possit, tñ sufficit, ꝙ possit transmitti ad hæredes, ad hoc vt imputetur in legitimam. addit Bal. ipse in d. §. imputari. quòd ea, quæ no. Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bono. procedunt, quo ad hoc, vt sciamus, an ipsa feu. conferantur, & veniant in collationem, nō autem vt sciamus, an imputētur in legitimam. Sed iudicio meo Bar. in d. §. nec castrēse, videtur sentire, quòd feudū, quod transit ad filios, vt hęredes, debet imputari in legitimam. Bar. de Sali. in d. §. imputari. sequitur opi. Guil. & Bal. Vnde in iudicando nō esset tutum recedere ab ista opi. quę est à tot, & tantis viris approbata. & iudicio meo glo. d. l. si patroni. non bene probat dictum Ang. superiùs relatum: quia licèt ex illa gl. posit inferri, quòd ea, quæ de necessitate relinquunt filiis, non imputent in Falcidiam, seu Trebellianicam, non tamen sequitur, quòd non debeant imputari in legitimam, vt ecce, dos à patre profecta, & in vita patris soluta non computatur in quartam Falcidiam, seu Trebellianicam in pręiudicium filię, quia non habet eam titulo hæreditario. l. pater filiam. ff. ad l. Falcid. & tamen talis dos imputatur in legitimam filiæ. d. l. quoniam nouella. & sic ex illa glo. d. l. si patroni. non potest superesse aliquod bonū fundamentum, Retēta tamen opi. Guil. de Cu. Nico. de Neap. Bald. & Salic. pro vera, limitabitis eam, vt non procedat in feudo, quod non est profectum à patre, de cuius hęreditate agitur, sed est profectum ab auo, & à superioribus: nam tūc tale feudum quò ad nepotē non censetur profectitium, sed aduentitium, vt vult glo. nota. & ibi. & per Bar. & Angel. in l. quæsitum. in principio. ff. de lega. primo. & in l. qui in aliena. §. interdum. & ibi per Bal. & Ang. ff. de acqui hære. & per Bar. & cæteros in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. Et nos habemus, quòd aduētitia non cōputantur in legitimam debitam iure naturæ. l. scimus. §. sancimus. ver. repletionem C. de inoffi. testa. & ita aliàs consului in quæstione facti. & multi Doct. se subscripserunt. Sed adhuc dubitatur. Sūt duo fratres habentes feudum antiquum, vnus ex eis carens liberis masculis, & habens vnicam filiam, eam instituit in certa qnantitate, iubens eam debere esse tacitam, & contentam: deinde fratrem suum hæredem vniuersalem instituit, nunquid bona feudalia ipsius fratris defuncti sint tacitè obligata illi puellæ pro dicta quantitate sibi relicta. Videtur prima facie dicendum quòd sic, quia ipsa filia hæres instituta in certa quantitate habetur loco legatariæ. l. quoties. & ibi notatur. C. de hære. insti. & l. 1. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. & nos habemus, quòd omnia bona defuncti sunt obligata pro legatis. l. 1. & 2. C. communia de lega. Item testator potest legare rem hęredis sui. l. vnum ex familia. de leg. 2. l. si res. ff. de leg. 3. ergo multò magis obligare. Itē inter agnatos debet valere dispositio testamenti, postquam in omnem euentum, feuda ad eos sunt peruentura. c. 1. in tit. de alie. feu. pat. & qui potest condere testamentum, non tenetur decedere intestatus. l. posthumus. ff. de inoffi. test. in prin. Bal. in l. 2. in prin. 2. col. C. communia de leg. determinat totum contrarium. Mouetur, quia feudatarius non habens liberos non dicitur transmittere feudum. c. 1. in tit. de gra. suc. in feud. Secundò mouetur, quia nulla ordinatio testamentaria defuncti valet in feudalibus. c. 1. in princ. in titu. de suces. feud. Tertiò feudatarius non potest feudum pro aliqua causa obligare. c. 1. §. donare. in titu. qualiter olim pote. feud. alien. nisi obligaretur pro necessitatibus feudo incūbentibus, puta pro seruitijs domino exhibēdis. Vel nisi obligaretur cum spe luitionis, absque tamen traditione ipsius feudi. l. alienationis. ff. de verb. signi. Et pro ista parte facit, quia feudū per mortem feudatarij efficitur caducum. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pig. vnde nō debet obligari per feudatarium, per cuius mortem caducatur. l. uxor. patrui. C. de legat. & c. 1. §. rursus. in tit. de contro. inuesti. in li. feud. qui tex. solet allegari, quòd resuluto iure datoris resoluetur ius acceptoris. concordat tex. in d. l. lex uectigali.

SVMMAE.

1 *Iuramenti species est triplex.*
2 *Dominus non debet à vasallo exigere iuramentum fidelitatis insolitum.*
3 *Iuramentum fidelitatis quandoque datur ratione familiaritatis, seu domesticitatis.*
4 *Vasallus non debet reuelare secreta domini sui.*
5 *Iuramentum assecurationis quod dicitur.*
6 *Iuramentum assecurationis an sit præstandum post iuramentum fidelitatis etiam ratione feudi factum.*
7 *Clerici domestici, & familiares alicuius Principis an possint cogi ad iuramentum assecurationis.*
7 *Iuramentū fidelitatis quandoque datur ratione habitationis.*
9 *Tenentes, & possidentes prædia in territorio alicuius domini, an teneantur præstare iuramentum fidelitatis.*
10 *Iuramentum fidelitatis, an possit per procuratorem præstari.*
11 *Syndicatus vniuersitatis an, & qualiter possit præstare iuramentum fidelitatis pro ipsa vniuersitate.*
12 *Tutor an possit præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo.*
13 *Vasallus an teneatur præstare iuramentum fidelitatis filio domini ipso viuente.*
14 *Homines subditi vasallo an teneantur præstare iuramentum fidelitatis domino principali.*
15 *Vasallus, qui iurauit fidelitatem domino, an teneatur adiuuare dominum contra patrem, vel fratres.*
16 *Dominus an teneatur præstare fidelitatem vasallo suo.*
17 *Iuramentum fidelitatis quæ debeat continere. & nume. sequentibus.*
18 *Vasallus an possit dominum suum accusare criminaliter, aut contra ipsum testificari.*
19 *Vasallus commiscens cum cōcubina domini sui, an debeat feudo priuari.*

Vasallus

20 *Vasallus carnaliter cognoscens pedissequam dominæ, an sit feudo priuandus.*

21 *Bonis viris detrahentes pessimi dicuntur.*

22 *Vasallo relictis pluribus hæredibus decedente, an quilibet hæres teneatur ad iuramentum fidelitatis domino ratione feudi.*

23 *Pluribus hæredibus feudum tenentibus, quod est obligatum domino ad aliquod seruitium, qualiter ipsi hæredes præstabunt illud seruitium.& nu.30.*

24 *Vasallo decedente relicto vnico filio infante, an ille infans tenebitur præstare iuramentum fidelitatis, an tutor eius.*

25 *Pupillus an teneatur iurare fidelitatem domino feudi, aut petere renouationem.*

26 *Impubes proximus pubertati, an teneatur præstare sacramentum fidelitatis.*

27 *Vniuersitate feudum tenente, an omnes de vniuersitate teneatur ad iuramentum fidelitatis.*

28 *Domino feudi pluribus relictis hæredibus decedente, an vasallus tenebitur omnibus iurare.*

29 *Vasallus, an possit inuito domino refutare feudum.*

30 *Vasallus si tenetur ad aliquod seruitium ratione feudi, quando sunt plures hæredes eiusdem domini, qualiter illud præstabit.*

31 *Emphyteota, vel censuarius, an possit refutare rem emphyteoticam, vel censuariam inuito domino.*

32 *Vasallus non possidens si renouationē inuestituræ infra annum & diem non petierit, an debeat perdere feudum.*

33 *Tempus petendi renouationem feudi, an possit per dominum augeri, vel minui.*

34 *Vasallus, qui debebat petere renouationem inuestituræ, si decedat prope terminum petendi, an successores habere debeāt integrum tempus ad petendum.*

35 *Dicens filium priuari debere feudo ob non petitam inuestituram, quid habeat probare.*

36 *Vasallus an possit iurare pro se, & successoribus suis.*

37 *Mora circa petitionem inuestituræ feudalis, an possit purgari.*

38 *Tempore ad petendum inuestituram feudi lapso, si dominus recipiat inuestituram à vasallo, an videatur remisisse culpam moræ.*

39 *Vasallus sub qua forma debeat petere à domino inuestiturā, seu renouationem inuestituræ feudalis.*

40 *Vasallus forma debita petens inuestituram, si sit recusatus, an sit liberatus.*

41 *Ignorans rem esse feudalem, an si tempore lapso non petat inuestituram, debeat priuari feudo.*

42 *In priuatione feudi, an requiratur sententia.*

43 *Tempus petendi inuestiiuram feudalem, an locum habeat in fœmina succedente in feudo.*

44 *Vasallus, an teneatur præstare domino seruitium infra annum, & diem determinatum ad petendum inuestituram feudalem.*

45 *Inuestitura feudi, an infra annum, & diem peti debeat casu, quo pater instituat filium iam natum, & posthumum prætereat.*

46 *Vasallo infra tempus statutum inuestituram non petente, an feudum transire debeat ad agnatum.*

47 *Vasallus nullo casu repellendus venit, aut liberandus à iuramento fidelitatis.*

48 *Vasallus quibus causis excusetur à non petitione inuestituræ.& nu.51.& 52.*

49 *Infans non potest inuestire alium de feudo sine tutoris auctoritate.*

50 *Tutor non petens inuestituram feudi pro pupillo, an pupillus debeat amittere feudum.*

53 *Pupillus doli capax, an excusetur à petitione inuestituræ feudalis vltra tempus debitum.*

54 *Inuestitura feudalis an possit recipi per procuratorem.*

55 *Inuestitura retrofeudi, à quo sit exigenda.*

56 *Vasallus debet honorificè petere inuestituram, seu renouationem feudalem.*

57 *Iuuestitura feudalis in quorum præsentia peti debeat.*

58 *Laudemium an debeat pro feudi inuestitura solui domino.*

59 *Feudum non debet pecunia, sed honore acquiri.*

60 *Ius retentionis, & prælationis, an locum habeat in materia feudali.*

61 *Dispositio statuti, quòd creditor possit capere tenutam in bonis debitoris, etiam feudalibus, an habeat locum licentia domini non obtenta.*

62 *Vasallus an possit hypothecare feudum, aut in seruitutem ponere, & an si contingat dominum illud emere, teneatur ad illam seruitutem.*

63 *Vasallus imponens seruitutem rei feudali, an mereatur illud perdere.*

64 *Feudo aliquo casu ad dominum reuertente, an tenebitur dominus ad debita vasalli.*

65 *Dominus inuestiendo, aut renouando feudum, an possit pacta insolita apponere.& nu.67.*

66 *Dubium in materia feudali qualiter sit interpretandum.*

68 *Pactum impossibile, vel probrosum in inuestitura feudali appositum ipsam vitiat.*

69 *Inuestitura feudi facta cum pacto turpi, & probroso, an possit retineri, aut reuocari.*

70 *Post instrumentum inuestituræ feudalis factum, an possit dominus inuito vasallo, vel vasallus inuito domino apponere aliquod pactum insolitum.*

71 *Pactum in inuestira feudali factum, quod propter quācunque feloniam domino factam non possit vasallus feudo priuari, an sit validum.*

72 *Pactum, quòd pater perdat feudum propter delictum filij, an sit validum.*

73 *Pactum, quòd vasallus ad nullum seruitium teneatur in inuestitura feudali appositum, an sit validum.*

74 *Feudo concesso per hæc verba, Concedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile, & Francum, an vasallus, & eius successores erunt astricti ad iuramentum fidelitatis.*

75 *Iuramento fidelitatis per vasallum præstito, an possit dominus illi vasallo imponere collectam.*

76 *Vasallus an teneatur præstare domino auxilium in dotatione filiarum suarum.*

77 *Vasalli, an teneantur redimere, vel auxilium dare, vt redimatur dominus à captiuitate.*

78 *Vasallus an teneatur dominum inopem alimentare.*

79 *Vasalli an teneantur domino præstare auxilium pro filia sua spuria maritanda.*

80 *Vasalli an teneātur auxiliari domino pro filia monachanda.*

1 QVI QVIDEM INVESTITI præstiterunt iura-
mentum fidelitatis prælibato eorum domino.
¶†Pro intelligētia istorū verborum debetis
scire, quod triplex est species iuramenti. Prima species
est, quando vasallus rōne feudi, quod tenet à dño, præ-
stat iuramentum fidelitatis: nam ei qui non uult iurare
fidelitatem, potest denegari inuestitura.c.nulla.in ti.per
quos fi.inuesti. Et iste vasallus iurare debet fidelitatem
domino, secundùm formam traditam in.c.1.in ti.de for.
fide.& in.c.1.in ti.de no.for.fide. Vltra ea, quæ in dictis
duobus cap.continentur, est vnum aliud cap.fidelitatis,
.s.ꝙ ipse vasallus exaltabit dñm suum, & suum dominiū
inquantum poterit. Ita dicit glo.quæ reputatur singula-
2 ris in c.1.in tit.quali.vasal.iura.debe.fideli. ¶†Et aduer
te, quòd dominus non debet à vasallo suo exigere iu-
ramentum fidelitatis insolitum: nam ista iuramenta inso
lita præsumuntur impressiua, & per vim, seu metum ex-
torta. Ita dicit Bal.in d.c.1.prox.alleg.in verbo, sicut va-
sallus debet esse domino. & ibi refert se ita respondisse
cuidam magnif.viro eum consulenti sup ardua cā. opti
mè facit qđ voluit Io.An. in.c.1.ext.de præscri. lib.6.in

nouel.& quod not.Bal. in commento pacis Constan, in verbo,patronus.Multa alia circa istud iuramentum fidelitatis, quod vasallus domino ratione feudi præstat,dicam infra.
3 ¶†Secunda species iuramenti fidelitatis est, quam quis præstat ratione familiaritatis, seu domesticitatis,quamuis nõ teneat aliquod feudũ ab illo dño.Exẽplum accipite,quando quis est camerarius, uel cõsiliarius,vel magister hospitii,vel pincerna , vel dapifer alicuius domini,nam iste talis(quamuis nullum feudum recognoscat ab illo domino) tamen tenetur præstare ipsi domino iuramentum fidelitatis rõne domesticitatis,seu familiaritatis,puta, quia hab :t aliquod ex dictis officijs in curia domini,vel aliquod aliud officium, & habitat ĩ domo domini , & iste talis debet solùm iurare tria. s. ꝙ iuxta posse saluabit vitam,membrum, & rectum honorẽ domini,& eius mentem.Ista omnia probantur in d. c. 1. §.si verò domesticus,in ti.qual.uasal.iura, debe. fide. Et aduerte,ꝙ tex.in d.§.si verò domesticus, in fi.habetur dupliciter:nam aliqui libri habent,& eius mentem, & tunc debetis intelligere mentem,i.secretum, seu credentiam
4 domini,quia iste domesticus,& familiaris,†non debet reuelare secreta domini,qđ intelligatis de reuelatione ad detrimẽtum ipsius domini, sed ad utilitatem domini bene posset,ita dicit pulchra gl.in c.1.in uerbo,pandam,in ti.de no.for.fide.supra alleg.& probatur in d.c. 1.in tit. qual.vas.iura.debe.fide. Alij libri habent istud verbum, mortem,& tunc debetis intelligere,ꝙ iste domesticus,& familiaris iurat pro posse, quòd euitabit mortem domini.Et si vultis scise rationem, quare fuerit adinuentũ huiusmodi iuramentum fidelitatis,dicite, quia nulla pestis est efficatior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. l, data.C.de don,& sępe isti domestici,& familiares machinantur multa contra dominum suum:unde ratione suspicionis euitandæ tenentur præstare huiusmodi iuramen-
5 tum fidelitatis.†& istud appellatur iuramentum assecurationis.Sunt tamen aliquæ personæ, in quibus non cadit suspitio: unde filius non tenetur præstare iuramentũ assecurationis patri,licèt sit de familia, quia censetur eadem persona cum patre.l.fi.C.de impube. & aliis subst, nec econtra pater tenetur præstare huiusmodi iuramentum filio,quia non est verisimile , ꝙ aliquid machinetur contra eum,cùm magis diligat filium, quàm semetipsũ. l.isti quidem,in fin.quod me.cau.Item vxor, licèt sit domestica,non tenetur viro ad huiusmodi iuramentũ,quia non est verisimile,&c.cum dicatur socia diuinæ, & humanæ domus.l.aduersus.C.de crimi.expi.hære.& uxor, &maritus censentur eadem caro.c.Martinus,ext.de cogna.spiri. Sunt autem aliquæ meretrices,quæ gaudẽt de morte maritorum.Et ita debet intelligi gloss. in l, pater Seuerinam.in §.socrus.ff.de cond.& demonst.alia glo.in l.fin.C.de do. promiss. Item dicuntur domestici illi , qui sperant succedere domino,& ideò si starent in domo domini,tenerentur præstare iuramentum assecurationis ꝓpter suspitionem.Ita dicit eleganter glo.in prææalleg.c.j, in titu.qualiter vasall.iura.debe.fide.Et illam glo.secuti fuerunt Petrus de Ceruia.Iacob.de Belui.Andr.de Iser.
6 Bal.& Iaco.Alua.ibidem.¶†Sed ponamus , quòd vasallus præstiterit iuramentum fidelitatis domino ratione feudi,quod tenet ab eo,& deinde ipse vasallus recipiatur in domesticum,& familiarem ipsius domini, tenebitur ne vltra primum iuramentum præstare huiusmodi iuramentum assecurationis?Bal.in commento pacis Cõstantiæ.in verbo,vasalli nostri,& Iac.Alua.in d.c.1. in fi. colum.in ti.qual.vas.iura.debe.fide.determinant, quòd sic, mouentur,quia ista sunt diuersa facta : ideo de uno non fit recta illatio ad aliud.l.si maritus.C.de donat,inter virum,& vxorem,& l.fi.ff. de calum. Vno tamen iu-
7 ramento poterit vtrumq; explere,secundùm eos.¶†Sed quid si clerici sint domestici,& familiares Principis,puta,quia sint cõsiliarij ipsius Principis,uel camerarii , utrũ inuiti poterunt cogi præstare huiusmodi iuramentum assecurationis?si tenerent feudum à domino , non est dubium,quòd possent cogi ad præstandum iuramentum fidelitatis , aliàs dominus posset eis auferre feudum , ut no.in c.verum,ext.de fo.comp.& in c.nimis, & in c.petitio.ext.de iureiu. Sed ego quæro,quando non tenẽt feudum à domino , sed sunt domestici , & familiares ipsius domini,concludite,quòd inuiti non possunt cogi,sed tamen vltrò , & sponte bene possent præstare huiusmodi iuramentum assecurationis,& hoc est de mente Iaco. de Ard.in ti.de his,qui iura.de.fide.sub rubricella,qui sunt qui iur.non deb.no.in d.c.nimis,&in d.c.petitio.faciunt
8 no.per Spe.in ti.de feu.§.quoniam,ver.nos verò.¶†Tertia species iuramenti fidelitatis est,quando quis iurat fidelitatem domino ratione habitationis, quam habet in terra ipsius domini:nam iste talis licèt nihil teneat ĩ feudum ab ipso domino terræ,tamen quia habitat in terri-
9 torio illius,tenetur illi præstare fidelitatẽ.¶†Est, & alia species iuramenti fidelitatis,quam tenentur præstare illi,qui tenent,& posſident aliqua prędia in iurisdictione, seu territorio alicuius domini, nam tales etiam si ibi nõ habitent,tenentur præstare illi domino iuramentum assecurationis,iurando fidelitatem,secundùm formam dicti c.1.in fi.in titu.qual.vasal.iura.debe.fide. Et hanc opinionem tenuerunt Andr.de Iser,& Iacob.Alua. ibidem. ¶Sed ego in quæstione facti consului contrariũ. mouebar auctoritate Hostiensis,quem sequuntur Ioann. And. Panor.& Imo.in c.nimis,ext.de iureiu.vbi dicunt, quòd non ex hoc ipso,quòd aliquis possidet bona intra Regnum,seu Prouinciam alicuius domini, tenetur illi præstare fidelitatem:quia non præsumitur feudatarius, nisi probetur,quia iure naturali primæuo omnis persona,& omnis terra erat libera. 1.distinctio.c.ius gentium, bene facit c.47.Genesis,quod allegat glos.in cap.quanquam, ext,de censi.libr.6.per quam probatur, quòd omnis res præsumitur libera,nec præsumitur esse feudalis,nisi probetur,vt dicit Bald.in c.inter filiam, in titu.si de feu.defun.fue.contro.in vsi.feu.Non obstat, si dixeris,quòd est fundata intentio illius Principis, seu domini in toto suo territorio,quia respõdeo,quòd est hoc verum,quantùm ad iurisdictionem , secus quantùm ad proprietatem rerum,vt in simili habetur in l.bene à Zenone.C.de quadr. præscri.& in c omnes Basilicæ.16.q.7, & ita vult D. Panor.in c.si diligenti,in prin.colum. ext, de præscri.¶Secundò mouebar,quia aut dominus terræ vult sibi præstari iuramentum fidelitatis ratione personæ illius , qui possidet prædia in territorio ipsius , & tunc petitio domini non est iusta, quia ille non habitat in illius territorio,aut vult eam sibi præstari ratione bonorum, q̃ possidet in territorio ipsius dñi,& tunc adhuc ipsi domino nõ est mos gerendus,quia ex quo ipsa bona non sunt feudalia,sed allodialia, nõ tenetur possessor præstare iuramẽtum fidelitatis,& ita me consulente fuit iudicatum in fauorem N.Bernardini ex Marchionibus Romagniani, ꝙ possidet quædam prædia in dominio Astensi , in quodã territorio nobilium de Scarãpis.Addunt præfati Doc.s. And.& Ia,ꝙ illud iuramẽtum fidel.quod pstatur secund. formam d.c.1.in fi.in ti.qual.vas.iura.deb. fidelitatem, suppletur per id,quod habetur in c.tibi domino. 63.distin.Amplius dicit ipse And. quòd illa forma iuramenti recipit supplementum,per tex.in c.1.in ti.de no. for.fid. quia ibi nulla fit mentio de feu.Sed Ia.Alu. in hoc tenet contrarium,quia de mente tex.d.c.1.in fi.fuit facere aptam differentiam inter iuramẽtum fidelitatis , qđ pręstatur ratione solius iurisdictionis,veluti quia habito in iurisdictione,seu territorio alicuius domini , & iuramentum fidelitatis,quod tenetur præstare vasallus rõne feudi,iuxta cap.1.in ti.de for.fide.& cap.1.in tit.de no.for. fide,

fide.tandem dicit Iac.Alua. quòd in hoc esset standum
10 consuetudini,quòd notetis.¶ † Nunc quæro vtrũ iura-
mentum fidelitatis posſit fieri per procuratorem cõsti
tutum à vasallo? Bal.in l.1.in 1.col.ff.de re.diui.determi
nat quòd non.mouetur,quia tale iuramentum habet an
nexam exhibitionem reuerentiæ;quæ præsentialiter de
bet fieri, non autem per alium. quemadmodum,si vasal
lus teneretur associare dominum, nõ posset hoc exequi
per alium.l.si non sortem.§. libertus.ff. de condi. inde.
Eandem opi.tenuit ipse Bal.in c.2.in fi. com. ext. de or.
cog. vbi dicit, quòd homagium requirit corporalem
præsentiam, & ideò iuramentum fidelitatis non potest
prę̃stari per procuratorem.sed ipsemet Bal.in l.vnica.§.
ne autem ĩ 2.col. C.de cadu.tol.tenet expresse,quòd iu
ramentum fidelitatis posſit præstari per procuratorẽ.&
de hoc est optimus tex.in c.1.§.sed vtrùm.in tit.ꝑ quos
fiat inuesti.Et hanc sententiã tenet ipse Bal.in c.1. quo
tempo.miles.in 4.col.vbi dicit, quòd quando uasallus
est absens,& non potest commodè adire dominum,po-
test præstare iuramentum fidelitatis per procuratorem.
& hoc sequitur Iac.Alua.ibidem.& ipse Iac.Alua.idem
firmat in c.omnes filij.in ti.si de feu.defunc.fue.contro.
Et secundùm istam opi.quæ est magis cõmunis,sæpe cõ
sului,cum limitatione tamen, quòd procurator habeat
speciale mandatũ, ad hoc scilicèt,ad se præsentandũ co
ram domino,& ad præstandum iuramentum fidelitatis,
& ab eo obtinen. inuestituram,seu renouationem inue-
stituræ.Ad hoc allego uobis Arch.in c.tibi domino.63.
di.& Bal.ita expresse dicẽtem in c.1.§.fi.qui incipit, nul
la.in tit.præallegato, per quos fiat inuesti. & uidebitis
omnino no.per Bal.& Alua.in c.1 in ti.quo tempo. mi
les.Et quòd hoc casu oporteat procuratorẽ habere spe
ciale mandatũ, tenet.D.Mart.Laud.in d.c.1.proximè al
leg.vñ sint aduisati vasalli,vt habeat speciale mandatum
11 procurator.¶† Idẽ est dicendũ in syndico vniuersitatis,
quia si nomine vniuersitatis vult p̃stare iuramentũ fideli
tatis,est necesse,ꝙ habeat speciale mandatum ad hoc,se
12 cund.Bal.in d.§.nulla. † Tutor aũt, qui habet liberã ad-
ministrationẽ bonorũ,bene posset præstare iuramẽtũ fi-
delitatis pro pupillo,quamuis non haberet speciale mã
datum ad hoc,secund.Bal.in d.§.nulla.Addite ꝙ conclu
sio prædicta,quòd iuramẽtum fidelitatis posſit prę̃stari
per procuratorẽ,debet limitari hoc mõ,quia dominus
nõ cogitur acceptare procuratorem,si dicat, quòd vult
videre vasallũ per vultũ,quia fortè habet eũ suspectũ,&
vult eum admonere,& terrere.nã hoc casu potest requi
rere,ꝙ vasallus veniat personaliter.Istud est stupendum
dictũ Bal.in suis conclusionib.feud. quas posuit in fi.o-
peris,& hoc dicit in pe.conclusione tituli,quo tẽpo. mi
les.quod nunquam exeat memoria vestra.¶ Addite ad
ea,quæ dixi s̃.circa iuramentum assecurationis,quòd a-
liquæ sunt personæ, quæ non tenẽtur præstare iuramen
tum huiusmodi.Nam filius non tenetur præstare,neque
13 vxor,vt suprà dictum est.† Sed an vasallus teneatur prę
stare iuramentum fidelitatis filio domini ipso domino
viuente? Concludite quòd nõ,per ea,quæ habẽtur in c.
1.in prin.in ti.de capi.Corradi.& in c.imperialẽ.§.præ-
terea si quis maior.aliàs incipit,prę̃terea si quis infeuda
tus.in ti.de prohi.alie.feu.per Fede.in c.1.in ti.quo tem
po.miles.Limitetis, nisi feudũ esset concessum sub ea le
ge,ꝙ vasallus teneatur præstare fidelitatẽ etiam filio ip-
sius dñi. nam tale pactum esset seruandum, quia pacta
dant legem contractibus.l.1.§. si conueniat.ff. depositi.
Præterea sunt de mente Iaco.de Ar.in sua summa,in ti.
qualiter vas.debe.iura.fidelitatem.Sunt etiam de mente
14 Ia.Al.in c.1.in ti.de for.fide. ¶ † Moueo vobis pulchrã
quæstionem,nunquid homines,qui sunt subditi vasallo
domini, teneantur præstare iuramentum fidelitatis ipsi
domino superiori? Concludite ꝙ non,q̃a homo uasal-
li mei non est propriè homo meus, & ideo non possum
ipsos cogere ad præstandum mihi iuramentum fidelita
tis, nisi in inuestitura fuisset appositum pactum, quòd
nedum vasallus,sed etiam homines sui tenerentur præ-
stare fidelitatẽ superiori domino, vel nisi ipse superior
dominus haberet generalem iurisdictionem. Ista sunt
uerba pulchra Bald. in commento pacis Costan. in ult.
char. ibi, exeunte Ianuario. allegat Spe. in tit. de feu.
15 §.quoniam.uer.4.¶ † An autẽ uasallus, qui iurauit fide
litatem domino, teneatur adiuuare dominum contra
patrem & fratrem? Concludite quòd sic.tex. est ad lite
ram in c.1.§.fi.in tit.hic finitur lex, & incipiunt consue-
tu.reg. Non tamen tenetur adiuuare dominum contra
propriam patriam ipsius uasalli.Ita dicit glo.peregrina
in c.de forma.22.q.5.Item nõ teneretur adiuuare domi
num contra semetipsum,quia in generali sermone non
continetur persona loquentis.l.inquisitio.C.de solu. Et
de hoc habetis opti.tex.cum sua gloss.in c.petitio.ext.
de iureiuran.ex qua glo.habetis colligere,quòd si uasal
lus iurauerit tradere castrum fulcitũ domino contra om
nẽ hominẽ,nõ tenetur tradere contra semetipsum.& ita
cõsului pro dominis Transferelli contra cõmunitatem
16 Chierij.¶† Sed nunq̃d econtra dominus teneatur iura
re fidelitatem uasallo suo? uidetur prima facie dicen-
dum quòd sic, quia in his omnibus,ad quæ uasallus te-
netur domino,in illis dominus debet uasallo suo redde
re pares uices,alioquĩ ipse dominus malefidus est.c.1.§.
dñs quoque.in ti.de for.fide.& d.c.de forma.22.q.5. Si
cut ergo uasallus tenetur iurare fidelitatem domino,ita
uidetur econtra.Et istam partem uisa fuit tenere glo. in
c.imperialẽ.§.fi.in tit de prohi.alie.feu.per Fede ¶ Sed
uos concludite audacter contrarium,secundũ And. de
Iser.& Doc.cõmuniter,quorum opi.sequutus est Iac.Al.
in d.c.1.in ti.de for.fide. quia nõ reperitur hoc iure cau
tum,ergo nos dicere non debemus.l.illam.C.de colla.
Ad gl.d.c.imperialem.§.fi.respondebitis,ꝙ non dicit cõ
trariũ,si bene inspiciatur,& si diceret contrarium, malè
diceret.nam dominus æquiparatur patrono,& vasallus
liberto.vt no.in c.1.ĩ ti.de mil.vasal. qui cõtu.est.& nos
habemus,quòd patronus non tenetur præstare iuramen
tum liberto ob reuerentiã ipsius patroni.l. qui bona.§.
pe.ff.de dãn.infec.& l. iusiurandum & ad pecunias.§. q
iusiurandum.ff.de iureiur.ergo nec dominus debet te-
neri præstare iuramẽtum fidelitatis vasallo suo. Ad mo
tiuum suprà in contrarium factum de d.§.dominus quo
que.respondebitis verũ esse, ꝙ dominus tenetᷣ reddere
pares vices vasallo, absque tamen præstatione alicuius
iuramẽti. Ecce ergo vnam disparitatem inter dominum
& vasallum. ¶ Alia disparitas est,quia licèt vasallus nõ
posſit pignorare feudum sine licentia domini.d.c.impe
rialẽ,supra allegato, tamẽ ecõtra dominus posset pigno
rare suã proprietatem sine licentia domini.Ita. conclu-
dunt Iacob.de Bel.Bald.& cę̃teri scribentes in d.c.impe
rialẽ.super glo.1. quæ glo. mouet istam quæst. & clarè
non determinat. ¶ Tertia est disparitas, quia licèt vasal
lus non posſit suum vtile dominium trãsferre in Eccle
siam sine licentia domini.c.1.§.inde potest.in tit.de feu.
alie.& tractaui uobis in superioribus,tamẽ dominus pos
set transferre suam proprietatem in Ecclesiam sine con
sensu uasalli.§.si uerò cõtigerit.in tit.de allod.¶ Quarta
disparitas est,quia si uasallus feudũ suũ pignoret domi-
no suo, nõ tenebitur dominus fructus computare in sor
tem.text.est not. in c.1.ext.de feu.& tamen si dominus
pignoraret uasallo aliquod castrum,uasallus teneretur
cõputare fructus in sortem.l.1.& 2.C.de pig.actio.¶ Nõ
obstat si dicatur, quòd text.in d.c.1.ext.de feud.loqui-
tur in feudo Ecclesiæ, & in uasallo pignorante feudum
Ecclesiæ,à qua illud tenebat,quia respondeo,quòd ista
non est ratio specialitatis,sed ratio illius text.secũdùm

Hostien. ibi & magis communiter Cano. est:quia quan-
do vasallus pignorat feudum domino,ex quo dominus
reperitur habere nedum directum, sed vtile dominium
apud se de voluntate uasalli,dominus dicitur percipere
fructus de sua propria, non autem de re aliena: non est
ergo mirum,si dominus non tenetur computare fructus
in sortem. & sic concludatis, ꝙ dispositio d. c. 1. ha-
bet nedum in feudo,quod tenetur ab ecclesia,locũ, sed
ẽt in feudo, quod tenetur ab alio domino. Et ita loquit̃
17 Pano.in d.c.1.habetur ẽt in c.1.ext.de vsu.¶†Quęro,quę
sunt illa,quę continentur in iuramento fidelitatis.Tex.
in c.1.in tit.de for.fide. dicit,ꝙ in prædicto iuramento
continentur infrascripta.s.incolume,tutum, honestum,
vtile,facile,possibile.Sed videndum est de effectu isto-
rum verborum. Dicite,quòd verbum,Incolume,impor
tat,ꝙ ipse uasallus non erit in aliquo facto auxilio, uel
consilio,per quod dominus patiatur damnũ in suo cor
pore,imò tenetur vasallus procurare pro posse,ne alius
hoc faciat,& hoc vult glo.valde not.in c.de forma. 22.
q.5. quæ eleganter dicit, ꝙ in factis negatiuis non suf-
ficit,nõ facere, sed est necesse etiam procurare,ne alius
faciat.l.in lege.ff.de contrah.emp.& uend.& l.facere.ff.
18 de verb.sig.¶†Ex præmissis infertur,quòd vasallus non
debet accusare dominum suum criminaliter, neq; sub-
mittere aliquem,qui accuset ipsum dominum, neq; de-
bet fideiubere pro eo,qui accusauit dominum,neq; de-
bet sponte se offerre ad ferendum testimonium in cau-
sa criminali cõtra ipsum dominũ suũ,aliàs,si secus faciat,
est dignus priuari feudo.Hæc omnia vult gl.not.in c.1.
§.itẽ si delator.in gl.quę aliàs incipit,perdit.& est gl.ma
gna.in ti.quæ sit prima causa benefi.amit.quod intelliga
tis,nisi vasallus suam,vel suorũ iniuriam prosequeretur:
nam tunc excusaretur à pęna,vt vult illa eadẽ gl.Item si
vasallus hoc faceret pro defensione patrię,contra quam
dominus cõmisisset proditionem, tũc etiam vasallus ex
cusaretur,vt vult gl.in d.c.de forma. Nã videmus quòd
licitum est filio occidere patrem pro defensione patrię.
l.minimè.ff.de relig.& sumpt.fu.¶Secundo loco quęro,
quid importet verbum, Tutum, respondetur,quòd im-
portat,quòd vasallus non erit in damno domino suo de
secreto ipsius. nam in iuramento fidelitatis continetur,
quòd vasallus non pandet,neque manifestabit secretum
domini sui, quod secretũ dominus cõmisit vasallo suo.
c.1.ĩ ti.de no.for.fide.¶Sed,pone dominus dixit vasallo
suo, quòd volebat occidere Gaiũ, nunquid vasallus po
terit pandere tale secretum? Concludite quòd debet in
primis rogare dominum,inquãtum potest, vt velit absti
nere à tali delicto, dicendo illi, quòd nisi abstineat,hoc
reuelabit illis, qui possunt prodesse,& nõ obesse, vt sunt
Sacerdotes: imò quod fortius est, poterit impunè dice-
re illi,quem dominus occidere volebat, Amice caueas
tibi,quia quidã vult te occidere, neminẽ nominãdo.Ita
dicit gl.no.in c.nerui testiculorũ.13.distĩctione.¶Tertiò
quæro, quid importet verbum,Honestum?Respõdetur,
quòd importat,quòd vasallus debet ex iuramẽto fideli
tatis seruare erga dominũ ea, quæ pertinent ad iustitiã,
& generaliter omnia, quæ tendunt ad honestatem,vnde
debet cauere, ne cucurbitet dominum, neque carnali
ter se cõmisceat cum filia domini, neq; cũ nepte,nec cũ
nuru,nec cum sorore domini.Ita probat tex. in c.1.§.1.
in ti.quib.mo.feu.amit.& in c.1.§.rursus.in ti.quæ sit pri
19 ma cau.benefi.amitten.¶†Quid autem si cõmiscuerit se
cum concubina domini?dicite quòd si concubinatus est
licitus de iure ciuili,puta, quia ambo sunt soluti.l.in cõ
cubinatu.ff.de cõcubi.tũc vasallus priuaretur feudo,se-
cũdùm Ia.de Ardi.& Ia.Al.in c.1.§.1.in fi.qui mo.feud.
amit.optimè facit tex.in l.item legato.§.parui.de leg.3.
Sed in veritate ista determinatio est valde dura. nã con
cubina est ext.personas specificatas. in lib.feu. sed.in d.
§.1.& in d.§.rursus. cum simus in pęnalibus, non debe-
mus facere extensionem.reg.odia.ext. de reg.iur.lib.6.
20 ¶†Quid autẽ si vasallus carnaliter cognosceret pedisse
quã dominæ? Dicite quòd nõ est dignus priuari feudo,
licèt malè faciat.Ita dicunt Anto.de Iser.& Iac. Alua.in
d.c.1.in tit.qui.mo.feu.amit. Et aduertite, quòd domi-
nus,econtra debet vasallo reddere pares vices.c.1.§.do
minus quoq;.in tit.de for. fide. & ex hoc infero vobis,
quòd domini terrarũ non possunt compellere subditas
suas,vt vadãt ad tripudiãdũ in castro suo, quia ab omni
iure superioritatis intelligitur exceptum ius honestatis.
Ista sunt verba Bal.in l.quod ex liberta.C.de ope.liber.
¶Quartò quæro,quid importet verbũ,Vtile?Respõdet,
quòd importat, quòd vasallus pro posse procurabit vti
lia domini, neq; erit illi in dãno de reb. & possessionib.
suis.d.c.1.in ti.de for.fide.Itẽ in sacramento fidelitatis
cõtinetur.quòd vasallus nõ erit domino suo in dãno de
suis munitionibus,id est, quòd hostibus & inimicis do-
mini nõ reuelabit munitiones, ex quibus ipse dominus
intẽdit se defendere cõtra hostes.Ita probat tex. in d.c.
1.in verbo,munitionibus.in tit.de for. fide.facit optimè
l.1.& 2.C.de cõmer.& merca.& l.omne delictũ.§.explo
ratores.ff.de re.mili.¶Quĩtò est vidẽdũ,quid ista verba,
Facile,& possibile, importẽt,respõdetur quod importãt
hoc,scilicet,quòd id,quod est, vel potest esse facile,vel
possibile domino, vasallus nõ faciat difficile,neque im-
possibile domino;accipe exemplũ:dominus erat in tra-
ctatu maritandi filiam suam,& erat illi facile & possibi-
le eam matrimonialiter copulare cũ aliquo,vasallus se-
minauit zizaniam,intãtum, quòd impediuit illud matri
moniũ: vel dominus intendebat cõtrahere matrimoniũ
cũ vna,& erat hoc illi facile & possibile, sed vasallus se-
minauit discordiam,ita quòd non est amplius possibile,
quòd illud matrimoniũ locũ habeat:ipse certè vasallus
est periurus,& debet perdere feudũ, quia venit cõtra iu
21 ra fidelitatis,quod est bene notãdũ.†Addo uobis,quòd
summè detestandi sunt, qui bonis uiris detrahunt,&
possunt accusari de crimine stellionatus,& est pœna ar-
bitraria. iste est tex. cum sua gl.aurea in l.3.§.item si qs.
ff.de crimi.stel. Addite etiam, quòd in iure fidelitatis
continetur, quòd uasallus exaltabit dominum,inquan-
tum poterit. glo.est sing.approbata in.c.1. in titu.quali.
22 uas.iura.debe.fide. ¶†Nũc quæro,ponamus,quòd uasal
lus decedat pluribus relictis hr̃dibus, an quilibet ipso-
rum hæredum tenebitur præstare iura fidelitatis domi-
no rõne feudi,quod eorum pater tenebat?Concludite,
quòd si uni ex eis fuerit adiudicatum totum illud feu-
dum;tunc ille solus tenebitur præstare. tex.est in.c.oẽs.
in fi.in tit.si de feu.def.contro.fue.in lib.feu.Si uerò oẽs
hæredes possident illud feudum, tunc si possident pro
diuiso,quia illud diuiserunt inter se,tunc quilibet ipso-
rũ tenebitur præstare iura fidelitatis dño.quia iuramẽtũ
fidelitatis est indiuiduum,& in his,quæ sunt indiuidua,
quilibet hæredũ tenetur insolidũ.l.hæredes. §. an ea. ff.
fami.hercis.& l.2.§.ex his.ff.de uerb.oblig.Et hanc opi.
tenuit Ang.in d.§.ex his.& idem Angel.tenuit in l.loci
corpus.§.si fundus. ff. si serui. uendi. optimè facit quod
not.gl.in l.si cuius.§.1. ff.de usufru.Si uerò ipsi hæredes
uasalli possident illud feudũ,ꝑ indiuiso,est magna dubi
tatio,utrũ oẽs simul teneantur p̃stare iuramentum,an ue
rò quilibet ipsorũ.Et ista inuestigatio est maximæ frugi,
quia si tenemus, quòd oẽs simul teneantur,erit solũ unũ
ius uasalliticũ, si uerò tenemus,quòd quilibet ipsorum
in solidum teneatur præstare iuramentũ fidelitatis,tunc
erũt plura iura uasallitica.¶In dubitatione prædicta re-
perio Io. Blanchum de Marsilia in sua summa, in tit. de
sacra.fide.ĩ.§.itẽ dubitari cõsueuit,arguere ad partes, ꝗ
tãdẽ nihil clarè determinat. Vos potestis concludere,
qđ imò quilibet ipsorũ in solidũ tenet̃ iurare fidelitatẽ,
per

p ratione qua supra allegaui.s.quia iuramētū fidelitatis est indiuiduum.Et istam sententiam tenuit Ang. in d.§. ex his. & in d.§.si.fundus.& idem tenuit Iac.Alua. in d. c.omnes filij:eadē opi.amplexus fuit Ioa.Rey.post multa argumenta hinc inde,in c.imperialem.§.præterea ducatus.in tit.de proh.alie.feu. per Fed. Possunt tamē ipsi hæredes eiusdem eligere vnum ex eis,qui iuret fidelitatem nomine suo,& etiam nominibus aliorum,quia quā do iurat etiam nominibus aliorum,omnes dicūtur iurare.ar.l.ita aūt.§.gessisse.ff.de admi.tu.& ita vult Ia. Alu. in d.c.oēs.& pro ista parte facit id,quod supra aliquando conclusi vobis, scilicèt quòd iuramētū fidelitatis potest præstari per procuratorem habentem ad hoc speciale mādatum,secūdū magis communem opi. Fallit tamē in iuramēto fidelitatis,quod venit præstandū à ciuibus, nō rōne feudi,sed rōne iurisdictionis,qa tale iuramētū debent præstare singuli personaliter, nō autem per procuratorem.ita not.dicit Bald.in l.vnica.§.ne autē. C.de
23 cadu.tol.& ipse Bal. in pace Cōstan. ¶ † Sed ponamus, quòd feudū,quod tenent plures hęredes eiusdē vasalli, sit obligatum domino ad aliquod seruitium, qualiter ipsi hæredes præstabunt illud? Concludite ex mente Andre.de Iser.& Iac.Alu.in d.c.omnes. quòd aut illud seruitium est diuiduum, quia consistit in aliqua re diuidua, & tunc quilibet illorum vasallorum tenebitur pro parte,quia ipso iure fit diuisio à lege.l.1. C.si cer.pet.& l.ea quæ in nominibus.C.fami.her.si verò seruitium est indiuiduum, puta ire ad prælium,vel exercitum cū domino, & isto casu ipsi hæredes vasalli defuncti dabunt æquè idoneum ex se ipsis,qui seruiat domino in prælio seu exercitu,nā debet sufficere dño,quòd habeat vnum æquè idoneū, sicut erat vasallus defunctus.l. iam tamē. §.si plures. ff.iudi.solui. nam plures hæredes,qui successerunt vni vasallo,habentur pro vno.l.cui fundus.ff. de condi.& demon. & ideo debet sufficere domino, ꝙ habeat æquè idoneum,sicut erat prior vasallus.l.qui autē.
24 §.2.ff.de consti.pecu.¶† Sed ponamus,quòd vasallus,q tenebat feudum à domino, decesserit vno filio relicto infante hærede,vtrùm ille infans tenebitur præstare iuramentum fidelitatis,an verò erit excusatus, si non præstet? Bald.quem cæteri sequuntur in c.1. & per illū tex. in verbo,infantia.in ti.quo tempo.miles, in vsi.feu. determinat,quòd erit excusatus,qa ex seipso omnia ignorat.allegat l.fi.in fi.ff.rem pupill.sal.fo. facit optimè l.1. C.de fal. mone.¶Sed nunqd tutor istius infantis tenebitur ad præstandum iuramentum fidelitatis pro ipso infante? Concludite quòd poterit illud præstare, sed non necessitabit secund.Ia.Alu.in c.si minori.in ti.si de feu. defunc.fue.controuer.faciunt no.per Bal.in c.1.§.nulla in titu.per quos fiat inuesti. Et ad propositum dicit Bal. in l.1.in 20.quæst.ff.de rerum diuis.quòd infans non potest inuestiri de feudo, quia in inuestitura requiruntur verba. allegat pulchrum tex.in l.mulier.ff.de verb.obli.
25 ¶ † Sed quid dicemus in pupillo? Concludite ꝙ non tenetur iurare fidelitatem, neq; petere renouationem inuestituræ, tamen feudum retinebit text. habetis in præalleg.c.si minori.& in c.si quis decesserit.in tit.præalle.si de feu.defun. ¶ Sed ponamus, ꝙ ipse pupillus sit doli.capax.Andr.de Iser.in præalleg.c.si minori. dicit, quòd iurabit fidelitatē.per l.vt iurisiurandi.§.dabitur.ff. de ope.libe.& per l.fi.ff.de liber.cau.Vos autem tenebitis istum impuberem(quantuncunque doli capacem)esse excusatum,vt non præstet dictum iuramentum fidelitatis,per d.c.si minori.& hoc tenet Iac. Alua. cum quo concordat Bal.in d.c.1.in tit.quo temp.miles.vbi dicit, ꝙ durante pupillari ætate, dicitur habere solū semiplenum intellectū.allegat glo.in l.in negotijs.ff.de reg.iur.
26 ¶ † Quid si impubes esset proximus puberati, an tenebitur præstare sacramentum fidelitatis? And. de Iser.in d. c.si minori.determinat quòd sic,p d.§.dabitur. Sed vos tenebitis contrarium,& dicetis eum debere excusari durante pupillari ætate,per tex.in c.si minori. & c.si decesserit.vbi sunt textus aperti.Et quotiescunque in materia feudali habemus textum decidentem dubitationem emergentē,nō debemus recurrere ad decisionē legis.c. 1.§.strenuus autē legisperitus.in ti.de cog.feu.si verò hęres vasalli esset maior 14.annis,minor tamen 25.& intra annum & diem non peteret renouationem inuestituræ, offerendo iuramentum fidelitatis,caderet à feudo: posset tamen petere restitutionem in integrum.c.imperialem.§.præterea si quis maior.aliàs incipit,præterea si qs infeudatus.in tit.de proh.alie.feu.per Fede.& ita not.p omnes. Ad quem autem vadat istud feudum,quod perditur propter non petitam inuestituram intra annum & diē,an ad dominum, an uerò ad agnatos, ego dicā vo-
27 bis infra¶.† Sed restat quęrere, ponamus,est vna vniuersitas seu cōmunitas,quę tenet ab aliquo domino feudū, an singuli de illa vniuersitate tenebuntur præstare iuramentum fidelitatis ratione illius feudi? Concludite, ꝙ non,sed ipsa vniuersitas præstabit iuramentum fidelitatis per syndicum suum, & est ratio,quia illud feudū est vniuersitatis,non autem singularitatis de illa vniuersitate.l.sed si hac.§. qui manumittitur.ff. de in ius vocan.& l.intantū.§. vniuersitatis.ff.de re.diui. & l.2.ff. qđ cuiusque vniuer. & c.qui manumittitur.12.q.2. optimè facit l.municipibus.ff. de condi. & demon. ita tenet expressè Ioa.Rey.in d.c.præterea ducatus.optimè faciunt no. per Bal.in d.c.1.§.nulla in ti.per quos fiat inuesti.vbi lo-
28 quitur de tutoribus & syndicis. ¶ † Quid autē econtra, si dominus decedat relictis pluribus hęredibus,an vasallus tenebitur præstare iuramentum fidelitatis omnibus illis hæredibus in solidum? gl.in l.cuiusque §.1.ff.de vsufru.determinat quòd sic.& illam glo.sequitur Bald.in l.1.in 22.q.de re.diui.& Ang.expressè in l. loci corpus. §.si fundus.ff.si serui.vendic.Idem tenuit Ioa.de Imo.in l.2.§.itē si in facto.in fi.col.ff.de verb.obli.¶ Contrariā opi.tenuit glo.in c.omnes filij. suprà allega. nam ibi gl. arguit ad partes multùm solemniter, & tandē concludit vasallum non teneri pręstare iuramentum fidelitatis,nisi vni ex hæredibus domini, & illam gl.sequuti fuerunt Pet.de Ceruia,Ia.de Bel.Caprio.in d.c.omnes, & Bal.in c.imperialem.§.pręterea Ducatus.in vlti.colu.in titu.de prohi.alie.feud.per Fede. Refert tamen Bald.in d.§.pręterea Ducatus.vnam opi.quæ habet,quòd iuramentum fidelitatis hoc casu debeat præstari antiquiori ex hęredibus domini.arg.l.fi.ff.de fide instru.Et opi.prædictam, quòd vni tantùm ex pluribus hæredibus sit præstandum sacramentum fidelitatis tenuit Ioa.And.in addi. ad Specu.in tit.de feu.§.quoniam.uer.29.Placet etiam ista sententia Ioa.Ray.in d.§.præterea Ducatus,& ista sententia tanquam magis communis seruatur in practica Pro ista opi. facit, quia pro eodem feudo non cogitur vasallus habere plures dominos.ista ratio probatur in d.§.pręterea Ducatus.in fi.Potestis tamen in hac materia ex mente Io.Ray.in loco præal.sic concludere, aut vni ex pluribus hæredibus domini fuit adiudicatum totū feudū, & tūc illi soli debet præstari iuramētū,per d.c.omnes.in fi. aut ipsi tales hæredes domini eiusdem tenent illud feudū,seu illā superioritatē feudi pro indiuiso inter se, vel pro diuiso,& tunc si vasallus semel agnouit illos plures dños,habet sibi imputare,quia tenetur omnes agnoscere,& omnib. præstare iuramentū fidelitatis.Idē est si ab initio fuissent plures dñi illius feudi,puta, quia plures dñi cōcesserunt illud feudum vasallo, & si feudū est originatū à pluribus dominis,& tūc vasallus tenetur pręstare fidelitatem omnibus,aut feudum habuit principium ab vno dño, deinde ille dominus decessit relictis pluribus hæredibus,& tunc teneatis conclusionem,quam su-

prà conclusi.s.quòd vasallus poterit eligere unum ex illis pluribus,& ei iurare fidelitatem nomine omnium,& ista electio non pertinet ad plures ipsos hæredes eiusdē domini,sed ad uasallum,l.plerunque.§.fi.ff.de iur.do.Et disputatio prædicta est maximæ utilitatis,quando uasallus uult obtinere licentiam pro alienando feudum, uel uult obtinere inuestituram,uel renouationem inuestituræ.nam non cogetur adire ipsos plures hæredes eiusdē domini. Reperio quosdam in hoc articulo dicere, ꝙ si vasallus nō vult iurare fidelitatem pluribus hæredibus domini,potest dimittere feudum: sed ista opinio nūquā

29 mihi placuit.¶†Nam si quæritur, vtrū uasallus inuito domino possit refutare feudum.Concludite sic.Aut feudū est simpliciter concessum,& non conditionatum, & tunc vasallus potest dimittere illud inuito domino: sed eo dimisso debet cauere, ne offendat dominum propter reliquias præcedentis uasallagii,de hoc habetis tex. in c.1. in ti.de uasal.qui contra consti.Lotha. Non obstat si mihi dicatis,quòd quæ initio sunt uoluntatis, ex postfacto sunt necessitatis,l.sicut,C.de actio.& obl.& l. in commodato,§.sicut.ff.commo.quia respondetur, quòd feudum simplex,& non conditionatum intelligitur concessum gratia ipsius uasalli recipientis tantùm, per ea, quæ habentur in c.1.in titu.in quib.cau.feud.amit. Aut est feudum conditionatum.i.concessum ad certum,& determinatum seruitium:& tunc uasallus inuito domino nō potest refutare illud,quia contractus fuit celebratus gratia utriusque.Ista est glo. ordi. communiter approbata in c. fina.in ti.de capi.qui curiam vend.in usi.feud. no. in d.c. imperialem.§.callidis.Item si in concessione feudi interuenisset stipulatio,tunc si uasallus refutaret illud feudū, in quo interuenit stipulatio,teneretur domino ad interesse.Item si ex parte uasalli interuenisset iuramentū, tunc ipse uasallus propter iuramentum non potest refutare inuito domino:quia iuramentum imponit præcisam necessitatem,gloss.est singu.in l.si pecuniam,in prin.in uerbo, necesse habeas.ff.de cond.ob cau. sed hæredes ipsius uasalli,qui iurauit,bene possent refutare feudum, quod nō est conditionatum:quia iuramentum defuncti non transit ad hęredes,qa est personalissimum.c.ueritatis, ext.de iureiu.& ibi not.Ita no.determinat Bal.in proœ.feud.in 2.charta,in uer.sed pone,quòd cōtractus.¶Ex pręmissis apparet,ꝙ opinio illorum,qui dicunt,ꝙ quando uasallus non uult iurare fidelitatem pluribus hæredibus domini quòd potest dimittere feudum,non est vsquequaque uera.¶†Sed adhuc dubitat̄, quando sunt plures hæredes

30 eiusdem domini,& uasallus tenetur ad aliquod seruitiū ratione feudi:qualiter præstabit seruitium.Vera conclusio est,quia aut seruitium constat in dando, & tunc præstabit illud omnibus hęredibus pro portionibus eorum, si verò est seruitium,quod non est diuiduum,sed indiuiduum,pura,quia uasallus tenetur ire ad præliū,uel exercitum cum domino suo, tunc quia eodem tempore non posset bene iuuare plures hæredes eiusdem domini(saltē in diuersis locis)&hoc casu poterit eligere unū ex pluribus hæredibus dn̄i,per l.si quis ingrauescēte. §. si cum omnes.ff ad S.C.Syl.Ista sunt de mente Io.Rayn. in d.§. præterea Ducatus,& de mente Iaco.Alua.in d.cap.omnes filii,in ulti. colum. Dicit tamen eleganter Bald. in l.1.in 23.quæstio.ff.de re.diuis.quòd bene faciet uasallus gratificari antiquiori, uel digniori, per ea, quæ habentur in l. fina. ff. de fid. instru. & in cap.1.ext.de ma. & obed. Subdit idem Bald. in illa 23.quæstio. quòd hoc procederet,quando ipsi plures hæredes domini haberent bellum contra tertium,sed si haberēt bellum īter se,vasallus non teneretur iuuare aliquem ex eis,qa sibi ipsis in inuicem obstant,all.l.inuicem.ff.de hæ.inst.Et qa tractaui,supra,nunquid uasallus possit refutare feudum

31 iuito dn̄o.¶†Si uis scire,utrū emphyteota,uel cēsuarius possit refutare rem emphyteuticam,vel censualem inuito domino,uide per Bar.in l.is cum quo.ff. de aq. pluu.

32 ar.¶†Sed pone,ꝙ vasallus nō possidens non petierit renouationē inuestituræ intra annum,& diem,an debeat perdere feudum.An.de Ise.in c.1.in prin.in ti.quę sit prima cau.benef.amit.determinat ꝙ non,& hanc eandē opin.tenuerunt Bal.& Sal.& Pau.de Cast.in l. solemnibus.C.de rei uend.per l.forma.§.si cum ego.ff. de censi. hanc eandem opin.tenuit Fran.Zab.in c.2.ext.de feu.pro qua opi. adducitur tex.in c.1.in prin.vbi fit mentio de possessione,in ti.per quos fiat inuest. facit ēt,quia uasallus priuatur propter cōtumaciam,vt habetur in c.1.in ti. quo tpe miles,& non potest dici contumax,quando nō possidet. Item ad hoc,vt vasallus priuetur feudo,requiritur dolus c.fi.in ti.de capi.Corr.sed non potest dici in uasallo,qui non possidet,dolus.Conclusioni prædictæ adhæret Iac. Al.in præal.c.1.in ti.quæ sit prima cau.benef.ami.Et hāc sententiam audacter sequamini, sīn quam ego consului.

33 ¶† Item quæritur,vos scitis,ꝙ uasallus, si sit miles habet annum,& mensem ad petendum renouationem inuestituræ,si verò sit alius,qui non sit miles,habet annū,& diē. c.1.præalle.in ti.quo temp.miles,& c.imperialem.§.præterea si quis maior,in ti.de prohi.alie.feu.per Fede. nunquid dominus,cui venit præstanda fides, & à quo debet vasallus petere renouationē,possit istud tempus minuere?Ego istam quæstionem habui in practica tempore uitæ Reueren.patris domini Dominici de Rispolio ex Comitibus sancti Martini Episcopi Iporrigien. nam immediatè,quòd fuit adeptus possessionem Episcopatus,uolebat exigere à suis vasallis renouationes inuestiturarū, & iuramentum fidelitatis.ego illi cōsului, quòd tempus anni,& diei indultum vasallis ex dispositione iurium feudalium non poterat minuere,& ita tenet And. de Iser.& sequuntur Ia.Alua.& Mar.Lau.in præal.c.1.in ti.quo tēpo.mil.Mouentur,quia ista dilatio est concessa uasallis in eorum fauorem,& ideo dominus non potest minuere.l. qui hoc anno,& l.cum qui Kalendis §.quoties.ff.de uerbo.obl.& §.in diem,Inst.de ver.ob. nisi uasallus consensisset abbreuiationi illius temporis, & tunc si intra tempus conuentum non venisset ad petendum renouationē inuestituræ,& se obligasset ad ita faciendum sub pœna priuationis feudi, tunc non satisfaciendo termino statuto,& conuento,perderet feudum, & si talis conuentio, seu promissio fuisset facta apud acta iudicis competētis, nihil aliud esset fiendum, nisi quòd fieret executio illius obligationis,per ea,quæ habentur in c.quod autem. 2. q.1.& in l.acta.ff.de re iu.& in l.tale pactum. §. qui prouocauit.ff.de pac.Si verò talis conuentio super decurtatione temporis fuisset facta inter dominum,& uasallum, ext.iudicium, tunc uia ordinaria esset agendum contra vasallum.l.si pacto,quo pœnam.C. de pact.Nisi uasallus in casu contrafactionis dedisset licentiam domino propria auctoritate apprehendendi rem feudalem.l.3.C.de

34 pign.& hæc notetis,quia sunt quotidiana.¶†Sed iterum dubitatur,pone,quòd uasallus,qui debebat petere renouationem inuestituræ,decessit intra tempus anni,& diei, forsitan in nono mense,vtrùm successor illius uasalli habebit integrum annum, & unum diem ad petendum renouationem inuestituræ, an uerò solū, quod supererat defuncto?gl.circa hanc q. in præall. c.1.in ti.quo temp. miles,dicit pro,& contra clarè non determinat.Vos concludite,quòd si feudum est antiquum, successor habebit integrum annum, & unum diem ad petendum renouationem inuestituræ, quia non uenit ad feudum ex prouidētia defuncti, sed uenit ex quodam edicto successorio. Vnde tempus decursum in uita uasalli defuncti non debet computari ipsi successori,per l.prima.§.quibus.ff.de suc.edic.Et istam opi.tenuerunt Ioann.And. in addit.ad Specu.in tit.de feu.§.quantùm,uer.27.& Iacob.de Ardizo.

10.in sua summa in ti.qui.mo. feu. amit. sub rubricella, ex quo tempore incipit currere annus. Eandem opi. tenuerunt Nic.de Nea.& Iac.de Belui. in præalleg.c.1. in tit.quo temp.mil.sed si feudum non esset antiquũ,veluti acquisitum à patre meo de nouo, & dñs superior illius feudi decesisset,& pater meus,qui tenebatur petere renouationem inuestituræ à successore illius domini sui, decedat in nono mense, & non petijt renouationem inuestituræ,certè ego filius non habebo integrum annum. & idem,sed solùm illud tempus,quod supererat ipsi patri meo. & est ratio, quia hoc casu venio ad feudum ex prouidentia patris mei,qui illud acquisiuit.& hoc voluẽ eleganter Iacob.de Belui.& Nico. de Nea. in præalleg. c.1.in tit.quo tempo.miles. Aduertite tamen, ꝙ istud tẽpus petendi renouationem inuestituræ non currit filio, nisi à die,qua se immiscuit hæreditati paternæ:quia tex. de hoc loquentes, vtuntur isto verbo, hæres: & licèt filius mortuo patre statim efficiatur suus hæres à lege. l. 1.§.qui sunt in potestate.ff. si quis omis.cau.testa.tamen (quantũ ad onera) non dicitur hæres, nisi post immixtionẽ realẽ, vt habeť in l.necessariis.ff. de acquir. hæred. & & in l.nã nec emãcipatus.ff.de leg.1. & in l.1.C. si vt se
35 ab hære.absti.† Et ideo ille,qui vult dicere filiũ esse priuatum feudo, vel priuari debere feudo ob nõ petitã inuestiturã intra annũ & diẽ, debet probare, ꝙ filius realiter se immiscuit hæreditati paternæ, & habuit scientiam mortis paternæ. Ita elegãter determinat Bal.in c.1.in ti. de capi.Corra.& Iac.Alu.in d.c.1.ĩ prin.in ti.quæ sit pri. cau.benefi.amit.& ita obtinuit in quæst.facti. ¶ Quæro subsequẽter de qõne quotidiana: vasallus iurauit fidelitatẽ Prælato,& successorib.suis canonicè intrãtibus, vel iurauit fidelitatem dño seculari recipienti pro se,& successoribus: vtrũ moriẽte illo Prælato, uel domino seculari, tenebiť ipse uasallus iteratò præstare iuramentum fidelitatis successori illius Prælati, uel dñi secularis? Cõcludite ꝙ nõ, licèt ab ipso successore teneať ipse uasallus petere renouationem inuestituræ, iuxta c.imperialem.§. præterea si quis infeudatus.in tit.de prohi.alie.feu. per Fed. tamen iuramentũ fidelitatis nõ tenebitur reiterare, & ita tenuit Iac.de Ardizo.in summa sua in tit.qui. mo. feu.amit.sub rubricella, quando uasallus debeat iurare. Ita etiam tenuit Spe.in tit.de feud.§.quoniã.ad fi. & ita etiam uoluit Iacob.de Bel.& Iacob.Alua.in c.1.in prin. in tit.quæ sit prima cauf.bene.amit.Hoc etiam probatur in c.ueritatis.& ibi per But.& Imo.ext. de iureiur. & est rõ, quia quando uasallus præstitit iuramentum fidelitatis domino, seu Principi, recipiendo pro se,& successoribus suis, tale iuramentũ est reale, & perpetuum respectu ipsius dñi recipientis,& vasallus bene potuit obligare se,& animam suam, nedum erga illum Principem, sed ẽt erga successores illius Principis. & ideo non tenetur in ꝑsonas successorũ iterare iuramẽtũ fidelitatis,quia sine causa iuramentum nõ debet præstari. c.& si Christus. ext.de iureiur. respectu autem ipsius vasalli iurantis tale iuramẽtum est personale. & ideo mortuo vasallo, qui iurauit fidelitatem, hæres seu successor ipsius vasalli bene tenetur iteratò ꝓstare iuramentum fidelitatis: quia, vt dixi, iuramẽtũ respectu recipiẽtis est reale, sed respectu ipsius iurantis est personale, vt voluit no.Inno.in c. veritatis.ext.de iureiuran. & quotidie allegatur istud dictũ
36 in iudicijs, & in scholis. ¶†Amplius dico vobis, ꝙ quãuis vasallus iurasset fidelitatem pro se,& successoribus suis, tñ mortuo ipso vasallo, successor tenebitur iteratò præstare iuramentum fidelitatis, quia ipse vasallus iurando non potuit ligare animam successorum, & iuramẽtũ ipsius iurantis est personale, & nõ egreditur personã. Ita dicũt Cano.in d.c.veritatis. Ego addo Bal. ita expresè dicentẽ in l.litigator.C.de fru.& lit.exp. Et ista teneatis
37 menti. ¶†Nunc est videdũ, utrũ vasallus, qui intra annũ, & diem non petijt inuestituram, seu renouationem inuestituræ, possit purgare moram. Iacob. de Ardizo.in sua summa, in tit.qui.mo feud.amit.sub rubricella, ex iusta causa excu.vasal.determinat quòd sic, dummodo vasallus celeri satisfactione studeat sibi consulere. c.potuit. ext.de loca.l.ex hoc edicto §.si quis.ff.de alie.iudi.mutam.causa facta. Sed Bal.in c.1.in prin.in ti.quo tempo. mi.cuius opinionem cæteri sequuntur, maximè Iac. Alua.in c.1.in prin.in tit.quæ sit prima causa benefi.amit. & D.Mart.de Laud.in d.c.1.in tit.quo tempo.miles.tenent contrarium. Mouentur, quia in statutis legis non purgatur mora. Item iste contractus feudalis habet in se quandam temporalitatem, videlicet quousque vasallus obtemperat statutis feudalibus.l.epistola.§.fi.ff.de pact. l.qro.§.inter locatorẽ.ff.loca. Secundò mouẽtur per elegantem theoricam, quam ponit Dy. in l. si seruum.§.sequitur.ff. de ver.oblig.ubi dicit, quòd quando propter moram fit trãslatio dñij, ibi nõ admittitur purgatio moræ.l. qui ob rem.ff.de cond. indeb. sed in proposito nostro, si uasallus intra annum,& diem non petat inuestituram, seu renouationẽ, ipso iure utile dominium ipsius uasalli reuertitur ad dominum.c.imperialem.§ callidis. in uerbo, liberè reuertatur. cũ sua glo.& in d.eo.§.præterea, si quis maior.in tit.de proh.ali.feu.per Frid.ergo nõ est locus purgationi moræ. Itẽ quotiescunq; propter morã fit resolutio cõtractus, ibi nõ admittitur purgatio cõtractus, nisi utraque parte consentiente.l. commissoriæ. C.de pac.inter emp.& uen.& l.post diẽ.ff.de leg.cõmis. Præterea hic est dies & pœna,& ideo non debet esse locus purgationi moræ.l.traiectitiæ.§.de illo. ff. de actio. & obliga. Ad motiua Iaco. de Ardizo. respondebitis, quòd tex.in d. c. potuit. non loquitur in materia feudali, sed emphyteotica. & cũ non reperiatur cautũ in lege feudorũ, quòd uasallus possit purgare moram, certè nõ debemus esse clementiores lege.§. oportet.in Auth. de iudi. Sed habemus scriptum in iure feudorum, quòd uasallus nõ petens inuestiturã, seu renouationem inuestituræ priuatur feudo.d.c.1. in tit. quo temp. miles.& in d.
38 §.præterea si quis maior, ergo &c.¶†Sed iuxta prædicta dubitatur. Ponamus, quòd dñs post annum & diem recipiat inuestituram, seu obedientiã à uasallo: vtrùm uideatur illi remisisse ingratitudinem, seu culpam moræ, ita ꝙ non possit postea petere illud feudum pro commisso ratione inuestituræ, seu renouationis infra annũ,& diẽ nõ petitæ? gl.ordi.in ꝑalleg.c.1.in tit.quo tẽpo.mil.determinat in fauorem vasalli,& contra dominum.opti.facit quod no.gl.l.2.C.de iure emphy. Sed illa gl.debet intelligi, quando dñs ex certa scientia ita fecisset, secus si per ignorantiam, quia ignorabat lapsũ esse tempus. nã ignorans non videtur ius suum remittere.l.mater.ff.de inoffi. test.& l.nec ignorans.C.de don. & l.qui cum tutoribus. §.qui per fallaciam.ff.de transactio.& l.si per errorem.ff. de iurisd.om.iud. Idem est, si dominus dubitasset, quia idem iudicamus de dubitante, quod de errante. l. fi. C. de cond.inde. Primum membrum (quatenus dixi, quòd dominus sciens tempus esse lapsum, admittendo postea vasallum ad inuestituram, & obedientiam, videatur illi remittere cõmissionem feudi) limitabitis, nisi dominus recipiendo vasallum ad inuestituram & obedientiã fuisset protestatus, quòd saluum esset ius suũ: nam tunc non videtur remisisse pœnam commissionis.l.2.in princ.ff.si qs cau.no.in l.fi.& in l.centum Capuę.ff.de eo quod certo.lo.& sufficeret, quòd dominus tempore, quo recipit uasallum ad inuestituram, seu obedientiam, apponeret ista verba, Saluo iure nostro. Nam per ista verba videtur protestari, quòd non intendit remittere pœnam priuationis & commissionis.l.si debitor.§.1.ff qui. mo. pi. vel hyp.sol. Et ita expresè vult Io.Ray.in d.c.imperialẽ §.insuper.in vlti.colum.in tit. de prohi.alie.feu. per Fe-

39 de. ¶ † Itē dubitatur ſub qua forma debeat petere vaſal
lus à dño inueſtiturã,ſeu renouationē inueſtituræ. Glo.
or.in c.1.§.fi.qui incipit nulla.in tit.per quos fi.inueſt.di
cit, ꝙ vaſallus debet petere ſub hac forma, Illuſtriſsime
Princeps domine mi metuende,ego peto à te inueſtitu-
ram feudi,quod à te teneo,& poſsideo.& hoc,ſi eſt feu-
dum antiquum.ſi verò ſit nouũ,debet dicere peto inue-
ſtituram talis feudi,quod à te debeo poſsidere.Subdit il
la glo.quòd vaſallus debet offerre fidelitatem domino.
Sed Doc. ſuper illa gl. dicunt, quòd quamuis vaſallus
non offerret fidelitatem,ſed ſimpliciter peteret inueſti-
turam,tamen tacitè intelligeretur offerre fidelitatem. &
ideo eſſet perinde,ac ſi expreſsè obtuliſſet eam. arg.l.cũ
40 quid.ff.ſi cer.pe.& l.non rectè.C.de fideiuſ.¶†Sed pona
mus,quòd dominus aditus per vaſallum modo,quo ſu-
prà,recuſet inueſtire ipſum vaſallum.Concludite quòd
ipſe vaſallus liberatur à commiſſo,& nihilominus domi
nus tenetur ipſi vaſallo ad intereſſe.c.1.§.fin.in tit.de no.
for.fide.Item ſi dominus per annum,& diem differat va
ſallum inueſtire, priuabitur proprietate illius feudi,
quia dominus erga vaſallum tenetur ad pares vices.c.1.
§. dominus quoque. in titu. de for. fide. & c.de forma.
22.q.5.Sed ſic eſt,quòd ſi vaſallus differat per annum &
diem petere inueſtituram,ſeu renouationem inueſtiturę
à domino ſuo,priuabitur iure ſuo.c.imperialem.§.præte
rea ſi q̃s maior.aliàs incipit, pręterea ſi quis infeudatus.
in titu.de prohibi.alien.feud.per Fede.ergo eodem mo
do,ſi dominus negligat per annum & diem inueſtire va
ſallum,debet priuari proprietate. Et pro hac ſñia addu-
citur optimus tex. in c.domino committente.in ti. ſi de
feu.defunc.fue.contro.quem tex.pro hac deciſione alle
gat glo.in d.c.1.§.fi. in tit. per quos fiat inueſti. Et hanc
opi.quòd dominus hoc caſu priuetur proprietate,tenue
runt Iac.de Belui.Nic.de Neap.Sali.& Ia.Alua.in d. §.fi.
¶Dicunt tamē præfati Doct.quòd iſta cõis conclu.debet
limitari,niſi dñs eſſet ignorãs,veluti,quia ignoraret illũ,
qui petit inueſtiturã, ſeu renouationē inueſtituræ eſſe
filiũ,& hæredē defuncti,vel eſſe agnatũ vaſalli defuncti,
& ſic de ſingulis.nã hoc caſu dominus excuſaretur,& nõ
amitteret proprietatem illius feudi.& hoc etiam voluit
Bertra.Caprio. in d. §.fin. Sed Io.Rayn.in d.§. præterea
ſi quis maior.dicit ſe aliquando fuiſſe ſequutum opi. cõ
trariam.mouetur,quia(ſecundùm eum)non reperitur iu
re cautum, quòd dominus hoc caſu debeat priuari pro-
prietate,licèt hoc reperiatur cautum in vaſallo.d.§.præ
terea,& in pœnalibus non debemus facere extenſionem
l.interpretatione.ff.de pœ.& l.cum quidam.ff. de libe.
& poſth.Sed vos non recedatis ab opi.glo.& Doc.quia
ad no.Ioan.Ray. patet reſponſio per ea,quæ dixi ſupra.
41 ¶ † Vnũ tamen notetis, quòd ſi quis ignoraret rem eſſe
feudalem, & non peteret inueſtituram intra annum,&
diem nõ dēt priuari feu.quia æquitas cõſuetudinis feu-
dorũ hoc caſu cõſeruāt eũ illæſum à pœna priuationis.
Ita no.determinat Bal.in l.fi.C. ſi penden. app. mors in-
terue.Optimè facit tex. in ratione ſui, in l. generali. C.
de tabula.lib 10.& in l.fi.ff.de decre.ab.ord.fac.facit ēt
l.nec ignorãs.C.de don.Accipite ſimile ĩ hęrede emph.
qui ignorabat rē eſſe emph. & ideo nõ ſoluit canonē ꝑ
trienniũ; nam nõ cadit à iure ſuo, velſaltem eſt illi cõce
denda reſtitutio ĩ integrũ ex clauſula gñrali,ſi qua mihi,
iuſta cã videbiť, de qua in l. 1.ff. ex qui. cau. maio. Et
ita vult glo.in l.2.C.de iure emph.de quo per Bar. & cę
teros in l.cum filiusfa.§.in hac.& in l.ad diē. ff. de verb.
42 obli.& per Cano.in c.potuit.extra de loca. † ¶ Itē dubi
tatur de alia quæſtione, nunquid vaſallus nõ petens in-
ueſtituram,ſeu renouationem inueſtiturę intra annum
& diem,amittat feudum ipſo iure, an verò requiratur
ſententia priuatiua? videtur dicendum,quòd ipſo iure
priuetur feudo,per tex.in c.1.in verbo,amittit.in ti. quę
ſit prima cau.benefi.amit.Nam ibi loquitur tex.per uer
ba præſentis temporis,dum dicit, amittit. & nos habe-
mus, quòd quando lex loquitur per verba præſentis tē-
poris,vel etiam præteriti: tunc inducit priuationem ip-
ſo iure.Ita dicit glo.ordi.in l.iubemus.§.œconomus. C.
de ſacroſ. eccle.& glo.in l.in criminali.C.de iuriſd.om.
iudi.& in c.ſi diligenti.ext.de fo.compe.¶Pro hac parte
etiam facit, quòd in propoſito noſtro eſt dies & pœna,
& dies interpellat pro homine.l.magnam. C.de contra.
hen.& commit.ſtipu.& vbi eſt dies & pœna, non eſt lo-
cus purgationi moræ.l.traiectitiæ.§.de illo. ff. de actio.
& oblig.Item videmus.quòd ſi vaſallus alienat feudum
irrequiſito domino, priuať feudo ipſo iure.probat tex.
cum ſua gloſſ.in c.imperialem. §. callidis.in verbo libe-
rè reuertatur.in tit. de prohi. alien. feud.per Fede. ¶In
contrarium,quòd hoc caſu vaſallus non priuetur feudo
ipſo iure,ſed requiratur ſententia priuatiua,uidetur eſſe
tex.ad literam in d.c.imperialem.§.præterea ſi quis ma-
ior,aliàs incipit, præterea ſi quis infeudatus. vbi tex.
vtitur iſto verbo, amittat, quod eſt futuri temporis;
& quando lex vtitur verbo futuri temporis,non impor
tat priuationem ipſo iure,ſed requiritur ſententia priua
tiua.Ita vult gl.in d.§.œconomus. & in d.l.in criminali.
Ad idem adducitur tex.in c.1.poſt principium.ibi,ſe ca
riturum cognoſcat.in tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit.in
vſib.feu.ponderandum eſt illud verbum, cariturum,qđ
uidetur importare,ut requiratur ſentētia priuatiua.Ad
idem optimè facit quia uaſallus non debet priuari
feudo,niſi conuincatur iuſtis culpis & cauſis.c. 1.in tit.
de feu.ſine culpa non amitten.& vaſallus non petendo
inueſtituram intra annum & diem, potuit habere ali-
quam iuſtam excuſationem.c. 1. in tit. quo tēpo. miles.
ubi enumerantur multæ cauſæ, quibus excuſatur uaſal
lus,& de iſtis cauſis eſt neceſſe, quòd cognoſcatur,& di
ſcutiatur.& ideò eſt opus ſententia.& ideo Pet. Iaco. in
libello ſuper cõditione.ex morib. dicit libellũ ſub hac
forma concipiendum, dico ꝙ talis,qui tenebat,& poſsi
debat talē rē in feudũ nõ petijt intra annũ & diem inue
ſtituram à me domino,prout petere debebat, quare pe
to per ueſtram ſententiam definitiuam pronũciari eum
priuari debere feudo,& ſic uult Pe.Iac. quòd iſta priua
tio non inducatur ipſo iure.In hoc articulo ego conclu
derem uaſallum priuari ipſo iure, ſi tamen dñs uelit. ad
hoc adduco uobis tex.cum glo.in l.fi.in fi.C.de iure em
hy.in uerbo, cadat. ubi gl.ſuper uerbo, cadat. ſcilicet ip
ſo iure.& gl.ualdè nota.ĩ l.2.ff.ſi ager uectig.uel emphi.
peta. ſubaudit, ſi dominus uelit, & non aliter. Bald. in
l.fin.in fin. col.C.de reuo.dona. dicit, quòd iura, quæ
dicunt uaſallũ priuari ipſo iure feudo, debent intelligi,
ſi dominus uelit,& non aliter.Et iſta uerba, ſi dominus
uelit,sũt magni effectus: quia ſi dominus faciat actũ cõ-
trarium, ueluti quòd poſt annum & diem recipiat ſerui
tium à uaſallo, uel requirat eum, ut faciat renouationē
illius feudi,ex hoc deprehendiť, ꝙ non uult eũ eſſe pri-
uatũ,per ea,quę notanť ꝑ gl.& Doct.in c.1.in prin.in tit.
quo tempo.miles.Nam non ſolùm uerbis,ſed etiam fa-
ctis declaratur uoluntas.tex.eſt in l.reprehendenda. C.
de inſti.& ſubſti,& l.nõ tantũ,aliàs incipit.Pau.rñdet nõ
tm̃ uerbis.ff. rē ra.habe.& l.de quibus.ff. de legi. ¶.Sed
ponamus, ꝙ minor.25. annis non petierit inueſtituram
intra annũ & diem,an amittet feudum? Vt bene intelli
gatis iſtam difficultatem,præmitto uobis, quòd ſi eſſet
minor.14.annis,nõ perderet feudũ, quamuis intra annũ
& diē nõ peteret inueſtiturã.c.ſi minori. & c.ſi quis de-
43 ceſſerit,in tit.ſi de feu.defunc.fue.cõtro.† Et aduertite,
quia Bal.in d.c.imperialē.§.pręterea ſi quis.dicit,ꝙ ēt in
fęmina, qñ ſuccedit in feudo,nõ currit iſtud tēpus anni
& diei,niſi demum poſt ætatem. 14. annorum, licèt in
duodecimo anno effecta ſit pubes.& opi.Bal.ſequuntur
cæteri

cæteri Scrib.in d.§.præterea.Si uerò ille, qui debet petere inuestituram,seu renouationem inuestituræ, sit maior 14.annis,& minor 25.ipso iure currit illi tempus anni,& diei,ita quòd priuatus erit ipso feudo, tamen poterit petere restitutionem in integrum,ita dicit gloss.sub dubio tamen fortè in d.§.præterea si quis,sed Bal.Nico.de Neapo.And.de Iser.& Ia.Alua. ibi firmiter tenent restitutionem in integrum esse concedendam ipsi minori, quia eo ipso,quòd intra annum,& diem non petiit inuestituram,dicitur læsus.l.interdum,& l.ait Prætor.ff.de mino. Non obstat si mihi arguas de l.fi.C. qui cau. in integ.resti.non est neces.& d.l.fi.C.de tempo.in integ.rest.petẽ. vbi uidetur probari,quòd ipso iure non currunt tempora aduersus minorem: quia respondetur, quòd illa lex tollit ueteres præscriptiones inductas à iure ueteri ante illam legem,sed non tollit præscriptiones postea inductas per nouas leges,seu constitutiones,uel per statuta municipalia,ut not.in c.constitutus,ext.de in int.rest. Non obstat etiam,si dicatur, quòd si uera sit conclusio, quòd minor 25.annis debeat restitui, si non petierit inuestituram,uel renouationem inuestituræ intra annum, & diem,quòd dominus habebit necesse interim stare in suspenso usque ad 29.annum ipsius uasalli: quia usque tunc potest petere restitutionem,& sic uidetur sequi magnum inconueniens,quia respondet Bal. & Iac. Alua.in d.§.præterea si quis,quòd cautela est,ut dominus constituat minorem in uera contumacia per admonitionẽ parium,uel alio modo,si pares non habet: nam tunc nõ poterit postea petere in integrum restitutionem,per l.si ex

44 causa.§.si in commissum.ff.de mino.¶ † Sed utrũ uasallus interim,idest,antequam labatur tempus anni,& diei quod quidem tempus est statutum ad petendam inuestituram,seu renouationem inuestituræ, tenebitur præstare seruitium domino,& si interim non præstet, uel offendat dominũ,an priuabitur feudo?Iaco.de Bel.Nicol. de Neap.Petr.de Ceruia.& Iacob.Alua.in d.c.1.in princ. in tit.quæ sit prima causa benefic.amit.determinant, quòd sic,per §.sed nec est alia,& per §.prædictis autem modis, in eo.c.1.Item mouetur,quia nos uidemus,quòd donatarius,& filius priuantur propter eorum ingratitudines, quamuis non sint astricti iuramento.Primum de donatario probatur in l.fin.C.de reuoc.don. De filio probatur in §.causas,in Authen.ut cum de appell.cogn.& in d. §.

45 prædictis autem modis.¶ † Quid autẽ si pater instituat filium iam natum,& posthumum existentem in uentre prætereat,an hoc casu filius institutus mortuo patre teneatur intra annum,& diem petere inuestituram, seu renouationem inuestituræ?Concludite, quia licèt præteritio posthumi suspendat aditionem hæreditatis.l. uentre præterito.ff.de acqui.hære.& l.illud.§.fina.ff.de bono.poss.cont.tabu. tamen ipse filius institutus tenebitur petere inuestituram intra annũ,& diem:quia in omnem euentum est fienda.l.quòd si dubitet.ff. de acquir.hære. Ita determinat Bald.in c.1.in 5.colum. in titu.an fil. uel agn.& placet Iac.Alua.in d.c.1.in tit. quæ sit prima cau.

46 benefi.amit.¶†Rursus quæro,uasallus intra annũ,& diẽ non petiit inuestituram, seu renouationem inuestituræ, utrùm illud feudum applicabitur agnatis ipsius uasalli, an uerò domino superiori ipsius feudi?tex.in d.c.imperialem.§.præterea si quis,in titu.de prohib. alie. feu.per Feder. uidetur expressè velle, quòd applicetur domino, quia tex. ibi dicit, applicetur domino,& pariter tẽt ibi dicit, ad dominum redeatur. Et hanc opinio. tenet expressè Ioann. Rayn. in d. §. præterea. mouetur signanter per illum text. qui simpliciter dicit,quòd pertinet ad dominum, non facta distinctione,an sint agnati vel non:quia cùm indistinctè loquatur, ĩdistinctè debet intelligi,vulgata.l.de pretio.ff.de Pub.& l.1.§. generaliter.ff.de leg.præstan.Non obstat secundùm eum, quòd pari modo tex.in d.c.imperialem.§.callidis,dicit,quòd si vasallus alienat feudum inconsulto domino, quòd applicatur domino,& tamen communiter.Doct.distinguunt in casu alienationis,an feudum sit nouum, & tũc applicatur domino,si verò antiquum, applicatur agnatis.Ita videretur dicendum in proposito: quia respondet ipse,quòd decisio.d.§.callidis. distinguitur per alia iura feudorum distinguentia inter feudum nouum, & antiquum.c.1.in tit. de alie. feud. pa. In proposito nostro reperiunt iura distinguentia: ergo &c.¶ Contrariã sententiam tenuerunt And.de Iser.in c.1.in tit. quo tẽpo.mi.& Iaco. Alua.ibidem,& idem Iacob.in c.1. §. fin. in 20.conclusione in titulo quæ sit prima causa benefi. amitten.Et Mar.de Lau.sequitur istam opi. in d.§. præterea si quis.Isti tamen distinguunt, an feudum sit nouũ, & tunc reuertitur ad dominum,an uerò sit antiquum, & tunc agnati præferuntur domino, exemplo eius, quod diximus de feudo alienato inconsulto domino: quia si est antiquum,deuoluitur ad agnatos, non autem ad dominum,ut dixi supra. Addite ad primam opinio. quòd feudum etiam si sit antiquum,hoc casu reuertatur ad dominum.Tenuit Odof.in summa sub rubricella, ad quos feudum reuertatur quando amittitur,& Bald.videtur tenere istam opi.Odofr.in c.vnico,in 3.colum.in titu.si vasal.feu.priu.cui defer.debe.Et hęc opi.placet Pa.de Ca. in l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocan.Addite, quòd ista opi.est de mente gloss.in c.1.§. item si fuerit, in ti.quib.mod.feu.amit.& de mente gl.in c.1.§.fi.in verbo,libram,in ti.de pa.iur.fir. Pro hac opi.facit, quia uasallus,qui negligit intra annum, & diem petere inuestituram,seu renouationem inuestituræ,vr̃ dominum contemnere,vnde feudum debet applicari domino, vt suæ iniuriæ habeat vltionem.Ista rõ probatur in c.1.§. fi.qui incipit,deniq;,in ti.quæ sit prima cau.benef.amit.Optimè faciunt no.per Bal.in l.qui si paternis.circa 9.col.C. vnde lib. & per eundẽ Bal.in c.1.§.aut si libellario. in ti. qui.mo.feud.amit.& quod notat Bartol.in l.eum qui.ff. de interdic.& relega.Et hanc sententiam tenuit Alexan. de Imol.suo consi.10.aliàs primo.in 3.vol. suorum consiliorum.Et secũdùm istam opi. fuit iudicatum in sacris audientijs, quæ tentæ fuerunt in hac ciuitate Taurini iã longo tempore fluxo me consulente in causa multùm ardua.

47 ¶ † Notetis etiam vnũ,quòd vasallus, quantũcunq; sit periurus aliqua ratione,tamen non repellitur, neque liberatur à iuramento fidelitatis: quia tale iuramentum tendit in sui odium.Ita tenet Bal.in l.Lucius.ff. de his q. no.infa.& idẽ Bald.in l.vnica.C.de confessis.& in l.1. in prin.col.C.si plu.vna sen.Ego allego opti.tex.cum gl.in c.cùm in ecclesijs.ex.de maiori.& obed.vbi D.Pano.colligit,quòd etiam à periuro exigitur iuramẽtum, quoniã

48 illud iuramentũ tendit in odiũ ipsius periuri.¶ † Nunc videndum est,quæ sint causæ,propter quas vasallus excusatur, si intra annum & diem non petijt inuestituram. In quo concludite,quòd multæ sunt causæ.In primis infantia domini vasalli non habentis tutorem. Ita dicunt

49 Ia.de Bel.& Iac.Alua.in d.c.1.in tit.quo temp.mil.† Aduertite tamen, quia licèt infans non possit inuestire aliũ etiam de feudo antiquo sine tutoris auctoritate, tamẽ si esset pupillus maior infante,licèt non haberet tutorem, tamen posset reuocare inuestituram feudi antiqui,& recipere vasallum ad fidelitatem in feudo antiquo: quia tunc nihil dr̃ alienare,sed iam alienatum cõfirmare. c.1. & ibi no.per omnes Doc.in ti.per quos fi.inuesti.An autem pupillus possit liberare vasallos,& fidelitatem, ui-

50 de per Bal.in l.1.in 18.q.ff.de re.diu.†Quid autem si vasallus sit pupillus,& habeat tutorem, & non petierit inuestituram intra tempus debitum,an perdat feudum?Tangitur in c.si minori.& in c.si decesserit,in ti. si de feu.de funct.fue.contro.Secunda causa est infamia,& intelligatis

tis de infamia ipsius domini: puta, quia est bannitus à
Cæsare, vel à Rege domino suo, vel est excommunica-
tus. Nam durante excommunicatione, vasalli sunt libe-
rati à sacramento fidelitatis. c. 1. in tit. hinc finitur lex, &
incipiunt consuetudines reg. in vsi. feud. & glo. in præal
leg. c. 1. in tit. quo tempo. miles. videtur probare, quòd
omnis excommunicatus est infamis. non autem intelli-
gas de infamia vasalli, quia tunc vasallus non est alle-
uiandus, imò magis puniendus & aggrauandus, ne de
dolo suo commodum reportet, l. siue hæreditaria. ff. de
neg. gest. & l. relegatorũ. ff. de interdic. & releg. & c. in-
51 telleximus. ext. de iudic. ¶ † Tertia est cã, scilicet, quãdo
inimicitia capitalis est orta inter dominum, & vasallum:
Nam tunc vasallus excusaretur. ita probat tex. in d. c. 1.
in verbo, inimicitiæ. in tit. quo tempo. miles. quod limi
tetis, quando inimicitia est orta absque culpa vasalli,
alioquin, si præcessisset eius culpa, non esset excusatus,
l. si merces. §. culpæ. ff. loca. Leuis autem inimicitia cau-
sata inter dominum, & vasallum non habet eum excusa
re, secundùm Bal. & omnes in d. c. 1. ¶ Quæ autẽ dicatur
inimicitia capitalis, habetur per glo. in l. licèt. ff. de arbi.
& idẽ, si esset orta inimicitia inter vasallum & tertium,
absque tamen culpa ipsius vasalli, intantùm, quòd non
esset tutus accessus ad dominum propter inimicos capi
tales vasalli: nam tunc vasallus excusaretur. c. accedẽs.
ext. vt lit. conte. Addite Io. Ray. in d. c. imperialem. §. præ
terea si quis. dicẽtẽ ꝙ idẽ esset, si esset guerra in patria, ita
ꝙ vasallus sine periculo uitæ non posset habere accesũ
ad dñm. Nã tunc excusaret̃ ipse uasallus. Vel si dñs esset
in loco pestificato. per not. in l. de ætate. ff. ad Treb. &
ꝑ gl. in c. ad supplicationẽ, ext. de renun. An aũt genera
les guerræ existentes in patria habeant excusare à per-
sonali comparitione, uide pulchram decisionem Dom.
de Ro. sua conclu. 212. incipiente. Item guerræ genera-
52 les. ¶ † Quarta causa est absentia. ita ꝓbat tex. in d. c. 1. in
uerbo, absentia. & si intelligitis de absentia uasalli, intel
ligatis hoc uerum, quando uasallus est absens causa rei
pub. uel alia iusta, & probabili causa. alioquin, si esset
absentia uoluntaria, non excusaretur, per ea, quæ haben
tur in l. fi. ff. de in integrum resti. Si uerò intelligatis de
absentia domini; tunc talis absentia siue sit iusta, siue in-
iusta, habet excusare uasallum, quia non tenetur sequi
dominum. l. Mæuia. & l. fi. ff. de annu. leg. Ita dicunt Bal.
& cæteri Doc. in d. c. 1. & ipsemet Bal. referendo quen-
dã tex. Iac. Aurelianen. dicit in c. 1. .n prin. in titu. quæ sit
prima causa benefi. amit. ꝙ Lombardi non tenentur trã
sire alpes pro petẽda inuestitura, uel propter hostem, qđ
53 notetis. ¶ † Sed quia dixi uobis supra, ꝙ pupillaris ætas
excusat in ista materia, quæro, quid si pupillus esset do-
li. capax, & proximus pubertati? quidam dicunt eum nõ
excusari, per l. impuberẽ. ff. de fur. Sed uos determinabi
tis contrariũ: quia lex eum excusat, qñ est minor. 14. an-
nis. c. imperialem. §. præterea si qs maior. in titu. de ꝓhi.
alie. feu. per Fede. sicut in simili dicimus in testamento.
l. qua ætate. ff. de testamen. Et pro hac parte facit, quia
quamuis sit doli capax, tñ nõ astringitur ad iuramentũ
54 fidelitatis, sñ Guil. & Bar. in l. q iurasse. de iureiu. ¶ † Sed
ponamus, quòd Princeps sit extra patriam suam, & dimi
sit ꝓcuratorem, seu commissarium spãlem ad recipiendũ
inuestituras, & renouationes inuestiturarũ, nunquid ipse
Princeps per suum procuratorem, seu commissarium po
terit recipere ipsas inuestituras, seu renouationes inue-
stiturarũ? Cõcludite ꝙ sic. per tex. in c. 1. §. sed utrũ, in tit.
per quos fiat inuesti. & ita determinat Ioan. Ray. in d. §.
55 præterea si quis maior. ¶ † Sed ponamus, ego teneo
feudum ab uno domino, & ille tenet feudum ab alio
domino superiore, & istud appellatur retrofeudum, an
erit fienda inuestitura à domino immediato, quia ille est
proximus dominus ipsius tenẽtis feudum? Habetis tex.
in d. §. pręterea si quis. expressè dicentẽ, quòd à proprio
domino est petenda inuestitura. Et ita vult Io. Ray. in d.
§. pręterea si quis. Quod pleniùs examinabo vobis infra,
qñ tractabo de feloniis, quas committunt vasalli contra
56 dños. Et aduertatis, † quia quãdo vasallus vadit ad dñm
pro petendo inuestituram, vel renouationem inuestitu-
ræ, debet eum adire honorificè, ut ꝓbatur per text. pul.
chrũ in c. Obertus. in ti. in qui. cau. feu. ami. vbi tex. dicit,
quàm humiliter, quàm benignè, quàm debeat se deuotẽ
vas. habere erga dominũ suũ. & tex. in c. 1. in tit. de mil.
vasal. qui contu. est in li. feu. dicit, quòd vasallus salua
reuerentia debet conuenire dominum. Et ꝙ hoc casu
vasallus debeat ire ad dominum honorificè, tenet glo. in
c. 1. §. fi. qui incipit, nulla. in glo. magna. in ti. per quos fi.
inuesti. Sed Iac. de Bel. in d. §. nulla. dicit, quòd vasallus
hoc casu debet ire cum pompa ad dominum, quando
consuetudo ita se habet, aliàs secus. argu. l. testamenta. C.
57 de testa. ¶ † Quæritur in quorũ præsentia, & testimonio
vasallus debeat petere inuestituram, seu renouationem
inuestituræ à domino suo? Glo. magna in d. §. nulla. di-
cit, quòd est petenda coram paribus curiæ, vel quibusli-
bet aliis testibus, plus dicit illa glo. quòd valet inuestitu
ra sine testib. Sed hoc vltimum damnant Iaco. de Bel. &
Doct. ibi, quia testes sunt necesarii pro huius actus solẽ-
nitate. c. 1. in tit. qui test. sunt necessa. ad proban. inuesti-
turam. Circa tamen principalem quæstionẽ sic concludi
te, quòd aut agitur de inuestitura noui feudi, & tunc re
quiruntur duo vel tres testes ex paribus curiæ, id est, ex
conuasallis eiusdem domini, & sub eodem domino con
stitutis. c. 1. in prin. & in §. 1. in ti. quid sit inuesti. & pote-
rit ista inuestitura fieri sine scriptura, nisi agatur inter pa-
res, quòd fiat scriptura, iuxta l. contractus. C. de fide in-
stru. & tũc fiet scriptura à duobus, vel tribus curiæ signa
ta, & ista scriptura feudorum appellatur breue testatum,
d. c. 1. post principium. in tit. quid sit inuesti. Et prædicta
intelligatis procedere, si dominus habet tales pares cu-
riæ, alioquin sufficerent alij testes etiam extranei. d. c. 1.
in titu. qui test. sunt neces. ad proban. inuesti. Si verò age
retur de renouatione feudi veteris, tunc coram quibus-
cunque testibus, etiam extraneis, exclusis tamen mulieri
bus, posset fieri ista renouatio inuestiturę. d. c. 1. proximè
58 allegato. ¶ † Itẽ quæro de quæstione quotidiana, vtrùm
pro inuestitura feudi debeat solui laudemiũ dño, quod
in aliquibus partibus appellatur trezenũ? quidam dicũt
quòd sic, exemplo eius, quòd dicimus in contractu em-
phyteotico, in quo soluitur laudemium domino. l. fina.
§. & ne auaritia. C. de iure emphy. Vos concludite in ista
quæstione, quòd si agatur de renouatione feudi antiqui,
puta per mortem Principis, vel mortem vasalli, quibus
casibus est petenda renouatio inuestituræ, hoc casu nul-
lum laudemium debet solui domino: & ideò si mortuo
patre filius petat renouationem inuestituræ, non tene-
tur soluere laudemium domino. Ita tenet Bal. in c. quæ
in ecclesiarum. ext. de consti. & Ioan. Ray. in §. præterea
si quis maior. in pen. col. aut agitur de inuestitura noui
feudi. puta, quia vasallus alienauit feudũ, & emptor pe-
tit à dño, vt eum inuestiat, an hoc casu debeat solui lau
59 demium? quidam dicunt quòd non: † quia feudum non
debet acquiri per pecuniam, sed amore & honore domi
ni. Ita probat text. in c. 1. in titu. de feu. da. in uic. leg. cõ-
missoriæ. Et pro ista parte facit, secundùm Iac. de Bel. &
Nico. de Neapo. in c. 1. in tit. de benefi. fra. quia collatio
feudi, quando fit à domino nobili debet, esse mera & li-
bera, & ab omni remuneratione pecuniarum absoluta.
§. illud. in Auth. vt constet quę de digni. Propriũ enim,
& peculiare Principis est liberaliter donare. c. 1. extra
de donatio. Sed si collatio feudi fiat ab humili, & in-
fimo domino, semper habet annexam remunerationem
pecuniariam. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pe-
titio

titio.hæredi. & l. si verò non remunerandi. §. Papinianus.ff.mand.Bertr.Capr.in præalleg.c.1.in tit.de benefi.fra.dicit,quòd licèt glo.ibi teneat,quòd feudum non possit acquiri à domino per pecuniã, ita bene ab alio, tamen dicit,quòd etiam à domino potest acquiri ꝑ pecuniam,per tex.ad hoc notabilem,in.c.1.in verbo,rede merit.in tit. quemadmo. feud. ad fil. pertin. Ad d. c.1. in tit.de feu.da.in vi.leg.commissoriæ. ipse respondet, quòd verum est, quòd feudum non potest acquiri à domino per pecuniam,scilicet principaliter,sed in consequentiam bene potest acquiri. Quid dicemus?Iaco.de Bel.& Nic.de Neap.vt antea dixi in præalleg.c.1. in tit. de benefi.fra. dicunt, quòd feudum per pecuniam non potest acquiri à domino,ita bene ab alio.Sed Bertr.Caprioli est in opin.contraria, vt dixi supra. And.de Iser. in præalleg.c.1.de benefi.fra.& Iac.de Ardizo. in summa.in 5.char.sub regula,vtrùm dominus pro pretio &c. tenent, quòd imò per pecuniam feudum possit acquiri à domino.Et in hanc sententiam inclinat Bald.in.d.c.1. de benefi.fra.dum dicit,quòd dominus potest vendere feudum,mediante pecunia,sed de vrbanitate debet abstinere. deinde dicit, quòd dominus debet concedere feudum pro pretio,sed modico, non autem debet concedere cum isto pretio. Postea dicit ipse Bal.quòd dominus non debet uendere feudum pro pretio, si tamen vendat,venditio valebit: & hæc omnia dicit ipse Bald. volens soluere contrarium de c.1.in tit.de feu.da.in vi. leg.cõmissoriæ,Iac.Alua.in c.1.in tit.de benefi.fra.tenet expresse,quòd etiam à domino possemus acquirere feudum pro pecunia. Et pro ista opin. quam audacter sequamini,allegatur in primis tex.in.c.fi.in primo tit.feu. & tex.in c.Titius.in tit.si de feu.defun.fue.controuer.& tex.in præalleg.c.1.non violando literam.in ti.quemadmo.feu.ad fil.pertin.& tex.in.c.1.& 2. in tit. de duo. fra.de no.benefi.inuestit.& tex.in c.1. in tit. de nat.feu. & tex.in c.1.in tit.de inuest.in ma. fac. Adducit etiam Iac.Alua.pro eadem opin.tex.in c.ad nostram.extra de reb.eccle.non alie. Adducit etiam optimam rationem, quia feudum æquiparatur militiæ.§.optimum. in Auth. de exhib.re. Et nos habemus,ꝙ militia potest emi pecunia.l.omnimodo.§.imputari.C.de inoff.testa.& l.fi.C.de pig.ergo & feudũ. ¶Istã opini.tenẽdo restat respõdere ad d.c.primum,in tit.de feu.da.in vi.leg.cõmissoriæ.cui respondebitis,quòd ideo sibi feudum non potuit acquiri per pecuniam:quia pactum.& conuentio ibi reprobatur à iure. Cæterum,si essemus in casu,in quo pactum, seu conuentio à iure non reprobaretur,tunc indistinctè posset feudum acquiri per pecuniam. & ista sunt de mẽte And.de Iser.in d.c.1.de benefi.fra.& qualiter frater in bene.fra.succe.& ex mente Iaco.Alua. & idem tenet Iaco.de Ardizo.in sua summa.circa 5.char.sub rubrica, quòd potest dominus verus dare feudum pro pretio.

60 ¶†Quæro nunc, nunquid in ista materia habeat locum ius retentionis,& prælationis?Vos scitis,quòd quando emphyteota vult vendere suas meliorationes,dominus præfertur offerendo tantum pretium, quantum emphyteota repetit ab alio.l.fin.§.1.C.de iur.emphy. & c. potuit.extra de loca.nunquid habeat locum, quando vasallus uendit rẽ feudalem,vt dominus præferatur alijs, offerendo pretium,quod uasallus ab alio repetit?Concludite,quòd talis redemptio est permissa domino,vel agnatis,veruntamen,quòd agnati præferantur domino in redimendo pro eodem pretio. est tex.nota.in c.1.§. porrò.in tit.quali. olim po.feu.alien. Vbi autem agnati refutassent,vel essent exclusi,vel non extarent, tunc indubitanter ius retentionis, & prælationis spectaret ad ipsum dominum.d.§.porrò. Aduertite tamen,quia tale ius prælationis,& retentionis amittitur per refutationẽ vel lapsum anni, tex. est nota. in d.§. porrò,quod bene

61 notetis.¶†Vlteriùs quæro,statuto,vel consuetudine loci cauetur,quòd creditor possit capere tenutam in bonis debitoris,etiam feudalibus, & deinde vendere, & vltra statutum non procedit, nullamq́ue facit mentionem de domino, vtrùm hoc casu habebit locum dispositio d.§.porrò. vt sic dominus habeat ius prælationis, & retentionis,& possit prohibere venditionem fieri de re feudali?Glo.valdè nota.in d.§.porrò. determinat quòd sic:& illam glo.sequuti fuerunt Iac.de Bel.Nic.de Neapol.Bal.& Doct. communiter.tale enim statutum recipit interpretationem à iure communi.l.2.C.de noxa.& c.cum dilectus,ext de consue.no.in l.fin. §.in computatione. C. de iure delib.& hãc opi.sequitur etiã Iac.Alu. in d.§.porrò.

62 ¶ † Itẽ quæro de pulchra quæstione,vasallus tenens feudum hypothecauit illud, vel imposuit seruitutem in re feudali, cum autem vasallus uendit illud feudũ hypothecatum, uel in quo est imposita seruitus, dominus vult præferri pro eodem pretio, utrùm ipse dominus, si iure retentionis, & prælationis præferatur alteri emere uolenti, teneatur seruare illam hypothecã uel seruitutem?uidetur prima facie dicendum quòd sic: quia cum eodem pretio emat,& succedat in locum uenditoris, res debet ad eũ transire cum sua causa,& cũ suo onere.l.alienatio.ff.de contrahen.emp.& vendi. & l.traditio.§ 1.ff.de acquiren.re. do. & l.si debitor. C. de distrac.pigno.& l.si prædium.C.de euic.& l.via constitui. §.si fundus.ff.de serui.rusti.prædi. ¶Secundò, quia hypothecatio fit auctoritate legis. l. lex uectigali prædio dicta.ff.de pig. similiter seruitus imponitur auctoritate legis,ut no.in l.3.ff.de serui. tit.generali. ergo uidetur quòd dominus habeat seruare talem seruitutem, & talẽ hypothecam.Vos determinabitis totum cõtrarium:quia cum iure prælationis feudum deuoluatur ad dominũ, euanescit seruitus, & hypotheca, quia licèt uasallus in sui præiudicium potuerit onus imponere. l. & in prouinciali.C.de ser.& aqua.tamen in præiudicium domini non potuit tale onus imponere. tex est ualde nota.in c.1.§.quid ergo.in tit.de inuestitura. de re alie. fac. Et ita determinat Ioan.Blanchus de Marsilia,in summa sua feudorum,in titu.quib.mod.feud.amit. in ver.sed nunquid seruitutem.& ita etiam volunt Docto. in d.l.& in prouinciali.Et pro ista sententia facit,quia resoluto iure datorum,resoluitur ius acceptorum.c.1.§.rursus. in titu. de controuer. inuestit. & d.l.lex uectigali prædio dicta.& ita etiam tenuit Ioan.Ray.in d.c.imperialem.§. præterea si quis maior.in titu.de prohib.alien.feud.per Fede.¶Ad argumẽta supra in contrarium facta,respondebitis,& primò,dum dicebatur, quòd res transit cum sua causa, & cum suo onere, respondebitis, quòd hoc est uerum,quando transit iure priuati, puta,quia dominus simpliciter, & directò emit rem feudalem à uasallo. sed nos loquimur, quando feudum peruenit ad dominum, ut dominum iure sui dominij, quo iure habet ius retentionis, & prælationis, ut dixi, & isto casu in ipsius præiudicium non potuit imponi seruitus, uel hypotheca constitui in re feudali. ¶Ad secundum argumentum,dum dicebam,quòd hypothecatio, & impositio seruitutis fit auctoritate legis,ego respondeo fatendo,& ideo dum res feudalis stat apud uasallum,illa seruitus, & hypotheca tenet. sed quando feudum peruenit ad dominum, tunc extinguitur illa seruitus, & hypotheca: quia resoluto iure datoris &c. De hac materia habetur per Bertran. Caprio. & Iaco.de Beluis. in d.§.quid ergo. & in d. c. 1. §. rursus. Barto.autem in l. in diem. ff.de aqua pluuia arcen. in articulo prædicto, utrùm resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, sic distinguit, quòd quandoque ius datoris resoluitur de necessitate, maximè ex prouisione legis, & tunc resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. 3.

§.sed

§. sed & Marcellus.ff. de in di.adiec.Idem si facto vasal
li non ordinato.d.l.ex vectigali. secus si facto vasalli ad
63 hoc ordinato.l.bouē.§.pignus.ff.de ędil.edi. †Aduerte,
quia quamuis vasallus imponat seruitutem in re feuda-
li,non tamen per hoc meretur perdere feudum:quia,vt
dixi suprà, solùm sibi præiudicat, non autem domino.
ita dicit Iaco.Alu.in d.§.quid ergo.quod notetis.¶Vos
limitabitis conclus. prædictam procedere, videlicet qñ
dominus non tenetur seruare seruitutem impositam per
vasallum in re feudali,scilicet, quando feudum reuerti
tur, seu deuoluitur ad dominum ut dominum, secùs si
reuertitur ad eum vt priuatum,veluti,quia vasallus do-
nasset feudum ipsi domino,vel instituisset dominum hæ
redem in illo feudo. nam tunc dominus bene tenetur
seruare ipsas seruitutes. arg.l.ex qua ꝑsona.ff.de re.iur.
& ita determinat Ioan.Ray.in suo compendio feudo. in
c.imperialem.§.habito,circa.20.col.allegat no.per Pet.
de Bellaper.in l.3.ff. de serui. ti. generali. Bene faciunt
not.i l.& in prouinciali.ff.de serui.& aqua.¶Per præmis
sa infertur ad affranchimenta, quæ faciunt aliquando
vasalli hominibus suis. quia si feudum postea reuerta-
tur ad dominum vt dominum,certè dominus non tene-
bitur seruare illa affranchimenta,per regulam prędictā,
quia resoluto iure datoris &c. Et ita in ꝓprijs terminis
determinat Io.Ray.in d.§.habito.in illa.20. colum. vbi
dicit, ꝙ cū quidā vasallus hominibus suis remisisset cer-
tū auxiliū sibi debitum de certis hominibus armorum
equitibus, & postea feudū fuisset deuolutū ad dominū
superiorem,fuit determinatū, ꝙ dominus nō tenebatur
seruare illam remissionem,seu illud affranchimentū, &
ad hoc allegat specialiter tex.in d.c.imperialem.§. præ-
terea.& in §.callidis.in verbo,liberè reuertat̄,licèt glo.
ibi aliter intelligat illum tex.Ego addo vobis Bal.con-
cor.in l. fi.§.sed quia nostra maiestas.in fi.C.communia
de leg. vbi dicit, quòd quidam miles tenens feudum à
domino alienauerat certos homines illius feudi:dein-
de euenit casus, quòd feudum fuit reuersum ad domi-
nū, determinat,quòd illa alienatio non præiudicabit
dño,per d.§.rursus.in c.1.in tit.de contro.inuesti. Et est
optimus tex.in c.1.§.præterea. in titu,quib.mod.feud,
amit. nam secundùm Bald. in loco supra proximè alle-
gato,ille, qui omnino non habet liberum dominium,
nō pōt liberè alienare, sed solū cū qualitate & cōditio-
ne sua. Addite ēt ad passum de affranchimēto in d. l. lex
64 vectigali. ¶†Sed an,quādo feudū aliqua de causa reuer
titur ad dñm, teneatur ipse dominus soluere debita va
salli?Concludite ꝙ non,quia etiam agnatus, qui succe-
dit agnato solū in bonis feudalibus,nō tenetur soluere
debita agnati defuncti.tex.est ad literam in c.1. in titu.
an fil. vel agna. ergo eadem ratione non debet teneri
dominus.& ita notabiliter determinat Ia.Alu.in d.c. 1.
in §.quid ergo,circa fi.com.in tit.de inue.de re.alie.fac.
65 quod notetis perpetuò.¶† Nunc quæro,vtrū,qñ domi-
nus inuestit vasallum,vel renouat illi inuestituram,pos
sit ipse dominus in renouatione inuestituræ,vel in pri-
ma inuestitura apponere aliqua pacta insolita,veluti, ꝙ
ipse vasallus teneatur dominum ad missam associare in
diebus festiuis, vel vasallus vult,ꝙ in inuestitura appo-
natur pactū,ꝙ etiam fœminæ succedant in ipso feudo,si
cut masculi?Concludite quòd talia pacta insolita, quæ
sunt contra regularem naturam feudi,bene possunt ap-
poni in inuestitura,ad hoc allego vobis tex.in c.1. in §.
fi.in tit.quid sit inuestitura. in vsi.feu.bene facit. c. 1. in
in fi.in tit.qui.mo.feu.ami.& in c.1.in ti.de nat.suc.feu.
In dubio tamen concessio feudi intelligitur facta secun
dùm propriam naturam feudorum, & secundùm re-
gulares consuetudines feudorum.d.§.fin.& solita bene
præsumuntur apposita in inuestitura, non autem inso-
lita,l.fin.in verbo quotidiano vsu.C.de fideiuss.& c.cùm

M.Ferariensis.ext.de consti.allegāti ergo pacta insoli-
ta incumbit onus probandi,vt volunt omnes Doc. in d.
§. fi. & per illum tex. in tantum quòd Iac.de Belu.Bal.&
Aluaro.in d.§. fin.dicunt, quòd alleganti talia pacta in-
solita, & extranea fuisse apposita in inuestitura, non de-
beret deferri iuramentum in supplementum probatio-
66 nis, quod nunquam exeat memoria.¶ † Item notetis in
hac materia,quòd si oriatur dubietas super concessione
feudorum,talis dubietas est relinquenda interpretatio-
ni consuetudinis,vt sic secundùm consuetudinem,& sim
plicem naturam feudorum intelligatur facta concessio
ꝑ dominū, & vasallū ad id se obligasse, siue sit dubietas
iuris,siue facti.l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de Aedil.
edic.& d.l.fi.C.de fideius. Ita voluit Ia. de Bel. Bald. &
omnes in d.§.fi.¶Sed ponamus,quia dixi suprà,pacta ēt
insolita posse apponi in inuestitura feudi, quod etiam
est de mente Bal.in l.post certi.C.de liberali cau.vbi di-
cit,quòd natura feudi pactis augetur & minuitur,allegat
l.2.C. de iure emphy. debet limitari nisi talia pacta sint
contraria dispositioni iuris communis.l.pacta quę con-
tra. C. de pact.& l.iurisgentium. & .l. si vnus. §. sed si
67 generaliter.ff.de pact.¶† Sed an in inuestitura possit do
minus apponere pactū, quòd vasallus teneatur pulsare
coram domino de cythara vel alio instrumento? And.
de Iser.& Iac.Alua.in d.§.fi.in ti.quid sit inuestitura. de-
termināt quòd sic,dummodo hoc fiat ob aliquam honē
stam & iustam causam,alioquin histrionibus non est lici
tum donare.c.donare.86.distin.¶Quid autem si vasallo
obligato ad pulsandum, vel ad sociandū dominam die-
bus festiuis superueniat aliqua dignitas, ita quòd nō sit
ei honestum hoc facere,an erit tunc excusatus? Iac. Al.
in d.§.fi.determinat quòd sic,per l.2.C.vbi Sena.vel cla.
Idē si ætas vasalli non pateretur.l.2.C.de fun.pa.lib.11.
Idem si superueniret infirmitas. l. arboribus. §. de illo.
ff.de vsufru. Debet enim seruitium esse conueniens va-
sallo,& consideratur ex ętate & dignitate,& valetudine,
& an esset illi magnum incommodum hoc facere, vel
ignominia, vel esset inhonestum.Ad hoc allegabitis.l.
patronus q.ff.de o pis liberto.& l.eius.eo.ti.& l. Nepos
Proculo.ff.de ver.sig.& l.si cū dies.§.pe.ff.de arbi.l.fi.C.
de oper.liber.& l.qđ ex liberta.C.de oper.libe.& l.si lo
cus.ff.de iudi.& l.si in factū.ff.de vsuf.Aduertite tñ,quia
in casibus ꝑdictis vasallus tenet̄ seruire per substitutū,
per l.ad similitudinem.C.de episco.& cleri.& per l. fin.
68 C.de princip.agent.in rebus.lib.12.¶†Sed quid si in in-
uestitura sit appositū aliquod pactū impossibile vel pro-
brosum? Concludunt præfati Doct. in d.§.fin.quòd per
tale pactum vitiabitur inuestitura. quia tale pactum ap-
positum in contractu vitiat ipsum contractum.l. non so-
lùm.ff.de actio.& obligatio.& §.si impossibilis. Insti.de
69 inuti.stipula.¶† Sed ponamus, quòd in inuestitura sit ap
positum aliquod pactum turpe vel probrosum,& nihilo
minus dominus tradidit possessionem feudi vasallo, an
vasallus poterit illud retinere, an dominus verò repete-
re?And.de Iser.in d.§.fin.dicit, quòd vasallus poterit ta
le feudum retinere.mouetur,quia in pari causa turpitu-
dinis est melior conditio possidentis.l.3.& l.4. & l. pe.
ff.de condi.ob.tur.causa.& licèt ab ista opi. non esset re
cedendum,tamen ego reddo dubitatissimā,per l.si mili
tem.C.de condi.ob tur.causam. Item quia licèt ex par-
te vasalli versetur turpitudo,tamen ex parte domini nō
versatur aliqua, ergo dominus debet posse repetere per
condi.ob.caus.facit quod habetur in c. qui venatoribus
86. distinctio. Dicit tamen eleganter Iacob.de Ardizo.
Veronensis in sua summa feudo. in ti.qui mo.feu.acqui.
sub rubricella,de feudo,quod datur ad certum seruitiū,
quòd quando dominus in inuestitura apponit aliquod
pactum illicitum, vasallus loco illius pacti illiciti tene-
tur ad aliquod licitum, ne istud totum cedat sibi lucrū.
arg.

70 arg.l.legatum.ff.de vsufruc.lega.quod notetis. ¶†Item addite,quòd postquam est confectum instrumentum inuestituræ,non potest dominus inuito vasallo,nec econtra vasallus inuito domino,apponere aliquod pactum insolitum,arg.l.fi.C.arbit.tute.& l.cum satis. §.caueant. C,de agri.& cēsi.lib.11.Et ideo dicit Spec.in tit.de feu. §.quoniam super homagijs. quòd in homagijs nō debet induci aliqua nouitas.optimè facit quod no.Bal.in c.1. in verbo,sicut domino. in tit.quali.vasal.iura. deb.fide. Et ad propositum dicit eleganter Bal. & cæteri sequuntur in c.1.in fi.col.in tit.de feu.Guar.& Castal.in vsi.feudo.quòd si per impressionem, vel errorem recognitio feudi sit facta,aliter quàm more solito, talis recognitio
71 nocebit posteris,quod dictum tenete menti. ¶†Sed restat quęrere. Ponamus quòd dominus faciat pactum cū vasallo, quòd non possit illi dominus auferre feudum propter aliquam feloniam,seu ingratitudinem, an tale pactum valebit? Videtur prima facie dicendum quòd sic:quia nos habemus, quòd verba contractus sunt subtiliter consideranda.§.nos igitur.ibi, subtilius considerantes.in Auth.de resti.fidei. & tex. in c.si cui militi.tit. de capi.Corrad.dicit hæc verba. Tenorem inuestituræ considerantes,& vim verborum, ac sensum partium intuētes.Ad idem optimè facit tex.in l.1. §.si conueniat.ff. deposi.In contrarium facit,quod not.Spec. in tit.de dona.in §.1.ver.quid si actum est.Ego reperio istam conclusionem in indiuiduo tangi per Bal.in 1.& 2.l.ff.de re.di uis. vbi dicit,ꝙ quando felonia commissa per vasallum est crimen,seu delictum,tunc tale pactum nihil valet:qa daret materiam delinquendi, contra.l.conuenire. ff. de pact.dot.& l.si vnus.§.illud nulla.ff.de pact.¶Sed si esset quæstio exhibendæ reuerentiæ,bene valeret: quia reuerentia,quæ debetur iure contractus,non autem ratione personæ,bene potest pacto remitti,alleg.l.si quis crediderit.ff.de pact.Idem Bal.in c.1.in 2.col. in verbo, porrò,in tit.de feu.Guar.& Castal.arguit ad partes, & tandem videtur concludere, ꝙ si esset ingratitudo contractus,veluti quia vasallus intra tempora debita non petijsset inuestituram,vel non præstitisset seruitia, tunc sm̄ eum valebit pactum,& remissio. Nam secundùm eum, ista remissio seruitiorum est modificatio obligationis nascentis:si verò esset ingratitudo delicti,tale pactum remissiuum nihil valeret d.§.illud nulla.& d.l.conuenire. Ad præmissa vide Io.And.in addi.ad Spec. in rub.ext. de feu.in quadam addi.incip.extat,vide etiam Iac.Alu.
72 in d.c.1.§.fi.in tit.quid sit inuest.¶†Addite quòd non tm̄ valeret pactum appositum inuestituræ, quòd pater perdat feudum propter delictum sui filij: quia pœna imponenda est delinquenti, & non obedienti propter delictum tertij. Ita dicit Bal.in l.1.circa 4.col.de his quæ pę næ no.allegat tex. in l. paterfamilias testamento. ff. de hæred.instit.Sed an valeret istud pactum,quòd iuramentum fidelitatis non præstitum,nec propter alia seruitia vasallitica, nec propter aliud quicquā, ꝑ quod feudū perdi soleat,vasallus non priuetur feudo, sed teneatur in certam pœnam pecuniariam?dicit tale pactum valere, ita ꝙ propter alienationem feudi,irrequisito domino factam,vasallus nō amittet feudū. Ita tenet Io.And. in addi.ad Spe.in rub.de feu. & in l.1.§.si conueniat.ff. deposi.& in c.1.in tit.de feu.non hab.prop.nat.feud. &
73 hanc sententiam sequitur Alua.in d.§.fin. ¶†Dubitatur etiam, an valeat huiusmodi pactū appositum in inuestitura.s.quòd vasallus ad nullum seruitium teneatur? Cōcludite tale pactum valere,per tex.in c.1.§.nulla. aliàs in c.nulla,in tit.per quos fiat inuest.& per tex. cum glo. magna,in princ.in c.fin.in tit.de capi. qui curiam vend. Addite tamen,quòd tale feudum eisdem modis,& causis,& culpis amittetur per vasallum, sicut & reliqua feuda.Ita dicit And.de Iser.in c.vnico.quod incipit,Obertus.in tit.in qui. cau.feu.amit. Et hoc dictum sequitur,& cōmendat Alex.de Imo.in suo cons.30.in vlt.col. in pri
74 mo vol.¶†An autem,quando alicui vasallo conceditur feudum,per hæc verba,Concedo tibi talem rem in feudum nobile,gētile,& francum,talis vasallus,& eius successores erunt astricti præstare domino sacramentum fidelitatis?Io.And.in addi.ad Spec.in rub.de præscrip.in pen.& in fi.col.determinat quòd sic: quia licèt tale feudum sit francum,à seruitijs tamen non erit liberum, neque francum in his,quæ sunt de natura,& forma curiali fidelitatis.quod dictum notetis; posset tamen dominus expresse pacisci,quòd ipse vasallus non teneatur pręstare iur̄m fidelitatis.d.§.nulla. ¶Itē si Princeps concedat, seu donet alicui vnum castrum cū pleno,& oīmodo dominio directo,& vtili,nihil sibi reseruādo,nec appareat aliqua mentio ipsius vasalli,talis donatio non valebit,ꝑ ea,quæ vult Bal.in proœm.feud.in ver.expedita definitione,& est de mente eiusdem Bal.in commen.pac.Cōstan.in verbo,Successorum. Et ita voluit Io.de Imo.in rub.ff.de verb.oblig.& Alex.in l.filio quem pater.ff.de
75 lib.& posthu.& attestatur se ita consuluisse. ¶†Videndū est etiam, nunquid,quando vasalli iurauerunt fidelitatē alicui Comiti,vel Baroni, possit ipse Comes,vel Baro ipsis vasallis suis imponere collectā?Spec.in tit.de feu. §.quoniā.quasi ad fi.illius §.in ver.& nota, ꝙ vasalli Comitum & Baronum, dicit,ꝙ vasalli dominorum tenētur eis seruire in sex.Primò pro exercitu Imperatoris.Secūdo pro correra.i.quandò Imperator facit transitum per illum locum.Tertiò pro filia maritāda.Quartò pro militia pro se,vel filio suo.Quintò ꝓ captiuitate ipsius domini. Sextò,& vltimò pro terra,quam vult ipse Comes, vel Baro acquirere. ¶Pro parte cōtraria, quòd Comes, vel Baro vasallis suis non possit imponere collectā, seu taliā,adduco Bar.in l.1.in fi.col. C.de excu.mun.lib.x. vbi dicit,ꝙ illi,quibus concedūtur castra sub regimine, & protectione,& cum mero, mixtoq; imperio, & cum oīmoda iurisdictione,non possunt subditis taliam, seu collectam imponere. & ideò dicit, ꝙ in capitulis inter Archiepiscopū Mediolanen.ex vna parte,& N.de Vbaldis ex altera dictum fuit,ꝙ castra occupata per ipsos de Vbaldis,remanere deberent sub eorum regimine,& ꝓtectione,& cū mero,& mixto imperio. Et tm̄ propter hoc hoībus illorum castrorum non poterunt imponere collectam,& ibi declarat,quid importent ista verba, Sub regimine,& protectione. ¶Secundò pro hac parte adduco Bal.in l. cum multa.in fi. col.C. de bo.quæ lib.vbi q̄rit,an dn̄s pro sua necessitate possit vendere rem sui vasalli?& arguit quòd sic,quia quæ ipsius vasalli sunt,& eorum esse cognoscant. l.2.& fi. C. in qui. cau.colo. censi. domi.acc. poss. lib.11.Tandem dicit contrarium esse verius,quia dn̄s non potest subditis suis imponere collectam.Non obstant iura proxi.allega. quia intelliguntur quò ad protectionem,& defensionem,non autem quòd exactionem taliarum, qa cum talis exactio taliarum sit de regalibus,cōpetit soli Principi.l.placet. C. de excu. mune.lib.10.& l.1. C. de superindic.eo. li. Addit ibidē, ꝙ in eadem sn̄ia fuit Ricar.Malum.qui dicebat hoc esse multū notan.¶Tertiò pro hac parte adduco Bal. in l. hi quibus.C.de fideicom.lib. vbi dicit, quòd dn̄i terrarum non possunt subditis suis imponere angarias, seu collectas,nisi ex consuetudine,vel cōuentione:nam(sm̄ eum) determinata seruitia suis finibus debent esse contēta, allegat Archi.in c.dilecto.ext.de off. Archid.& l.cum satis.§.caueant.C.de agri.& censi.lib.11.Et idem Bal. in l. ex hoc iure.ad fi.col.ff.de iusti. & iur. quærit de tali q. vtrùm,qn̄ Princeps subditis suis imponit collectam, inducatur obligatio naturalis? Ipse rn̄det,quòd si illa impositio collectæ concernit publicam necessitatem:tunc bene inducit̄ obligatio naturalis,secus si cōcernat effræ

natam voluntatē Principis.Subijcit ibidē,quòd olim ru
stici Imperatori non soluebant nisi modicũ æs,puta,26.
denarios pro quolibet capite seu fumāte.Et ita vult gl.
in l.ager.§.1.ff.de verb.sign.Hodie verò secundùm Bal.
probo.dolore Principes sanguinem populorum exhau
riunt,expellunt,excoriant,& vix precariũ dimittũt spiri
tum.Albe.de Rosa.in rub.ff.de munc.& ho.circa 7.car.
dicit hæc verba.Hodie propter longam vacationem im
perij Reges,Comites,Barones,& alij dominātes & cru-
deles Tyranni subditis suis imponunt collectas pro li-
bito voluntatis, nulla etiam necessitate vel vtilitate vr-
gente,nedũ laicis,sed etiã ecclesijs & eorũ bonis,maxi-
mè in Italia, quę (secundũ eum) nulla lege,nulloque or
dine gubernatur.In isto puncto cõcludo, quòd nobiles
domini terrarũ nõ possunt subditis suis imponere colle
ctã, nisi hoc ius habeant ex consuetudine, vel ex pacto
seu conuentione. De hoc vltimo non est dubiũ.l.1.§.
si conueniat.ff.depositi.Non est ẽt dubium, ꝙ ex cõsue-
tudine possint acquirere ius collectandi,vt vult Alber.
de Rosa.in rub.C.quæ sit long.cõsue.in 11.car.& confir
mo, quia in huiusmodi collectis attenditur cõsuetudo.
Ita dicit Bal.in l.1.C.de mulier. & in quo loco. & idem
Bar.in l.2.C. de incol.li.10.intantùm quòd ipse Bal.in l.
vnica.C.de auro coronat.lib.10. dicit no.quod valet cõ
suetudo,quòd forenses,qui possident prædia in alieno
territorio,teneantur ad custodiam,sicut incolę illius lo
ci.Prædicta procedunt maximè,si esset cõsuetudo colle
ctandi visitata per tempus,cuius initij memoria non ex-
tet in contrarium:quia tunc haberet vim priuilegij.c.su
per quibusdam.§.pręterea.ext.de verb.sig.& l.hoc iure.
§.ductus aquę.ff.de aqua.quoti.& æsti.Cessantibus autē
consuetudine, & conuentione,in secreto iuris tenetur,
quòd nobiles domini terrarum non possunt subditis im
ponere collectam.Ad præmissa videatis Alexa.de Imo.
in 2.volum.consi.35.Redeo nunc ad id, quod determi-
nat Specu.in ti.prædicto de feu.§. quoniam.ver. & not.
ꝙ vasalli Comitum:& reperio Roffredũ in sua summa,
in ti.de villanis.& in ti. sacramentum cuiuslibet vasalli.
in §.iste.Ergo tenete opi. Spe.in d.§.& notat.Eadẽ opi.
tenuit Ioan. Blan.de Marsi.in sua summa, in tit.qui.mo.
feu.amit.circa 4.car.in §.erunt autem.sequitur opi.Spe.
supra alleg.& eam comprobat per multa iura,excipit ta
men casum de militia: quia in illo casu tenet, subditos
non teneri ad illam expensam contribuere:quia domi-
nus militiã assumit pro libito voluntatis:vnde cũ volun
tariè hoc faciat, non est illi subueniendum.l.2.§. si quis
cum possit.ff.si quis cau.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.
qui satisda.cog.Et plenius tractat ipse Io.Blan.hanc ma
teriã,quàm viderim scriptum ab alio.¶ Sed Petrus Ia-
cobi in sua summa,in titu.de causis ex quibus vasallus,
quantum est de iure scripto &c.in §.audiui. expressè tẽ
net contra opi.Spe.& sequaciũ,dicens ista nõ procedere
de iure,nec iusta seu rationabili cõsuetudine,imò dicit
ꝙ illi, qui ista scripserunt, malum exẽplum prębuerant
ad subiugãdum pauperes subditos. Et contra opi.Spe.
addit tex.in d.l.cum satis.§. caueant.C.de agri. & censi.
lib.11.vbi tex.dicit,ꝙ dominus subditis suis non debet
inferre molestiam in imponẽdo eis collectas, neque in
angariando eos,nisi ad solita.Item dicit,quòd opi.Spe.
& sequacium non probatur lege: ergo hoc dicere non
debemus.l.illam.C.de collat.Addite,quòd Ioan.An.in
addi.ad Spec.in d.ver. & nota quòd vasalli Comitum,
dicit nonnullos tenuisse contra determinationem Spe.
maximè in 3.4.& 6.casib. Nam circa subsidium ad filiã
maritandam dicit,quòd illi tenentes opi.contrariam,di
cunt se non videre,quare Spe.ita dixerit:nam mater nõ
tenetur dotare filiam,vt habetur in l.neque mater.C.de
iure do. Item frater non tenetur dotare sororem l. cum
plures.§. pc.ff. de admi.tut.ergo multò minus subditus

debet teneri ad maritandum filiam Domini. Item quià
officium paternũ est dotare filiam,l.fi.C.de do. promis.
& l.qui liberos.ff. de rit.nupt.& l.obligamur.§. lege.ff.
de ac.& oblig.si ergo est officium paternum,certè vasal
lus seu subditus nõ debet ad hoc teneri. Addite Bal.in
c.1.§.similiter.in ti.de capi.Corra.vbi per illũ tex.dicit,
ꝙ vasalli non tenentur pręstare adiutorium dño suo, q̃n
maritat filiam suam,nisi super hoc esset specialis consue
tudo.nam cũ ille tex.in §.similiter.dicat vasallos teneri
ad pręstandũ adiutoriũ in illo casu expresso in illa lite-
ra,certè benè sequitur, ꝙ in alijs nõ debẽt teneri.ar.l.fi.
C.de pac.q̃ super dotẽ.Hanc eãdem opi. tenuit Pau. de
Ca.in l.fi.C.de statu.& imagi.& in l.neminem.C. de sa-
cros.Eccles. in quibus locis dicit, ꝙ q̃n dominus habet
supportare aliqua onera,puta onus maritãdi filiam, vel
aliud onus, debet huiusmodi onus supportare de suis
bonis,non aũt in hoc grauare subditos.Item super casu,
de quo loquitur Spe. scilicet,q̃n dominus vult acquire
re terram,quo casu dicit Spe. vasallos & subditos tene
ri præstare adiutorium domino.Io.And.in addi.prædi-
cta refert nõnullos tenuisse contrariũ.mouentur ꝑ tex.
in c. licet vasallus.in tit si de feu. defun. fue. contro.in
lib.feu.vbi text.dicit,ꝙ licèt vasallus habeat pecuniam,
& sciat dominum indigere, vt soluat suo creditori, cui
promisit & iurauit soluere, tamen non tenetur ipse va-
sallus subuenire domino,& licèt non subueniat, tamen
non priuabitur feudo.Si ergo vasallus non tenetur hoc
casu subuenire domino,nec soluere debita dñi: multò
minus debet teneri pręstare subsidium domino,quando
vult emere terram. addatis ad præmissa, quòd Host. in
summa,in ti.de immu.Eccles.§.1.incipi.à quibus mune
ribus.paulò post prin.illius.§.sequitur opi. Spec.in d.§.
quoniam.ver.& nota.mouetur,quia homo cuilibet indi
genti tenetur subuenire ex præcepto dominico.c. non
satis.86.distin.& c.1.ext.de commo.ergo multò magis
vasalli & subditi tenenť subuenire domino in 6.casibus
superius recitatis.& subdit Host. quòd generalis cõsue
tudo quasi vbique ita seruat.Ia.Alua. in præalleg.c.1.§.
similiter.in fi.col.in titu.de capi.Corra.In primis refert
Bald.ibi tenere,ꝙ in casibus prædictis vasalli nõ tenen-
tur præstare auxilium domino, nisi super hoc sit specia
lis consuetudo.deinde ipse Iac.de hac materia se remit
tit ad no.per Spe.& Ioa.And. in addi.ad d.§.q̃n.ver.&
not.Remittit ẽt se ad no.per Roffre.in libellis suis.& ad
Ia.de Ardizo.in sua summa feud.in tit.quali.vasal.iura.
debe.fide.sub rubricella fi.& nihil aliud clarè determi-
nat circa præmissa.Io.Ray.in d.c. imperialẽ.§. firmiter.
in 18.& 19.col.in ti.de prohi.feu.alie. per Fede. reassu-
mit sigillatim dicta Spe.in d.ver.& nota.& in primis cir
ca subsidium, quod præstatur corredo Imperatoris vel
Regis,dicit,ꝙ illud est auxilium,quod ꝓstatur pro expẽ
sis,quando Princeps transit per aliquem locum,& vltra
consuetudinem,dicit hunc casum iuribus posse compro
bari:quia videmus,ꝙ Episcopi quando procurant,Papa
vel Legatus eis potest pro tali impensa imponere suis
clericis charitatiuum subsidium.c.cum Apostolus.& c.
procurationes,de censi.& c.accedentes.& c.cum ex offi
cij.de præscript.Item auxilium,quod pręstatur pro exer
citu Imperatoris vel Regis, est secundùm Io. Ray. quia
præstantur aliqua pro victu & succursu.& vltra consue-
tudinẽ dicit,hoc iure probari:primò per l. neminẽ.& l.
placet.C.de sacros.Eccl.Item per l.2.C.de cursu.publi.
76 li.12. † ¶Circa alium casum scilicet maritagij filiarũ,di
cit, ꝙ de cõsuetudine vasalli & subditi tenentur in hoc
præstare auxilium & adiutorium dño.& hoc(secundùm
eum)potest iure comprobari:q̃a pater tenetur de neces
sitate dotare filiã.l.qui liberos.ff.de rit.nup. & l.fi.§. de
dotis promis. vnde vasalli, & subditi tenẽtur præstare
subsidium dño, quando ex tali datione diminueretur
patri-

patrimoniū & ſtatus domini. Ad hoc bene facit, quod dicit Cy. in l. neque mater. C. de iure do. vbi dicit, quòd licèt mater regulariter non teneatur dotare filiam, tamen hoc fallit, quando mater eſſet opulenta & diues, filia verò eſſet valde inops: nam hoc caſu mater tenetur dotare filiam. Et prædicta Ioan. Ray. intelligit procedere, quando dominus faceret expenſas, puta, quia maritat filiam, ſecus ſi filius domini duceret vxorem: quia tunc dominus non dat, ſed recipit dotem, & ideo vaſalli & ſubditi non tenentur illi præſtare ſubſidiū. Ad præmiſſa allegat Ioan. Blanch. de Mar. in sūma ſua, in ti. qui. mo. feu. amit. in §. erunt etiã prędicta circa caſum militię. dicit ipſe Io. Ray. in loco ſuperius allega. quòd ſi dominus faciat ſe creari militẽ ex neceſsitate, puta, pro conſeruatione bonorum & nobilitatis ſui generis, iuxta l. 3. §. Præſes. & l. honorem. ff. de mune. & hono. tunc ſi ex hoc dominus efficeretur pauper, & diminueretur eius ſtatus, tūc vaſalli & ſubditi tenerētur pręſtare auxilium ipſi domino. Nã dicunt quidam, quòd propter paupertatem perditur nobilitas, quod nō placet, per l. humilẽ. C. de inceſt. & inut. nup. & tex. no. in l. nobiliores. C. de cōmer. & merca. vbi nobilitas & diuitiæ ponuntur vt diuerſa: diuitiæ tamen poſſunt eſſe cauſa impulſiua nobilitatis, & pſunt ad magnitudinẽ & potentiã: nam vt ait Philoſophus, Nil magnanimum pōt fieri ſine pecunia, de quo per Bar. in l. 1. C. de digni. li. 12. Si verò neceſsitas non vigeat ad aſſumendã militiam, tunc vaſalli & ſubditi non tenerentur pſtare auxiliū domino, quia imputetur ſibi, ꝙ nulla neceſſitate ſubſiſtente, fecit ſe creari militem. ar. l. itẽ hi qui. &
77 l. & qui data opera. ff. ex qui. cauſ. maio. ¶† Circa quintū caſum, videlicet captiuitatis domini, dicit Io. Ray. quòd ſi dominus non poſſet ſoluere ſuã redemptionẽ ſine magno, & graui diſpendio, & bonorum ſuorū diminutione, tunc vaſalli, & ſubditi tenētur conferre & pſtare auxiliū domino, vt ſe redimat ab hoſtibus. & vltra cōſuetudinẽ, hoc pōt iure probari: quia videmus, ꝙ Epiſcopi pp neceſsitatem imponunt clericis ſuis charitatiuū ſubſidiū, c. cū Apoſtolus. c. prohibemus. ext. de cenſi. & c. quia plerique. de immu. eccl. & c. non minus. & c. aduerſus. eo. ti. ¶Sed prædicta intelligatis pcedere, niſi dominus eſſet carceratus, ſeu detentus propter crimen ſuū, vel ad inſtãtiam creditorum, quibus non ſatisfacit, & faciunt ipſū dominū teneri in arreſto: vel ſi iurauit ſoluere creditori intra certū diem, & incumbat periculum, ne incurreret periurium: his etiam caſibus vaſallus non tenetur iuuare dominum, nec præſtare illi auxilium, c. licèt vaſallus. in ti. ſi de feu. defun. fue. contr. & c. fi. in ti. de alie. feu. pa. Ergo dominus extra caſus proximè dictos ſi eſſet captiuus apud hoſtes & inimicos, & non poſſet ſe redimere ſine magna diminutione ſui patrimonij, certè vaſalli & ſubditi tenētur illi præſtare auxiliū, facit tex. not. in c. 1. §. ſed ēt qui delator. ibi, & cognouerit dominum ſuū. in ti. quę ſit prima cauſa benefi. amit. in vſi. feudo. Aduertite tamen, quòd hoc caſu dominus debet petere ſubſidium moderatè, charitatiuè, & gratioſè, non autem cum
78 violentia. c. vnico. circa mediū. 10. q. 3. ¶† Circa ſextum caſum, quando dominus fecit acquiſimentū, id eſt, emit aliquam terram, concludit Ioa. Ray. in loco alle. quòd ſi acquirit illam terram pro ſuſtentamento ſuo, quia aliàs non bene poſſet ſuſtinere ſtatum ſuum: tūc vaſalli & ſubditi tenentur præſtare auxilium ipſi domino, quia tenentur ipſum inopem alimentare. l. alimenta. & l. fi. ff. de lib. agn. & l. Diuus Claudius. ff. de iure patr. de quo per Spe. in ti. de feu. §. quoniam. ver. 17. & Pe. Iac. in diſtinctionibus ſuis feudorum, ſua 7. diſtin. & per Bart. in ſuo tract. alimentorum. §. quæro an vaſallus habet. & in c. 1. poſt prin. in ti. de no. feu. Ergo eadem ratione debēt illi ſubuenire, quando emit terrã pro ſuſtentamento ſuo. Mart. de Laude. in d. c. 1. §. ſimiliter. in ti. de capi. Corra. ſequẽdo opi. Bal. dicit vaſallos & ſubditos non teneri præſtare auxilium domino in caſibus prædictis, niſi ſuper hoc ſit ſpecialis conſuetudo. Dominus Alex. de Imo. in ſuis apoſtil. ſuper l. placet. C. de excuſa. mune. li. 10. dicit vaſallos & ſubditos teneri in caſibus prædictis ſubuenire domino, qñ ex ſe non poſſet hoc facere, a legat Alb. de Roſa. ita tenere in ſuo alphabeto. ĩ verbo, dominus. Ego circa maritagium filiarū domini teneo opi. Specu. Hoſt. & aliorum præallegatorum, quam ſententiam ſequutus fui & in conſulendo, & in iudicando cum alijs præſtantiſsimis Doc. Et vt videtis quotidie, generalis conſuetudo habet, quòd vaſalli & ſubditi præſtant adiutoriū do-
79 mino, quando maritat filiã. ¶† Sed reſtat vna pulchra dubitatio, præſuppoſito, quòd de iure vel conſuetudine, vaſalli vel ſubditi teneantur præſtare auxilium in caſu prędicto, an teneantur præſtare ſubſidium domino, quando maritat filiam ſuam ſpuriam? Iſtam quæſtionem nō reperi tactã ab aliquo Scribente, pręterquam à domino Mar. de Lau. in c. 1. in ti. an apud iudi. vel curi. domi. quæſti. feud. termi. debe. vbi atteſtatur ſe conſuluiſſe quòd ſic. motus quia pater de iure cano. tenetur alimentare filiã ſpuriam. c. cum habet. ext. de eo qui duxit in ma. eam quam pol. per adul. Et ideo etiam tenetur eam dotare, per no. per Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. & per Bal. in Auth. ex complexu. C. de inceſt. & nefan. nup. Ego teneo totum contrarium, quia ſi dominus faciat fundamentū ſuper conſuetudine generali, de qua dixi ſupra, dico, ꝙ talis conſuetudo tanquam gratioſa non debet extendi de perſona ad perſonã, neq; de caſu ad caſum. Ita inquit Inn. & cæteri ſequuntur in c. fi. ext. de offi. Arch. no. in c. fi. extra de conſue. Itẽ habeo legem dicentem, ꝙ pater filiam ſuam ſpuriam non tenetur dotare. tex. eſt no. in l. vxorẽ. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. eſt bene verū, quòd Bal. no. in l. neque mater. C. de iur. do. ĩtelligit d. §. pater naturalis, procedere, qñ filia ſpuria non eſt inops, vel ex honeſto exercitio poteſt ſibi quęrere dotem. Nam his caſibus pater non tenetur eam dotare, aliàs ſentit ſecus eſſe. Sed quamquam iſta limitatio Bal. procederet adhuc, tñ idẽ ſentio quod ſupra, quia præſuppoſito, quòd pater teneatur eam dotare: tñ non tenetur ei tatū donare, quantum filię naturali & legitimæ, ſed ſolùm tenetur ad dotẽ correſpondentem alimentis. & ex hoc non multùm diminueretur honor & ſtatus Principis. Et ideo dicerem vaſallos & ſubditos nō teneri hoc caſu præſtare adiutoriū
80 domino. ¶† Sed adhuc ſupereſt alia pulchra quæſtio, præſuppoſito, ꝙ vel ex pacto vel conſuetudine, vaſalli & ſubditi teneantur præſtare auxilium domino, quando maritat filiam, an tenebuntur, quando ipſa intrat religionem? Ego in quæſtione facti cum pluribus alijs valentibus Doc. conſului, quòd ſic, mouebar authoritate Cyn. Alb. & aliorū Doc. in Auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. vbi dicunt, quòd bonum eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. inter corporalia. ext. de transla. Epiſ. Item magis eſt curandum de anima, quàm de corpore. c. præcipimus. 12. q. 1. & l. ſancimus. 2. C. de ſacroſ. Eccl. & §. fin autẽ. in Auth. vt cū. de ap. cog. Item Deus omnipotēs eſt nobilior omni alio viro abſque aliqua cōparatione. Si ergo ſubditi tenentur ad onus maritagij, qñ filia domini contrahit cū aliquo matrimoniū, ergo multò magis, quando contrahit cū Deo, vel ſaltē tenentur præſtare adiutorium domino in eo, quod eſt cōſuetum dari monaſterio in tali caſu, habita conſideratione perſonæ & onerum, quæ in ſimilibus conſueuerunt ſupportari. & ita conſului, & multi alij præſtantiſsimi Doc. ſe ſubſcripſerunt pro generoſis dominis Lucernæ.

SVMMAE.

1 Vaſallus ad quæ ſeruitia teneatur domino ſuo.

2 Vaſallus inueſtitus cum ijs verbis, Concedo tibi feudum liberum,

berum, & francum, an teneatur seruire domino in guerra, & an suis sumptibus.

3 *Vasalli an extra territorium domini teneantur dominum iuuare in guerra.*

4 *Dominus volens acquirere nouam terram, an possit cogere vasallos suos ad secum eundum.*

5 *Vasalli tenentur iuuare dominum pro defensione, seu recuperatione terræ propriæ, quantumcunque etiam sit remota.*

6 *Vasallus quando teneatur iuuare dominum in guerra.*

7 *Vasallus an teneatur iuuare dominum alium iniustè lædere volentem.*

8 *Vasallus an teneatur iuuare dominum se iniustè defendentem.*

9 *Bellum quando dicatur esse iustum.*

10 *Inferior à Principe, an possit propria auctoritate bellum indicere.*

11 *Vasallus habens plures dominos bellum gerentes, quem iuuabit.*

12 *Vasallus vasalli, quem dominum teneatur iuuare, an mediatum, an immediatum.*

13 *Vasallus contra quos teneatur iuuare dominum suum.*

14 *Vasallus an teneatur iuuare dominum, etiam contra patrem, aut fratrem.*

15 *Dominus an teneatur iuuare vasallum suum.*

16 *Vasallus clericus, an teneatur iuuare dominum temporalem in guerra.*

17 *Vasallus dimittens dominum in bello non mortuum, nec vulneratum, an veniat feudo priuandus.*

18 *Vasallus quibus casibus possit licitè dimittere dominum in bello.*

19 *Vasallus deserens dominum in bello, an si nullum dominum incommodum sequatur, debeat perdere feudum.*

20 *Duorum fratrum feudum ab eodem domino tenentium, si vnus deficiat, alter non, an satisfaciens excusabit alium.*

21 *Vasallus ignorans dominum suum vulneratum in bello, an si eum relinquat, sit feudo priuandus.*

22 *Dominus vadens contra Sarracenos, an poterit petere auxilium ab hominibus suis.*

23 *Dominus an pro defensione patriæ suæ possit facere questam ab hominibus suis.*

24 *Vasalli promittentes dominis suis præstare auxilium de suis placitis, & litigijs, quid intelligantur promittere.*

25 *Dominus vadens ad supremum Principem pro obtinendo aliquo priuilegio, an possit exigere à suis subditis expensas, vel auxilium.*

26 *Domino feudi bellum gerente, si vasallus velit personaliter auxiliari, dominus autem petit quantitatem pecuniæ, cuius erit electio.*

27 *Vasallus si sit homo nobilis, famosus, & potens, an poterit seruire domino suo in bello per substitutum.*

28 *Feudum pactionatum non est vltra pacta, & conuenta exigendum.*

29 *Dominus an teneatur præstare vasallo auxilium in ijs, in quibus tenetur vasallus domino.*

30 *Vasallus multis causis excusatur à non præstando seruitio domino.*

31 *Mulier dans viro suo feudum in dotem, si vir autem non præstat seruitia domino, an feudum amittetur.*

32 *Vasallus seruiens domino per substitutum minus idoneum, an & qualiter sit feudo priuandus.*

33 *Vasallus qualiter debeat vocari in auxilium domini sui.*

34 *Successor feudi an teneatur idem præstare iuramentum, quod præstitit antecessor.*

35 *Vasallo in seruitium domini sui deficiente, an poterit dominus propria auctoritate apprehendere feudum, & absque ordine iudiciario occupare.*

ET PROMISERVNT eidem domino suo præstare debita seruitia.
1 ¶†Quæro primò, ad quæ seruitia teneatur vasallus domino suo? dicatis, quòd in primis tenetur illi præstare auxilium in guerra. d.c. domino guerram faciente.in ti.hic fini.lex.& incip.consue.reg.in lib.feud.& c.1.ver.& si contingit. in ti.de no.for.fide.& in c.1.in tit.quib.mod.feu. amit. ¶Secundò quæro, cuius expensis teneatur vasallus præstare adiutorium in guerra? Hanc quæstionem reperio tactã apud Iaco.de Ardizo. in summa sua in tit.qui.mod.feu.amit. sub rubricella, an vasallus teneatur seruitium offerre domino, & per eundem in rubrica, seu titu. sub domino.& per eundem in rub.cuius expensis vasallus teneatur iuuare dominum. Concludite in hac materia, quòd aut ex tenore inuestituræ potest apparere, cuius expensis hoc sit expediendum, & tunc debet seruari forma inuestituræ, quia pactum factum inter Principem, & subditũ est seruandum.c.1.ext.de proba.habetur per Bal. in c.1. in ti.de na.feu.& per eundem not.in l.Princeps. ff. de leg. facit l.1.§.si conueniat.ff.deposi. Si verò hic non potest apparere ex tenore inuestituræ, sed est dubium, tunc dicatis, ꝙ aut vasallus habet feudum bonum, & sufficiens ad exhibendum suis sumptibus tale seruitium domino, & tũc debet seruire suis proprijs sumptibus.l.suo victu. cum duabus.ll.seq.ff.de ope.lib. Si verò habet feudum exiguum, quod non est sufficiens ad huiusmodi expensas supportandas, tunc tenetur seruire expensis dñi.l.ꝙ nisi.ff.de oper.lib.l.1.§.præterea si matrem. ff.de tute.& rat.distra.& l.à tutoribus.§.pen.ff.de admin.tuto. prædicta sunt de mente Dy.& Bar.in l.Mæuia.§.1. ff.de annu. lega.& ita etiam vult Bal.in l.qui manumittuntur. C.de ope.liber.hoc etiam vult expresè Ange.in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb. Eandẽ distin.sequitur Iac.Alua.in c.1.circa 5.col.in tit.de no.for. fide. ¶Præmissa procedunt, quando dominus vocat vasallum, vt adiuuet ipsum dominum in patria ipsius domini, aliàs autem si vellet, quòd vasallus exiret patriam ipsius domini ad causam guerrę, tunc vasallus debet seruire sumptibus domini, secundùm Iaco.Alua. in loco proximè alleg.qui ad hoc allegat.l. cum sæpe. C.de erog. milit. anno.lib.12.Si aũt vasallus duceretur in exercitũ Imperatoris, qñ ipse Imperator vadit Romam pro sumendo coronam: tunc deberet seruari forma tradita in c.1. §.fi.
2 in tit de pace.iura.fir.in lib.feud.¶†Tertiò quæro. ponamus, quòd Princeps in inuestitura apposuerit ista verba. Concedimus tibi tale feudum liberum, & francum, an tunc talis vasallus teneatur seruire domino in guerra, & an sumptibus suis, an verò sumptibus dñi? Oldr.de Ponte Lauden.disputauit istam quæst. & determinauit, quòd iste vasallus nõ tenetur ire ad exercitum domini sui: quia virtus istorum verborum. Liberum & francum, significat istum vasallum esse liberum, & absolutum ab omni seruitute, ita quòd dominus nullũ onus potest illi imponere.l.si qui duas.& l.in tradendis.ff.commu.prædio. Tenetur tamen talis vasallus ad ea, quæ ponuntur in c.1.in ti.de for.fid.& inter alia non numeratur, quòd vasallus teneatur ire ad exercitũ domini, & ire ad guerram. Et pręsupposito, quòd vasallus teneretur ire, tamen non deberet ire sumptibus suis, sed domini.c.pudenda. 24.q.1. Subijcit Oldr.quòd dominus tali vasallo suo nõ poterit imponere collectam, seu taliam propter illa verba, Liberum & francum. Et si teneretur vasallus ad collectas, cognitio tñ non pertineret ad dñm: quia non dẽt esse iudex in cã propria.no.in rubeo & nigro.C.ne quis in sua cau.no.in c.cũ venissent.ext.de iudi.& c.cæterũ.illo eo.tit. Hanc opi.sequitur Bal.in c.1.in vlti.col. in tit. de capi.qui curi.vend.in vsi.feud. Eandem sñiam tenuit
3 Iac.Alua. in c.fi.in tit.proximè alleg.¶†Quartò quæro, vtrùm vasalli teneantur adiuuare dominum in guer-

ra.

ra, extra territorium, seu patriam ipsius domini? Et prima facie videtur dicendum, quòd non, per l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iud. ¶Contrariã opi. tenuit Bal. in c. 1. prin. 2. col. in tit. qui. mo. feu. amit. quia (secundùm eum) in quocunq; loco est dominus cum suo exercitu, ibi censetur esse suũ territoriũ: quia territoriũ dicitur à potestate terrendi. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. sign. Sicut districtus dicitur à distringendo, vt voluit gl. in §. rursus. Insti. de act. & probatur in c. ne Romani. §. sanè. ext. de elec. imò etiam in mari dicitur districtus. c. vbi periculum. ext. de elect. lib. 6. & Auth. sed nouo iure. C. de fur. aliàs, incipit, nauigia. Et ideo dicit ipse Bal. in d. c. 1. ꝙ Regem euntem cum exercitu suo in Hiberniam, pro faciendo guerram, vasalli ipsius Regis tenẽtur eum sequi. Prædicta tamen intelligatis procedere, quãdo dominus hoc facit pro defensione sua, & si bellum est iustum pro parte sua. & pro hac opi. bene facit tex. in c. 1. in ver. & si sciuero. in tit. de no. for. fide. vbi tex. indistinctè dicit vasallum teneri adiuuare dominum, nec distinguit in quo loco sit dñs. Et hoc idem tenet And. de Iser. in d. c. 1. in ti. qui. mo. feu. amit. subiungens, ꝙ hoc procederet multò magis, qñ inimicus domini veniret in offensionem ipsius domini, & dominus potius vellet traducere exercitum suum ad loca inimici, q̃ pugnare in patria propria, vt faciunt veri duces belli, qui potius volũt ire cum exercitu ad locum hostium, q̃ pugnare in domo, & hoc faciunt, vt confundant hostes, & eos retrahant ab obsidione, vt fecit Scipio, quãdo iniuit bellum contra Hannibalem: nam duxit suum exercitum in Africam, vt retraheret Hãnibalem ab obsidione Romana, & Italica.

4 ¶†Sed quid si dominus nõ gratia suæ defensionis, sed vt acquirat nouam terram, seu prouinciam, velit secum ducere vasallos suos, an tenebuntur eum sequi? And. de Is. quem cæteri sequuntur in d. c. 1. dicit, ꝙ si vellet eos ducere longè extra patriam ipsius domini, non tenerentur eum sequi: quia de hoc casu verisimiliter non fuit cogitatum tempore inuestituræ, arg. l. qui cum tutoribus. §. 1. & l. cum Aquiliana. ff. de trans. Aut vult eos ducere parum extra patriam, & tũc hoc est tolerabile, per l. quòd nisi.

5 in fi. ff. de ope. liber. †Si tamen ipse dominus extra suam propriam patriam habet terram iam multis temporibus acquisitam; tunc vasalli bene tenerentur adiuuare dominum ad defendendum illam patriam, vel recuperandã, si esset amissa, quantumcunque esset in loco remoto, ꝑ tex. ad hoc notabilem in c. 1. ver. & si contigerit. in ti. de

6 no. for. fide. ¶†Quintò quæro, quando vasallus teneatur adiuuare dominum in guerra? Concludite, ꝙ si guerra sit iusta, tunc vasallus tenetur adiuuare dominum, secus si sit notoriè iniusta, an tamen hoc casu teneatur eum adiuuare, & eum defendere, statim videbitis. Quando verò est dubium, tunc vasallus tenetur adiuuare dominum. Hæc omnia habentur in c. dño guerram faciente. in ti. hic fini. lex. & incip. cõsue. re. ¶Sed pulchrum est videre, quando dicatur dubium, an guerra sit iusta, vel iniusta: ista inuestigatio est magnæ vtilitatis, quia cùm nos habeamus, ꝙ per negationem res redditur dubia. l. 3. C. quib. ad liber. procla. non li. dicet aliquis, ꝙ semper erit in potestate domini facere, ꝙ vasallus semper eum adiuuabit: quia quando vasallus dicit guerram esse iniustã, dominus negabit, & per illam negationem reddetur res dubia, & sic vasallus tenebitur adiuuare dominum. Sed vos concludite, ꝙ tunc dicetur esse dubium, quando dominus habuit consilium suorum Procerum, & Consiliariorum, qui cum Principe deliberauerunt bellum esse assumendũ. Nam illud dicitur bene deliberatum, quod fuit deliberatum à consilio seniorum. l. consensu. C. de repu. Seniores. n. præsumuntur sapientes. c. estote. 1. q. 1. & in senibus præsumitur scientia, secundùm Bal. in l. seniũm. C. qui test. fac. poss. no. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. And. de Iser. in d. c. domino guerram. amplius dicit, ꝙ nedum dicitur dubiũ, qñ Princeps ita deliberauit cum suo consilio, sed ẽt qñ ipse solus hoc dixisset, quia iura dederunt ipsi Principi potestatem indicendi bellum. l. vnica. C. vt ar. vs. li. 11. no. in c. sicut nostris. ext. de iureiur. & per Bar. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. habet. n. vasallus credere suo Principi, nõ autem sibimet formare conscientiam. l. prohibitum. C. de iu. fis. lib. 10. Est ergo conclusio, ꝙ aut constat bellum esse iustum: & tunc vasallus tenetur adiuuare dñm, aut est notoriè iniustum, & tunc non tenetur. & ita vult etiam gl. & Archid. in c. de forma. 22. q. 5. Aut est dubium, an bellum sit iustum, vel iniustum, & tunc vasallus tenetur adiuuare dominum. quando autem dicatur dubium, declaraui. s. Et opi. And. de Iser. sequitur Alua. in d. c. domino

7 guerrã. ¶†Sextò quæro circa prædicta, vtrũ vasallus teneatur adiuuare dñm, qui iniustè vult offendere alium? Concludite ꝙ non, si tamen vellet, posset hoc facere, & dñs deberet hoc habere gratum. Sed tamen vasallus nõ excusaretur à damnis, quæ supportarentur per aduersarium domini, per no. per Inno. in c si. ext. quod met. cau. Et ita inquit Bal. in d. c. 1. ĩ ti. quib. mo. feu. amit. ¶Quòd autem hoc casu vasallus non sit obligatus, nec necessitetur adiuuare dominum, probatur, quia ẽt societas cõtracta ad facinora nihil valet. l. nec prętermittendum. ff. ꝓ soc. & l. si à reo. §. si reus. ff. de fideiuss. imò dico vobis attẽtari posse, ꝙ hoc casu, quando dominus vult iniustè offendere alium vasallum, non potest, nec debet adiuuare dominum, quia plus peccaret, q̃ ille, qui principaliter

8 facit. tex. est no. in c. qui peccatoribus. 1. q. 3. ¶†Septimò quæro. ponamus, ꝙ defensio ex parte dñi sit iniusta; an vasallus tenebitur adiuuare dominum? prima facie vr̃ ꝙ non: quia iustum aggressorem non est licitũ propulsare. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. Item ista non esset iustitia. quia iustitia tribuit vnicuique ius suũ, & ius est ars boni & ęqui &c. l. 1. ff. de iusti. & iur. In contrariũ habetis tex. in d. c. dño guerram. vbi probatur, ꝙ ẽt, quando defensio ex parte domini est iniusta, tamẽ vasallus tenetur adiuuare dñm. Et pro ista sententia facit, quia defensio (ẽt iniusta) propriè nõ est maleficium. l. 1. §. nam ignoscendum. ff. de bo. eorũ qui mor. si. consciue. Cum nec locus, nec tempus istud patiatur. l. 1. ff. de exercitoria. Item quia vasalli censentur milites, & stipendiarij dominorũ. c. imperialẽ. §. firmiter, in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. & l. milites. C. loca. & §. fin. in c. 1. in tit. de pace iur. fir. vnde iustũ est & æquum dominos protegi, & defendi à suis vasallis, quantumcunq; ex parte dominorum defensio sit iniusta. Bal. autem in d. c. 1. in tit. hic fin. lex. dicit, ꝙ in casu illo est permissa defensio etiã iniusta, in odiũ voluntariè impugnantiũ ipsum vasallum fine Pr̃cipis auctoritate, qđ nõ est licitũ. l. vnica. C. vt armo. vsus inscio prin. interdi. sit lib. 11. Concludamus ergo, ꝙ de iure feudorũ vasallus debet iuuare dominum suum, quantũcunq; ex parte dñi sit iniusta defensio. non enim debemus recedere à text. d. c. 1. in tit. hic fini. lex. ¶ Sed an hoc procedat de iure diuino? Concludite quod nõ, per dictũ Apostoli dicentis eos dignos morte, qui peccatũ cõferunt. Et dicit S. Tho. de Aquino secunda secundæ. q. 69. articulo secũdo, ꝙ multa (secundũ leges humanas) relinquuntur impunita, quæ tñ quantũ ad diuinum iudicium sunt peccata: dat exemplũ in simplici fornicatione, & in falsa defensione in causa sanguinis, & ista sententia cõprobatur: quia vt dicit idẽ sanct. Tho. secunda secundæ q. 4. articulo finali, Principibus secularibus homo intantùm tenetur obedire, inquantùm ordo iustitiæ requirit, & inquantũ pręcepit iusta. Alioquin si iustũ non habuit Principatũ, sed vsurpatum, vel præcipiat iniusta, non est ei parendum, nisi propter accidens, id est. pro euitando scandalo. facit quod habetur in c. si quan-

do.ext.de reſcri. Ad idem adducitur dictum Apoſtoli,
dum dicit,Eſtote ſubditi omni humanæ creaturæ ꝑpter
Deum,ſiue Regi tanquam præcellenti, ſiue Ducibus tan
quam ab eo miſsis. Quæ verba formaliter ponuntur in
c.ſolitæ.in princ.ext.de maio.& obe.Item de iure cano,
non eſt licitum vaſallo iuuare dominum,quãdo ex par-
te domini eſt ĩiuſta defenſio;quia miſericordius eſt pec
cantibus opem non ferre,quàm ſi impendamus, imò di
cit tex,no.in c.ſi res aliena.24.q.6.quòd magis peccat il
le,qui opem fert peccanti, quàm ille, qui principaliter
peccat.Et hanc ſententiam,quòd de iure canon.ꝓcedat
quod dixi,tenet Iac.de Bel.in d.c.1.in tit,hic fi.lex.Sed
9 †eſt videndum,quando bellum dicatur eſſe iuſtum.Ho-
ſtien,in c.pro humani.ĩ gl.ſuper verbo, formidãtes,ext,
de homi.lib.6.dicit,ꝙ ſeptem ſunt ſpecies belli.ſ.Roma
num contra infideles.l.hoſtes.& ibi per Bar.ff.de cap,&
poſtli.reuer.Iudiciale,quod fit auctoritate iudicis ꝓ de
fenſione ſuæ iuriſdictionis contra contumaces,& rebel
les.l.nõ eſt ſingulis.ff.de reg.iu.&l.q. reſtituere.ff.de rei
vend.& l,1.ff.ſi quis iuſd.non obtemp.Licitum,vt in ca
ſu.l.1.& 2.C.quando liceat vnicuique ſine iud. ſe vind.
Præſumptuoſum,vt in l.j.& 2.C.de ſeditio.Temerariũ,
puta, quando aliquis facit aliquid contra auctoritatem
iuris.c.perpendimus.& in c.audientia.ext.de ſen.excõ,
Voluntarium,vt quando quis non ſubſiſtente cauſa legi
tima indicit bellum neceſſarium,defendendo ſe aduer-
ſus iniuſtam oppugnationem alterius, & de iſto tracta-
tur in c.1.in ti.hic fini.lex.Aduertite,quia bellũ Roma-
num,iudiciale,licitum,& neceſſarium ſunt bella iuſta:ꝑ-
ſumptuoſum verò & voluntarium,ac temerarium, ſunt
iniuſta, ¶Sed quia aliqua ex bellis ꝑdictis ſunt priuata,
& nos agimus de bello publico,videndum eſt,quo caſu
ſit licitum,& dicatur iuſtum.Concludite,ꝙ contra infide
les ipſo iure à lege permiſſum eſt, & dicitur bellum iu-
ſtũ,vt no,plenè per Bar.in d,l.hoſtes.& per Can.in c.qđ
ſuper.ext.de vo.& vo.redemp.De Chriſtianis autem ad
Chriſtianos,ad hoc,vt dicatur bellum iuſtum, eſt neceſ
ſaria diffidatio. Nã ille,qui offendit aliũ ſine diffidatio
ne,eſt proditor.Ita dicit Io.And.in nouel.in d.c.pro hu
mani.ext.de homi.lib.6.Et iſtud dictum refert Bal.in c,
1.in fi.4.col.in ti.quib.mod.feu.amit.in vſib.feu.ibidem
dicit,quòd ille, qui dat alteri potionem venenatam, di
citur proditor.allegat Iac,But.in l,1.C. de male. & ma-
the.Redeundo ad propoſitum, illud bellum dicitur iu-
ſtum,quod indicitur ab Imperatore, vt habetur in d. l.
hoſtes.vel ab alio,qui nõ recognoſcit Superiorem,cùm
hodie ſit diuiſum imperium,vt dicit pulchra gl. in Rub.
C.de ſtud.libe.vrb.Ro.lib.11.Item requiritur,quòd bel
lum fiat iuſta de cauſa,quæ preſumitur in Principe.l.om
nium.C.de teſta.iuncta.l.humanum.C.de legi.& eſt bo-
na gl.in l.relegati.ff.de pœ.& vult Cyn.in l.reſcripta.C.
10 de preci.imper.offe.¶†Item ſi bellũ indiceretur ab infe
riore à Principe,eſſet neceſſe, quòd hoc fieret cum au-
ctoritate Superioris ad hoc, vt diceret̃ iuſtũ. Alioquin
ſi inferior à Principe ſine auctoritate Superioris indice
ret bellum,incideret in pœnam læſæ maieſtatis. tex,ha-
betis in l.3.in verſ.eadem lege.ff.ad l.Iul.maie.Item re-
quiritur diffidatio, vt dixi. requiritur etiam, quòd fiat
ex cauſa iuſta.Et dicit Hoſtien,in d.c.pro humani.quòd
iſta cauſa debet declarari per ſententiam,& eſt ratio,q̃a
non eſt deueniendum ad bellum, niſi deficiente omni
alio remedio.l.ait Prætor.§.ſi debitorem.ff.de his, quæ
in frau.cre.l.ſi alius.§.belliſsimè.ff.quod vi,aut clam.l.
nullus.C.de Iudæis.habetur per Ioan.Fa.Inſt. de iur.na
tu.in §.ius autem gentium.Ego allego opti.tex.in c.1.in
titu.de mili.vaſal.qui contum.eſt. Addite quòd Ioann.
Blanch.de Marſilia in ſua ſumma feudorum, in tit.qui-
bus modis feudum amit.in §. & debet dominum adiu-
uare.dicit eleganter,quòd bellum ex quatuor iudicatur
eſſe iuſtum,ex perſona,ex re,ex animo, & ex auctorita-
te.Ex perſona,quæ debet eſſe ſæcularis, & non eccleſia
ſtica propter ſanguinis effuſionem.c.clericis.ext.ne cle
ri.vel mo.& cap.clerici,& c.ſæpe.23.quæſtio.7.Et dicit
Innocen.in c,olim.ex.de reſt.ſpo.quòd Prælati poſſunt
intereſſe in bello,& proſequi,ſed non occidere. Ex re,
puta pro rebus ſuis proprijs repetẽdis,& pro pia defen-
ſione patriæ.Et dicit Innocen.in c.olim, quòd iſto caſu,
ſi clerici proijciant lapides,vel alia contra aduerſarios,
dummodo non occidant, nõ efficiuntur irregulares. c,
pen.& fin.ext.de cle,percuſ.Ex animo,quia bellum non
debet fieri propter odium,vel vindictam, vel cupidita-
tem,ſed propter charitatem,iuſtitiam, & obedientiam,
& vt deueniatur ad pacem.iuxta illud,Si vis pacem,pa-
ra bellum,c.noli exiſtimare.23.q.1.Ex auctoritate,q̃a il
le,qui indicit bellum contra alium, & habet Superiorẽ
eccleſiaſticum, debet de illius auctoritate indicere bel-
lum.Iſta eſt glo.in c.excommunicamus. circa medium,
quæ gloſſ.incipit,argumentum ab auctoritate. extra de
hære.Si verò habet Superiorem ſæcularem,debet de au
11 ctoritate illius indicere bellum.vt ſupra dixi. ¶Octauò
quæro.vaſallus habet plures dominos,qui habent guer
ram contra alios diuerſos,& ſeparatim, quem ipſorum
iuuabit vaſallus?Doc.concludunt in c.imperialem.§.fir
miter.in ti.de prohi.feu.alie.per Fede.& Io.Blan. in ſum
ma ſua feudo.in tit.qui.mo.feu.amitt,in §.vbi verò plu-
res domini,& idem in d.ſumma.in tit.de for.fide. in §.ſi
verò dominus decedit pluribus hæredibus relictis, di-
cit,quòd aut vaſallus poteſt omnes iuuare, & tunc de-
bet hoc facere,aliàs debet iuuare antiquiorẽ,& intelli-
gatis antiquiorẽ,reſpectu alterius feudi.c.j.§.fi.in ti.hic
fini.lex,& incip.conſue.reg.aliàs incipit. c. contra om-
nes.illo eod.ti.Si autem non poteſt apparere, quis ipſo
rum dominorum ſit antiqor, quod poteſt accidere du-
pliciter,primò reſpectu duorum feudorum,ſecundò re
ſpectu vnius feudi,puta,quia ſunt cõdomini vel fratres,
& tunc refert, aut feudum erat à principio vnius domi-
ni,aut plurium dominorum,¶Si loquimur quando erat
plurium dominorum,& nõ appareat,quis ſit antiquior,
tunc vaſallus poterit gratificari vni ex eis, & inter eos
erit locus gratificationi,argum.l.fina.ff.de relig.& ſum,
fune.& l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes.ff.ad Sylla. & l,
ſi quis ſeruum.§.ſi inter.ff.de leg.2. Et hoc ne per con-
curſum ſe impediant.l.2.§.fina.ff.qui.mo.vſufru. amitt,
Secundo verò caſu, quando reſpectu vnius feudi habet
vaſallus plures dominos,tunc refert,aut illud feudum
aliàs fuit ſub vno domino, & poſtea deuenit ad plures,
Et iſto caſu,quia vaſallus non cogitur habere plures do
minos,vt not.in c.omnes filij,in titu.ſi de feu.defu. fue,
contro.ideo hoc caſu præſtabit ſeruitium illi, quem ip-
ſe vaſallus eliget,niſi conſenſiſſet in ipſos plures domi-
nos,quia tunc eſt dicendum,vt dicetur infra.Si verò feu
dum vſque à principio erat ſub diuerſis dominis,&tunc
ſi ſeruitium conſiſtit in dando, & ſic eſt diuiſibile, vni-
cuiq; dominorum dabit portionem ſuam.Et idem, ſi ſer
uitium conſiſtat in faciendo,dummodo factum ſit diui-
duum. Si verò eſſet factum indiuiduum, tunc cuilibet
dominorum teneretur inſolidum, & eſt locus gratifica-
tioni,ita quòd ſoluendo vni ipſorum,liberabitur, maxi
mè ſi ſoluat,& præſtet ſeruitium ei,qui prius eum requi
ſiuit.Et ita diſtinguit Io.Rayn.in d.§. firmiter. circa 22.
col.& Io.Blanchus in locis allegatis.Addite,ꝙ Bald. in
l.1.in 23.q.ff.de re.diui.dicit,ꝙ hoc caſu, quando vaſal-
lus habet plures dominos habentes guerram contra di
uerſas perſonas ſeparatim, vaſallus poterit gratificari
vni ex eis.Subiũgit.ꝙ bene faciet gratificari ſeniori, uel
digniori,allegat.l.ſi.ff.de ſi.inſtru.Addite eundẽ Bal.in
l.1.§.ne autem.C.de caduc.tol.circa 3.colum. vbi dicit,
quòd hoc caſu vaſallus debet ſeruire antiquiori domi-
no

no per c. 1. §. contra omnes. in tit. hic fini. lex. & incip. cō sue. reg. Postea dicit, ꝗ imò seruiet vtriq; de eorum fundo, iuxta redditus feudi, ministrando pecunias vni ex ipsis dominis pro habendo gentes, & alteri mittendo gentes de terra sua. ¶ De consilio autem teneē præstare seruitium antiquiori, non autem vtrique, quia non potest esse tergiuersator, Item de sua propria persona præstabit seruitium antiquiori domino. Sed prædicta (secū dum eū) nō possunt habere locū in vasallo ligio, quia nō potest esse vasallus ligius duorum dominorum. Ita vult gl. not. in Clemen. pastoralis. ext. de re iudi. De materia prædicta aliquid tangit ipse Bald. in l. queritur. ff. de sta. homi. mihi placet sententia Bald. in d. § ne autē.

12 ¶ † Nonò quæro, ponamus, vasallus vnius domini habet aliū vasallum de eodē feudo, non est dubium, quòd vltimus vasallus iuuabit immediatum dominū suum, & ipse dominus iuuabit alium suū dominū: Sed dubitatur, quid si dominus mediatus, & dominus immediatus habeant guerram contra diuersas personas, cui ipsorum tenebitur vltimus vasallus seruire in guerra? Concludite, ꝗ ipse vltimus vasallus tenebitur iuuare dominum suum immediatum, non autem mediatum. c. 1. §. fin. ibi, aut sub Rege dominum suum &c. Nam ille dominus immediatus est proprius dominus ipsius vasalli. c. imperialem. §. illud. in ti. de proh. feud. alie. per Fede. ¶ Non obstat, si dicatur, quòd ipse vasallus non debet offendere dominum domini sui. d. §. illud. quia respondetur, ꝗ verū est. quòd non debet eum offendere, sed per hoc non sequitur, ꝗ sit dn̄s ipsius vltimi vasalli. ꝗa socius socij mei nō est socius meus. l. nā socij. ff. ꝓ socio. Itē homo hoīs mei non est homo meus, vt per plura probat Spe. in titu. de feu. §. quoniā. ver. 14 q̄ritur. Accipite pro decisione prædicta vnū simile. Vasallus, qui refutauit dominū, non debet offendere dominū, à quo tenebat feudū illud propter reliquias præcedentis vasallagij. c. 1. in ti. vasal. qui cōtra constitu. Loth. & tamen ille non est amplius dominus ipsius vasalli, qui feudū refutauit. ¶ Est & alia ratio, quare vasallus non debeat offendere dominum domini sui, quia ius ipsius vasalli dependet à primo domino, & res est affecta. Hinc videmus ꝗ resoluto iure datorū &c. c. 1. §. rursus. in tit. de contro. inuesti. Concludamus ergo, quòd in quæstione prædicta vasallus debet adiuuare suum immediatum dominum, non autem mediatum. ¶ Conclusionem prædictā limitabitis, nisi dominus mediatus esset dominus vniuersalis patriȩ seu prouinciȩ, & seruitium, quod exposcit, concerneret vtilitatē publicā, vt ecce, quidam Baro in partibus Franciæ habet guerrā cōtra alium Baronē, & ipse Baro requirit vasallos suos, vt veniant ad adiuuandum eum in guerra. Rex Francorum habet etiam guerram cōtra alium Regem, qui vult eum expellere de Regno, & vocat vasallos sui Baronis prædicti, vt veniant ad adiuuandum eum. Nam si Rex, qui est vniuersalis dominus patriȩ seu prouinciȩ, vocet vasallos illius Baronis, ꝓ cōmuni vtilitate seu defensione patriæ, vel alia causa concernente publicam vtilitatem, vasalli illius Baronis tenebuntur adiuuare Regem: secus si vocaret eos pro negotio nō concernente publicā vtilitatem, quia tunc tenerentur seruire suo Baroni. Ita eleganter determinat Spe. in tit. de feu. §. quoniam. ver. 16. queritur. Idē voluit Io. Ray. in d. c. firmiter. circa. 15. col. & Ludo. Roma. in l. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. ad Sylla. ¶ Decimò quero: Dn̄s mediatus, & dominus immediatus, qui habet sub se vasallum, habent guerram adinuicem, vtrùm ille vltimus vasallus teneatur adiuuare dominum domini sui, an verò dominum suum immediatum? Quidam dicunt, quòd neutrū ipsorum tenebitur adiuuare, nisi ipsi domini inter se ratificent, aliàs impedirēt se per cōcursum, ar. l. 2. §. fi. ff. qui. mo. vsufruc. amit. Sed ista opi. nunquā placuit, nec placebit, per ea, quæ statim dicā vobis. Et in veritate ipse vltimus vasallus hoc casu erit in magna perplexitate, quia si adiuuabit mediatū dominum contra suum immediatum, erit dignus priuari feudo. c. 1. §. porro. in ti. quȩ sit prima causa benefi. amit. Item si adiuuabit suum immediatū contra dominum domini sui, etiam amittit feudū, quia non debet illum maiorem dominum offendere, nisi pro seruitio alterius antiquioris domini. c. imperialē. §. illud. in ti. de prohi. alie. feud. per Fede. Bertr. Caprioli in c. 1. in tit. de no. for. fide. distinguit hoc modo: Aut dominus mediatus, qui est dominus domini, facit guerrā iustā, vel est incertū seu dubiū, an sit iusta vel iniusta. & hoc casu ille vltimus vasallus debebit adiuuare dominum mediatum, quia tenetur eū adiuuare cōtra oēs, excepto antiquiore domino. c. 1. §. fina. qui incipit, contra omnes. in tit. hic finitur lex, & incip. consue. reg. Sed iste dominus immediatus vasalli non est antiquior, ergo &c. Aut ipse dominus mediatus facit guerram iniustam, & tunc vasallus tenebitur adiuuare suum proximū & immediatum dominum. ¶ Vos autem in hoc arti. ex mente Doc. maximè Io. Ray. in d. c. imperialem. §. firmiter. circa 12. col. audacter teneatis, quòd siue guerra sit iusta ex parte proximi & immediati domini, siue sit incertum, an sit iusta siue iniusta, vasallus tenebitur potius adiuuare suum proximum, & immediatum dominum. imò etiā si guerra esset iniusta certitudinaliter ex parte ipsius immediati domini, tamē vasallus suus tenebitur eum adiuuare defendendo, per tex. in c. 1. in tit. hic finitur lex. ¶ Et pro ista sentētia facit, quia ipse vasallus immediatus est proprius dn̄s ipsius vasalli, non autē mediatus. d. c. imperialem. §. illud. & est opti. tex. in c. 1. §. fi. ibi, aut sub Rege dominum suum non adiuuerit &c. in ti. de pa. iura. firma. Ad idem facit, quia sicut ipse dominus immediatus vasalli non tenetur adiuuare dominum suum in guerra contra semetipsum, vt statim ostendam: ita nō debent monstrare contra se suum vasallum, qui debet esse pars sui adiutorij. l. nimis graue. C. de testi. Non obstat huit conclusioni text. in d. §. illud. quia loquitur in alia offensione, quā iuuamine domini sui proprij. ¶ Limitabitis tamen istam conclusionem, nisi ipse dominus mediatus esset vniuersalis patriæ, & seruitium, quod exposcit, concerneret communē & publicam vtilitatē totius patriæ. nam tunc ille vasallus, de quo supra dixi, deberet potius adiuuare dominum mediatum contra suū proximum, & immediatum dn̄m, per ea, quæ vult eleganter Spe. in ti. de feu. §. quoniam. vers. 16. quam limitationē notetis.

13 ¶ † Vndecimò q̄ritur, contra quos vasallus teneatur adiuuare dominū suum? Concludite, ꝗ cōtra omnes, etiam contra patrē, & contra filiū, & fratrem ipsius vasalli. Ista decisio probatur ad literā in d. c. 1. §. fi. qui incipit, cōtra oēs. in ti. hic fini. lex. Excipitur tn̄ antiquior dominus, quia vasal. non tenetur adiuuare dn̄m suū contra aliū dn̄m antiquiorē. d. §. cōtra oēs. Et appello antiquiorem dominum illum, cui ipse vasallus, vel eius antecessores prȩstiterant fidelitatem. Item excipitē Imperator, ꝗa vasallus nō tenetur adiuuare dominum suum cōtra Imperatorē vel Regem in suo Regno. c. 1. in prin. in ti. de no. for. fide. ideò quando quis iurat fidelitatē alicui domino, excipiendus est Imperator vel Rex in suo Regno. c. imperialem. §. fi. in ti. de proh. alie. feu. per Fed. Et quod dixi de Rege, ponit Bal. in d. §. fi. Item excipitur Papa, quia in omni iuramēto intelligitur excepta persona ipsius Papæ. c. venientes. ext. de iureiur. Itē excipitur persona propria ipsius vasalli. Ita tenet gl. ordi. cōmuniter approbata in d. §. contra oēs. Eādē opi. tenuit glo. in c. petitio. ext. de iureiu. Et est ratio. quia in generali sermone non continetur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solu. Et ideò si vasallus iurasset domino dare tempore guerræ vnum equū armatum, non tamen

teneretur eum dare contra semetipsum. Item excipitur patria propria.l.vt vim.cum.l.sequenti.ff.de iusti,& iur, l.postliminiū.in §.filius.ff.de capti.& postli.reuer. Et ita vult glo.nota.in §.contra omnes.& idem voluit gl. in c.
14 de forma.22.quæstione.5. ¶ †Itē quod dixi supra,vasallum teneri adiuuare dominum etiam contra patrem & filium,& contra fratrem ipsius vasalli, limitabitis, nisi ex hoc læderetur pater,vel filius,vel frater vasalli circa ea,quæ sunt de iure naturali:quia iura naturalia sunt immutabilia.§.sed naturalia.Insti.de iure natu.&c.Istam limitationem ponit Bal.in c.1.in prin.illius.c.in tit.de no. for.fide.In veritate dura fuit determinatio, quòd vasallus teneatur adiuuare dominum contra patrem ipsius vasalli. quia nos habemus,quòd duo vincula sunt fortiora vno.Auth.itaque, C.communia de succes. & c.1, aliàs.2.ext.de treug.& pa.Sed filius obligatur patri iure naturali,imò de iure diuino, item & iure ciuili propter patriam potestatem:vasallus autem nō obligatur domino,nisi iure ciuili ex lege feudorum. Item dicit Host. in c.grauem.ext.de exces.præla.ꝙ magis obligamur patribus nostris spiritualib.quàm carnalibus,quia tex. habemus expressum in d.§. contra omnes,ꝙ vasallus tenetur adiuuare dominum contra patrē propriū,ab illo tex.nō est recedendum, quia lex quantumcunque dura est ob-
15 seruanda.l.prospexit.ff. qui & à qui.¶†An autē econtra dñs teneatur adiuuare suum vasallum? Concludite, ꝙ si habet guerram iustam,quòd sic,intantùm, quòd tenetur ipsum vasallum adiuuare etiam contra patrem,filiū, vel fratrem ipsius domini.Ista est gloss.no.communiter approbata in d.§.contra omnes.in tit. hic finitur lex, & incip.consue.reg.Docto. communiter approbant illam glo.pro qua bene facit, quia dominus tenetur reddere pares vices vasallo.c. 1. §. dominus quoque.in titu.de for.fideli.& c.domino committente.in tit.si de feu. defunc.fue.contro.Et si dominus non adiuuaret vasallum habentem iustam guerram,certè priuaretur proprietate & consolidaretur cum vsufructu,sicut quando vasallus non adiuuando dominum priuaretur feudo.Ita ecōtra dominus debet priuari proprietate.Ita vult glos.in d.§. contra omnes.Et ista est stricta determinatio contra do-
16 minos. ¶† Duodecimò q̄ro.ponamus,vasallus sit clericus,puta,quia Episcopus,Abbas,uel alius Prælatus,qui tenet feudum à domino temporali, vt plerunque contingit,de quo habetis tex.in c.1.§.fi.in ti.de capi.Corra. Item licèt clericus non admittatur ad feudum,tamē potest admitti,si dominus velit.c.1.§.personam. in tit. per quos fi.inuesti.an tenebitur adiuuare dominum suum tēporalē in guerra? Dubiū facit propter sanguinis effusionem;& quia subest timor, ne ipse clericus incurrat irregularitatem,quia vsus armorum est prohibitus clericis. c.1.& 2.23.q.8.& toto tit.de cler.pug.in duel. Io.Blanchus in sua summa feudo.in tit.quib.mod.feud amit. in §.sed quid si erat clericus. determinat, ꝙ ipse Prælatus exhortabitur bellatores in guerra, non autem pugnabit in propria persona.'per no.per Inn.in c.olim.ext. de resti.spo.vel mandabit hoīem aptū ad pugnam acceptabilē domino suo.c.imperialē.§.firmiter:in tit.de prohi. alien.feud.per Fede.¶Hodiè tamē secundū eū, quando Prælati tenent feuda à dominis temporalibus,nō vadūt personaliter ad bellū,sed subueniunt,& cōtribuūt secūdùm conuentiones, quæ vulgò appellantur Caluacata, vel contribuunt per æs & libram, id est, secundū vires patrimonij.l.omnes.C.de ope.publi. Hanc eandē opi-
17 nionem tenuit Io.Ray.in d.§.firmiter.in 18.col.¶† Decimotertiò quæro. ponamus, ꝙ vasallus fuerit cū dño ad ad bellū, deinde dimisit dnm in bello non mortuū,neq; vulneratū mortiferè,an veniat feudo priuandus?Cōcludite,ꝙ est iusta causa priuandi vasallū feudo.c.1.in prin. in tit.qui.mo.feu.amit.d.c.1.§.itē qui dnm, in tit.quę fit prima cau.bene.amit.nō debet ergo eū dimittere in bello,sed pseuerare in adiutorio ipsius, opē ferēdo manib. clamoribus,& corporū obiectu.l.1.§.pen.ff.ad Syl.& licèt ista iura loquantur de seruo. tamen idem est in vasal lo.c.1.vers.sed quia nō sufficit.in tit.de for.fide. vbi tex. dicit,quòd vltra illa sex,quæ ibi sunt in tex. vasallus tenetur præstare consilium,& auxilium domino suo, & debet eum adiuuare verbo & effectu. Est tamen differētia inter seruum & vasallum,quia seruus debet salutem domini sui præponere propriæ saluti,tex.habetis in l. 1. §. hoc autem senatusconsultum.ver.serui.ff.ad S.C.Sylla. Sed vasallus ita non tenetur, quia potest præponere salutem propriam saluti domini sui.Ita vult glo. approbata in c.1,in prin.in ti.qui.mo.feu.amit.pro qua gl. facit, quia in iuro fidelitatis semper subītelligitur clausula, si vasallus potest.c.2.in verbo,si potuerit.in tit.de feu.sine culp.nō amit.& in c.fi.in ti.de alie.feu.pat.& in c.1.§.ad hæc.in ti.hic fini.lex,& incip.consue.reg.¶Itē est bonū argu.de vasallis ad libertos. ita dicit glo.in c.1.§. si verò,in verbo,reuerentia.in tit.de mil.vasal.qui contu.est. Sed libertus nō tenetur alere patronū indigentē,nisi ipsi liberto alimētato aliq̄d sibi supersit. l. si quis à liberis.§. pe.ff.de liber.agno.Est ergo conclusio, quòd si imminaret periculum vitæ ipsius vasalli, posset suam propriam salutem saluti domini sui præponere. Et istam sententiam etiam tenuit Io.Blan.in summa sua feudo.in ti.qui. mo.feu amit.§.item si dominus habuit.& placet Io.Ray. in d.§.firmiter.Et sic habetis duos casus,quibus vasallus
18 potest dimittere dominum in pugna. †Primus est casus, quando dominus esset mortuus in prælio, vel mortiferè vulneratus.d.c.1.in ti.qui. mo. feud. amit. Secundus casus est,quando vasallus erat periturus,nisi fugisset, & dominum dimisisset in prælio. quia vt supra dixi potest præponere salutem suam saluti domini. Addite tertiū casum, quando dominus erat omnino periturus.ita tenet expressè Bar.in l.si quis in graui.in prin.ff. ad Sylla. Quartus est casus,quando vasallus in prælio amisit brachia.nam licèt recedat & dimittat dominum in prælio, non tamen est dignus priuari feudo.Ista est glo.no. communiter approbata in d.c.1.in prima glo.in ti.qui.mod. feu.amit.Quintus est casus, quando vasallus graui infirmitate detineretur in bello, per ea, quæ notantur in l. quæsitum.ff.de re iud.Sextus est casus valdè dubius: scilicet,quando bellum ex parte domini est iniustū, & hoc est certum, tunc vasallus poterit in prælio dimittere dominum impunè,quia licita fuit pœnitentia.arg. l. si quis libellos.C.de appellatio.Et in hanc sententiam inclinat glo.1.in præall e.c.1.in ti.qui.mo.feu amit.& illam glo. sequuti fuerunt Iac.de Bel.And.de Iser.& Bal.Mouent, q̄a sufficit si cui vel in paucis amici laboribus succurratur.l.tutori.C. de nego.gest.Item quia si velit desistere, peccato non est redarguendus.c.in malis promissis.12. quæst. 4. bene ergo facit vasallus, si non perseuerauerit in adiuuando dominum in bello iniusto: quia tempus peccatum non minuit,sed auget:c.fin.de consue.Dicit tamen Bal.in c.1.in ti.qui.mo.feu.amit.quòd prædicta debent limitari,nisi ipse vasallus fuisset causa, quòd alius non iuerit ab bellum cum domino, qui aliàs erat iturus,nisi fuisset ille vasallus:nā hoc casu vasallus si dimittat dominum in prælio quantuncunque iniusto,perfidè agit,& de eo posset dominus iste conqueri,ar.l.nā & seruus.§.si viuo.ff.de neg.gest.Bertran.Caprioli in præalleg.c.1.in titu.de no.for.fide.aliter distinguit. Sed q̄a eius distinctio nō placet,eam non refero. teneatis quod
19 supra dixi.†¶Quæro,ponamus,quòd vasallus recedat à bello campestri,vbi erat dominus, sed tamen eius fuga nihil habuit nocere domino, vtrùm hoc casu vasallus debeat priuari feudo?Videtur,quòd non: quia quod est sine effectu delicti, non debet nocere.l.mancipia. C.de ser

ser.fugi. In contrarium determinat Bal.Iac.Alua.in d.c. 1.in titul. quibus modis feud.amit.per illum tex.nam il le tex. solùm exigit, quòd vasallus dimittat dominum in prælio non mortuum, neque mortiferè vulneratum ad hoc vt priuetur,facit.l.1.ff.si is qui liber esse iuss. fue. Item quia ipse vasallus ita fugiendo,dedit malum exem
20 plum cæteris.l.Cicero.ff.de poe. ¶†Decimoquintò quæro:sunt duo fratres tenentes feudum ab eodem domino,vnus ipsorum reliquit, alter verò sua probitate defensauit dominum,nũquid vnus excusabitur propter alterum?Bald.& Iacob.Aluaro.in d.c.1.quibus modis feudum amitt.determinat,quòd sic, ratione conuentionis, per l.si is qui duos.in princip.ff.de liber.leg. Subijciunt præfati Docto.ibidem,quod idem esset,si vna communitas teneret feudum ab vno domino,& homines illius ciuitatis essent diuisi inter albos,& nigros, & vna pars ciuitatis delinqueret in dominum, altera verò non. nam communitas propter hoc non priuaretur feudo, quia neutra pars per se facit communitatem,& ideò delictum vnius non debet nocere alteri,allegant nota.in c.in nostra.ext.de iniur.& dam.dato. Vos potestis allegare, q̃ habentur in l.metum accipiendum.ff.quod met.causa.
21 ¶†Decimosextò quæro, ponamus, quòd dominus esset in veritate mortiferè vulneratus in bello, & vasallus hoc ignorans recedat à bello,& dimittat ibi dominum. Cõcludite, quòd non priuabitur feudo:quia licèt error quandoque excuset delictum. non tamen auget. l. inter
22 omnes.§.rectè.ff.de fur. ¶ † Decimoseptimò quæro de pulchra quæstio.Dominus vadit contra Sarracenos, & hostes fidei Christianæ.An poterit hoc casu facere quæstam,& petere auxilium ab hominibus suis?Ioann.Blanchus in summa sua feu. in tit.quibus modis feud.amit.§. ad hæc autem sciendum,determinat,quòd sic, si dominus sine graui damno suo non potest supportare talem expẽsam.Mouetur:quia si pro exercitu Imperatoris potest hoc petere,multò magis pro exercitu summi Imperatoris,idest,Iesu Christi.Authen.multò magis.C.de sacrosan.eccle.Nam longè grauius est diuinam offendere maiestatem,quàm temporalem.Authen.Gazaros. C.de hæreticis.Et hanc determinationem sequitur Ioa. Ray. in d.§.firmiter.in cap.imperialem.in titu.de prohi.feudi alien. per Feder. Idem dicunt præfati Docto. quando Imperator indiceret bellum publicum contra hostes,& inimicos ecclesiæ, vel contra hostes sui Regni. Nam si Imperator, vel Ecclesia sine graui damno posset sustinere talem expensam, possent facere questam ab homini-
23 bus suis,& petere auxilium.¶ † Decimooctauò quæro, an dominus pro defensione suæ patriæ, posit facere questam ab hominibus suis. Ioan.Blanchus in loco prę-allegato,& Ioan.Ray.in d.§.firmiter.determinant quòd sic.Ego addo vobis dominum Panorm.in c.in nostra. in fin.col.ext.de iniur.vbi dicit, quòd si dominus inuaditur,& timor sit subitaneus, & improuisus, tunc nedum vasalli,& feudatarij, sed etiam reliqui subditi illius domini,imò etiam clerici tenentur adiuuare ipsum dominum.c.peruenit.ext.de immu.eccles.& cap.si nulla.& c. omni timore.23.quæstio.8. Si tamen non subsit talis timor subitaneus,tunc dicit vasallos, & feudatarios teneri adiuuare dominum,alios verò nõ:quia satis est,quòd honorent dominum de redditibus,& gabellis,vt eos defendat tempore necessitatis.c.Princeps.& c.regum. 22. quæsti.5.Et hoc(secundum eum)quando dominus per se sufficeret:alioquin putat Panorm.omnes per se teneri adiuuare dominum pro salute ipsius domini,& patrię cap.si nulla,& cap.omni timore.23.quęstio.8.Et notetis hanc decisionem Panorm. Addite ad id, quod dictum est de clericis,id,quod not.Bart.in l. prima. C. de cursu publico.lib.12.vbi dicit,quòd quando inimici inuadũt ciuitatem,& quotidiè faciunt prædas hominibus illius ciuitatis, certè clerici tenentur hoc casu præstare adiu-
24 torium contra tales inimicos,quod notetis.¶†Decimononò quæro de alia quæstione. In partibus prouinciæ fiunt multa instrumenta,in quibus vasalli,& subditi promittunt dominis suis præstare auxilium de suis placitis, & litigijs:quid operabuntur ista verba, placitis, & litigijs? Quidam dicunt.quòd ista verba operantur,vt vasalli,& subditi teneantur associare dominum ad litigiũ. Sed certè ita intelligendo,parum vel nihil seruirent prędicta verba.contra l.si quando.ff.de legat.primo. Vnde Ioann.Blanchus,in ti.quibus mod.feud. amitt.in §. primo, & quæ dicta sunt,terminant, quòd verba prædicta important, quòd vasalli teneantur adiuuare dominum in habendo aduocatum, & ministrando domino pecunias,vt litigare possit,& supportare sumptus litis,maximè pro defensione feudi.allegat.l. hactenus. ff. de vsufruct.& l.hoc amplius.§.penul.& l. quamuis. & l. si proprietarius.ff.de dam.infec.& l.si ex duobus.ff. de noxa. Sed Petr.Iacobi in titu.de cau.ex qui.vasal. de iure scripto.in ista materia sic distinguit, quòd aut litigium concernit solùm vtilitatem domini: & tunc ipse dominus debet de suo facere expensas.Aut litigium concernit vtilitatem omnium subditorum, & tunc debent supportare expensas.Aut litigium cõcernit communem vtilitatem,scilicet cau.domini,quàm subditorum, & hoc casu debent subditi contribuere pro rata,sed ad hoc non allegat iura.Sed Ioann.Blanch. allegat iura superius alle-
25 gata.¶†Et per prædicta deciditur alia pulchra quæstio; ponamus.Dominus vadit ad supremum Principem pro obtinendo aliquas literas, vel priuilegia, vel gratiam, an subditi tenebuntur contribuere ad huiusmodi expẽsas? Concludite,quòd aut impetratio concernit commodum solius domini,& tunc debet facere expensas de suo proprio:aut concernit vtilitatem subditorũ,& tunc ipsi tenebuntur:aut concernit vtilitatem tam domini, q̃ vasalli:aut subditorum, tunc subditi tenebuntur contribuere pro rata, per ea, quæ proximè dixi.bene faciunt not.per D.Panorm.in c.cum Apostolus, ext. de censib.
26 ¶Vigesimò quæro.†Vasallus vult ire personaliter ad p̃standum auxilium domino in expeditione belli, sed dominus vult potius habere pecuniam,seu dimidiam partem redditum feudi illius anni,cuius erit electio?Doc. communiter in d.§.firmiter.dicunt,quòd electio spectabit ad vasallum.l.plerunque.in fin.ff.de iur.do. Et istam sententiam teneatis,licèt Iac.de Bel.in c.1.§.fi.in titu.de pa.iur.fir.aliter distinguat,dicẽs, quòd aut vasallus eundo personaliter,potest præstare magnum auxilium, & commodum domino interuentu suæ personæ,& tũc debet ire vasallus personaliter.c.1.§. præterea si vasallus, & §.Item si delator.ver.cognouerit. in titu. quæ sit prima cau.benef.ami.Aut interuẽtu suæ ꝑsonæ nõ pōt ꝑstare magnũ cõmodum dño, & tũc erit electio ipsius vasalli.d.l.plerunq;.ĩ fi.Sed ad iura ꝓximè alleg.ꝑ Ia.de Bel. potestis r̃ndere,ꝙ loqֽmurin casu spãli,qñ vasallus tenet̃ vltrò se offerre ꝑꝑ magnum periculum imminẽs dño.
27 ¶†Vigesimoprimò q̃ro:ponamus, ꝙ vasallus sit hõ nobilis,famosus,& potẽs,q̃ si accedat ꝑsonaliter ad expeditionẽ belli,ibit bene associatus cum multis gẽtibus,& si mittit substitutum, nõ ibit ille substitutus tot gẽtibus, vtrum dñs poterit recusare illum substitutum? And. de Ise.& Ia.Alu.ĩ d.§.firmiter.determinãt ꝙ sic, nisi ille substitutus sit ducturus tot ꝑsonas, quot duceret vasallus. Idẽ dñt,qñ vasallus esset hõ magni cõsilij,& magnę industrię.nã dñs posset recusare substitutum,& dicere,ꝙ vult ꝑsonam ipsius vasalli,qa est dr̃ia inter artifices.l.inter artifices.ff.de sol.l.vnica.§.ne autem.C.de cad.toll. Dicit tamẽ Iac.Alu.occurrendum esse malitiæ domini.l.in fundo.ff.de rei ven.puta,si fortè dominus mediante pecunia,quã offert vasallus, possit æquè idoneum reperire, sicut

ſicut eſt ipſe vaſallus. de hoc etiam habetur per Iac. de
Ardizo.in ſumma ſua feu.in tit.qui.mo.feu.amit. ſub ru
28 bricel.an per aliũ vaſallus poſsit ſeruire. ¶ † Vigeſimo-
ſecũdò quæro,demus,ꝙ feudum ſit pactionatum ſeu cõ
uentionatum,puta,quia tempore inueſtituturæ fuit cõ-
uentũ,ꝙ vaſallus tẽpore guerræ teneretur præſtare do-
mino tot pedites,vel tot homines armatos, vel vnũ vel
duos equos armatos,nunquid hoc caſu ipſe vaſallus te-
nebitur præſtare domino ſeruitia,de quibus. ſ̃.dixi?Io.
Ray.in d.§.firmiter.determinat ꝙ nõ,quia dominus hoc
caſu non poteſt à vaſallo exigere,niſi illud quod dedu-
ctũ fuit in pactũ,& ita vult gl.valde not.in c.1.§.fi.in gl.
magna in prin.in tit.de capi.qui cur.vendi.Et eſt ratio,
quia dominus ita paciſcendo cũ vaſallo videtur voluiſ-
ſe recedere à diſpoſitione legis,& cõtẽtari de eo, quod
fuit deductum in pactum.l.fi.C.de pac.quę ſuper dote.
debet etiam attendi conſuetudo patriæ.l.venditor. §. ſi
conſtat.ff.communia præd.l.3.§.fi.ff.de teſti,l.1. C.quæ
ſit lon.cõſue.Et notetis bene iſtam deciſionem, quia vt
29 plurimũ omnia feuda ſunt pactionata. ¶† Vigeſimoter-
tiò quæro:vtrum,ſicut vaſallus tenetur præſtare auxiliũ
domino,iuxta ea,quæ dixi, ita æquè dominus teneatur
præſtare adiutorium vaſallo ſuo?Concludite,ꝙ ſic,quia
dominus debet reddere vaſallo pares vices.c.1.§.domi-
nus quoque.in tit.de for.fide.& in c.de forma.§. domi-
nus.21.q.5. Hoc tamen intelligatis procedere, niſi ob-
30 ſtent pacta,vel cõſuetudines.¶†Vigeſimoquartò quęro,
quot ſunt cauſæ, ex quibus vaſallus excuſatur, ſi non
pręſtet ſeruitium domino?Dicite,ꝙ multis de cauſis ex-
cuſatur. ¶ Primò,ſi dominus eſſet excommunicatus vel
bannitus:nam interim non teneretur vaſallus illi obedi
re.tex.eſt in c.1.in prin. in tit. hic finitur lex.¶Secũdò ſi
dominus eſſet hæreticus,vt probatur in §.1. & 2. in Au-
then.de priuil.dot.hære.muli.nõ præſtan.¶Tertiò excu
ſatur,ſi dominus eſt infamis, quia portæ dignitatũ infa-
mibus ſunt clauſæ,& infames debent eſſe excluſi ab om
ni beneficio.l.2.C.de dig.lib.12.& l.nec infames.C. de
decur.lib.10.Item,quia reatus oẽm honorẽ excludit.l.1.
& 2. C.vbi Sena. vel cla. ¶ Quartò excuſatur vaſallus,
ſi pignorauit feudum Eccleſiæ,à qua tenebat illud,nam
Eccleſia percipiet fructus,nec tenebitur eos computare
in ſortem, tex. eſt nota. in c.primo. ext. de feud. Et in-
terim dum Eccleſia directa domina percipiet fructus,
vaſallus non tenebitur ſeruire ipſi Eccleſiæ de illo feu-
do pignorato. Idem eſt,ſi dominus pignoraſſet feudum
ſuum domino tẽporali, à quo illud tenebat, quia inte-
rim,dum ipſe dominus percipiet fructus, vaſallus nõ te
nebitur præſtare ſeruitia ipſi domino de illo feudo. Ita
dicit Io.Rey.in d.§.firmiter.in fi.antepenul.col.dicit ta-
men eſſe differentiam inter hos caſus, quia licèt Eccle-
ſia,cui vaſallus pignorauit feudum,non teneatur cõpu-
tare fructus in ſortem,tamẽ dñs temporalis,cui vaſallus
feudum pignoraret,tenebitur fructus in ſortem compu
tare. Sed vos in hoc terminabitis contrarium: quia cùm
dominus hoc caſu percipiat fructus ratione ſui directi
dominij, non tenebitur illos computare in ſortem. Ita
dicunt Hoſtien.& Panormit.in d.c.primo. ext. de feud.
& dicit ibi Panormit. quòd iſta eſt communior opinio.
¶Quinto excuſatur vaſallus,ſi ſeruitium, quod petit do
minus,non poſsit præſtari,vel ſi poſsit præſtari, non ta-
men cum honeſtate,quia vel cõtinet turpitudinem, vel
eſt contra bonos mores,vel lædit pietatem,vel æſtima-
tionem. nam his caſibus excuſatur vaſallus in ſeruiẽdo
domino, nec tenet̃ ei ſeruire.l.filius.& l. cõditiones. ff.
de condit. inſtitution. optimè facit quod not. Bald. in
l.quod ex liberta. C.de ope.lib.¶Sextò excuſatur pro-
pter ſexum, veluti ſi mulier habeat feudũ, iuxta. c. pri-
mum.in tit.de benefi.fœmi.habetur etiam in c.1.in titu.
quemad.feu.ad fil.pertine.nam non congruit ſexui mu-
liebri,ꝙ vadat perſonaliter ad expeditionem belli:tene
bit̃ tñ ipſa mulier ſeruire domino altero de duobus mo
dis,ſcilicet contribuendo in ſumptibus domini de red-
ditibus feudi, iuxta tex. in d. §. firmiter.vel ſeruire per
ſubſtitutum,& ſi habeat virum poterit ſeruire per eum:
31 vt habetur.in d.§.firmiter.in verbo,acceptabilẽ. ¶ † Sed
hic cadit pulcherrima dubitatio, quã habui de facto ꝑ
generoſa Anna de Montelauro. Mulier dedit viro feu-
dum in dotem: maritus pro illo feudo non præſtitit ſer
uitia domino, vtrùm ipſa mulier amittat illud feudum
dotale?Quidam dicunt quòd ſic, dummodo ipſa poſsit
habere regreſſum contra virum, cuius culpa fuit feudũ
amiſſum,quia maritus eſt ſoluendo,& poteſt vxorẽ con
ſeruare indemnem. Et iſti ad hoc allegãt. l.ſi fundum.ff.
de fundo dota.& l.cùm te.C.ne vxo.pro ma.Si verò ma
ritus non eſt ſoluendo,tunc ſuccurretur mulieri in illo
feudo.Auth.ſiue à me.C.ad Velleia. Alij dicunt,& iſta
opin.plus placet,quòd feudum dotale committitur, &
habebitur pro cõmiſso,durãte tp̃e matrimonij, in odiũ
viri,ſed poſt mortẽ viri reſtituet̃ feudũ mulieri,vel eius
hęredibus:& ad hoc allegatur opti.tex. in c. 1. in fin. in
tit. de capi. Corr. in vſi. feud. ¶ Septima cauſa excuſa-
tionis eſt propter ætatem minorem, quia vaſallus eſt
infans.nam infantis nullæ ſunt operæ.l.arboribus.§.de
illo.ff. de vſufr. poterit tamen ſeruire per ſubſtitutum,
vt plenè not.in c.ſi quis deceſſerit. in tit. ſi de feud. de-
func.fue.contro. ¶ Itẽ propter ætatem maiorem excuſa
tur à ſeruitio pſonali:puta quia eſt maior annis ſeptua-
ginta.l.1.& l.fi.C.qui æta.vel prof.ſe ex.lib.10.& l.maio
res. ff. de iure immu.hoc tamen vltimo caſu cogetur ſa-
tisfacere per contributionem reddituũ feudi, vel man-
dare ſubſtitutum idoneum,iuxta.d. §.firmiter.¶Octaua
excuſatio eſt,propter infirmitatem,nam ægrotantes ſer-
uire reputantur, hi enim, quos ægros curamus, ſeruire
nobis intelliguntur,qui nobis ſeruire cupiẽtes,propter
aduerſam valetudinem impediũtur.Ita probat tex. not.
in l. cum hæres. §. Stichus ſi hæredi.ff.de ſta. libe. intel
ligatis tamen de graui infirmitate,non autem de leui.l.
quæſitũ.ff.de re iud.¶Nona eſt cauſa excuſationis pro-
pter paupertatem vaſalli: quia nõ habet vnde facere sũ
ptus poſsit pro præſtando ſeruitium domino. De quo
tamen dicatis vt per Io. Blanchum de Marſilia in sũma
ſua.in tit.quib.mo.feu.amit.§.ſeruiet autem. ¶Decima
cauſa excuſationis eſt, quando conſtaret, quòd guerra
ex parte domini eſſet iniuſta,c.1.hic fini.lex.& incip cõ
ſue.reg.de quo dicatis, vt dixi plenè in præcedentibus
quæſtionib.dum examinaui,quotuplex eſt guerra.¶Vn
decima excuſatio erit, ſi vaſallus nolit adiuuare domi-
num contra antiquiorem dominum: nam debet ipſe va
ſallus præferre dñm antiquiorẽ, nec tenetur adiuuare
dñm contra dñm antiquiorem.d.c.1.§.fi.qui incipit,cõ-
tra omnes.in tit.præalle.hic fini.lex. ¶Decima ſecunda
cauſa excuſationis eſt,quia vaſallus non tenetur adiuua
re dominum contra propriam patriam, vt vult gl. in d.
§.contra omnes.& alia gl.in d.c.de forma.22.q.5.¶De-
cimatertia cauſa excuſationis eſt,quia vaſallus non te-
netur adiuuare dominũ contra dominum vniuerſalem
totius patriæ,de quo plenè dixi.ſ̃. ¶ Decimaquarta ex-
cuſatio,ſi vaſallus ſit ſeruus alicuius domini,nã vos ſci-
tis,quòd etiã ſeruus poteſt inueſtiri de feu.c.1.§.perſo
nã.in tit.per quos fi.inueſti.vnde dominus inueſtiendo
talem perſonam, videtur eam inueſtire cum ſua condi-
ne,& qualitate,ſcilicet,ſaluo iure ſeruitutis.arg.l.plenũ.
§.equitij. ff. de vſu. & habit.nam dominus inueſtiendo
talem perſonam,quam ſcit eſſe ſub iugo ſeruitutis alte-
terius, habet ſibi imputare, neque tenetur ipſe ſeruus
adiuuare dominum feudi contra dominum ſeruitutis,
quia ille dominus reſpectu ſeruitutis eſt antiquior, &
habet maiorem poteſtatẽ in ſeruum, quàm dominus in
feudo:

feudo:quia nos habemus, ꝙ domini in ipsos seruos habent quasi potestatem vitæ,& necis.Inst. de his qui sunt sui,vel alie.iur.& l.1.& 2.ff.illo eod.titu.& seruus debet præponere salutem domini sui saluti propriæ l.1.§.serui.ff.ad Syll.Et tamen vasallus ad hoc non tenetur,vt dicit gl.not.in d.§. contra omnes. Concludamus ergo, ꝙ quando vasallus est seruus alicuius domini, non tenetur adiuuare ipsum dominum contra dominum suum respectu seruitutis.Et ita Ioan.Blan.in summa sua, in ti.de for.fide.§.consueuit.uers. similis potest notari quæstio. ¶Decimaquinta causa excusationis est,ꝗa vasallus si sit libertus alicuius,non teneretur adiuuare dominum seu di contra patronum,quia offendendo ipsum patronum, posset redigi in seruitutem pristinam,quod esset sibi durum,& graue.l.pen.& fi.C.de bo.lib.& l.si manumissori. C.de obsequi.à libe.patro.præstan.¶ Decimasexta causa excusationis est propter dignitatem superuenientem vasallo,puta,quia cœpit esse tanti status,tantæque dignitatis,quantæ est dominus,arg.l.iudicium soluitur.ff. de iud.tenebitur tamen hoc casu seruire per substitutũ.arg.
32 l.nullus qui.C.de decu.lib.10.¶†Quęro nunc,vtrũ hoc casu,quando vasallus non vadit personaliter ad adiuuãdum dominum in prælio,neque mittit substitutum idoneum,neque mandat dimidiam partem reddituum feudi illius anni(quo casu est dignus priuari feudo)an priuetur ipso iure,an verò requiratur sententia priuatiua? Videtur prima facie dicendum,quòd non priuetur ipso iure,quia tex.in d.c.imperialem,in §.firmiter. in titu.de prohi.feu.alie.per Feder.dicit,quòd amittet,& sic vtitur verbo futuri temporis.Et nos habemus, quòd,quando lex loquitur per verba futuri temporis, requiratur sententia priuatiua.per no.per glo.in l.fin.C.de iurisd.om.iu.& in l.iubemus.§.œconomus.C.de sacrosan.ecc.Sed Ioan.Ray.in d.§.firmiter.in pen.col.tenet oppositum,dicẽs,quòd hoc casu vasallus priuatur ipso iure. Mouetur per tex.in d.§.firmiter.ĩ verbo.Modis omnibus,quę verba important(secundùm eum) priuationem ipso iure,& ad hoc nihil boni allegat.Ego allego vobis gl.in terminis hoc dicentẽ in §.sancimus.in verbo,Modis omnibus in Auth.vt def.seu fu.coll.5. Aduertite tamen quia bene requireretur sententia declaratoria,vt dicit præfatus Doc.in d.§.firmiter.& hoc mihi placet per c.cum secundùm leges.ext.de hære.lib.6.& per l. eius qui delatorẽ. ff.de iure fisci. Et comprobo opi.prædictam,ꝙ ipso iure perdatur feudum in casu prædicto,per tex.in c.1.§. fi.in ti.de pace iur.fir.vbi tex.dicit,liberam habeat facultatẽ, & illud verbum,Liberam,importat id, quod ipso iure. Ista est pulchra gl.in c.imperialem.§.callidis, in verbo, liberè reuertatur.in ti.de proh.feu.ali.per Fed.¶Subsequenter quęro,nunquid hoc casu,si sit feudum antiquũ, cõmittatur,& aperiatur domino, an verò vadat ad agnatos?And.de Ise.in d.§.firmiter.videtur velle, quòd si sit feudum nouum, aperiatur domino:sed si sit antiquum, agnati præferantur domino,sed Ia.de Bel.Bertran. Capri.& Bal.post gl.in d.c.1.§.fi.in ti.de pace iur. fir.in vsi. feud.& Iaco.Alu.in c.1.§.fi.in 45.concl. tenent oppositum.s.quòd etiam si sit feudum antiquum,hoc casu aperiatur domino,exclusis agnatis.Mouentur,quia talis iniuria respicit personam domini:vnde vt habeat suæ iniuriæ vltionem,feudum debet sibi aperiri.Hanc rationem ponit tex.in d.c.1.§.fi.in tit.quæ sit prima causa benefic. amit.Imò dicunt, quòd etiam concernit vtilitatem publicam,& propter hoc dominus debet præferri agnatis. Et istam sententiam audacter sequamini ĩ iudicando, attento ꝙ gloss. in d.§.fi.de pa.iura.fir.tenet istam opin.& est suffulta auctoritatibus præstantissimorum Doct.maximè,quia tex.in d.§.firmiter.& in d.§.fi. dicunt expressè,quòd dominus modis omnibus habeat potestatem capiendi tale feudum,nec distinguitur ibi,an sit feudum antiquum,vel nouum,& cum generaliter loquatur, debet generaliter intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de lega.prę
33 stan.¶†Item quæro: dixi supra vasallum teneri adiuuare dominum,si dominus vocet vasallum. Quæro ergo, quomodo & qualiter debeat vocari ipse vasallus? glos. in §.fi.in ti.de pa.iur.fir. dicit, quòd dominus per seipsum,vel per suum procuratorem vocabit vasallum. Bene facit.l.item veniunt.§.petitam.ff.de pet. hær. vel dominus mandabit literas vasallo,in quibus continebitur, ꝙ ipse vasallus debeat venire ad præstandum adiutoriũ domino.In aliquibus partibus fit ista vocatio per edictũ in albo propositum. Et ita practicatur in Regno Siciliæ, secundùm Iac.de Bel.in d.§.fi.& talis cõsuetudo est obseruanda.l.3.§.fi.ff.de testi.& l.1.& l.fin.C. de emancip. li.Dicit tamen Bal.in d.§.fi.quòd sufficeret mitti generale proclama in terris,& locis domini requirentis. allegat.l.si eo tempore.C.de remis.pig.Et not.in c. si quis. de maio.& obe.Vnde tamen notetis perpetuò,ꝙ prædictæ causæ,ex quibus potest sequi priuatio feudi,nisi eis obtemperetur,debent esse roboratę solemni numero testium parium curię.Sed si dñs non haberet pares curię, admitterentur alij testes omni exceptione maiores. l. optimam.C.de contrah.& comm.stip.Ita eleganter dicit dicit Bald.in d.§.fin. ꝙ nunquam exeat memoria vestra.
34 ¶†Vltra q̃ro de pulchra q̃st.s̃.aliquando dixi,ꝙ vasallus iurat adiuuare dñm cõtra oẽs(excepto tñ Imperatore.) Quæro:frater meus primogenitus tenebat quoddam castrum in feudum à Duce Aurelianẽsi, & erat feudum paternum,& antiquũ,ego verò teneo aliud castrum in feudum à Duce Biturensi: frater meus iurauit fidelitatẽ Duci Aurelianẽ. & promisit adiuuare eum contra oẽs alios excepto Imperatore: moritur frater meus sine liberis; & ego illi succedo in illo feudo paterno, an debeam iurare,sicut ipse iurauit,& præponere Ducem Aurelianen. D.Domino meo Bituren.an verò æquè debeam præponere D.Dominum meum Biturensem?Videtur prima facie dicendum,ꝙ in iuramento fidelitatis præstando,debeam iurare,sicut iurauit frater meus: quia ex persona hęredis non fit mutatio,neq; variatur obligatio.l.2.§.ex his.ff.de verb.obli.Item res transit cum sua causa, & suo onere.l.traditio.§.quoties.ff.de acq.re.do. Contrarium determinabitis.s.ꝙ debeo p̃ponere Ducem Biturensem Dominum meum antiquiorẽ.nam prioritas,& posterioritas dominorum iudicatur ex persona eius, qui iurat, iste est tex.in c.2.in ti.de prohi.alie.feu. per Lotha. Debeo ergo in iuramento fidelitatis præstando Duci Aurelianen.excipere Dominum meum antiquiorem.s. Ducem Bituren. cap.1.§.fin.in titu.hic finitur lex, & incip. consu.reg.in vsibus feudorum.Non obstat primum motiuum de l.2.§.ex his.ff.de verbo.oblig.quia illud,quod dicitur, quòd ex persona hæredis non fit mutatio, debet intelligi hoc esse verum,quantùm ad hoc, vt hæres teneatur ad id,ad quod defunctus tenebatur. Sed quantùm ad modum,& quantitatem,bene fit mutatio, & variatio,quod patet. nam licèt debitor habeat solidam obligationem contra se, & creditor habeat obligationẽ actiuam insolidum contra debitorem,tamen mortuo debitore,diuiditur obligatio inter hæredes ipsius debitoris,& etiam inter hæredes ipsius creditoris.l.1.C.si cer. pe.& l.pro hæreditarijs.C.de hær.act.& l.hæredes.§.an ea.ff.fam.erc.Item licèt legatarius non possit pro parte agnoscere legatum,& pro parte repudiare, tamen hæredes legatarij hoc facere possunt,vt habeť in l.legatorum ff.de legat.2.Non obstat secundum motiuum, quòd res transit cum sua causa,quia hoc non est perpetuum, imò quandoque ex persona hæredis fit mutatio, & alteratio.l.Paulus respondit.in §.1.ff.de acq.hær.& l.fi. in fin. C.famil.ercis.& l.fi.C.de inoffi.test.Item obligatio,qua tenebatur frater meus, non afficiebat rem, sed personam

nā ſuā.Et ideò ego ſucceſſor nō debeo iurare, ſicut ipſe iurauit.ſaltem in hac materia feudali,in qua propriè nō eſt ſucceſsio hæreditaria, imò feudum antiquum & paternum habemus beneficio,& prouidentia ſuperiorum. vt no.in c.1.in ti.an filius vel agna.in c.Titius.in ti. ſi de feu.defun.fue.contro.& in c.1. §. & quia vidimus. in tit. qui feu. da. poſ. Et iſtam quæſtionē in proprijs terminis decidit Ioan.Ray.in c.imperialem.in §.fi.in tit.de prohi.
35 alie.feu.per Fede.¶† Vlterius quæro de quæſtione quotidiana. Vaſallus vocatus à domino,non fuit in adiutorium ipſius domini,ego dixi ſupra,quòd feudum ipſo iure eſt commiſſum ipſi domino, nunquid dominus propria auctoritate abſque ordine iudiciario poterit apprehendere & occupare illud feudum?Iaco.de Belui. in d. c.1.§.fi.determinat,quòd non,allegat c.1.in tit. de mili. vaſ.qui contu.eſt. & c.1. in ti.de feu.ſine culp.non amit. Bal.in d.§.fi.diſtinguit,quòd aut inobedientia vaſalli eſt notoria: & tunc ſi dominus habeat iuriſdictionem, ſicut ſi ſeruitium deberetur alteri,poſſet dominus mittere illū in poſſeſsionem ex primo decreto, propter inobedientiam vaſalli,ita hoc caſu dominus habens iuriſdictionē, poterit mittere ſuum fiſcum in poſſeſsionem. l. commiſſa.ff.de publi.& l.cū duobus §.idē reſpondit ſocius.ff.ꝑ ſocio.Si verò dominus non habet iuriſdictionē,tunc debet proponere ſuam querelā, & petere ſe mitti in poſſeſſionē illius feudi.l.negantes.C.de acti.& obli.l. ſi cū nulla.ff.de re iudi.& l.1.C.de exerci.& l.1.C. de execu. rei iudic. Et ſi vaſallus dubitat, ne ſibi auferatur poſſeſsio, de facto habet paratum remedium,quia debet adire ſuperiorem,qui præcipiat,ne vis fiat ipſi poſſeſſori,adiecta clauſula,ꝙ ſi ſenſerit ſe grauatum,compareat recepturus iuſtitiæ cōplementū,per no.per gl.& Bar.ī l.de pupillo. §. meminiſſe. ff. de ope. no. nun. Ego allego pulchrum tex.& Bal.ibidem in l.ſi ſuper poſſeſsione,C. de tranſac. Ioan.Ray.in d.c.imperialem.§.firmiter,in vlti.colum.in tit.de proh alie.feu.per Fede.refert Reuerendum Patrē Dn̄m Pontium Ray. genitorem ſuum in quæſtione facti conſuluiſſe in quadā cauſa D. Guil. de Banno,qui habebat tertiam partem Principatus Auratiæ,& contendebatur de quodam caſtro ſuo in ipſo Principatu,& determinaſſe dominum propria auctoritate poſſe occupare feudum commiſſum,ex eo, quòd vaſallus non iuit ad præſtandum adiutorium domino in prælio. Et mouebatur per tex.in d.§.firmiter.in verbo,modis omnibus. nam ſi dominus haberet neceſſe petere per iudicem tale feudum,non benè diceret ille tex.dum dicit, modis omnibus.& hęc dicit patere inter conſilia præfati domini Pontij in conſi.78.Et eſt dicendum, quòd in illo Principatu eſt vſus & conſuetudo,quòd domini feuda ſibi commiſſa & aperta, poſſunt propria auctoritate occupare. Ad Cle.paſtoralis.de re iudi. & ad c.ad apoſtolicæ.de ſent. & re iudi.lib.6.reſpondebat,quòd loquūtur in felonia, ſeu culpa cōmiſſa in faciēdo:nos autē loquimur in felonia commiſſa in non faciendo.ſ.in non præſtando adiutorium domino. Sed ipſe Ioan.Rayn. dicit ſe putare tutius & ſecurius eſſe expectare ſententiam declaratoriā. Sed pro opinione pręfati Domini genitoris ſui alle.tex. in c.fi.in ti.de pace iur.fir. qui text. dicit, liberā in vſus ſuos habeat redigē.facultatē.per q̄ verba ſignificatur, ꝙ dn̄s propria auctoritate pōt occupare feu.Ad idē addit, quia iſta facultas apprehendendi rē,poteſt concedi per hominem.l.3.C.de pig.ergo & per legem.l. non impoſſibile.C.de pac.nā aliquando lex concedit vindictā fieri propria auctoritate.l.1.& 2.C.quādo lice.ſine. iu.ſe vindi.Et in propoſito noſtro lex videtur dare facultatē iſtā, ſcilicet, quòd domini propria auctoritate poſsint occupare feudū:vt patet in d.§.fi.& §.firmiter.& ita acquieuit præfatus D. Ioan. Ray. Ego autē in ſecreto iuris teneo, ꝙ dominus hoc caſu non poſsit propria auctoritate feudum occupare,& in primis adduco tex.in d.§.fi. in titu. de pa.iu.fir. & retorqueo illum tex.contra Io.Ray.& genitorē ſuum,quia tex.ibi dicit conuinci:ſi ergo oportet vaſallum conuinci,certè debet citari,quia poteſt illi cōpetere defenſio: fortè enim allegabit aliquam iuſtā cauſam, per quam erit dignus venia. Pro iſta ratione facit tex.in l.3.§.ſi ad diē.ff.de re mili.¶ Secūdò adduco tex. in c.1.in tit.de feu. ſine culp.non amit. vbi tex. dicit, ꝙ vaſallus non debet ſpoliari feudo, niſi culpa conuicta: ergo ſi oportet eum conuincere de culpa, neceſſariò oportet eum citari.¶Tertiò facit tex.in Cle. paſtoralis. vbi probatur, quòd Princeps etiam contra ſubditum nō poteſt ſupplere defectum citationis ſeu defenſionis, quia eſt de iure naturali,vt probatur ibi, & in l. vt vim. ff.de iuſti.& iure.l.1.§.cùm arietes.ff.ſi quad.pau. feciſ. dica. ¶Quartò citationē, & cauſæ cognitionem dicitur inſtituiſſe Deus omnipotens.1.q.1.vbi probatur, quòd Deus omnipotens peccatum Sodomorū noluit punire, niſi deſcenderet,& videret.Itē noluit punire Adam,niſi prius eum vocaſſet,& audiuiſſet.Gene. tertio.¶Quintò adduco bonum tex.cum glo.in l.fi. C. de leg. vbi Bald. colligit,quòd Princeps,antequam veniat ad ſentētiam, debet citare partem,& ſi procederet ad ſententiam ſine cauſæ cognitione & partis citatione,ſententia redderetur nulla.Sed pro eadem ſententia facit tex.in c. 1. ext. de cau.poſ.& proprie.vbi tex.dicit iſta verba, Nec nos contra partem inauditam aliquid poſſumus definire. ¶Sextò pro hac parte facit tex.in c.licèt epiſcopus. ext. de præben.in 6.vbi dicit tex.quòd quantuncunque conſtet clericum tenere duo beneficia incōpatibilia,tamen non debet ſpoliari poſſeſsione illius beneficij,quod vacat ipſo iure per adeptionem poſſeſsionis alterius, niſi pręmiſſa cauſæ cognitione,ad quod eſt facienda citatio. l.in cauſæ.§.cauſa autem cognita.ff.de mino.bene facit. l.fi.C.ſi per vim vel alio modo. nec placet mihi reſponſio data per præfatum D.Ray.ad Cle.paſtoralis.& ad c. ad Apoſtolicæ.dum dicebat, quòd illa iura loquuntur in felonia,ſeu culpa commiſſa in faciēdo.nam iſtud motiuum retorqueo contra eum.Nam eſt maior culpa cōmiſſa in facien. q̄ in non faciendo, vt probat glo.in l. ſi mora.ff.ſo.ma.Si ergo in culpa,quæ conſiſtit in non faciendo, dominus poteſt propria auctoritate occupare feudum, vt vult præfatus Doctor. multò magis debet hoc licere domino,quando culpa cōſiſtit in faciendo, quia eſt grauior.Et tamen hoc caſu,quando culpa conſiſtit in faciendo,requiritur ſententia.d.c. ad Apoſtolicę. ibi,ſententialiter priuamus.& idem probatur in d. Cle. paſtoralis. Nō ob.l.1.& 2.C.quādo liceat ſine iud. quia reſpondeo, ꝙ ibi eſt ſpeciale in odium illorum latronum,& depopulatorum agrorum. Non obſtat aliud motiuum, quòd in caſu noſtro lex dat poteſtatem occupandi feudum propria auctoritate, quia nego iſtud eſſe verum, per text. in c. 1. §. quicunque. ibi, ordine iudiciario. in titu. de pa. tenen. & eius viola. Cōcludamus ergo,quòd in caſu prædicto, ſcilicet, quando vaſallus non præſtitit adiutorium domino in guerra,nō licet domino propria auctoritate occupare feudū. Et ſecūdùm iſtam opinionem conſului.

S V M M AE.

1 Cauſæ,propter quas vaſallus veniat feudo priuandus, quæ & quot ſint.

2 Vaſallus inueſtituram non petens infra tempus debitum, debet ipſo priuari.

3 Filius vaſalli offendens dominum feudi,an patri præiudicet.

4 Pater debet in filium animaduertere, quandiu eſt in ipſius poteſtate: quapropter tenetur de offenſa ipſius filij.

5 Stante regula, quòd filio vaſalli dominum offendente vel deducatur ad dominū,vel ſeparetur à patre, cuius erit eligere.

Deductio

6 *Deductio offensoris ad dominum, qualiter & ad quem finem fieri dicatur.*

7 *Filius emãcipatus, an si offendat dominum feu. quod tenet pater, teneatur aut praiudicet patri.*

8 *Filius vasalli an poterit propter offensam domino factam exhaeredari.*

9 *Vasallus offendens dominum, an ipso iure priuetur feudo, aut an requiratur sententia.*

10 *Dominus feudi debet habere iniuriae suae vltionem.*

11 *Vasallus vasalli offendens dominum principalem venit feudo priuandus, quod feudum applicandum venit domino immediato.*

12 *Vasallus primus committẽs feloniam, propter quam priuatur feudo, an praeiudicet vasallo, cui de eodem subinfeudauit, ita quòd ius suum perdat.*

13 *Vasallus primus, si post offensam restituatur, an etiam secundus recuperabit iura sua.*

14 *Vasallus foedus faciens cum inimico domini, venit feudo priuandus.*

14 *Vasallus occidẽs fratrem proprium, aut fratrem domini sui, an sit feudo priuandus, & nu. 16.*

17 *Proditor quis dicatur.*

18 *Damnatus de crimine an debeat perdere bona.*

19 *Vasallus occidens seipsum, an perdet feudum pro suis haeredibus.*

20 *Vasallus occidens conuasallum an priuari debeat feudo.*

21 *Vasallus post feloniam domino factam effectus furiosus, an ex felonijs & culpis praecedentibus pati possit sententiam priuatiuam feudi.*

22 *Dominus occidens fratrem aut proditorem, an si non compareat, priuabitur proprietate feudi.*

23 *Vasallus non faciens iustitiam domino suo, an sit feudo priuandus.*

24 *Dominus iustitiam vasallo non faciens, an proprietate feudi veniat priuandus.*

25 *Vasallus ferens contrà dominum testimonium, an poterit eo priuari feudo.*

26 *Vasallus aduocans contra dominum suum an sit feudo priuandus.*

27 *Vasallus iudicans contra dominum suum, an debeat feudo priuari.*

28 *Vasallus reuelans secreta domini sui, debet feudo priuari.*

29 *Vasallus inhonestè agens cum vxore domini sui, siue vidua, siue nondum traducta vel cũ alijs affinibus, aut pedissequa, venit feudo priuandus.*

30 *Causis, quibus pater potest exhaeredare filium, & donator reuocare donationem, eisdem meretur vasal. perdere feud. & nu. 41. & 47.*

31 *Vasallus committens incestum, ipsò iure priuatur feudo.*

32 *Vasallus per lenocinium volens vxorem domini sui alteri adulterandam traducere, debet feudo priuari.*

33 *Vasallus assaliens castrum domini sui, debet perdere feudum.*

34 *Conuentus super feudo, negans rem esse feudalem, dignus est feudo priuari, Idem in emphyteota. nu. 35. & fideiussore, & socio.*

36 *Deterioratio feudi notabilis an sit causa sufficiens amittẽdi feudum. Idem de vsufructu.*

37 *Vasallus sciens dominum suum esse inclusum vel detentum, nec curat illum liberari, cùm possit, debet feudum amittere.*

38 *Verba ista, Indignationẽ Apostolorum Petri & Pauli &c. in literis Apostolicis apposita, quid operentur.*

39 *Nomine poenae grauissimae intelligitur mors.*

40 *Vasallus effectus monachus debet feudo priuari.*

41 *Miles Hierosolymitanus an sit in feudo successibilis.*

42 *Vasallus iurans occidere dominum, non tamen occidit, feudo an priuabitur.*

43 *Vasallus aliqua rationabili causa manũ mittens in dominũ, an debeat feudo priuari.*

44 *Vasallus insidians vitae domini veneno vel aliter, an veniat feudo priuandus.*

45 *Vasallus feudum alienans (irrequisito domino) debet illud amittere.*

46 *Vasallus cõtumax in causa feudali debet feudum amittere.*

47 *Vasallus si commiserit contra dominum aliquam ex istis causis, ex quibus donator posset reuocare donationẽ, priuari debet feudo.*

48 *Vasallus vocans dominum in ius (venia nõ petita) an debeat perdere feudum.*

89 *Vasallus eleuans manum contra dominum, licèt nõ percutiat, tenetur tamen actione iniuriarum.*

50 *Mutus, surdus, vel aliàs imperfectus non debet possidere feudum.*

51 *Dominus, cui iniuria facta fuit, si taceat vsque ad mortem, an censeatur remisisse, ita quòd post eius mortem nihil praeiudicet iniuria vasallo.*

52 *Vasallus committens domino feloniam, si ipse vasallus decedat sine querela, an possit successoribus praeiudicare.*

53 *Donatio inter virum & vxorem dicitur morte confirmari, si perseueret voluntas.*

54 *Pars ciuitatis vel communitatis offendens, an praeiudicet alteri parti.*

55 *Probatio ingratitudinis seu iniuriae factae domino feudi, quot testes requirat.*

56 *Dominus feudi, agens contra vasallum iniuria, an teneatur probare locum & tempus commissae iniuriae.*

57 *Dominus feudi promittẽs alicui feudum, an in petitione inuestiturae poterit apponere feloniam praeteritam.*

58 *Feudum amissum propter delictum vasalli, ad quem transire debeat.*

59 *Vasallus grauiter delinquens in alium, quàm dominum feudi, an possit feudo priuari, & in quem transire debeat feudum.*

60 *Delictum patris an in materia feudali noceat filio, & si sit, ad quem transibit feudum. nu. 61.*

62 *Vasal. committens homicidium in alium, quàm in dominum feudi, an sit feudo priuandus.*

63 *Confiscatis bonis vasalli, an confiscatum censeatur ipsum feudum.*

64 *Vasallo committente feloniam, propter quam debeat perdere feudum, an si dominus remittat, & feloniam & feudum, an remanebit antiquum, sicut prius.*

65 *Vasallo rem feudalem apud alium constitutam inuadente, cui applicandum erit ius feudi.*

66 *Pproprietas feudi an veniat in publicatione bonorum.*

DICTIQVE VASALLI promiserunt non com
mittere feloniam contra dominum suum.
1 ¶ † Pro declaratione istorum verborum est
sciendum, quòd multae sunt causae, multaeque felonię,
propter quas vasallus meretur priuari feudo, quas hic
per ordinem recensere constitui. ¶ Prima igitur causa
est, quando vasallus irrequisito domino, alienat feu-
dum. c. imperialem. in princip. in titu. de proh. feud.
alie. per Fede. Et hoc casu vasallus ipso iure priuatur
feudo. text. est cum gloss. in verbo, liberè. in d. c. im-
perialem. in §. callidis. Et de hac materia plenè tracta-
ui vobis suprà in illis verbis, Et promiserũt non aliena-
2 re. ¶ † Secunda causa est, quando non petit inuestituram
intra tempus debitum, iuxta. d. c. imperialem. §. praete-
rea si quis maior. & iuxta. c. 1. in tit. quo tẽpo. miles. de
qua materia plenè dixi vobis. s̃. in illis. Et prędicti vasal
3 li inuestiti fuerũt. ¶ † Tertia causa est, quãdo vasalli filius
offendit dominum, nam ipse vasallus, idemq; pr̃ si fuerit
requisitus à domino, debet suum filiũ deducere ad do-
minum offensum, vt satisfaciat illi de offensa, vel debet
ipse pater separare filium à se, aliàs meretur priuari feu-
do. tex. habetis in d. c. imperialem. §. insuper. Et idem est

de oĩbus alijs domesticis ipsius vasalli, si offendunt dominum, excepta tamen vxore, quia licèt offendat dominum, tamen vasallus non tenetur eam separare à se. Ita dicit Bal. & cæteri sequuntur in d. §. insuper. per l. mani-
4 festissimi. §. fin. C. de furt. ¶ † Sed circa hoc formo vobis vtiles multas quæstiones, & in primis quæro, quæ nam ẽ ratio, ꝗ vasallus in casu prædicto tenetur deducere filiũ ad dominum? Io. Ray. in d. §. insuper. dicit rationem esse, quia cum filius sit in potestate patris, potest pater eum castigare, & in eum animaduertere. l. congruentius. C. de patr. pot. vnde debet de filio suo facere iustitiam domino. Et nos habemus, ꝗ quando vasallus requisitus nõ facit iustitiam domino, meretur priuari feudo. c. 1. §. itẽ qui dominum. in tit. quæ sit prima cau. benefi. amit. Alia est ratio, quia quando requisitus non adducit filium ad dominum in casu prædicto, videtur contemnere dñm: & ideo debet priuari feudo. c. 1. §. fi. in tit. proximè allega. Sed quæ potest esse ratio, ꝗ tenetur separare filium à se? Præfatus Doc. dicit, quia nisi ita faciat, videtur copulare amicitiam cũ inimicis domini. Nam ex quo filius offendit dominum, factus est inimicus domini: vnde pater retinendo eum in domo apud se, videtur copulare amicitiam cum inimicis domini. Et ista est sufficiens causa ad priuandum eum feudo. iste est tex. not. in c. 1. in ti. quot test. sunt necess. ad proban. feu. ingratitu. Ita etiam vult glo. in l. liberi. C. de inoffi. testa. & glo. in l. 1. §. cum patronus. ff. de off. præfec. vrb. de quo dicam vobis. ꝭ.
5 ¶ † Secundò quæro, cuius erit electio prædictorum duorum, scilicet, ꝗ vel deducat filium offensorem ad dominum, vel ꝗ separet eum à se? Io. Ray. in d. §. insuper. dicit, quòd electio erit vasalli, quia in alternatiuis ibi regulariter est electio debitoris. l. plerunque. §. fin. ff de iure
6 dot. ¶ † Tertiò quæro, qualiter, & ad quem finem fiet ista deductio offensoris ad dominum? And. de Iser. quem cæteri sequuntur in d. §. insuper. dicit, quòd fiet ad finem, vt ipse filius offensor se ponat in manibus domini, tanquam in arbitratorem, qui puniet eum, sicut iudex facere posset. Si tamen excedat modum in puniendo, poterit peti reductio ad arbitrium boni viri. l. pen. cum sua glo. ff. de arbi. & l. 3. C. de do. promis. poterit etiam eum relegare, vt stet extra prouinciam, seu terram ipsius domini. Quod vltimum intelligatis procedere, quando esset talis dominus, qui haberet potestatem relegandi. l. 1. ff. de interdi. & releg. bene facit. l. fin. ff. de iniur. & c. veniens. ext. de iureiur. Potest ẽt fieri ista deductio ad aliũ finem. s. vt ipse filius offendens stet iuri, & per viam iudiciariam cognoscatur, & vindicetur, iuxta ea, quæ haben-
7 tur in l. rescripta. C. de prec. Impe. offe. ¶ † Quartò quæritur, nunquid prædicta habeant locum, etiam si filius sit emancipatus à patre? Bal. & Iaco. de Alua. in d. §. insup. determinant ꝗ sic, quod patet, quia vasallus idem debet facere de domesticis suis, quãtumcunq; sint extranei. d. §. insuper. non tamen potest dare filium offensorem pro noxa, secundùm Bal. in d. §. insuper. allegat. §. fin. Insti. de
8 noxa. ¶ † Quintò quæro iuxta prædicta, vtrùm quando filius vasalli offendit dominum, possit pater ex hac causa eũ exhæredare? Bal. quẽ cæteri sequuntur in d. §. insuper. determinat ꝗ non: quia ista causa non connumeratur inter causas, quibus pater potest exhæredare filium, de quibus habetur in §. causas. in Auth. vt cum. de appel. cogn. & per glo. magistram. in c. Quintauallis. ext. de iureiur. Item licèt pater in casu d. §. insuper. separet filium à se, non tamen perdit ius patriæ potestatis, secundùm
9 Bal. ibi, qui adducit. l. abdicatio. C. de pat. pote. ¶ † Sextò quæro, vtrùm in casu d. §. insuper. vasallus priuetur ipso iure, an verò requiratur sententia priuatiua? Io. Ray. in d. §. insuper. determinat requiri sententiam priuatiuam; quia tex. vtitur ibi verbo futuri temporis, dum dicit, priuetur. facit glo. ord. in l. in criminali. C. de iuris. om. iud.

Item quia tex. in d. §. insuper. dicit, ꝗ hoc casu oportet, ꝗ dominus requirat vasallum, & vasallus cesset hoc facere, & in istis reqritur causæ cognitio. c. 1. in tit. de feu.
10 sine culp. non amit. ¶ † Septimò quæritur, vtrùm in casu d. §. insuper. agnati præferantur domino? Concludite ꝗ non, imò dominus excludit agnatos: quia contemptus seu delictum concernit personam domini: vnde debet habere iniuriæ suæ vltionem. c. 1. §. denique. in tit. quæ sit prima cau. & ita vult D. Io. Ray. in d. §. insuper. in prin
11 cip. 3. col. ¶ † Quarta causa principalis est, si vasallus vasalli offendat maiorem dominum, quia tunc meretur priuari feudo, & tale feudum applicatur domino immediato. Et si primus vasallus sit requisitus per dominum, quòd requirat subuasallum, & satisfaciat domino de offensa: & ipse primus vasallus ita requisitus non requirat subuasallum, priuabitur feudo. Hæc duo dicta probantur in c. imperialem. in §. illud. in titu. de prohib. feu. alie. per Fede. Sed dicet aliquis vestrum, Nos habemus, quòd vasallus vasalli mei, non est vasallus meus, sicut socius socij mei, non est socius meus. l. nam socij. ff. pro socio. habetur in l. Modestinus. ff. de verbo. signifi. ergo licèt vasallus vasalli offendat priorem dominum, non debet perdere feudum: quia ille prior, & magnus dominus non est dominus suus. Hanc dubitationem mouet glo. in d. §. illud. sed non respondet. Iaco. de Bel. ibi respondet, quòd licèt ipse maior dominus non sit dominus vltimi vasalli; tamen ipse vasallus vasalli offendendo maiorem dominum, debet priuari feudo: quia seruitium afficit feudum, sicut seruitus afficit rem. l. via constitui. §. si fundus ff. de seruit. rusti. prædio. Item quia vasallus non debet copulare amicitias cum inimicis domini, vt dicam in sequentibus, imò tenetur seruare amicitias cum amicis domini: quia contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Item feudum deriuatur generaliter ab alio priori, & maiori domino: igitur vasallus vasalli non debet offendere, sed potius honorare, arg. l. si verò non remunerandi. §. inde Papinianus. ff. manda. quicquid autem est causa causæ, est causa causati. l. fin. C. de hæred. institu. Sed opponitur, & imò videtur, quòd tex. in d. §. illud. in secundo casu malè loquitur: nam dicitur ibi, quòd si vasallus vasalli offendat maiorem dominum, & ille maior dominus requirat vasallum suum, vt requirat subuasallum, & satisfaciat dño de offensa, & si ipse primus vasallus ita requisitus non ita faciat, debet priuari feudo. Sed hoc videtur falsum, quia vasallus non habet, nisi vtile dominium, quia directum remansit apud dominum, qui feudum concessit. Ita probat tex. in c. 1. in versi. vtiliter. in titu. de contro. inter vasal. & alium de benefi. & in c. 1. §. 1. ibi, quasi vindicare. & in §. fina. in titu. de inuesti. de re. alien. fac. Et hoc vult glo. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. vnde ipse vasallus subinfeudando alium de eodem feudo, transfert in ipsum vltimum vasallum vtile dominium, ita quòd nihil remanet apud ipsum primum vasallum, vt notatur in l. ex asse. ff. ad Trebellia. Ergo ipse primus vasallus nihil habet, quo possit priuari. Solutio. Ad istud argumẽtum multis modis respondetur. Primò, quòd primus vasallus priuatur iure vasallagij, quod habet in suum subuasallum. Vel aliter secundùm Io. Ray. in d. §. illud. circa 7. col. Primus vasallus subinfeudando alij, retinet quoddam quasi vtile dominium pro iure vasallagij. Et ideo illo iure potest priuari. Et ita vult etiam Io. Fab. in §. adeo. Instit. de loc. Vos potestis aliter respondere, quòd quando vasallus subinfeudat alium de eodem feudo, hoc casu est reperire duplex vtile dominium, scilicet vtile superius, & istud remansit apud primum vasallum subinfeudantem. Et aliud vtile dominiũ inferius, & istud fuit translatum in ipsum subuasallum, & ita dicit eleganter Bal. in c. cæterum.

rum.in pen.col.ext.de iudi. De isto puncto habetur per Bal.in c.sanè.in vlti.col.de renun. Sed quæro vlterius, vtrùm in casu.§.illud. vasallus priuetur feudo ipso iure, an verò per sententiam? dicite quòd per sententiam. & hoc probat tex.in d.§.illud.vbi vtitur verbis futuri temporis,vt est dictio,amittat,& priuetur. Et quando lex loquitur per verba futuri temporis, requiritur sententia, vt vult glo.ord.in l.criminali.C.de iurisd.om.iudi. & l. iubemus.§.œconomus.& §.sanè.C.de sacrosan.eccle.& ita tenet Ioan.Ray.in d.§.illud.¶Quæro etiam,vtrùm in casibus d.§.illud. agnati præferantur domino, an verò econtra dominus præferatur agnatis? dicite, quòd in primo casu illius §. scilicet, quando vasallus vasalli offendit dominum maiorem,tunc feudum applicatur immediato domino feudi. Ita probat tex.in d.§.illud.ibi, ad dominum suum,à quo tenebat, reuertatur. Et sic in isto casu est expeditum,quòd dominus præfertur agnatis.& idem est in secundo casu illius §.illud. quia maior est ratio in ipso secundo casu,quàm in primo:quia in primo casu ipse maior dominus fuit offensus per vltimum vasallum,& contemptus per primum vasallum: & ideo in recompensationem iniuriæ sibi illatæ,debet habere feudum,& præferri agnatis. c. 1. §. denique, in tit. quæ
12 sit prima cau.benefi.amit. ¶†Vlterius quæritur:primus vasallus commisit feloniam,propter quam priuatur feudo,an vasallus,cui de eodem subinfeudauit,perdat ius suum?videtur quòd sic,qa resoluto iure datorum, &c. l.lex vectigali.ff.de pign.c.1.§.rursus.in titu. de contro. inuestit. In contrarium facit,quia felonia,seu delictum vltimi vasalli non præiudicat eius domino immediato. d.§.illud.ergo idem esse debet econtra.s.ꝙ delictum primi vasalli non debet præiudicare vltimo: quia vasallus vasalli mei,non est vasallus meus,arg.l.nam socij.ff.pro soc.habetur in l.Modestinus.ff.de verb.sign.Io.Fab.in §. fi.Insti.de vsufru.pro decisione dictæ quæstionis distinguit,quòd aut dominus consensit primo vasallo, quando subinfeudauit alteri, & tunc delictum primi vasalli non nocet vltimo:quia primus vasallus tantùm perdit iura sua,& vltimus vasallus succedit in locum primi, & efficitur immediatus vasallus prioris domini. Aut dñs non consensit subinfeudationi, & tunc vltimus vasallus priuatur iure suo,propter feloniam primi vasalli, q̃ erat dominus ipsius vltimi vasalli, nisi ipse vltimus vasallus sit paratus seruire priori domino,& recognoscere ab eo dem feudum.c.1.§.1.ver.excepto, in titu.qual.ol.pote. feu.alie.Et notetis bene istam distin. quam sequitur Io.
13 Ray.in d.§.illud. ¶†Sed ponamus,ꝙ primus vasallus,q̃ erat priuatus,postea restituatur:an vltimus vasallus etiã recuperabit iura sua?Concludite quòd sic,rebus manentibus in integro statu, hoc est, quòd iura vltimi vasalli non essent in alium translata.Ita vult Iac.de Bel.& cæteri sequuntur in c.1.in tit.hic fini.lex &c. Cæterum si iura vltimi vasalli iam erant in alium translata per fiscum, tunc restitutio primi vasalli non faceret, quòd vltimus vasallus reciperet iura sua, quia dominus restituendo primum vasallum,non potest tollere ius quæsitum alteri,arg.c.quamuis.ext.de rescrip.lib.6.not.in l. Gallus.§. & qd si tñ.ff.de lib.& posth.& in l.fi.C.de sen.pas.¶Sed an dominus,seu Princeps restituendo primum vasallũ, posset facere,quòd illa restitutio traheretur ad res iam medio tempore alienatas, & translatas in alium? Bal.in d.§.& quid si tantùm.post Cy. arguit ad partes,& tandẽ concludit quòd non: quia Princeps non potest tollere ius quæsitum alteri,vt not.per Bar.in l.fi. ff.de constitu. Princ.nota.in l.rescripta.C.de precib.impera. offe.& in l.fi.C.si contra ius,vel vti.pub.& in c.quæ in ecclesiarũ. ext.de consti.Bene facit quod not.Bar.in l.quæcunque. C.de fide instru.& iure hastæ fisc.lib.10.vbi tractat,nunquid quando ciuitas restituit expulsos, an possit liberè disponere de bonis expulsorum,quæ iam erant alienata in alios? De materia hac tractat Bal. in cõmen. pac.
14 Constan.in verbo,priuilegia.¶†Quinta causa principalis est, quando vasallus copulauit amicitiam, seu fecit confœderationẽ cum inimicis domini sui. Nam ista est iusta causa priuandi vasallum feudo. Ita tenent glo. in l.1.§.cum patronus.ff.de off.præfec.vrb.& glo.in l.liberi.C.de inoff.testa.& glo.in c.1. in verbo, concubuerit. in ti.quib.mo.feu.amit.Et probatur apertè in c.1.in tit. quot test. sunt necess. ad proban.feu.ingra. De hoc tractat etiam Bal.in l.1.in 41.quæstio.ff.de re.diui. & dicit Io.de Imo.in Clem.1.de iureiuran.hæc verba formalia. Not.ꝙ ille dicitur venire contra Ecclesiam, qui facit ligam cum inimicis Ecclesię,vt fecerunt(secundùm eum) Florentini,qui fecerunt ligam cum Serenis. Rege Francorũ.Sed dicit ipsemet Imol. quòd (Deo propitio) illa liga fuit potiùs perniciosa,quàm vtilis. Conclusionem prædictam intelligatis procedere, quando talis copulatio amicitiæ fuisset facta in damnum,& iniuriam domini.Ita vult glo.in præalleg.c.1.in tit.hic potest esse titu. qui.mod.feu.amit.&c.Est & de mente glo. in c.1.§.porro.in tit.quæ sit prima causa bene.amit. & sequuntur ibi And.de Iser.Bal.& D.Mart. de Laud. Placet etiam ista sententia Iac.Alua.in illo paruo tit. hic potest esse titulus &c.Et satis probatur in c.1.in titu.quot test.sunt necess.ad proban.feu.ingra. Et hoc infert notabiliter ipse And.de Iser.in d.§.porro. quia nõ sufficeret dominum probare, ꝙ vasallus copulauit amicitiam cum inimicis ipsius domini,nisi ẽt probet, ꝙ hoc fecit in iniuriam,& damnum ipsius dñi,puta,vt inimici redderentur potentiores dño, nõ aũt incumbit vasallo onus probandi istã negatiuam.s.ꝙ non copulauit amicitiam cũ inimicis dñi in dãnũ,vel in iniuriam ipsius.Rõ est,quia copulare amicitiam, nõ est de genere malorũ, imò est operæ ꝑtium, & virtuosum.l.latæ culpę.§.amicos.ff.de ver.sig.imò est ꝓceptum diuinum,vt patet Ecclesiast.7.circa prin. Noli ꝓ amico esse inimicus ꝓximo: quia ergo ista copulatio amicitię est de gñe bonorum,inducit ꝓsumptionem pro vasal. qua transfertur onus probandi in dñm, vt teneat probare,ꝙ illa copulatio fuerit facta in iniuriam,& ꝑniciem ipsius dñi.Dicit ẽt D.Mar.de Laud.in c.1.in ti.qui. mo.feud.amit.ꝙ si vasallus copulasset amicitiam cũ inimicis dñi iusto timore ductus,excusaretur à perditione feudi,arg.l.nouissimè.ff. qđ falso tut.auct. Eodẽ modo si vasal.fideiubeat pro inimico dñi, ita demum meretur perdere feudũ,si illa fideiussio fuit facta in iniuriam, & ꝑniciẽ dñi.Ita eleganter dicit Bal. in d.§.porro.ĩ 1.col. alleg.Spec.in tit.de treu.& pa.in ver.sed pone.qđ dictũ
15 bene tene mẽti.¶†Sexta principalis causa est,si vasal.occidat fratrem suum propriũ, ad finẽ, ꝙ obtineat totum feud.seu totam hrditatẽ,vt probatur expressè in c.1. an ille qui interf.fra.do.sui &c. Secus si interficiat fratrem dñi sui,quia tunc non perdit feudũ.d.c.1. Sed dicet aliquis,nonne vasallus occidẽdo fratrem dñi, magis delinquit in dñm,q̃ quando occidit fratrem proprium? Rñdete ꝙ non, imò naturaliter magis peccat,& delinquit, qñ occidit fratrem proprium,quia spargit sanguinẽ proprium.l.1.& l.vtrùm.ff.ad leg.Pomp.de parric. Item qñ occidit fratrem proprium,delinquit rõne feudi, & rõne rei,quæ est ipsius dñi,licèt,qñ occidit fratrem dñi, non dicitur delinquere in rem ipsius domini: quia vasallus nihil recognoscit à fratre dñi. Alioquin nisi ita diceremus,sequeretur,ꝙ si vasallus occideret aliquem magnũ amicum domini,ꝙ deberet priuari feudo,quod non est dicendũ,secundùm Bal.& omnes in d.c.1. in ti. an ille q̃ interfe.fra.Sed adhuc arguet aliquis vestrum,& dicet,ꝙ imò vasallus occidendo fratrem domini,debet perdere feudum: quia si carnaliter copularetur cũ sorore domini manentis in domo ipsius domini,deberet perdere feu-

feudum.c.1.§.1.ibi, aut cũ sorore domini concubuerit,
in ti.quib.mo.feu.amit.Soluite, quòd illa copula carna
lis cũ sorore domini est grauior offensa,quàm sit offen
sa in occidendo fratrem domini.l.isti quidem.ff.qđ me.
caus. Et prima offensa per copulã carnalem non est ex-
cusabilis. l.1. C. de rap. virgi. Alia verò offensa q̃nque
est excusabilis.c.1.§.si quis aliũ.in tit.de pa.tenẽ.& eius
16 viola.† ¶ Quod dixi supra, vasallũ occidendo fratrem
domini nõ perdere feudum,limitabitis, nisi illũ occidis
set in iniuriam domini:q̃a tunc perderet feudũ,& appli
caretur domino.Ista est glo.perpetuò notanda in c.1.§.
item si fratrem.in tit.quib.mod.feu.amit.& illam gl. se
quuti sunt Iac.de Bel.& Iaco.Alua.in d.c.1.in tit.an ille
qui interfe.fra. &c. ¶ Secundò limitabitis, nisi vasallus
proditoriè occidisset fratrẽ domini sui: quia tunc debet
perdere feudũ.d.c.1.proximè allegato.& est rõ,q̃a pro-
pter tale prodimentũ non posset sine dedecore stare in
curia domini:& ideò est dignus priuari feudo.d.c.1.Itẽ,
quia cum semel commiserit proditionem,semel malus,
semper pręsumitur malus in eodem genere mali.l.si cui.
§.ijsdem.ff. de accus. & reg.semel malus.de reg.iur.lib.
6.Item,quia proditor nõ meretur habere beneficium.c.
clericus.47.disti.quia nesciret esse fidelis, & feudum di
citur à fidelitate.c.1.§.nulla.aliàs est c.nulla.in titu. per
quos fia.inuestitu.Et dicit Bal.in d.c.1.in ti. an ille q̃ in
terfe.fratrẽ. quòd proditor debet esse alienus ab omni
17 facie dominorum. † ¶Sed pro declaratione quæro,q̃s
dicatur proditor.Bar.in l.respiciẽdum.§.delinquitur.ff.
de pœ.dicit,ꝙ proditor dicitur ille, qui mente aliud ge
rit,& vnum facto demonstrat.aliud accipe exemplũ:tu
& ego sumus socij itineris,tu me sociũ itineris percutis,
vel offendis absq; aliqua causa,vel dũ ambo sederemus
ad eandẽ mensam,tu me percutis,non pręcedente rixa,
vel cum esses amicus meus,& confiderẽ de te,tu me of-
fendis per retrò.his omnibus casib. dicitur proditor.Se
cùs si aliquis sit inimicus meus:nam per inimicitiã osten
do,quòd non debet confidere de me.hoc casu si percu-
tiã eũ,vel offendam,nõ dicor proditor.Et dicit elegan-
ter Io.An.in nouel.c.pro humani.ext. de homi.lib.6. ꝙ
ille,qui offendit aliũ sine diffidatione,dicitur proditor.
Hoc dictum sequitur Bal.in Auth. itẽ nulla cõmunitas.
C.de epis.& cle. & idem dicit Bal.in c.1.in tit.qui.mo.
feu.amit.dicit ẽt no.Ia.Bu.in l. Athletas.§.calumniator.
ff.de his qui not.inf ꝙ ille, qui dat alteri potionem ve-
nenatam,dicitur proditor,quod voluit ipse Butrig. in l.
1.C.de malefi.& mathema.hoc dictũ sequitur Bal. in d.
c.1.in ti.qui.mo.feu.amit.& Ia.Al.in d.c.1.in ti.an ille,
qui interfe.fra.Vnum etiam notetis pro differentia,quã
facit text.in d.c.1.an ille, qui interfe.fra. scilicet, quòd
si vasallus occidit fratrem suum, & habeat bona feuda-
lia,priuatur feudo. Sed si occidat fratrem domini, non
priuatur feudo.Nam si vasallus occidat fratrem suũ pro
prium,vt perdat totum feudum, poterit ex lege feudo-
rum procedi contra eum ciuiliter ad priuationem feu-
di: sed si occidat fratrem domini, non poterit contra eũ
ciuiliter agi ad priuationem feudi. Quantùm autem ad
criminalem processum,non est differentia inter casus p̃
dictos. Nam si vasallus,qui occidit fratrem domini sui,
condemnetur criminaliter de homicidio,in consequen
tiam istius iudicij criminalis,poterit condemnari ad pri
uationem feudi.Ita eleganter dicit Bal. & sequuntur Ia.
Alu.& D.Marti.de Laud.in d.c.1. Quod notetis pro de
18 claratione & intellectu d.c.1. † ¶An autem hodie dãna
tus de crimine debeat perdere bona, dicite vt habetur
in Authe.bona damnatorum.C.de bo.dam. Ego reddo
vobis istam decisionem Bald. valdè dubitabilem: quia
text.in d.c.1.loquitur indistinctè,nec facit differentiam
inter processum ciuilem & criminalem:ergo indistinctè
debet intelligi.l.1.§.& generaliter.ff.de leg.præstan. In

iudicando tamen non esset tutùm recedere ab opi. Bal.
19 & sequacium.† ¶Vlterius pone,quòd vasallus occidat
seipsum.Bal.quem cæteri sequũtur in d.c.1.determinat
quòd nõ perdet feudum,quia antequam sit mortuus,nõ
est damnatus ad perditionem feudi, postquam autem
mortuus est,feudũ facit trãsitum ad eius hęredes.l.2.C.
qui testa. face pos. nec vlla pœna mortuo,iure fori põt
imponi.l.si alicui pœna.ff.de pœ.Addo vobis,quòd il-
le,qui occidit seipsum,debet carere ecclesiastica & diui
na sepultura,& debet guadere sepultura canina:ad hoc
20 allego vobis tex.cum gl.in c.placuit.23.q.5.† ¶ Sed po
namus,ꝙ vasallus occidat conuasallum, an priuabitur
feudo,videtur ꝙ non: quia si occidendo fratrem domi-
ni non perdit feudum,multò minus debet priuari,quã-
do occidit conuasallum, tamen Ia.de Ardizo.& Ia.Al-
ua.in d.c.1.determinat contrarium,per l.omne delictũ.
§.si quis.ff.de re mili.& l.verum.in prin.ff. pro socio.&
l.vnica.C.si socius liber.imper.sine hærede decesse.lib.
21 10. Et notetis bene istam decisionem.† ¶ Sed dubita-
tur, quid si vasallus post commissam feloniam efficitur
furiosus,an ex felonijs.&culpis pręcedentibus commis
sis,dum erat sanæ mentis,possit pati sententiam priuati
uam feudi?Bal.quem cæteri sequuntur in d.c.1.dicit,ꝙ
processum ciuilem, & sententiam super processu ciuili
bene põt pati dato sibi curatore, sed processum crimi-
nalem non patitur,etiam dato sibi curatore:quia in cri-
minalibus comparet vt accessorius, non aũt tanquã fun
dans iudicium.l.clarũ.C.de auct.præstan.Regulæ enim
iuris nõ patiuntur quem criminaliter condemnari per
administratorem.l.seruũ quoque.§.publicè.ff.de p̃cu.l.
pe.§.ad crimen.ff.de publi.iud.De crimine autem com
misso,dũ est in furore,condemnari non põt,quia patitur
mentis exilium.tex.habetis in l.Diuus.ff.de offic.Præsi.
Et quòd dixi de furioso, procedit etiam in phrenetico.
de quo habetis in l.ob quæ vitia.ff.de Aedi.edic.& per
Bal.in l.2.C.de rescin.ven.& ẽt in eo,cui propter vene-
22 num ablatus est intellectus,sm̃ Bal.in d.c.1.† ¶ Dubita-
tur etiam, nunquid si dominus occidat aliquem prodi-
toriè,vel occidat fratrem suum,ita quòd non potest cõ-
parere sine dedecore,an priuetur proprietate feudi?Vi-
detur ꝙ sic,quia quibus casibus vasallus priuabitur feu-
do,eisdem casibus dominus priuatur proprietate.c.1.in
ti.quali.dominus proprie.priue.& c.domino committẽ
te.in ti.si de feu.defunc.fue.controu. ¶ In contrariũ de
terminabitis,& dicetis,ꝙ ad instantiam vasalli,dominus
non priuabitur proprietate:quia vtile est vasallo, quia
interim non tenebitur præstare seruitia domino. c.1.in
tit.hic finitur lex,& incip. consue.reg. Et est magna rõ
diuersitatis, an vasallus occidat fratrem suum propriũ,
vel alium proditoriè,vt declarat Iac.Alu.in d.c.1. Non
obstat c.2.in titu.qualiter dominus proprie.priue. cum
similibus:quia loquuntur, quando dominus committit
offensam in personã vasalli: nos verò loquimur, quan-
23 do committit offensam in personam alterius. † ¶ Septi
ma causa priuationis est,quando vasallus non fecit iusti
tiam dño,nam meretur perdere feudum.c.1.§.item qui
dominium.in tit.quę sit prima cau.benefi.amit.Et debe
tis intelligere hoc modo,quòd dum dominus moueret
quæstionem vasallo super re feudali, ipse vasallus no-
luit vnquam parere iuri,imò contumaciter & pertinaci
ter dicit se nolle respõdere.Ista enim est iusta causa pri
uãdi eũ fundo.& ita intelligitur tex.in d.§.item qui do
mino.secus si super alia re nõ feudali,recusasset exhibe
re iustitiã domino modo quo supra:tunc enim non pri
uaretur feudo, quia iudicium super vna re,non extendi
tur ad aliam.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.Et quia in
pęnalibus non debemus facere extensionẽ. l. interpre-
tatione.ff.de pœ. & regula iuris, odia &c.de regu. iur.
libr.6. Sed si vasallus non faciat iustitiam in causa crimi
nali

nali domino suo; puta, vasallus erat iudex in ciuitate Mediolani, dominus ipsius vasalli commisit ibi vnum delictum, de quo accusabatur, & erat causa, in qua dominus debebat relaxari cum fideiussoribus, iuxta l. 1. & 2. ff. de custo. reorum. Sed vasallus iudex noluit vnquam dominum suum admittere cum fideiussoribus. Nico. de Neapol. & Andr. de Isern. in d. §. item qui domino. determinant, quòd vasallus priuabitur feudo: quia si priuatur, quando non facit iustitiam domino de re feudali, multò magis venit priuandus, quando non facit iustitiã domino suo in causa criminali l. absentem. ff. de pœ. Secus si non faceret iustitiam domino super alia re, quàm feudali, vt dixi supra, & pro hoc est opti. tex. in c. vasal-
24 lus. 1. in fi. in titul. si de feud. defun. fue. controuer. ¶† Sed quid econtra, si dominus non facit iustitiam vasallo, nũquid priuabitur proprietate feudi? Glo. not. in d. §. itẽ qui domino. determinat quòd sic. & illam gloss. Docto. sequuntur: quia in hoc dominus & vasallus iudicantur ad paria, & ex qua causa vasallus priuaretur feudo, ex eadem causa dominus debet priuari proprietate. c. primo. in titi. qualit. dominus proprie. priue & c. domino committente. in tit. si de feud. defunc. fue. contro. & c. 1. §. dominus quoque. in titu. de form. fide. & c. de forma. 22. quæstione 5. Addit gloss. in d. §. item qui domino. quòd per hoc patet decisio quæstionis formatæ per gloss. in c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuesti. vbi gloss. format pulchram quæstionem. Ponamus, est contentio inter vasallum & dominum, nam vasallus dicit se fuisse inuestitum de tali feudo, dominus verò negat. vasallus vult probare per pares curiæ, sed ipsi recusant iurare & deponere: vasallus requirit dominum, quòd compellat eos ad ferendum testimonium: dominus non vult eos compellere, & sic denegat iustitiam vasallo, certè dicit illa glos. quòd dominus priuabitur proprietate. sed Bal. in d. c. 1. in §. 1. in tit. quid sit inuesti. reprehendit illam gloss. mouetur, quia ex quo contenditur de ipso feudo, adhuc non constat esse feudum: ergo dominus non debet priuari proprietate, ar. l. Diuus. ff. de test. mili. Præterea & si ꝑ probationes constaret illud esse feudum, adhuc videtur velle Bal. ꝙ dominus nõ priuetur proprietate: quia ipsi vasallo adiudicaretur proprietas, nõ aũt ipsum feudũ. Quod est contra mentem Bar. in d. §. 1. Ia. Alua. in d. §. 1. dicit quòd ipse eligeret mediam viam, & relinqueret hoc arbitrio iudicantis, non enim quælibet contumacia vasalli in non exhibendo iustitiã domino, est iusta causa priuãdi vasallum feudo. d. §. item qui domino. Similiter non omnis cõtumacia domini in non exhibendo iustitiam vasallo, est iusta causa priuandi dominum proprietate. quia in hoc dominus & vasallus regulãtur à pari, vt supra dixi. Vos autem sequamini glo. in d. §. 1. in titu. quid sit inuesti. quam gl. sequuti fuerunt ibidem Iac. de Bel. And. de Iser. & Dominus Mar. de Laud. Ad moti. Bal. dum dicit, quòd hoc esset contra mentem illius tex. respondebitis, ꝙ ille tex. non negat, quin vasallus possit petere dominum priuari proprietate: vnde quando dominus nõ vult compellere pares curiæ ad ferendum testimonium pro vasallo litigante contra dominũ, ipse vasallus habet tria remedia, & electio pertinet ad eum. põt enim primò adire superiorem domini sui, vt eum cogat ad faciendum, quòd illi pares curiæ perhibeant testimonium. c. 1. in ti. si de inuest. inter dominum & vasal. lis oria. Secundum remedium est, quia in defectu parium, poterit vasallus ꝓbare intentionem suam per testes etiam extraneos. d. §. 1. in fi. in ti. quid sit inuesti. Tertium remedium est, quia poterit petere dominum suũ priuari proprietate feudi.
25 & ita procedat gl. in d. §. 1. ¶† Sed quid si vasallus ferat testimonium contra dominum suum, an ista erit causa priuandi feudo vasallum? gl. ordi. in c. 1. in §. sed & qui delator. in ti. quæ sit prima causa benefi. amit. determinat quòd sic. Sed illa gl. sm̃ Doc. ibi debet intelligi, quando vasallus tulit sponte testimonium cõtra dominum suũ, secus si fuisset coactus. puta quando resistebat deponere contra dominum: non enim cogebatur deponere contra dominum, sicut nec libertus contra patronum. l. inuiti. ff. de testi. & tamen iudex (nõ obstante tali resistentia) coegit ipsum vasallum ad ferendum testimonium, nam hoc casu excusaretur vasallus, per ea, quæ habentur in l.
26 post legatũ. §. his verò. de his qui. vt indig. ¶† Quid autẽ, si vasallus aduocat contra dominũ suũ. Gl. in d. §. sed & qui delator. determinat, quòd debet priuari feudo, si spõte aduocauit, secus si fuisset coactus ad hoc per superiorem, quia tunc excusaretur. & illã gl. sequuntur Nic. de Neap. And. de Iser. & Iac. Alua. Optimè faciunt ea, quæ habentur in c. fi. ext. de postu. & per Spe. in tit. de postu. in §. 1. ver. item quòd postulat. faciunt etiam no. in l. fi. ff. de inoffi. testa. & quod habetur in l. qui cum maior. §. si
27 patroni. ff de bo. libe. ¶† Dubitatur etiã, quid si vasallus iudicat contra dominum suum, & illa sententia in causa appellationis ex eisdem actis fuit reuocata, & nõ ex nouis, an hoc casu debeat priuari feudo? And. de Iser. post glo. in §. sed & qui delator. dicit considerandum esse, ꝙ si detegatur vasallum habuisse malum aĩum in iudicãdo perperam, & contra iustitiam: tunc venit puniendus, & hoc est intelligendum secundùm Nic. de Neap. ibidem, quando causa est grandis & magna, & dominus ex illa sententia est passus magnum damnum. per tex. in d. c. 1. §. præterea. ibi, grandem iacturam facere molientem, in tit. præallega. quæ sit prima cau. benefic. amit. Si verò iudicauit contra dominum per imperitiam, puta, quia credebat se iustè iudicare, tunc est in culpa, arg. l. si quis fundũ. §. 1. ff. loca. debebat enim consulere peritiores, quod cum non fecerit, fuit dissoluta culpa, quæ est propriè dolus. l. qđ Nerua. ff. depositi. & ideo meretẽ puniri. Si autẽ consuluisset peritiores, tunc esset excusatus, per ea, quæ habentur per Bar. in l. in bonorum. ff. de bo. pos. ti. generali. & prædicta sunt de mente And. de Iser. & Iac. Alua.
28 in d. §. sed & qui delator. ¶† Octaua causa priuationis feudi est, qñ vasallus reuelat secretum domini. ita ꝓbat tex. in paruo ti. quibus modis feudum amit. qui tit. sequitur tit. de feud. da. mi. valuasoribus. Tria tamen requiruntur ad hoc, vt vasallus hoc casu priuetur feudo. Primum est, quod dixi, videlicet, ꝙ reuelet secretũ domini. Secũdò, ꝙ ex tali reuelatione dominus patiatur detrimentum. Tertiò, quòd vasallus reuelauerit animo dãmnificandi dominũ. Hæc tria probantur in tex. & gl. & ibi Doc. hæc volũt in d. paruo. ti. qui. mo. feu. amit. ¶ Sed hic cadit vna pulchra dubitatio. Ponamus; dominus dicit, ꝙ reuelatio facta per vasallũ cessit in detrimentũ ipsius domini: vasallus aũt hoc negat, cui incũbit onus probandi, an dño, vt probet affirmatiuam, an verò vasallo, vt ꝓbet negatiuã? Concludite, ꝙ onus probandi incumbit vasallo, quia præsumptio est contra vasallum, quia reuelando secretum domini, facit contra sacramentum fidelitatis. c. 1. in verbo, secreto in ti. de for. fide. & c. 1. §. & si quid. in titu. quid sit inuesti. Addite, quòd ipsi vasallo dicenti, ꝙ non manifestauit credentiã animo damnificandi dominum, incumbit onus probandi, quia præsumptio est cõtra eũ, & facit cõtra iuramentũ fidelitatis. d. c. 1. in verbo, secreto. ĩ ti. de for. fide. Et si probationes hincinde factę, essent dubiæ, staremus iuramento vasalli, per ea, quæ vult glo. in §. aliæ. Insti. de act. & gl. in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa. habetur ꝑ gl. in c. significasti. ext. de homi. ¶ Sed operę pretium est videre, qualiter probabit vasallus istã negatiuã, ꝙ non animo damnificandi dominũ, reuelauit secretũ. And. de Iser cũ quo cæteri transeũt in pal. ti. hic põt esse tit. qui. mo. feu. amit. dat exemplũ ꝓbandi istam negatiuam, scilicet, quia vasallus causa laudandi dominũ in suis magnificis gestis, reuelauit secretum, & sic de simili.

Addite, ꝙ vaſallus non debet reuelare munitiones do-
mini ſui. Alioquin venit contra ſacr̃m fidelitatis. Ita di-
cit Iac. Alua. in c. 1. in 2. col. in tit. de for. fide. dat ſimile
de his, qui dant inimicis hoſtibus, vel mittunt nuncios,
vel literas ad hoſtes, nam committunt crimen læſæ maie
ſtatis. l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. ma. facit l. omne delictum.
§. exploratores. ff. de re mil. Item addite, ꝙ Bal. in com-
men. pac. Conſt. in vlt. car. in verbo, credentia. dicit, ꝙ ſi
Antiani, ſeu Decuriones ciuitatis iurauerant tenere ali-
quam credentiam, ſeu ſecretum, & aliquis eorum illud
reuelauit in detrimentum cõitatis, ille debet ab officio
remoueri. ſubijcit, ꝙ vbicunque imponitur pœna remo-
tionis ab offõ: tunc de cã põt recognoſci etiam durante
illo officio. alioquin ſi expectaremus finem officij, fru-
ſtratoria eſſet illa remotio, allegat. l. iubemus. C. ad leg.
Iul. repet. ibidem dicit, quòd abſcondere ſecreta Regis
bonum eſt, vt in Lõbardia de his, qui ſecreta Regis frau-
dulenter inquirunt. dicit etiam, ꝙ ſecreta dominorum
meritò ſubditis cõicantur. allegat l. proximos. C. de pro
29 xi. ſacro. ſcrin. lib. 12. ¶ Nona cauſa, propter quam vaſal
lus meretur perdere feudum, eſt, quando concubuit cũ
vxore domini ſui, vel cõcubere ſe exercuerit, vel poſuit
illi manus ad mamillas, vel ad barbam inferiorem, vel
ſi iacuerit cum filia domini, vel cum ſorore domini, dũ
ſunt in domo ipſius domini, vel cum nepte ipſius domi-
ni, vel cum nuru. Hæc omnia probantur in tex. & glo. in
c. 1. §. item ſi fidelis. in tit. quib. mo. feu. amit. & in c. 1. §.
rurſus. in tit. quæ ſit pri. cau. benef. amit. ĩ vſi. feu. ¶ Quod
dixi de vxore domini, intelligatis procedere, quando
ſcienter hoc fecit, non autem ſi ignoranter: puta, quia va
ſallus (vxore ſua abſente) reperit dominam in lecto ſuo
iacentem, & putans eam vxorem propriam, carnaliter
eam cognouit: nam tunc non deberet priuari feudo. Ita
dicit pulchra gl. in d. paruo tit. hic poteſt eſſe titu. quib.
mo. feu. amit. ¶ Sed quid dicemus, quãdo domina eſt vi-
dua? And. de Iſer. & Ia. Alua. in c. 2. in ti. de feu. ſine cul.
non amit. determinat, ꝙ vaſallus priuabitur feudo, quia
dum ſtat vidua, cenſetur eſſe in matrimonio. bonus eſt
tex. in l. fi. C. de bo. mat. Item q̃a ipſe vaſallus debet ſer-
uare honorem ipſi domino tam viuo, q̃ mortuo. l. apud
Celſum. §. aduerſus. de excep. do. optimè facit glo. ordi.
in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. & in l. ſororem. C.
de his qui. vt indig. ¶ Quid in ſponſa domini nõdum tra
ducta ad domum? Iac. de Ardiz. & Iac. Alua. in d. c. 1. in
tit. qui. mo. feu. amit. determinat, quòd vaſallus priuabit̃
feudo, alleg. §. ſi vxor. Inſti. de nup. & l. qui in prouincia.
§. 1. ff. de rit. nup. & l. in legibus. ff. de teſta. ¶ Idem dicunt
ibi in matre domini, ſi adhuc non trãſiuit ad ſecunda vo
ta. §. ſi autem. in Auth. de conſulib. dicunt ibidem præfa
ti Doct. ſi vaſallus ſe immiſceat carnaliter cum concubi
na domini, quia parum differt ab vxore. l. item legato. §.
parui. ff. de leg. 3. Et hoc intelligunt procedere, quando
concubinatus de iure ciuili ſit permiſſus: puta, quia am-
bo ſunt ſoluti. l. vnica. C. de concub. & l. in cõcubinatu.
in fi. illo eo. tit. Et hanc ſententiam tenet etiam Io. Ray.
in commen. c. imperialem. §. fi. in pen. car. in tit. de pro-
hib. alie. feud. per Fed. ¶ Quid autẽ erit, ſi vaſallus ſe im
miſceat pediſſequæ domini? Videtur prima facie dicen
dum, quòd debeat priuari feudo, quia in iuramento fi-
delitatis continetur honeſtas. c. 1. in verbo, honeſtum, in
tit. de for. fide. Item vaſallus nihil inhoneſtè debet age-
re in domo domini, vt dicit glo. in c. de forma. 22. q. 5.
¶ Sed And. de Iſer. & Iac. Alua. ĩ d. c. 1. ff. qui. mod. feud.
amit. determinant contrarium, quia hoc non reperitur
iure cautum. Item iſta non eſſet ſufficiens cauſa ad exhę
redandum filium. §. cauſas. in Auth. vt cum. de app. cog.
nec etiam eſſet iuſta cauſa reuocandi donationem. l. fin.
C. de reuo. dona. Et iſtud argumentum procedit in iure
30 feudorum. † quia quibus de cauſis pater poteſt exhære-
dare filium, & donator reuocare donationem, ex eiſdẽ
cauſis vaſallus meretur perdere feudum. iſte eſt tex. no.
in c. 1. §. prædictis autem modis. in tit. quę ſit prima cau.
31 benefi. amit. ¶ † Item vaſallus committens inceſtum, ipſo
iure perdit feudum, & quanquam Papa poſtea diſpen-
ſet in matrimonio, tamen non præiudicatur ei, cui eſt
apertum feudum. Iſta ſunt elegantia verba Bal. in l. 1. in
1. quæſt. ff. de re. diui. & hoc dictum ſequitur Iac. Alua.
32 in d. §. item ſi fidelis. ¶ † Sed adhuc dubitatur. Vaſallus ꝑ
ſuum lenocinium conatus fuit vxorem domini tradere
alteri adulterandam, an propter hoc debeat perdere
feudum? glo. not. magna ad ſui fi. in d. c. 1. §. ſed & qui de
lator. in tit. quæ ſit prima cau. &c. determinat quòd ſic,
& appellat iſtam eſſe egregiam ingratitudinem vaſalli.
Sed And. de Iſer. & cæteri Docto. ibi intelligunt illam
glo. procedere, quando vltra colloquium, ille, pro quo
laborabat vaſallus leno, iam deuenerat ad aliquẽ actũ,
puta, quia oſculatus fuerat dominam, vel amplexus, vel
poſuerit illi manus ad locum pudibundum: alioquin ex
ſolo colloquio habito cum ea, non deberet vaſallus ꝑ-
dere feudum. ad hoc faciunt not. per Bal. in l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſ. & cle. vbi dicitur, quòd quando
lex punit affectum, licèt non fuerit ſequutus effectus, ta
lis lex dẽt limitari, niſi ille effectus ſteterit in meris fini-
bus colloquij. Et hæc ſñĩa corroboratur, quia ſi ipſemet
vaſallus habuiſſet ſolummodo colloquium cum vxore,
domini ſui de materia fornicationis, ex hoc ſolo nõ pri
uaretur feudo, vt volunt Doc. in d. §. item ſi fidelis, in d.
c. 1. quib. mo. feu. amit. ita idem dicendum in propoſito
noſtro. ¶ Sed contra iſtã determinationẽ aliquis arguit,
nonne vaſallus tractando ſimilia venit contra iur̃m fide
litatis, in quo continetur honeſtum? d. c. 1. in ti. de for. fi-
de. ergo debet perdere feudum. Sed huic motiuo reſpõ
debitis, quòd non omnis occaſio eſt ſufficiens ad priua
tionem feudi, ſed debet eſſe ingratitudo magna, & egre
gia. Ita dicit tex. formaliter in c. Obertus. in tit. quib. mo.
feu. amit. In propoſito colloquium non tñ operat̃, quan
tùm actus ſubſequutus, vt no. in l. quod ait. ff. de adul
te. Item pœnæ ſunt molliendæ, non aũt aſperandæ. l. in-
terpretatione. ff. de pœn. Aduerte tñ, quia licèt vaſallus
ex ſolo colloquio turpi habito cum dña, non debeat ꝑ-
dere feudum, tamen alia pœna deberet puniri. l. 1. & ibi
33 Bar. ff. de extraor. crim. ¶ † Decima cã priuationis eſt, qñ
vaſallus aſſaliuit dñm, vel caſtrum ipſius domini, nã me
retur perdere feudum. c. 1. §. ſimiliter. in ti. quib. mo. feu.
amit. & c. 1. §. porrò. in tit. quæ ſit pri. cau. benefi. amit. Et
dicitur aſſalire, quaſi in alium ſaltum facere, ſiue pedes,
ſiue eques, ſiue in terra, ſiue in aqua. l. 1. §. ſi cum arietes.
ſi quad. pau. fec. dic. & l. quædam. §. ſi nam. ff. ad l. Aquil.
Et dr̃ propriè aſſaltus, qñ perſonæ poſſunt ſe continge-
re. Si aũt vnus eſſet in vna terra, & alter in alia, non dicit̃
propriè aſſaltus. Ita dicit Bal. quem cæteri ſequuntur in
d. §. ſimiliter. Et dicitur vaſallus aſſalire caſtrum domi-
ni, qñ eſt ita propè, ꝙ poteſt iacere iaculum, & expugna
re caſtrum, ſecundùm Bal. quem cæteri ſequuntur in d.
§. ſimiliter. Aduertite, quia licèt tex. ibi vtatur iſto ver-
bo, ſciens, tamen glo. ibi ſubaudit, maximè, quaſi dicat,
quòd etiam ſi vaſallus ignoret illum dominum eſſe in
illo caſtro, contra quod facit aſſaltum, tamen ſi caſtrum
ſit ipſius domini, vaſallus debet perdere feudum: quia
iſte aſſaliendo caſtrum ipſius domini, dicitur facere cõ-
tra ſacramentum fidelitatis: quia hoc tendit in damnum
domini. c. 1. in tit. de for. fide. ¶ Nõ ob. ſi arguatur de c. 1.
§. illud. in titu. quæ ſit pri. cau. benefi. amit. vbi tex. dicit,
quòd ex quolibet periurio vaſallus non debet priuari
feudo, quia ille tex. intelligitur de periurio commiſſo
circa alienationem, nam in parte non alienata non ſucce
dit priuatio. c. 1. in tit. de vaſal. qui contra conſti. Loth.
Nos verò in propoſito loquimur de periurio commiſſo
circa

circa offensam domini, quę quidem offensa est grauior. Sufficit ergo, quòd vasallus sciat castrum esse domini, quando fecit assaltũ, licèt ignoret dominũ ibi esse. ¶Nō ob. etiam huic concl. tex. in c. 1. in paruo ti. hic potest es se titulus, qui. mo. feu. amit. vbi tex. dicit scientem assalie rit: quia respondebitis, ꝙ ille tex. ponderat scientiam ex eo, ꝙ si vasallus ignoret illum esse dominum, contra quē facit assaltum, non debet perdere feudum, arg. l. si ignorans. ff. loc. nisi ignorantia esset crassa, & supina. l. nec su
34 pina. ff. de iu. & fac. ign. †¶Vndecima causa est, si vasallus conuentus super feudo neget scienter illam rē esse feudalem, nam tali negatione dignus est priuari feudo. vasallus c. 1. & c. vasallus. 2. in ti. si de feu. defu. fue. cont. Et intelligetis hoc procedere in vasallo, qui negat per dolum, vel latam culpam, alioquin ex negatione nō priuaretur, secundùm Bald. eleganter in d. c. vasallus 1. Ita dicit debere intelligi iura imponentia pœnam propter negationem, vt est dare exemplum in eo, qui negat relicta facta pijs locis. §. item mixta. Inst. de act. & in eo, qui negat se possidere. l. fina. ff. de rei ven. & in Auth. item si possessor. C. qui potio. in pig. habean. & in eo, qui negat res remansisse in hæreditate. l. Paulus. & l. hęreditarium. §. fi. ff. ad l. Fal. & in eo qui negat feudum. nam omnia talia iura debēt glossari, si negatio fiat per dolum, vel latā
35 culpā. quod perpetuò tene mēti. ¶† Quod dixi de vasallo negante rē esse feudalem, idem intelligetis in emphyteota negante rem esse emphyteoticam, quia si conuincatur de mendacio, debet perdere ipsam rē emphyteoticam. Ita dicit notabiliter Ang. in l. fi. ff. de rei vendi. Addite, ꝙ idem est in eo, qui possidet nomine proprio, & conuentus in iudicio nominat alium, dicens contra veritatem se nomine illius possidere. nam si conuincatur de mēdacio, debet perdere possessionem illius rei. Ita dicit Spe. in tit. de loca. §. nunc aliquam. ver. 68. & Bal. not. in l. 1. C. de his, quę pœnę nomine. & Ang. in d. l. fi. ff. de rei ven. quod notetis perpetuò. Addite, quòd quibus casibus dixi supra vasallum, emphyteotam, & alios priuari ꝑꝑ negationem, hoc debet intelligi, quando negatio fit in specie. Secus si respondendo libello vasallus, vel emphyteota vtatur verbis istis generalibus, Nego narrata, prout narrantur, fore vera, & petita, prout petuntur, fieri debere. Nam per talem negationem vasallus, vel emphyteota non priuaretur iure suo. Ita dicit eleganter Bar. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideius. & fuit originale dictum Iac. But. in Auth. offeratur. sequitur ibi Bald. C. de lit. contest. Et ideò in quæstione facti, cũ quidam emphyteota negaret se emphyteotam, & negaret rem esse emphyteoticam, & conuictus de mendacio vellet se iuuare beneficio decreti ducalis, disponētis emphyteotas ꝑꝑ non solutionem canonis non debere ꝑdere res, (quantũcunq; tempore cessauerint) nisi fuerint interpellati, consului, ꝙ qui negauerat primò in specie rem esse emphyteoticam, ꝙ non poterat amplius se iuuare beneficio decreti. Adducebam simile de fideiussore, quia si neget se esse fideiussorem, & conuincatur de mendacio, non poterit postea se iuuare beneficio diuisionis, de quo beneficio habetis in §. si plures. Inst. de fideiu. Adducebā etiam simile de socio, qui si neget se esse socium, & conuincatur de mendacio, non poterit postea se iuuare beneficio, vt non excutiatur, nisi inquantùm facere potest. Et ad hæc omnia allegabam. Bart. in d. §. ita demum.
36 †¶Duodecima causa priuationis est, si vasallus deteriorauit feudum deterioratione notabili. Nam ista est iusta causa priuandi eum feudo. Ita not. dicit, Bal. in c. 1. §. publici latrones. in tit. de pac. tenen. & eius viol. idem expressè voluit Pau. de Cast. in Authen. qui rem. C. de sacros. eccl. Et ad idem bene facit, quod vult Bal. in l. 2. ff. de [illegible] qui sunt sui, vel alie. iu. vbi dicit, quòd ille, qui abutitur dominio, facit se indignum dominari. Et ideo Bal. in d. §. publici latrones. dicit, quòd quãdo dominus castri malè tractat Burgenses illius loci, siue castri: Superior potest eum monere, vt eos tractet modo debito, & consueto, & facere illi comminationem, quòd aliàs eum priuabit feudo. Et cum ista quæstio mihi occurrisset in practica, ita consului. ¶Pro sententia ꝑdicta facit, quia vasallus æquiparatur vsufructuario. c. 1. in fi. in tit. quib. cau. feu. amit. Et nos habemus, quòd si vsufructuarius malè vtatur vsufructu, deteriorando rem deterioratione notabili, debet priuari vsufructu. Ita tenet Guil. de Cu. & sequitur Pau. de Cast. in d. Auth. qui rem. & allegant l. cognouimus. de manci. & colo. libr. 11. & l. eos. C. de aquæ ductu. eod. lib. & l. hoc amplius. in prin. ff. de dam. infe. Licèt Bal. in l. 1. §. habet autē. ff. quemad. cau. vsuf. dicat eum solùm teneri ad interesse: vnde committitur stipulatio ad interesse, quia promisit vti frui arbitrio boni viri. Sed ad hoc potestis respondere, quòd istę pœnæ sunt diuersæ. nam fateor, quòd committitur stipulatio ad interesse contra vsumfructuarium malè vtentē. d. §. habet autem, & nihilominus imponitur illi pęna priuationis. Et de isto annihilāte feudum habetis pulchrè tex. in c. ad apostolicæ. in verbo, examinauit, & in verbo
37 examinare. ext. de re iudi. libr. 6. † ¶Decimatertia causa est, si vasallus sciat dominum suum esse inclusum, vel detentum, & non curauit eum liberare, cum posset. Nam ista est iusta causa priuandi eum feudo. c. 1. §. sed & qui delator in tit. quæ sit prima cau. benefi. amit. Sed Andr. de Ise. quem cæteri sequuntur, ibi limitat illum tex. procedere, quando dominus esset iniustè detentus, secus si iustè, puta præcedente sui culpa, vel delicto. Nam tunc vasallus non tenetur eum liberare, quod notetis. Aduertite etiam, quia tex. in d. §. sed & qui delator. non dicit, quòd hoc casu vasallus priuetur feudo, sed bene dicit, quòd indignationem domini non euitabit, sed gl. ibi dicit, quòd ista verba important pœnam priuationis feudi. Bar. tñ in extraua. qui sint rebelles, quæ q. dem sequitur extrauagantem. Ad reprimēdum, in verbo, indignationem, dicit, se non videre, quid importent ista verba, Indignationem nostram se nouerit incursurum, nisi (secundũ eum) quòd Imperator de cætero non exhibebit gratiosum se ei, qui incidit in suam indignationem. Vos autem sequamini gl. in d. §. sed & qui delator, & dicatis quòd ista verba, Indignationem domini non vitabit, important priuationem feudi, & ita volunt ibi Docto. ma-
38 ximè Bald. & Iaco. Alua. †¶Addit ipse Bal. & in d. c. 1. §. porro. in eod. titu. quæ sit prima cau. benefic. amit. quòd quando in literis Apostolicis apponuntur ista verba, Indignationem Apostolorum Petri, & Pauli nouerit se incursurum, talia verba important, quòd contrauenientes mandato Apostolico, merentur priuari beneficijs ecclesiasticis, quod notetis. Ego addo vobis pulchrũ text. de istis verbis, in Cle. exiui de paradiso. in fi. ext. de verbo. sign. Addo etiam, quòd de istis verbis, Indignationem nostram, &c. habetis pulchrum text. in l. 2. ibi, Indignationem nostri nominis sustinebit. C. de pet. bo. subla. libr. 10. habetur in §. 1. in Auth. de quęstore. & in §. 1. in Authen. vt nulli iudicum. Et de istis verbis etiam ponit Bald. in repe. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide catho. bene faciunt not. per Bal. post Pe. de Bella
39 pert. in Authen. statuimus. C. de episcop. & cle. †¶Quid autem si lex dicat grauissimam pœnam pro delicto intelligendam, & non declaret, quæ sit illa pœna? Concludite, quòd illa verba grauissimam pœnam, important pœnam mortis. Ista est gl. sing. in l. 2. C. de eunuchis. tamen tex. cum gl. videtur velle idem in l. 1. C. de fideicō.
40 ¶Decimaquarta causa est, si vasallus efficiatur clericus, vel ingrediatur religionem. cap. qui clericus. in tit. si de feu. defunct. fue. contro. & cap. 1. in titu. de vasal. qui arbel. depo. Intelligatis tamen hoc sanè, quando est cleri-

cus in ſacris, aliàs autem,ſi eſt ſub ſimplici tonſura,& ſu-
ſceptione minorum ordinum , non priuatur feudo. Ita
41 voluit Iaco.de Belui.& Bal.in d.c.qui clericus.¶† Quid
autem in militibus Hieroſolymitanis , an ſint ſucceſſuri
in feudum,vide per Ia.Alua.in c.1.in tit.de vaſal.qui ar.
bel.depo.¶Decimaquinta cauſa eſt,quando vaſallus di
mittit dominũ in prælio campeſtri nõ mortuum,neque
morti ferè vulneratum,nam iſta eſt iuſta cauſa priuatio-
nis feu.c.1.ĩ prin.in tit.qui.mo. feud. amit. qđ plenè ſu-
prà examinaui,in verbis illis. Et promiſerunt ipſi vaſal
li pſtare fidelitatẽ,& debita ſeruitia. ¶Decimaſexta cau
ſa eſt,ſi vaſallus fuerit in conſilio , quòd dominus amit-
tat vitam,vel recipiat aliquam læſionem in perſona,vel
iniuriam,vel contumeliam,nam iſta eſt iuſta cauſa eum
priuandi feudo.c.1.ibi.Ego iuro quòd nunquam &c.in
tit.de no.for.fide.nam faciendo iſta,venit contrà ſacra-
mentũ fidelitatis:iurat enim vaſallus ad ſancta Dei Euã
gelia , quòd non erit in conſilio, vel auxilio,vel facto ,
ꝙ dominus amittat membrum , vitam , vel recipiat ali-
quã læſionẽ in perſona,vel iniuriã,vel contumeliã,vt ꝓ-
bat tex.in d.c.1.plus probat tex.in d.c. 1. in fi.quòd va-
ſallus tenetur iurare, quòd nihil intentabit in contume
liam domini vel ſuorum. Ita probat iſte tex. in verbo ,
tuorũ.quem tex.perpetuò notetis. Qui autem compre-
hendantur appellatione ſuorum,declarat glo.in l.ſi fœ-
mina.C.ad S.C.Turp. ¶Decimaſeptima cauſa ẽ, quia ſi
vaſallus ſciat aliquod magnum periculum imminere
domino, & vltrò ſe non offerat ad occurrendum illi pe
riculo,cum poſsit : ex iuſta cauſa priuabitur feudo. Ita
probat tex.in c.licèt vaſallus.in titu.ſi de feud. defunc.
&c.& in c.1.ad hoc in tit.hic finitur lex, & incip. cõſue.
reg.Et notetis bene iſtos tex.quia realiter vaſallus non
tenetur præſtare ſeruitium domino,niſi requiſitus ab ip
ſo domino.c.1.ver.& ſi ſciuero.in tit.de no.for. fide. Et
tamen hoc limitatur, niſi vaſallus ſciat aliquod magnũ
periculum imminere dño: nam hoc caſu etiam irrequiſi
tus debet ſe offerre, qđ notetis ꝑpetuò. ¶Decimaocta-
ua cauſa eſt, ſi vaſal.ipſas manus immiſerit in perſonam
domini,vel aliquam grauem vel inhoneſtam iniuriã illi
intulerit,nam meretur perdere feudum. text. habetis in
42 c.1.§.porrò.in tit.quæ ſit prima cau.benefi.amit ¶ † Sed
circa hoc dubitatur , quid ſi vaſallus iurauerit occidere
dominum,non tamẽ occidit eum, an priuabitur feudo?
And.de Iſer.in d.§.porro.& Ia.Alua. determinãt,quòd
non, quia non omnis occaſio eſt ſufficiens ad priuatio-
nem feudi:ſed eſt neceſſe,quòd ſit grauis.c. 1.in verbo ,
Egregiæ ingratitudinis.in tit.in qui.cau.feu.amit.Secùs
ſecundùm præfatos Doct.ſi cum aliquib.alijs iuraſſet ſe
occiſurum dominum, nam tunc meretur priuari feudo.
allegaui ad hoc.c.1.§. conuenticula. in titu.de pace iu-
43 ra.fir. in lib.feudorum. ¶ † Itẽ dubitatur, quid ſi vaſal-
lus manus imponat in perſonam domini ad bonum fi-
nem , puta cauſa corrigendi eum , quia iuuenis eſt , vel
quia eſt furioſus dominus , & vaſallus dubitat,ne ipſe
dominus offendat aliquem in his caſibus, an priuabitur
feudo ? Concludite quòd non,l.1. C. de emenda. pro
pinquo.& per ea , quæ habentur in l.Diuus. ff. de offic.
44 prȩſt. ¶ † Decimanona cauſa eſt , ſi vaſallus vitæ domi-
ni inſidiatus fuerit veneno, gladio , vel aliter. Nam iſta
eſt iuſta cauſa eum priuandi feudo. tex.eſt in c.1.§.por-
ro.in fin.in titu.præallega. quæ ſit prima cauſa benefi.
amit. quod intelligatis procedere , ſi ipſe vaſallus ad
hoc faciendum laborauerit,per tex.in d.c. ſi voluerit.in
45 titu. de capi. qui cur. vendi. ¶ † Vigeſima cauſa eſt ,
quando vaſallus alienat feudum irrequiſito domino.
c.imperialẽ.in prin.in tit.de prohi. alie.feud. per Fede.
Et hoc caſu priuatur ipſo iure.Iſte eſt tex.no.cũ gl.ĩ d.c.
imperialem.in §.callidis.Sed hoc intelligatis eſſe verũ ,
quando ipſe vaſallus proceſsit ad traditionem rei feu-
dalis,puta inducendo emptorem in poſſeſsionem , vel
conſtituendo ſe tenere,& poſsidere nomine emptoris,
quo caſu per tale conſtitutum transfertur vtile domi-
nium,& poſſeſsio in emptorem.l.quod meo.in princ.ff.
de qui.poſ.no.per glo.in l.ab emptione.in glo. magna.
ff.de pac. Alioquin ſi vendidiſſet.vel donaſſet feudum,
& non proceſsiſſet ad traditionem, non tamen priuare-
tur feudo,ſecũdùm Bal.in c.1.in tit.qui.mo.feu.amit.Et
de hac materia plenè tractaui vobis ſupra in verbo , Et
46 cum pacto de non alie.¶†Vigeſimaprima cauſa eſt, ſi va
ſallus trina vice citatus pro cauſa feudali,nunquam com
paruerit , dominus poſt trinam citationem mittetur in
poſſeſsionem ipſius feudi.Et ſi poſtea vaſallus per annũ
perſeuerauerit in contumacia,dominus poterit eum pri
uare feudo.tex.eſt in c.1.in tit.de mili.vaſ.qui contu.eſt
in lib. feu. & intelligatis hoc , quando emanauerunt
tres citationes per interualla, vt probat illa litera.¶Sed
hic cadit pulchra dubitatio.Ponamus, quòd vaſallus in
prima citatione dixerit ſe nolle comparere nec venire,
an erit neceſſe amplius eum citari? glo.in c.venerabili-
bus.ext.de ſen.excom.li.6.videtur velle quòd ſic: quia
ext. potuit hoc dicere.Item quia fortè ſe emendabit.Et
iſtam opin.tenuit Pe.de Bellaper.vt refert Cy.in Auth.
qui ſemel.C. quomodo & quando iud. & Bal. in l. tres
denunciationes.C.eo.tit.refert,quòd iſtam opin.tenuit
diſputando Do.Barth.de Pratis.Pro iſta ſententia facit,
quia debemus interpretari in partẽ benigniorem.¶Cõ
trariam opi.tenuit glo.in c.de illicita.24.quæſt.3.& hãc
opi.tenuit Imo.in c.ad petitionẽ.ext.de accu. Eãdem te
nuerũt Bar.& Bal.in d.l. tres denũciationes.& idẽ tenet
And.de Iſer.& ſequitur Iac.Alua.in præalleg.c.1.in tit.
de mili.vaſ.&c.Mouetur primò per c. 1.ext.de dolo.&
contu.lib.6.Secundò,quia ex quo ſumus certi,quòd ip-
ſe vaſ.in prima citatione dixit ſe nolle venire,nõ eſt am
plius expectandus.ar.l.continuus.§.cùm ita.ff. de verb.
oblig.& præſumitur animi perſeuerantia, non autẽ mu
tatio.l.cùm tacitum.ff.de proba.Item debet eſſe differẽ
tia inter veram contumaciam,& fictam.l.Fulcinius.§.fin.
ff.qui.ex cau. in poſſ. ea. Præterea ex quo ita pertinaci-
ter & ſuperbè reſpondit,dicendo ſe nolle venire , & ſic
non vult facere iuſtitiam domino de feudo,certè mere
tur priuari.c.1.§.item qui domino.in titu. quæ ſit prima
cauſa benefi.amit. Item ex quo ſumus certi de ſua volũ
tate, ꝙ nõ vult venire , quia loquela ſua eum manifeſtũ
facit,non debemus amplius eum citare ad præſumendã
contumaciam,ſeu conuincẽdam eius malitiam, per no.
per Io.And.in c.irrefragibili ext.de offic. ordi. bene fa-
ciunt no.per Spec. in tit. de primo decre. §. reſtat. ver.
hoc autem notandum.Item pro iſta opi. facit , quia nu-
merus citationum eſt inductus de benignitate.l. nonnũ
quam.& l.poſt edictum.ff.de iudi.Sed iſte vaſallus, qui
dixit ſe nolle venire, fecit ſe alienũ ab iſta benignitate.
l.non poteſt videri.ff.de iudi.Reſtat reſpondere ad d.c.
1.in tit. de mili. vaſal. vbi videntur requiri tres citatio-
nes:& reſpõdebitis ad illum tex. quòd loquitur in ficto
contumace,non aũt in vero:quod probo per illum tex.
dũ dicit,hic nõ reſpõdet. Nos autem loquimur in vero
cõtumace,ſimiliter in eo,qui dixit ſe nolle venire. Do.
Pan.in c.cũ parati eſſemus,ext.de appel.in iſto pũcto ita
diſtinguit.Aut quȩrimus,nunquid ex ſola relatione nũ-
cij referẽtis,quòd citatus dixit ſe nolle venire,poſsit ip
ſe citatus ſtatim puniri de cõtumacia. Et hoc caſu dicen
dũ eſt , ꝙ non:quia potuit ipſe citatus ita dicere calore
iracũdiæ,& potuit eũ pœnitere, ꝑ no.per gl.in c.ex lite
ris.ext. de diuor. Aut quærimus , nunquid ipſo citato
non veniente,qui protulerat illa verba, poſsit vt mani-
feſtus contumax reputari,ita quòd excludatur ab appel
lando,& patiatur alias pȩnas,quas conſueuerũt pati ma
nifeſti contumaces.Et hic dicendum eſt ꝙ ſic:quia facto
compro-

comprobauit id,quod verbo prædixerat.Et notetis be
ne istam distinctionem.De ista materia habetur per Bar.
47 Ang.& Imo.in l.ex consensu.§.fi.ff.de app.†¶Vigesima-
secunda causa est,si vasallus commiserit contra dominũ
aliquam ex illis causis, ex quibus donator potest reuo-
care donationem:nam erit iusta causa eum priuãdi feu-
do,vt habetur in c.1.§.prædictis autẽ modis.in ti.quę sit
prima cau.benefi.amit.habetur in c.fi.ext.de don.†¶Vi
gesimatertia causa est,si vasallus contra dominum suum
commiserit aliquam ex illis causis,ex quibus pater po-
test exhæredare filium,iuxta.§.causas.in Auth. vt cũ de
app.cog.tex.est in d.§.prædictis autem modis, & note-
48 tis bene illũ §.quia est valde terribilis.¶† Vigesimaquar
ta causa (secundũ quosdam) est,si vasallus vocauerit do
minum suum in ius,non petita venia : sed hoc mihi non
placet quouis modo,quia dominus non est de ꝑsonis,
quæ comprehendunrur in edicto Prætoris,de in ius vo
can.Et istæ pœnales prohibitiones,imò verius ambages
nõ habent locum,nisi in casibus à iure expressis:Ita for
maliter dicit Bal.& cæteri sequuntur in præal.c.1.ad fi.
col.in tit.de mil.vas.qui contu.est , & ibi concludit post
gl.ꝙ vasallus potest vocare dominum suum in ius , etiã
venia non petita.allegat no.in l.quæsitum.& in l. gene-
raliter.ff.de in ius vo.Subiungit ibidem, ꝙ quis põt age
re contra suam propriam patriam,vel fiscum venia non
petita.De materia ista tangitur in §.pœnales.Inst.de act.
¶Vigesimaquinta causa(secundùm quosdam)est,si vasal
lus eleuauerit manum pro percutiendo dominum,licèt
eum non percusserit.sed certè ista nõ est iusta causa pri
uandi vasallum feudo,ex quo vasallus non peruenit ad
actum.c.si voluerit.in ti.de capi.qui curi.vendi.facit l.si
quis vxori.§.nec verbo.ff.de furt.Nã ad hoc vt vasallus
priuetur feudo,necesse est,quòd sit magna causa.c.1.§.il
lud.in tit.quæ sit prima cau.benefi.amit.non enim quęli
bet leuis occasio est sufficiens ad priuationem feudi.Ita
49 dicit tex.in ti.in quib.cau.feu.amit.¶† Est bene verum ,
quòd vasallus ex illa sola eleuatione manus,teneť actio
ne iniuriarum.tex.est no,in l.item apud Labeonem.§.1.
ff.de iniu.sed tamen ex hoc non priuabitur feudo, vt di
xi.Et ita expressè tenet Iac.Alua.in §.porrò.in tit. sæpe
50 alleg.quæ sit prima causa.¶†Vigesimasexta causa est , si
vasallus efficiatur mutus,surdus,vel aliter imperfectus.
c.1.§.fi.in ti.Episco.vel Abb.& c.vnico.in tit.an mutus,
surdus, vel aliter imperfectus . Sed domini ista non est
propriè felonia,vel culpa vasalli.Præterea , an talis de-
beat priuari feudo,nõ est vsquequaque expeditum,sed
est distinguendum,vt distinguunt Doc. in iuribus proxi
51 mè allegatis. ¶† Nunc quæro de pulchra quęstione.Va
sallus commisit aliquam feloniam,seu culpam, per quã
meretur perdere feudum,sed dominus nũquam fuit cõ
questus de ipso vasallo,imò tacuit vsque ad mortem,an
hæres ipsius domini possit mouere quæstionem contra
vasallum propter illam feloniam?gl.in c.1.§.1. in tit.qb.
mo.feu.amit.determinat ꝙ non,quia dominus ita tacen
do vsque ad mortem,intelligitur remisisse vasallo illam
feloniam.per l.fi.in fi.C.de reuo.don.Idem tenuit gl. in
c.1.§.porrò.in ti.quæ sit prima cau.benefi.amit.& gl.in c.
imperialem.§.insuper in ti.de ꝓhi.ali.feu.per Fed. no.in
l.omnimodo.C.de inoffi.testamen.& in c.fi.ext.de don.
Sed Iac.de Bel.in pręal.c. 1.§.1.in ti.qui.mo.feu.ami.ita
distinguit,aut dominus ignorauit illam feloniam com-
missam per vasallum,vel si sciuit,celeritate mortis præ-
uentus,non potuit quærela m proponere contra vasallũ
de illa felonia,vel alia iusta de causa non potuit hoc fa-
cere,& tunc hæres domini admittetur ad faciẽdum que
relam contra vasallum,argum. l. mater decedens. ff. de
inoff.testa.& l.excipiuntur.§.fina.ff.ad Silla.Si verò do-
minus sciuit feloniam commissam per vasallum , & ha-
buit spatium,& facultatem conquerendi de vasallo , &
tamen non fuit conquestus, hoc casu hæres domini nõ
poterit querelam facere contra vasallum , & ita proce-
dant gl.superius allegatæ. Et hàc doctrinam Iac.de Bel.
omnes Doc.sequuntur,placet etiam Iacob.Alua.in d §.
insuper.in d.tit.quib.mod.feud.amit. De hoc etiam ha-
betur per Ioan.Blanchum de Marsilia in summa sua , in
titu.quib.mod.feud.amit.in ver.quid si potuit dominus
& in eod.titu.in §.consueuit quæri. De hac etiam quæ-
stione tractat Bal.in l.1.in 39.q.ff.de re.diui.& Iacob.de
Ardizo.in summa sua,in tit.quib.mod.feu.amit. sub ru-
bricella,si dominus conquestus in vita. Eandem senten
52 tiam amplexus fuit.Io.Ray.in d.§.insuper.¶ †Sed quid
dicemus?econtra vasallus commisit feloniam contra do
minum,deinde vasallus decessit , nulla querela facta cõ
tra eum per dominum: modò dominus ex illa felonia ,
vult agere contra filium vasalli,an possit?Io.Blanch. in
summa sua feudorum,in ti.quib.mo.feu.amit.in verbo
sed quid si potuit dominus,determinat, quòd dominus
non audietur,quia delictum patris in feudalibus nõ no
ċet filio.l.2.§.nullum.ff.de decu.l.milites prohibẽtur.ff.
de re.mil.l.emancipatum.§.2.ff.de Sena.Item q̃a morte
delinquẽtis extinguitur delictum.l.1.& 2.C.si reus , vel
acc.mor.fue & l.rei iudicatæ.in §.hæredi.ff.sol.ma. Sed
Io.Ray.in c.imperialem.§.insuper.in ti.de proh.ali. feu.
per Fed.refert Reuerendum patrẽ Dominũ Pontiũ eius
genitorem in quadam quæst.facti consuluisse contrariũ
& bene secundùm eũ.¶Mouentur, q̃a ad hoc vt intelli-
gatur remissa felonia vasallo,est necesse, ꝙ dominus ta-
cuerit vsq; ad vltimum vitæ spiritum, q̃a nunquã ꝓpo-
suit querelam de illa felonia.l.fi.C.de reuo.don. & c.fi.
ext.illo eo.tit.Cũ ergo ponamus vasallum ꝑdecessisse ,
& dominum velle querelam facere contra filiũ vasalli,
apparet,ꝙ dñs non tacuit vsq; ad mortem:ergo nõ intel
ligitur remisisse feloniã.¶ Secundò,quia iniuriam passi
est remittere,non autem iniuriantis.l.Athletæ.§.dat re-
53 missionem.ff.de excu.tut.¶†Tertiò nos habemus, ꝙ li-
cèt donatio inter virum,& vxorem,nihil valeat, ne mu-
tuo amore se spolient.l.1.& 2.ff.de don.inter vir.& vxo.
tñ si incipiat à traditione,confirmatur morte mariti do-
nantis,si in illa voluntate perseuerauit vsq; ad mortem.
l.Papinianus.ff.illo eo.ti.de don.inter vir.& vxo. Et ta-
men si mulier donataria prædecedat viro , illa donatio
non confirmabitur,imò annullabitur. l. à marito. C. de
do.inter vir.& vxo.¶Ad motiua Ioan. Blanchi respon-
debat D.Põtius,& primò ad primum,dum dicitur, ꝙ in
feudalibus delictum patris non nocet filio,ipse respon-
debat hoc non esse verum,vt apparet in c.si vasallus cul
pam.in ti t.si de feu.defun.fue.cont.& in c.1.in tit. si va-
sal.feu.priue.cui defe.deb.Est bene verum, quòd fit di-
stinctio inter feudum nouum,& antiquum, vt dicam vo
bis infra.¶Ad aliud,dũ dicebatur,quòd crimina morte
extinguũtur , respondebat , quòd hoc est verum,quan-
tũ ad pęnã criminalẽ,sed secus est quò ad ciuilẽ applicã
dam parti,vt in ꝓposito nr̃o.Vos tenebitis opi.Io. Blã.
ꝓ no.ꝑ gl.in d.§.insuper. Itẽ q̃a hæc pęna venit ex deli-
cto,vnde nõ transit cõtra hęredẽ.l. eius q̃ delatore.ff.de
iu.fisci.& d.l.rei iudicatæ.ĩ §.hæredi. Itẽ q̃a ista actio sa
pit quasi vindictam,vnde no dať hæredi,nec cõtra hære
dẽ.tex.est cũ gl.no.ĩ l.cũ emancipati.§.emãcipatus.ff.de
coll.bo.Et istã opi.sequuti sunt An.de Ise.Bal.Ia.Alu.&
Mart.de Lau.in d.§.insuꝑ.intelligũt tñ istã concl.ꝓcede
re,qñ dñs sciuit feloniã cõmissam ꝑ vasallũ.& habuit cõ
gruũ spatiũ ad ꝓponendũ querelam cõtra ipsum vasal-
lum,& tñ nunquam ꝓposuit in vita ipsius vasalli : vnde
nõ debet admitti ad ꝓponendum querelã cõtra filiũ ip-
sius vasalli.Si.n.sm̃ Bal.iudiciũ ingratitudinis nõ fuit mo
tũ cõtra offensorẽ,nõ debet posse moueri cõtra filium ꝑ
d.l.rei iudicatæ.in §.hæredi,& per alia iura superius al-
leg.Ista enim pœna,vt dixi,descendit ex delicto , & per
hoc

hoc apparet nõ obſtare.d.l.à marito.ſecus eſſet,ſi dominus iuraſſet feloniam cõmiſſam per vaſallum, quia hoc caſu per mortem vaſalli non intelligeretur dominus remiſiſſe illam, quia nemo pręſumitur remittere ius,quod ignorat.l.mater decedens.ff. de inoffi. teſt. Idem eſſet,ſi dominus ſe præparaſſet ad mouendum querelam erga vaſallũ,ſed morte præuentus hoc facere non potuit.Nã hoc caſu non intelligeretur voluiſſe dimittere feloniã, per no.per glo.in c.1.§.1.in titu.quib.mod. feud. amit. Et opinionem prædictam contra dominum Pontium & Ioa. Ray. poteſtis comprobare optimo fundamento. nam vaſallus & dominus iudicantur ad paria.c.1.§. dominus quoque.in titu.de for.fide.& c. de forma. 22.q.5. ¶ Sed ſi dominus contra vaſallum committat feloniam, per quam debeat priuari proprietate, & vaſallus in vita domini nunquam fecerit querelam de illa felonia, intelligitur eam remiſiſſe, adeò ꝙ contra hæredẽ domini non poterit eam mouere.Ita ſingulariter decidit Bal. in c.domino cõmittente.in ti.ſi de feu.defun.fue.cõtro. Ergo idẽ debemus dicere econtra.& dicit no.Iac.Alua. in d.c. domino cõmittente. ꝙ ſi dominus adulterauit filiam ſui vaſalli,vel acriter verberauit ſuum vaſallũ,dominus perdet proprietatem feudi, & illa proprietas applicabitur vaſallo,quod eſt bene notandum.Quod dixi ſupra, pœnam delicti commiſsi per vaſallũ non tranſire contra hæredem vaſalli,limitabitis procedere,niſi ſit pęna,quæ ipſo iure ſit commiſſa,quia hoc caſu traheret ſecum executionem, & ideo tranſiret in hæredem per no. per glo.in l.3.§.quod autẽ. ff.quod quiſq; iur in alte.&c. Et ideo ſi eſſet culpa cõmiſſa in alienando feudum, quo caſu vaſallus ipſo iure priuatur feudo,vt vult gl.in c.imperialẽ.in §. callidis. in verbo,reuertatur. in ti. de prohi. alie.feud.per Fede.vel eſſet talis felonia,in qua eſſet appoſitum pactũ, quòd ſi vaſallus committeret illam feloniam, voluit ipſo iure eſſe priuatus feudo, hoc caſu per mortem vaſalli non extingueretur delictum,imò contra eius hæredem poſſet proponi querela per dominũ,quantumcunque nunꝙ propoſuiſſet illã erga vaſallũ, dum viueret:Ita dicit ſingulariter Bal.& omnes ſequuntur in d. §. inſuper. Addo vobis, quòd ſi vaſallus committat feloniam dignam priuatione feudi,& condemnetur per ſententiam ad priuationem feudi,tenetur reſtituere omnes fructus perceptos à die feloniæ commiſſæ,quia commiſſa felonia,incepit immediatè eſſe malęfidei poſſeſſor,& ideo tenetur omnes fructus reſtituere, nedum quando ex ipſa felonia ſuccederet cauſa priuationis, per not. per glo.ſingularem,in Authen. de inceſt. & neſa. nupt. in princi. & per Bal.in Auth. inceſtas.C. de inceſt. nupt. ſed etiam quando requireretur ſentẽtia priuatiua, qa à die feloniæ tenebitur reſtituere fructus.Et eſt ratio,quia dominus petit reſtitutionem eius,quod aliàs fuit ſuũ. facit l.videamus. poſt princ.in §.1.ff.de vſur. Iſtud eſt dictum ſingulare Guil.de Cu.& ſequitur ibi Pau. de Caſt. in l.1.C.de his quib. vt indig. quod nunquam exeat me
54 moria veſtra. ¶ †Sed pone: quædam communitas tenet feudum à Principe, & vna pars ciuitatis commiſit feloniam aduerſus Principem, an ipſa communitas priuabitur feudo? Concludite quòd non: quia vna pars ciuitatis contrahendo,vel delinquendo non poteſt præiudicare alteri, per ea,quæ not. in c. in noſtra, ext. de iniurijs, & dam.dato. Ita formaliter determinat Bald. in c.1.in princ.in verſi.pone communitas Peruſina.in titu. quib.mod. feud. amit.optimè faciunt not.per Bart. in l. aut facta.§. nonnunquam. ff. de pœn. vbi declarat quomodo dicatur ciuitas,vel communitas delinquere: habetur etiam in l.metum. §. animaduertendum. ff. quod met.cauſ.Ego habui conſulere in alia quæſtione in iſtis terminis. Quidam Epiſcopus habebat multos vaſallos, vnus ex illis aſſaliuit caſtrum Eccleſiæ illius Epiſcopi, & ſic commiſerat feloniam,ego fui interrogatus, vtrùm ſolus Epiſcopus poſſet remittere feloniam illi vaſallo? ego dixi, quòd aut illa felonia,ſeu iniuria reſpiciebat perſonam ipſius Prælati, & tunc ipſe ſolus poterat remittere:ſi verò reſpiciebat nedum Prælatum,ſed etiam totam Eccleſiam,dicebam quòd ſolus Prælatus nõ poterat remittere, quia Prælatus non poterat renunciare iuribus quæſitis Eccleſiæ.c.accedentibus. ext. de priuile. Item quia Prælatus non eſt dominus Eccleſiæ, ſed procurator,& adminiſtrator.c.2.ext.de dona.Et nos habemus, quòd adminiſtrator non poteſt facere gratiam remiſsiuam.vt no.in l.Præſes.C.de trãſac.Et ad pręmiſſa allegabam Bal. in terminis in c.1.in 3. col. in tit. qui feu.da.poſ.Pro ſentẽtia prædicta optimè facit,quia Prælatus ſolus non poteſt remittere iniuriam illatam Eccleſiæ,vt vult pulchra gl.in c.cum deſideres.& in c.ex tenore.& in c.contingit.ext.de ſen.excom.Limitabam tamẽ iſtam opinionem,niſi expediret Eccleſiæ habere pacem cum illo vaſallo,puta,quia erat potens, & terribilis, & niſi Prælatus remiſiſſet ei illam feloniam, probabiliter dubitabatur,ne deſtrueret omnia bona Eccleſiæ. Nam hoc caſu dicebam ſolum Prælatum ſine conſenſu capituli poſſe remittere feloniam. Ad hoc allegabam. l. pactum curatoris.C.de pac.vbi dicit,quòd ſolus tutor poteſt facere pacem de morte patris pupilli, quando expediret ipſi pupillo. Et hæc notetis, qm̃ ſunt quotidia-
55 na.¶†Nunc q̃ro, quot teſtes requirãtur ad probandum ingratitudinem,ſeu feloniam cõtra vaſallum.Dic,quòd oportet, quòd ſint quinque, & quòd illi quinque ſint ſummę & integræ opinionis.Ita probat tex.in c.1.in tit. quot teſtes ſunt neceſſ.ad proban.feu. ingra. Et notanter dicit illa litera, quòd debent eſſe ſummæ & integræ opinionis.Ex quo infert eleganter Bal.quòd ſi eſſent teſtes infames infamia vel facti vel iuris, non eſſent idonei ad probandum ingratitudinem,ſeu feloniã contrà vaſallum.Et hoc optima ratione fuit ſtatutum, ne domini faciliter inducantur ad priuandum vaſallos feudis per teſtes viles,& deploratæ vitæ. Et licèt aliqui dixerint,quòd ille tex.in d.c.vnico, non eſt authenticus,tamen Nico.de Neapo. Iaco.de Beluiſ. & omnes Scribentes in c.ſi voluerit.in tit.de capit.qui curiam vẽd.tenet, quòd imò eſt authenticus, & eſt lex, & pro lege ſeruari debet.Et etiam tenet Ia.Alua.in d.c. vnico. Et ſic habetis vnum caſum, in quo non ſufficiunt duo teſtes,ſed requiruntur quinque.Alium caſum habetis, quando agitur de probando ſolutionem debiti ex contractu in ſcriptis celebrato. Nam tũc ad probandum ipſam ſolutionem,requiruntur quinque teſtes. l. teſtium. C. de teſti. Idem eſt in confeſsione ſolutionis. Auth. rogati. C. de teſti.Item in donatione cauſa mortis etiam requiruntur quinque teſtes.l.fin.C.de donatio.cau.mortis. Itẽ in codicillis etiam requiruntur quinque.l.fi. C. de codi.Addo vobis, quia quando lex,vel ſtatutũ ad aliquid probandum requirit teſtes eſſe ſummæ,ac integræ opinionis: tunc aduocatus debet eſſe cautus in articulando, quòd tales teſtes, qui producti ſunt contrà talem vaſallum ad probandum ingratitudinem,erant ſummæ & integræ opinionis,& famæ, & ita probare. Ita determinat Ang.in l.cũ ab initio, & in l.ſed ſi quis ex ſignatoribus. & in l.tabularum.§.ſi quis non negãs.ff.quem.teſta.aperi.& Ioan.de Imo.in d.§.ſi quis non negans.circa.9.col. ſub dubio tamen ſequitur opin.Ange. Refert tamen ibi Dominum præceptorem ſuum Do. Fran. de Ramponibus conſuluiſſe contrarium cum D. Ioan. Et mouentur præfati Doct.quia quilibet p̃ſumitur eſſe bonus,& integrę opin.& famæ,niſi ꝓbetur contrarium.l.cùm pater.§. rogo.ff.de lega.2.& c.fi.ext.de præſum.& c. vnico. ext. de ſcrutinio.habetur in c.ſi fortè.ext.de elect.lib.6.Sed Ioan.de Imol.in d.§.ſi quis non negans. dicit ſequendo opinio-

opinionem Ange. vt supra, quòd licèt quis præsumatur esse bonæ opinionis & famæ, tamen non præsumitur esse summę, & integræ opinionis in gradu superlatiuo. Et ideo articulandum est, quòd testes, qui producuntur cōtra vasallum, sint tales & talis conditionis, quod nunquā exeat memoria vestra. Et ita dicebam in ardua quæstione facti, cum quidam Princeps contra quendam nobilem ex Marchionibus de Chareto allegaret ingratitudinem, & feloniam dignam priuatione feudi, & fuissent quinque testes examinati, dicebam, quòd in processu articulato, ꝙ illi testes tempore suarum depositionum essent summæ, ac integræ opinionis, & ideò processum esse absolutorium, & notetis bene.

56 ¶†Dubitatur, nunquid quando dominus agit contra vasallum ciuiliter ad priuationem feudi propter feloniam cōmissam per ipsum vasallum, teneatur ipse dominus in libello specificare locum, & tempus commissæ feloniæ per vasallū? Bart. in l. item exigit. ff. de do. & idem Bar. in l. Prætor edixit. in prin. ff. de iniu. videtur velle, quòd sic, dum dicit pro doctrina, quòd vbicunque actor in libello impingit dolū contra aduersariū, vel infamia est sequutura ex illo delicto, de quo ciuiliter agitur: tunc deberet exprimi locus, & tempus commissi delicti. Et ideo si quis agat actione iniuriarum cōtra alium, quia talis actio infamat. l. 1. ff. de his, qui not. infam. habet necesse in libello exprimere locum, & tempus iniurię illatæ. Et pro opi. Bar. est optimus tex. in c. tuæ. ext. de proc. Sed Bal. in c. 1. in prin. in 5. col. in vers. quæro cum ciuiliter agatur. in titu. qui. mo. feu. amit. tenet totum contrarium, dicens, ꝙ iura allegata per Bar. non probant, quòd debeant exprimi locus, & tempus commissi delicti, quando ciuiliter agitur vt in proposito nostro, sed illa iura bene dicunt, quòd certa substantia, & qualitas est exprimenda in libello, & ista est solemnitas intrinseca, imò substantia libelli. l. nec exemplum. C. ad leg. Cor. de fals. Sed ꝙ apponatur solēnitas extrinseca, s. locus, & tempus commissi delicti, hoc non probant illa iura, secūdùm Bal. Et ideo Spe. in ti. de accus. ver. 2. dum format libellum, quando agitur de accusatione ciuiliter, nō tamē ponitur locus, neq; tēpus commissi delicti. Fatetur tamen ipse Bald. quòd opi. Bar. seruatur in plerisq; locis: vos tandē sequamini opi. Bar. Et quando agitur de crimine ciuiliter, vel impingitur dolus, vel sequitur infamia contra reum, nō est vagandum cum discrimine alterius æstimationis. Istā rationem ponit tex. in d. l. Prætor edixit, & ex istis verbis infertur, quòd si vagari nō debemus, quòd habemus necesse exprimere locum, & tempus commissi delicti, & ita consului in illa ardua quæstione.

57 ¶†Sed pone, dominus promisit Titio certum feudum, deinde ipse Titius petit se inuestiri de dicto feudo, dominus excipit se non teneri propter feloniam: quæritur an ipse dominus teneatur inuestire Titium de dicto feudo promisso? gl. in d. c. imperialem. §. firmiter. & §. insuper. determinat ꝙ dominus tenebitur eum inuestire (nō obstante exceptione dictæ felonię.) Sed istud videtur satis durum, & iniustū, quòd ille, qui potest facere destrui ædificium, non possit resistere, vt ædificium non fiat ex eadem causa, & culpa, ex qua ædificium posset destrui. l. necnon §. exēplo. ff. ex qui. cau. ma. Idem videtur, quòd dominus possit condicere obligationem ex promissione, quam fecit. Videtur enim promisisse ad finem, quòd ipse Titius esset gratus, modò reperitur ingratus, & sic causa reducta est ad non causam, imò causa non fuit sequuta: ergo dominus potest concedere suam promissionem. l. 1. ff. de cond. sine causa. Si ergo dominus habet actionem, multò magis debet habere exceptionem. l. 1. §. is autem. ff. de superficie. & reg. l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. Item si ipse vasallus esset inuestitus, posset priuari, ergo frustra petit, qđ restituturus est. l. dolo facit. ff. de exce. do. Et frustra expectatur casus, cuius euētus nihil habet operari. l. aliquando. §. fi. ff. ad Velle. & c. cum contingat ext. de off. deleg. Et hanc sententiam sequitur And. de Isern. in d. §. insuper. Intelligatis tamen hoc procedere, quando cōstat de felonia, de qua excipit ipse dominus, vel saltem ipse dominus offert in continenti se paratum probare de illa felonia, arg. l. fi. C. de compen. & l. si is à quo. ff. vt in poss. leg. ea. Alioquin si probatio dictæ feloniæ exigeret altiorem indaginem, cogeretur dominus inuestire vasallum, reseruata sibi exceptione feloniæ. Et est ratio, secundùm Bald. in d. §. insuper: quia petitio, quam facit vasallus in casu præmisso, potiùs tendit ad adipiscendum possessionem, quàm concernat petitorium: & ideò non exigitur libellus, per no. in c. 1. §. fin. in tit. per quos fiat inuesti. Et ideò exceptiones requirētes exactiorē indaginem, sunt reseruandæ in alio iudicio, per ea, quæ habētur in l. fi. C. de edic. Diui Adri. tollen. Et sententiam prædictam sequitur Iacob. Alua. in d. §. insuper. dicens, quòd hoc casu iudex statuet ipsi domino certum terminum ad probandum feloniam commissam. arg. l. si quis libertatem. §. planè. ff. de pe. hær.

58 ¶†Videamus nunc, ad quem vadit feudum, quod amittitur propter delictum vasalli. Concludite, quod si est feudū nouum, & delictum sit cōmissum in personam dñi; tunc feudū reuertitur ad dñm, exclusis omnibus descēdentibus vasalli, & ēt agnatis, vt dñs habeat suæ iniuriæ vltionē. Ita probat tex. in c. 1. §. fi. in ti. quę sit prima cau. benefi. amit. & hanc conclusionem sequūtur omnes Doct. Si verò feudum sit paternum & antiquū, & vasallus commiserit delictum in personam dñi, tunc feudum etiam reuertitur ad dominum, exclusis omnibus descendentibus, & agnatis ipsius vasalli. Hanc opinionē tenuit glo. in c. 1. §. fina. in vltima gloss. in titu. de pa. iur. fir. in vsi. feudo. Eandē opi. tenuit glo. in c. si vasallus culpā. in tit. si de feu. defun. fue. contro. Eandem sententiā tenuerūt Iac. de Belui. Nico. de Neap. & Bal. in d. §. fi. in tit. quę sit prima cau. benef. amit. & idem Bald. in c. 1. in ti. si vasal. feu. priue. cui deferri debe. refert, ꝙ istam opin. tenuerūt Iac. de Are. & Odof. idem tenuit Iac. de Ardizo. in summa sua, in ti. qui. mo. feu. ami. Addite, ꝙ hoc idem tenuit Bar. in l. 3. ff. de interd. & rele. Et placet Io. Ray. in c. imperialem. §. pœna. in 5. col. in titu. de proh. alie. feu. per Fed. Contrariam opi. tenuit gl. magna circa fi. c. 1. §. 1. in ti. de suc. feu. Et hanc opinionem tenuit And. de Ise. in d. c. vnico. in ti. si vasal. feu. priue. cui deferri debe. & placet Host. in sua summa. in titu. de feud. Reperitur tertia opin. de qua habetur in c. fi. in tit. de capi. extraord. vbi dicitur, quòd in casu præmisso, feudum reuertitur ad dominum, donec sint aliqui ex descendentibus illius vasalli, qui deliquit in personam domini. Secunda opinio, quam tenuerunt And. de Iser. & Host. est æquior, & humanior: tamen in iudicando non esset recedēdum à prima opinione, attento, ꝙ gl. hoc tenuit in locis allegatis, & opi. gl. est suffulta auctoritate tantorū virorum. ¶Retenta igitur prima opinione pro vera, limitabitis eam procedere, nisi vasallus commiserit delictum in personam domini ipso domino consentiente. nam tunc feudum non deberet reuerti ad dominum. Ita not. decidit Bal. in c. 1. §. aut si libellario. in 2. col. in tit. quib. mo. feu. amit. per l. fi. de eo, per quem fac. erit, & per l. filiæ meę. ff. sol. mat. Hanc opi. sequitur Iac. Alu. in d. c. 1. §. fi. in tit. quæ sit prima cau. bene. amit. Ego confirmo optimo fundamento, nam si in terra alicuius domini sit statutum, ꝙ qui dederit damnum in vinea alicuius, vel commiserit tale delictum, puniatur in decē applicandis ipsi dño terræ, certè si dominus consentiat illud damnum dari, vel delictum committi, pœna ipsi non applicabitur. Ita dicūt no. Gui. de Cu. & Ange. in l. sed si hac. in princ. ff. de in ius vocan. Secundò limitabitis conclusionem prædictam,

dictam, nisi vasallus culpa domini incidisset in pœnam
amissionis feudi. nam tunc tale feudum non reuertere-
tur ad ipsum dominum. Ita tenet Iaco. de Ardi. in sũma
sua, in ti. qui. mod. feu. amit. sub rubricella, si vasallus ex-
cogitauerit culpam. & ita etiam tenet Iaco. Alua. in d. §.
fi. in ti. quæ sit prima cau. benefi. amit. ¶Tertiò limitabi-
tis, nisi feudum per dominum esset concessum Titio & fi
lijs nominatim, ita quòd ipsi filij etiam viuente patre ha
berent partem in illo feudo. nam tunc delictum patris
non noceret ipsis, quantũ ad portionẽ ipsis filijs perti-
nentẽ. arg. l. si quis Titio. ff. de vsufru. accrescen. l. 2. §. fra-
tris. ff. si quis aliquẽ testa. prohi. Optimè faciunt no. in l.
ex facto. §. fi. ff. ad. S. C. Trebel. Hanc limitationem ponit
Ioan. Andre. in addition. ad Spec. in ti. de feu. §. fi. vers.
10. & est de mente Bar. in l. 3. ff. de interdi. & releg. & ita
etiam vult Andre. de Iser. in c. primo. in tit. si vasal. feud.
priu. cui defer. debe. Nam ex quo dominus concedens
feudum, expresse nominat filium seu filios illius, cui fa-
cit concessionem, videtur contemplatione illorum fi-
liorum nominatorum expressè fecisse illam concessio-
nem saltem pro parte. Secùs si eos non nominet, quia
tunc videtur cõtẽplatione patris hoc fecisse, per ea, quæ
habentur in l. cum aliquis. C. de iure delibe. & in l. auia.
§. Titio. ff. de cond. & demonstra. ¶Quartò limitabitis, ni
si ĩ inuestitura essent apposita ista verba. Cõcedo tale feu
dum Titio, & eius hæredibus, de vno ad alterum reuer-
tendo. vel si dicat hoc modo. Concedo vobis omnibus
principaliter: vel si dicat, Concedo vobis feudum atten
tis meritis vestrum singulorum. nam his casibus delictũ,
vnius non haberet alijs præiudicare. quia vnusquisque
per se consideratur, non autem vnus repræsentat perso-
nam alterius. Ita eleganter determinat Bal. quem omnes
sequuntur in d. §. fin. in titul. proximè allegato, quæ sit
prima causa benefic. amit. Ibidem subiungit de mente Ia
cob. de Rauentino in sua summa feud. quòd aliquale est
feudum, quod nulla culpa, nullaque ingratitudine est
amissibile, puta si sit cõcessum ex eo, quòd dãtem à mor
te liberauit, vel ab hostibus, vel latrunculis. allegat text.
valde not. in l. si pater. §. 1. ff. de dona. Et istud dictum re-
fert, & sequitur ipse Bald. in c. 1. in 3. colum. in titu. an
mutus, surdus, vel aliter imperfectus. & D. Mart. Lau-
den. ibi sequitur istud dictum. ¶Quintò limitabitis, secũ
dùm quosdam, nisi feudum esset concessum generi: nam
tunc delictum vnius non haberet præiudicare cæteris,
qui iure hæreditario nõ veniunt, sed geniture, & ex te-
nore inuestituræ, maximè si sint regalia ita in feudũ con
cessa, quia talia cum sint nobiliora & potiora, iure hære-
ditario non deuoluuntur. Alij tenent oppositum, di-
centes, ꝙ si Marchio committeret delictum in personam
domini sui, puta Regis vel Ducis, tota Marchia deuolue
retur ad ipsum Regem, vel Ducẽ: quia hoc censetur ines-
se inuestituræ: ergo pro expresso debet haberi, arg. l. tale
pactum, §. fi. cũ sua gl. ff. de pac. & l. quòd si nolit. §. qa as-
sidua. ff. de Aedil. edic. Bal. in d. §. fi. in 1. col. in tit. quæ
sit prima causa bene. amit. dicit, ꝙ prima opinio serua-
retur de iure communi. secunda verò seruaretur de iure
59 consuetudinario. Et ita transit Ia. Alua. ibi. ¶†Sed pona-
mus, quòd delictũ non sit cõmissum in personam domi-
ni, sed alterius, cui hoc casu applicabitur feudum? Con-
cludite, ꝙ si vasallus grauiter & enormiter delinquens in
alium, quàm in personam domini, priuatur feudo, si feu
dum est nouũ, reuertetur ad ipsum dominũ, exclusis om-
nibus descendentibus & agnatis ipsius vasalli. Ista cõclu
sio probatur per tex. in c. 1. in tit. an ille qui interfe. fra.
do. sui. & in d. §. fi. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit.
Et istam sentẽtiam sequuti sunt And. de Iser. Pe. de Cer-
uia. Nico. de Neap. Iaco. de Bel. Bal. & omnes in d. §. fi. in
tit. proximè alleg. Si verò sit feudum paternum, & vasal
lus grauiter & enormiter delinquat in alium, q̃ in perso
nam domini; tunc tale feudum transit ad agnatos proxi-
miores excluso domino, exclusis etiã descendentibus
ipsius vasalli. Ista conclusio ꝓbatur in d. §. fi. in ti. q̃ sit pri
ma causa benefi. amit. no. in c. si vasallus culpam. in tit. si
de feu. defunc. &c. Et hanc opinionem sequitur And. de
Iser. in c. vnico. in tit. si vas. feu. pri. cui defer. debe. & pla
cet Ia. de Bel. cũ quo transit Bal. in d. §. fi. in ti. quæ sit pri
ma causa bene amit. Quidã tamen dicunt, quòd hoc casu
feudũ transit ad agnatos, ita demũ, si sint in quarto gra-
du, vel vltra: secus si essent in secundo, vel tertio. Mo-
uentur, quia quemadmodũ hoc casu excluduntur descẽ
dentes ipsius vas. delinquentis, ita etiam debent excludi
eius agnati vsque ad tertium gradũ, eo, quia præsumun-
tur rõne proximitatis, vel consanguinitatis similes in de
linquẽdo. Et isti referunt Ia. de Ardiz. ita tenere in sũma
sua feudo. in ti. quib. mod. feu amit. sub rubricella, quan-
doque feudum reuertitur ad agnatos. Sed certè Iac. de
Ardiz. ibi hoc nõ dicit, imò dicit, ꝙ feudum hoc casu trã
sit ad agnatos in cõtinenti, non expectata morte vasalli
delinquẽtis. Sed tex. in c. si vasallus culpã. in ti. si de feu.
defunc. fue. contro. videtur velle, quòd agnati hoc casu
excludantur, quando sunt infra quartum gradum. Sed
ad illum tex. potestis respondere, quòd habuit respectũ
ad iura antiqua, secundùm quę agnati admittebantur ad
feudum vsque ad quartũ gradum dumtaxat. Sed postea
per alia iura fuit inductum, vt transiret ad agnatos vsq;
ad septimum gradum. c. 1. § hoc quoque. in tit. de succe.
feu. Sed hodie hoc est extensum, vt agnati admittantur
vsque in infinitum. Ita tenet pulchra glo. approbata in c.
1. in ti. de feu. Marchiæ. Et hæc sunt de mente Andr. de
Iser. in d. c. si vasallus culpam. & de mente Ia. Alua. in d.
c. 1. §. fi. in ti. quæ sit prima cau. bene. amit. Sed certe iste
intellectus destruit, siue violat illum tex. in d. c. si vas. cul
pam. & tex. in c. 1. in ti. si vasal. feu. priue. & reperi, ꝙ Iac.
de Bel. in c. 1. in ti. an ille qui interf. fra. do. sui. apostillan
do ibi text. dum dicit ad proximum agnatum. subaudit
ipse Iac. dommodo ipse agnatus non sit ĩ. tertium, gra-
dum. Et sic vult, quòd in casu præmisso agnati repellan-
tur à feudo vsque ad tertium gradum inclusiuè. Alij ve
rò agnati, qui sunt in quarto gradu admittuntur. & est ra
tio, quia vsque ad tertium inclusiuè excluduntur.
quia ratione coniunctionis & proximitatis præsumitur
similitudo, & eadem audacia. ar. l. quisquis. C. ad l. Iul.
maie. & ar. l. humanitatis. C. de excu. tuto. Et in iudican-
do fortè seruaretur ista opinio, quicquid dixerit Iac. Al-
ua. in d. c. 1. §. denique. in tit. quæ sit prima causa benefi.
amit. Nam dicit Ioan. de Imo. in c. cæterum. in 1. col. ext.
de iudi. quòd in materia feudali magis debemus sequi
Iacob. de Bel. tanquam magis peritum, qui pluries legit
libellum feudorum: vnde magis debemus adhærere suę
opinioni, quàm aliorum Docto. nec valet ratio Iacob.
Alua. quam in d. §. denique. dat ad text. in d. c. si vasallus
culpam, quia ipse arguit vsque ad quem gradum, & nos
loquimur à quo gradu veniant agnati. Facio ergo in ista
materia duas conclusiones. ¶Prima est, quando vasallus
priuatur feudo per delictum non commissum in perso-
nam domini, sed alterius: tunc vasalli, qui sunt in quar-
to gradu vel vltra, admittentur ad illud feudum: sed illi
qui sunt vel in primo, vel in secundo, vel in tertio gra-
du repelluntur per rationem prædictam. Et ista fuit opi-
nio Iacob. de Belui. quæ probatur in d. c. primo. si vasal-
lus culpam. & ita debet temperari d. c. primum. in titu.
an ille qui interfec. &c. Sed Iacobus Alua. in d. §. deni-
que. vult, quòd etiam proximiores agnati, qui sunt infra
tertium gradum admittuntur, & idem tenuit ipse Alua.
in d. c. si vasallus culpam. ¶Secunda conclusio est, quòd
nedum vasalli, qui sunt in quarto gradu, in casu prædi-
cto admittuntur, sed etiam gradatim alij vsque in infini
tum, per not. per gloss. in c. 1. in ti. de feu. Marchiæ. & per

glo. in

glo.in d.c.ſi vaſallus culpam. Et hoc expreſsè voluerũt
Ange.& Imo.in l.eorum.ff de dam.infec. Addite quòd
Bal.in c.1.§.iudices.in 3.col.in tit.de pace iura.fir. dicit
hæc verba,Moneo te,quòd,in dubijs,à textu,& à regula
non recedas. cum ergo habeamus tex.in d.c. ſi vaſallus
culpam.adhærere debemus opin.Iaco.de Bel. cum quo
60 videtur tranſire Bal.in d.c.ſi vaſallus culpam. ¶†Videa
mus nunc generaliter, nunquid in materia feudali deli-
ctum patris noceat filio? Cy. de Piſto.in l.2.C.de lib.&
eo.lib.dicit, ꝙ aut filius venit ad feudum ex perſona pa
tris,& tunc delictum patris nocet ipſi filio:aut filius ve-
nit ad feudum iure ꝓprio,& ex perſona propria,& tunc
delictum patris non nocet ipſi filio. Exemplificate hoc
vltimum in caſu,quãdo feudum eſſet conceſſum alicui
ꝓ ſe,& liberis deſcendentibus,vel auus,vel pater fuiſſet
ſtipulatus feudum pro ſe,& liberis deſcendentibus. Nã
vult Cy.ꝙ hoc caſu delictum patris non noceat filio. Et
hanc opin.tenuit Bar. in l.eum qui.ff.de interdi.& rele.
& Bal.in l.lege 12 tabul.C.de legit.hæred. & Sali. in d.
l.2.C.de lib.& eo.lib. & Pau.de Caſt.in l.adoptiuum.§.
fin.ff.de in ius vocan.& idem Pau.in l.ſi finita.§.ſi de ve-
ctigalibus ff.de dam.infec. & clarius ac apertius deter-
minat idem Pau. de Caſt.ſuo conſil.162.incip. circa id
quod primò quæritur.& eſt de mẽte Pe. de Bella.& Io.
de Imo.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de verb. oblig.
Ita etiam vult Imo.in c.fi.ext.de feu.Optimè faciunt no.
per Moder.in l.apud Iulianum.§.ſi quid alicui. ff. de le-
ga.1 Et notetis bene iſtam deciſionem,quia eſt ſingula-
ris. Sitis ergo aduiſati bene conſiderare tenorem inue-
ſtituræ,quia ſi feudum ſit conceſſum alicui pro ſe, & li-
beris,ſeu deſcendentibus ſuis, tunc quia liberi non ve-
niũt ad feudum ex perſona patris, ſed iure proprio,cer-
tè delictum patris non habebit nocere filijs. Bart.autem
in d.l.eum qui.ita diſtinguit. Aut feudum adhuc non
erat quæſitum patri,puta,quia erat apud auum, & tunc
delictum patris non nocet filio, eiuſdemq; nepoti: imò
ipſe nepos incepit tenere primum locum, ſublato patre
ſuo de medio.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff.de l be. &
& poſthu.Aut feudum erat iam quæſitum patri, & tunc
ſi pater commiſit delictum,propter quod directò venie
bat priuandus feudo: puta, quia deliquit in dominum,
vel fecit contra conuentionem feudi:tunc delictum pa-
tris nocet filio non facta diſtinctione, an filius tempore
delicti patris eſſet natus,vel non,vel conceptus, vel nõ.
Nã indiſtinctè repellitur filius,& oẽs deſcendentes.c. 1.
in tit.ſi vaſal.feu.priue.cui defer.deb & c.1.in tit. an ille
qui interfe.fra.do.ſui.Idem ſi deliquiſſet prodendo,ve-
luti quia proditoriè occidiſſet hominem, ſecũdùm Iac.
de Belui.in c.1.proxi.alleg. Et eſt ratio,quia ſicut pater
deliquit,præſumitur contra filium,cum ſit eadem perſo
na cum patre.l.fi.C.de impu.& alijs ſubſtit.Et quemad-
modum pater propter homicidium proditoriè ꝑpetra-
tum non poſſet niſi cum ignominia ſtare in curia domi-
ni,ita nec filius.facit quòd not.glo. in l.quòd ſi nolit.§ ſi
mancipium.ff.de Aedil.edi.& in l.cum vnus. in prin.ff.
de ali.& cib.leg Aut pater aliter deliquit, quàm contra
dñm,vel contra conuentionem feudi, ita ꝙ directè non
veniret priuãdus feudo, ſed ſubſequenter.i.per quandã
conſequentiam:puta,quia propter delictum per eũ com
miſſum eius bona veniunt publicanda.Et tunc cõcludit
Bar.in d.l.eum qui.ꝙ aut feudum tranſit ad filium ex ꝑ-
ſona patris.i.tranſit ad filium tanquam patris ſucceſſo-
rem,& hoc caſu delictum patris nocebit filio. Aut feu-
dum tranſit ad filium vt filium,quia venit iure proprio:
puta,quia pater ſtipulatus eſt feudum pro ſe, & liberis,
& tunc delictum patris non nocebit filio, vt probaui.ſ.
per multas pulcherrimas auctoritates.Aduertite ad id,
quod dixi ſuprà.ſ.quando filij veniunt ex perſona pa-
tris,& tanquam hæredes patris: ꝙ tunc delictum patris
61 eis nocet.¶†Sed ad quem hoc caſu vadit feudum? Spe.
in tit.de feud.§.quoniam.verſi 40.quæritur. dicit,ꝙ hoc
caſu feudum vendetur, & pretium eius diſtribueur hoc
modo, quia portione vtilis dñij dabitur vna pars fiſco,
& alia domino directo.Bar.autem in l.ſi finita.§.ſi de ve
ctigalibus.ff.de dam.infec.dicit,ꝙ licèt propter delictũ
publicentur bona vaſalli, tamen feudum non tranſibit
in fiſcum,probat per ſimile, nam eo ipſo,quòd vaſallus
efficitur clericus vel religioſus, perdit feudum, ſed tñ
non trãſit in eccleſiam, vel monaſterium.c.qui clericus.
in tit.ſi de feu.defun.fue.contr.c.1.§.fi. in tit. de benefi.
fœmi.Item probat,ꝙ vaſallus tenetur ad ſeruitutem ꝑſo
nalem.c.Obertus.§.fi.in tit.qui.cau.feu.amit. & ꝑp hoc
habetur vtile dñium.d.§.fi.vnde non debet tale vtile do
minium ſeparari à ſua cã,vt trãſeat in fiſcũ,quia cenſetur
electa induſtria perſonæ: alia.n.eſt opera vnius perſo-
næ,& alia alterius.l.ſi nõ ſortem.§.libertus. ff de condi.
inde.Bal.in l.1.in 2.col.C.de bo.liber. dicit, ꝙ ſunt ali-
qua,quæ non confiſcantur.ſ.ius patronatus, & feudum.
Idem Bal.in l.1.in 1.q.ff.de re diui. dicit,quòd in gene-
rali confiſcatione bonorum non veniunt feuda: quia ef
ficeretur conditio deterior domini, quod eſſe non de-
bet.c.1.vbi eſt tex.not.in tit.de proh.alie.feu.per Loth.
Item cum vaſallus hoc caſu habeatur pro mortuo.l.1.§.
fi ff de bo.poſſ.contra tab. debet feudum redire ad ſuã
proprietatem, non autem debet tranſire in fiſcum: nam
cum fiſcus nõ poſsit eſſe fidelis ſuorum inferiorum,nec
poſſet eſſe in ſeruitio perſonali, certè non debet habe-
re feudum.idem Bal.in c.1.in titu.an ille qui interfe.fra.
62 do.ſui.dicit.†quòd pro homicidio perpetrato per vaſal
lum in alium,quàm in perſonam domini, & non prodi-
toriè,vaſallus ex lege feudorum,directò non poteſt pri
uari feudo ciuiliter,ſed ſi criminaliter agatur contra eũ,
& feratur ſententia ſuper crimine homicidij criminali-
ter contra ipſum vaſallum,bene priuabitur feudo.Io.de
Imo.in d.§.ſi de vectigalibus.dicit, quòd ſi offenſa eſſet
commiſſa in perſonam domini, vel in perſonã alterius
proditoriè,vel vaſallus occidiſſet ſuum fratrem ꝓpriũ,
vt haberet totam hæreditatem,iſtis caſibus vaſallus be-
ne priuaretur feudo.d.c.1.in tit. an ille qui interfe. Idẽ
ſi vaſallus occidiſſet fratrem domini ſui ob deſpectum,
& in iniuriam ipſius domini, tunc bene priuaretur feu-
do.ad hoc adduco vobis elegans dictum And. de Iſer.
in c.1.§.item ſi fratrem.in tit.qui.mo.feu.amit.vbi dicit,
ꝙ ſi vaſallus occidit fratrem domini ad hunc finem.ſ.vt
domus careret tam ſtrenuo milite, ſicut erat ille frater
domini,hoc caſu priuabitur feudo, & applicabitur ipſi
domino,per l.quiſquis.ibi,de nece etiam virorum illu-
ſtriũ.C.ad l.Iul.maie. ¶Extra caſus prędictos ſi vaſallus
committeret homicidium,propter quod bona ſua debe
rent publicari:puta,quia ſtatuto cauetur,ꝙ ꝓpter quod-
libet homicidium bona publicentur, ſicut erat olim de
iure communi.l.deportati.C.de bo. proſcrip. hodie eſt
ſecus de iure authen.Auth.bona damnatorum. illo eo.
63 tit.certè vaſallus indiſtinctè non priuabitur feudo.†Ec-
ce quòd magis communis opin.Doct.eſt,quòd confiſca
tis bonis vaſalli,non confiſcatur feudum. Et hanc ſen-
tentiam tenuit Old.de Ponte ſuo conſi.17. Sed contra
iſtam opin.adduco fortiſsimum tex.in c.fœlicis. ver.ſi
qua verò feuda.ext.de pœ.lib.6. vbi dicitur, quòd ſi ꝓ-
pter homicidium ꝑpetratum per vaſallum,publicentur
eius bona,vaſallus priuabitur feudo. Sed ad illum tex.
reſpondebitis,vt reſpõdit Io.de Imo.in c.fi. ext. de feu.
quòd ibi vaſallus commiſerat homicidium in perſonam
Cardinalis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ex hoc
offenderat vniuerſalẽ Eccleſiam, & conſequenter offen
derat Eccleſiam, à qua tenebat feudum ille vaſallus.c.
cum apoſtolica. ext.de his quæ fiunt à Præl. ſine conſen
ſu capi.vnde non eſt mirum, ſi illud feudum applicatur

particulari Ecclesię offensæ. Alex. de Imo. in d. §. si de vectigalibus. in isto puncto quotidiano ita distinguit. Aut propter sententiā criminalem latam contra vasallū, ipse vasallus non posset seruire dño, puta, quia eius bona fuerunt confiscata per sententiā, & ipse vasallus fuit bannitus à territorio, in quo erat feudum, hoc casu, q̃a hr̃ pro deportato, vt vult gl. in §. relegati. Insti. qui mo. ius pat. pot. solui. Notatur per omnes Do. in l. 1. C. de hære. insti. & quia vas. hoc casu habetur pro mortuo. d. l. 1. §. fi. ff. de bo. poss. contra tab. tunc ipse priuabitur feudo: tñ hoc casu feudum non transibit in fiscum, sicut non trāsibit, cū vasallus efficitur clericus, vel monachus, vt dixi. Et quia ea, quæ sui natura non transeunt ad hæredes extrancos, non transeunt etiā in fiscum, vt vult gl. in l. eum qui. de interdic. & releg. & in l. 1. ff. de bo. liber. & l. 1. C. de bo. li. Sed feudū sui natura non transit ad hæredē extaneum. c. 1. §. si clientulus. in tit. de alie. feud. no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Transibit ergo hoc casu feudū ad agnatos, si est paternum. c. si vasallus culpā. in tit. si vasal. feu. priue. cui defer. debe. Si verò sit nouum, reuertetur ad dominum. c. 1. §. fi. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Aut propter sententiam criminalem latam contra vasallum, ipse vasallus nō impediretur seruire domino, nec haberetur pro mortuo, & hoc casu potest procedere distinctio Io. de Imo. superius recitata. Aduertite, ꝙ communis opinio. quæ habet, quòd confiscatis generaliter bonis vasalli, feudum nō confiscatur, nec transit in fiscum, imò transit ad agnatos, vt dixi suprà. quod etiam placet Ioa. Ray. in c. imperialem. §. pœna. in tit. de prohi. alie. feud. per Fed. debet limitari, nisi esset tale feudum, quod transire posset ad hæredem extraneum: puta, quia sub tali pacto fuisset cōcessum, quod fieri potest, per ea, quæ habentur in c. 1. in ti. de feu. non haben. propri. na. feu. nam hoc casu feudum bene posset transire in fiscū, sed nō duraret apud fiscum, nisi quatenus durasset apud ipsum vasallum. l. Statius Florus. §. Cornelio Fælici. ff. de iure fisci. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. pig. Nō obstat si dicatur, ergo hoc casu vasallus per suum delictū ꝓiudicabit agnatis, contra tex. in c. si vasallus culpā. in tit. si de feu. defu. fue. contro. & tex. in c. 1. in ti. si vasal. feu. priue. cui defer. debe. quia potest responderi, ꝙ non cēsetur fieri in præiudicium agna. ex eo, quòd fiscus non retinebit illud feudum, nisi pro eo tempore, quo durasset apud vasallum delinquentem. d. §. Cornelio Fęlici.

64 † ¶ Dubitatur ēt, an si vasallus cōmittat feloniam, propter quam debeat perdere feudum, & dominus remittat ipsi illam feloniam, & remittat feudum, an illud feudum remanebit antiquum, sicut erat prius, ita ꝙ agnati succedāt in eo, perinde ac si vasallus nunquā cōmisisset illam feloniam? gl. no. in c. imperialem. §. insuper. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. dicit, quòd remanebit antiquum, & agnati succedēt in eo. Idem voluit pulchra gl. in l. peculij. §. si ære alieno. ff. de pecu. Et illam glo. in d. §. insuper. sequuntur ibi Iac. de Belui. & cæteri Scribentes. Sed Bal. ibi temperat illam gl. procedere, nisi vasallus propter feloniam esset ipso facto, & ipso iure priuatus feudo ꝑ sententiam legis, nam tunc (secundū eum) feudū efficeretur nouum ex noua inuestitura facta per dominum. Mouetur, quia si testamentum efficiatur irritum ꝑ capitis diminutionem, deinde testator emancipatus confirmet illud, tātùm agetur ex cōfirmante, nō aūt ex confirmato. l. qui liberis. §. testamento. ff. de bono. pos. secundum tab. Si verò vasallus ipso facto non erat priuatus feudo propter feloniam, sed veniebat priuandus per sententiā, hoc casu feudum remanebit antiquū, & agnati in eo succedent. & ita intelligatur glos. in d. §. insuper. Addite, quòd Ioan. Ray. in d. §. insuper. dat aliā pulchram limitationem ad glo. præallegatam, dicens, quòd si dominus iā apprehendisset corporalē possessionem feudi, licèt remiserit feloniam vasallo, & eum inuestiat de feudo, quod erat antiquum: tamen hoc casu erit feudum nouum. per no. in l. ab emptione. ff. de pac. Et notetis perpetuò istam limitationem, quæ est etiam de mente Bal. in l. 1. in 40. q. ff. de re. di. De hac materia habetur etiam per Dy. & Bart. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. & per Bal. in l. 1. C. quando non peten. partes peten. accres. & per Pau. de Cas. suo consilio 62.

65 † ¶ Quæro etiam. vasallus inuasit de facto rem feudalem apud alium constitutam, an ius feudi applicabitur domino, an verò agnatis, an verò violētiam passo? Io. de Imo. in d. l. eorum. ff. de dam. infec. determinat, quòd applicabitur violentiam passo, non autem domino, nec agnatis. sed ipse violentiam passus non retinebit feudū, nisi quantùm durasset apud ipsum vasallum, qui intulit violentiam. arg. l. necessariò. §. fi. ff. de peric. & cōmo. re. vend. bene faciunt no. per gl. in l. si q̃s in tātam. C. vnde vi. Addit Imo. in d. l. eorum. ꝙ contra istam decisionem videntur facere no. per Bar. in d. §. si de vectigalibus. sed ipse respondet, quòd ipse loquitur in diuersis terminis, scilicet, quando vasallus commisit delictum, propter quod eius bona veniebant confiscanda: nos verò loquimur, quando vasallus commisit delictū, propter quod eius bona nō veniebant confiscanda. bene faciunt not. per Bar. in d. l. si quis in tantam. in fi. col. & quòd pœna. l. si quis in tantam. habeat locum in feudalibus, tenet Bal. in l. si de proprietate. C. si à non cōpe. iudi.

66 † ¶ Vltimò est videndum, nunquid in publicatione bonorum veniat proprietas feudi, quæ ad ipsum dominum pertinebat? Ioa. de Imo. in d. §. si de vectigalibus. dicit, quòd non, siue felonia, propter quam bona domini sunt publicata, siue commissa in personam vasalli, siue in personā alterius, imò illa ꝓprietas applicabitur ipsi vasallo. tex. est no. in c. domino committente. in tit. si de feu. defunc. fue. contro. Sed An. de Iser. in d. c. domino committente. dicit quòd ille text. caret ratione, & non est in vsu. scilicet, quando dominus commisit feloniam in alium, quàm in personam vasalli.

SVMMAE.

1 *Refutatio feudi fit multis modis, multisque de causis.*
2 *Contractu feudali celebrato per stipulationem, an poterit vasallus refutare feudum.*
3 *Vasallus iurans domino fidelitatem, & conuentorum formalitatem, an teneatur stare contractui feudali.*
4 *Filius vasalli mortuo patre immiscens se paternæ hæreditati, an poterit postea refutare feudum.*
5 *Pactum factum à fratre fratri recipienti pro se & suis hæredibus de non petendo feudum, intelligendum est de liberis, non de extraneis.*
6 *Pactum interpretandum, aptandum, & declarandum est secundum rei naturam in pactum deducta.*
7 *Renūcians feudo in manibus domini, an prefectè renunciare dicatur.*
8 *Renūciās feudo in manibus domini sui, an ꝓiudicet filijs suis.*
9 *Vasallus, qui subinfeudauit alteri feudum, si refutet illud feudum in manibus domini, an resoluetur illa subinfeudatio.*
10 *In feudalibus ascendens non succedit descendenti.*
11 *Renunciatio qualibet facta in manib. nō sui iudicis, nō valet.*
12 *Bis inuestitus de eodem feudo, an renuncians vni inuestiturę, renunciet alteri.*
13 *Feudum an nuda renunciatione perdatur.*

ET VNVS EX DICTIS vasallis refutauit feudū.

1 † ¶ Aduertite, ꝙ refutatio feudi fit multis modis, multisque de causis. Aliquando enim vasallus refutat feudum volens se eximere à seruitio feudi, vt ecce: dominus facit guerrā, & vocat vasallū, vt veniat ad eum adiuuandum, vasallus cōscientia motus, vel animi timi-

mi timiditate vult potius refutare feudum, quàm seruire domino: nunquid inuito domino poterit refutare feudum? videtur quòd non, quia feudum dicitur à fide, & fidelitate. c. nulla. in ti. per quos fiat inuestitura. & graue est fidem fallere. l. 1. ff. de consti. pecu. Pro perfecta conclusione huius puncti concludite hoc modo, quòd aut feudum fuit datum ad certum seruitium, & determinatũ: & hoc casu, quia contractus est vltrò citroque obligatorius, non potest vasallus refutare feudum inuito domino. ar. l. sicut. C. de actio. & oblig. & l. in commodato. §. sicut. ff. commo. Et ita tenet expressè gl. cõmuniter approbata in c. fin. in ti. de capi. qui curi. ven. in vsi. feu. Aut feudum est rectum & simplex, non autem conditionatum, idest, quòd nõ est datum ad certum seruitium. Et hoc casu vasallus (etiam inuito domino) potest tale feudum refutare. tex. est no. in c. 1. in tit. de vasal. qui contra consti. Lotha. Aduertite tamẽ, quòd licèt hoc casu possit refutare feudum, adeo quòd non teneatur postea seruire domino de illo feudo, tamen non debet postea offendere ipsum dominum propter reliquias præcedentis vasallagij, & præcedentis amicitiæ: & si secus faceret, deberet
2 puniri. Ita dicũt oẽs Doc. in d. c. 1. ¶ † Sed q̃d si cõtractus feudi sit celebratus per stipulationẽ, prout hodie cõmuniter fit in omnibus instrumentis, & si non apponitur, p̃sumitur. l. sciendũ. ff. de verb. oblig. An hoc casu vasallus poterit refutare feudum inuito domino? videtur prima facie dicendum, ꝙ non, quia stipulatio dicitur à firmitate. Insti. de ver. obli. in prin. Item non est in potestate debitoris dissoluere vinculum obligationis. l. sicut. C. de act. & obli. Itẽ obligatio personalis cohæret personę, nõ aũt rei. l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. l. 1. §. si hęres. ff. ad Treb. vnde vasallus cedendo rei, non debet liberari. l. sed cum fructuarius. ff. de vsufru. In hac quæstione Bald. in proœmio feudo. in 2. car. determinat, quòd non obstante stipulatione poterit vasallus renunciare feudo inuito domino, sed tamen tenebitur ad interesse, per ea, quę habentur in iuribus præallegatis. bene faciunt not. p̃ Doc. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & per Cano. in c. 1.
3 ext. de iudi. ¶ † Quid autem si vasallus non solùm iurasset fidelitatẽ domino, sed etiam iurasset dictorum conuẽtorũ formalitatem? Bal. in loco proximè allegato dicit, quòd aut loquimur quantùm ad ipsum vasallum iurantem, & tunc haberet necesse præcisè stare contractui feudali, nec posset inuito domino renunciare: quia iurm imponit præcisam necessitatem, vt vult glo. sing. in l. si pecuniam. in verbo, necesse habeas. ff. de cond. ob causã. Ecce quòd Bald. ibi approbat illam gloss. quam gloss. etiam sequuti sunt Bal. & Sali. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest profer. Aut loquimur in hærede iurantis, & tunc ipse posset renunciare, sed tamen tenebitur domino ad interesse. Ratio diuersitatis inter vasallũ iurantem, & eius hæredem est, quia vinculum præcisum & speciale iuramenti est personale ex parte iurantis. Ita notat Imo. quem cæteri sequuntur in c. veritatis. ext. de
4 iureiuran. ¶ † Aduertite tamen, quòd si filius mortuo patre immiscuisset se hæreditati paternæ, nõ posset postea refutare feudum. text. habetis in c. 1. in titu. an filius vel agnatus. De materia prædicta habetur per Bal. in l. 1. in 13. char. & sequen. ff. de re. diui. Aliquando verò refutatio feudi fit ad finem, vt quis excludatur à successione feudi, vt ecce, Titius & Sempronius fratres, habentes bona tam allodialia, quàm feudalia deuenerunt ad diuisionem, & Sempronio in diuisione fuit adiudicatum totũ feudum vel pars, & Titius fecit pactum de non petendo dictum feudum à fratre suo Sempronio, vel hæredibus illius: modò contingit, quòd Sẽpronius decessit sine hærede masculo: nunquid pactum illud de non petẽdo nocebit Titio, vt non succedat in dicto feudo? Concludite pactum prædictũ nihil nocere, imò Titius succedet in illo feudo paterno, non obstante pacto prædicto. Ita p̃bat tex. in c. fi. in tit. si de feu. def. fue. contr. & in c. primo. in
5 tit. de eo qui finem fecit agn. ¶ † Et sic habetis ex illis iuribus notanter colligere, quòd pactum factum à fratre fratri recipienti pro se, & suis hr̃dibus de non petendo feudum, intelligitur de liberis, non autem extraneis. nã in feudalibus appellatione hæredis intelligimus de filio masculo. c. 2. §. profectò. in titu. de lege Corrad. non autem intelligimus de hęredibus extraneis, vt plenè no. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Quod procedit etiam, si pactum fiat per modum liberationis, vt in iuribus præallegatis, & sic restringitur pactum. & dicit Bal. in d. c. fi. in ti. si de feu. def. &c. se credere, ꝙ idem esset, si fieret per modum renunciationis: quia (secũdùm eũ) renũciatio habet vim pacti p̃sonalis, q̃a fit contẽplatione certæ personæ.
6 tex. est no. in l. iubemus. C. ad Velle. ¶ † Itẽ colligitis ex duobus capitulis superius allegatis, pactum interpretari, aptari, & declarari secundùm rei naturam in pactum deductæ. nam quod contemplatione certæ personę fieri p̃sumitur, perinde habetur ac si illa persona esset nominatim expressa, quod est notandũ. ¶ Sed iuxta prædicta quæro de quæstione, in qua cõsului. Duo fratres habentes feudum paternum fecerunt inter se diuisionem, & adinuicem sibi promiserunt de euictione: Item adinuicẽ renunciarũt omni iuri, quod haberent in illo feudo, vel habere sperarent, vel possent, vtrùm si alter ipsorum moriatur sine descendentibus, alter succedat in illo feudo? Ego consului fratrem superstitem admitti ad successionem, non obstante illa promissione de euictione: quia non intelligitur facta promissio de euictione in casu, in quo feudũ sui natura reuertitur ad alium, dummodo diuidentes scirent res esse feudales. nec hoc casu habet locũ. l. vendicantem. ff. de euic. Ita volunt Cy. & Bart. & Bal. in l. si familiæ. C. famil. hercis. ità limitantes glo. Ibi ergo patet ꝙ promissio de euictione non hẽt obstare. Dicebam etiam quòd illa verba, Renunciarunt omni iuri, quod haberent, vel habere possent, seu sperarẽt, non excludebant fratrem superstitẽ à successione feudi fratris defuncti sine liberis, per præalle. c. 1. in ti. de eo qui fi. fecit agn. Et cũ mihi diceretur, quòd in illo c. & in c. fi. in ti. si de feu. defunc. fue. contro. non erat facta renunciatio per prędicta verba, ego defendebam, quòd ratio assignata per glo. & Bal. in dictis iuribus erat vniformis, & militabat in casu prædicto: quia ratio illorum iurium est, ꝙ pactũ censetur personale, & renunciatio personalis, quia intelligitur facta contemplatione fratris & suorum descendentium, non autem alterius. Quinimò plus dicebã, quòd si taliter renuncians voluisset omnino & in totum amittere ius feudi, hoc facere non potuisset, nisi renunciando in manibus domini ipsius feudi. Ad hoc adducebam Bal. in d. c. 1. in ver. omnino. in ti. præalle. de eo qui fi. fec. ag. Non enim tale pactũ, vel renunciatio intelligitur factum vel facta in fauorem illius, cui nostra non interest acquirere, per no. per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de ver. obli. Et ad pręmissa videatis clarissimũ Doc. do. Franc. de Acoltis de Are. suo cons. 3.
7 vbi etiã ita determinat. ¶ † Limitabitis tamen prædicta procedere, nisi agnatus omnino renunciasset feudo, vt probaur in d. c. 1. in ver. omnino. in tit. de eo qui fi. &c. Et omnino dicitur renunciare, quando renunciat in manibus domini cum pacto, de quo supra, vt dicit Bald. ibi. Idem si agnatus renũciasset feudo eo pacto, vt vasallus, qui habet feudũ, inuestiretur de illo feudo tanquam de feu. nouo. Nã hoc casu agnatus renũcians, nõ succederet in feudo illius agnati inuestiti, vt supra, vt expressè p̃ba
8 tur in eo. c. vnico. in fi. in ti. proxi. alle. † Aliquando verò vasallus renuntiat feudo in manibus domini sui. bene videndũ est, nunquid talis renunciatio habeat pręiudicare filijs ipsius renũciantis? Bal. in l. q se patris. in 8. col. aliàs

in 5.in ver.item q̃ritur.C.vnde lib.relata prius opi.Nic. de Mat.distinguit hoc modo: aut pater consentit aliq̃d in sui præiudicium; & tunc quia simplici consensu non absorbetur ius de futuro.l.1.§.quod ait.ff.quo.legato.& tempore renũciationis ius filiorum est futurum:ideo talis consensus patris non præiudicat filijs. Aut pr̃ renunciat,& tunc quia renũciatio in iure creando, qđ creatur per mortem,si est facta ipsa renunciatio ante mortẽ, nõ obstat filijs.glo.not.in l.fi.in gl.q̃ incipit, vt in Auth.C. de bo.lib.Aut pr̃ simul consentit,& renũciat: & tunc q̃a quantũ in eius fauorem non est introductum, renũciare non pōt,vt vult pulchra glo.in l.iubemus.§.scientes. C. de sacros.eccle.Ideo non habet nocere filijs. Aut pater renunciat feudo,& promittit non venire contra renũciationem;& tunc si promittit de se tm̃:tunc nõ nocet filijs, quia filij mortuo patre veniunt iure nouo,dũmodo sint hæredes patris,sm̃ naturam feudi.l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2.l.Paula Callinico.§.fi.ff.de leg.3. Aut promisit pro se,& suis liberis,& hæredibus, & hoc casu dicit Bal. in loco alleg.idẽ esse dicendum in feudo, qđ in alijs bonis filij alienatis per patrem. l. cum à matre. C.de rei vendi.not.per Doct.in l.fi.§.in computatione. C.de iure delib.Aduertite,quia Pau.de Cast.suo consi. 154.incip.In Christi nomine amen.circa princ.in 6.col. illius consilij.dicit,ꝙ quemadmodum pater renunciare potest iuri patronatus ad præiudicium liberorũ,& suorum descendentium,ita quòd mortuo patre filij non succedent in iure patronatus,vt vult Archid. in c.1. ext.de iure pat.lib.6.ita potest pater renunciare feudo ad præiudicium liberorum,& descendẽtium suorum, quia ius patronatus defertur filijs ad instar bonorum feudaliũ. Addite eundem Bal.in l.si in personam.C.de fideicom. vbi dicit,quòd si Titius habeat feudũ, & filius eius post mortem patris renunciet illi feudo,non pręiudicabit nepoti, quoniam ex edicto successorio admittetur ad feu. quia ipse nepos est proximior agnatus,& ideò illi pręiudicari non potuit per renunciationem sui patris.c.si vasallus culpam.in ti.si de feu.defun.Item non obstante renunciatione prædicta, feudum remanet paternum.c.1. & ibi not.in tit.de vasal.decrep.æta.Subijcit Bal.in d.l.si in persona.ꝙ si Titius accepit feudum,& filius,& nepos Titij repudiauerint illud,non præiudicabunt pronepoti,imò pronepos admittetur ad feudum: quia ex natura feudi descendentes succedunt vsq; in infinitũ.c.1.§.hoc autem notandum.& §.cũ verò Corradus.in ti. qui feud. da.pos.Et opi.Bal.in d.l.si in persona. sequitur Alex.de Imo.suo consi.8.in 5.col.illius consil. in 3.vol. Addite pulchram limit. ad præmissa:nam si pater accepit feudũ pro se,& liberis suis,hoc casu pater renunciãdo feudo, non potest præiudicare suis liberis,quia censentur duæ concessiones.vna pro patre,alia pro filijs.l.quodcunq;. §.si quis.ff.de verb.obli. & ideo pater non potest renunciare ad præiudicium filiorum.Ita dicunt not.Dy.Bal.& Ang.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de lega.1. Et Pau.de Cast.ibi valde magnificat istud dictum, dicẽs se ita consuluisse,& obtinuisse: refert tñ se tunc non fuisse recordatum de illa decisione.& notabis perpetuò istam pulchram limit.Addite inquantùm Bal.in d.l.qui se patris.dicit,ꝙ refutatio feudi facta per patrem nocet quandoq; liberis,possit dubitari,nunquid si vasallus refutet feudum antiquum in manibus domini,an talis refutatio nocebit agnatis? Concludite ꝙ non.Ita vult Bald.& oẽs sequuntur in c.1.in ti.de alie.feu.pat. Sed pulchrum est videre,an hoc casu agnati poterunt statim reuocare feudum? gl.in præalleg.c.1.determinat ꝙ non,sed demum mortuo ipso refutante.Iac.de Belui.ibi determinat contra illam glo.mouetur,quia cum vasallus feudum refutauerit,perdit omne ius suum, ita quòd nullæ reliquiæ feudi remanent apud eum. Ergo statim debent admitti ti agnati ad reuocandum.c.1. an ille qui interfe.fra.do. sui.& arg.l.idem erit.in fi.cum l.seq. ff.de assig.lib. Bal. autem in c.1.§.hoc quoque.in sua prima conclu.in titu. de success.feud.determinat,quòd talis refutatio non nocet agnatis, nisi demum viuente ipso refutante, & suis hæredibus.Et hanc opinio.sequutus est ipse Bal.in præalleg.c.1.in titu.de alien.feud.pat.vbi dicit,sequendo glo.ibi,quòd agnati demum poterunt reuocare mortuo ipso refutante, & suis hæredibus: quia refutatio habet in se consensum:& ille cui facta est refutatio, poterit habere illa commoda,quæ posset habere ipse refutans, si nõ refutasset,sicut in simili dicimus in eo, qui tenet rem ad libellum,seu precarium, qui ingreditur religionem, vel alium locum, ad quem plenè se transfert, & dedicat,per ea,quæ habentur in Auth.ingressi.C.de sacros. eccle.& c.vt lex continentiæ.27.q.4.Item quia durante iure refutãtis, debet durare ius acceptoris.l.peto.§.prædium.ff.de lega.2.& l.lex vectigali prædio dicta. ff. de pigno. Hanc eandem opinio.tenuit Iac.Alua.in c.1.§.fi. in sua 37.conclus.in tit.quæ sit prima cau. benefi.amit. allegat Iaco.de Ardizo.ita tenere in summa sua, in titu. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, si vasal. feu. refuta.Idem tenet ipse Iac.Alua.in d.c.1.in tit.de alie.feu. pat.& ab ista sententia in iudicando non recedatis. quã opinio.sæpe sequutus sum in consulendo.

9 ¶†Dubitatur etiam:vos scitis,quòd vasallus(etiam sine licentia domini)potest infeudare,seu subinfeudare feudum,quod habet. Ita vult glo.magna circa fi.c.1.§.præterea. in tit.de capi.Corra. ponamus,quòd vasallus,qui subinfeudauit alteri feudum, refutet illud feudum in manibus domini,vtrùm resoluetur illa subinfeudatio? Bal. eleganter in d.c.1.in tit.de alien.feud.pater.determinat quòd sic, intantùm quòd refutatio valebit in præiudicium eius, cui fuit facta. allegat Odof. ita tenere in sua summa,in tit.quib.mod.feu.amit.in ver.vndecima causa est. Et in veritate ista sententia videtur probari in c.1.§.rursus. in tit.quib.mo.feu.amit.Sed hanc conclusionem limitabitis procedere, nisi ipse subinfeudans sit paratus seruire priori domino, in cuius manibus est facta refutatio, & recipere ab eo inuestituram. Hanc limita.ponit Iaco.de Bel.Nic.de Neap.Bal.& D.Mart.de Laud. in d.§.rursus. Ex qua limitatione habetis colligere, quòd licèt tex.in d.§.rursus. dicat, ipse subinfeudatus nullo iure poterit se defendere:tamen iste terminus vniuersalis negatiuus recipit limitationem,de qua supra. Optimè facit tex.cũ glo.in l.ob æs.C.de præd.mino.& tex.cum glo. in l.fin. C.fine consu.vel reli.Idem tenuit Iaco.Alua.in d.c.1. in tit.de alien.feu.pat.vbi dicit,ꝙ ista opin.habet magnam æquitatẽ.

10 ¶†Sed iuxta prædicta quæro de alia pulchra quæstione.Pater habens feudum antiquum,fecit inuestiri filium de illo feudo, refutando feudum in manibus domini,ea cõditione,ꝙ inuestiret filium de eodem feudo,& ita factum est:in successu temporis decessit ille filius sine liberis,superstite patre,dubitatum fuit,vtrũ pater succederet in illo feudo? Vr̃ dicendum quòd non: quia in feudalibus ascendens non succedit descendẽti. tex.est in c.1.in ti.de na.suc.feu. Item quia pr̃ renunciauit,seu refutauit, ergo non debet amplius admitti ad illud.l.q̃ritur.§.pen.de Aedil.edic.Sed Iac.de Ardizo.in sua sum.in tit.de suc.feu. sub rubricella, an ascendentes succedant, determinat contrarium, dicens, quòd pater non vocabitur ad illud feudũ iure successionis,sed antiquo suo iure,quia feudum erat antiquum.Et hanc opin. sequutus est Iaco.Alua.in d.c.1.de nat.suc.feu. Eandem sententiam tenuit D.Mart.de Laud.in c.1. in tit. de vasal. decrep.ęta.mouetur,quia in materia feudali respicimus agnationem, dirigendo oculos ad stipitem communis agnationis.c.1.in tit.de gradi.suc.in feu.Sed feudum,de quo loquimur,incepit à stipite, à quo iste pater refutans

tans descenderat:ergo debet ipse pater succedere in ta
li feudo. non obstat præalleg.c.1. in tit.de nat.suc.feud.
quia loquitur in feudo nouo,& tunc ascendens non suc
cedit descendenti, licèt sit secus in allodialibus.Authẽ.
defuncto.C.ad Senatuscon.Tert. nos verò loquimur in
feudo antiquo. Non obstat secundum motiuum,dum
dicebam, quòd ex quo pater renunciauerat,non debet
admitti ad illud,quia respondeo,ꝙ talis refutatio extin
guitur per mortem filij, cuius contemplatione fuerat fa
11 cta.l.iubemus.& ibi plenè per Bal.C.ad Velle. ¶†Addi
dite,ꝙ licèt valeat refutatio facta in manibus domini,ta
mẽ si fiat in manibus filij ipsius domini,nihil valebit,vel
in manibus vxoris domini: quia renunciatio facta in ma
nibus non sui iudicis,nihil valebit. Ita dicit Ioã.And.in
c. ex ore.ext.de his quę fiunt à maio.par.cap.& ita dicit
12 Bal.in rub.in ti.de vasal.decrep.æta. ¶†Item si appareãt
duæ inuestituræ diuersis codicibus factæ, quamuis re-
nuncietur vni,non tamen dicetur renunciatũ alteri, arg.
l.suum hæredem.C.de iure delib.multùm ergo prodest
habere geminam prouisionem.l.si tibi certam. ff.de adi.
leg.Ista est pulchra determinatio Bal.in c.1.§.si verò. in
13 tit.de feud.Guar. ¶†Item feudum nuda renunciatione
non perditur,nisi renunciatio fiat in manibus domini,
vel nisi feudatarius patiatur alium inuestiri de ipso feu-
do.nam natura dominij tam directi,q̃ vtilis est,ꝙ nuda
renunciatione non perdatur, nisi alteri acquiratur. l.si
quis vi.§.differentia.ff.de acq.pos.Non obstat.l.postquã
liti.C.de pact.quia est ibi speciale odio litium. vel ibi
erat iudex,qui supplebat ꝓ absente. ista sunt verba Bal.
in Auth.in successione.in fi.col.C.de legit.hære.¶Vlti-
mò quæro de tali quæstione. Erant tres fratres haben-
tes feudum paternum,scilicet,Titius,Sempronius,& Ca
ius.Caius partem suam feudi donauit Sempronio fratri
suo,deinde fuit monachatus:fuit contentio de tali feu-
do,Titius dicebat ad se pertinere pro dimidia Sempro
nius autem contendebat habere totum virtute donatio
nis:q̃ritur quid iuris? Vr̃ prima facie dicendum,ꝙ solus
donatarius debeat habere,per tex.in c.1. in tit.de alien.
feu.pat. In contrarium facit, quia resoluto iure datorũ,
resoluitur ius acceptorum.c.1.§.rursus. in tit.qui.mod.
feud.amit. Item per factũ illius Caij non potuit præiu
dicari tertio,arg.l.fi.ff.de pac.Item si solus Sempronius
deberet habere illud feudum,hoc esset contra mentem
primi parentis,qui pari intentione voluit sibi, & suis hæ
redibus prospicere.c.1.in tit.de duo.fra. à capi. inuesti.
Nec fuit de intentione patris,ꝙ vnus alium supplanta-
ret.Præterea pro hac parte est tex.in c.1.in tit. de vasal.
qui ar.bel.depo.vbi tex. dicit, ꝙ qñ vasallus assumit ha-
bitum religionis,dñs vocatur ad feudum, si est nouum.
Si verò feudum est paternum,& antiquũ, vocatur agna-
tus.& illa dictio,Agnatus,est dictio indefinita, q̃ æqui-
pollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.2.quia par est ra-
tio,& conditio contentorũ sub illa indefinita. Et in hãc
partem.s.ꝙ solus Sempronius donatarius non debeat ha
bere feudum,inclinat Bal.in præalleg.c.1.in vlti.col. in
tit.de alie.feu.pat.sequitur ibi Marti.de Laud. Et secun
dùm istam opin.consului,licèt Iac.Alua.in prælle.c.1.
in tit.de alie.feu.pat.intelligit Bal.velle,quòd solus do-
natarius debeat habere feudum.sed mihi videtur,quòd
Bal.determinat oppositum.

SVMMAE.

1 Vasallus an circunscripta promissione teneatur recognoscere feudum à domino ad ipsius domini requisitionem.

2 Recognoscens se tenere quoddam castrum in feudum, an per talem recognitionem videatur recognoscere territorium,& iurisdictionem.

3 Rex concedens castrum cum omni iure,quod ibi habet,an censeatur concessisse ius Regium.

4 Dispositionem totius inducere omnes partes, qualiter intelligatur.

5 Recognoscens castrum in feudum, an & quando intelligatur recognoscere territorium.

6 Feudatarius non præsumitur,nisi probetur.

7 Allodium quid sit.

8 Dominus an possit imponere vasallo recognitionem feudi sub pœna amissionis rerum,& an talis pœna possit exigi. nu.9.

10 Iudex præcipiens alicui sub pœna,si non pareat, an & quo pacto poterit talis pœna exigi.

11 Pœnæ quare præceptis adyciantur.

12 Dominus feudi imponens pœnam vasallo,quo casu possit talẽ pœnam exigere.

13 Recognitio feudi facta aliter,quàm more solito,an noceat posteris ipsius recognoscentis.

14 Recognoscens se tenere in feudum à tali domino,præter talem domum, an videatur recognoscere iurisdictionem in hoĩes.

15 Vasallus an teneatur domino feudi ostendere omnes res feudales,pro quibus est subditus.& nu.19.

16 Vasallus negans feudum, si postea conuincatur, venit feudo priuandus.

17 Vasallus negans se habere instrumentum feudi, an tenebitur illud exhibere.

18 Vasallus an teneatur domino ostendere feudum, & quantitatem feudi.

20 Iudex ecclesiasticus,an possit inquirere de titulo eorum, qui possident beneficia ecclesiastica.

21 Recognoscens se tenere in feudum,& emphyteosim ab aliquo, an præiudicet sibi,& hæredibus suis.

22 Recognoscẽs feudum pro se,& quibusdam, an acquiratur ius pro illis quibusdam.

23 Tenens feudũ ab vno domino, si recognoscat se tenere ab alio, an vero domino præiudicet.

24 Recognoscens se tenere feudum animo donandi bona sua, an præiudicet liberis.

25 Recognitio feudi facta per subditum in fauorem domini ipso ignorante,an prosit domino.

26 Confessio sine causa non præiudicat.

27 Præstans censum Ecclesiæ de re sua, quæ ex antiquis instrumentis apparet sua, an censeatur transferre dominium in Ecclesiam.

28 Feudatarius qualiter debeat facere recognitionem domino feudi.

DICTIQVE VASALLI promiserunt cognosce
re dictum feudũ specificè, particulariter,& di-
1 stinctè,quotiescunq; fuerint requisiti. ¶†Circa
materiam recognitionis,quæro primò,vtrùm circunscri
pta promissione prædicta,teneatur vasallus recognosce
re feudum à domino ad requisitionem ipsius domini?
concludit Bal.ꝙ sic.ad hoc allego vobis Bal.in proprijs
terminis,in l.plures apochis. C.de fide instru. vbi dicit
esse idem in emphyteota,quia ad requisitionem directi
domini,tenetur recognoscere rem emphyteoticam, de
quo vltimo dicite, vt plenius per eundem Bal. in Auth.
2 si quas ruinas.C.de sacrosan.eccl.¶†Secundò quæro de
pulchra,& quotidiana quæst. Quidam nobilis recogno
uit se tenere quoddam castrum in feudum ab illustrissi
mo dño nostro D.Sabaudiæ Duce,vtrùm per talẽ reco-
gnitionem videatur recognouisse territorium,& iurisdi
ctionem? Ista est quæstio disputabilis,vnde pro plenio-
ri discussione procedam arguendo,& disputando, quò
hic veritas melius inueniatur.l.munerum.§.mixta. ff.de
mune.& hon.Pro parte igitur affirmatiua facit, quia ca-
strum,& territorium constituunt vnum totum,quod est
intra certos fines positũ.l.pupillus. §.territorium. ff. de
verbo.sig. vnde non debet diuerso iure censeri.s.ꝙ vna
pars sit libera,& allodialis, alia verò feudalis. l. eum q
ædes.ff.de vsucap.Pro quo facit,quia territorium subia

cet castro.l.nulli.C.de Epis.& cle.ar.l.qui ex vico.ff.ad
municipa,vñ recognito castro,videtur, quòd intelliga-
tur recognitum territorium,maximè quia castrum& ter
ritorium sunt sicut principale & accessorium. c. si quis
episcoporum.& c.possessio territorij.16.q.2. Tertiò ad
idem facit,quia territorium videtur coniunctum castro
ergo recognito castro,videtur recognitum esse cõnexũ
& coniunctum,vt habetur in c. translato.ext. de consti.
Quartò facit, quia appellatio castri est apta cõprehen-
dere iurisdictionẽ,vt no.Inn.in c.ex literis. de iure pat.
ergo recognito castro, vr̃ recognita iurisdictio. Quintò
pro hac sententia videtur facere tex.in l.1.§.initio.ff.de
officio præfec.vrb.vbi dicitur,ꝙ commissa alicui ciuita
te,intelligitur sibi commissum territorium,licet nihil sit
expressum de territorio. Pro parte negatiua adduco in
frascripta motiua.Primò,quia recognitio talis est gene
ralis,& generalitas parit obscuritatem.l.ita fidei. ff. de
iu.fis.Et nos habemus,quòd in obscuris id,quod minus
obscurum est,semper sequitur lex.l.in obscuris. ff.de re
gu.iu.Sed sic est,ꝙ iurisdictio (maximè meri imperij)est
maior,quàm sint mœnia vrbana,vel rustica:ergo nõ de-
bet comprehendi sub recognitione prædicta,per no.in
c.sedes.de rescr.& in c.qui ad agendũ. ext.de proc. lib.
6.Secundò facit,quia talis recognitio est indiscreta , &
sine causa:ergo non valet,l.cum de indebito.§.fin.ff. de
prob.& per consequens non debet acquiri aliquod ius
aduersario.Et prima est fortis ratio , quia aut prima re-
cognitio inducitur ad feudi constitutionem , & tunc nõ
valet : quia certus est modus constituendi feudum si
bi per inuestituram.c.1.in ti.qui.mo.feu const.potest:er
go per simplicem recognitionem non constituetur feu-
dum.arg.l.interrogatũ.& l.liberos.& l.parentes.C.de li
be.causa.aut prima recognitio inducitur ad probandũ
feudum iamdudum constitutum,& tunc etiam nõ valet:
quia est facta sub incerta re,& genere,ar.l.certũ.in prin.
ff.de confes.Tertiò ad idem facit,quia castrum,& terri-
torium,& iurisdictio habent diuersa noĩa : ergo nõ sunt
idem.l.si idem.C.de codic.ergo recognito vno,nõ intel
ligitur recognitum aliud,arg.l.Lucius.§.collegio. ff. de
leg.3. Quartò in interpretatione vocabulorũ debemus
attendere communem vsum loquendi. l. cum delanio-
nis.§.asinam molendinariam.ff.de fun.instr.l.librorũ. §.
qđ tamẽ Cassius.ff.de leg.3.& l.nũmis.co.ti.Sed ex cõ-
muni vsu loquendi castrum dicitur, ꝙ murotenus cingi-
tur:territorium verò dicitur illud,qđ est ext.ergo reco
gnito vno, non intelligitur recognitum aliud.l.l.1. & l.
vt Alfenus.ff.de verb.sig.Quintò appellatione ciuitatis 1
non comprehenditur diocœsis.c.Rodulphus. ext.de re-
scr.c.quamuis.§.quamquam.de præb.lib.6.Vnde pari ra
tione appellatione castri non comprehenditur territo-
rium. Sextò facit tex. in l. si quando.C.de bo. vac.lib.
10.vbi probatur , ꝙ appellatione rei donatæ non veniũt
in donatione,nisi de quibus sit expressum,Septimò cõfir
mo primam sententiam,quia in trãslatione iuris de vno
ad aliud, accessorium non cohærens principali, sed di-
uisibile ab eo,translato principali,non transfertur.l.quo
ties.ff.de contrah.emp.sed territorium nedum est diui-
sibile de castro,imò etiam diuisum medio pariete: ergo
territorium nõ venit in recognitione castri.l.si qs duas.
ff.commu.præd.Octauò corroboro opi.tertiam , qa de
eis(vt de diuersis)diuersa iura traduntur.l.1,C.si cur.re-
licta ciui.rus habita.volue.lib.10.Item appellatione flu-
minis non comprehenditur ripa. l. 1. §. in flumine.ff.de
flumi.pterea ille,q vendidit prędium excepto fonte,nõ
vr̃ exceptasse , solum quod est circa fontem. l. q duo p̃-
dia.ff.de seru.rust.præd.ad idem facit l.si quando.C.de
bo.vac.lib.10.Et hanc partem Old.de Ponte credidit va
lidioribus rationibus esse fulcitam(nisi secũdùm eũ) ob
seruantia,vel communis loquẽdi modus,vel aliqs alius
actus exterior aliam interpretationem inducat. Et cum
ista opin.pertransit Alb.de Ro.in l.fi.in vltima col.C.de
3 iurisd.om.iu.¶†Et ex præmissis infert ipse Bal.ad elegã
tem quæstionem.Serenissimus Rex Francorum conces-
sit mihi castrum cũ omni iure,quod ibi habet, an videa-
tur concessisse ius regium,quod ibi habet,vt Rex, non
sicut dominus?Et determinat,ꝙ non : quia sub illis ver-
bis generalibus,cum omni iure , non vdetur ius regium
concessisse : quia verisimiliter illud in specie nõ fuisset
cõcessurus,arg.l.oblig.generali.ff.de pig.facit c.in gene
rali,in ti.si de feu,defun.fue.cont. Bal. autem in præall.
c.1.in ti.de capi.qui cur.vend.circa 7.col.in hoc ita cõ-
cludit,ꝙ aut castrum , & territorium possiderentur eo-
dem iure,& eodem titulo : & tunc ille qui recognoscit
castrum in feudum,intelligitur etiam recognoscere ter-
ritoriũ:secus si diuerso iure, & diuerso titulo possidean
tur,vel non appareat de iure possessoris.ar. l. sed cũ pa-
trono.ff.de bo.pos.tit.generali,facit,quod no. Inn.in c.
4 cum ad sedem.ext.de restit.spo.¶†Subdit ipse Bal.in lo
co proximè alleg.ꝙ quædam se habent, vt pars in toto,
& tunc dispositio totius inducit omnes partes.l.si vnus.
§.si cũ mihi.ff.de pac.Quædam etiam se habent, vt pars
circa totũ,vt alluuio in fundo,& tunc est,qđ in casu præ
cedenti,nisi essent agri limitati.l.in agris.ff. de acq.rer.
dom.Quædam verò se habent.vt continens, & conten-
tũ, & tunc,aut significatio continentis sumitur ex cõten
to,aut de per se.Primo casu noĩe continentis cõtinetur
contentum:& iõ si quis præficiatur ciuitati , intelligitur
p̃fectus hominibus illius ciuitatis , qa ex significatione
ciuiũ sumitur ciuitas,facit.l.1.§.cũ vrbem.ff.de off.p̃fec.
vrb.Scđò verò casu secus est , & ideo appellatione sacci
non continetur farina,nec contra.l.q saccum.ff. de fur.
Quædam verò se habent,vt connectens,& connexum,&
tũc debemus distinguere ĩter mobilia,& immobilia iux
ta l.quemadmodum.C.de agri.& cens.lib.11.& l.debi-
tor.ff.de pig.Quædã verò se habent, vt principale,& ac
cessorium : & tunc si accessorium accidit de necessitate:
tunc sub appellatione principalis cõtinetur accessorium
5 l.sed addes.§.si qs mulierẽ.ff.loc.¶†Et iõ si statuto , vel
cõsuetudine territoriũ sit assignatũ castro,qa tũc talis cõ
suetudo,seu statutum,inducit necessitatẽ,iõ ille,qui re-
cognoscit castrũ in feudũ,intelligitur recognoscere ter
ritorium §.si quis igitur ex qualibet,in Auth.qui.mo.na
tu.eff.sui.Aut est accessoriũ,qđ nõ accedit de necessita-
te,& tũc nõ cõtinetur sub principali,nisi in dispositione
sit appositũ aliqđ verbum ampliatiuum,vt sunt ista ver-
ba,Integro statu,vel cum oĩ iure.l.si qñ.C. de bo.va.lib.
10.facit l.sed & si quid.§.proprietatis.ff.de vsuf.Solẽnis
Doc.D.Pet.de Anch.in rubricella,accessoriũ,de reg.iu.
lib.6.tenet expressè cum opi.Old.superius relata.Moue
tur p l.1.§.cum vrbẽ. ff.de off.præf.vrb.Scđò mouetur,
qa in castro repręsentatur quędam vniuersitas agrorum
intra fines illius castri positorum.l.pupillus.§.territoriũ
ff.de verb.sig.Ideò dicit Io.An.in c.ex literis.ext.de iure
patr.quòd villa,& castrum sunt quædam nexa vniuersi-
tatem designantia,quæ continent honorem,districtum,
& iurisdictionẽ,& ideò trãseunt cum vniuersitate, licèt
aliàs per se non transirent.c.cum Bertoldus.ext.de re iu
di.& l.in modicis.ff.de contrah.emp.Tertiò pro hac sen
tentia adducit præfatus Doct.not.per Oldr. suo consil.
49.vbi tenet,quòd Princeps concedendo simpliciter ec
clesiæ pro anima sua castrum,videtur etiam concessisse
merum,& mixtum imperium, quasi imperium videatur
addere administrationem,quam quis habet ratione ter-
ritorij.l.fi.C.vbi & apud quem in inte.restit.cog.agitan.
sit & l.quicunque castellorum.C. de fundis limitosis,&
terris,& palu.lib. 11. Est enim iurisdictio adiacens ter-
ritorio siue ei cohærens,arg.l.creditor.§.fi.de act.empt.
ad instar seruitutum , quæ debentur à re rei , quæ con-
comi-

comitantur rem,ad quemcunque transeat.d.l.via consti tui.§.quæcunque.ff.de ser.rusti.prędio.& l.testatrix.§.1. ff.si serui.vendi.Cum ergo in concessione castri videat̃ et concessa iurisdictio, per consequens est necesse concludere,quòd videatur etiam concessum territorium,in quo exercetur iurisdictio,sicut in castro.Alioquin esset diuidere territoriũ à castro, in quo etiam exercetur iurisdictio:vnde concludit præfatus Doc.ꝙ sicut per concessionem castri etiam videtur concessa iurisdictio : ita etiam videtur cõcessum territorium, in quo exercetur iurisdictio,sicut in castro.& ad prædicta allegat c.pastoralis.ext.de don.vbi in cõcessione simpliciter facta veniunt oĩa iura,quæ habet Episcopus in Ecclesia, quam cõcessit alteri.Addit D.Pet.ꝙ Bal. tenet opin. prædictam in l.cũ multa.C.de bonis quæ lib.sed non reperio,quòd Bal.ibi de hoc loquatur.Non obstat prædictum c.fœlicis.ext.de pœ.lib.6.vbi dicitur, quòd si ciuitas propter suum delictum priuetur dignitate pontificali,appellatione eius non cõprehenditur diœcesis,per id qđ habetur in c.Rodulphus,ext.de rescri.quia respõdetur quòd illa Decretalis, Fœlicis, loquit̃ in actu odioso. facit qđ no.in c.si ciuitas.ext.de sen.excom.in 6.In hoc pulchro passu ego tenerẽ opi. Alb. de Rosa. ꝑ motiua per ipsum adducta.Ad motiua D.Pe.de Anch.ego responderem, quòd loquitur in concessione facta à Principe, quę quidem concessio debet latè interpretari,inquantũ concernit pręiudiciũ Principis concedentis,per Inno.& Cano. in c.cùm dilecti.ext.de dona.& per Doc.in l.beneficiũ. ff.de consti.princi.Nos autem loquimur,quando priuatus recognoscit se tenere castrum in feudum ab aliquo Principe,quo casu non fit ita lata interpretatio, sicut in cõcessione Principis,per ea quæ notãtur in l.veteribus. C.de pa. & in l.quidquid ff.de ver.ob.Limitarem tamẽ dictum Abb.nisi recognoscens apponeret aliquod verbum ampliatiuũ, vt sunt ista verba, Integro statu vel cũ omni iure,per d.l.si qñ.C.de bo.va.li. 10. vel nisi obseruantia , vel communis vsus loquendi aliud induceret.

6 † ¶Subsequenter quæro de quæstione quotidiana.Dñs terrę petit,quòd omnes & singuli homines possidentes prædia in suo territorio recognoscant se tenere illa prędia vel in feudũ, vel in emphyteosim, vel in cẽsum,vel tanquam tributaria.homines se opponunt dicentes,illa prædia esse libera & allodialia, & non teneri recognoscere:dominus replicat, quòd habet fundatam intentionem suam super omnibus prædijs situatis in suo territorio,vnde quæritur quid iuris? Pro parte dñi terræ facit illud, quod dicit tex.no.in l.2.C.in qui.cau.&c. lib. 11.vbi tex.dicit,cuius ipsi sunt, eiusdẽ omnia sua bona esse cognoscant. ¶Secundò ad idem facit tex.in simili. in c.oẽs basilicæ.16.q.7.probatur,quòd Episcopus habet fundatam suam intentionem de iure communi in omnibus ecclesijs situatis in sua diœcesi:ergo pari ratione videtur fundata intentio domini terræ super omnib. reb.situatis in suo territorio.In contrariã partẽ determinabitis.In primis adduco vobis auctoritatẽ Hosti. in c. nimis.ext.de iureiur.vbi dicit,ꝙ non etiam hoc ipso, ꝙ quis possidet prædia inter regnum, & prouinciam alicuius domini,astringitur ei ad fidelitatem,quia nõ præsumitur feudatarius,nisi probetur. Nam (secundùm eũ) iure primæuo naturali oĩs persona, & oĩs res erat libera.c.iusgentiũ.1.dist.facit quod no.gl.in c.quãquã.ext. de cẽsi.li.6.Addit.D.Alb.Pa.in d.c.nimis.ꝙ Reges,Duces & alij dñi temporales non habent fundatam intẽtionem suã super singularibus rebus situatis & extantibus in eorum dominio,nec etiam super vtili vel directo dominio,nisi aliter probent.Addite eundẽ Panormi.in c.si diligenti.in princ.commenti.ext.de præscriptio. vbi dicit , quòd Comites,& alij Domini temporales fundant intentionem suam de iure communi super singulis rebus situatis in eorum dominio,quantùm ad iurisdictionem,nõ autem super proprietatibus ipsarum rerum.Ad idem adduco vobis Bald. in c. cæterum.in verbis finalibus.ext.de iud.vbi dicit,quòd nulla res præsumitur esse feudalis,nisi probetur.Et idem voluit ipse Bal.in c.inter filiam.in tit.si de feud.defunc.fue.controuer.vbi dicit,quòd omnis res pręsumitur esse allodialis & libera, nisi probetur de contrario.Et idem subdit,quòd feudũ est species seruitutis. allegat gloss. ordi. in l.si cuius, in

7 princ.ff.de vsufruc.alleganti ergo &c.† ¶Allodiũ enim est quædam proprietas,quę nõ recognoscitur nisi à solo Deo secũd.Bal.in d.c.inter filiam.Addite eundẽ Bal. in Auth.sicut.C.de sacrosa.eccle.vbi dicit,quòd omnis res præsumitur libera , nisi doceatur subiecta seruituti. Optimè facit quod vult ipse Bal.in l.libertas.in prin.cõmen.ff.de statu homi.vbi dicit, quòd libertas est plurimũ posse in eis,quæ decet posse.Subdit,ꝙ libertas præsumitur,& ideo (secũdùm eũ) nemo præsumitur homo vel fidelis alterius: quia fidelitas & homagium sapiunt seruitutem,allegat illam gl.or.in d.l.si cuius.Concludo ergo ex pręmissis pulcherrimis auctoritatibus , ꝙ domini terrarum non fundant intentionem suam de iure cõmuni super prædijs,& possessionibus situatis in districtu eorum,ex eo,quòd sint domini terrarum,nisi doceant,quòd illa prędia sint feudalia,emphyteotica,vel seruilia.Ad arg.suprà in oppositum factũ de l.2. C. in qui. cau.li.11.vbi tex.dicit,cuius ipsi sunt, eiusdẽ oĩa sua bona esse cognoscant,respondeo, ꝙ debet intelligi quò ad petitionẽ & iurisdictionem,non autem quò ad directũ dominiũ vel vtile.Optimè faciunt no. per Bal.in l. cum

8 multa in fi.col.C.de bo.quæ lib.† ¶Insuper q̃ro de alia pulchra & quotidiana quęstione:dominus petit à subdito suo,ꝙ recognoscat sibi , q̃ tenet in feudũ vel emphyteosim ab eo, & imponit illi pœnam amissionis rerum, quo casu ita non faciat , vtrùm talem pęnam possit imponere & ĩpositã exigere?Pro pleniori discussione huius quæstionis præmitto vobis, quòd iudicibus licitum est suam iurisdictionem defendere pęnali iudicio.l.per mulctas & pęnas.& l.1.ff.si quis ius dicen.nõ obtẽ.Videamus ergo,nũquid dominus feudi possit imponere pęnã vasallo & subdito suo,ꝙ nisi veniat ad recognoscendum dictũ feudũ,perdat illud.Inn.in c.cæterum.ext.de iudicijs.in gl.sua incipiente,qui dicunt,dicit eleganter, quòd nũquam vel rarò imponitur pęna, nisi amissionis feudi,vel alia,super re feudali,quòd dictũ est valdè no-

9 tabile. † ¶Sed videamus,an si talis pœna imponit̃, possit exigi,prima facie videtur dicendum ꝙ sic,per l.3.§.1. ver.prius tamen.ff.vbi pupil.educa.debe. et per d.l.1.ff. si quis ius dicen.non obtem.& per l.ad diem.ff.de verb. obl.& l.Lucius.ff.de actio.emp.In contrarium facit,q̃a videtur ista quædam comminatio,per l.interlocutio. & l.pro gramma. C. commi. vel episto. & per c.relatum. ext.de iure patro.& per c.non minus in fi.ext.de immu. Eccl.Ioan.Blanchus de Marsi.in sua summa feudorum, in titu.qui.mo.feu.amit.circa fi in ver. quæro de q.&c. refert,quòd ista quæstio frequenter contingit in practica in prouincia. quia domini præcipiunt subditis suis sub pœna amissionis feudi.& tandem refert se ad istam conclusionem , quòd si tale præceptum sub pœna amissionis feudi fiat cum causa seu ob causam ad naturã feudi pertinentẽ:puta,quia dominus præcepit subdito suo sub pęna prędicta,ꝙ vasallus veniat ad faciẽdũ recognitionẽ,vel ad exhibẽdũ seruitiũ,vel ad ꝓstandũ iuramẽtũ fidelitatis,vel homagiũ &c.nisi ꝓcepto pareat̃ , incurret pęna,& cõmittet̃,qđ dictũ bene notetis.Pro hac sñia optimè facit qđ vult Bar.in l.3.§.1.ff.vbi pupil.educa. de-

10 be. † vbi dicit , quòd si iudex faciat alicui præceptum sub pœna,& nõ pareat̃ præcepto,talis pęna poterit exigi,dũmodo præceptũ fiat cũ causa , seu ꝙ ipsum ꝓceptũ

nō sit nudum à causa, nec sit negotium, in quo requiratur, vt præcedat causæ cognitio, tunc talis pœna non posset exigi, quia præceptum nudum à causa non valet, vt vult Cyn. in l. quotiens. C. de fideicom. & Bart. in l. filiusfa. in §. Diui. ad fi. co. ff. de lega. 1. Et hoc etiam expressè vult Bar. post Martinum in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. Non obstant ll. l. interlocutio. & l. programma. allegatæ superius, quia procedūt in his, in quibus debet præcedere causæ cognitio. Vnum tamen aduertite, quòd licèt vbi pœna adijcitur præcepto nudo à causa, & non præcedit causæ cognitio, nō possit exigi ad vnguē, tamen ex inobedientia seu contumacia pœna fiet arbitrio iudicis. Ita videtur velle Bar. in d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de iurisd. om. iu. in fi.

11 † Addite quòd istæ magnæ pœnæ imponuntur, vt magis homines timeant, & vt euitentur atrocia, non autem vt exigantur ad vnguem. ita dicit Io. Ray. in compendio suo feudorum, in d. c. imperialem. §. præterea si inter. Subdit, quòd quando imponitur pœna fustigationis, vel amputationis pedis, vel pęna æris & personæ: de qua vltima pœna loquitur gloss. singularis in Authen. de armis. §. oportet. dum illa glo. dicit, In ære & in persona: tales pœnæ non exiguntur ad vnguem, sed

12 reducuntur, & mitigantur ex arbitrio iudicis. ¶ † Ex præmissis concludo vobis, quòd quando dominus facit pręceptum vasallo, seu subdito suo sub pœna amissionis, si tale pręceptum sit factum ob causam pertinentem ad naturam feudi, vt est videre in exemplis supra positis: tale præceptum valebit, & poterit exigi, secus si præceptum non pertineret ad naturam feudi. Ego confirmo illā opinionem per tex. cum Bal. in c. 1. §. item si delator. in verbo, indignationem. in ti. quę sit prima causa benefi. amit. vbi dicit, ꝙ dominus potest comminari vasallo sub indignatione beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Nam talis pœna importabit priuationem beneficiorum, quod notate. Itē adduco pulchrū tex. in l. 2. ibi, indignationē nostri nominis sustinebit. C. de peti. bo. subla. lib. 10. bene facit quod notat Bal. post Pe. de Bel. in Auth. statuimus. C. de epis. & cle. vbi loquitur de ista pœna indignationis. bene facit tex. in §. 1. in Auth. de quęst. & tex. in §. & non permittas, in Auth. de man. Prin. Et in hanc partē inclinat Io. Ray. in d. §. præterea si inter. addite tex. in c. ex transmissa. ext. de fo. compe. vbi D. Panor. colligit, quòd in spectantibus ad feudum dominus potest præcipere vasallo sub debito fidelitatis.

13 ¶ † Itē in materia recognitionis notare vnum, quòd recognitio feu. facta aliter, q̄ more solito, per impressionem, vel errorem, nō nocet posteris ipsius recognoscētis. Ita no. dicit Bal. in c. 1. ad fi. col. in tit. de feu. Guar. & Castal. allegat l. si per impressionem. C. quod me. causa. & illud delictum sequuntur omnes posteriores. Et ideo ipse Bal. in cōmento pacis Constan. super verbo, pactiones. dicit, quòd in homagijs & fidelitatibus non debet induci aliqua nouitas: q̄a indebita seruitia pręsumuntur à subditis extorta. bene facit quod notat ipse Bal. in c. 1. in ti. qual. vasal. iura. deb. fide. Ita dicit se respondisse cuidam magno viro eum cōsulenti, & in facto multùm arduo. Addit euidenter Bart. in l. nec si volens. C. de lib causa. vbi per illam. l. dicit, ꝙ si rex faciat aliquam ciuitatem confiteri esse suam, vel iurare sibi fidelitatē, cum sua non sit, talis confessio, & tale quidem iuramentum non præiudicabit. Et idem dicit in Papa, & Imperatorre, quia in hoc rediguntur ad instar tertij. Et ideò dicit, quòd si ciuitas Perusina non subesset Papæ, & non esset de iurisdictione Papæ, oīa pacta & instrumēta cū ipsa ciuitate celebrata essent cassa & irrita. Notāter dixi s̄. ꝑ errorē vel impressionē. Nā secus esset, si spōte ex certa sciētia quis faceret recognitionē aliter, q̄ more solito. Nā tūc bene sibi præiudicaret, vt colligitur ex not. per Bar. in d. c. 1. in fi. in ti. de feud. Guar. & Castal. & per eundē Bal. in Auth. nisi rogati. in fi. col. C. ad Treb. vbi dicit, quòd quędā sunt feuda, pro quibus non præstatur sacramētum fidelitatis. Et hoc casu, si per errorem pręstetur iuramentum fidelitatis, eius trāsgressio non induceret periurium: secùs si ex certa scientia hoc faceret. allegat. l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cautio.

14 ¶ † Nunc q̄ro de pulchra quæst. Quidā recognouit se tenere in feudum à tali domino quidquid habet in tali loco, excepta tali domo, nunquid videatur recognouisse iurisdictionem, quam habet in homines illius loci? Videtur quòd sic: quia istud verbū, quidquid, & verbum, omne, sumuntur ex vniuerso. l. hæredes mei. in princ. & l. Balista. ff. ad Treb. Nam qui omne dicit, nihil excludit l. à procuratore. C. mand. & l. omnes. C. siue cen. vel reli. c. solitæ. ext. de maior. & obe. In cōtrarium facit, quia cx quo ipse recognoscens excepit rē corporalem. s. domum, ex vi talis exceptionis videtur voluisse declarare, quòd non intendebat recognoscere incorporalia, sicut est iurisdictio. ar. l. nam quòd liquidè. §. si cui. ff. de pen. leg. Nam virtus exceptionis est duplex, scilicet eximere & abstrahere, & virtutem verbi indefiniti, & obscuri declarare. l. fi. §. cui dulcia. ff. de tut. vi. vel ol. leg. Nam per præcedentia declarantur subsequentia & econtra. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de le. 1. & l. legatorum. §. qui plures. ff. de leg. 2. Cum ergo ipse recognoscens exceperit rem corporalem, datur intelligi, ꝙ de re incorporali, id est, iurisdictione non sensit. Concludite, quòd aut recognoscens dixit hoc modo. Recognosco quidquid possideo in tali loco, excepta tali domo, & tunc non videtur recognouisse iurisdictionem: quia esset trahere verba ad sensum improprium. Nam cum iurisdictio sit incorporalis, non possidetur propriè. l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. re. dom. Ita distinguit Bal. in c. 1. circa. 8. seu. 10. col. ex mente Old. in tit. de capi. qui cur. vend. in vsi. feu. Vnum etiam notetis in hac materia, quòd literæ, ex quibus potest sequi priuatio feudi, debent esse munitæ, & roboratæ testimonio partium, si vasallus, cui diriguntur literæ, habeat pares: si verò non adsint pares, sufficiat eas roborare testimonio aliorum testium omni exceptione maiorum. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. Ita dicit eleganter Bal. in d. c. 1. §. fin. in

15 pen. col. in tit. de pace iura. fir. ¶ † Nunc quæro de quotidiana quęstione: dominus petit à vasallo, quòd sibi indicet & ostendat res feudales, ꝓ quibus ipse vasallus est subditus ipsi dn̄o, an vasallus teneatur hoc facere? Glo. in c. imperialem. §. pe. in tit. de proh. alie. feu. per Fed. videtur velle ꝙ sic. Io. Blanc. de Marsi. in sua sum. feud. in tit. de cōten. feu. in 2. parte illius tit. §. pone ꝙ dominus agit contra vasallum. in hac quæstione adducit multas rationes pro & contrà. & dicit hanc q. esse sabbatinam, vtilē, & valde quotidianam, ac multū frequētatam in regno Siciliæ. videamus ergo argumenta & motiua ad vtranque partem, & tandem melius concludamus. Pro parte igitur affirmatiua, quòd vasallus teneatur indicare, & ostendere res feudales domino, facit, q̄a aliàs ipse dn̄s posset pati in futurum damnū: puta: si vasallus decederet sine hærede, vel committeret aliquam feloniam, propter quam deberet priuari feudo. vnde officio iudicis incumbit prouidere, ne dominus damnum patiatur. l. illicitas. §. 1. ff. de offi. Præf. Secundò pro hac parte facit, quia vasallus præsumit in dolo, ex quo non vult ostendere res feudales domino, ar. l. dolus. C. de rescin. vendi. & arg. l. fin. C. de fide instru. Tertiò præsumitur dolus in vasallo, quia non vult obtemperare domino petenti sibi ostendi res feudales. l. non potest dolo carere. ff. de reg. iur. Quartò ex vitiosa locutione vasalli, præsumitur dolus cōtra eum. Nam cùm confitetur se vasallum, & cùm petitur ab eo, quòd ostendat res feudales, dicit se nescire. vel quod grauius est, dicit. Nolo osten-

lo ostendere. Quintò interest domini, q̃ sibi indicetur, & ostendantur bona feudalia. l. si defensor. §. illud. ff. de i-terr. act. Sextò, nisi ita dicamus, dabitur occasio malignã di, contra l. in fundo ff. de rei vend. & contra c. quanto. ext. de diuor. & illud, quod malignum propositum inducit, est euitandum, l. 3. ff. de iureiu. Io. Blanchus in loco allegato pro ista parte adducit iura infrascripta, primò. l. falsus. §. q, alienum. ff. de fur. l. restituta. ff. ad Treb. tex. in l. 3. §. coges. in Auth. de man. princ. l. sicut datam. C. de lib. cau. & l. fi. C. ad exhib. Item Iac. de Bel. in loco preallegato pro ista sententia, adducit iura infrascripta. s. §. hoc autem. in Auth. de coll. col. 8. l. si quis argentum §. 1. C. de don. l. quamuis. ff. de pig. ac. & l. si cui. ff. de serui. ti. generali. Vos potestis addere pulchrum tex. in l. Titius Sempronij. ff. de ac. emp. Pro parte negatiua, quòd vasallus nõ teneatur indicare feudũ domino, facit forte, quia vasallus ignorat: vnde ratione ignorantię debet excusari, & potest petere, quòd eum dominus informet arg. l. Iulianus. §. 1. ff. de act. emp. & l. cum sex. ff. de ædil. edic. & l. q̃ sub conditione. §. mortuo. & l. fi. de cond. inst. Secundò fortè dictum feudum est paternũ, & antiquum: vnde præsumitur ignorantia in vasallo. l. qui in alterius ff. de reg. iur. Tertiò imputandum est domino, quia non debet ignorare res suas, nec debet ignorare feuda, quæ mouentur ab eo, arg. l. quisquis. C. de rescin. ven. Quartò, domino petenti incumbit onus probandi, quia nemo tenetur dicere titulum suę possessionis. l. cogi. C. de peti. hære. Quintò actor debet probare, & fundare intẽtionem suam, non autem exigere de domo rei. l. nimis graue. C. de test. c. cum super. ext. de cau. pos. & proprie. Sextò ꝓ hac parte tex. feudales adducunt. Et in primis adduco text. in c. vasallus si feudum. in verbo. cõuictus. in ti. si de feu. defun. fue. contr. Nam ille tex. in verbo, cõuictus, debet intelligi. s. per probationes factas ꝑ dominum: ergo vasallus non tenetur instruere dominum. Itẽ adduco tex. in c. vasallus feudum. in ti. proximè allegato. Item tex. in c. fi. in tit. de leg. Cor. Septimò l. plures apochis. C. de fi. instr. Quid dicẽdum? Host. in summa sua, in ti. de feu. §. quibus modis. ver. quid si vasallus. determinat, quòd si vasallus confiteatur se vasallum, tenetur indicare, & ostendere res feudales domino, aliàs autem omnes res, quas tenet ipse vasallus, præsumuntur feudales, & moueri de feudo illius domini. pro qua opinione optimè facit, quod vult Alb. de Ro. in l. Titius Sempronij hæres. ff. de act. empt. vbi dicit, quòd si censualis, vel emphyteota soluat mihi fictum, & confiteatur se mihi obligatum ad fictum annuum: nisi ostendat mihi res, pro quibus præstat mihi illum fictum, omnia bona sua pręsumuntur fictualia, allegat in ar. l. pluribus. ff. de accepti. l. forma. §. 2. ff. de censib. no. per Spe. in ti. de loc. §. nũc aliqua. ver. 75. & ver. 76. & ea quæ habentur per Pile. in q̃stionibus suis, sua q. 18. incip. quidam rusticus. Et de hac materia ipse Alb. dicit se notasse in l. si certis annis. C. de pac. Alij dicunt, quòd vasallus tenetur indicare, & ostendere res feudales domino, sed si iuret ad sancta Dei Euãgelia se ignorare, excusabitur, arg. l. si quis pro redẽptione. C. de don. Et arg. l. fi. C. de bo. auct. iud. poss. & arg. l. fi. C. de iure dot. Ego ad hoc allego pulchram gl. in l. 2. in verbo, iurata fide. C. quando, & qui. quarta pars deb. lib. 10. vbi glo. dicit, quòd vxor defuncti tenetur patefacere bona defuncti hæredibus. Adde Bald. in l. 1. C. de na. lib. vbi determinat, quòd concubinę habent venenũ, & vt patefaciant bona amati defuncti, possunt poni ad torturam. Subijcit, quòd vxor solùm astringitur iuramẽto, per gl. prædictam, & illamet gl. in l. 2. dicit, quòd vasallus tenetur patefacere feudum D. Azo quem Bald. in l. contractus. C. de fide inst. appellat vas, & fontem legũ, in quæstione prædicta determinant vasallum ostendere, & indicare teneri feudum domino: quia cum cõfiteatur, debet suam confessionem reddere certam. l. certũ. in princ. ff. de confes. & c. longinquitate. 12. q. 2. Ad hoc adducitur. l. Titius hæres Sempronij. superius allegata. præfati Doct. s. Io. Blanchus, & Iac. de Belui. in locis allegatis, determinant etiam contra vasallum, vt teneatur ostendere feudum domino, nisi prætendat iustam ignorantiã, puta, q̃a successit in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et in hoc poterit operari sacramentum ea, quæ dixi supra. Si tamen pactum esset recens, de quo casu dominus non potest prætendere ignorantiam; tũc vasallus non teneretur illi indicare feudum: imò ipse dominus haberet probare intentionem suam. l. actor. C. de

16 prob. ¶ † Aduertat tamen vasallus, ne neget feudũ: quia si postea conuincatur de mendacio per dominum, priuabitur feudo, c. vasallus 1. in ti. si de feu. defu. fue. cont. Et idem esset in emphyteota negante emphyteosim: q̃a si conuincatur de mendacio, priuabitur possessione illius rei. Ita dicit Ang. ad literam in l. fi. ff. de rei vendic. quod notetis. Plus dico vobis, quòd idem esset in eo, qui fraudulenter diceret se possidere rem nomine alterius ad finem differendi iudicium, & euitandi iudicium: nam si conuincatur de mendacio, debet priuari possessione illius rei. Ita dicit no. Bal. in l. 1. C. de his qui potẽ. nomi. qđ notetis. & idẽ Bal. in c. vasallus 1. refert in primis opinio. Iac. de Belui. quam superius recitaui. refert etiam opinio. Iaco. de Ardizo. & deinde ipse dicit, quòd in istis factis implicitis, & antiquis, vbi non apparent instrumenta, nec testes originarij, recurrendum est ad communem omnium memoriam, & famam. l. si arbiter. ff. de proba. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. nam fama, secundùm eum, quæ diu viguit, inducit iuris præsumptionem, & super hoc (secundùm eum) poterunt interrogari domestici, per no. in l. 3. C. quando, & quib. quarta pars debe. lib. 10. & in l. si in rem agat aliquis. ff. de rei ven. Addite vos, quòd in factis antiquis multùm operatur fama, vt vult Bal. i l. proprietatis. C de prob. & Ang. in d. §. cum me absente, & idem Bal. in l. cum super. C. de rei vend. Et cum ista opi. Bal. pertransit. D. Mar. de

17 Lau. in d. c. vasallus 1. ¶ † Addit Bald. in loco proxi. allegato, quòd si vasallus iuret, se non habere instrumẽtum, non tenebitur illud exhibere domino, argum. l. fina. C. de fide instr. Si verò habeat instrumentum, vel confiteatur se illud habere, tenebitur illud exhibere domino, d. l. Titius hæres Sempronij. vbi quis cogitur edere instrumentum iure contractus. & l. si prædiorum. C. ad l. falci. vbi cogitur edere instrumentum iure vltimæ voluntatis, & l. maritus. §. fina. ff. ad l. falcid. vbi tenetur exhibere instrumenta ex iure dispositionis. Et si vasallus recuset exhibere instrumenta inuestiturarum, poterit cõtra eum practicari elegans dictum Inn. in c. G. perpetuus. ext. de fide instr. vbi dicit Inn. quòd quando quis habet instrumẽtum, quod tenetur exhibere, & si hoc facere recuset, poterit comminari, quòd si non exhibeat intra talẽ diẽ, priuabitur commodo instrumentorum, & illud dictum Innoc. sequitur Bald. in d. c. vasallus. in fi. colum. & idem Bal. in l. 2. C. vt lit. pen. Addatis eundem Bal. in c. 1. in ti

18 tu. de vasal. qui contra consti. Lotha. † vbi dicit, quòd in hac dubitatione, an vasallus teneatur ostendere domino feudum, & quantitatem feudi. Iaco. de Ardizo. secundùm Bald. in sua summa, in ti. qui mo. feu. amit. sub rubricella, si dubitetur, quod, & quantum sit feudum, tenet, quòd nisi vasallus ostendat feudum, & quantitatem feudi, totum præsumetur feudale, quia indefinita, & incerta possessio æquipollet vniuersali. ipse verò Bald. in loco prædicto dicit distinguendum esse, quòd aut dominus agit contra vasallum, & tunc ipse dominus debet probare intentionem, allegat l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. Similiter si vasallus agat contra dominum, debet suam intentionem probare. Et si ambo agunt

contra

contrà tertium, debent probare intentionē suam, quia
secūdùm Bal. sicut causa incerta in libello debet proba-
ri per agentem, vt vult Inno. in c. ex parte Abbatissę. ext.
de priuil. ita & res, de qua est mentio facta in libello. &
19 ita quieuit Io. Rey. in c. imperialē. §. illud. † Vos potestis
in hoc pulcherrimo & quotidiano passu concludere va
sallum teneri indicare, & ostendere feudum domino, ni
si prætendat iustam & probabilem causam ignorantiæ.
d. l. qui in alterius. Non ob. motiuum suprà in contrariū
factum, dum dicebatur, quòd nullus cogitur docere de
titulo suæ possessionis. l. cogi. C. de peti. hær. & l. fi. C.
de rei ven. & c. vni. ext. vt ecclesiastica bñficia &c. Et hoc
secūdò potestis corroborare auctoritate Bar. in l. pe. C.
de cond. præd. fiscal. lib. 11. qui dicit, quòd si Rex citet
Baronem, vt veniat ad ostendendum, quo iure teneat ca
stra, quæ possidet, talis citatio erit nulla, quia nemo co
gitur ostendere titulum suæ possessionis. d. l. cogi. cum
similibus. Ad idem potestis addere Host. & Io. de Imol.
in c. dilectus filius Abbas. ext. de offic. ordina. vbi dicit
hæc verba formalia. Nota argumētum cōtrà Principes
occupantes, & inuadētes castra, & iurisdictiones, quæ ab
alijs ab antiquo detenta fuerunt, nisi eis ostendatur titu
lus. Nam contrà iurisdictionem videntur requirere titu
lum, cùm possessor non teneatur ostendere titulum suæ
possessionis, & sufficit, ꝙ ab antiquo ita fuerit obserua-
tum, & procederet (secundùm eos) in Principe sæculari.
20 ¶ † Sed Iudex Ecclesiasticus bene pōt inquirere de tit.
eorum, qui possident beneficia ecclesiastica, quia funda
ta est eius intentio in tota diœcesi. c. omnes basilicæ. 16.
quæst. 7. & c. de xenodochijs. ext. de relig. domi. Sed in-
tentio Principis sæcularis non est fundata de iure com
muni, per ea quæ habentur in c. nimis. ext. de iureiuran.
Respondebitis istis motiuis, quòd possent procedere,
quando ille, qui possidet castrum, non confitetur se va-
sallum, imò prætendit ea castra ad se pertinere pleno iu
re, nec confitetur se illa tenere in feudum. Nos verò lo-
quimur, quando confitetur se vasallum & feudatarium:
nam tunc tenetur feudum ostendere, & indicare domi-
no, & ostēdere titulū. Ad hoc allego vobis Bal. in l. 2. C.
quomo. & quando iud. Et quòd vasallus teneatur osten
dere instrumentum inuestituræ domino, allego vobis
21 Bal. ita dicentē in l. instrumēta. C. de fideicom. ¶ † Sub-
sequenter est quærendum, vtrùm, si quis recognoscit se
tenere in feudum, & emphyteosim ab aliquo, talis reco-
gnitio præiudicet sibi, & hæredibus suis? Concludite, ꝙ
si recognitio sit facta per errorem, non præiudicabit hæ
redibus suis, quia error habet impedire consensum. l. si
per errorem. ff. de iurisd. om. iudi. & l. qui cū tutoribus.
ff. de trāsac. Idem si recognitio esset facta per impressio-
nem, quia tunc non habet præiudicare posteris. Ita di-
cit Bal. quem omnes sequuntur. in c. si eo. in titu. de feu.
Guar. & Castal. Et quòd recognitio erronea nō habeat
præiudicare, adduco vobis Bal. in l. non idcircò. C. de iu
ris & fac. igno. vbi dicit, quòd si ego soluo censum tan-
quam pro re emphyteotica, referendo me ad antiquuū
contractum non emphyteoticum, ex hoc non constitui-
tur res emphyteotica, quia vsque à principio apparet
de errore, & error in principio inducit errorem: in pro-
cessu verò excludit consensum. vnde solemus dicere, ꝙ
à primordio tituli, posterior formatur euentus. l. vnica.
C. de impo. lucra. descri. lib. 10. Ad idem allego Ang.
in l. qui rem propriam. C. loca. vbi dicit, quòd si nobilis
recognoscat in feudum ab Ecclesia castrum suum, vel
podere: ex hoc non transfertur dominium in Ecclesiā,
probato, quòd castrum & podere erant allodialia. Sed si
ex scientia, & non per errorem recognosceret rem suā
à monasterio, vel basilica tanq̃ censualem: ex ista reco-
gnitione facta ex certa scientia, res ipsa efficeretur cen-
sualis. Ista verba sunt Bal. in l. si functiones. C. de dona-
22 tio. ¶ † Iuxta præmissa dubitatᷣ de tali quæstione. Quidā
confessus fuit, & recognouit se tenere in feudum quod
dam castrum à quodam milite recipiente dictam cōfes-
sionem, & recognitionem nomine suo, & etiam nomine
quorundam aliorum, quorum ipse miles erat consors:
quæritur, nunquid ex illa confessione & recognitione
sit acquisitum ius dictis consortibus absentibus, & hære
dibus ipsorum consortum, ita quòd possint agere absq;
aliqua cessione? Dy. suo consi. 15. incip. quidam fuit cō-
fessus se tenere in feudum &c. determinat, quòd ipsis
consortibus etiam absentibus erit acquisitum ius. Mo-
uetur, quia talis confessio habet vim traditionis, per ea,
quæ vult glo. ordi. in l. ab emptione, in gl. magna. ff. de
pact. dum illa gl. vult, quòd si dicam, confiteor me tene
re, & possidere tuo nomine tantùm, valeat quantùm si
dixissem, constituo me tenere, & possidere tuo nomine:
Ad idem facit. l. interdum in prin. §. fi. & etiam. l. qui bo-
na fide. ff. de acqui. pos. Si ergo talis cōfessio habet vim
traditionis, ergo est acquisitum dominium etiam illis
absentibus consortibus, & consequenter est eis acquisi-
tum ius agēdi, etiam sine cessione. l. per procuratorem.
ff. de procura. & l. 3. in princ. ff. quod vi aut clam. Et si-
cut per procuratorem acquiritur nobis, ita per nego-
tiorum gestorem ratihabitione sequuta, facit. l. fina. C.
ad Macedo. Item secundùm Dyn. in consilio præalle-
gato, si per talem confessionem declaratur rem esse
feudalem: certè acquiritur actio personalis ipsis consor
tibus, vt possint agere condictione ex moribus feudi
conditionati ex l. feudali. Non obstat si diceretis, quòd
duæ specialitates non debent in eodem *subiecto cōcur
rere*. l. pe. C. de do. promis. & l. mulieri & Titio. ff. de cō
di. & demon. quia ratio datur, quòd fictiones, quæ sunt
de iure ciuili, & quarum vna oritur ex altera, bene pos-
sunt concurrere. l. singularia. ff. si certum peta. Et quęstio
nem Dy. supra relatam sequitur Bal. in l. pen. in fi. col. C.
23 quādo lice. ab emp. disce. ¶ † Dubitatur etiā, quid si feu-
datarius, qui tenet feudum ab vno domino, recogno-
scat se tenere illud feudum ab alio domino, vtrùm per
talem recognitionem præiudicetur vero domino? Ho-
stien. in c. verum. ext de fo. compet. distinguit dicens, ꝙ
aut feudatarius hoc facit mala fide, & tunc non præiudi
cat vero domino: alioquin (secundum eum) esset in facul
tate vasalli subtrahere dominium ipsi domino, cùm per
subtractionem possessionis sæpe perdatur dominium. c.
sępe cōtingit. ext. de resti. spolia. & l. fi. C. de rei ven. Aut
feudatarius hoc facit bona fide, & tunc pręiudicat vero
domino quò ad possessionem, nō autē quò ad proprie-
tatem, allegat. l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agno. & l. quod
Labeo. ff. de Car. edic. Si verò dubitatur, an hoc faceret
bona vel mala fide, istud discutietur coram iudice, &
multùm considerabitur fama loci, per iura proximè al-
legata. Hāc opinionē sequitᷣ Ant. de Bu. in d. c. verū, cū
modicatione tamē, si verus dominus hoc sciuit, & tacuit,
per no. in c. 2. ext. de in integ. rest. & in c. olim. 3. ext. de
resti. spo. D. Panor. in d. c. verùm. aliter non determinat,
sed se remittit ad not. per eum in d. c. olim. Io. de Imol.
in d. c. verùm. dicit, ꝙ talis recognitio non præiudicat ve
ro domino, nec quò ad proprietatem, nec possessioné.
mouetur, quia dominus habet ciuilem possessionem:
feudatarius autem habet naturalem, vt eleganter no. in
l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. possess. & in l. si vt
certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. vnde per fa-
ctum ipsius feudatarij, dominus non priuatur sua ciuili
possessione, nisi de ea expellatur, vel suspicetur se pos-
se repelli. allegat pulchram glo. in l. 1. §. fi. in gl. magna
ff. vsufruct. quem. caue. Addite vos Bald. in l. 2. C. de
ope. lib. vbi in quæstione prædicta dicit, quòd si de iure
vel commodo principalis, & veri domini aliquid minui
tur per ipsam recognitionem factam alteri domino; tūc
talis

talis recognitio non præiudicabit vero domino.l.in con
cedendo.in prin.ff.de aqua plu. arcen. cum & prorogatio simplicis iurisdictionis non posset fieri per vasallum
in præiudicium domini,vt notat Ioan.And.in nouel. in
c.cæterum.ext.de iudi.& Bart.in l.1.§. & post operis. ff.
de noui oper.nunci. Si verò vasallus potest omnib. illis
dominis integraliter satisfacere,tūc talis recognitio valebit quantùm ad obligationem personalem,non autem
quantùm ad realem:quia cum sit vnius, non potest esse
alterius,nec etiam præiudicabit vero domino quantùm
ad possessionem,allegat.l.fi.C. de acquiren. poss. Sed
contra istam determinationem Bal.& Imo. adduco vobis pulchram glo.in l.interdum.§.fi.ff. de acquiren. pos.
quæ glo.dicit,quòd si ille, qui precario me rogauit,qui
habet naturalem possessionem,& ego rogatus habeo ciuilē, cōducat rē illam ab alio,quàm à me,vel constituat
se posidere nomine alterius,priuat me mea ciuili possessione.Sed sustinendo opi. Bal.& Imo. respondebitis, ꝙ
quædam est ciuilis possessio, quæ requiescit in naturali
possessione,vt est dare exemplum in eo,qui me rogauit
precario. nam in ea ciuilis requiescit super naturali pos
sessione,quam habet ille rogatus. Et ideò si constituerit
se posidere nomine alterius,vel cōducat rē illā ab alio,
priuat me mea ciuili possessione, quæ requiescebat sup
illa naturali possessione.gl.verò in d.l.1.§.fin.ff. vsufruc.
quemadmo.cauea.& gl.in l.3.§. sed vi. ff. de vi & vi. arma.loquitur de naturali possessione, sup qua ciuilis nō
requiescebat. Accipite exemplum in vsufructuario, qui
per se naturaliter posidet.l.naturaliter.in prin.ff. de acqui.poss. Nā ciuilis possessio,quę est apud proprietariū,
nō requiescit super naturali,quā habet fructuarius.ideò
per factū ipsius fructuarij nō præiudicatur domino proprietario in sua ciuili, quia illa ciuilis (vt dixi) non requiescebat super naturali,quæ est apud fructuarium. Feudatarius quoque habet naturalē possessionē,& dominus
habet ciuilem,vt not.in l.3.§.ex cōtrario. ff. de acquirē.
pos.Pro ista theorica bene facit. l. non solùm. §. qui pignori.ff.de vsuca.vnde non recedatis ab opin Bal.supra
relata.¶Aduertite tamē,ꝙ si feudatarius recognoscat se
tenere feudū ab alio,quàm à vero domino,ista erit iusta
causa,propter quam poterit priuari ratione ingratitudinis. arg.l.fi.C.de reuo.dona.& arg.c.fi.ext. de dona. Ita
dicit Panorm.in c.cū olim.ext.de re iudica.quod est be
24 ne notandum.¶† Quæro etiā, quidā recognouit se tene
re in emphyteosim, vel ī feudū ab Ecclesia bona sua ani
mo donandi,vtrùm talis recognitio habebit præiudica
re liberis & hęredibus ipsius recognoscentis,quò ad bo
na aliunde per eos quæsita?Bal.in additio.ad Spec.in ti.
de loca.circa 11.col.in verbo,Ecclesia concessit.determinat quòd non,quia in generali recognitione facta per
defunctum non includuntur bona hæredis aliunde quæsita.text.habetis in l.Paulus.ff.de pigno.Optimè facit. l.
pen.ff.de separa.bono.& l.ait Prætor.§.penult. ff.de mi
25 no. ¶† Sed an recognitio facta per subditum in fauorē
domini,puta, quia subditus recognoscit aliquem in dominum ipso ignorante, prosit ipsi domino quantùm ad
seruādum iurisdictionem in ipsum subditum?Conculudite quòd sic, licèt non prodesset talis recognitio,quātùm ad acquirendam possessionem iurisdictionis.Ita di
26 cit not.Bar.in l.arboribus.§.de illo.ff.de vsufruc. ¶ †Sed
quid si quis sine causa recognoscit se esse hominē meū,
an talis recognitio valeat?videtur ꝙ non, quia nos habemus,quòd confessio sine causa non præiudicat.l.cum de
indebito. §. fin. ff. de proba. habetur in c. si cautio. ext.
de fide instru. Contrarium determinabitis auctoritate
Bal.in additio.ad Specu.in tit.de feud.paulò post princ.
vbi dat notabilem theoricam, quòd licèt in personali re
quiratur causa,secus tamen est in reali, allegat Cyn.in l.
cum falsa.C. de iur.& fac.igno. Optimè faciunt not per
Bald.in d.c.pen.in antepenul.col.in tit.de cap. qui curivendi.in vsibus feudorum,dum tractat de illo,qui reco
27 gnouit se tenere in feudū rem ab Ecclesia. ¶ † Sed quid
si ego præsto censum Ecclesiæ de re mea, quæ apparet
mea ex antiquis instrumentis,an ex hoc transferatur do
miniū in Ecclesiam? Bal.in d.l.cum falsa. determinat ꝙ
sic:quia in ecclesiam ex solo titulo transfertur dominiū,
seu solo consensu absque traditione.l.fi.C.de sacrosf.eccle.not.in c.2.ext.de consue.Bald.autem in dicta.l.cum
falsa,distinguit,ꝙ aut talis præstatio fit per errorē, qui
error præsumitur ex antiquis instrumentis cōtinentibus
contrarium. Et hoc casu proprietas non transfertur in
ecclesiam ex tali præstatione,per ea, quæ habentur in l.
cùm de in rē verso.ff.de vsu.& in c.peruenit.ex.de censibus.Aut talis pstatio fit ex certa sciētia, & ibi est expressa recognitio dominij facta per illū,qui soluit censum,
& tunc transfertur proprietas in ecclesiam ex tacita denunciatione.l.cuius per errorem.ff.de re.iur.iuncta.l.fi.
C.de sacrosan.ec. Aut ibi nō est expressa recognitio dominij,& tunc idē cōcludit Bal.quia ex quo talis præstatio facta est, firmiter psumitur feudū,vel emphyteosis,
per no.per glo.in l.pe.§.pe.ff.de superfi.De hac materia
videte plenius p Bar. & oēs in l.si rē aliquam.ff.de acq.
pos.per Ioan.de Imo.in d.c.si cautio.& per eum.in c. fi.
28 in fi.col.ext.de cōfes.¶†Vltimò quæro,qualiter feudatarius debeat facere recognitionem domino feudi? Pro
clariori decisione huius quæstionis præmitto vobis, ꝙ
vasallus seu feudatarius, si aliqua particularia bona illius feudi,quod tenet à dño, concesserit in feudū alijs,
qd facere potest tribus cōcurrentibus,vt in c. pen. in §.
pe.in tit.de le.Cor.in lib.feudo. quantùm ad illa particularia bona alijs concessa in feudum,vasallus habet directum dominium,& illi,qui sunt ab illo infeudati,vtile
dominium,& directum est apud Principem seu maiorē
dominum,à quo tenet feudum.Ita not. determinat Bal.
in l.1.C.vnde cog.vbi dicit,quòd in singularibus bonis
& particularibus,quæ sunt in Apulia,Rex Apulię habet
directum dominiū,quantū autem ad totam vniuersitatē
Regni,habet vtile dominium:directum autem dominiū
est apud vniuersalem Ecclesiam Romanam, à qua ipse
Rex tenet Regnū.Idē voluit ipse Bal.in proœ. Digest.in
1.car.in 1.col.vbi dicit,quòd licèt vnus ratione vniuersitatis dicatur vtiliter dominus, tamen rōne singulorum
feudorum habet directum dominium, & eius nomine
simplici exercet iurisdictionem, & emolumenta iurisdictionis.Et hanc doctrinam Bal.sequitur Marti.de Laud.
in c.pe.in tit.si vasal.feu.priue.cui defe.debe.Vnde dedecendo istam theoricam Bal.ad practicam,dico,quòd
vasallus requisitus consignare feud. seu recognoscere,
sufficit,ꝙ recognoscat castrū,seu partem castri,quæ pertinet ad eum cū mero, mixtoq; imperio,& omnimoda
iurisdictione: quia ratione illius vniuersitatis nō habet
nisi vtile dominium; & directum est apud dominum,
quod tenet ab eo: tenetur etiam recognoscere idonea
castri,hoc est,prædia,quæ sunt vicina castro, & ab antiquo reputata sunt esse de pertinentijs castri & feudi.Itē
si vasallus esset inuestitus de castro cum molendinis,
& furnis batitorijs,& alijs ingenijs,certè talia bona,quę
tenet etiā à domino,tenetur recognoscere.¶Vtrùm autem molendina censeantur esse feudalia. tractaui vobis
in verbo,molendinis. & Bal. ponit in c. pen. in titu. de
capi.qui cu. vēdi. ¶Sed si ipse vasallus haberet aliquos
vasallos sub se,qui teneant aliqua bona in feudū ab ipso
vasallo,vel in emphyteosim,& sibi debeantur per ipsos
vasallos & subditos suos aliquæ pensiones, seu pstationes,nō tenet illas pstationes recognoscere à dño supio
ri:quia in illis singularibus rebus, seu feudis singularibus ipse vasallus habet directū dominium,& sic illi ma
iori domino non tenetur recognitionem facere de illis
præstatio-

præstationibus, quæ sibi debentur per homines suos. Nunc concipitis quare Principes in inuestituris faciunt apponi ista verba, quòd vasallus promisit bona feudalia, de quibus inuestitus est, recognoscere, & specificare particulariter, specificè, & distinctè. Imputet ergo sibi vasallus, qui se ita astrinxit, argum. regulæ iuris, damnum, de reg. iu. lib. 6. Habetis expeditam materiam recognitionum.

SVMMAE.

1 *Iudices in causa feudali qui esse debeant.*
2 *Quæstione inter dominum, & vasallum orta, debent pares curiæ iudicare.*
3 *Vasallus clericus litigans cum domino, an debeat apud pares curiæ iudicium suscipere.*
4 *Cognitio actionis possessoriæ de re feudali, ad quem spectare dicatur.*
5 *Statutum, quòd prædia non possint alienari in forenses, an semper, & vbique sit validum.*
6 *Vasallus an contra proprium dominum possit agere interdicto, vnde vi, pro spoliatione.*
7 *Discipuli tenentur subuenire doctori, & magistro in alimẽtis in casu necessitatis.*
8 *Dominus, an semper debeat cognoscere de causa feudali inter vasallos.*
9 *Pares curiæ qui dicantur.*
10 *Pares curiæ, qui habent cognoscere de causa feudali, debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes.*
11 *Pares curiæ in causa feudali iudicaturi, an possint constituere locum tenentem.*
12 *Pares curiæ iudicantes causas feudales, an debeant iurare de rectè iudicando.*
13 *Domino feudi in causa feudali agente, an debeat habere pares curiæ plures, quàm sint necessarij in iudicando, vel testificando.*
14 *Pares curiæ, an possint cogi ad iudicandum in causa feudali, & nu. 23.*
15 *Pares curiæ iudicantes in causa feudali, an debeant esse eiusdem prouinciæ, in qua lis agitatur.*
16 *Dominus non habens pares curiæ pro causæ feudalis agitatione, quos habebit iudices.*
17 *Pares curiæ, an possint in causæ feudali recusari.*
18 *Reconuentio, an locum habeat coram paribus curiæ.*
19 *Reconuentio augere dicitur iudicis iurisdictionem.*
20 *Declinatoria fori, an possit opponi casu quo dominus, vel pares curiæ velint cognoscere de causa feudali.*
21 *Dominus, vel pares curiæ si recusent cognitionem causæ feudalis, ad quem erit recurrendum.*
22 *Dominus, vel pares curiæ deficientes in iustitia, debent eorũ iure priuari.*
24 *Domino agente rei vendicatione contra vasallum ad feudũ, allegando illud feudum sibi commissum, vt intentet officium iudicis, an si vasallus nominet alium dominum, an erit iudex ille nominatus.*
25 *Cognoscens de causa feudali, an debeat seruare ordinem iudiciarium.*
26 *Citatio quomodo debeat in causa feudali fieri.*
27 *Vasallus ad instantiam domini citatus, an recusans debeat iterum citari.*
28 *Dominus iudicans in causa vasallorum, vbi debeat sedere.*
29 *Probationes qualiter sint in materia feudali fiendæ.*
30 *Verbum, guarentare, quid significet.*
30 *Quasi possessio fidelitatis, & subiectionis an instrumento antiquo ducentorum annorum, & vltra probari possit.*
32 *Vasalli litigantes, an possint prorogare iurisdictionem alieni iudicis.*
33 *Sententia lata contra vasallum, quòd feudum ad alium pertineat, an præiudicet agnatis vasalli succumbentis.*
34 *Sententia lata inter contendentes de feudo certi loci, an omnibus illius loci præiudicet.*
35 *Vasallus, an absque sententia possit feudo priuari.*
36 *Sententia lata in materia feudali, ad quem sit appellandum.*
37 *Principi asserenti vasallum ingratum, vel aliàs culpabilem vt feudo priuetur, an sit credendum.*
38 *Tempus in materia appellationis diuersimodè consideratur.*
39 *Executio sententiæ in materia feudali qualiter sit facienda.*

ET DICTI VASALLI PRO dictis rebus feudalibus conuẽti coram quodam iudice ordinario, petierunt se remitti coram eorum domino feu-
1 di, &c. ¶†Pro declaratione dictorum verbum, quæro q. debeant esse iudices in causa feudi? Cõcludite, quòd aut est quæstio inter illos, qui propriè dicuntur capitanei, vt sunt Duces, March. & Comites, & tunc Imperator debet esse iudex. tex. habetis in c. pe. in princ. in titu. apud quẽ, vel quos contro. feu. defi. Idem esset in alijs, qui immediatè subessent Imperatori, & tenerent feuda ab Imperatore per eandem rationem, & idem in illis, qui tenent feuda à Rege: nam inter ipsos vasallos Rex deberet esse iudex. Aut quæstio de feudo est inter alios vasallos, tūc facite vobis tres casus. Primus est, quando est quæstio inter duos vasallos. Secundus est, quando est quæstio inter vasallum, & non vasallum. Tertius est, quando est quæstio inter vasallum, & dominum. Circa primum casum principalem concludite, quòd aut constat vtrumque esse vasallum, & est quæstio de feudo, seu de parte feudi, vel de finibus feudi, & vterq; ipsorum habet alia feuda ab eodem domino, de quibus non est quæstio: tunc inter illos duos vasallos dominus debet esse iudex. c. imperialem. §. præterea. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. aut constat vnum esse vasallum tantùm, & est quæstio de feudo, quod alius prætendit ad se pertinere iure proprio, sed tamen non prætendit se tenere aliud feudum ab eodem domino: tunc pares curiæ debent esse iudices. d. c. pen. in secũdo responso, in ti. apud quem, vel quos contro. feud. defi. Aut neuter ipsorum prætendit aliud feudum, nisi illam rem, de qua est quæstio, tunc aut prætendunt inuestituram ab eodem domino, aut à diuersis: si ab eodem, tunc si vterque dicat esse feudum suum proprium, & sibi fuisse concessum: tunc ordinarius, vel arbiter erit iudex. c. 2. in tit. de leg. Corra. Aut vterque prætendit feudum antiquum, & suorum progenitorum, & tunc dominus cum curia debebit cognoscere, non autẽ dominus solus, vel curia sola. c. pen. §. illud. in ti. de inuesti. in mari. fac. Si verò alter prætendit feudum antiquũ, & suorum progenitorum, alius verò prætendit ad se spectare iure proprio, tunc licèt antiquo iure ordinarius, vel arbiter cognosceret de causa, d. c. pen. in prin. in tit. proxi. allegato. hodie tamen cognoscent pares curiæ. c. pen. in tit. an apud iudicem. vel cur. domini quæst. feud. deter. debe. Si verò prætendunt diuersos inuestitores, tunc ordinarius, vel arbiter erit iudex. d. c. 2. in titu. de
2 leg. Corra. habetis primum casum expeditum. ¶†Circa secundum, & vltimum casum, quando est quæstio inter dominum, & vasallum, tunc pares curiæ erunt iudices. d. c imperialem. §. præterea si inter. in titu. de prohi. ali. feud. Fed. Distinctionem prædictam facit Iaco. de Belu. in c. 1. in ti. de inuesti. in ma. fac. & Ioann. de Imol. in c. cæterum. ext. de iudic. vbi dicit se velle sequi hanc distinctionem Iacob. de Beluis. & ei magis credendum, tanquam magis perito in materia feudorum, eò q̃a pluries legit ipsum libellum feudorum. Aduertite, quia quibus casibus dixi in præcedentibus recognitionem causæ feudalis spectare ad pares curiæ, debet hoc limitari, nisi p priuilegium, & continuam consuetudinem, sit tali consuetudini derogatum. Ita dicit eleganter Bal. in d. §. præterea si inter. isi prin. col. & hoc dictum pluries allegaui in

in quæstionibus facti cum N. procuratore fiscali nomine Celsitudinis Ducalis Sabaudiæ, dum peteret aliquos vasallos, prætendendo eorum feuda esse commissa, & traheret ipsos coram magnifico consilio residentium, & vasalli peterent causam remitti coram paribus curiæ: allegabam, ꝙ tali constitutioni erat derogatum per contrariam consuetudinẽ, quia de consuetudine magnificum consilium Ducale cõsueuit cognoscere de similibus causis, & allegabã Bal. in d.c. præterea si inter. & no. per D. Panor. in c. nouit. circa fi. 3. col. ext. de iudi.

3 ¶† Quæro, circa prædicta de notab. quæst. Ponamus ꝙ vasallus sit clericus, vtrùm pares curiæ, si sint laici, erunt iudices in causa feudali, vel an dominus laicus poterit esse iudex inter vasallos clericos, quando agitur de causa feudali? Bal. in c. 1. in tit. de cõtro. inuesti. apud pa. termi. determinat ꝙ sic, propter naturam causæ. Nam (secundùm eum) natura causæ trahit ad se personam, & econtra, allegat no. per Guil. de Cu. in Auth. clericus. C. de episc. & cle. Item mouetur, quia consuetudo generalis bene potest tribuere iurisdictionem contrà clericos, secus in consuetudine speciali. c. Ecclesia sanctæ Marię. & c. quæ i ecclesiarum. ext. de consti. allegat etiam not. in c. qđ clericis. ext. de fo. cõpe. Mouetur etiam, quia cõsuetudo feudorũ disponit super feudo, qđ facere potest: ergo & super iudicio & iurisdictione. Postea subijcit hæc verba, alij contrà, vt per c. si diligenti. ext. de fo. compe. & ita quieuit Bal. Addite eundem Bal. in fin. in vlt. car. sui commenti, in ver. sed hic quæritur, an si infiniti. C. de edic. diui. Adria. tollẽ. vbi dicit, quòd si ego intento beneficium. d. l. fin. coram iudice sæculari, & sunt multi possessores rerum hæreditariarum, & aliqui ex eis sint clerici, tamen tenebuntur respondere coram iudice sæculari. quia natura litis & causæ trahit ad se personam. Addite id quod vult Bar. in l. acceptam. in fi. vltimæ col. C. de vsu. vbi dicit, quòd si de mandato iudicis temporalis sit factum depositum, quòd ille clericus virtute dicti depositi, poterit trahi coram illo iudice sæculari, quia non dr̃ cognoscere de causa cõtra clericũ, sed executiuè officio iudicis compellere ipsum clericũ ad restitutionem depositi ex quadam consequentia causæ. Opinionem prædictam, ꝙ dominus laicus, vel pares curiæ etiam laici, possint cognoscere de causa feudali ẽt contra vasallum clericum, tenet Inn. in c. cæterũ. ext. de iudi. & Archi. in c. 1. ext. de cle. coniug. li. 6. & Nic. de Neap. & Ia. Alua. in c. statuimus. in tit. de statu. contra libe. Eccle. in li. feu. Idem tenuit ipse Ia. Alua. in c. qui clericus. in tit. si de feu. defunc. fue. cõtro. Addatis Bal. idẽ volentẽ in l. fi. in fi. col. C. fine cens. vel reliq. &c. Et hanc sententiam amplexus fuit Do. Panor. in d. c. cæterũ. in 2. col. in ver. vltimò induco. vbi no. dicit, ꝙ quando per legẽ ciuilẽ attribuit vniuersaliter iurisdictio alicui certę ꝑsonæ prætextu certæ qualitatis, talis lex cõprehendit clericos tam actiuè, quàm passiuè, quibus cõpetit talis qualitas. nam (sm̃ eum) lex ciuilis vniuersaliter tribuit iurisdictionẽ domino feudi, & aliquando paribus curiæ in materia feudali. d. c. imperialem. §. præterea si inter. & quia talis lex ciuilis potest se habere ad commodum, & incommodum, certè habet locũ in clericis. adducitur tex. in Auth. habitã. C. ne fil. pro patre. vbi lex ciuilis generaliter disponit, ꝙ scholares habent tres iudices, & tamẽ illa Authentica habet locũ, etiã in scholaribus clericis. Mihi videtur, ꝙ ista opinio non procedat. moueor primò per tex. in c. qualiter & quãdo. ibi, ꝙ omnino fieri prohibemus. ext. de iudi. vbi tex. dicit, ꝙ canon prohibet omninò trahi clericum coram iudice sæculari. Et dictio, omninò, est dictio pręcisa, quę importat id, qđ indistinctè, & omni casu. gl. no. & ibi Bar. in l. si cum exceptione. §. quatenus. in verbo, omnimodo. ff. quod metus causa. & glo. in c. ex parte. 1. ext. de offi. deleg. in verbo, omnino, ergo indistinctè prohibetur clericum trahi corã iudice sæculari. ¶Secundò moueor, quia verba generalia legis vel statuti nunquam adaptantur ad ea, quę sunt impossibilia ipsi statuenti. Ita dicit Bal. in l. fin. §. in computatione. in fin. C. de iure deliberan. Ego allego tex. notabilẽ in c. tua. 1. ext. de decimis. & in c. à nobis. ext. de sent. excom. Ergo verba generalia, de quibus in d. c. imperialem. §. præterea si inter. non deberẽt adaptari in personis clericorum, quia lex ciuilis in specie non potest disponere de personis clericorum, vt habetur in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. ext. de cõstitutio. ¶Tertiò moueor per c. si diligenti. ext. de for. compet. & per Auth. statuimus. C. de epis. & cler. ¶Quartò moueor, arguẽdo à sufficienti partium enumeratione. Aut enim volumus dicere, quòd dominus feudi est ille, qui trahit clericum vasallum ad iudicium ipsius domini laici, & hoc dicere non possumus. Ad hoc adduco vobis pulchrum dictum Bal. in l. 2. C. vt in poss. lega. vbi dicit, quòd si testator instituat clericum hæredem suum, & grauet eum dare decem alicui, subijciendo eum iurisdictioni iudicis secularis, vt coram eo possit cõueniri, vel coram alio iudice incompetenti, talis subiectio nõ valebit, allegat gl. quã dicit singularem in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Aut volumus dicere, ꝙ lex ciuilis est illa, quæ hoc casu subijcit clericum vasallum iudicio & iurisdictioni domini laici, & hoc dicere non possumus, quia lex ciuilis hoc facere non potest. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. ext. de consti. iuxta illud: nolite tangere Christos meos, id est, clericos vel sacerdotes. Ita dicit in Auth. de nõ alie. in fi. 3. col. in verbo, denegari. col. 2. Aut volumus dicere, ꝙ lex canonica est illa, quæ subijcit hoc casu clericũ iurisdictioni domini tẽporalis, & hoc dicere non possumus, quia nemo potest tollere priuilegium cõcessum clericis à Deo omnipotente. Ita vult glo. quæ reputatur sing. in c. si imperator. 96. distincti. notatur in c. 2. ext. de maio. & obedien. Aut volumus dicere, quòd natura causę est illa, quæ trahit ad se personam, & hoc dicere nõ possumus, quia esset contrà legem diuinam, & dispositionem naturalem. Nam persona debet ad se trahere rem, non autem econtra. Authen. ingressi. C. de sacrosanctis eccle. Ad Auth. habitam. C. ne filius pro patre. quam adducit Bal. potestis respondere, quòd non disponit de clericis, vt nota. in d. c. si diligenti. hic dicit Bar. no. in l. fi. ff. de colleg. illi. ꝙ si Rector vniuersitatis studij est laicus, scholares clerici non poterunt coram eo conueniri. Ad tex. in c. cętčrum. ext. de iudi. potestis respondere, quòd ibi cõstabat dominum feudi esse laicum. Vnde in secreto iuris posset teneri, quòd opinio contraria superius relata nõ est bona in iudicando, tamen non esset tutum recedere à cõmuni sentẽtia.

4 ¶† Quæro vlterius, quid si agatur possessorio de re feudali, an cognitio spectabit ad dominũ feudi, sicuti diximus in causa petitorij, an verò causa possessorij agitabitur corã ordinario loci? Gl. in d. c. cæterum, dicit, ꝙ agitabitur coram ordinario loci, non aũt corã domino feudi. allegat ad hoc c. ex parte B. ext. de foro cõpeten. Inn. in d. c. cętérũ. ponit in hoc tres opiniones. Prima est, ꝙ qñ possessio non dicat̃ feudalis, & cõsequenter ordinarius debebit cognoscere de ea. Secunda opinio est, ꝙ imò sit feudalis, & ideo spectet cognitio ad dominum. Tertia opinio est, distinguens inter vasallum laicum spoliatum, & clericum vasallum spoliatum. Primo casu cognitio spectat ad dñm feudi. Secundo verò casu clericus spoliatus re feudali, poterit conuenire suũ spoliatorem coram iudice ecclesiastico, per d. c. ex parte B. quia istud est crimen sacrilegij, quod est ecclesiasticũ. c. in canonibus. 16. q. 1. qđ procedit (secundũ eũ) etiã si sit dubius de spoliatore. c. si quis de potentibus. 24. q. 3. ibi. Ipse tamen. Inn. videtur residere in prima opinione, scilicet, ꝙ qõ possessoria debet agitari corã ordinario lo-

ci.sed ipsemet Inn.in præallegato c.ex parte B.tenet expressè, quòd ista quæstio possessoria debet agitari corã domino feudi. Et ad tex.in illo c.ex parte B.respondebitis, quòd ibi in illo c.illa mulier iuuatur iure dotalitij, non autem iure feudi. Bal.in d.c.cæterum.arguit ad partes. Primò pro opi.glo.ibi, quòd ista quæstio possessoria debeat tractari coram ordinario loci. quia talis quæstio est meri facti, & non iuris, nec tangit substantiam feudi, sed quandam superficialem, & materialẽ causam facti, q̃ non tangit ius dominij.l.naturaliter. §. nihil commune. ff.de acq.poss.Vos potestis hanc opin.Glossatoris affirmare hoc modo.Nam quęstio possessoria rei spiritualis non dicitur spiritualis. Ita vult glo.not.in c.literas. ext. de iura.calum. Ad idem potestis adducere Bal.in l.2.in
5 fi.commen.ff.de iurisdi.om. iu. vbi dicit,†quòd si statuto cauetur, quòd prædia non possint alienari in forẽses. quod quidem statutum valet.text.est cum gl.in l.vnica. C.non lic. habita. metropo.lib.11.Si tamẽ prædia alienentur in forenses contra dispositionem statuti, possessio mera bene transibit in emptores:quia talis mera possessio est facti, & non iuris, allegat.l. quòd vxor viro. ff. de acq.poss.ipse tamen Bald.in d.c.cæterum, dicit communiter Doc.tenere contra gl.ibi:ipse tamen postea distinguit hoc modo: Aut intentatur sola possessio, & tũc cognitio spectabit ad ordinarium loci, & ita intelligitur gl.in d.c.cæterum. Aut intentatur possessio qualificata. i.tãquam feudalis de re feudali, & tunc cognitio spectabit ad dominum feudi, & ideo(secundũ eum)diligenter debemus attendere libellum actoris, ex cuius persona ius metimur.l.1.§.1.ff.si pars hære.pet.& l. cum quædã puella.§.fi.ff.de iurisdict.om.iud. Et ideò concludit ipse Bal.quòd si inter dominum, & vasallum debeat agitari quæstio possessoria feudi, tunc pares curiæ debent esse iudices.c.1.§.si verò vasallus.in ti.de mil.vasal.qui contu.est in lib.feud.& cap.1. in titu.de controu.inter Episcopum, & vasallum. Si verò quæstio possessoria rei feudalis agitatur inter vasallos, tunc cognitio spectabit ad dominum feudi, & hoc dicit esse tenendũ, q̃a est verius. Idem Bal.in c.si inter pares.in ti.de lege Corr. distĩguit hoc modo: Aut quæstio possessoria feudi respicit adminiculum petitorij: & tũc cognitio spectabit ad dominũ, ar.l.nulli.C.de iud. Aut non respicit adminiculũ petitorij, puta, quia agitur ad aliam pœnam, q̃ priuationis feudi, & alia lege, quàm lege feudali, & tunc ordinarius iudex cognoscet..d.c.ex parte B.Idem Bal.in d.c.imperialem.§.prętereà in 1.col.in ti.de prohi.al.feu.per Fed.distinguit hoc modo. Aut agitur simplici possessorio sine mentione feudi, vel enunciatiuè prolata fuerunt verba feudi. tamen talis enunciatio non pertinet ad causam, nec est necesse eam probare, vt no.Innoc.in c. ex parte. ext.de priuil.nam verba enunciatiua, quæ non possunt prodesse, non debent obesse, vt vult Inn.in d.c.ex parte: quia non informant iudicium. Idem Bald.in c.1.in ti.de inuesti.in mari.fac.facit aliam distinctionem, quam ibi videatis. Idem Bal.in l.si de proprietate. C.si à non com pe.iud.&c.dicit, q̃ causa possessoria feudi bene potest p̃ dominum feudi delegari, quando de possessorio feudi est contentio inter vasallos, & vterque fatetur illum esse dominum, & hoc procedit, si agatur ciuiliter, secus si criminaliter ad impositionem alicuius pœnæ: nam tunc causa non spectaret ad dominum feudi, quia dominus non habet iurisdictionem, nisi quatenus lex feudorũ sibi concedit.allegat Inn.in c.cæterum.subijcit ipse Bal. ĩ loco proximè alleg. q̃ pœna.l.si quis in tantam.C.vnde vi.pertinet ad naturam feudi, quia illa l.habet locum in feudatario spoliante, & in feudatario spoliato, vt no.ibi per gl.Optimè faciunt no.per Imo.in l.eorum. ff. de dã. infec.D.Panor.in d.c.cæterùm.dicit, quòd quando quæstio possessoria rei feudalis est inter vasallos, tũc cognitio spectat ad dominũ. Si verò talis quæstio possessoria sit inter dominum, & vasallum, tunc cognitio spectabit ad pares curiæ. Ad c.ex parte B.superius allegatum rñdet duobus modis. Primò q̃ ibi illa mulier non iuuabitur iure feudi, sed iure dotalitij. Vel aliter, ille tex.loquitur in vidua oppressa, & in persona miserabili oppressa, & spoliata. Et quia tales personæ sunt sub protectione Ecclesiæ, poterit ipsa vidua oppressa adire iudicem ordinarium Ecclesiasticum. Ioan.de Imo.in d.c. cæterum.dicit, quòd qualitercunque agatur de re feudali, cognitio spectabit ad dominum illius feudi, si in libello exprimatur, q̃ res sit feudalis. Ad c.ex parte B.respondebitis, vt supra. ¶In hac materia potestis sic concludere, q̃ aut quæstio possessoria feudi est inter duos vasallos, & vterq; ipsorum confitetur illam rem esse feudalẽ, tunc cognitio spectabit ad dominum illius feudi, & ita procedit opin. Bal.in d.l.si de proprietate, & opinio D.Pan. in d.c.cæterum. Aut quæstio possessoria feudi est inter dominũ, & vasallum, tunc subdistinguendum est, quia aut vasallus conqueritur de domino, & tunc pares curiæ, seu pares curtis debent de causa cognoscere. text. habetis in cap.vnico.§.si verò vasallus. in titu.de mi.vasal.q cont.est, aut econtra dñs conqueritur de vasallo, & tunc pares curiæ erunt iudices.c. imperialem. §. p̃terea si inter.ti.de prohi.alie.feu.per Fed.aut quæstio possessoria est inter alias personas, puta, quia extraneus spoliauit vasallum possessione feudi, & tunc vasallus spoliatus debet adire ordinarium rei, qui conuenitur super spolio, per no.in l.fi.C.vbi in rem act. Et hoc vltimum vult expressè Ioann.Ray. in d. §. præterea. Quid autem si ageretur de crimine criminaliter, vel ciuiliter in priuationem feudi contra vasallum clericum, quis tunc debet esse iudex? Videte no. per D.Panormit.in c.verùm.in 9.
6 col.ext.de fo.comp.¶†Sed ne procedamus in æquiuoco, quæro iuxta prædicta, an vasallus contra suum proprium dñm possit agere interdicto, vnde vi, p̃ spoliatione? Inn.in præalleg.c.cæterum.determinat q̃ non, adducit ad hoc.l.1.§.interdictum.ff.de vi & vi arm. vbi dicitur, q̃ libertus aduersus patronum non potest agere interdicto, vnde vi. Et cum opin.Inno.transeunt omnes in d.c.cæterum. Pro qua opin.potestis aduertere id, quod vult Bald.in d.c.imperialem.§.præterea si inter.circa 9. col.vbi dicit, quòd vasallus aduersus dominum suũ non potest agere actione furti, & si in libello exprimeret actionem furti, non procederet libellus, sed si non exprimeret, bene valeret libellus: quia quantùm ad infamiã, magis consideramus genus actionis, quàm genus causę, allegat gl.peregrinam in l.certi condictio.ff.si cert.pet. in princi. Idem dicit, quòd parochianus non potest agere cõtra suum presbyterum actione furti, quia est famosa:neque etiam contra eum, qui leuauit ipsum de sacro fonte. Ad idem potestis allegare pulchram gloss.in l.1. §.serui quoties.ff.ad Sillan.quæ dicit, quòd vasallus debet præferre salutem domini sui suæ propriæ. Pro eadem sententia potestis allegare pulchrum text. in l. liberto.ff.de obse.à liber.patr.præstan.vbi videtur, quòd persona patroni debet semper liberto apparere sancta, & honesta. Ex qua ratione vasallus tenetur præponere salutem domini. Idem debemus de honore domini dicere. Et attenta opi.Inn.possumus inferre, quòd discipulus contra Doctorem, & magistrum suum non possit agere interdicto. Vnde vi:quia persona Doctoris, & magistri debet semper discipulo apparere sancta, & honesta. Ista est gl.not.in d.l.liberto. Item Doctor, seu magister dicitur pater suorũ scholasticorum.l.1. ibi, & filios
7 suos erudire.C.de excus.artificum.lib.10.¶†Itẽ discipuli debẽt subuenire suo Doctori, & magistro de alimẽtis in casu necessitatis. Iste est text.nota.in l.2.circa fin.ibi, sed à suis auditoribus plurimùm fuit sustentatus. ff. de ori.

ori.iur.not.per Innocentium in c.2.ext. de magist. Nam pater filijs dat esse, sed doctor, & magister dāt bene esse. Et ideò cum Rex Philippus scripsit ad Aristotelem Philosophorū Principem, quòd gratias Dijs agebat, quòd sibi dederat filium masculum, sed maiores gratias agebat, quòd erat natus tempore Aristotelis, sub cuius doctrina poterat erudiri. Aduertite, quia licèt Doct. communiter videantur transire cum opi. Innocen. superius relata, tamen mihi videtur totum contrarium. moueor, quia si dominus non habet vasallum vt vasallum, nec vasallus debet habere ipsum dominum vt dominum: nam vt dicit tex. not. in c. esto subiectus. 95. d. si tu non habes me in senatorem, quare debeo te habere in Principē? bene facit tex. in c.1.§. dominus quoque. in tit. de for. fide. vbi tex. dicit, quòd dominus vasallo debet reddere pares vices, alioquin ipse dominus malefidus est. Non obstat qđ s. dixit Bal. de actione furti irrogante infamiā. l. 1. ff. de his qui not. infam. sed interdictū, Vnde vi, non infamat. l. neque. ff. de vi & vi arma. Non obstat tex. in d. §. interdictum. quia æquiparatio, quam facit Innoc. de liberto ad vasallum, nō est bona: quia seruus factus liber, de nihilo factus est aliquid. l. quod attinet. ff. de reg. iu. quæ ratio cessat in vasallo, qui est liber homo. Non obstat glo. in d. §. serui quoties. quia dico, quòd illa glo. male loquitur. nam Doc. communiter in c. si à matre. aliàs est §. in ti. de alie. feu pater. & in c. cōtra omnes. in tit. hic finitur lex, & incip. consue. reg. in lib. feudo. tenent, quòd vasallus nō tenetur præferre salutem domini sui suę propriæ saluti. Et idem tenet expresse Bal. in l. fi. C. qđ cum eo. Vnde in secreto iuris concluderem, vasallum agere posse in-
8 terdicto, Vnde vi, contra dominū suum. ¶† Aduertite inquantum ego dixi supra, quòd dominus cognoscit de causa feudali inter vasallos. nam hoc debet limitari, nisi dominus denegauerit inuestire vasallum de recto feudo, nam tunc de alio feudo cognoscere non poterit: quia iniustus in vno, præsumitur iniustus & suspectus in alio. text. est not. in c. vnico. in titu. de controuer. inter vasal. & Episcopum. Et ita vult expresse Bald. in commento pacis Constan. in verbo, si qua controuersia. quod no-
9 tetis ad limitationem multorum iurium. ¶ † Vlterius ne incedamus amplius per ignota, quia superius feci sæpe mentionem de paribus curiæ: quæro, qui dicantur pares curiæ? Pro maiori declaratione sciatis, quòd in libro feud. aliquando appellantur pares curiæ seu curtis. c.1.§.1. in tit. de feu Guar. & Castal. Aliquando appellātur pares domus, vt probat tex. in c.1.§. 1. in titu. quid sit inuesti. Redeundo ad quæstionem propositam dico, quòd pares curiæ, seu curtis dicuntur conuasalli, qui iurarunt fidelitatem eidem domino pro alijs feudis, quæ tenent ab eo. Iste est text. apertus in c.1. post princ. in titu. si de inuesti. inter do. & vasal. lis. oria. Sed si essent vasalli, qui non præstitissent sacramentum fidelitatis eidē domino, non dicerentur esse de paribus curiæ. c. imperialem. §. præterea. in verbo, coniuratos. in titu. de prohib. alien. feud. per Feder. ideo infert Bald. in c.1. in titu. de contro. feud. apud pa. termi. quòd scholaris, qui non
10 vult rectori iurare, non debet haberi pro scholari. ¶† Et est aduertendum, quòd isti pares curiæ, qui habent cognoscere de causa feudali, debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes. Et ideo, si vasallus litigans cum domino, est Comes vel Baro, certè pares curiæ, qui habent cognoscere de illa causa: similiter debēt esse Comites, vel Barones. Ita dicunt Inn. Ioa. And. & Panor. in c. cæterum. ext. de iudi. Idem vult Odofre. in summa, in tit. qui pos. de feud. cogno. & placet Io. Ray. in d. §. præterea si inter. Item licèt pares curiæ sint laici, & contentio sit inter vasallum & Episcopum dominum suum, tamen ipsi pares curiæ, poterunt cognoscere de tali causa feudali. Ita dicit Innocen. in c. verum. & in c. ex parte. ext. de foro compe. Et canon. in d. c. cæterum. & Bal. in illo c.1. in titu. de contro. feu. apud pa. termi. Et dicit Alexan. de Imo. suo cons. 78. incip. Redemptoris inuocato suffragio. in princip. illius consilij, in primo vol. consiliorum; quòd Doc. communiter ita tenent. Ego in superioribus disputationibus tenui contrarium. ¶ Quæro etiā, an omnes pares curiæ erunt iudices? Concludite quòd non, quia aliquando oportet facere probationes per pares curiæ, vt in c.1. in tit. qui test. sunt necess. ad proban. no. inuesti. & non possent esse iudices, & testes in eadem causa. l. nullus. ff. de testi. Practica ergo erit talis, quòd quando erit contentio de causa feudali inter vasallū & dominū, dominus primò eliget pares, vnum vel plures, quot voluerit, & vasallus eliget totidē iuxta numerū à domino comprobatū. d. c.1. in ti. de cōtro. feu. apud pa. termi. Notāter dixi, ꝙ dominus prius eliget, qa dignior. iuxta illud, Loquere maior natu, quia te decet primū verbum. hoc ponit Bal. in c.1. proximè allegato. & ita Doct. cōmuniter volunt. Tamen Inn. & Io. And. in dicto c. cæterum, referunt opi. quorundā, qui dicebant, quòd electio iudicum habentium de causa cognoscere, spectabit ad ipsos pares curiæ, quia iurisdictio ordinaria est eis à lege tributa. Sed opin. istorum confunditur per tex. in d. c. proxi. allegato. Non obstat, quòd habeant iurisdictionem à lege, quia istud est verum post electionem de ipsis factam. Adepta enim iurisdictione post electionem ipsorū, bene dicuntur habere iurisdictionem ordinariā ipsi pares curiæ. c.1. in fi. in ti. de inuesti. in ma. fac. & poterunt ipsi pares curiæ demandare alteri. non quidem per modum cessionis ordinariæ iurisdictionis, sed per modū delegationis, ita quòd demandatus ab eis habebit delegatam. non aūt ordinariā. l. more. & l. & quia. ff. de iurisdi. om. iudi. l.1.§. qui mandatā. ff. de offi. eius. cui
11 manda. est iurisd. ¶† Possent etiā ipsi pares curiæ cōstituere vnum vicegerentem vicarium, vel locumtenentē. Et ille vicegerens diceretur habere ordinariam iurisdictionem, & ipsius tribunal, & tribunal parium esset vnum & idem. Ita not. Bar. in l.1.§.1. ff. quis & à quo app. sit. dicimus. n. quòd Episcopi & eius vicarij generalis est vnum & idem tribunal. Et ideò à sententia vicarij non appellatur ad Episcopum. c. nō putamus. ext. de consue. li. 6. posset etiam loco parium curiæ constitui specialiter vnus iudex, qui cognosceret de causis feudalibus. & ille posset appellari iudex curtis. c.1. ī tit. apud quē vel quos cōten. feu. de reu. deb. Ideo dicit Bertrā. Capri. in pal. c.1.§.1. in tit. de feu. Guar. ꝙ iudex Aurelianensis rōne castri de Baugensiaco habet multos vasallos, & ibi est vnus iudex causarum feudaliū. Dicit tamen Io. And. in d. c. cæterū quòd in aliquibus partibus de consuetudine eliguntur pares curiæ, q̄ habent cognoscere de causa feudali inter ipsum dominum & vasallum. Et si consuetudo patrię ita se haberet, seruabitis illam, aliàs autem seruate quod supra dixi, scilicet, quòd dominus eligat pares quot vult, & vasallus totidem, vt clarè probatur in d. c.1. in tit. de controuer. feu. apud pa. termi. Nō obstat si dicatur, quòd ille non debet dari in iudicem, quem altera partium eligit. l. obseruandum. ff. de iudi. ergo pares nominati per dominum, non habent de causa cognoscere, quia respōdetur, ꝙ illud procedit, quando hoc fit altera parte absente & ignorante. Nos verò loquimur altera parte pręsente & consentiente. Vel aliter (secūdùm Iacob. de Bel. in d. c.1.) contrarium loquitur in delegatis, nos autem in ordinarijs. nam vt dixi supra, pares curiæ electi habent
12 ordinariam iurisdictionē. ¶† Vlterius quæro, vtrùm isti pares curię debeant iurare de rectè iudicando? Odof. in sua summa, in ti. qui pos. de feu. cognos. ver. Item quæro nunquid isti pares. determinat quòd non. Et indē opinionem tenuit And. de Iser. in d. c.1. in ti. de controuer: feu. apud pa. termi. Idem voluit Ioan. Rayn. in d. §. præ-

terea si inter.mouentur,quia sufficit,quòd isti, qui sunt pares conuasalli,vt declaraui in superiori, semel pstiterint iuramentum fidelitatis.Non ob.text.in d.præterea-ibi,sub debito fidelitatis coniuratos,quia respondetur, ꝙ ille text.non vult dicere, ꝙ isti pares curiæ teneantur iurare rectè iudicare,sed vult dicere ille text.quòd dominus debeat astringere ipsos pares curiæ sub virtute iuramenti fidelitatis,quòd rectè iudicabunt.Limitat tamen ipse Io.Ray. in loco præalleg. hanc conclusionem procedere, nisi ipsi pares ex postfacto essent effecti suspecti.nam tunc cogerentur iurare de rectè iudicando, allegat tex.in c.cum in ecclesiis.ext.de maio. & obe.vbi tex.dicit,ꝙ ĩ odium illius,qui peierauit, cogitur adhuc præstare iuramentum. Sed mihi videtur (salua pace tantorum Doctorum)ꝙ imò pares,qui eliguntur ad iudicãdum de causa feudali,teneantur iurare de rectè iudicando.Moueor,quia quãdo in materia feudali emergit aliquis casus in constitutionibus feudorum non decisus, debemus stare dispositioni iuris communis. Ita probat tex.not.in c.1.§.strenuus autem legisperitus. in titul.de feu.cogn.in vsi.feud.Sed sic est, quòd de iure communi omnes iudices tenentur iurare in principio eorum officij,vt est in Auth.iusiurandum,quod præstatur ab his. Nec reperitur in constitutionibus feudorum decisum contrarium,ergo debemus seruare iura Romana. d. §. strenuus. Non obstat motiuũ præfatorum Doc.dum ipsi dicunt,quòd sufficit,ꝙ ipsi pares,qui sunt conuasalli,semel iurauerint fidelitatem domino: quia respondeo, ꝙ illud iuramentum fidelitatis præstatur ad fauorem dñi, non autem in fauorem vasallorum litigantium cum domino. Præterea in iuramento fidelitatis non continetur capitulum de rectè iudicando,vt satis patet in c.1.in tit. de for.fide.vnde in stricta ratione esset tenendum,quòd pares curiæ tenentur iurare rectè iudicare. Et in hanc partem inclinat D.Marti.de Laud.in præallegato c.1.in tit.de controuer.feu.apud pa.termi.In iudicando nõ esset tutum recedere à priori sententia.

13 ¶†Quid autem, si dominus habeat pares in tam paruo numero,quòd omnes sint necessarij,vel ad iudicandum tantùm,vel ad testificandum tantùm?Facite vobis tres casus. Primus casus est,quando agitur de causa,in qua non potest fieri ꝓbatio,nisi per pares curiæ,& hoc constat. Secundus est casus,quando agitur de causa,in qua potest fieri probatio per alios,quam per pares curiæ,& hoc constat. Tertius est casus, quando est dubium,qualiter debet fieri ꝓbatio. Circa primum casum concludite,quòd pares curiæ erunt testes,& non iudices,& idem est in tertio casu. Expedit enim aliquãdo facere probationes necessarias per pares curiæ,nec posset fieri per alios:vt quando agitur de probando nouam inuestituram.tex.habetis in c.j. in tit.qui test. sunt neces.ad proban. no.inuest.ne igitur pereat facultas probandi,& quia plures reperiuntur iudices.quam testes:vt dicit gl.in c.cum R.canonicus.ext. de off.deleg.bene facit l.quoniam.in fi.C. de hæret. iõ inductum est,ꝙ in primo,& tertio ex casibus,de quibus supra,pares curię sint testes.¶Secũdo casu principali cõcludite, quòd pares curiæ erunt iudices. s. quando sumus in casu,in quo potest fieri probatio per alios,quàm per pares curiæ,vt patet in d.c.1. in tit.qui test. sunt neces.

14 ¶†Quæro etiam,vtrùm isti pares curiæ possint cogi ad iudicandum?Concludite, quòd sic,per l.munerum. §.iudicandi. ff.de mun.& hon.Et ita volunt omnes Docto.in d.§.præterea si inter.& in præall.c.1. in ti.de controu.feu.apud pa.termi.

15 ¶ † An autem isti pares curiæ debeãt esse de eadem prouincia,in qua lis agitatur? Io. Blanch.de Marsi.in summa sua,in ti.de conten. feu.§.& est sciendum, quòd isti pares,determinat quòd sic,allegat c.1.§.si tres.in ti.de pa.tenen.& eius vio.in vsi.feud. Hanc sententiam sequitur Ioann.Ray.in d.§. præterea si inter.Sed hoc debet intelligi (secũdùm eum)quando in illa prouincia,in qua litigatur,sunt pares idonei:aliàs autem eligerentur de alia prouincia magis propinqua,& subdita eidem domino,per tex.not.in l.Diui Marcus.ff. tuto. & curat.da.ab his. Addo vobis ad præmissa Bald. in commento pa.Constan.in verbo,si qua controuersia. vbi quæritur, cuius terræ debeant esse pares curiæ? respondete,quòd debẽt esse illius Episcopatus,vel terrę, in qua lis agitatur, quia causa ista feudalis est agitanda in terra seu loco, vbi feudum existit,cum sapiat iudiciũ reale. l.fi.C.vbi in rem act.& c. sanè.ext.de foro compe ten.Et est ratio(secũdùm eum)quia in illo commodius agitabitur,& melius ibi veritas scietur.l.1.in principio. in verbo,circumcolentium.ff.de flumi.& c. quosdam.& c.quanto.ext.de præsumptio.

16 ¶ † Sed ponamus, quòd dominus non habeat aliquos pares curiæ, qui cognoscant de causa feudali inter ipsum,& suum vasallum, dicite,quòd tunc succedat iudex ordinarius rei se defendentis.l.iuris ordinem.C.de iurisdictio.om.iud.& c. cũ sit generale.ext.de fo.competen.vel iudex loci, vbi res, de qua disceptatur,sita est,d.l. fi.C.vbi in rem actio.vel secundùm Innoc.in c.cæterum.ext.de iudi.vel deuenietur ad arbitros.Optimè faciunt ea,quę habentur in c.1. in titul.de lege Corra.& ita determinat expressè Ioan. Rayn. in d.§.prȩterea si inter.

17 ¶†Sed dubitatur,nunquid isti pares curię possint recusari,vt suspecti?Text.videtur probare quòd non,in c. primo.in fin.in titu.de inuestit. in ma.fac.& glo.ibi hoc vult expressè.Hanc opinionem tenuit ibi Iacob.de Belui.pro qua opinio.facit, quia isti pares habent ordinariam iurisdictionem, non dico generalem,sed specialem,scilicet,in causis feudalibus. Et ita dicit gloss. quę non est alibi,in d.c.1 proxi.allegato, ex qua colligitis pulchram limitationem.ad l. si quis ex aliena.ff.de iudic.nam illa lex procedit in iudice ordinario habente generalem iurisdictionem. Cum ergo pares curię habeant ordinariam iurisdictionem, videtur quòd non possint recusari ratione suspitionis: quia de iure ciuili ordinarius iudex non recusatur in totum l. nemo.C.de iurisd.om.iudi.sed datur illi adiunctus. l.si verò contigerit.C.de iud.Nam ratione adiuncti purgatur omnis suspitio.tex.est no.in l. si tutor.ff.de susp.tuto. Bal.in d.c.imperialem.§.prȩterea si inter.determinat cõtrarium, dicens,quòd isti pares curię bene poterunt recusari,quia de iure canonico iudex etiam ordinarius,bene recusatur in totum.c.licèt ex suscepto.ext.de foro cõpe.& c.cum speciali.ext.de appell.habetur in cap.suspicionis.ext.de offic.deleg.Et vbi ius ciuile discrepat à iure canonico,tunc si agitur de iuramento,debent seruari iura canonica.vt not.in c.nouit.ext.de iud.& in proposito nostro agitur de iuramento vasalli. Hanc opinio. videtur tenere Ioan.Rayn.in d.c. præterea si inter. Et idẽ expressè determinat D.Mar.de Laud.in c.vnico.in titu. de controu.feu.apud pa.termi.allegat l. apertissimi. C. de iudic.Et tenendo istam opi. potestis respondere ad c.1.in fi.in tit.de inuest.in ma.fac.quòd loquitur de recusatione incolorata,& ita respondet Bald.in d.§. prȩterea si inter,allegans in simili tex.valde not.in l.minor autem magistratus.in verbo,incoloratè. ff. de mino. In iudicando durum esset recedere ab ista sententia, tamẽ in secreto iuris posset teneri contrarium per rationes iam dictas.Et ad moti. Bald.responderem, quòd quando ageretur de periurio vasalli, tunc seruandũ esset ius canonicum,& posset ipse vasallus conueniri in foro canonico.c.fi.ext.de fo.compe.libr.6.Sed in proposito nostro non agitur de periurio,sed de causa feudali. Et hoc est de mente eiusdẽ Bal.in l.liberti.in vltima col. C.de op. lib.

18 ¶†Sed vtrùm coram istis paribus curiæ habeat locũ reconuentio de alia causa,quàm feudali? Pro maiori declaratione præmitto,quòd duplex est reconuentio.

Quædam

Quædam.n.est præiudicialis, & obstatiua, quia facit silere casum principalem. Et de ista habetur in l. Papinianus.§.si filius.ff.de inoff.test.& in l. fi.:C.de ordi.iudi. & in l.quoniam Alexandrum.C.de adulte. & in l. Præses. C.ad leg.Fau.de plag. Quædam verò est reconuentio secundaria, simplex ac compatibilis cum causa principali.Et de ista habetur in Auth.& consequenter.C.de sen. & interlo:& in c.1.& 2.ext.de mut.petit. & in c. dispen
19 dia.§.reus quoq;.ext.de rescrip.lib.6.¶†Præmitto etiã, quòd reconuentio tendit ad augendum iurisdictionem iudicis,& dicitur augeri intra etiam subsistendo. verbi gratia, est quidam iudex, qui non potest cognoscere de causis, nisi à quinquaginta libris suprà: si tu agas coram illo iudice contra me ad summam excedentem libras quinquaginta, ego potero te reconuenire coram eo de summa duarum librarum. Et per hoc dicetur augeri iurisdictio ipsius iudicis, sicut in simili: Si Rex Francorum acquireret vnum castrum, diceretur augeri sua iurisdictio. His ita præmissis redeo ad propositam quæst.& videtur dicendum, ꝙ reconuentio corã paribus curię non habet locum de alia causa, quàm feudali, quia pares dñr habere limitatam iurisdictionem in causis feudalibus. Et quando fit reconuentio de alia causa, quàm feudali, ista videntur esse diuersa capitula, & consequenter ius accrescendi non videtur habere locum.l.in agris. ff. de acq.re.do.l.sed cum patrono.ff.de bo.poss.tit.generali. & l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demon. Sed vos determinabitis contrarium auctoritate glo.ordi. in c.1. in tit.de contro.feu.apud pa.termi. vbi gl. tenet expressè, quòd hoc casu habet locum reconuentio. Et istam opi. tenet Bar.in repeti.dictæ Authen.& consequenter.C.de sen.& interlo. & Bal. & Io.Ray.in d.§.præterea si inter. Mouetur Io.Ray. quia vbi emersit casus non decisus in iuribus feudorum, debemus sequi iura Romanorum. c.1.§.strenuus.in tit.de cog.feu.in vsi.feud. Ideo cum in libello feudorum non sit iste casus decisus, debemus stare dispositionibus iurium ciuilium superius allegatorum, dicentium reconuentionẽ esse permissam.¶ Limitat tamen istam opi. procedere, nisi coram ipsis paribus laicis fieret reconuentio de causa merè spirituali: quia tunc non possent cognoscere.c.quanto. extra de iudi.c. causam.ext.de præscrip. vel qualitas personæ aliud ꝑsuaderet, per not.in c.at si clerici.ext.de iudi. Ad rationem superius alleg.respondebitis, ꝙ militaret, quando
20 ratio non suaderet oppositum. ¶†Iuxta prædicta q̃ro', nunquid fori declinatoria possit opponi, quando dominus, vel pares curiæ volunt cognoscere de causa feudali? tex.in c.1.in fi.in tit.de inuest.in ma.fac. vr̃ probare ꝙ non. sed glo. ibi vult contrarium. Concludite ex mente Docto, maximè Io.Ray. in d.§.præterea si inter.ꝙ aut constat eos esse iudices competentes,& tunc non habet locum fori declinatoria, aut in eis est incompetentia, quod põt contingere multis modis: & tunc poterit opponi fori declinatoria,& põt apparere de incompetẽtia multis modis.Primò, si conuentus coram dño, vel paribus curiæ neget se vasallum: nam tũc oportebit, quòd iudex ordinarius cognoscat de huiusmodi exceptione tãquam præiudiciali.§.præiudiciales.Insti.de act.& arg. c.tuam.ext.de ord.cog. Et si sibi constabit ipsum esse vasallum, remittet eum ad dominum, vel pares curiæ: si verò constabit ipsum non esse vasallum, ad vlteriora causæ procedet. Caueat tamen vasallus, ne sciẽter neget se vasallum, vel scienter neget rem esse feudalẽ, quia priuabitur æstimatione feudi. c.vasallus.1. & c. vasallus feudũ.in tit.si de feu.def.&c.facit l.fi.ff.de rei vend.no.per Inno.in c.cæterum.ext.de iudi. Et idem est, si dominus negaret aduersarium suum esse vasallum. Non ob.huic vltimo dicto tex.in c.vnico.in tit.de contro. inter vasal. & Episc.vbi per Episcopum negabatur illum esse vasallum,& tamen ibi dicitur, quòd pares curiæ cognoscũt, quia respondetur, quòd licèt in illo c.vnico. Episcopus negaret illum esse vasallum ratione annuæ pensionis, de qua ibi, tamen aliunde constabat eum esse vasallum de alio feudo,& ideo pares curiæ ibi cognoscunt. facit optimè tex.in c.2.in ti.de alie.feu.pat.& tex.in c.1.in ti. de cõten.inter domi.& me de port.frat.me.defun.¶Idẽ esset, si duo vasalli contenderẽt coram domino,& vnus ex his negaret se esse vasallum, vel non constaret, nisi vnum esse vasallum, vel negaretur rem esse feudalem, nam istis casibus dominus, vel pares curiæ non cognoscerent, sed ordinarius cognosceret, quousque sibi constaret ambos esse vasallos, vel rem esse feudalem. Et hãc opi. teneatis, licèt aliqui voluerint, quòd dominus vel pares curiæ hoc casu possint cognoscere, an eorum sit iurisdictio, vel non, per l.si quis ex aliena.ff.de iudi. Sed vos tenete præcedentem opin. quia dominus & pares curiæ, si cognoscerent de causa in casibus ꝑdictis, essent iudices in causa propria, secundùm rubrum,& nigrum. C.ne quis in sua cau.ius sib.dica. Ad l.si quis ex aliena. respondebitis, quòd loquitur in iudice ordinario generali, nos verò hic loquimur de ordinario speciali ordinato ad cognoscendum de causa feudali. Hanc limitationem ad d.l.si quis ex aliena.ponit glo.not.quæ reputatur sing.in c.vnico.in tit.de inuesti.in ma.fac. Faciunt optimè not.in l.de iure.ff.ad munici. Ratio diuersitatis inter casus prædictos est, quia iura communia, siue generalia sunt fortiora, quàm iura specialia. l.eius militis.§.
21 militia missus.ff.de testa.mil.¶†Vlterius q̃ro. Ponamus ꝙ dominus, vel pares curiæ recusent se intromittere de causa.glo.in d.§.præterea si inter.dat duo remedia. Primum, quòd habeatur recursus ad Superiorem, qui compellat ipsos inferiores ad cognoscẽdum de causa, sicut videmus in simili, ꝙ Superior compellit arbitros commissarios ad cognoscẽdum,& pronunciandum. l.3.§.1. ff.de arbit.Item simile videmus de testibus, qui recusant dicere veritatem in materia feudali, nam possunt compelli à Superiore, puta, à Comite, vel à populo.c.1.ĩ ti. quid sit.inuest.Aliud remedium est sm̃ glo. præallega.s. quòd reus conueniatur coram suo iudice ordinario. Et ita etiam nota.in d.c.cæterum.¶Addatis tertium remedium, quia poterit in defectum iustitiæ haberi recursus ad Superiorem.Nam nos habemus, quòd propter defectum iustitiæ, deuoluitur iurisdictio ad Superiorem.§.si verò forsan.in Auth.de quæsto.col 6.& §.si tamen contigerit.in Auth.vt differ.iudi.col.9. facit tex. in c.irrefragabili.ext.de off.ordi. Et pro sentẽtia prædicta est optimus tex.in c.1.in fi.in tit.de mili.vasal. qui contum.est, vbi probatur, quòd quando dominus denegat iustitiam vasallo, permittitur vasallo, vt accedat ad Superiorẽ, & deinde põt dñm deprędari. Et ille accessus ad Superiorem potest dupliciter intelligi, prout ipse Superior compellat ipsum dominum ad faciendum iustitiam vasallo, vt dixi.s̃.in primo remedio.& ille accessus fit eo, quia iurisdictio est deuoluta ad Superiorem, vt dixi supra in tertio remedio. potest etiam fieri accessus ad Superiorem per viam quærelæ. bonus est tex.in c.nullus. extra
22 de iure patro. ¶† Vnum tamen scitote, quòd si dominus, vel pares curiæ deficiant in ministrando iustitiam, priuabuntur eorum iure.c.1.§.item qui domino.in titu. quæ sit prima causa benefi.amitten.& in c.1. §.dominus quoque.in tit.de for.fide.& in c.domino committente. in tit.si de feu.def.fue.cont.& habetur in c.1.in tit.qual.
23 do.prop.feu.priue. ¶†Addite, quia ex prædictis vr̃ inferri, ꝙ pares curiæ possunt cogi cognoscere de causa feudali, ꝙ est verum, si acceptauerunt cognoscere, arg.l.2.in §.1.ff.de arbi. Cæterum si nõ incepissent cognoscere de causa, nec acceptassent cognoscere de causa, dicit Iaco. de Bel.in c.1.in fi.commen.in titu.an apud iudi. vel curi. do-

24 ri. domini, quòd non poſsint cogi. † ¶ Sed ponamus,
quòd dominus agat rei vendicatione contra vaſallũ ad
feudum, allegando illud feudũ ſibi cõmiſſum & apertũ,
vel intẽtet officium iudicis cõtra vaſallum, vt recogno
ſcat ſibi feudum, ſi ipſe vaſallus nominet alium dominũ
in iudicio, an ille dominus in iudicio nominatus erit
iudex in cauſa? Bald. in d. §. præterea. determinat quòd
non. quia ille dominus nominatus cenſetur eſſe reus, &
inter actorem, & reum, & perſonam iudicis dicitur eſ-
ſe differentia c. forus. ext. de verbo. ſigni. & l. qui iuriſ-
dictioni. ff. de iuriſdic. omnium iudicum. & in rubro,
& nigro. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi di. notatur per
25 Inno. in c. ex parte. ext. de verbo. ſignific. † ¶ Sed nun-
quid dominus per pares curiæ, ſeu iudex ordinarius,
qui ſuis vicibus cognoſcunt de cauſa feudali, teneatur
ſeruare ordinem iudiciarium? Inn. in c. cæterum. ext. de
iud. quem ſequuntur communiter Doc. maximè Ioann.
Irnerij in d. §. p̃terea. determinat quòd ſic. Et iſta ſenten
tia corroboratur optimo fundamento: In iuribus feudo
rum non reperitur iſtud deciſum. ergo debemus ſtare
diſpoſitioni iuris cõmunis. c. 1. §. ſtrenuus. in tit. de cog.
feu. ergo oportebit coram iudicibus cognoſcẽtibus de
cauſa feudali offerre libellum, & litem conteſtari. Sed
tamen non iurabitur de calumnia, quando erit quæſtio
inter dominum, & vaſ allum. tex eſt no. in c. ſacramen. §.
in quibuſdam. in ti. de conſue. rec. feu. in li. feu. ¶ Sed po
namus, quòd dominus volens, & libens iurauerit de ca-
lumnia, an poterit à vaſallo inuito exigere iuramentũ.
Iaco. de Bel. in d. §. in quibuſdam determinat, quòd ſic
quia beneficium, quod habet dominus, non debet redũ-
dare in eius fauorem. l. ſi iudex circumuento. ff. de min.
Sed Bald. & Iacob. Alua. in d. §. in quibuſdam. determi-
nãt totum contrarium. Mouentur, quia iſtud priuilegiũ
eſt acquiſitum vaſallo, vt non teneatur iurare de calum
nia. ergo poteſt eo vti, etiã inuito domino, arg. l. 3. ff. qđ
quiſq; iur. Secundò, quia cum vaſallo competat hoc be-
neficium, certè non debet eſſe in poteſtate ſui aduerſa-
rij tollere illi iſtud beneficium, arg. l. ſi idem. cum eo. §.
ſed & ſi mutuæ. ff. de iuriſd. om. iud. & arg. l. ne in pote-
ſtate. ff. de arb. Tertiò, quia licèt vaſallo concedat iſtud
beneficium, per quandam conſequentiam, tamen etiam
principaliter eo vtitur, inuito domino. l. poſt mortem. §.
ſi. ff. de bo. poſ. contra tab. & arg. l. petendæ. C. de temp.
in integ. reſt. peten. Quartò, quia lege feudorum cautum
eſt expreſsè, quòd vaſallus non teneatur iurare de calũ-
nia, ergo iſtud ius debet ſeruari illibatum ipſi vaſallo.
Non obſtat d. l. ſi iudex circumuento: quia nos loquimur
in iure communi, quod eſt commune vtrique parti, &
ita loquitur tex. in d. §. in quibuſdam. ſed l. ſi iudex cir-
cumuẽto. loquitur de beneficio, quod competit ſoli mi-
nori, vnde in illo beneficio minor debet eſſe potior.
26 ¶ † Sed videamus nunc de modo citandi. Concludite, ꝙ
vaſallus citatur ad inſtantiam domini, vt compareat co-
ram paribus curiæ, ſi trina citatione vocatus per inter-
uallum decem, vel ſeptem dierum intra vnam citationẽ,
& aliam non compareat, dominus poterit petere ſe mit
ti in poſſeſsionem bonorum feudalium ipſius vaſalli, &
vaſallus perdet poſſeſsionem, vt probatur in c. 1. in tit.
de mil. vaſal. qui contumax eſt. Item ſi dominus citatus
ad inſtantiam vaſalli, modo quo ſupra, non compareat,
vaſallus poterit eũ deprędare. d. c. 1. An autem, qñ vaſal
lus facit citari dñm, debeat ante omnia petere ven ã? Di
27 cite, vt ꝑ gl. & Doc. in d. c. 1. ¶ † Sed ponamus, ꝙ vaſallus
citatus ad inſtantiam domini, vt veniat compariturus
coram paribus curiæ reſponſurus petitioni fiendæ per
dominum, dicat in prima citatione ſe nolle venire, an
erit vlterius citandus. glo. in c. venerabilibus. in §. ſecus.
ext. de ſenten. excommu. lib. 6. determinat quòd ſic, ſi ita
dixerit, ext. iudicium. Et hanc opinio. ſequutus eſt Pe. de
Bellaper. ſub dubio fortè, vt refert Cyn. de Piſto. in Au-
then. qui ſemel. C. quomodo, & quando Iudex. Iſtam
etiam ſententiam ſequutus fuit quidam Bartholucius
de Prato, vt refert Bald. in l. tres denunciationes. C. quo
modo, & quando iudex. Mouentur præfati Docto. quia
ipſe citatus mutabit propoſitum. Item quia renuncian-
do vni remedio, non tamen intelligitur renunciaſſe al-
teri. l. ſi domus. ff. de ſeru. vrb. prædio. Contrariam ſen-
tentiam tenuerunt in primis glo. in c. de illicita. 23. q. 3.
quæ dicit, quòd ſi citatus dicat ſe nolle venire, non eſt
amplius citandus. Et hanc partem etiam tenuit Imo. in
c. ad petitionem. ext. de accuſ. & Bar. & Bal. & Ang. in d.
l. tres denunciationes. Et iſta ſententia placet Andr. de
Iſer. & Iaco. Alu. in præall. c. 1. in ti. de mili. vaſal. qui cõ
tu. eſt. Mouentur, quia ſumus certi de animo ipſius vaſal
li citati, iuxta illud, Loquela tua te manifeſtum facit. lõ
non eſt opus alia citatione. argu. l. continuus. §. cum ita.
ff. de verb. obl. Non etiam præſumitur animi mutatio. l.
cum tacitum. ff. de probat. Item numerus citationum eſt
inductus de benignitate. l. & poſt edictum. cum duabus
ſequen. ff. de iudi. & c. conſuluit. ext. de off. deleg. Sed
iſte qui apertè dixit ſe nolle venire, facit ſe indignum,
& alienum ab omni benignitate, quia videtur eſſe indo
lo. l. non poteſt dolo carere. ff. de reg. iur. Vos poteſtis
comprobare iſtam opinionem, per text. in d. c. 1. in ver-
bo, non reſpondet. Nam ille tex. loquitur in ficto, ſeu ꝑ-
ſumpto contumace: nos verò in vero contumace loqui
mur, & maior pœna eſt imponenda vero contumaci,
quàm ficto, tex. eſt no. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex qui
bus cauſis in poſſ. ea. Ad idem poteſtis adducere not. in
l. contumacia. §. 1. ff. de re iudi. Et hæc opinio in ſecreto
iuris eſt verior. Et aduertite, quia citationes, de quibus
in præallegato c. 1. debent eſſe tres numero per interual
la, vnde non ſufficeret vnica citatio cum peremptorio,
dicẽdo hoc modo, Citamus talem vaſallum comparitu
rum intra 30. dies, quorum decem ſint pro primo termi-
no, & alij decem pro ſecundò, & alij decem pro tertio,
& vltimo peremptorio: quia text. ille dat certam formã
citationi fiendæ, à qua non eſt licitum recedere. Ita vult
glo. communiter approbata in d. c. 1. faciunt optimè no.
in Clemen. 1. de vita, & honeſt. cler. Item quando vaſal-
lus eſt contumax, pares curiæ poterunt eidem denega-
28 re audientiam in alijs cauſis magnis. ¶ † Subſequenter
eſt videndum, vbi ſedebit dominus, quando cognoſcit
de cauſa inter vaſallos, & vbi debẽt ſedere pares curiæ?
Circa primam quæſtionem concludite, quando cogno-
ſcit de cauſa feudali inter vaſallum, & vaſallum dñs, qñ
eſt iudex, põt ſibi eligere locum tribunalis, vbi vult, ſal-
ua tñ honeſtate ſua, & ſuorum maiorum. l. pen. ff. de iuſt.
& iu. Et hoc eſt de mente gl. & Doc. in d. c. imperialem.
§. præterea ſi inter. Circa aliam quæſtionem concludite,
quòd ſi pares curiæ ſint concordes in eligendo certum
locum, ille ſeruabitur, dummodo ſit habilis, & honeſtus
partibus litigantibus, arg. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de
de arb. Si verò pares curiæ ſint diſcordes, tunc debebũt
eligere locum, vbi dominus conſueuit ſedere in cogno-
ſcendo, & iudicando de cauſis. l. pe. ff. de iuſt. & iu. Si ve
rò dominus non habet certum locum, vbi conſueuit ſe-
dere, tunc pares curię debebunt eligere locũ, ĩ quo aliàs
conſueuit iudicari, dummodo ille locus ſit habilis, & cõ
ueniens partibus litigãtibus. ſi verò non eſſet habilis,
neque conueniens, tunc dominus tanquã dignior debe-
bit eligere, dummodo in eligendo non fuerit nimis one
roſus, nec delicatus, ita quòd non declinet ad extranea,
arg. opt. in l. ſi ſeruos. ff. de pig. actio. & in Authen. de cõ
ſuli. Et ſi vertatur in dubium, an locus electus per domi
num ſit conueniens vel nõ, relinquatur hoc arbitrio bo
29 ni iudicis. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ¶ † Quæ-
ro vlterius, quomodo fient probationes in materia feu
dali?

dali? Concludite, quòd aut cõtenditur de veteri inuestitura feudi,& tunc fiet ꝓbatio per pares vel alios testes: si verò contendunt de noua inuestitura, tunc fiet per pares vt haberi possunt, aliàs fiet per alios testes, vel per breue testatum. Hęc omnia probantur in c.1.in ti.de feu. Guar.& in c.1.in prin.in ti.de controuer.inuesti.& in c.1. in ti.qui test.sint neces.ad no.inuest.prob.& ibi plenissimè per Bal.¶Præmissa procedunt, quãdo agitur de plena probatione facienda: cæterum si esset semiplena probatio, vel aliquæ pſumptiones essent pro aliqua partiũ, tunc defertur sacramentum purgationis cum duodecim sacramentalibus, idest, duodecim paribus, vel alijs iuratis, vt habetur in c.1. in ti. quid sit inuesti.& in c.1. in tit. si de inuesti.inter domi.& vasal.lis oria.& in c. 1. & 2. in titu.de contro.inter do.& vasal. & in c.sacramentum. in tit.de consue.rec.feu.in vsi. feudo. in c. si. contentio. in tit. de capi. qui cur. vendi. Aliquando tamen dominus poterit guarentizare in fauorem possidentis.c.si autem.

30 in tit.de lege Corra.† Et dicitur guarentizare idẽ, quod defendere, vel aliter, dicitur guarẽtizare, quando sunt duo, qui contendunt de eodem feudo & vterque nominat eundem dominum inuestitorem &c.& conueniunt de stando dicto suo, tunc dominus attenta conuentione litigantium dicet, quòd talis, qui possidet feudum, fuit ab eo inuestitus,& hoc modo dicitur guarentizare. idest, possidentem defendere & conseruare. Huic inoleuit practica, quòd notarij in instrumentis venditionum apponunt ista verba, Et dictus venditor promisit guarẽtizare, id est, debrigare dictam rem venditam. Et idem erit, si cõtendunt de homagio & sacramento fidelitatis, quia fiet probatio modo quo supra. In istis tamen multũ attenduntur instrumenta antiqua, vt dicit Ioan.Rayn. in d.§ præterea si inter. allegans Specul. in tit. de feud. §.

31 quoniam. versicu.quartò quæritur.in fin. † Addite vos, quòd quasi possessio fidelitatis, & subiectionis probatur per instrumenta antiqua facta per ducentos annos, & vltra. Idem dicit D.Panor.post Host.& Io.And. in c. si diligenti.in 2.col.& in c.cum olim.in 3.col.ext. de præ-

32 scripti.¶† Dubitatur ẽt, vtrũ vasalli litigantes de feudo possint dimittere dominum,& prorogare iurisdictionẽ alieni iudicis?gl.in d.§. præterea si inter.ponit duas opiniones. Vna est, quòd nullo modo possint prorogare,ne fiat pręiudicium domino feudi. Alia & secunda est,ꝙ aut prorogant ex certa scientia,& tunc valet ꝓrogatio: aut per errorẽ,& tunc non valet. Videamus nunc, quæ opin. sit verior. Bal.in l.1.in prin.col.ff.de iud. determinat, ꝙ vasalli litigantes de feudo nõ possunt prorogare iurisdictionẽ alieni iudicis sine licentia domini, sicut dicimus in clericis, qui nõ possunt prorogare iurisdictionẽ alieni iudicis sine licentia superioris.c.significasti.ext.de fo.cõpet. Idẽ tenuit ipse Bar.in l.1.§.& post operis. ff. de ope. no.nuncia. Hanc eandẽ opi.tenuit Bald.in l.1.§.cum vrbẽ.aliàs incipit initio,ff.de offic.præfec.vrb. in prin. co. Idẽ tenuit ipse Bal. in l.si qs in cõscribendo in 1. col. C. de epi.& cle. Idẽ tenuit ipse Bal.in Auth.decernimus.C. de sacros.Ecc.in d.§.præterea si inter. Sed idẽ Bal.in l.1. C.si à non cõpe.iud.non bene firmat pedẽ.videtur tamẽ velle,ꝙ si vasallus haberet feudum Francum,ꝙ tunc posset prorogare iurisdictionem alieni iudicis. Quid autem sit feudũ Francũ, tractaui supra in princip. huius operis. Io.de Imo.in c.P.& G.extr.de offi.delega.11. col. tenet expressè eandem opin.& refert dictum Bal.in d. l. 1. C. si à non cõpe.iudi.& concludit, quòd vasalli nõ possunt prorogare iurisdictionem. Istam sententiã tenuerunt Innoc.Host.& Ioa.And.& magis communiter Canonistæ, in c.cæterũ.ext.de iudic. Et D.Alex.de Imo.in d.§. post operis.dicit, quòd ista est magis cõmunis opinio.¶Limitabitis tamen istam communem conclusionem, nisi esset quæstio de feudo inter dominum & vasallum, quia debet agitari coram paribus curiæ. nam tunc dominus & & vasallus bene possunt consentire in alium iudicem, quia hoc casu nulla fieret iniuria domino, qui cõsentit. Ita nota.in l.cum donationis C. de transac. Sed quando est quæstio inter duos vasallos de feudo, tunc cognitio spectat ad dominũ, nec possent ipsi feudatarij prorogare iurisdictionem alicuius iudicis, quia posset fieri collusio in præiudicium domini, & contingeret fortè dominum habere vasallũ ingratum. Ista ratio probatur in simili. in c.2.in ti.de duo.fra.de no.feu.inuesti. Et ideo Ioa. Ray. in d. §. præterea si inter. dicit, quòd inoleuit practica in prouincia, quòd fiunt publica proclamata de non transportãdo iurisdictionem. Addite ad idẽ, quod dixi supra de probatione fienda, quòd si ageretur de felonia cõtra vasallum ad finem, quòd priuaretur feudo, non sufficeret probare ingratitudinem seu feloniam per duos testes, sed essent necessarij quinq;, q sint summæ & integræ opinionis. text. est in c. vnico. in titu. quot test. sint necessa ad proban.feu.ingrati. Et est ratio secundùm Doc. ne de facili domini priuent vasallos eorum feudis, quia

33 factis probationibus peruenitur ad sententiã. ¶ †Quæro, an sententia lata super feudo contra vasallum, per quam sentẽtiam declaratur feudum ad alium pertinere, noceat agnatis ipsius vasalli succumbentis? And.de Iser. in c.si vasallus de suo.in tit.si de feu.defunc.fue.controuer. post multa concludit, quòd talis sententia præiudicabit agnatis scientibus illã litẽ agitari, nõ autẽ ignorantibus. per l.sæpe.vers.sed sciẽtibus.ff.de re iudi. Sed Bar. in l filiusfami.in §.Diui.ff.de leg.1.in 1.q. quæ est valde similis quæst. præced.determinat, quòd talis præiudicabit solùm citatis agnatis, non autem alijs, per l.in concedendo.alias est l.diẽ.ff.de aqua pluuia.arcẽd. Angel.autem & expressius Ioan.de Imo.in d.§.Diui.tenent, quod talis sententia præiudicabit etiam non citatis & ignorantibus, quando est lata contra illum, ad quem ius feudi pertinebat, licèt in aliquem casum illud ius transire potuisset ad alium. mouentur, quia sententia lata contra institutum præiudicat substituto,& fideicommissario. l.ex contractu.& l.sæpe.ff.de re iudica. & l. si patroni. §. fin.ff. ad Trebel. Intelligatis tamen hoc, nisi appareret de fraude vel collusione.c 1.in ti.de controuer.inter vasal.& do.de benefi. Et ista vltima opinio videtur verior,

34 quam etiam sequitur Alex.de Imo.in d.l.sæpe.¶†Quæro etiam, nunquid sententia lata inter duos contendentes de feudo certi castri habeat præiudicare omnibus & vniuersitati illius castri? Bal.in l.2.C.de liber.cau.determinat quòd non, etiam si sciuerint causam agitari, quia cum prohibere non potuissent, eorum taciturnitas nõ debet eis præiudicare: vnde consuluit ipse Bal. quòd quando tractatur talis quæstio, citentur illi de vniuersitate illius castri. nõ tamen oportet ipsis offerre libellum, quia ipsi sunt subiecti iudici. Et D.Panor.in c.quamuis. in 17. col.ext. de re iudic. sequitur opinio. Bal. & notetis bene istã determinationem.¶ Vlterius quæro, fertur sententia, per quam pronunciatur talem esse vasallum Regis ratione talis feudi, vtrùm ista sententia faciat ius quò ad omnes? Videtur prima facie dicendum quòd sic: quia videtur lata super statu personæ, per ea, quæ habentur in l. ingenuum.ff.de statu homi. Cõtrarium determinat Bal. in l.2. C. quibus res iudi. non noce. Et cum ista opinione pertransit ibi Bal.& sequitur etiam D. Panor. in d. c. quamuis. mouentur, quia ista sententia non videtur lata super statu personæ, quia talis status est bene remouibilis à persona: nec habet causam infallibilem, nec perpetuò annexam: secus si per sententiam esset pronunciatũ quẽ esse ascriptitium, vel censitum meũ: quia talis sententia faceret ius quò ad omnes, cum sit lata super conditione & statu personę.l.quẽadmodũ. C.de agric.& cẽsi.

35 li.11.¶†Insuꝑ quæro, nunquid dñs vasallo posset auferre

re feudum sine sententia, quoniam vasallus commisit aliquam feloniam? Concludite, quòd aut est delictum notorium actu permanens: puta, quia vasallus intrauit castrum, quod notoriè debellat contrà illum dominum, quia est occupatum per hostes & inimicos domini. Et hoc casu dñs poterit absque alia sentẽtia auferre feudũ vasallo. c. manifesta. 2. q. 1. facit. c. ad nostrã. ext. de iureiurando. Aut vasallus commisit delictum, quod non est actu permanens, & tunc si dño sedente pro tribunali, vasal. offendat ipsum dominũ, tunc etiam poterit eũ priuare feudo absq; sñia. arg. l. nullũ. C. de testi. vnde si vasallus corã populo dixerit acerbas iniurias domino, quia vbi est Princeps, ibi est tribunal, & totũ ius. l. omniũ. C. de testa. hoc casu poterit ipse dominus priuare vasallũ feudo sine sententia. Optimè facit quod no. Innoc. in c. ex parte. ext. de verbo. signif. Prædicta sunt de mente And. de Iser. in c. 1. in tit. quo tẽpo. mi. inuesti. pe. deb. ¶ Sed circa præmissa dubitatur de pulchra quæstione. Princeps cõcedit mihi feudum, quod possidebatur per quendã vasallũ: & in literis, seu in instrumẽto cõcessionis narrat, qualiter illud feudum est ad eum deuolutũ, vel propter aliam feloniam commissam per talem vasallum, an credetur opin. Principis ita narrantis? And. de Iser. in d. c. fi. determinat quòd non, quia agitur de commodo proprio ipsius Principis, ergo non est illi credendum. l. omnibus. C. de test. & l. nullus. ff. eod. tit. Est enim speciale in Papa, vt illi credatur, etiam in facto proprio. Cle. 1. & ibi notatur. ext. de proba. Sed an ista And. de Iser. sint vera, dicam vobis. ĩ in seq. col. ver. inquantum

36 &c. ¶ † Quia verò, lata sentẽtia in materia feudali, plerũque cõtingit appellari, videamus ad quẽ sit appellandũ, & an debeant seruari tempora à iure cõi pręfixa tam ad appellandũ, quàm prosequendũ appellationẽ? Cõcludite ex mente Io. An. & aliorũ Doc. in c. cæterum. ext. de iudi. & ex mente Io. Ray. in d. c. imperialem. §. præterea, si inter. in tit. de prohi. alien. feu. per Fed. ꝙ si agitur corã dño vel paribus curię de re feudali, vel iiuria, vel de causa contrà fidelitatem commissa, & sic lis est feudalis, tũc si contingat appellari à sententia lata per dominum vel pares curiæ, erit appellandum ad proximiorem dominum superiorem illius feudi: & si ab ipso proximiore domino contingat postea appellari, erit appellandũ ad magis superiorẽ, & vltimò ad Imperatorem. l. Imperatores. ff. de pac. Et ad præmissa videatis tex. fin. valde notãdum in d. c. fi. in tit. quo temp. mil. Si verò ageretur corã ordinario loci de re non feudali, & de causa non feudali, & cõtingeret alterum ex litigantibus appellare ab illo iudice ordinario, erit appellandũ ad superiorẽ illius iudicis, ad quem aliàs iure cõi, vel ex vsu & consuetudine appellationes deuoluunt. Optimè facit. c. Romana. §. debet. ext. de appel. lib. 6. & qđ habetur in c. si duobus. in fi. ext. de appel. ¶ Vnũ semper notetis, ꝙ licèt vasallus sit inuestitus de feudo alicuius castri cum mero & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, tñ si ipsi subditi appellẽt à Potestate, vel vicario deputato per ipsum inuestitum, non erit appellandum ad ipsum feudatariũ inuestitum, sed ad dominum superiorẽ: quia licèt Princeps concedat vasallo merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, non tamen videtur illi concessisse appellationes, nisi de eis fiat expressa mẽtio in cõcessione. Ita colligitur ex notatis per Ang. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. Et prædicta notetis, quia quotidiana. ¶

37 † Inquantum dixi suprà non esse credendum Principi dicẽti vasallum commisisse ingratitudinem seu feloniam dignam priuatione feudi, Bald. in quodam suo consilio. 378. incipiente, in Christi nomine, quæritur si Rex Romanorum. in pen. colum. in 3. volum. videtur velle cõtrarium, dum dicit, quòd si Imperator asserit aliquem suum vasallũ esse ingratum, & propter hoc auferat ipsi feudum, non oportet aliter probare de illa ingratitudine, cum ipse Imperator in vasallum vitæ necisque arbitrium habeat. arg. l. in suis. ff. de libe. & posth. Item quia omnes homines, & prouinciæ dicuntur peculiares esse Imperatoris, vnde possumus dicere id, quod dicitur de peculio, quod nascitur & crescit & decrescit, prout placet domino. l. peculium nascitur. ff. de pec. In isto puncto putarem sic distinguendum, ꝙ aut loquimur in Imperatore ita asserente, & tũc dicerẽ esse illi credendum, quia præsumitur moueri ex iusta causa, per ea, quæ not. glo. reputata singularis in l. relegati. ff. de pœnis. & per Cy. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. Optimè faciunt no. in d. Cle. 1. ext. de proba. nam deuenire in odium Principis. id est, Imperatoris, est magna causa ingratitudinis, vt dicit Bal. in præallega. consi. allegans. l. testamento centurio. ff. de manu. test. Aut loquitur in alio Principe inferiore: & tunc starẽ decisioni And. de Ise. quam superius allegaui, per tex. in c. 1. in verbo, cognita culpa. in titu. de feud. sine culp. non amit. Nam licèt Princeps de plenitudine potestatis possit parti auferre defensionem in causa ciuili, seu pecuniaria, tamen in causa criminali hoc facere non potest Cle. pastoralis. ext. de re iudi. Et ita dicit expressè Bal. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. & idem Bald. in l. prima. §. Offilius. ff. ne quis in ius voca. vi. ex. ¶

38 † Nunc descendo ad materiam appellationis, & in hoc aduertite, quia nos habemus varia tempora. quoddam enim est tempus interponendę appellationis, & istud est tempus decem dierũ. Auth. hodie. C. de appel. Et istud tẽpus est vtile à sui principio, quia nõ currit ignorãti. l. ab eo. C. quomodo & quan. iud.. In pgressu nõ est cõtinuũ, vt no. in l. annus. ff. de calũ. Quoddam verò est tempus petendorum apostolorum, & de isto habetis in Auth. hodie. §. apostolos. C. de appell. & in Clem. quamuis rigor. ext. eod. titu. de appell. Quoddã verò est tẽpus ad se præsentãdum coram superiore, à quo fuit appellatum, & istud est arbitrariũ, quia debet attendi qualitas personæ, & itineris distantia: vt habetur plenè per Bart. & cæteros in l. præses. C. de appella. Et per Cano. in c. personas. ext. eod. de appell. Quoddam est tempus prosequendæ, seu exercendę appellationis, & istud est tempus anni. Et ex causa datur bienniũ. Auth. ei qui. C. de temp. appel. habetur in c. ex ratione. & in c. cùm sit Romana. ext. de appel. ¶ Videamus nunc, vtrùm ista tempora debeant seruari, quando appellatur iu causa feudali? videtur quòd non, quia tex. in c. fi. in titu. quo tempo. mil. dicit, quòd quãdo appellatur in causa feudali, dãtur appellanti sex septimanę. Sed vos audacter concludite, ꝙ imò in materia feudali debent seruari iura cõmunia, disponentia in materia appellationis, vt in iuribus superius allegatis: ex quo enim in iuribus feudorũ non reperitur cõtrarium, debemus seruare iura Romanorum. c. 1. §. strenuus. in tit. de feu. cog. Non obstat tex. in c. fi. quia respondetur, ꝙ ponit casum specialem, quando in materia feudali appellatur ad Imperatorem. nam appellans post interpositam appellationem habet sex septimanas ad præparandum se ad eundum ad præsentiã Imperatoris: quia ad faciendũ tam longũ iter, requiruntur multa præparamenta, itẽ magnæ impensæ, vt volunt Doct. maximè And. de Iser. & Bal. in d. c. fi. in tit. quo tempo. miles. Item dispositio illius tex. habet locũ in magnis feudis: puta in feudo Regni, Ducatus vel Marchionatus. Cæterum si appellaretur in paruis feudis nõ esset necesse ire ad præsentiam Imperatoris, sed sufficeret mittere apostolos. Dicunt etiam Doct. in d. c. fi. ꝙ illud tempus sex septimanarum, quod datur ad se præparandum, vt. s. bene posset augeri, sed non diminui, per not. in l. 2. ff. de re iudica. Addite aliam specialitatem in materia feudali, ꝙ licèt iudex, à quo fuit appellatũ, non teneatur

teneatur ire cum parte appellante ad superiorem, ad quem fuit appellatum, per not. p Inn. in c. sæpe. ext. de appel. tamen in magnis feudis quãdo fuit appellatũ, iudex, qui iudicauit in causa, de qua fuit appellatũ, debet ire cum parte appellante ad præsentiam Superioris, vt eleganter probatur in d.c.fi. in ti. quo tẽpo. mil. Secus in paruis feudis, quia iudex à quo, non arctaretur dimittere suum proprium tribunal pro eundo ad Imperatorẽ, vt volunt Do. in d.c.fi. Et hæc notetis. † ¶ Verum q a lata sententia de re, quę transiuit in rem iudicatã, perueniatur ad executionem iudicati, videndum est, qualiter fiat ista executio. Concludite, quòd si litigatum est sup feudo: tunc sentẽtia mandabitur executioni in illo feudo, de quo fuit litigatum. Et an hoc casu debeat citari vasallus, qui succubuit in causa, antequam fiat executio, vide te per Bar. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. & Bal. in l. 1. C. de iu. & fac. igno. & per eundem Bal. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pa. & per Cano. in c. ex ratione. ext. de appella. Si verò vasallus esset condẽnatus in actione personali, & victor petat executionem sententiæ contra vasallũ, an hoc casu feudũ ipsius vasalli poterit capi in executionem iudicati? Concludite q sic, in defectum tamen aliorum bonorum, & non aliter. arg. l. commodis. & ibi not. ff. de re iudic. & l. stipendia. C. de execu. rei iudi. Aduertite tamen, quia tale ius captum in executionem iudicati, non durabit nisi tanto tẽpore, quanto durabit ius vasalli, & non vltra, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pigno. & c. 1. §. rursus. in tit. de controuer. inuest. Limitabitis tamen hoc procedere, nisi creditum, ad quod tenebatur vasallus erga victorẽ sententię, fuisset versum in vtilitatẽ dñi, vel agnatorũ, vel esset debitũ ex natura feudi, puta pro maritanda filia dñi: nã hoc casu, licèt feudum deuoluatur ad dominũ, vel agnatos, tamen durabit ius creditoris missi in possessionem rerum feudalium in executione iudicati. Prædicta sunt de mẽte And. de Iser. in c. 1. §. 1. in ti. de inuest. de re alie. fac. Aduertite ẽt, q qñ fieret missio in possessionẽ in bonis feudalibus ad instantiã alicuius creditoris, cui vasallus est obligatus, nõ fit missio in suba feudi, nec ius feudi, seu vtile dñiũ vasalli capit, sed solũ cõmoditas, hoc est, fructus, redditus & pµentus feudi. Ita no. dicit Bar. ĩ l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dã. infe. An aũt in feudo Regali, Ducali, Marchionali, vel Comitali fiat missio in possessionẽ ad instãtiã creditorũ, vide tu singulariter p Bal. in Aut. q iurat. in 7. col. C. de bo. aucto. iud. pos.

SVMMAE.

1 Vasallus offendens aliquem ex adhærentibus domini sui, an sit feudo priuandus.
2 Factum aliquod qualiter sit probandum factum in odium seu malam partem.
3 Pax inter Principes facta, an etiam comprehendat adhærentes.
4 Vasallus alicuius domini, an possit sine licentia domini confœderationem facere cum aliqua ciuitate.
5 Adhærentes qui propriè dicantur. & numero 6.
6 Complices, participes, & caporales qui dicantur.
7 Adhærentiam faciens alicui superiori de aliquibus castris, an videatur conferre aliquam iurisdictionem illi superiori in illis castris.
8 Confœderatio dupliciter fieri dicitur.
9 Confœderatio an sine superioris licentia fieri possit.
10 Confœderationes ad malum finem tendentes non valent.
11 Vasallus confœderationem cum inimicis domini sui faciens, præsumitur inimicus ipsius domini.
12 Scriptura authentica fidem facientes in vno loco, an etiam fidem faciant in alio.
13 Confœderationem facientes cum aliqua ciuitate, an illius ciuitatis priuilegijs gaudere debeant.
14 Diffidato vno, an intelligantur & eius complices, seu adhærentes diffidati.
15 Confœderati & an quando, & in quibus teneãtur se inuicem iuuare.

1 DE ADHAERENTIBVS ET confœderatis. † ¶ Quæro, vasallus offendit vnum ex adhærẽtibus dñi sui, an ex hoc poterit priuari feudo? Concludite q non, quia adhærentia nihil habet cõe cum feudo. Et ista sententia probatur optima rõne, quia fratres naturali consortio sibi adinuicem adhærent. l. vt vim. ff. de iusti. & iure & l. 1. 2. & 3. ff. de libe. causa. Et tñ si vasallus offendat, vel occidat fratrem domini sui, ista non est iusta causa priuationis feudi. c. 1. in ti. an ille qui interfe. fra. do. sui in lib. feu. nisi fratrem domini occidisset in odium ipsius domini sui, aliàs non facturus: nam tunc bene priuaretur feudo. ar. l. ossa. §. fin. ff. de relig. &
2 sump. fune. † ¶ Et si quæras, quo modo poterit constare quòd hoc fecerit in odium dñi? Respondetur, q poterit cõstare per verba prolata per ipsum vasallum, iuxta no. per gl. ordi. in l. apud Celsum. in prin. ff. de excep. doli. Ad prædicta allego vobis Bal. in terminis, consilio suo 137. incipien. In Christi nomine, nihil cõmmune habet,
3 in primo volu. Et notetis bene istam decisionem. † ¶ Et iuxta istam materiã de adhærentibus quæro. Duo Principes habentes inter se guerram, fecerunt pacẽ adinuicem, nunquid in illa pace intelligerentur inclusi adhærentes ipsorum Principum? Concludite quòd nõ, nisi de ipsis in pace, & in tractatu, & conclusione pacis sit facta mentio. Ad hoc allego vobis tex. not. in c. ad Apostolicæ. ext. de re iudica. lib. 6. vbi dicitur adhærentes nõ includi in pace, nisi hoc exprimatur, propterea cõmendatur multũ fidelitas Romani Pontificis, seu Ecclesiæ Romanę: quia nunquam voluit facere pacem cum inimicis Ecclesiæ, nisi expresè includerẽtur adhęrẽtes ipsius Ecclesiæ Romanæ. & ita dicit Innoc. in d. c. ad Apostolicę. Addo vobis D. Panormit. ita expresè dicentem in c. 1. circa 8. colum. in ver. ex prædictis infertur. Addo Ange. ita etiam volẽtem in l. quæ religiosis. ff. de rei vend. vbi in isto puncto ita distinguit: Aut verba pacis sunt cõcepta in rem, & tunc bene includuntur adhærentes. argu. l. hæc verba. ff. ad l. Iul. de adulte. aut sunt concepta in psonam, & tunc non includuntur adhærentes, maximè si illa pax esset stipulatione vallata, puta, quia Principes promisissent adinuicem se non offendere, quia stipulatio est stricti iuris, & non extẽditur de persona in personam. l. quidquid astringendæ. ff. de verb. obl. Et ideò dicit Ang. de more esse, quòd in pace & in capitulis pacis fiat expressa mentio de adhærentibus. subijcit, quòd aliquando intelligerentur inclusi adhærentes, ẽt si nõ exprimantur, scilicet, quando pax non prodesset paciscenti, nisi includerentur adhærẽtes. Et hæc notetis. ¶ Sed ponamus, q Principes facientes pacẽ promittant adinuicem de non offendendo se, nec terras suas, vtrũ per ista verba includantur terræ adhærentes. D. Panormit. in præalleg. c. 1. in 8. colum. determinat quòd non, quia in contractibus (secundum eum) non facimus interpretationem largam. c. cum dilecti. in fin. ext. de dona. facit.
4 l. veteribus. ff. de pact. † ¶ Sed an vasallus vnius domini possit facere adhærentiam, seu confœderationem cũ aliqua ciuitate sine licentia domini sui? Concludite q sic, dummodo hoc non fiat in præiudicium domini, secundum Archi. in c. præsidentes. ext. de hære. lib. 6. & secundùm Host. in c. fin. ext. de iudi. Caueat etiam, ne faciat adhærẽtiam, & confœderationem cum inimicis domini, de quo plenè tractaui vobis supra, in illo articulo, an liceat vasallo copulare amicitiam cum inimicis domini. Itẽ licèt aliquis offendat subditũ confœderati, nõ tamen

tamen debet rumpere pacem, secundùm Innocen. in c. dilectis filijs. ext. de appellation. Hæc omnia vult Bart.

5 suo consi. 209. incipien. quæritur primò. ¶† Pro maiore declaratione omnium prædictorum quæro, qui propriè dicantur adhærentes? Ang. in Authen. de hære. & falci. in princip. in 3. colum. dicit, quòd propriè adhærentes dicuntur illi, qui sunt eiusdem velle, cuius est ille, cui fit adhæsio. allegat præallega. c. ad Apostolicæ. Et ex hoc infertur ad ciuitates, quæ adinuicem habent guerram, & postea faciunt pacem, & promittunt non offendere se, nec adhærentes. Nam (sm Ang.) adhærentes dicuntur, qui sunt subditi ciuitatis, & etiam illi, qui sunt

6 eiusdem velle, cuius est ipsa ciuitas. ¶† Qui autem dicantur complices, habetur in c. conquest. ext. de senten. excom. ¶ Qui autem dicantur participes, vide per Bal. in l. vnica. C. de rect. prouin. ¶ Qui autem dicãtur caporales, dicit Ange. hoc colligi ex tex. & glo. l. 2. §. si quis non homines. ff. vi bono rapto. in illa glo. quę facit mentionem de Comite Alberto. Addite, quòd idem Ang. in consi. 238. incipiente, Inter capitula pacis, circa 8. colum. illius consilij, dicit, quòd adhærentes propriè dicuntur illi, qui intentioni, & operibus alterius adhærent. Et omnes eum sequuntur, & tales etiam dicuntur sequaces, allegat tex. in l. inter claras. C. de sũ. trini. & fide catho. & l. vnicam. §. sin autem in ingenuam. C. de rap. virgi. Ad id, q̃d dixi de adhærentibus, allegat l. fi. in verbo, adhr̃ntibus. C. de discusso. lib. 10. & text. in d. c. ad Apostolicæ. ext. de re iudi. lib. 6. Et ibi loquit̃ de quodam populo Domini Lappi de Castillione ciuis Florentini, qui verbis & factis ostendit se adhærentem domini Comitis virtutum, reuelando omnia secreta, & omnia consilia Florentinorum. Dicit Ange. ꝙ non poterat ardentius adhærere dicto Comiti, quàm quando reuelabat secreta, & consilia suæ propriæ ciuitatis oppugnando, ex quo inciderat in pœnam proditionis, & falsitatis. allegat tex. cum glo. in l. fallaciter. C. de abolitio. & l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re mili. & l. Athletas. §. itẽ præuaricator. ff. de his qui no. infa. ¶ Et vt melius intelligatis istam materiã, quæro de pulchra quæstione: Existente guerra inter Ducem Mediolani ex vna parte, & celsam communitatem Florentinorum, ex altera, quidam Comes Robertus promiserat, & iurauerat communitati Florentinorum, quòd esset perpetuò deuotus & fidelis ipsius ciuitatis, & quòd eam adiuuaret, & ꝙ amicos dictæ communitatis haberet pro amicis, & inimicos pro inimicis, & verbis, factis, & signis ostendit se esse hostem, & inimicum memorati Ducis Mediolani, faciendo guerram pro Florentinis, mittendoq; brauium & vexillum suum in fauorem dictæ cõitatis contrà præfatum Ducem: deinde fuit facta treuga inter pręfatum Ducem, & communitatẽ Florentinorum, & inter capitula treugæ erat vnum, in quo continebatur, quòd vnaquæque partium (intra certum tempus tũc præfixum) deberet nominare sibi adhærentes, vt gauderent etiam beneficio treugæ: memoratus Dux Mediolani nominauit pro sibi adhærente præfatum Comitem Robertum: vnde quæritur, an talis nominatio prosit ipsi Comiti? Cõcludite ꝙ non, propter impossibilitatem materiæ subiectæ: cũ enim pręfatus Com. Robertus verbis, signis, & factis palã ostenderet se hostẽ præfati Ducis Mediolani. non poterat dici adhærens: quoniam enim tollimus subiectum, necessariò tollemus prædicamentum. l. si Mæuia mater mea. ff. de hæred. instit. Et ideò dicimus, quòd non potest fieri prædicamentum de Chimera. l. si stipuler. ff. de verbo. obligatio. & cui non adaptatur sermo, etiam non adaptatur dispositio contenta in ipso sermone, quantuncunque verba sint latissima. l. qui insulam. §. fi. ff. loca. vbi notabiliter probatur, quòd si excipio violentiam, dicendo, ꝙ volo teneri de violentia, iste sermo debet intelligi, quòd non teneãr de violentia commissa per extraneos. sed de commissa per domesticos, & familiares bene teneor. Et notetis bene istũ tex. ad illud, quod dixi, quòd cui non adaptatur sermo &c. Optimè facit. l. inquisitio. C. de sol. Et pro conclusione prædicta facit, quia præfatus D. Comes Robertus nõ poterat esse adhærens eodem tempore duorum inimicorum, quia fuisset sibi contrarius. l. pen. C. de fur. Præterea Domini Florentini verisimiliter non cogitarent, nec poterant cogitare, quòd pręfatus Comes Robertus, qui palam fouebat partem communitatis Florentinæ, esset adhærens præfati Ducis, cuius ostendit se hostem, & inimicum. Præterea illa adhæsio, quam fecerat memorato Duci, fuerat facta clandestinè, & tales actus clandestini præsumuntur dolosè facti. Et ideo illa nominatio non debuit prodesse præfato Comiti. l. fin. versi. iustum enim. C. de litig. Hinc videmus, quòd si inter coniunctos contrahitur matrimonium clandestinè, præsumitur fraus, & dolus, secus si palam. l. fi. ff. de rit. nuptia. l. 1. C. de interdic. mat. Est ergo conclusio, quòd memoratus Comes Robertus nõ poterat dici, ꝙ esset de adhærentibus Ducis Mediolani. Et ita reperio consuluisse Ang. de Perusio suo consi. 361. incip. charissime frater.

7 ¶† Subsequenter quæro de notabili quæstione, vtrùm quando aliquis facit adhærentiam alicui Superiori de aliquibus castris, videatur conferre aliquam iurisdictionem in illum Superiorem in illis castris? Hæc quæstio fuit de facto, quia filij magnifici Nani Marchionis Ceræ diuiserunt inter se castra illius Marchionatus, deinde fecerunt adhærentiam Illustrissimo Duci Aurelianensi, & dubitatum fuit, vtrùm propter illam adhærentiam esset trãslata aliqua iurisdictio in memoratum Ducem. Bal. super isto facto consultus, determinat quòd non, dicens, quòd per simplicem adhærentiam, quam quis facit Superiori de aliquibus castris, ex hoc non videtur transferre iurisdictionem in illum dominum, excepto quòd ex ipsis confœderatis maiorem ipse Superior habet iurisdictionem, quando offensores alterius partis reperiuntur in terra illius partis: quia si illi offensores iam erant condẽnati, & non restabat, nisi ꝙ in eos animaduerteret, vel eos remitteret in locum delicti: ex hoc ipse superior maiorem haberet iurisdictionem. allegat ad hoc tex. aureũ in l. non dubito. ff. de cap. & postli. reu. ¶ Limita tamen prædicta, nisi faciẽs adhærentiam, submitteret se iurisdictioni ipsius Superioris, quod facere posset in sui præiudicium. l. est receptum. ff. de iurisdi. omn. iudi. Subdit, quòd quando submissio accedit contractui nominato, non est locus pœnitẽtiæ, secus si fuisset simplex prorogatio. allegat l. si conuenerit ff. de iurisdic. om. iudi. & not. per Archidia. in c. præsidentes. ext. de hære. ita consuluit Bal. consilio suo 293. incip. inter tres Mar-

8 chiones. in 3. vol. ¶† Nunc venio ad articulum confœderationum. Et debetis scire, quòd confœderatio fit dupliciter. Aliquando fit æqualiter: puta, quia duæ ciuitates, vel duo Principes promittunt adinuicem se adiuuare, & talis confęderatio fit ad protectionem. Aliquando verò fit confęderatio inæqualiter; puta, quia vna ciuitas confęderando se alteri, recognoscit in superiorem. Ista sunt de mente Bal. in l. de quibus. ver. quintò quæro. ff. leg. vbi dat intellectum ad l. non dubito. ff. de capt. &

9 postlim. reuer. ¶† Aduertite etiam, quia ciuitates, vel Barones recognoscentes Superiorem non possunt facere confęderationem sine licentia Superioris, & hoc est de mente Bar. in l. 2. in 2. col. ff. de colleg. illic. habetur per Bal. in c. 1. §. conuenticula. in tit. de pace iura. fir. in vsib.

10 feudo. ¶† Item quando confęderationes fiunt ad malũ, puta ad homicidia perpetranda, non valent, etiam cum iuramento. Ita dicit Bald. in l. si ad excludendam. C. de reb. cred. & idem Bal. in rub. C. pro socio. Optimè facit tex.

tex.in l.si à reo.§.fin.ff.de fideiuss.§.quod ex turpi.Instit. de inuti.stipu. Notetis etiam,quòd confœderati præsumuntur esse eiusdẽ intentionis. ¶† Et ideò si vasallus ali-
11 cuius domini facit cõfœderationem cum inimicis ipsius domini,præsumitur esse inimicus ipsius domini. Ita formaliter dicit Bald. in l. liberti. C. de inofficios. testam.
12 † Item si in aliquo loco sint scripturæ authenticæ, puta, quia sint in archiuio publico,tales scripturæ facient fidẽ nedum in illo loco,sed etiam in alijs locis cõfœderatis. Ita eleganter determinat Bal.in rub.C.de fide instrumẽ.
13 circa fi.cõment.& est bene notandũ. ¶† Itẽ in materia represaliarum, vtrùm hoĩes confœderati guadeant priuilegijs,& statutis illius ciuitatis,qua fecerunt confœderationem,videte per Bal.in Authe.& omnino.circa 7. seu. 8. col. in ver. quid de hominib. confœderatis. C. ne vxor pro mari.&c. Sed pone:duæ ciuitates fecerunt adinuicẽ ligam seu confœderationem per quinquennium, lapso quinquennio,adhuc præstant sibi mutuos fauores,& auxilia mutua:an ex hoc intelligatur renouata liga,seu cõfœderatio? Concludite, ꝙ non, argumen.l.si cum Hermes.C.loc.maximè si prima liga,seu confœderatio erat facta per stipulationem, quia stipulationes requirunt verba.l.1.in princ.ff.de verbo. obligatio.Et hoc procedit,præsertim si primus contractus confœderationis fuisset celebratus in scriptis,iuxta. l. contractus. C. de fide instrum. Nam tunc non intelligeretur renouatus,nisi interueniente scriptura.l.item quæritur §. qui impleto. ff. loca.Prædicta sunt verba Bal. in commento pacis Constan.in verbo,item societatẽ. Et not.bene prædicta, quia
14 sæpe cõtingunt. ¶† Item diffidato vno, intelliguntur diffidati omnes eius complices,auxiliantes, adhærentes,& confœderati.Secus est in sententia, quia no afficit,nisi illos,contra quos nominatim formatus fuit ꝓcessus.Ita dicit no.Bal.in l.2.in pen.car.in ver.& non diffidato vno.
15 C.de serui.& aqua. ¶† Addite ꝙ illi,qui sunt adinuicẽ cõfœderati,tenentur se adinuicem adiuuare,præstare arma, gentes,& amicos.Ita dicit Ang.in l.1.aliàs 2.§.excusatur ad S.C. Sill. Itẽ non tenentur se adinuicem adiuuare in bello iniusto,nisi in capitulis confœderationis aliter caueatur.Ita dicit Ang.in l.si quis in graui.ff.eo.tit. Addo vobis,quòd illi,qui fecerunt adinuicem ligam, seu confœderationem,nõ tenentur se adiuuare,nisi requirãtur, quia in promissione,seu confœderatione de se adiuuando subintelligitur,si vna pars requirat alteram.quod est notandum propter confœderationes seu ligas,quæ fiunt inter ciuitates seu Principes Ita dicit not.Bal. in c. 1. in princ.in verbo,requisitus.in ti.de no.for.fide. ¶ Sed quæro,vnus Princeps habet guerram contra alium,& volũt adinuincem pacem facere, & confœderationem, nũquid vnus ex ipsis Principibus possit castrum subditi sui dare alteri principi, pro habenda pace in suo territorio seu dñio?Concludite ꝙ sic,quia habere pacem concernit bonum publicum, & ꝑ bonum publicum potest auferri ius priuati.l.itẽ si verberatũ.§.1.ff.de rei vẽd.& l.Lucius. ff.de euic.& l.Antiochensiũ.ff.de priuileg.& l.venditor. §.si constat.ff.cõmunia præd.notatur per Cano.in c.ꝗ in Ecclesiarum.ext.de constit.Optimè facit tex.in c.nisi essent.in verbo,pro bono pacis.ext.de præben.Et in indiuiduo hoc vult Bart.in l.quæcunque.ad fin.col.C.de fide instrumen.& iure ha.fis.lib.10.& Inno.in c.in nostra, ext.de iniur.& dam.da.& Bal.in l. conuentionum. ff. de pac.& idem Bal.in l.quicunque.in vltima col.in ver.deinde nota.C. de seruis fugit. & Ang. expresè in l. bene à Zenone.C.de quadri.præscipt. Nam in locis proximè allegatis dicunt præfati Doct. quòd in bono publico,& pro publica vtilitate,puta pro pace habenda,possunt auferri iura priuatorum.

SVMMAE.

1 *Matrimonium ad morganicam quare & quid dicatur.*
2 *Pactum an in contractu matrimoniali possit fieri ad excludendum filios primi matrimonij à feudali successione.& numero.3.*
4 *Filii spurii legitimati an aliquo pacto possit succedere in feudo cum vero.legitimo,& naturali.*
5 *Contrahens matrimonium cum pacto,quòd filii nascituri non succedant in feudo,an poterit mutare voluntatem.*
6 *Cessante consuetudine, quòd filii secundi matrimonii non succedant in feudo cum primis,an poterit aliter prouideri ipsis filiis secundi matrimonii.*

ET VNVS EX dictis vasallis habens filios ex prima vxore nobili,ea mortua accepit aliam ignobilem in vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex
1 ea non succederẽt in bonis feudalibus. ¶ † Circa huiusmodi pactum debetis scire, quòd appellatur matrimonium ad morganaticam.Ita probat tex.in c.vnico.in tit. de filijs na.ex matri.contra ad morga.Et est vulgare Mediolanensibus.Et dicitur ad morganaticam,quasi morganicum,id quod per mortem viri capitur. ¶ Nunc quæro an huiusmodi pactum valeat? Concludite quòd valet in locis,in quibus est ista consuetudo, vt possit fieri tale pactum,vt probatur in c.mulier. &in c. filij,in titu. si de feu.defun.fue cõtrouer.Cessante autẽ tali consuetudine pactum non valet.quia esset pactum de non succedẽdo, qđ non valet in iure ciuili. l. pactũ dotali.C.de colla.&
2 l.pactũ quod dotali.C.de pac. ¶† Secundò quæro,quid si istud pactum apponatur ad excludendum filios primi matrimonij, an consuetudo prædicta vigens in loco trahetur ad istum casum?& videtur quòd sic,per text. in d.c.filij.Et videtur ibi intueri Bald. dum dicit, quòd talis consuetudo quandoque habet motiuum æquitatis, puta si Marchio tenens feudum ab Imperatore accipiat filiam Regis in vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex ea succedant in Marchionatu, non autem filij nati ex alio matrimonio. Nam filia Regis non fuisset aliàs nuptura dicto Marchioni,nisi cum pacto prædicto,& Ia. Alua. in d. c. filij. refert, quòd Marchio Mantuæ filiam suam legitimam & naturalem tradidit nuptui filio non legitimè nato Marchionis Ferrariæ,cum pacto expresso,quòd ipse filius debeat succedere in marchionatu.Et Marchio Mantuæ non fuisset aliàs traditurus filiam suã nuptui,nisi cum pacto prædicto.Refert etiam,quòd Marchio Ferrariæ temporibus suis accepit Marchionissam Salutiarum in matrimonium cum pacto expresso, quòd filij nascituri ex ea non succederent in Marchionatu Ferrariæ.Volunt ergo præfati Docto. quòd tale pactum valeret stante & permittente consuetudine, de qua su-
3 pra.† Sed circumscripta seu cessante tali consuetudine, an tale pactum sit æquum & iustum? Non determinant: vnde putarem tale pactum nihil valere,cessante consuetudine,per l.si quando. in §.1.C.de inof. testa.& per l.fi. ff.de suis & legi.Sed præsupposita consuetudine, bene valeret.non tamen intelligatis,quòd si talis consuetudo sit in vno loco, ꝙ extendatur ad alium, quia est satis iniqua consuetudo: vnde non debet extendi de loco ad locum,per ea,quæ no.in c.fi.ext.de offi.Archidia. vnde non iniuria dicit in præalleg. c. si filij,quòd illud c. non haberet locum in bonis emphiteoticis allodialibus.Subdit, quòd ex pactis prædictis vidit oriri multas contentiones,& inconuenientias. Et quem euentum habuerint illa pacta inter Marchionem Mantuæ, & Marchionem
4 Ferrariæ,satis audire potuistis. ¶† Sed pone,quædã mulier dedit mihi in dotem decem millia ducatorum,sperãs filios ex ea nascituros debere sibi succedere,& ex ea suscepi vnũ solum filiũ,& cum haberẽ plures spurios ex quadam

quadam meretrice,ego feci eos legitimari per Imperatorem, ita vt ꝑ virili succederent cũ illo legitimo,an talis legitimatio valeat? Bal.in prealleg.c.filij.dicit,quòd si Imperator hoc faciat, est vnũ pecus, negari tamẽ non potest,secundùm eum,quin talis legitimatio valeat,per not.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de libe. & posthu. Addit Bal.in præalleg.c.filij.quòd Imperator ita faciendo non habet præ oculis iustitiam publicæ honestatis, nec considerat,quòd per nuptias seruatur excellens genus humanum,vt probatur in Auth.de nupt. vbi dicitur in princ.quòd per iustas nuptias præstatur immortalitas humano generi.facit l.1.ff.sol.mat.Et sententiam Bal.de
5 qua supra,omnes posteriores sequuntur. ¶ †Sed ponamus, quòd ille,qui accepit secundam vxorem, virtute consuetudinis,de qua supra, fecerit pactum, quòd filij nascituri ex ipsa secunda vxore non succedant in feudis, an ipsi contrahentes potuerunt postea mutare voluntatem,& per contrarium pactum pacisci,quòd succedant vnà cum liberis primi matrimoni? Iacob.Alua.in præalleg.c.filij.determinat quòd sic, allegat nota.in c.si facta.in glo.in tit.si de feu.defun.fue.controuer.allegat etiam l.si pro parte.§.versum.ff.de in rem verso. Et hoc
6 est bene notandum.¶†Quæro vlterius,nunquid cessante consuetudine, de qua supra, posſit pater prouidere aliquo modo,quòd filij nascituri ex secundo matrimonio,non succedãt cum liberis primi matrimonij?Et ista quæstio sæpe contingit, quando liberi primi matrimonij sunt nati ex nobili,alij verò sunt nati ex secunda vxore ignobili.Concludite,quòd in antiquo feudo nõ posset pater prouidere in præiudicium filiorum etiam nasciturorum: quoniam omnes tam primi, quàm secundi matrimonij succedant æqualiter. Nec valeret prouisio paterna in contrarium.c.1.§.& quia vidimus. in titu.qui feud.da.poss.& in c.1.in princ.in tit.de success.feu. & in c.1. in tit. de grad. success. in feud. & in c.1.in tit.de natu. suc. feu. In alijs autem bonis allodialibus posset pater emancipare liberos primi matrimonij,& eis dare omnia bona sua(salua tantùm legitima filiorum secundi matrimonij)vt habetur in l.1.& 2.& in l.si totas.& in l.si liqueat.C.de inoffi.dona.& ita expreſsè determinat Iacob.Alua.in præalleg.c.filij. in titu.si de feu.defun.fue. controuer.ver.feudorum.

Iaco tract. feud.finis.

IACOBINI DE SANCTO GEORGIO CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE, AC LVMINIS, ET INTERPRETIS PROFVNDISSIMI.

TRACTATVS DE HOMAGIIS.

SVMMAE.

1 *HOMAGIVM quid dicatur, & in quo iure de eo agatur.*
2 *Homagium quotuplex sit.*
3 *Homagium, quod feudi ratione datur, duplex est.*
4 *Homagium ligium, & non ligium quid sit.*
5 *In præstatione homagij ligij, quæ excipiuntur.*
6 *Homagij effectus quotuplex sit.*
7 *Homo alterius, an quis effici possit aliter, quàm per pactum, aut stipulationem.*
8 *Homo alicuius an possit quis effici per pactum solum, aut stipulationem.*
9 *Filius hominis mei, an sit homo meus.*
10 *Filius hominis mei, quibus casibus efficiatur homo meus.*
11 *Filius an per homagium patris, efficiatur homo alicuius.*
12 *Recognoscens se hominem alicuius, an præiudicet filijs.*
13 *Persona ecclesiastica an possit se facere hominem alterius.*
14 *Prælatum ecclesiæ pro bonis feudalibus subijci iurisdictioni domini temporalis, qualiter sit intelligendum.*
15 *Homagium qualiter sit præstandum.*
16 *Homagium qualiter probetur. & nu. 19.*
17 *Re, pro qua apparet homagium fuisse præstitum, ad aliquem peruenta, an ille tenebitur ad homagium præstandum.*
18 *In materia præscriptionis, an semper necessariò sit bona fides præstanda.*
19 *Ad probandum hominem esse suum, quæ requirantur.*
21 *Homagium probatur professione, seu confessione.*
22 *Homagium præstare, an sit species seruitutis.*
23 *Homagium præstatur ratione originis paternæ. & ratione matrimonij, item successione, item aditione hæreditatis.*
24 *Domino dicente, talem esse hominem suum, homine autem prætendente libertatem, cui incumbat probatio.*
25 *Homo alicuius si ab aliquo inuitus detineatur, an possit desinere esse illius.*
26 *Homo alicuius, ad quid illi teneatur.*
27 *Vasallus qualiter contra dominum concipiet libellum.*
28 *Subditus, an, & in quibus casibus possit accusare dominum suum de crimine.*
29 *Subditus, an teneatur alimentare dominum suum in casibus necessitatis.*
30 *Subditus an teneatur iuuare dominum suum contra inimicos.*
31 *Seruitia personalia domino debita, an conuerti possint in subsidium pecuniarium.*
32 *Homo, & subditus alterius, an teneatur illi præstare sacramentum fidelitatis.*
33 *Domini terrarum, an hominibus, & subditis suis possint imponere collectas, aut taleas.*
34 *Ius collectandi, an consuetudine quæratur, an præscriptione.*
35 *Principes, an à suis subditis possint collectas, seu talias exigere.*
36 *Princeps, an possit hominibus vasallorum suorum imponere collectam.*
37 *Solutio census est subiectionis probatio.*
38 *Immunitas alicui de communitate concessa de non soluendo collectam, an cæteris præiudicare debeat.*
39 *Nobiles, an pro bonis, quæ possident, debeant subire onera patrimonialia, seu onera collectarum, quæ imponuntur in illo loco.*
41 *Priuilegium minus nociuum, an, & quando possit reuocari.*
41 *Nobiles teneri ad contributionem collectarum, qualiter intelligatur.*
42 *Consuetudo dat priuilegium.*
43 *Domini terrarum, an possint cogere subditos suos ad custodiã alicuius castri.*

1 CIRCA istam materiam homagiorum est etiam sciendum, ꝙ de isto verbo,†homagium, non habemus aliquem tex. expressum de iure ciuili, neque etiam in libello feudorum, pręterquã in duobus capitulis, quæ sunt in in titulo. de capitulis extraordinarijs, qui tit. communiter non habetur in libello feudorum, sed illa duo capitula reperio allegata per Iac. de Ardiz. Veronen. in sua laudabili summa feudorum. Et licèt dicant, ꝙ illa duo capitula sint apocrifa, tamen optima ratione fundata sunt, & eorum verba recensuit Bal. in suo consi. 159. incip. In Christi nomine, quæritur primò. In iure autem canonico habemus tex expressos de isto verbo, homagium, in c. ex diligenti. extra de simo. & in c. fi. ext. de reg. iur. in antiquis & in c. grandi. in verbo, homagium. ext. de suppl.
2 negl. præl lib. 6. ¶ Nunc† videndum est, quotuplex sit homagium. Circa quod debetis scire, quòd aliquando homagium præstatur ratione feudi, aliquando rõne rerum non feudalium, aliquando ratione solius personæ: & tunc dicitur homagium quædam seruitus in personam constituta. quoddam homagium moribus, & consuetudine est introductum, vt patebit ex infra dicendis. ¶ Cir
3 ca primum† homagium, quando præstatur ratione feudi, sciendum est, ꝙ tale homagium est duplex. Quoddam est homagium ligium, quoddam non ligium. ¶ Homagium ligium est illud, quod præstatur Imperatori,

vel Regi, nullius alterius personæ fidelitate reserua-
ta. Homagium non ligium est illud, quod præstatur
alijs reseruatâ fidelitate Imperatoris, vel Regis.c. imperia
lem.§.fi.in tit.de prohib.alie.feud.per Fede.& ita deter
minat Spec.in c. 1.§,quoniã super homagijs.vers.& no.
de feudis. Ioa. Blan.in suo eleganti tractatu de feud. &
4 homag.circa hoc sic inquit. Homagium † aliquando di
citur ligiũ,aliquando non ligium.Ligium dicitur, qua-
si ligalem fidelitatem gerens.Nam homo, seu vasallus
ligius aduersus oẽs debet gerere fidelitatẽ,sed longius
erga dñm suum ligium.¶Homagium non ligium est,qñ
in præstatione homagij aliquis excipitur,puta,quia di-
co;ego præsto tibi homagium,& fidelitatem,excepto ta
li dño meo ligio,contra quem nolo tibi teneri seruire.
Vel dico,ego non pręsto tibi homagium,& fidelitatem,
excepto: qa volo aliquem,quẽ eligam, cõstituere dñm
meũ ligium.Vel in pręstatione homagij ego excipio ta
lem nobilem, contra quem nolo obligari tibi seruire.
5 ¶In pstatione † aũt homagij ligij nullus alius excipitur
quantùm ad verba,sed(qñtùm ad mentem,& intelectũ)
intelligantur excepti habentes generalẽ, & supremam
iurisdictionem.d.c.imperialem.§.fi. Ista sunt verba præ
fati Doct. sed magis placet opinio Spec. Et licèt multi
dicant,quòd tunc dicitur homagium ligium, qñ vasal-
lus ponit manus inter manus domini, & præstat sibi ho
magiũ,& ab eo recipitur ad osculum,tñ hoc non est ue
rum,secundùm Bal.in pręallegato suo cons.159.Ista for
ma præstationis homagij, scilicet quòd iungantur ma-
nus inter manus domini,est aliquali rõne fundata:quia
manus significat põtatem.l.manumissiones.ff.de iust.&
iur.& significat arbitrium.l.pen.ff. de arb. Et porrectio
manus dexteræ significat soliditatem, & firmitatem, vt
not.Inst.de verb.oblig.in princ.& dicit Spe.in d.§. quo
niam super homagijs versi.& nota, quòd in Italia dici-
tur vasilligium.In Francia dicitur homagium,postea su
bijcit hęc verba.Nosverò prouinciales nobiles feudata
rios à nobis feuda tenentes,appellamus vasallos,& feu
datarios: Plebeios verò hoẽs nostros appellamus. Et
aduertite,ꝙ huius homagij ligij multiplex est effectus.
¶ Primus effectus est, ꝙ non pôt quis esse homo ligius
duorum dominorũ.Ita vult glo.notabilis communiter
apꝓbata in clem.pastoralis. in §. deniq; in ver. homoq;
ligius.ext.de iud.& probatur expresè per tex.in c.si qs
inuestitus,cum c.seq.in tit.de capit.extraord. & ita vult
Bal.in c.cæterum. ext. de iud. Homo autem non ligius
bene potest esse duorum dominorum.d. c. grandi. vbi
hoc probatur expresè,& ita vult Ioa.Ray.in d.c.impe-
rialem.in §.fi.in 3 car. ¶ Secundus effectus,est,quia qñ
præstitum est homagium ligium,non est amplius locus
pœnitentię.l.est receptum.ff.de iurisd. omn.iud. quam
legem ad hoc allegat Bal.in d.consi.159.idem vult ipse
Bal.in d.c.cęterùm.ext.de iud. ¶ Tertius effectus est:qa
licèt vasallus nõ ligius possit renunciare feudo (inuito
domino) c.1.in tit.de vasal. qui contra constit. Loth.&
dixi vobis in tractatu feudorum,in verbo, refutauit,ta
men ille, qui præstitit homagium ligium, seu fidelita-
tem ligiam pro feudo, non potest(inuito domino) re-
nunciare feudo: quia talis contractus habet vim.l.pen.
C.de don.inter vir. & vxor.,& l.Cæsar.ff. de public. Ita
singulariter determinat Bald.in consi.præallegato circa
vlti.colu.quod semper notetis. ¶ Quartus effectus est,
quia quando vasallus pręstitit homagium ligium,seu fi
delitatem ligiam alicui domino pro aliquo feudo, ne-
dum illa bona feudalia sunt obligata ipsi domino, imò
reliqua omnia bona, quæ habet ipse vasallus ligius,
sunt sub iurisdictione illius domini, cui est præstita fi-
delitas ligia: quia possunt obligare personam suam,
& in consequentiam obligant omnia bona sua, intelli-
ge sanè, nisi teneantur in feudum ab alio domino, se-
cus est, quando præstatur homagium non ligium pro
feudo.Ita eleganter determinat Specu.in d.§.quoniam
super homagijs versi. decimò septimò quæro. ¶ Quin-
tus effectus est,quia ille, qui præstitit homagium ligiũ,
seu fidelitatem ligiam alicui, non potest in casu mo-
tæ guerræ dicere domino suo priori.Domine vos iniu-
stè bellastis, & contendistis cum alio tali domino meo,
& ideo non debeo vos iuuare contra eum.poterit enim
dominus replicare. Amice, qui non est mecum, contra
me est.l.cœlicolarum.C.de iudæ.secus est in vasallo nõ
ligio: quia aliquando licitum est sibi dicere domino
suo, quòd non tenetur eum adiuuare: quia bellum est
iniustum, secundùm tamen distinctionem, quam facit
tex.notanter in c.domino guerram faciẽte.in tit.hic fin.
lex,& incip.consuet. reg. Ita(vt supra)decidit Bal. sub
dubio tamen fortè in consi. præallegato. ¶ Addite ad
præmissa vnum, quod voluit Pet.Iac.in titu.distinctio-
nis feudorum.sua distinctione 10.vbi dicit,quòd quam
uis ratione rei faudalis pręstetur homagium ligium,vel
non ligium, tamen proprter hoc non alteratur natura
feudi, sed remanet in sua virtute quò ad alienationẽ,
& quò ad exhibenda seruitia,& quò ad alia,quæ cõcer-
nunt contractum. quod dictum est bene menti tenen-
7 dum. ¶ Aliquando verò † fit homagium alia ratione,
quàm ratione feudi. Et circa hoc primò quæro, vtrùm
quis per pactum, vel stipulationem possit se facere ho
minem meum.Concludite, quòd sic ex mente Specul.
in tit.de feud.in §.quoniam super homagijs.versi. quin
tò quæritur. Et hoc idem voluit Ioan.Rayn. in c. impe-
rialem.in §. final. in antepen. cart. in versi. quæro vlti-
mò quid est, quòd in titul. de alien. feud. per Feder.
allegat l. 1.§. 1.& l. iurisgentium. §. Prætor ait.ff. de
pact. & est textus ad literam in d.c.grandi.in verbo,ex
pacto. ext. de suppl. negl. prælat.lib. 6. Nam per stipu
lationem quis potest aggrauare conditionem suam. l.
cum sanè.C.de agr. & cens.lib.11. ¶ Item potest effici
quis religiosus.c.omnes fœminæ.23.q.2.& ext.de regu
lar.per totum. quæ quidem religio est quædam serui-
tus.c. multos.54. dist. ¶ Item pactionibus potest quis
conditionem suam aggrauare.§.pen.Inst.de iur.person.
¶Idẽ esset in sententia, per quam quis pronunciaretur
esse homo meus: nam talis sententia facit ius inter par-
tes.c.cum inter. ex de re iud. & habetur pro veritate.l.
res iudicata.ff. de re iud. nam in iudicijs dicimur quasi
contrahere.l.3.§. idem scribit.ff. de pecu. multò magis
debet fieri homagium per expressum pactum.facit l. si
quos spõtaneos.C.de decur.lib.10. licèt ergo homagiũ
iuuetur rationibus iuris, moribus tamen, & consuetu-
dine est introductum. ¶ Concludamus † ergo, quòd
per pactum expressum, vel per stipulationẽ quis potest
se facere hominem meum.Et ita vult Alb. de Ros.in l.
fin.ad finem comm.C.de pat.qui fil.dist.Et ita teneatis,
licèt Bal.in l.fin.C.de transact.teneat contrarium. ¶ Et
quid si dubitetur, an sis homo meus. Ego enim dico te
hominem meum, tu autem hoc negas,& per transactio
nem do tibi decem, vt remaneas homo meus, talis
transactio valet, sed si certum esset te esse hominem li-
berum, non posses te facere hominem meum. Sed vos
tenebitis quæstionem præcedentem, maximè per tex-
9 tum in c.grandi. ¶ Secundò † quæro, vtrùm filius ho-
minis mei sit homo meus. Mart. de Fano in suo tracta-
tu de homagijs distinguit hoc modo.Aut ille filius fuit
conceptus, & natus, antequàm pater eius faceret mihi
homagiũ:& tũc nõ est homo meus.l.1.& 2. C.de liber.
& eo.lib.Aut ille filius fuit cõceptus,& natus,postquã
pater suus fecit mihi homagium, & tunc erit homo
meus: quia sequitur fortunam patris. secundùm tamen
ius esset aliter distinguendum. Aut ille filius est natus
ex matre libera, & tunc non erit homo meus. l. final.
C.de

C.de agric.& cens.& c. fin.ext.de ser.non ordin. Aut est natus ex matre,quæ est fœmina tua, quæ tenetur tibi ad homagium,& tunc iura potius fauent mihi, qui sum dñs patris,quàm tibi.l.ne diutius.C.de agrico.& cens.lib. 11. Vt tñ habeatis pleniorē ī isto passu cognitionē facite vobis quinque casus.¶Primus casus est,quando aliquis fecit mihi homagium in emendam alicuius iniuriæ : quia impingitur sibi,quòd occidit patrem meum , & in emēdam istius iniuriæ,constituit se hominem meum.& hoc casu filius eius non erit homo meus : quia delictum patris nō debet nocere filio,toto tit.C.ne fil.pro pat.& pęna debet tenere suos auctores. l.sancimus.C.de pœn.c. quæ sunt.ext. de his , quæ fiunt à maio.par.cap. Si enim propter delictum patris filius non debet perdere bona, cum sit speciale in casu l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.vbi filius portat iniquitatem patris,multò minus debet perdere statum,& dignitatem suam.§.fin.in Authen.vt nulli iudicum. ¶Secundus casus est , qñ nō solū in emendam iniuriæ fecit se hominem meum,sed etiam subiecit mihi bona sua:quo casu videtur mihi ea tradidisse,& ī meū dominiū transtulisse, & iterum postea recepisse à me in feudum,vel in emphiteosim.l.quisquis.C. de donat. Et hoc casu,si velit abstinere ab illis bonis , non tenebitur ipse filius mihi præstare homagium:quia illa bona transeunt cum suo onere.arg.l.constitui.§.si fundus.ff.de ser. rust.præd. Nam ego vendicabo illa bona ratione directi dominij,& si ipse excipiat,quòd pater suus erat vtilis dominus,ego replicabo,quòd si velit habere illa bona, debet supportare onus,ad quod pater erat astrictus , scilicet ad homagiū.l.2.C.sine cens.vel red.¶Tertius est casus, quando quis constituit se hominem meum ligium : quia dedi sibi aliqua bona, in feudum , vel in emphiteosim,& vt debeam eum defendere, & tunc persona principaliter astringitur , & bona dicuntur interuenire gratia cuiusdam remunerationis.l.si remunerandi.ff.mand. Vnde quia verisimiliter ita voluit prouidere filijs suis , sicut sibi,l.si pactum.ff.de probat.ideo filius mihi tenebitur ad homagium,quantuncunque velit refutare illa bona ; Nam quemadmodum possum prouidere filio meo paciscendo,vel stipulando. l. & hæredi. §. nos autem. & §.Iulianus.& l.auus.ff. de pact. ita possum sibi prouidere sibi constituendo me hominem alicuius potentis , ita vt ego , & filij mei ab eo defendamur. Magnum est enim ius patriæ potestatis;quia videmus , ꝙ propter necessitatem famis pater potest vendere filium. l. 2. C. de pat. qui fil. distr. ¶Item pater potest filium impuberem constituere sub potestate tutorum.l.1. ff. de tut. ¶Item potest filium constituere sub dominio , & potestate alicuius domini , vt defendatur ab eo. ¶ Quartus casus est , quando aliquis constituit se hominem meum cum ista dictione , duntaxat , vel cum ista dictione , solùm: & isto casu filius eius non tenetur mihi præstare homagium . quia istæ dictiones taxatiuæ sunt exclusiuæ cæterorum,ad hoc allego vobis pulchrum tex.in l.non solùm.§.tale.ff. de liber. legat. habetur in l. qui in futurum.§.si ex altera.& in l.iurisgentium.§. pactorum. ff. de pact. & ita expressè determinat Ioan. Rayn. licèt non alleget prædicta iura,in d.c. imperialem.in §. fin. in antepenult. car. in versicu. quæro vidimus. ¶Quintus est casus , quando quidam simpliciter constituit se hominem meum ligium , nihil sibi dato; & tunc si non liquet nobis de causa, quare factum fuit illud homagium : quia nulla causa fuit expressa , in dubio ita fecisse videtur, vt defendatur à domino suo . Et sic eius liberi sint astricti ad homagium,vt ipsi etiam defendantur ab ipso domino,& vt res potius valeat,quā pereat. l. quoties. ff. de rebus dub. c. inter dilectos. §.cæterum. extra de fid. instrum. ¶ Addite, quòd Bald.in d.l.1. C. de patr. qui fil. distr. dicat, quòd per homagium patris filius non fit homo alicuius , tamen ne istud dictum obstet his, quæ dixi in distinctione prædicta, dicatis, quòd dictum Bal. debet intelligi, quando homagium principaliter fieret ratione bonorum,seu ratione feudi.& hoc est, quod subiicit ipse Bald.in d.l.1.dum subijcit hoc esse verum, nisi filius possideat rem,ratione cuius debetur homagium,
12 quia tunc bene tenetur illud prçstare.¶Additè † etiam, ꝙ distinctio prædicta procedit, quando quis per pactum,vel stipulationem constituit se hominem alterius: alioquin licèt pater simpliciter recognosceret se hominem alterius,talis recognitio non noceret eius filijs,nisi similem faceret recognitionem. & ita vult Bal.& omnes sequuntur in l. transactione matris. C. de transact. Istud est clarum.quod simplici oblatione , & voluntate qs non pōt se facere hominem alterius. Ista sunt verba
13 Bald.in l. liberos. C. de liber.caus. ¶Quęro † secundò, nunquid persona ecclesiastica possit se facere hominem alterius. Concludite quòd non , nisi fortè se faceret ratione alicuius feudi:quo casu submittitur illa persona ecclesiastica iurisdictioni domini temporalis,à quo recipit infeudationē. c.ex transmissa. & c.verū extra de for.compet.¶Non obstat,quòd dicatur, quòd imò Princeps sæcularis videtur habere intentionem suam fundatam de iure communi in rebus temporalibus ab ecclesia possessis , & hi , qui hanc opinionem tenent , adducunt textum in c. veniens. in princip. extra de accusat. vbi text. dicit, quòd ille Episcopus inculpabitur ; eò quia contra priuilegia suæ ecclesiæ præstiterit homagium , & fidelitatem Duci Boemię.ergo innuit illa litera,quòd cessantibus priuilegijs ille Episcopus tenebatur præstare homagium,& fidelitatem alij Duci.Sed D.Panormit. ibi intelligit illum textum procedere, quando aliqua bona temporalia fuissent concessa in feudum per illum Ducem,seu antecessores illi ecclesiæ:alioquin si simpliciter ipsa bona temporalia fuissent concessa ipsi ecclesiæ,non posset Princeps sæcularis pro talibus bonis exigere fidelitatem , seu homagium à prælato illius ecclesiæ,per not. in c.solitæ. extr. de maior. & obedien. & in
14 c. nimis.ext. de iureiur. ¶Quod dixi supra ,† prælatum ecclesię pro bonis feudalibus subijci iurisdictioni domini temporalis , intelligatis procedere in pertinentibus ad naturam feudi,& quando ageretur merè ciuiliter ad amissionem feudi:cæterùm si ageretur criminaliter de crimine, vel etiam ciuiliter de ipso crimine ad effectum amissionis feudi: tunc cognitio non spectaret ad dominum temporalem, sed ad Superiorem ecclesiasticum illius prælati , & lata sententia condemnatoria contra ipsum prȩlatum sub ipso crimine digno priuatione feudi : tunc dominus temporalis poterit auferre feudum. ipsi prælato. Ita not. vult D. Panormit. ex mente Innoc. in loco præallegato.in c.verum.circa 7.vel 8.col.in ver.
15 quæro quam intentionem &c.¶Tertiò † quæro , qualiter præstetur homagium,Dicite,quòd in hoc non potest dari certa regula, quia talis præstatio homagij variatur secundùm varias consuetudines : quandoque enim præstatur genibus flexis : quandoque capite eleuato: quandoque manibus iunctis intra manus domini : quandoque deposito corrigio. In hoc ergo attendatis , ad quod antiquitus seruari consueuit, & hoc vult Petr. Iacob. in titu. distinctionis feudorum . ¶ Optimè facit quod vult Specu.in tit.de feud.in §.quoniam super homagijs in vlt.col.versic.porrò in Regno Franciæ,vbi dicit , quòd Serenissimus Rex Francorum nobiles , quos inuestit de bonis feudalibus , recipit ad osculum pacis. Ignobiles autem etiam si inuestiantur de feudo, non recipit eo modo.& Dom.Mart.de Fano. in suo tractatu de homagijs, consuluit, quòd in præstatione homagij reseruatur aliqua causa,puta,dicendo ego præsto tibi homagium , eò quia mihi concessisti talia bona , &

quia promisisti defendere me, & liberos meos, & bo-
na contra omnem hominem. Vel in emendam alicu-
ius iniuræ dicendo hoc modo. Quia dicitur, quòd
ego occidi patrem tuum, & in emendationem talis
iniuriæ facio tibi homagium. Vel inseram aliquam aliã
iustam causam,& hoc idem laudat Spe.in d.§. qm̃. vers.
16 quartò quæritur.ad finem illius §.¶Quartò quæro,†qua
liter probetur homagium.Cõcludendum est, ꝙ aut agi
tur de facto recenti : & tunc faciliter poterit probari ꝑ
testes,vel instrumẽta. Aut agitur de facto antiquo,puta,
quia dicitur,ꝙ auus,vel proauus Titij fecit homagiũ ta
li domino,vel seruiuit,vt homo per tantùm tempus, ex
quo prætenditur deberi homagium : & tunc si apparet
instrumentum de inuestitura,& infeudatione,aut homa
gio,tunc ista erit legitima probatio. Dicit.n.non temere
Iaco.in ti.distinctionis feu. nona distinctione, ꝙ formæ,
& qualitas homagiorum, & antiquorum instrumentorũ
in hac materia multũ debẽt attẽdi, per l.in fina.ff.si.reg.
& per no.in c.cum causam.ext.de prob. & per Spe.in d.
vers.porrò in Regno Franciæ,& per Io.Ray.in d.c.impe
rialem.in §.fi.in fi.de proh.ali.feu. per Fed. ¶Et ex hoc
17 infertur,†ꝙ si res illa, pro qua apparet fuisse præstitum
homaginm,peruenerit ad Titiũ, Titius ipse tenebitur p̃
stare homagium;quia res transit cum suo onere.l. 2.C.si
ne cens.vel reliq.l.traditio.§.1.ff.de acq.rer. dom.l. via
constitui.§.si fundus.ff.de seru.rust.præd. Si verò in isto
facto antiquo nõ apparet aliquod instrumentum de ho
magio,sed bene apparet instrumentum simplicis reco-
gnitionis,tunc illa probatio dicitur fieri per indirectũ:
quia non apparet de infeudatione, seu inuestitura pri-
ma.c.sciendum.in fi.in ti.de feu.cog.& tunc per tale in-
strumentum simplicis recognitionis bene fit ꝓbatio in-
ter laicos,sed inter clericos non:quia pręsumeretur cle
ricum subiecisse rem ecclesiasticam domino temporali,
quod est prohibitum.tex.est aureus in c.2.ex.de reb.ec
cle.non alic.lib.6.Si autem de huiusmodi homagio an-
tiquo non appareat aliquod instrumentum,& testes defi
ciunt,sed allegatur consuetudo,seu vsus cum lapsu tem
poris,puta, allegatur, ꝙ talis res ab antiquo consueuit
teneri sub homagio talis domini. Vel ꝙ tales,puta Pe-
trus,& sui descendentes ab antiquo reputati fuerũt sem
per homines talis domini:tunc est aduertendum, ꝙ aut
allegatur tempus,cuius initij memoria non extat in con
trarium,& tunc facta probatione de tanto tempore, erit
sufficienter probatum homagium:quia tempus tale,cu-
ius initij memoria non esset,&c.habet vim tituli, seu pri
uilegij.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æst.
& c.super quibusdã.§.præterea.ext.de verb.sig. & dicit
eleganter Bar.de Sal.in l.2.C.de seru.& aqua,ꝙ vbi ha-
bemus tempus,cuius initij memoria, &c.non est curan-
dum de bona,aut mala fide.¶Addo, ꝙ licèt in materia
18 †pręscriptionis quandoq; non oporteat probare bonam
fidem,quia aliquando præsumitur propter titulũ.l. pen.
C.de euic.habetur in l.super longi.C.de præscrip.longi
temp.tamẽ oportet eam allegare.Ita dicit̃ in c.1.§. si qs
per 30.in tit.si de feu.defun.fue.cont.not.per Cano. in
c.fi.ext.de præscr.hoc tamen limitatur, nisi ageretur de
præscriptione temporis,cuius initij,&c.quia tunc nõ est
necesse allegare bonam fidem.Ita dicit singulariter Bal.
in c.si diligenti.in fine comm.ext.de præscr. ¶Quomo-
do autem,& qualiter debeant testes deponere, quando
producuntur ad probandum tempus,cuius initij memo
ria,&c.habetis pulchrum tex.cum sua gl. in l. si arbiter.
ff.de prob.& gl.ordinariam perpetuò notandam in c.1.
ext.de præscr.lib.6.& Bar.in l.2.§.idem Labeo.ff. de a-
qua plu.arc.Aut allegatur solùm tempus 30.aut 40.an-
norum,ꝙ talis tanquam homo meus præstitit mihi ser-
uitia,& tũc facta probatione de tanto tempore videtur
probatum esse sufficienter homagium.l.cum satis.§.cũ
autem.C.de agr.& cens.lib.11.& l.eum qui.C.de fund.
rei priu.& l.iubemus.C.de fundo reip.eo.lib.facit l.om
nes.& l.sicut.C.de p̃scr.30.vel 40.ann.habetur ꝑ Spe.in
ti.de feu.in §.quoniam super homagijs.vers.tertiò quæ
ritur.Nam in tanto tempore acquiritur ius vasalliticum
c.1.§.si quis per triginta.& ibi not.Bal.& omnes in tit.si
19 de feu.defun.fue.conten.¶Estote†tamen cauti in practi
ca,quia non sufficeret articulare,vel probare.quòd talis
per 30.vel 40.annos præstitit mihi seruitia,sed oportet
articulare,& probare,quòd illa seruitia mihi pręstitit tã
quam homo meus ratione homagij, vel ratione feudi.
Alioquin non esset concludens probatio : qa potuisset
mihi præstare tanquam amicus meus. Facit optimè qđ
not.Inn.in c.cum ecclesia Sutrina.ext.de caus. poss.& ꝓ
prie.Aut allegatur minus tempus, puta 20.vel 30.ann.
vnde dubitatur,an probato tanto tempore,dicatur suffi
cienter probatum homagium.In hoc reperio varias opi
niones.nam gl.in c.cum de in rem verso.in gl.magna,in
fine sub dubio tamen fortè.ff.de vsu.dicit,quòd istud tẽ
pus decem annorum sufficit,dummodo allegemus titu
lum homagij.Et ad probandum ipsum homagium,indu
cimus tempus decem annorum. Nam probato tanto tẽ-
pore,præsumitur titulus allegatus per illam l. cum de
in rem verso.¶Sed gl.tenuit contrarium in l.2.C.de in-
gen.man.& Cy.de Pist.in l.si certis annis.in 10.q. C. de
pac.dicit,quòd ista gl.vltima est verior.Bar.autem in d.
l.cum de in rem verso.in vlt.q.tenet gl.ibi, ꝙ sufficiat tẽ
pus decem annorum,per l.solent.in fin.ff. de off. cons.&
& leg.Pro hac sententia adduco vobis nota. per Bald.&
Ang.in l.qui in aliena.§.sed non adierit.ff.de acq.hære.
vbi dicunt,quòd ij,qui tenuerunt rem, tanquam emphi
teoticam per spacium decem annorum, præsumuntur
habere titulum emphiteoticum. Eodem modo si quis
spatio decem annorum possederit aliquod beneficiũ pa
cificè,præsumitur,quòd fuerit legitimè institutus in eo.
Ad idem faciunt not.per Bar.in l.litibus.C. de agric.&
cens.lib.11.Addite no.per Bal.in l.1.circa 3.aut 4.col.
in vers.pone ego tanquam vasallus. C. de fideicomm.
20 ¶Aduertite†tamen,quòd non sufficeret probare,quòd
talis p̃stitit seruitia mihi ꝑ decem annos,vel 20.qa opor
teret probare, quòd ea mihi præstitit tanquam homo
meus ratione homagij. Et consulendo tenerem contra
opinionem Bar.attento, quòd gloss.in l.cum de in rem
verso.idem tenet:nam si per decem annos mihi præsti-
tit seruitia tanquàm homo meus,ego constituor in qua-
si possessione illius homagij,& illa præsumptio fundat
intentionem mei agentis,nisi reus conuentus probet se
liberum hominem.l.circa.ff.de probat.l.moneor.C.de
seru. export. facit quod habetur, in c.querelam.ext.de
21 elect.¶Item probatur†homagium per professionẽ, seu
confessionem illius,qui quasi professus,seu cõfessus fuit
se esse hominem meum. Nam huic confessioni stabitur
in præiudicium ipsius confitentis.l.cum pretium.C. de
libe. caus. cum text. notabili in l. id quod. ff de consti.
pecun.& est de mente Bald. in addi.ad Specu. in titu.de
feud. in vlt. colum. Sed tamen tali confessioni non sta-
bitur in præiudicium tertij. Adhuc videatis omnino
Bald.in l.secunda.C.oper.liber.& notat. per Specul. in
titu.de iurisdictio.omn.iudic. in penul. colum. in versi-
22 cu.illud etiam not.¶Et si dicatur, † quomodo quis po-
test se facere hominem alterius, cum sit species serui-
tutis præstare homagium alteri, quod non videtur de
iure permissum. cap. fina. ext. de seru. non ordina. ad
hoc respondetur; quòd homines nostri non propter
ea amittunt libertatem, licèt aliquali subiectione te-
neantur domino. Ita dicit Specul. in titul. de feud. §.
quoniam super homagijs, versicu. primò autem. Cir-
ca præmissa addite Bart.in l.talem. §. fina. ff. de hæred.
instituen. vbi dicit, quòd licèt vasallos, & subditos
nostros

nostros appellemus, homines tamen liberi sunt. Addite Bal.in addit.ad Spec.in 1.colum.vbi dicit,quòd homagium est quædam species seruitutis,sed minor, bene facit quod not.glo.in l.si cuius.in princ.ff.de vsufru. Addatis eundē Bal.in l.1.C.de hæred.decur.lib.10.vbi dicit,quòd homines nostri nihilominus sunt ingenui, allegat glo.Institu.de iure person.quæ incipit, sed quid de
23 statu lib. ¶Item probatur† homagium ratione originis paternæ.l.cum scimus.§.illud.& l.ne diutius.C.de agri. & censi.lib.11.& l.fin.C.de murileg.eod.lib. nam si pater præstitit homagium domino, vt sibi prouideret de defensore,qui defenderet eum in liberis, & in persona, idem voluit prospicere filijs.l.si pactum.ff.de proba. & l.si hæredi.§.nos autem.& l.auus.ff.de pact.de quo plenè per Spec.in d.§.quoniam super homagijs. vers.tertiò quæritur. ¶Item probatur(secundùm quosdam) homagium ratione matrimonij: nā vxor hominis mei, secundùm eos,appellatur fœmina mea,seu mea homenga:qa vxor sequitur conditionem viri.l.fœminæ.ff.de senat.& l.mulieres.C.de dignita.lib.11.& l.fin. §.idem rescripserunt.ff.ad municip.Sed vos tenebitis contrarium: quia mulier non sequitur infortunium viri.Et per hanc rationem,& multas aliàs ita determinat Spe. in d.§.quoniam super homagijs.versi.vigesimò quæro. de feud. ¶Item homagiū probatur successione, nam si aliquis præstitit mihi homagium ratione certorum bonorum,& illa bona vadant ad successorem hominis mei, transibit cum onere suo,scilicet homagij. l.2. C. sine cens. vel reli. & ita determinat Spec.in d.§.quoniam.versi.vigesimò tertiò. ¶Item probatur homagium ratione hæreditatis: nā si aliquis adeat hæreditatem hominis mei, per talem aditionem efficietur homo meus,etiam ante apprehensam possessionem rerum hæreditariarum.l.3.§.fin. ff.ex quib.cau.in possess.cat.& l.1.& 2.C.de actio. hæred. & ita determinat Specu. in d.§. quoniam . versi. vigesimò tertiò. ¶Quid autem dicemus de filio exhæredato, vel qui restituit hæreditatē paternā?Dicā vobis inf. ¶Iuxta
24 prædicta quæro,† cui incūbat onus probandi,an domino dicenti talem esse hominem suum, an verò ipsi homini prætendenti libertatem, seu alleganti se liberum? Concludite,quòd si dominus est in possessione, seu in quasi talis iuris vasallatici, vel homagij: tunc alteri alleganti se liberum hominem,incumbit onus probandi. l.circa.ff.de probatio.Si verò ille est in possessione, seu quasi libertatis,retorquet onus probandi in dominum, dummodo talis possessio, seu quasi libertas sit absque dolo.tex.est notabilis in l.eam quæ.C.de liber. cau. vbi Bal. colligit,quòd quasi possessio in iuribus incorporalibus tunc prodest,quando est cum bona fide. ad præmissa videte tex.& Bart.in l.3.§.si seruus.ff.de acquiren. possess. & Cin.de Pisto.in l.2. C.vbi causa stat. vbi notabiliter loquitur.De ista materia habetur per Innocen. in c.2.extra de seru.non ord.& per Ioan. Fab. in §. pen. Institu.de iure persona. Distinctionem prædictam facit Ioan.Rayn.in compendio feudorum . in c.imperialem. in §.fina.in penult.char.in fi.de prohib. alien. feud. per
25 Fede.in lib.feudo. ¶Vnum notetis,† quòd licèt homo meus apprehendatur per alium , & inuitus ab illo detineatur , & tamen in animo suo gerit se esse subditum meum,& ita se appellet,non perdo meam possessionem incorporalem.Ita dicit eleganter Bal.in l.1.in 3.colum. aliàs in 5.in versi.plus etiam dico . C.de ser. fugit. allegat.l.si rem mobilem.§.fin.ff.de acquiren.possess.vbi dicit hoc probari ad literam,allegat etiam l.in arboribus §.fina.ff.de vsufruc. vbi dicit, quòd si prædo possideat seruum, in quo habeo vsumfructum, & ipse seruus gerat se pro seruo ad me vsufructuariū spectante, quòd non perdo quasi possessionem vsusfructus,& opin.Bal. sequutus est Pau.de Cast.in l.3.§.fin.aliàs est in §. si seruus.ff.de acquiren.possess. ponderetis verba Bald, quia dicit, quòd non perdo possessionem incorporalem ratione iurisdictionis,& subiectionis,quam habeo in homine meo, sed possessionem corporalem ipsius hominis mei bene perdo,eo ipso, quòd est apprehensus per alium,& inuitus detinetur ab eodem. l.1. §.per seruum qui in fuga.ff.de acquiren. posses. Et istam opinionem tenendo,respondebitis ad l.si rem mobilem.§.fin.quòd ibi in nulla parte fit mentio, quòd ille fuisset apprehen-
26 sus per alium. ¶† Sextò principaliter quæro, ad quid mihi teneatur homo meus. Concludite,quòd ad multa.In primis tenetur mihi exhibere reuerentiam exemplo liberti erga patronum.l.liberto. ff. de obseq. à lib. pat.præst.nota.in l.si non sortem.§.libertus . ff. de condic.indeb. Secundò dicunt, quòd non potest me vocare in ius,nisi petita venia.l.venia.ff.de in ius voc. ¶Sed vos determinabitis contrarium.In primis, quia nos habemus,quòd vasallus potest vocare dominum suum in ius,etiam venia non petita. Ista est glo. valde notab.in versi.salua reuerentia.in titu.de milit. vasal. qui contu. est.in lib.feudo.Et illam glo.secuti fuerunt ibi Iaco.de Beluis.Nico.de Neapo.Bal.& Iac.Alua. Mouentur,quia vasallus non est de personis enumeratis in edicto prætoris , vt patet ex nota. in §. pœnalis. Institu.de actio.& l.generaliter.ff.de in ius vocan. ¶Secundò mouentur, quia non reperitur iure cautum , quòd subditus teneatur petere veniam, ergo dicere nō debemus.l.illam.C. de collat.Addite,quòd Spec.in titu.de feu. §. quoniam super homagijs.versi.decimoseptimò . tenet expressè,ꝙ homo,seu subditus non possit dominum suum vocare in ius sine venia,& dicit Bal.in l.à bene à Zenone. C. de quadr.præscrip.in aliquibus lecturis,quòd quis non potest mouere quæstionem Principi suo , nisi prius venia petita.Et dicit hoc alibi non reperiri,& esse mēti tenendum.In hac veritate ego sæpe consului,ꝙ homo,& subditus potest facere vocari dominum suum in ius, venia non petita : in Principe ergo seruarem dictum Bal.in d. l.bene à Zenone.& idem dicerē in fisco. & ideo qn̄ vultis mouere quæstionē contra fiscum Principis,vel Principē vestrū , consulo ante omnia, petatis veniam, & in iudicio , qn̄ cōtenditis contra similes personas,debetis scire vti verbis honestis. Tertiò non potest homo meus, & subditus intentare actionem famosam contra dn̄m suum,sed debet petitionē suam verbis temperare.l.non debet.ff.de dol.& l.honori.& l.parens.§.fi. ff. de obseq. à lib.præst.& idem est in vasallo,secundùm Bal.in c.imperialem.in titu.de prohib.alien.feud.per Fede. ¶ Sed
27 quæro , † in practica qualiter ergo homo , vel vasallus contra dominum concipiet libellum in actione de dolo,vel in actione furti,quia istę actiones infamant. l.1.ff. de his qui nota. infam. Respondeo vobis , quòd debet aduertere ad medium concludendi, & illud fundare super bona fide , dicendo hoc modo : quia bonæ fidei non congruit,nec bona fides patitur, quòd talis dominus meus locupletetur cum iactura mea,ideo peto eum condemnari,&c. Ita dicit eleganter Bart.in l.infamem. in princ.2.colum.in versi.his expeditis.ff.de publ.iudi. & sequitur Ange.de Aret.Instit.de actio.in 1. seu 2.col.
28 ¶Quartò,†non potest homo , & subditus accusare de crimine dominum suum,nisi istis casibus,argumen.l.qui cum maior.§.si libertus.ff.de bon.liber. & dicit eleganter Bal.in c.licèt causam. in 4. col. in verbo,honore,extra de proba.quòd pro huiusmodi honorantijs competit possessorium remedium: quia habēt in se vtilitatem, & sapiunt obedientiam:pro alijs verò honorantijs, quæ ex solis moribus tantùm cōpetunt, non datur remediū possessoriū , sed imploratur iudicis officium, allegat notata in l.si duo patroni.in princ.ff.de iureiuran. ¶Quin-
29 tò,homo,†& subditus(secundùm opinio.quorūdam)tenetur

netur alimentarẽ dominum ſuum indigentem. Sed vi-
deamus,an iſta opinio ſit vera.Ego in vaſallo,an tenea-
tur alere dominum indigentem,reperio varias opinio-
nes.Nam Spe.in ti.qui fil.ſint leg.in §.1.ver. ſed nunq̃d
dominus.mouet dubium,ſed clarè nõ determinat. Bar.
in l.alimenta.ff.de lib.agn.etiam clarè non decidit, ma-
gis tamen videtur inclinare,quòd vaſallus teneatur, &
hoc expreſsè firmat ipſe Bar.in ſuo tractatu alimentorũ
in fine.Et pro iſta opinione videtur facere tex.in c.1. §.
licèt.in tit.ſi de feu.defun.fue.con.in vſib.feud.vbi tex.
dicit,quòd vaſallus tenetur iuuare dominum, quando
videtur ipſi domino magnum periculum imminere, er-
go videtur,quòd ſibi indigẽti teneatur ſubuenire, aliàs
eſſet necare.l.necare.ff.de lib.agn. Ad idem facit tex.in
c.de no.feud. Iac.de Ardi. Veron. in ſua ſumma feudo
rum.in ti.quib.mod.feud.amit.ſub rubricella,an vaſal-
lus dominum egentem teneatur alimẽtare. determinat
expreſsè vaſallum non teneri. Et in hanc partem vide-
tur inclinare Ioan.And.in add.ad Spec. in ti.præallega
to,qui fil. ſint legit.in illo verſ. ſed nunquid dominus,
vbi refert dictam opinionem Iaco.de Ardiz. Bal. in l.1.
§.ſed ſcimus.C.de lat.liber.toll.dicit,quòd vaſallus te-
netur ſubuenire domino indigenti de redditibus feu-
di,non autem de redditibus bonorum ſuorum non feu
dalium.Bartol.de Sal.in l.ſolo.C.de lib. cauſ.tenet va-
ſallum non teneri ſubuenire domino indigenti: quia nõ
reperitur iure cautum.Iac.Alua.in c.1.§ licèt.tenet ean-
dem ſententiam.Vnde concluderem in puncto quæſtio
nis formatæ,hominem,& ſubditum non teneri ſubueni-
re domino ſuo indigenti: quia quamuis teneat aliqua
bona in emphyteoſim à domino ſuo,non eſt tamen ve-
riſimile,quòd voluerit ſe obligare ad alimenta,per ea,
quæ notantur in l.condemnatione.ff. de re iud. & in c.
fina.ext.de dolo.& in l.fina.C.de reuoc. donat. Et pro
hac ſententia,quam puto veram,allego optimum text.
in l.ius alimentorum.in §.fi.ff.vbi pup.educ.deb vbi Iu
riſconſultus dicit,quòd amicus non tenetur alimentare
amicum indigentem, imò dicit text. quòd tutor pupil-
lum ſuum indigentem non tenetur alimentare de ſuo
proprio,ideo conſilium eſt,ſecundùm Andr. de Iſer. in
d.§.licèt,quòd dominus in pactis initis cũ homine ſuo
exprimat,quòd ipſe homo teneatur ipſum dominum a-
30 limentare,ſi peruenerit ad inopiã.¶Sextò:homo,†& ſub
ditus tenetur iuuare dominum contra inimicos ipſius
domini.c.forma.21.q.5.& c.ego enim.ext. de iureiu.&
c.cum clerici placentini.ext.de verb.ſign. habetur in c.
1.in titu.hic finitur lex. & incipi. conſuet.regni. in vſib.
feud.Excipiuntur tamen coniuncti,quia carnem ſuam p̃
priam nemo vnquam odio habuit.Ita dicit gloſſ. in l.2.
ff.de in ius voc. vt eant, aut ſatiſd. pro qua eſt tex. ad
literam in c.neminem.aliàs incipit,non æſtimemus. 13.
q.2.Facit l.humanitatis.C.de excuſ.tutor. & ita expreſ-
sè determinat Spec.in d.§.quoniam ſuper homagijs.ver
31 ſicu.ſeptimò.¶†Septimò:homo†tenetur præſtare domi-
no ſeruitia impoſita tempore,quo dominus conceſsit ſi
bi bona:puta,q̃a promiſit vnũ par caponũ, vel certã quã
titatem grani,vel certas operas,non tamen liberaretur,
ſi traderet capones mortuos domino.Ita tenet expreſsè
Bar.quem omnes ſequuntur in l.quòd te.in fi.ff.ſi cer.pe
ta.Nam potuit dominus tempore traditionis bonorum
apponere legem.quam voluit.l.rebus.C.de rer.permu.
& l.in traditionibus.ff.de pac. & l.in tradendis. ff. com-
mun.præd.& hoc eſt,quod ſolemus dicere, quòd pacta
dant legem contractibus.l.1.§. ſi conuenerit.ff.depoſ.
¶De materia operarum dicam vobis infra. ¶Et aduer-
32 tite,†quia dominus pro ſeruitijs perſonalibus ſibi debi
tis per hominem ſuum,poteſt tempore neceſsitatis exi-
gere ſubſidium in pecunia, & conuertere illa ſeruitia
perſonalia ad pecuniam imminente neceſsitate ipſius
domini,vel mandare ipſi ſubdito ſuo,quòd ipſa ſeruitia
perſonalia præſtet alteri.Ita dicit eleganter Bal. in l. 1.
in fin.colum.C. de ope.lib.& eſt de mente eiuſdem Bal.
in c.1. in § fina.in penult.colum.in titul. de pac,iuram.
33 firm.in vſib.feud.¶Octauò:homo,†& ſubditus meus te-
netur mihi præſtare ſacramentum fidelitatis,vt ſtatim p̃
babo.Et vt bene intelligatis iſtum paſſum,debetis ſcire,
quòd nos habemus triplicem ſpeciem iuramenti fideli
tatis. ¶ Quoddam eſt enim iuramentum,quod præſtat
vaſallus domino ratione feudi,& hoc caſu vaſallus de-
bet iurare ſecundùm formam c.1.in titu. de form. fide,
& c.ſecundùm formam. in ti. de noua forma fide. ¶Se-
cunda ſpecies iuramenti eſt: quia ille, qui eſt domeſti-
cus,& familiaris domino,ſi ſtat in familia ſua,vel in con
ſilio ſuo,vel ſperat ſucceſsionem.hoc caſu debet præſta
re iuramentum fidelitatis ipſi domino, & iſtud appella-
tur iuramentum aſſecurationis.text. habetis ſingularem
in c.1.§.ſi verò domeſticus.in tit.qua.vaſal.deb.iurar.fi
del.¶Tertia ſpecies iuramenti eſt: quia aliquando præ-
ſtatur iuramentum fidelitatis reſpectu iuriſdictionis,ita
quòd omnes habitantes in territorio,& iuriſdictione a-
licuius domini,tenentur illi domino præſtare iuramen-
tum fidelitatis,quamuis nihil teneant ab eo,& ita loqui
tur tex.in c.1.in titu. præal. qual. vaſal.iur.deb.fide. Et
ideo Bald.in commento pacis Conſtantiæ.in ver.vaſal-
li noſtri:dicit,quòd aliqui iurant fidelitatẽ domino ſuo
vt vaſalli,aliqui verò iurant,vt ciues,& habitatores.Ibi-
dem dicit,quòd omnes de domo,qui habitant in iuriſdi
ctione alicuius domini, tenentur illi domino præſtare
iuramentum fidelitatis:fœminæ autem excuſantur (ſecũ
dùm eum)item pupilli,& furioſi, & an clerici excuſen-
tur,videte ibi per eum.¶Et eſt aduertendum,quòd quã
do ſubditus ratione iuriſdictionis præſtat iuramentum
fidelitatis,debet ſpecificè iurare iſta.ſcilicet vitam, mẽ-
brum,mentem, & rectum honorem domini,text. eſt ad
literam in d.c.1.in titu.proximè allegato. ¶Et verba p̃-
dicta exponuntur hoc modo, quòd ipſe ſubditus non
erit in aliquo loco,vel conſilio,vbi tractetur, quòd do-
minus perdat vitam,vel membrum, vel aliquem hono-
rem,quem habeat,ſed ex poſſe euitabit, nec in mentem
habebit exprimi ſecretũ,& eſt ſenſus, quòd ſubditus nõ
reuelabit ſecretum domini ſui in damnum, & perniciẽ
ipſius domini.Alia regula dicit,mortem,& tunc eſt ſen-
ſus, quòd ſubditus non procurabit mortem domini
ſui,nec erit in conſilio,ſeu tractatu,vbi tractetur, ꝙ do-
minus perdat vitam. Sed melior intellectus eſt, quòd
dicat mentem,& exponitur ſecretum,vt ſupra.¶Sed hic
cadit vna pulchra dubitatio,vtrùm illud,quod dicitur,
in d.c.1.in §.fi. ibi vitam,membrum, &c,ſuppleatur per
tex.in c.1. de nou.form. fidel. Andr.de Iſer.& Bal.in d.
c.1.qual.vaſ.iurar.deb.fidel.determinant,quòd ſic.Mo-
uetur And.quia ſi Imperatori tenetur iurare propriè, à
quo nihil tenet,ſecundùm formam c.tibi domino.63.di
ſtin.multò magis ſubditi ratione iuriſdictionis tenẽtur
iurare ſecundùm formam c.1.de nou.for.fidel. & ſecun
dùm formam d.c.tibi domino.¶Ego ſæpe ſuper iſto pũ
cto conſului attendendam eſſe conſuetudinem,quę po-
terit probari per pluralitatem inſtrumentorum fideli-
tatum,vt in ſimili dicit eleganter Bald.in l.prima. ff. ad
Velleian. ceſſante verò conſuetudine ego inhærerem
text.d. cap.1.in fin.in titu. qual.iur.debe.fidel. quia au-
ctor illius libelli ſine dubio voluit facere differentiam
inter iuramentum,quod præſtant vaſalli rõne feudorũ,
& iuramentũ,q̃d pręſtant ſubditi ratione iuriſdictionis
ſolius,& ſi bene conſideretis,eſt de mente gl.in d. c.1.in
tit.qua.vaſ.iur.deb.fid.hoc etiam demonſtrat diuerſitas
titulorum,& hanc ſententiam tenet Iaco. Alu. in d.c.1.
¶Vnum notetis,quòd quando dominus exigit iuramen
tum ab homnibus ſuis,nullam nouitatem debet induce
re.

re.Dicit tamen Spec. in tit.de feud. in §.qm̃ ſuper homa
gijs.circa fin.in pen.col.in verſ. & not.quòd nulla noui-
tas: quòd in homagijs nulla nouitas eſt inducēda.Ita te-
net Bal. in commento pacis Conſtātię, in ver.pactiones.
& dicit ipſe Bal.ĩ d.c.vnico ĩ tit.qual.vas.iur.debe.fide.
ꝙ noua iuramenta contra antiquam conſuetudinem ex-
torta,prę̨ſumunt̃ expreſsiua.Et ita dicit ſe reſpōdiſſe cui
dā magnifico uiro eũ cōſulenti in facto valde arduo. &
ipſe Bald.in cōmento pacis Conſtantiæ dicit, ꝙ indebi-
ta ſeruitia præſumuntur per vim, & metum à ſubditis
extorta. l. ſi per impreſsionem. C. quod met cauſ. & c.
ſanè. extr. de exceſſ. præla. Ad præmiſſa allego text.
aureum in l. cum ſatis.§. caueant. C. deagri.& cenſ.lib.
11. Et quandò ſubditi vident ſe malè tractari per do-
minum, poſſunt habere recurſum ad Superiorem per
viam querelæ.arg.l.1.§.cum patronus.ff.de offi.præfec.
urb. & arg. l.2.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris, &
ad propoſitum dicit eleganter Bald. in c.1.§. publici la
trones. in titul. de pace tenen. & eius violat. in vſib.
feud.quòd quādo dominus malè tractat ſubditos ſuos,
Superior poteſt eum admonere, vt tractet modò de-
bita: alioquin curia poterit ſibi auferre caſtrũ.quod no
tetis. Qui enim abutitur dominio, facit ſe indignum
dominari, vt dicit Bald. in c.1.in titu. qual.dom. pro-
pri. priu. & eſt optimus text. in d.l.2.ff.de his, qui ſunt
34 ſui,vel alieni iuris. ¶ Iuxta prædicta quæro,†vtrùm dñi
terrarum hominibus, & ſubditis ſuis poſsint imponere
collectas, ſeu taleas. Iſta quæſtio ſæpe contingit in pra-
ctica, ideo plenè eam vobis examinabo. Bartol. in l.
1.C. de excuſat. mun. videtur determinare, quòd non.
& hanc ſententiam tenet Bald. in l. cum multa. in fine
comm.C. de bon. quæ liber. vbi quærit, nunquid do-
mini terrarum pro ſua neceſsitate poſsint vēdere bona
hominũ,& vaſallorum ſuorum,& arguit,quòd quia cu-
ius ipſi ſunt,eiuſdē omnia ſua eſſe cognoſcant.l.2. C. in
quib. cauſ.col. vel cenſ. lib.11. In contrarium determi-
nat ipſe allegando.l. 1. ff. qui, & à quib.quæ parùm iu-
dicio meo facit, vel nihil. Subijcit, quòd non poſſunt
ipſi dñi terrarum imponere ſubditis collectas, ſeu anga
rias. Ad motiuum ſupra in contrarium factum ipſe re-
ſpōdet,quòd procedit quo ad protectionē, & defenſio-
nem,non autem quò ad exactiones talearum, quę cum
ſint de regalibus,ſoli Principi competunt.c.1.in tit.quę
ſint reg.in vſib.feud. Addit, ꝙ ita tenebat Richar. Mal.
& hoc dicit eſſe bene notandũ.Idem Bal.in l.hi quibus.
C.de fideicom. liber.dicit, ꝙ nobiles ſubditis ſuis non
poſſunt imponere taleas: quia ingenui ſunt, niſi conſue
tudine, uel ex conuentione hoc ipſis nobilibus compe
tat: Nam(ſecundùm eum) debita ſeruitia ſuis finibus de
bent eſſe contenta.allegat tex.in l.cum ſatis.§. caueant.
C.de agric.vel cenſ.lib. 11. & notatur per Archid.in c.
dilecto.ext.de offi.Archid.Spec.in tit.de feud.in §.quo
niam ſuper homagijs. verſ. & nota,quòd vaſalli Comi-
tũ,& Baronum.numerat ſex cās,in quibus debent ſubdi
ti ſeruire,& obedire dño ſuo.In primis pro exercitu Im
peratoris.Secundò pro corredo ipſius Imperatoris.Ter
tiò pro captiuitate ipſius domini.Quartò pro filia mari
tanda.Quintò pro militia ipſi dño,vel eius filio cōferē-
da,ſi opus ſit impenſa. Sextò,& vltimò pro aliqua terra
emenda,ſeu acquirenda per ipſum dñm.Sed Io.And.in
Addit.ad Spe.ſup.d.verſ.& nota,quòd vaſalli Comitũ.
dicit nonnullos Doct. tenuiſſe contra opin.Spec.in tri-
bus vltimis caſibus ſuperius enumeratis: quia non repe
ritur iure cautũ,ꝙ ſubditi ad illos tres vltimos caſus te-
neātur.& Bal.in c.1.§.ſimiliter.in tit.de Cap.corr.in lib.
feud.dicit ꝙ ſubditi nō tenentur ad onus maritagij filia
rũ dñi,niſi cōſuetudo ita ſe habeat.De hac materia habe
tur plenè ꝑ Io.Ray.in ſuo cōpendio feud.ſuꝑ c. imperia
lē.§.firmiter.ĩ pen.car.in tit.de prohi. alie.feu. per Fede.
vbi plenè diſcutit,& examinat, an ſubditi teneantur ad
illos ſex caſus ſuperius relatos.videatis ibi per eũ.Alb.
de Roſ.in l.1.circa 6. col.in verſ.Item quæro,an habens
iuriſdictionē in villa.C.de iuriſd. omn.iud. format illā
quæſtionē,& diſputat latiſsimè,& tandem videt̃ cōclu-
dere attendendā eſſe in primis conſuetudinē. per l.ven
ditor.§.ſi conſtat.ff.comm.præd. Ceſſante verò cōſuetu
dine dicit, ꝙ dñs terræ nō pōt exigere collectā à ſubdi
tis ſuis,niſi ſubſiſtente publica vtilitate,aliàs neceſsitate
publica.Ale.de Imo.ſuo cōſ.350.aliàs 35.inci.Redem
toris noſtri inuocato ſuffragio viſo themate in dubijs.
cōſulēdo in quadā cōcluſione, quę fuit inter Magnificũ
Comitē D.Azonē de Manfredis ex vna parte,& quoſdā
homines ſuos de Monteritio ex alteraex eo, quia prę-
fatus Comes Azo volebat ĩponere vnā collectā dictis
hominibus ſuis ꝓ maritādo ſororē ſuā nubilem, arguit
ipſe D. Ale.ꝙ dicti ſubditi teneātur ad onus prędictũ,ꝑ
ea,quæ habentur ꝑ Spe.in d.§.qm̃.verſ.& nota ꝙ vaſalli.
Idē Io.An. in addit.ibi refert nōnullos Doctores tenuiſ
ſe contrarium,poſtmodũ ſubijcit, ꝙ non oportet ſuper
hoc inſiſtere,attento ꝙ anteceſſores p̄fati Comitis con
ſueuerunt pro tali cauſa imponere collectam ſuis ſubdi
tis,& ĩ impoſitionibus collectarũ attendēda eſt cōſuetu
do.& vult Bar.in l.1.C.de aur.coro.lib.10.& cōſuluit in
eodē conſilio,ꝙ præfatus Comes Azo poſsit imponere
collectā,dũmō ꝓbet de cōſuetudine tanti tēporis,cuius
initij memoria nō extat in cōtrariũ: quia tale tēpus hēt
vim priuilegij,ſeu tituli.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de
aqua quot.& ęſt.& c. ſuper quibuſdam.§.præterea. ext.
de verb.ſig.habetur in l.1. in fine.ff. de aqua plu.arc. In
quæſtione prædicta ego ſæpe cōſului, ꝙ nobiles domi-
ni terrarum hominibus. & ſubditis nō poſſunt impone-
re collectas.& ita moueor:quia ipſi nobiles debent eſſe
contenti oneribus,& muneribus impoſitis tēpore cōuē
tionis bonorũ factę hominibus,nec vltra debēt eos gra
uarę.l.cũ ſatis.§.caueant.C.de agri. & cenſ. lib.11. Alle
gabam ēt notata per Bal. in commento pacis Conſtan-
tiæ,in verſ.pactiones.& notata per eundē Bal. in c.1.in
princ.in tit.qual.vaſal.iurar.deb.fidel.Et hoc niſi cōſue
tudo,vel pactũ tale ius tribuat ipſis nobilibus.& hoc eſt
quod vult expreſsè Bal.in d.l.hi,quibus.C. fideicom.li
bert.mouebar ēt:quia in homagijs nulla nouitas debet
induci, vt dixi vobis in lectura præcedēti.Addo vobis,
quòd ſuper impoſitione talearum, & taxatione,nobilis
dominus terræ non dicitur eſſe iudex, nec ſibi ius dice
re,ne ſit iudex in cauſa propria.l.1.C.ne quis in ſua cau
ſa.Ita dicit notāter Bal.in c.1.in fine cōm.in ti.de Cap.q.
cur.vēd.in vſib.feud.¶Iuxta prędicta formo vobis quę-
ſtionē,quæ fuit in practica. Quidā nobiles in aliquibus
partibus sũt priuilegiati,vt poſsĩt homines, & ſubditos
ſuos collectare in tribus caſibus.Primò qñ vadunt vltra
mare.Secundò qñ efficiũtur milites. Tertiò qñ maritāt
filias ſuas.Quidam nobilis volebat collectare ſubditos
ſuos,ſubditi ſe opponebāt dicētes domino,quid vultis
facere?nunquam fuimus collectati à vobis,nec ab ante
ceſſoribus veſtris pro ſimili caſu. ſcilicet pro maritagio
filiarum.Nobilis replicat,nō curo: quia eſt conſuetudo
in iſta materia,ꝙ nobiles collectant ſuos ſubditos in tri
bus caſibus prædictis. Dicunt ſubditi. Dñe nũquā fuiſti
vſus tali iure:vnde quærit̃,an ille nobilis poſſit eos col-
lectare.Pet.de Bellaper.& Cyn.de Piſt.in l.2.C. quæ ſit
longa conſuet.& Alber.de Roſ.in Rub.illius tit.formāt
iſtam quæſtionē,& dicunt, ꝙ aut præfati nobiles acqui-
ſierũt illud ius ex conſuetudine; & tunc ille nobilis po
terit illos collectare.Aut dicti nobiles acquiſierunt il-
lud ius collectandi ex præſcriptione:& tunc non pote-
rit ipſe nobilis eos collectare. Ratio diuerſitatis eſt: q̃a
conſuetudo ligat tam conſentientes,quàm nō cōſentiē-
tes,& tam ſcientes,quàm ignorantes:quia ad inducēdũ

consuetudinẽ, sufficit consensus populi, vel maioris partis. l. de qbus. ff. de leg. Præsciptio aũt fit solũ ex cõsensu præscribentis, & eius, contra quem præscribitur, vnde alijs non habet præiudicare. l. naturaliter. ff. de vsucap.

34 ¶ Sed pulchrum est videre, † quomodo cognoscemus, an istud ius collectandi sit acquisitum dictis nobilibus ex consuetudine, an verò ex præscriptione: quidam dicunt, ꝙ consuetudo est ius disponens, præscriptio verò est ius, quo acquiritur ius dispositum. Sed in veritate istud non euacuat quęsitum. Vnde Pet. de Bellaper. & Cyn. post eum in loco præallegato dicunt, ꝙ aut isti nobiles acquisierunt ius collectandi contra quemlibet singulariter: & tunc per pręscriptionem dicitur ius quęsitum. Aut acquisierunt non singulariter, sed communiter contra omnes: & tunc dicetur ius acquisitum per consuetudinem. Et istud apparebit, si inspiciatur, vnde consuetudo, & præscriptio causentur. Nam præscriptio causatur ex negligentia non petentis, vel nõ resistentia, & animo singulari acquirentis: & sic si consensus vnius, vel plurium interuenerit, non præiudicat alijs. l. si quis emptionis. tit. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. cõsuetudo verò ex cõsensu totius populi, vel maioris partis, vnde ligat etiam ignorantes, & non consentientes. Accipite simile. Si in ista patria inducta esset consuetudo, quòd primogenitus succederet, certè primogenitus haberet totũ: sed si esset cõsuetudo in tali vico, & in tali villa, ꝙ primogenitus succederet, hoc nõ haberet alijs p̄iudicare, ꝓ no. per gl. in l. de quibus. ff. de leg. ¶Cõcludamus ergo quæstionem prædictam, quòd aut dictus nobilis allegat ius vniuersale: & tunc obtinebit, si illud est verũ; quia est ius acquisitum ex consuetudine. Aut allegat ius singulare, puta, ꝙ ille, & ille fuit collectatus pro maritagio filiarum: & tunc etiam si alij non contradicerent, nõ pręiudicabit alijs quouis modo: quia nobilis allegat ius acquisitũ ex p̄scriptione; quo casu succedit regula, quatenus præscriptũ, quatenus possessũ, & non vltra. prædicta sunt de mente p̄fa. Doc. maximè Alb. in d. Rub. quã valde bene commentauit. Et istam quæstionem vidi inter spectabiles dominos Strambini ex vna parte. & eorum homines eiusdem loci ex altera.

35 ¶ Nunc quæro, † nunqd Principes à subditis suis possent exigere collectas, seu taleas. Bal. in l. neminem. C. de sac. sanc. eccles. dicit, quòd Principes debent se primò præmunire de eorum marsupio, & si eorum marsupium non sufficiat, possunt subditis imponere collectam. Idem Bal. in c. conquerente. ad finem col. ext. de offi. ord. dicit, quòd Reges debẽt sibi ipsis primò imponere subsidium, & si eorũ bursa nõ sufficiat, possunt à subditis suis exigere charitatiuũ subsidium, allegat optimũ tex. in arg. in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de lega. 1. Idem Bal. in l. hoc iure. ad fin. col. ff. de iust. & iur. quærit, de tali quæstione, vtrùm Principes, si subditis suis imponunt collectam, ex tali impositione oriatur naturalis obligatio. Cõcludit, ꝙ si talis collecta imponitur ob publicam necessitatem; tunc bene oritur naturalis obligatio: secus si sit imposita ex effrenata voluntate Principis. Subijcit, quòd olim rustici non soluebant Imperatori, nisi modicum æs. i. 26. denarios pro quolibet capite, seu fumante: quia Imperator non indigebat de pluri. allegat pulchrã gl. ĩ l. ager. §. 1. ff. de verb. obl. subijcit hæc verba formalia, hodie verò (proh dolor) exigunt, & extorquent vsque ad sanguinem, & pellem subditorum excoriant, & vix eis dimittunt precarium spiritum. Alb. de Ros. in l. de quibus in pen. car. ff. de leg. dicit, ꝙ Princeps nedũ à vasallis tenentibus feudum, sed ẽt ab illis subditis suis potest exigere charitatiuũ subsidiũ pro defensione suæ patriæ Ang. suo cons. 2. & 4. incip. Inter ordinamenta, dicit, ꝙ cõitas Florentiæ propter necessitates publicas ipsius cõitatis, potest à ciuibus suis (ẽt inuitis) exigere præstãtias. Nam licèt regulariter quis mutuare, seu præstare nõ cogatur. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. & l. sicut. C. de actio. & obligatio. tamen ob publicam necessitatem potest cogere ciues ad mutuandum, seu præstandum: quia ob necessitatem possunt compelli vendere de eorum bonis iusto pretio. l. venditor. §. si constat. ff. comm. præd. & l. si pendẽtes. §. si quid cloaquarij. ff. de vsufru. not. in l. 1. C. de episc. aud. & per Can. in c. 1. ext. de empt. & vendit. Et quòd Princeps tempore necessitatis possit inducere collectam. facit quod notat Ang. in l. Diuus. C. de petit. hæred. vbi dicit, quòd necessitas facit actum probabilem, & quòd multa permittuntur ratione necessitatis, quæ aliàs nõ permitterentur. l. 2. ff. ad l. Rod. de iact. Cessante verò publica necessitate, puto, quòd sicut Episcopus non potest clericis suis, seu toti clero imponere charitatiuum subsidium sine consensu capituli, & ipsius cleri. c. cum apostolus. ex. de cens. habetur in c. conquerente. superius allega. Ita Princeps cessante publica necessitate, non debet à subditis inuitis extorquere charitatiuũ subsidium.

36 ¶ Sed hic cadit † alia dubitatio, vtrùm Princeps hominibus vasallorum suorum possit imponere collectam. Ioan. Blan. de Mars. in sua summa. in tit. quib. mod. feud. amit. in 7. car. determinat quòd non: quia homo hominis mei, non est homo meus, vt plenè notatur in c. imperialem. §. firmiter. & §. illud. in tit. de prohib. alien. feud. per Fede. ¶ Sed ego in quæstione facti in publica disputatione defensaui hoc debere limitari, nisi ageretur de necessaria defensione patriæ ipsius Pricipis, puta, quia ipse Princeps fuit inuasus, & timor est subitaneus, & improuisus. Nam hoc casu nedum vasalli, sed ẽt cæteri subditi, qui non sunt vasalli, imò etiã clerici apti ad custodiam, & pugnam, hoc casu tenentur p̄stare subsidium. c. peruenit. ext. de immun. eccles. c. omni tempore & c. si nulla. 23. q. 8. Sed si talis timor non subesset, licèt vasalli teneantur iuuare Principem, tamen alij subditi non tenentur accedere ad bellum, si dñs sufficiat per se de suis redditibus: nã ipsi honorant dñm in gabellis, & alijs præstationibus, vt ipse dñs eos adiuuet, & defenset. Sed si dñs ꝑ se nõ sufficeret de bursa sua, omnes tenẽtur adiuuare ipsum dñm. d. c. omni tempore. & c. si nulla. Ista sunt verba do. Pan. in c. sicut nostris. in fine col. ext. de iureiur. & est de mente Alber. de Ros. in l. de quibus in pen. car. ff. de leg. & hoc est, quod vult Io. Ray. in pręallegato c. imperialem. in §. firmiter. in pen. car. vbi dicit quòd dominus pro defensione suæ patriæ potest subditis suis imponere quæstam, seu taleam. ¶Et ad id, qđ dixi supra, Principem non posse imponere taleam, seu collectam hominibus vasallorum suorum, nisi imminẽte periculo perditionis patriæ, videte And. de Iser. & Iac. Alu. in c. 1. in tit. quæ sint reg. in vsib. feud. vbi dicit, quòd licèt Imperator subditis suis possit imponere superindictum, subsistente publica necessitate. l. 1. C. de superind. lib. 10. tamen subditi dominis suis tenent præstare indictum. In simili causa certè Imperator à subditis illorum dominorum nõ poterit exigere superindictum, ne ipsi homines duplici onere grauentur. l. grauis honesti. §. cum autem. ff. ad leg. Rhod. de iact. & l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2.

37 ¶ Sed pone, † Dominus est in possessione, vel quasi faciendi quæstam, seu taleam imponendi, & exigendi ab hominibus, & subditis suis, homines verò dicunt ipsum dominum non habere ius ita faciendi, & ipsum dominum retroactis temporibus indebitè, & iniustè exigisse pręditas taleas, & se in futurum ad prædicta non teneri. Dominus verò replicat se fuisse in possessione pręditca faciẽdi, & exigendi; vtrùm ipse dominus poterit facere pręditca (non obstante contradictione hominũ suorũ.) Quia ista quæstio sæpe contingit in practica, arguam ad partes. Videtur ergo dicendum dñm prædicta facere posse: quia talia annua solita sunt

sunt præstari.non improba ratione præstāda sunt.c.seruitium. 18.q.vlt.nam solutio census,est probatio subiectionis.c.omnis anima.ext.de cens.Pro hac parte facit: quia ex quo longo tēpore dñs consueuit imponere collectas,& exigere ab hominibus suis,videtur inducta cōsuetudo.l.1.C.quæ sit longa consuet. & l. de quibus. ff. de leg.Tertiò pro hac parte facit,quia ex quo dominus est in possessione, seu quasi,taleas, & collectas imponendi,& exigendi,videtur facere, vt in sua possessione se quasi tueri,& defendi possit.l.litibus.C.de agrico. & censi.lib.11. Ad idem facit.l.vsum. C.de aquæduct.& l.1.¶In contrarium facit,quia omnis res,omnisque persona præsumitur libera,nisi doceatur de seruitute. l.altius.C.de ser.& aqua l.fin.ff.de serui.tit.generali. Bald. in c.1.in §.inter filiam.in titu.si de feud.defunc.fue.conten.in lib.feudo.idem Bal.in c.cæterum ad finem. extra de iudi.Idem Bal.in Authen.sicut. C.de sacrosan.eccle. ¶Secundò pro hac sententia facit, quòd licèt patronus sit in possessione,seu quasi iuris patronatus erga libertum,tamen si prætendat sibi operas deberi per libertū, debet hoc probare, nec releuabit dicta possessio, seu quasi iuris patronatus.l.quoties. ff.de probat. nam possessio,seu quasi,non debent releuare dominum, quin teneatur probare causam, quare dictæ collectæ sibi debentur.Tertiò pro hac opinione facit:quia tempus non est modus tollendi, seu inducendi obligationem.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio. & obliga. ergo non debet sufficere domino, quòd per aliqua tempora imposuerint, & exegerint collectas à subditis.¶Quid dicemus in quæstione prędicta?Magister Ray.de pœna fort. in summa sua dicit, quòd si dominus, & prædecessores soliti sunt talia exigere,& scitur,creditur,vel probabiliter præsumitur,quòd ex iusta causa fuit in tali possessione,seu quasi: tunc poterit in futurum imponere, & exigere tales collectas,iuxta.d.c.seruitium.18.q.6.& c.contra moram.100.distin.& c.peruenit. extra de censi.& l. de vsu.ff.de var.& extraordi.cognit. D.Obertus de Bonacursio dicebat homines esse compellendos officio iudicis,& condictione ex more,seu ex lege.l.litibus. & l.si collo.C.de agric.& censi.lib.11.Pileus in hac materia sic distinguebat, quòd aut dominus agit contra homines suos iudicio possessorio: quia fuit spoliatus ab hominibus suis sua possessione,vel quasi imponendi,& exigendi collectas.Vel ipsi homines turbant dominum in sua possessione,vel quasi imponendi,& exigendi prædicta: & tunc dominus obtinebit probando possessionem,seu quasi. est optimus tex. ad hoc in c. querelam. extra de elect. Si ergo dominus fuit spoliatus sua possessione,seu quasi,reintegrabitur,& restituetur in pristinum statum,vt habetur in d.c.querelam. & nota. in l. si certis annis.C.de pact. Si verò dominus agat actione personali,& iudicio petitorio: tunc si facit fundamentū super solo cursu temporis,succumbet in causa: quia(vt iam dixi) tempus non est modus inducendi obligationem.d.§.placet. Si verò non solùm allegat cursum temporis,sed etiam aliquem titulū, & ad probationē ipsius tituli inducat præstationem decennalem: tunc obtinebit,iuxta ea,quæ habentur in l.cum de in rem verso. ff. de vsur.& ista distinc.Dyn.mihi placet.de quæstione habetur latè per Ioan. Blanc. de Marsil. in summa sua, in præallegato tit.quib.mod.feud.amit.circa 6.char.versi. sed qd erit,si dominus erit in possessione sua,&c. ¶Sed
38 pone.†Serenissimus Rex Frācorum, seu alius Princeps, Comes,vel Baro,seu alius inferior dominus terræ, cum singulis annis consueuisset percipere ab hominibus cuiusdam loci sui centum annua: concessit immunitatem cuidam ex illis hominibus suis, qui singulis annis de illa quantitate soluebant decem, an talis immunitas, seu exemptio præiudicabit alijs,ita quòd teneātur insolidū soluere illam quantitatem de centum; an verò ipse dominus terræ tātò minus capiet à dictis hominibus suis. Guil.de Cun.& Ange.in l.si vnus.§.pactus. & Bal.in ea. l.si vnus.§.sed si generaliter.ff de pact.determinant,q talis immunitas, seu exemptio non præiudicabit cæteris de illo loco,sed solùm ipsi domino terræ,ita quòd tantò minus accipiet de illa quantitate.& Ang.in d.§.item si pactus. allegat glo. ordinariam in l.euacuatis. C. de decur.lib.10.per quam glo.ipsemet Ang.in l.inter debitorem.ff.eo.tit de pact.dicit, q si villa concedit immunitatem alicui Fabro,talis immunitas præiudicabit ipsi vasallo,non autem præiudicabit ciuitati,cui soluit tales,& est sub dicta ipsa villa. Et opinio prædicta est de mente Spe.in tit.de censi.§.nunc dicendum. ver.quid si vniuertas. Hanc eandem sententiam tenuit Bald.in l.etiam. in vlt.col.C.de execu.rei iudi.hoc idem tenet expressè D. Panor.in c.peruenit.ext.de immun.eccle. vbi plenè tractat materiam collectarum.s.quādo, & à quibus possint imponi,& an exemptio facta vni noceat alijs,& omnino videbitis eum.Addatis ad istam materiam Bar.in l.2.C. de apo. publ. lib. 10.vbi volunt in quæstione prædicta, an si quando vnus non soluit,cæteri de illo loco soluere teneantur. Pro eo distinguit hoc modo, q aut onus est personale,& tunc si fieri debeat cum labore personę tm.& tunc si vnus non subeat illud onus, reliqui tenebuntur.l.honor §.fin.ff.de mun.& hono.Aut consistit in præstatione pecuniæ: & tunc si tale onus est impositum ciuitati,& tunc quod vnus non soluit, ciuitas soluere tenetur,quia in reliquis adhuc remanet ciuitas firma. l.proponebatur.ff.de iudi. Aut onus imponitur non ciuitati, sed ciuibus:& tunc si vnus,vel duo non soluant, reliqui ipso iure non tenebuntur pro his, qui non soluunt. arg. l.legatorum.ff.de leg.2.Aut onus est reale, puta,qa solui debet tributum,& tunc id,quod vnus non soluit,reliqui soluere tenentur,sed ipsis soluentibus assignabūtur prædia illorum,qui non soluerūt.l.qui agros. C.de om. agr.deser.lib.11.D.Panor.in c.accedentes. ext.de pbyt. in q.prin.s̄.formata,distinguit hoc modo. Aut onus incumbit pluribus pro virili ex contractu, aut ex vltima voluntate,aut ex iure dispositionis, aut virtute con uetudinis. Primo casu,quando ex contractu, & tunc si vni concedatur exemptio,non præiudicabitur cæteris, sed præiudicabitur ei,qui concessit exemptionem, allegat l.1.C.si plu.vna sent.fue.condem. vos potestis allegare optimum tex.in l. vnica. C. vt nul. ex vic.pro alijs ten. lib.11. vbi tex. dicit, q exigere onera ab vno pro facto alterius,est contra naturalem æquitatem.¶Secundo casu principali,qñ ex vltima voluntate, & tunc exemptio concessa vni aggrauat alios,ita q illi aliquādo tenebuntur insolidū.tex.est in l.ab omnibus.in prin. ff de leg.1. ¶Tertio casu,qñ ex dispositione iuris,dicit Panor.q solus Imperator in temporalibus, & Papa in spiritualibus possunt concedere immunitatem,& exemptionē in præiudicium aliorum,alij verò inferiores, qui nō habent iura Imperialia, licèt possint concedere immunitatem in præiudicium ipsorum concedentium, tñ in præiudiciū aliorum,hoc facere non possunt,per not. per glo.in d.l. euacuatis,& per not.per Bar.in l.2.ff.de iure immun. Si verò virtute statuti sint obligati,puta,quia statuto cauetur,q comitatenses teneantur soluere salarium Potestati ciuitatis,tunc si vna villa eximatur ab illa obligatione, reliquæ tñ Comitatenses tenebūtur soluere integrū salariū.ad hoc allego vobis Bar.in d.l.ab oībus. in prin. quod notetis. ¶Quarto casu princ.qñ tenentur virtute consuetudinis,dicit Panor.in d.c.accedentes.contra qđ idem est,sicut si erunt obligati ex contractu,allegat not. per Io.And.ad Spec.in pręalleg.c.de cens.§.nunc dicendum.vbi dicit,quòd si virtute consuetudinis forenses,q veniunt ad habitādum in ciuitate,sit immunes ab oībus oneri-

oneribus per statutũ nouiter conditũ, nõ poterit fieri, ꝙ obligentur ad onera eis inutilia. per no. ꝑ Bar. in l. quod semel. ff. de decret. ab ordi. facien. ¶ Sed pone. Quędã ciuitas consueuit soluere annuatim domino suo certam quãtitatẽ pecuniarũ, puta centũ, & illa centũ cõsueuerũt solui per homines illius cõmunitatis domino suo per æes, & liberam: modò contingit, quòd dominus illius terræ acquirit dietini de bonis immobilibus descriptis in æstimo, pro quibus soluebatur illa pensio annua, an ipse dominus pro rebus acquisitis à suis hominibus teneatur contribuere in omnibus, vel saltem tantò minus accipere de illa pensione, quàm possent supportare de onere collectarum dicta prædia per eum acquisita. ¶ Vt melius hæc quæstio decidatur, videamus primò, vtrùm nobiles pro bonis, quæ possident, debeant subire onera patrimonialia, seu onera collectarũ, quæ imponũtur in illo loco. Videtur prima facie dicendum quòd non: quia nobilitati strenuæ à iure conceditur immunitas ab huiusmodi oneribus. l. medicos. C. de profes. & med. lib. 10. ergo pari ratione talis immunitas debet intelligi concessa nobilitati generis. l. proximos. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. ¶ Contrariam sententiam tenet Alber. de Ros. in Rub. ff. de mun. & honor. circa. 11. cart. in versicu. sed quæro, vtrùm nobilis. Mouetur primò per text. in l. & qui origine. in §. 1. versi. cęteri. & per l. rescripto. §. fin. ff. de mun. & hono. Secundò mouetur: quia tales nobiles tenentur ad onera personalia. §. pe. in Auth. de defens. ciuitat. ergo multò magis debent teneri ad onera patrimonialia: quia persona est dignior cũctis rebus. l. sancimus. C. de sacr. sanct. eccl. Tertiò pro hac sententia adducit: quia nobiles participant circa commoda, & honores ciuitatis, quia exæquati sunt nobiles plebeijs. l. 2. §. deinde cum post. ff. de orig. iur. cum ergo participent in commodis, dignum, & iustum est, quòd etiam participent in oneribus, & in commodis. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. Ad l. medicos. C. de profess. ipse respondet, ꝙ priuilegia debent esse suis limitibus contenta, licèt ergo concedatur immunitas doctoribus legentibus. d. l. medicos, non tamen sequitur, ꝙ eodem priuilegio debeant gaudere nobiles. ¶ Nũc redeo ad propositam quæstionem, in qua ego vidi consilia multorũ Doctorum famosissimorum, maximè Papiensiũ, inter quos super hoc cõcludit Clarissimus Doctor Dom. Cato Saccus, & concludebat, ꝙ dominus terræ pro prædijs per eum acquisitis debebat tantò minus recipere ab hominibus suis, quãtum poterant supportare de onere talearum dicta prædia, vel contribuere pro rata prædiorum. per no. per Ioan. And. in c. non minus. ext. de immun. ecclesi. vbi dicit, ꝙ si Dux, Marchio, vel Comes recipiat ab aliqua communitate suam certam pensionem, puta censũ annuũ, & ipse Princeps postea eximat aliquam personam de illa communitate ab onere prædicto, debebit tantò minus percipere de illa pensione, quantum soluisset illa persona exempta. Sed contra istam determinationem Ioan. And facit decisio Docto. maximè Bald. & Imo. in d. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. vbi per illam legem videtur determinare contrarium eius, quod vult Ioan. And. Et pro concordia ipse Imo. in d. l. ab omnibus. dicit, ꝙ aut agitur de præiudicio domini, qui concessit illam immunitatem, puta, quia annua pensio sibi debebatur per homines suos illius communitatis: & tunc quia immunitas debet latè interpretari contra concedentẽ. l. beneficiũ. ff. de const. Prin. & c. cum dilecti. in fi. ext. de donat. & tunc vera sit opinio Ioan. And. Aut agitur de præiudicio tertij, puta, quia illa annua pensio debebat solui pro salario Potestatis illius communitatis: & tunc licèt Princeps eximat vnam personam, tamen cæteræ debebunt soluere integrum salarium. d. l. ab omnibus. ¶ Et ex prædictis infert ipse Imo. ꝙ si Papa imponat collectam clericis pro satisfaciendo cuidam creditori, qui mutuauerat pecuniam sedi Apostolicæ incumbẽti sedi Romanæ, & reperiatur aliquis clericus exẽptus ab omnibus oneribus collectarum: cæteri nihilominus debe-
40 bunt soluere integram collectam. ¶ Et si dicas. † Ponamus, ꝙ reperiantur multi ita exempti, non ne cæteri minus grauabuntur? Ipse respondet, quòd reliqui clerici poterunt supplicare Papæ: nam priuilegium debet reuocari, quando incipit esse minus nociuum. c. suggestũ. extra de decim. De hac vltima quæstione videte plenè per Dom. Panor. in c. accedens. ext. de præscrip. Et ex theorica Io. And. superius relata, & ex doctrina Io. de Imo. in d. l. ab omnibus. concipitis decisionem quæstionis supra formatę, videlicet, quòd dominus terræ debet tantò minus percipere, quantùm possunt supportare prędia per eum acquisita: quia facto suo fuit diminutũ æstimum popularium. Vnde sicut quando concedit immunitatem vni vel duobus, tantò minus debet percipere, ita & isto casu, cum culpa sui fuit diminutum æstimum. ¶ Dicebam tamen in quæstione facti, quòd secus esset, si prædia emphiteotica, quæ tenebantur ab illo domino, cecidissent in commissum propter non solutum canonem, vel alia ratione: tunc enim dominus terræ non deberet tantò minus percipere de annua pensione: quia culpa emphyteoticorum vtile dominium fuit consolidatũ cum directo, iuxta. l. 2. C. de iur. emphi. ¶ Item qđ
41 † dixi, supra nobiles teneri contribuere in oneribus collectarum, intelligatis procedere, si ipsi nobiles possideant prædia allodialia, sed si essent, vel feudalia, vel de pertinentijs ad Castrum, puta quia essent bona Castri: tunc ipsi nobiles pro talibus bonis non tenentur contribuere cũ popularibus: quia pro ipsis bonis feudalibus & quæ sunt de pertinentijs feudi, sunt obligati domino, ad seruiendum, & non debent duplici onere grauari. argu. l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2. Et ad præmissa videatis not. in c. 1. in titu. quæ sint regalia. in vsib. feudorum. ¶ Addite ad proximè dicta, quòd aliquando nobiles domini terrarum se tuentur virtute præscriptionis, vel consuetudinis, vt non teneantur in oneribus pro rebus allodialibus. Et in hoc concludite, quòd si allegant præscriptionem, est distinguendum, quòd ipsi domini fuerũt interpellati de soluẽdo, & cõtribuendo in collectis, & omnibus, & aduersus ipsam interpellationem se opposuerunt, & contradixerunt dicendo se non teneri, si post talem condemnationem steterunt longo tempore in libertate non contribuendi: & hoc casu præscripserunt libertatem, adeo ꝙ potuerunt se tueri præscriptione, ꝑ notata in l. qđ luminibus. ff. de seru. vrb. pręd. facit quod habetur in l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. possess. Aut nunquam fuerunt interpellati de contribuendo, & tũc concludite, quòd si ipsi domini allegant titulum fortè remissionis, & liberationis, & ad probandum talem titulum adducunt prolixitatem temporis: & hoc casu præsumetur titulus liberationis per eos alleg. per not. per glo. quæ secundùm Alber. mille annis infirmauit, in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Aut ipsi domini nõ allegant aliquem titulum liberatorium, sed solùm allegant temporis ꝓlixitatem, & tunc non poterunt se defendere per præscriptionem: quia tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. Istam distinctionẽ facit Alber. de Ros. in Rub. de mun. & ho. circa. 7. car. in versi. sed pone, quòd aliquis habet homines censuales. Idem dico, si domini allegarent se tutos virtute consuetudinis, vt patria Canapici. quia de consuetudine domini terrarum non contribuunt in oneribus, neque in collectis: nam talis consuetudo posset eos defendere: quia
42 † consuetudo dat priuilegium, vt dicit Inno. in c. nouit. ext. de iud. Item magna est virtus consuetudinis, quia dat

dat iurisdictionē personæ priuatæ.l.uiros.C. de diuers. off.lib.12.&l.1.C.de emanc.lib.Item tenaciter obserua ta habet vim decreti, vt inquit Bal.in c.1.in 1.col.in tit.
43 qui feu.dar.pos. ¶An autem † domini terrarum possint cogere subditos suos, vt veniant ad faciendū custodiā in Castro nocturnam, vel diurnam. Prima facie dicendū videtur, quòd sic. quia homo, seu vasallus non debet esse in damno domino suo de munitionibus ipsius domini.c.1.in tit. de forma fidel. imò ipsas munitiones tenetur seruare.d.c.1. ¶Item subditus tenetur exaltare dominum suum: quantùm potest, non autem deprimere. gl. est singularis in c.1.in ti.qual.vasal.iur.deb. fidel. sed si dominus perderet castrum, deprimeretur eius status ergo &c. ¶ In contrarium facit: quia si homines non se obligarent ad tale onus, certè nulla nouitas est inducēda. Ita vult Spe.in ti.de feu.§.qm̄ super homagijs.in vlt. col.vers.ego talis iuro.& in vers.Item not. optimè facit tex.in l.cum satis.§.caueant.C.de agr.& cēs.lib.11. imò noua seruitia p̄sumuntur impressiua, vt dicit Bal.in c.1. in prin.col.in ti.qual.vasal.iur.deb.fide. Secūdò dn̄s terrę hominibus suis non pōt inducere angarias, vel perangarias: quia debita seruitia suis limitibus debēt esse cōtenta, vt inquit Bal.in l.si quibus.C.de fideic.lib. Tertiò pro hac parte adduco tex.in l.1.C.ne rust.ad vllū obseq. vocen.lib.11. Quartò potestis adducere tex.in l.1.C. ne op.à col.exig.lib.11. Quintò castrum est domus priuata ipsi dn̄o, & habet vtile dn̄ium, Superior verò habet directum.c.1.§.1.in ti.de inuest. non autem hominibus suis. Et secundùm istam opin.sæpe cōsului. ¶Dicebam tñ, ꝙ si immineret magnum periculum dn̄o perditionis castri, puta tp̄e guerræ, & subsit necessitas custodiendi castrū ꝑꝑ imminens periculum: tunc homines tenerētur ad custodiam: quia sicut sunt astricti ex iuramento fidelitatis defendere ꝑsonam dn̄i à periculo mortis d.c.1.in fi. ibi vitam, vel membrum.in ti.præal.qual.vas.iur. deb.fide. Ita debēt defendere bona ipsius dn̄i: q̄a ille, qui ꝑdit bona, dr̄ perdere vitam. Ista est gl.not. quā ad hoc pōderat ibi Bal.in l.aduocati.in fi. C.de aduo.diuer.iud.& idem Bal.in l.si tuis.C.de ope.lib.dicit, ꝙ pecunia est vita hominis. Cessante verò tali necessitate, & non imminēte periculo perditionis, dicendū est dictos hoīes non teneri ad dictam custodiam, nisi pacto, vel cōsuetudine ad hoc astricti sint. Non ob.tex.in d.c.1.in ver.munitionibus, in ti.de for.fide. quia r̄ndeo, ꝙ ille tex. debet intelligi hoc modo, videlicet ꝙ vasallus, seu subditus nō debet reuelare inimicis dn̄i facta ipsius dn̄i, q̄n facit munitiones aduersus hostes, & inimicos dn̄i. ¶Itē dn̄s terrę non pōt cogere subditos suos, vt vadant ad tripudiandū in castro: q̄a ab omni superioritate ius honestatis intelligitur esse exemptum. Ita dicit Bal.in l.qd̄ ex liberta.C.de ope.lib. nunc descendo ad materiam rhoydarum, seu operarum.

De Rhoydis, seu operis.

SVMMAE.

1 *Dominus an possit cogere hominem suum, vt præstet alteri operas sibi debitas fallit in operibus obsequialibus.*
2 *Dominus an possit agere cōtra hominem suum, pro operis præteritis debitis, & non præstitis.*
3 *Obligatus annuatim ad vnam operam, si decedat relictis tribus filijs, qui etiam nomine patris sunt obligati, an singuli teneantur ad istam operam.*
4 *Grauari plusquam ascendat portio hæreditatis, absurdū est, & iniquum.*
5 *Res data alicui vasallo, cum onere dicitur in alium transire cum eodem onere.*
6 *Operæ cuius sumptibus sint præstandæ.*
7 *Dominus an possit hominem suum cogere ad præstandū operas, vel faciendum rhoydas extra territoriū, & iurisdictionem ipsius domini.*
8 *Subditus si rumpat instrumenta sua in præstādo rhoydas, seu operas, an dominus teneatur ad refectionem.*
9 *Dominus habens merum, mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, an possit homini suo imponere pœnam mortis, & confiscationem bonorum, si qualitas delicti hoc exposcat.*
10 *Dominus potest hominem suum propria auctoritate capere, & mediocribus plagis castigare.*
11 *Dominus an possit agere pro molestatione subditi sui.*
12 *Dominus an, & quomodo possit habere successionem in suis hominibus, & nu.15.*
13 *Dominus an possit, vel debeat succedere in bonis hominis sui extra territorium suum, & nu.20.*
14 *Confiscatio bonorum vasalli, an possit à domino fieri extra suum territorium.*
16 *Tutores habentes administrationem diuisam, non debent se de alterius administratione intromittere.*
17 *Imperator an possit bona subditorum suorum confiscare extra suum territorium.*
18 *Donans alicui quicquid habet in aliquo loco, an censeatur donare iura, & actiones sibi in illo loco competentes.*
19 *Creditores morientis ab intestato, contra quos debeant experiri, vbi statuto cauetur, quod decedenti ab intestato, nullis relictis descendentibus, succedant proximiores ex parte matris.*
21 *Dominus an succedat homini suo religionem intranti, & filios non habenti.*
22 *Homo alienus an possit facere testamentum de bonis suis.*
23 *Homo alicuius an pro dotanda filia debeat habere consensum domini sui.*
24 *Emphyteota an possit dotare filiam irrequisito domino.*
25 *Consuetudine stante, quòd homo alicuius teneatur in testamēto relinquere certam partem domino suo, an hoc deficiente, testamentum reddatur nullum.*
26 *Dominus non habet de iure successionem hominis sui, sed ex consuetudine, vel ex statuto.*
27 *Substitutio pupillaris quo casu dicatur testamentum.*
28 *Statuto, vel consuetudini, quòd in contractibus venditionum dominus habeat tertiam venditionem, an sit standum, & num.30.*
29 *Contrahentes an possint recedere à cōtractu in præiudicium fisci.*
31 *Statutum de retractando rem venditam, offerendo pretium intra annum, quo casu locum non habeat.*
32 *Statuta, vel consuetudines dicuntur stricti iuris.*
33 *Re permutata, si vna res plus valeat, quàm alia, ex quo pro æquiualentia datur pecunia, an hoc casu dominus poterit habere commodum tertiæ venditionis.*
34 *Dominus alicuius terræ, an de diuisione rerum poterit habere tertiam venditionem.*
35 *Instrumentum alicuius contractus, an possit cācellari in præiudicium domini.*
35 *Fraus multis modis committi dicitur.*
37 *Stante consuetudine, quòd forenses non possint acquirere prædia, an prohibeantur etiam accipere pignori pro tanto, quantum valet.*
38 *Contractu venditionis conditionaliter celebrato, an tempore contractus, aut purificatæ conditionis soluetur laudimium domino.*
39 *Laudimio de principali contractu soluto, an etiam de eius executione soluetur.*
40 *Subiectus ratione homagij, an possit se liberare, aut relaxari ab ipso homagio.*
41 *Emphiteota, aut feudatarius, an cedēdo rei emphyteoticæ, aut feudatariæ liberet se ab obligatione.*

Feudum

42 *Feudum an poſsit refutari.*
43 *Iuramentum ad factum dicitur præcisè obligatorium.*
44 *Homagium quomodo finiatur,& quot modis.*
45 *Remiſsio, ſeu liberatio ab homagio, an poſsit fieri in vltima voluntate.*
46 *Homagium extingui poteſt propter mala tractamēta domini.*
47 *Subditi habentes dominum furioſum, aut mēte captum, qualiter debeant prouidere.*
48 *Domino ſubditis officium debitum denegante, an teneantur ipſi ſubditi ad ſeruitia debita.*
49 *Homagium an propter domini nimiam ſæuitiam finiri poſsit.*
50 *Castro propter guerram diruto, ſi aliud in alio loco per dominum ædificetur, an illud habebitur in omnibus pro primo.*
51 *Pluribus vnum dominium tenentibus, an liceat ſubditos diuidere.*
52 *Subditi an poſsint aliquo caſu ſe domino terram ingredi volenti opponere.*
53 *Dominus an ſubditū in aliquo territorio delinquētem debeat iudici territorij illius, in quo deliquit, dare puniendum.*

CIRCA quam quæro in primis. ¶ Homo
1 meus †dēt mihi annuatī duas, vel tres ope
ras vtrùm (me iubēte) poſsit cogi eas præ
ſtare alteri? Concludite ꝙ ſic, per l. ſi non
ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. &
ita Bar. in d. §. libertus. in pen. col. tenet, ꝙ poſsit inuitus
cogi ipſe homo meus ſe obligari alteri ad præſtationē
operarum. l. 1. & l. ſi creditoris. C. de donatio. & ita vult
Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de ceſſ. act. in §. 1. in fi. &
ita vult Imo. in l. 2. in princ. ff. ſol. mat. licèt contrarium
videatur velle Bar. in d. §. libertus. in pen. col. dū dicit, ꝙ
poteſt delegare alteri. ¶ Quod dixi ſupra hominē meū
poſſe cogi (me iubēte) ad pręſtandū operas alteri, quas
mihi debet, limitetis, vt non procedat in obſequialibus
operis, q̄ cohærent perſonæ p̄roni, & ideo non poſſent
pręſtari alteri. l. operæ in rerum. ff. de oper. lib. prædicta
etiā vult. D. Alex. de Imo. in l. in ſtipulationibus. §. opera
2 rum. ff. de verb. obl. ¶ Sed pone. † Homo meus ceſſauit
in præſtatione operarum mihi debitarum per duos, vel
tres annos, nunquid potero agere contra eum ad operas
præteritas? Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff.
de verb. oblig. dat talem doctrinam, quòd quando impoſsibile
eſt factum pręſtari, neceſſe eſt petere intereſſe,
alleg. l. ſi vſufructus mihi in biēniū. ff. de vſufr. leg. Raph.
Cu. in l. ſi ſeruū. in §. fi. ff. de verb. obli. damnat opinionē
Bart. ꝙ operæ præteritæ bene peterunt peti, per l. ſi qn̄.
& l. quoties. ff. de ope. lib. Ad l. ſi vſusfructus mihi in biē
nium. ipſe rn̄det, ꝙ vſufructus præteritus bene pōt peti
in libello, ſed non cum exactionis effectu. Vos poteſtis
defendere opinionē Bar. & dicere, ꝙ operæ præteritæ
nō poſſunt peti, quia impoſsibile eſt eas præſtari: nam
factū vno tēpore, differt à facto alterius temporis. l. ſi nō
ſortē. §. libertus. ff. de cōdi. indeb. Ad l. ſi qn̄. & l. quoties.
rn̄debitis, ꝙ ibi operæ p̄teritæ petūtur æſtimatione operarū.
Et ita vult gl. in iuribus proximè allegatis. Vel aliter,
pōt factū id, qđ debebat fieri de p̄terito, peti, qn̄ de
impoſsibilitate nō apparet. Ad prædicta vide gl. in l. in
ſtipulationibus. §. operarū. illo eo. tit. de verb. obli. Conſulo
ergo, ꝙ hoc caſu in libello petaī ęſtimatio operarū
3 præteritarū. ¶ Nūc formo vobis quæſtionē, † quæ ſæpe
cōtingit in terris nobiliū. Homo meus, qui tenebaī mihi
ſingulis annis præſtare vnā operā, ſeu ihoydā, deceſsit
relictis tribus filijs, qui ēt ſunt hoīes mei, & ſe diuiſerunt,
itaq; diuiſim, & ſeparatim habitant, vtrùm quilibet
ipſorū fratrū inſolidū tenebiī mihi ad vnā operā, an
verò quilibet eorū teneaī pro virili, an verò ꝓ hęreditaria
portione? Vr̄ dicendū, ꝙ quilibet inſolidū teneaī ad
vnā operā, q̄a opera eſt indiuiſibilis, & diuiſim, ſeu ſeparatim
nō pōt præſtari. l. 3. ff. de oper. lib. Nō. n. p̄ſtant mihi
operam, quia ſunt hęredes patris, ſed quia ſunt homines
mei: ſicut ergo pater præſtabat mihi illam operam,
quia erat homo meus, ita quilibet ipſorum filiorum debet
mihi teneri ad vnam operam per identitatem rationis:
nam vbi eſt eadem ratio, idem ius eſt ſtatuendū. l. à
Titio. ff. de verb. obliga. & l. illud. ff. ad l. Aquil. Accipite
ſimile, ſi fundus debeat mihi ſeruitutem viæ, eſt vnica
via. l. ſi cui. ff. de ſeruit. ti. gener. & tamen ſi de illo fundo
fiant duo fundi, incipiunt mihi deberi duæ viæ. l. non
ſatis. §. pen. & ſeq. ff. quemadm. ſerui. amitt. Item hoc videmus
in pluribus hæredibus in re indiuiſibli: quia quilibet
eſt obligatus inſolidum. l. hæredes. §. an ea. ff. fam.
erciſ. Idem videmus in pluribus delinquentibus, quia
quilibet tenetur in ſolidum. l. Item Mella. §. ſi plures. ff.
ad leg. Aquil. & idem in actione noxali l. ſi ſeruus communis.
ff. de noxal. Idem in exercitoria. l. 1. §. fi. cū l. ſeq.
ff. de exerc. Arguamus nunc, quòd ipſi tres filij teneantur
quilibet pro virili, & ꝙ oēs teneātur ad vnū ſeruitiū
pręſtādū tale, quale pater eorū ſeruabat. quod ſic probatur.
Nam ex perſona hæredis nō debet ius obligationis
immutari. l. 1. §. ex his. ff. de verb. oblig. ſicut ergo pater
tenebatur mihi ad vnicam operam, ita & filij tenētur. Secundò
probatur: filij quilibet pro virili tenebūtur ad vnicam
operam. Tertiò probatur: quia non debet plus tráſferri
in filios, quàm fuerit in defuncto. argumen. l. 4. §.
ſi communem. ff. fin. reg. cum ergo pater præſtaret mihi
ſolùm vnicam operam, ita ipſi filij non debent in plus
grauari: quia non debent eſſe deterioris conditionis, q̄
pater. l. hæredem. ff. de reg. iuris. Præterea ipſi tres filij
vicem vnius perſonæ gerunt, ergo non debent teneri niſi
ad vnicam operā, ſicut pater. arg. l. ſi plures. ff. de pact.
Nunc probo, quòd quilibet ipſorum filiorum ſolùm teneatur
pro hæreditaria portione, & tale onus tranſit ad
filios, vt hæredes, tamquam æs alienum, ergo ſolùm pro
hęreditaria portione. l. 1. C. ſi cer. peta. l. pro hęreditarijs.
4 C. de act. hæred. Abſurdum enim eſſet † quem, in plus grauari,
quàm aſcēdat ſua portio hæreditatis. l. 2. C. ſi vnus
ex plur. hæred. & l. vxor. C. de bon. aut. iud. poſsid. Non
obſt. ſi dicatur, ꝙ opera eſt indiuiſibilis, & quia diuiſim,
& ſeparatim præſtari non poteſt: quia reſpond. quòd
æſtimatio operarum eſt bene diuiſibilis. vt notatur in l.
ſtipulationes non diuiduntur. & l. in ſtipulationibus. §.
operarum. ff. de verbo. obligatio. ¶ Quid dicendum
in iſta materia? Mart. de Fan. diſtinguebat, quòd aut tale
ſeruitium debetur ratione alicuius manſi, ſeu feudi, aut
ratione homagij. Primo caſu, quando debetur ratione
manſi, ſeu feudi: tunc illi, ad quos trāſeunt talia bona,
tenentur ad illud ſeruitium. Si verò tale ſeruitium debetur
ex eo, quia perſona eſt obligata ad homagium: tunc
concludit præfatus Doct. quòd aut ſeruitium, quod cōtinetur
in tali obligatione, eſt diuiduum, & tūc quilibet
teneretur per virili. l. nonnunquam. & l. quoties. ff. ad
Trebel. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Aut ſeruitiū
eſt indiuiduū: & tūc quilibet poteſt inſolidū conueniri,
vno tn̄ in ſolidum exacto, cæteri liberantur: & ille,
qui inſolidū ſoluit, poterit agere contra fratres. ſi tamen
vnus ex eis conueniatur ad ſeruitium, poterit pro parte
ſua ſoluere intereſſe, & vltra non debebit grauari, arg. l.
hæredes. §. contra ſi promiſſor. ff. famil. erciſ. Alij verò
in hac materia ſic diſtinguunt. Aut cauſa, ſeu occaſio homagij
incepit ab homine defuncto, aut à domino. Primo
caſu, quādo incepit ab homine defuncto, puta, quia pauper
miles dicit cuidam magno baroni. Domine, ſi velletis
me defendere in iuribus meis, libenter me facerem
hominē veſtrum, ſic præſtitit ſibi homagium, & omnia
bona ſubiecit ei in feudum. Et hoc caſu dicunt eſſe ſubdiſtinguendum:
quia quædam ſunt ſeruitia, q̄ conſiſtunt
in non faciendo, puta, in nō vocando in ius dominum
ſine venia, & in non mouendo contra eū turpē actionē,

&in

& in non aduocando contra dominum suum, quæ iura habent domini in homines, & subditos suos, vt declarat Spe.in ti.de feud.§.qm̄ super homagijs.vers.decimo septimo,& dixi in præced.& hoc casu talia iura, quæ de facili possunt expediri,consistunt in nō faciendo, & trāseunt ad quemlibet hæredem,& quemlibet filiorū insolidum.Quædam verò sunt iura,quæ consistunt in faciendo,puta venire cum armis ad adiuuandum dn̄m, contra suos inimicos,& his similia:& tūc,qa talia seruitia sūt īdiuidua,qlibet filiorū tenet̄ insolidū, & debēt īter se eligere vnum,qui vadat cum armis ad adiuuandū dn̄m, & ita faciendo non erunt deterioris conditionis,q̄ pater,& si non cōcordent in eligendo,agetur contra quēlibet ipsorum insolidum, & condemnabitur quilibet ad interesse pro ea parte,pro qua est hæres.l.si duo.in fi.ff.depos. Vel poterunt compelli concordare,arg.optimū est in l. hmōi.§.fi.ff.de leg.1.Si verò seruitiū, qđ debetur dn̄o, consistit in dando,& sic sit diuiduum,quilibet tenetur ꝓ ea parte,pro qua est hæres.l.1.& 2.C.de peri.naui.lib.11 & l.solent.ff.de alim.& cib.leg. ¶Ex prædictis declaratur consnetudo quorundam locorum,quæ habēt,quòd si aliquis est homo meus,& moriatur pluribus relictis liberis, primogenitus eius filius præstat mihi dn̄o fidelitatem,& ille me tenetur iuuare cū armis cōtra inimicos meos.oēs tn̄ filij alij illius hominis mei sunt hoēs mei, & tenent̄ mihi ad iura,q̄ cōsistunt in nō faciendo,quę declaraui sup. Et sicut ille primogenitus grauatur in vno, alleuiatur ēt ī alio.l. eū q̄ in prin.& ibi gl.ī ver.ꝓbari.ff. de iure iu. qa alij tenētur sibi pręstare fidelitatē. de his habetur in c.1. in §. oēs filij.inti.si de feu.defun.fue.conten.

5 ¶Secundo†casu principali,quando causa & occasio homagij incepit à domino, puta, quia Baro dicit alicui pauperi militi, vel pauperi nobili, si tu vis facere mihi homagium,ego dabo tibi aliquam rem immobilem :& isto casu si pater, vel iudex aditus, vel cōis consensus fratrum assignauerit illam rem mobilem vni ex ipsis liberis, ille erit,qui tenebitur præstare seruitium domino:quia res transit cum onere suo.c.cum non sit.ext.de dec.& c.recolentes.ext. de stat. monach.l. via constitui. §.si fundus.ff.de seru.rust.prędio.bene facit l.secundùm naturam.ff.de regul.iur. Distinctiones prædictas refert Specu.in d.§.quoniam super homagijs,& Bal.in add.ibi dem transit cum Spe.Et quia videtis Spec. non eligere aliquam ex dictis opinionibus, in dubio debemus stare vltimæ opinioni,sicut dicimus de dicto Innoc.Ita determinat Bal.in Auth.ex testamento.C.de coll.& sicut diximus de opinione glo.l.quid.§.Sabinus.ff. ad Treb. Vnde restat concludere,quòd aut operæ, seu rhoydæ debentur ratione alicuius mansi,seu ratione aliquorū prædiorum,puta quia certæ operæ sunt assignatæ super ipso manso,vel super prædijs, & tunc ille ad quem transeunt prædia, tenebitur ad illas operas personæ prædictæ.Aut operæ,seu rhoydæ debentur ratione homagij,seu ratione personæ obligatæ ad homagium:& tunc quilibet filiorum tenebitur insolidum,quando habitāt diuisim,& separatim.Et an operæ debeantur ratione p̄diorum, an verò ratione homagij deprehendetis ex visione consignamentorum,quę fiunt in manibus domini,

6 vel commissarij ab eo deputati.¶Cuius†autem sumptibus debeant præstari operæ, an sumptibus domini, an verò sumptibus hominis,& subditi.Bal.ī l.liberti. C. de oper.liber.circa 5.colum.distinguit,quòd aut operę pręstantur ex curialitate, & tunc subditus, & homo debet habere recompensationem in alimētis.l.in rebus.§.possum.ff.commod.Aut operæ præstantur ex necessitate, & tunc debent præstari sumptibus,& expensis ipsius hominis,& subditi.l.suo victu.ff.de oper. liber. Nisi consuetudo aliud habeat,& in multis locis est consuetudo, quòd homines,& subditi, quando præstant operas domino,aluntur ab ipso domino, de qua materia habetur in d.l.liberti,& in l.si non sortem.§.libertus.ff. de cond.

7 ind.& in d.l.suo victu.¶An†autem dominus possit hominem suum cogere. vt vadat ad faciendum rhoydas, extra territorium,& iurisdictionem ipsius domini, ego sæpe consului,quòd non: quia in promissione operarū tacitè subintelligit̄,quòd præstentur in loco,seu territorio,vbi consueuit habitare dominus, & vbi consueuit habitare homo, & subditus suus, allegabam optimum text. in l. quod nisi. cum l. sequen. ff.de oper. liber.

8 ¶Addite, † quòd si homo, & subditus pręstando rhoydas, seu operas, destruat instrumenta sua aratoria,puta ligones, vel aratrum, dominus non tenetur ad refectionem. Ad hoc allego vobis pulchram gloss. in l.quoniam liberi.in fi.C.de test.allegat illa gl.optimū text.in l.2.ff.ad l.Rhod.de iact. ¶Item dominus habet in hominem, & subditum suum potestatem coercendi, & pœnas,& mulctas sibi imponendi,vt patet ex notatis per Barto.in l.Pomponius scribit si vni.ff. de re iud.& l. prima.ff.si quis iudic.non obtempe. Nam pœnæ, & mulctæ sunt commoda iurisdictionis. Ita notat Bart. in l.fina.ff.solut.matrimo.Dicit etiam Bald.in l.prima. C. de fruct. & lit.expen. quòd pœnæ sunt fructus iurisdictionis.optimè faciunt not.per Azon.in summa.C.de pœn.

9 ¶Sed circa†hoc dubitatur,vtrùm dominus habens merum imperium,& omnimodam iurisdictionem in loco possit homini,& subdito suo imponere pœnam mortis & confiscationem bonorum, si qualitas delicti hoc exposcat.Concludite,quòd sic.Ita determinat Raph. Fulgo.in suo primo cons.inci. Illustris Dn̄s Comes Papiæ. Ego allego vobis optimam gl.quam ipse non allegat, ī l.vnica.C. ne sine iuss. cer. iud. liceat confis.Ita dn̄s pōt hoīem vendicare, sicut Abbas potest vendicare monachum,& ciuitas emere.Ita volunt Doc.maximè Ange.& Bal.in l.1.§. ꝑ hanc. C.de rei ven.¶ Aduertite tn̄ ad medium concludendi, nam dominus debet vendicare hominem,& subditum suum per medium iurisdictionis,sm̄ Ang.in d.§.per hanc,de qua materia habetur per Spe.in 4.parte sui operis,& in ti de off.iud.in ti.de conuer.in fi de No.ꝑ Inn.in c.tuam.ext.de ord.cog.An autem maritus possit vendicare vxorem detentam à scholaribus, vide per Inn.& Can.in c.ex parte.ext.de resti.spo. ¶Itē

10 dominus † potest hominem suum propria auctoritate capere,& mediocribus plagis castigare. Ista sunt verba Bal.in Auth.ad hæc.C.de lat.liber.toll. caueat tamē,ne nimis seueriter tractet hominem,& subditum suū: quia propter nimiam sęuitiam potest subditus recedere à domino,& ipsi domino nimis seueriter tractanti hominē, & subditum suum potest auferri iurisdictio. Ita dicunt Cy.& Guil.in l.3.ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.Qui enim abutitur dominio,facit se indignum dominari.Ita dicit Bal.in c.1,in tit.qual.dom.prop.priu.in vsib.feud. & quando dominus inimicatur subdito suo, & eum malè tractat,potest petere se, & totam familiam suam eximi à iurisdictione ipsius domini.Ita colligitur ex mente Bald.in l.vnica.C.si quac.præd.potest. ¶Sed pone. Sunt plures domini in vno castro, & vnus ex eis habet maiorem partem in iurisdictione,contingit, quòd vnus ex hominibus illius loci pro quodam delicto fuit condemnatus ad certam pœnam pecuniariam,qualiter diuidetur inter dominos illa pecuniaria pœna?Concludite, quòd debet diuidi pro rata iurisdictionis,ita quòd ille, qui plus habet de iurisdictione,debet plus habere de illa pœna,non autem debet æqualiter diuidi inter eos. Ita dicit Bald.in l.seruus communis,& per illum tex. ff.

11 de stipu.ser.¶Quęro†subsequenter,vtrùm dominus possit agere pro molestatione subditi sui.Concludite,quòd si illa molestatio præiudicat ipsi domino: quia tunc pro suo interesse poterit agere,aliter nō. ¶Item dominus ꝓ iniuria illata homini suo,& subdito,ita demum poterit agere, si in iniuriā dn̄i ipsius illata sit,aliter non. ¶Item

pro damno dato subdito suo, nō potest dominus agere ad emendam domini, nec etiam actione personali pro eo, quod debetur subdito suo, nec etiam pro furto sibi facto, nec pro vulnere sibi illato, sed bene poterit instare, quòd fiat iustitia subdito suo, aliàs poterit concedere repręsalias propter denegatam iustitiam ꝑ id quod habetur in c. pignorationes, ext. de iniur. & damn. dat. & per Bar, in suo tractatu repręsaliarū & per Bal. in Auth. & omnino. C ne vxor pro mar. Prædicta omnia volunt Innoc. & cæteri Doc. maximè Ioan. de Imo. in c. dilectis filijs. Decano Altisidiorēsi ext. de appell. & domini de Rota sua conclu. 382. incipi. Item præpositus, vel alius quis dominus. &c. & glo. ordinaria in c. auctoritate. ext. de priuil. lib. 6. faciunt notata per Bart. in l. 1. §. item ait.

12 ff. de iniur. ¶Habet † etiam dominus terrę quandoq; successionem in hominibus suis, quando moriuntur sine liberis, & hoc habent, vel ex priuilegio, vel ex pacto, vel ex cōsuetudine. Et circa hoc dubitatur. Consuetudo est in loco, quòd si quis moriatur, & tempore mortis nō habeat aliquem in potestate, quòd dñs in totū debeat succedere. Modò contingit, quòd quidam habens filium sacerdotem moritur intestatus. Dominus petit omnia bona illius defuncti, allegans, ꝙ sacerdotium liberat à patria potestate, & vult gl. in c. indecorum. ext. de ætate, & qual. Sacerdos allegat, ꝙ sola episcopalis dignitas liberat à patria potestate. Auth. sed episcopalis dignitas. C. de Episc. & cler. & sic homo defuncti habebat illum in potestate: quæritur quid iuris. Iac. de Rau. habuit istā quæstionem in practica, & dicit fuisse determinatum ꝓ illo sacerdote: quia Host. & Ioan. And. in c. præall. indecorum. tenent contra gl. & dicunt, quòd sacerdotiū non liberat à patria potestate. Et posito quòd liberaret, hoc deberet intelligi ad eius commodum, non autem quantùm ad incommodum, & sententiam prædictam expressè sequitur Alber. de Ros. in l. nepotes. ff. de his, q̃ sunt sui, vel alien. iur. ¶Quia dixi supra, quòd domini terrarum habent quandoq; successionem in bonis hominū

13 suorum, quæro de notabili quæstione † In territorio cuiusdam domini habētis successionem, vt supra, decessit q̃dam hō, & subditus ipsius dñi ab intestato, nullis relictis liberis: & ipse homo ultra bona, quæ habebat in territorio domini sui, habebat vnum nomen debitoris etiā in territorio, & dominio alterius domini, vtrùm dñs, in cuius territorio habitabat ille homo, habeat habere illud nomen debitoris, & an possit illud exigere, an verò illud nomen pertineat ad alium dominum, in cuius dominio habitat ille homo debitor. Hanc quæst. sæpe habui in practica, & vt habeatis clariorē decisionē procedam arguendo, & disputando exemplo Pauli Iuriscōsulti in l. lecta. vers. dicebam. ff si cer. pet. & l. Nesennius Apollinaris. ff de neg. gest. Nam arguendo, & disputando veritas melius inuenitur. l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & hon. Arguitur igitur, & imò videtur, ꝙ illud nomen debitoris existentis in alieno territorio nō spectat ad dñm loci, vbi habitabat ille homo, cui dominus successit. Et in primis vobis adduco pulchram Theoricā Iac. de Rau. Guil. de Cun. Bar. & Bal. in l. cunctos popu-

14 los. C. de sum. trin. & fid. catho. vbi † dicunt, quòd quādo confiscatio bonorū fit non iure cōmuni, sed iure speciali, puta quia statutum disponit super cōfiscatione in casu, in quo de iure cōi non veniret fienda confiscatio bonorum, talis cōfiscatio nō veniret ad bona sita in alieno territorio: & hoc idem voluit Pet. de Anch. in sua solemni repetitione. C. canonum statuta. ext. de constit. in sua 12. q. princ. & Ioa. Cald. in suis consilijs, quæ fecit super Decretali in quodam consi. posito in Rub. ext. de testam. quod cōsiliū incipit. Testamēto Ferrariensi idē tenuit Io. An. in addit. ad Spe. in tit. de accus. in §. sequitur in quadā addit. incip. Felicis Nicolai. & placet ista snia Ant. de But. in c. postulasti. ext. de for. cōpet. placet etiā

15 Guil. de Cun. in l. 2. ff. de capit. diminut. ¶Vnde † cū in ꝓposito dñs terrę nō succedat homini suo de iure cōi, cum multæ sint personæ, quæ excludunt fiscū in successione, vt patet in l. 1. C. vnde vir, & vxor, & patet ex his, quæ habentur in tex. & gl. in l. 1. C. de bo. vac. lib. 10. & in l. 1. C. de hæred. decur. imò dicit gl. quæ reputat singularis, in l. quo tutela. ff. de re iud. ꝙ in successione pupillę tutor pręfertur fisco. Doc. tñ damnant illam gl. tā ibi, quàm in l. nutritoribus. C. cōmu. de success. succedit ergo dñs terræ homini suo de iure speciali, ergo talis successio nō debet extēdi ad bona sita in alieno territorio. ¶ Secūdò pro hac parte adduco vobis elegantē theoricā Pet. & Bal. in l. ex facto ꝓponebatur. ff. de hære. insti. vbi dicunt ꝙ si aliquis habeat bona in diuersis territorijs, quorū territoriū quodlibet habet bursam fiscalē distinctam, & separatam, & ille committat tale delictum, ꝓp quod bona sua vbicunq; sita, veniant confiscanda, vnusquisq; fiscus capiet bona, quæ sunt in suo territorio, & vnus non impediet de bonis sitis in alieno territorio, sed ęqua portione quilibet ipsorum occupabit bona sui territorij. Et sic cū fiscus habeat loco hæredis. l. tutoris. C. ad l. Iul. de ui pub. & priu. & l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebell. & l. non intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci, quilibet ipsorum fiscorū aget contra debitores existentes in suo territorio. Et sic præfati fisci, q̃ sunt diuersorū territoriorum, dicentur succedere in diuersis hæreditatibus, sicut in simili habetis. in l. si certarum. §. 1. ff. de testam. milit. Non autem dicentur cohæredes unius, & eiusdem hæreditatis, quod probo, quòd si alter ipsorum repudiaret, portio sua non accresceret alteri fisco alterius territorij, iuxta not. per eundem Bal. in l. iuris peritos. §. cum omnibus. ff. de excusat. tutor. nam fiscus propriè non est hæres. Ita notat Bart. in l. quoties. ff. de nouat. not. in l. inter eos. §. fi. ff. fideiuss. Ita videtur in proposito dicendum, ꝙ dñs terrę, qui successit habitanti in territorio suo, nulliter debeat succedere, quatùm ad nomen debitoris existentis in alieno territorio. ¶ Tertiò

16 pro eadem sententia moueor: † quia si sint duo tutores, qui habeant administrationem diuisam, puta, quia vni fuit assignata administratio bonorum existentiū in territorio Taurinēsi, alteri verò fuit assignata administratio bonorum existentium in territorio Mediolani, vnus nō debet se intromittere de administratione alterius. l. inter tutores. ff. de administ. tut. & l. quæro. ff. de sol. vnde in proposito videtur, quòd dominus terræ, qui successit homini suo, non debeat se intromittere de nomine debitorum illius, qui habitabat in alieno territorio. Fortifico vobis istam sententiam: quia si tutores habeant administrationē diuersam, vt supra, & contineat aliquē habitātem in Taurino, vbi vni ex tutoribus est assignata administratio, esse debitorem pupilli respectu bonorū existentium in territorio Mediolani, vbi alter tutor habet administrationem, tñ potestas cōueniendi debitorē spectabit ad tutorē habentem administrationē bonorum pupilli in territorio Taurini existentiū. l. tutores. §. hęredū. ff. de admini. tut. ¶Pręmissis tñ nō obstātibus cōtraria snia est de iure verior. Pro qua in primis adduco: quia pręfatus dñs succedit, & succedere debet in vniuersum ius hominis sui defuncti, ergo debet succedere in istis iuribus incorporalibus, vt sunt actiones. l. hæres in omnes. vbi casus. ff. de acqui. hęred. optimè facit l. hęreditas. ff. de reg. iur. ¶ Secūdò ꝓ hac snia adduco vobis pulchram doctrinam, quam assignat Bart. de Sal. in d. l. cūctos populos. C. de summ. trinit. & fid. cath. vbi dicit, ꝙ istæ actiones personales inhærēt personæ creditoris, adeo ꝙ ab eius persona euelli non possunt. l. 3. & ibi bona gl. ff. pro soc. & l. q̃s ergo casus. ff. de pœn. Cum ergo tales actiones in hęreant ꝑsonę hoīs mei, q̃ decessit in territorio meo, meritò spectant ad me dominum illius territorij, quamuis nomen debitoris sit in alieno territorio.

17 torio. ¶ Tertiò † pro hac parte adduco vobis elegantẽ not. Bald. in l. mercatores. C. de cõmer. & merc. lib. 11. vbi not. dicit, quòd Imperator confiscat bona subditorum suorum, etiam sita extra suum territorium, quando sunt bona mobilia, secus si essent immobilia sita in alieno territorio. Et est ratio, secundùm eum: quia bona mobilia concernunt personam, bona verò immobilia concernunt territorium. Et sic vult Bald. quòd in confiscatione bonorum, non veniunt bona immobilia sita in alieno territorio, maximè quò ad vtilitatem ipsius confiscantis: quia talia bona cohęrent territorio, secus si sũt bona mobilia; quia concernũt personam. Vnde in proposito nostro cum habeamus, quòd licèt nomina debitorum sint tertia species distincta à mobilibus, & immobilibus. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & l. quam Tuberonis. §. pen. ff. de pec. tamen quantùm ad effectum, si actio competat ad certam quantitatem, censetur quid mobile, secus si competat pro re immobili: quia tunc censetur quid immobile, vt vult gloss. & ibi Bar. in l. potest ff. de auct. tut. & in l. 1. C. si aduer. transact. & Bar. in l. mouentium. ff. de verb. signifi. & Bal. eleganter in c. 1. in titu. de cognat. feud. Et idem Bal. in c. 1. ad fin. princ. in titu de pac. ten. & eius viol. in vsib. feud. & Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de fruct. & interes. in addit. quam facit in versi. quid si de ⟨...⟩eo. & est optima gloss. in §. 1. & ibi per Ang. in Auth ⟨...⟩n. de non alien. coll. 2. Modò ad propositum, si actio, quæ competebat homini meo aduersus debitorem exi⟨st⟩entem in alieno territorio, cẽsetur quid mobile, ex quo competit ad certã quãtitatem, certè debet illa actio sp⟨ec⟩tare ad me dominum, qui successi homini habitãti i⟨n m⟩eo territorio. quia talis actio debet cohærere person⟨æ⟩ hominis mei, & quemadmodum succedo sibi in omnibus alijs bonis situatis in meo territorio. Ita etiam debeo succedere in actione, quæ sibi competebat ad certam quantitatem aduersus debitorem existentem in alieno ter-

18 ritorio. ¶ Quartò fortifico † sententiam prædictam per id, quod vult notabiliter Bald. in l. 1. in 1. col. ff. de sta. hom. vbi dicit, quòd si dono tibi, quicquid habeo Taurini, in tali donatione non venient iura, & actiones, quæ mihi cõpetebãt in ciuitate Taurini. Et est ratio, quia territoriũ nõ circumscribit ista incorporalissima, vt sunt actiones. allegat. l. Gaius. in princip. ff. de lega. 2. l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. l. hac edictali §. his illud. ff de sec. nupt. & l. Princeps bona. ff. de verbo. significatio. Ex hoc sequitur, quòd actio, quæ competebat homini meo aduersus debitorem existentem in alieno territorio, non dicĩ cohærere territorio loci debitoris, sed dicitur cohærere personæ hominis mei creditoris, qui habebat actionem aduersus illum debitorem, & consequenter illa actio spectat ad me. ¶ Nunc restat respondere argumentis, & motiuis supra in contrarium factis, quibus argumentis, & motiuis respondeo, vt infra. Et primò ad illud motiuum, quod ego faciebam, dicendo, quòd dominus succedit de iure speciali homini suo, ergo non debet fieri extensio ad bona sita in alieno territorio ꝑ notata per Doct. in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fid. catho. patet responsio, quòd actio, quæ competebat homini meo, non dicitur residere in alieno territorio, sed dicitur residere in territorio meo, in quo homo meus domicilium habebat, & actualiter habitabat, quia talis actio dicebatur cohærere personæ hominis mei, habentis obligatum debitorem, qui stabat in territorio alieno, vt supra probaui vobis. ¶ Ad secundum argumentum, quod faciebam de not. per Pet. & Bald. in l. ex facto proponebatur. ff. de hær. instit. respondebitis, quòd præfati Doct. loquuntur, quando delinquens habebat bona immobilia in diuersis territorijs, & talia bona immobilia bene dicunt cohærere territorio. Nos autem loquimur, quando homo meus in alieno territorio non habebat, nisi vnum nomen debitoris. ratio diuersitatis est, quia quando delinquens habet bona immobilia in diuersis territorijs: tunc quilibet fiscus capit bona sui territorrij, & sic succedit tanquam hæres. l. tutores. C. ad l. Iul. de vi pub. & priu. Vnde non est mirum, si actiones actiuæ, & passiuæ diuidantur inter eos, sicut dicimus in hæredibus, inter quos diuiduntur actiones tam actiuæ, quàm passiuæ pro portionibus hęreditarijs. l. pro hæreditarijs. C. de act. hæred. & l. 1. C. si cer. pet. Sed in proposito nostro, homo meus non habebebat in territorio alieno, nisi illud nomẽ debitoris, vnde sicut ego sibi succedo in bonis suis, ita sibi succedo in illa actione, ꝗ sibi cõpetebat aduersus illũ debitorem existẽtẽ in territorio alieno: quia, vt dixi supra, illa actio cohęrebat ꝑsonę hominis mei. ¶ Ad aliud motiuũ Pet. & Bal. qđ videtur magis stringere, dũ dicunt. in d. l. ex facto proponebatur, ꝙ omnes actiones actiuæ, & passiuæ trãseũt in fiscũ quemlibet, non pro rata bonorũ, sed pro modo territorij, & inspecto territorio tãtùm, vt sic debitores, & creditores certi territorij (puta Taurinensis) sequi debeant indistinctè fiscum ciuitatis Thaurini. Et sic videtur velle, ꝙ actiones tam actiuæ, quàm passiuæ cohæreant territorio, & non personæ. Respondeo, ꝙ eorũ dicta non probantur in iuribus allegatis per eos. nã primò non probatur in l. inter tutores. ſ. de admini. tuto. vt probabo statim. Nec etiam probatur eorũ opinio in l. hinc quæritur. §. potest ff. de pec. quia ibi loquitur in seruo, cui à diuersis personis erat concessum duplex peculium, quo casu creditores, qui contraxerunt ratione vnius peculij, habent primò agere contra dominum, & possessorẽ illius peculij. Nam in d §. potest. ab initio cõtractæ obligationis erãt diuisa patrimonia, seu peculia, sed in casu nostro, homo meus vnicum tantùm patrimonium habebat: & nos habemus, quòd æs alienum nõ respicit partẽ patrimonij, sed respicit totũ patrimoniũ. l. fideicõmissum. §. tractatũ ff. de iud. ¶ Et ꝙ ista solutio sit vera, ostẽdo vobis per auctoritatẽ Guil. de Cu. qui in d.

19 §. potest, mouet talẽ quæst. Statuto cauetur, ꝙ † si aliquis moriatur ab intestato nullis relictis descendentibus, tũc in bonis suis immobilibus succedant sibi proximiores ex parte matris: vnde quęritur, contra quos debeant experiri creditores illius defuncti, an contra possessores mobilium, an verò contra possessores immobilium. Arguit primò, ꝙ creditores, qui contraxerunt ratione bonorũ mobiliũ, debeant experiri contra proximiores ex parte matris. Illi verò creditores, qui contraxerũt ratione bonorum immobilum, debeant experiri contra proximiores ex parte patris. sicut dicimus in d. §. potest. in vsufructuario, & proprietario. postea ipse Guil. arguit in contrarium: quia. §. potest. loquitur, quando diuersa erant patrimonia à principio, sed in casu proximè relato in statuto disponente de successione vnitum erat patrimonium. Nam paganus licèt possit habere bona in diuersis locis, & territorijs, tamen nõ dicitur habere diuersa patrimonia. sed vnicum tantùm. l. iuris peritos. §. cũ oriũdus. ff. de excusa. tut. Vide in quæstione statuti prędicti disponentis de successione intestati, quod concludit Guil. de Cun. in d. §. potest. vbi dicit, quòd debebit fieri æstimatio bonorum, & ille, qui plus habebit de bonis, tenebitur plus soluere creditoribus, per l. Celsus. cum seq. vsque ad l. sic pro rata. ff. de relig. & sump. fune. vbi dicitur, ꝙ maritus, ad quẽ portio dotis vxoris peruenit titulo lucratiuo, tenetur pro illa portione supportare onus expẽsarũ funerum ipsius vxoris. Præterea reperio, ꝙ idem Guil. de Cun. in l. 2. ff. de capit. dimin. tenet contrarium eius, quod volunt Pet. & Bald. in d. l. ex facto proponebatur. & dicit Guil. quòd

quando propter publicationem bonorum existentium
in diuersis territorijs,quilibet fiscus capit bona sui ter-
ritorij. Actiones tam actiuæ, quam passiuæ diuiduntur
inter eos pro rata bonorum,non autem viriliter,nec pro
modo territorij, adducit ad hoc d.l. Celsus. cum l. seq.
§.quòd autem quis.ff.de petit.hæred.præterea Ioan. de
Imol.in d.l ex facto proponebatur, tenet cõtra Petrum.
& Bal.Non obstat vltimum argumentum de l.inter tuto
res.ff.de adminiſt.tut.& d.l.quæro.quia illa iura loquũ-
tur quò ad diuisionem administrationis tutelæ, quæ fit
ad finem, vt commodius, & facilius administrẽtur nego
tia pupillaria. & ideo quia in casu d.l. tutores. §. hæres.
ff.de adminiſt. tut.ille hæres erat in prouincia, ideo cu-
ra, & sollicitudo cogendi ipsum hæredem ad restituen-
dum hæreditatẽ pupillo iuxta voluntatem defuncti spe-
ctabat ad tutorem, cui erat assignata administratio re-
rum prouincialium:quia alteri contutori fuisset multùm
difficile,& incommodum compellere ipsum hæredem:
quia illi alteri contutori erat assignata administratio re
rum existentium extra prouinciam,& ideo text. in d. l.
inter tutores. dicit, quòd diuisio administrationis tute-
læ non est iuris,sed iurisdictionis,quasi dicat, licèt diui
datur administratio inter tutores; tamen apud vnum
quemlibet ipsorum tutorum remanet ius tutelæ insoli-
dum, & in indiuiduũ. & ideo si vnus ex tutoribus, cui
fuit assignata administratio bonorũ certi loci,agat cõtra
debitorẽ dicti loci,poterit ille debitor obijcere cõpen-
sationẽ de eo,quod sibi debetur ex administratione cõ-
tutoris, cui est assignata administratio alterius loci: q̃a
talis diuisio administrationis circa ius,maximè circa ius
actionum, nihil habet immutare: quia solùm fit ad finẽ,
vt facilius bona pupillaria administrentur. hoc est de
mente Salycet.in d.l.curatos populos.C. de summa tri-
20 nitat.& fid.cathol. ¶Sed † quid si homo meus moriatur
in terra mea, vbi habet bona,habet ẽt alia bona immo-
bilia in territorio alieno,an succedam in bonis illius al
terius territorij?Concludite quòd nõ,vt patet ex supra-
dictis,& ex his,quæ notat Bart.de Salyc.in d. l. cunctos
populos.in versic.ex prædictis infero ad decisionem, &
per ea,quæ vult D.Alex.de Imo.suo conſ.16. incip. Re-
demptoris nostri inuocato suffragio, viso puncto. in 1.
21 volum. ¶ Sed † quid erit,si homo meus ingrediatur re
ligionem?Concludite,quòd si non habet filios,eius bo-
na mihi,vt successori debentur. Ita determinat Spec. in
tit.de instru.edit.§.compendiosè. ver.sed quid si homo.
adducit simile, quia curia succedit curiali, & patronus
succedit liberto, alleg.l. si quis presbiter. C.de episc.&
22 cler.& l.2.C.in quib.caus.col.cens.lib.11.¶Sed an† ho-
mo meus possit facere testm̃ de bonis suis? Videtur q̃
non: quia nihil videtur habere: nam cum eius perso-
na possideatur ab alio scilicet à domino, per consequẽs
ipse nihil potest possidere, l. cum hæres. §. item quæ-
ro.ff.de acquir.possess.Vos determinabitis contrarium,
vt vult Spec.in tit. de feud. §.quoniam super homagijs.
ver.decimo nonò quæritur.Mouetur Spec.per l.testanti
C.de testa.Addite vos Bal.idem volentem in l. 1. C. de
hæred. decur. vbi dicit, quòd homines nostri possunt
testari:quia ingenui, allegat gloss. ordinariam. Instit.de
iur person.quæ incipit,sed quid de statu liberis? Addit
Spec. in d.ver. decimo nonò quæro, quòd homo meus
potest propter suas necessitates alienare de bonis, quæ
possidet.allegat l.alienationis.ff.famil.erciſc.& l.1.& 2.
C.de patr. qui fil. distrax. Subijcit, quòd debet alienare
minus vtilia, arg.l.mutus. §. manente.ff.de iure dot.Cæ
terũ si sua sponte, & non subsistente necessitate, nisi do-
mino sciente, & patiente fuissent alienata. hæc omnia
23 vult Specu. in d. vers. decimononò. ¶ Sed hic † subij-
cio quæstionem,quam sępe habui in practica, nunquid
homo meus consensu mei domini teneatur dare in do-
tem, & an tunc teneatur mihi soluere laudimium.Con-
cludite, quòd si dat bona inæstimata in dotem pro filia;
tunc non requiritur consensus domini, nec debet solui
laudimium.benefacit tex.in §.emphiteosim. in Authen.
de non alien.Ita determinat Specu.in titu.de loc.§.nunc
aliqua versic.centesimononò. Addite Ioan.And. & Ioa.
de Imo. idem volentes in c. potuit, ext. de loc. & dicit
Imo.ibidem,quòd si emphiteota daret in dotem pro mu
liere extranea bona emphiteotica inæstimata, quòd tũc
videtur donare mulieri,vt habetur in l.1.§. accedat. C.
de rei vxor. act. & in l. fina.C. de dot. promissi. quod
idem esset hoc casu dicendum, sicut dicimus in dona-
24 tione. Nam communiter tenetur, † quòd emphiteota
potest donare irrequisito domino,de quo per gloss.&
Doct. in l. fina. C. de iure emphiteo. notatur etiam per
Docto. maximè Nouissimos in l.si domus.§. fina. ff. de
legat.1.Si verò homo meus bona, quæ tenet à me,daret
æstimata pro dote filiæ suę,tũc quia talis æstimatio facit
emptionem, vt habetur in l. si inter virum. & ibi bona
gloss.C. de iure dot. requireretur cõsensus mei domini.
Ita tenet Spec. in d. versic, centesimononò. & Io. And.
& Imo.in d. c. potuit. Faciunt notata in c. nuper. extra
de donat. inter uir. & vxor. & quod volunt Domini de
Rota sua conclusione 188.incip.item quòd pater. ¶Du
25 bitatur† etiam,quid si consuetudo disponat,quòd quan
do hoĩes mei testantur, teneantur mihi relinquere ter-
tiam partem bonorum. Et homo meus faciat testamen-
tum, & relinquat mihi minus illa tertia, nec mihi relin-
quat titulo institutionis, vel nihil mihi relinquit, imò
instituit alios hæredes,an his casibus omnibus testamen
tum hominis mei reddatur nullum? Pro decisione cla-
riori præmitto vobis, quòd homines nostri possunt cõ-
parari libertis.Ita arguit Spec.in d.§.quoniam super ho
magijs.versic.decimo septimò, & dicit, quòd quemad-
modum libertus potest testari.§.sed nostra.Instit. de suc
cess.liber.& l.si necem.§.1 ff.de bonis.liber. ita & homi
nes nostri.optimè faciunt notata per Bal.in l. liberti,li-
bertęque. in fine pen. col. C. de oper. liber. vbi dicit,
quòd feudatarij æquiparantur libertis. ¶ Præmitto
etiam, quòd quando libertus relinquit patrono minus
legitima portione, patronus non rescindit testamen-
tum, sed agit condictione ex lege ad implementum le-
gitimæ sibi debitæ. d. §. sed nostra. ¶ Item licèt filio
pater debeat relinquere titulo institutionis, aliàs testa-
mentum redditur nullum. §. aliud quoque capitulum.
in Auth. vt cũ de appell. cogn. tamen patrono sufficit
relinquere alio titulo, quàm titulo institutionis etiam
hodie,vt habetur in l. siue. §. excludite. ff. de iure patr.
Item si libertus patrono nihil relinquat ĩ testamẽto, sed
prætereat ipsum patronum, datur patrono bonorum
possessio contra tab. per quam rescinditur testamen-
tum liberti non in totum, sed solùm quò ad legitimam
portionem ipsi patrono debitam.textum habetis in l. 1.
C.de bonor.possess.cõtra tab.liber.quæ dat.patr.& eius
liber.& ibi Bal. ita colligit. secus tamen est in bonorum
possessione contra tabulas, quæ datur filio præterito
contra testamentum patris,qui extraneum scripsit hære
dem: quia tunc rescinditur testamenntum in totum. l. si
cum duobus. §. cum emancipatus. ff. de bonor. possess.
contra tabul. ¶His sic præmissis pro decisione quæstio
nis principaliter formatæ dicite, quòd in primis debe-
tis aduertere ad consuetudinem,vel statutum:nam si di-
sponit, quòd nisi homo testando relinquat tertiam par-
tem bonorum domino, quòd testamentum sit nullum,
vt seruatur in plerisque locis: tunc seruabitis illam
consuetudinem, vel statutum. Si verò statutum, vel
consuetudo disponat, simpliciter, quòd homo te-
stando teneatur relinquere tertiam partem domino, &
nihil vltra disponat:tunc si homo in testõ suo relinquat
domino

domino minus tertia, dicerem, quòd dominus debet agere condictione ex testamento, vel cōdictione ex moribus ad supplementum illius, per d. §. sed nostra. & per l. omnino. C. de inoff. testam. Si verò homo nihil relinquat domino in testamento, imò prætereat, vt ego vidi in multis locis nobilium seruari, quòd eo casu testamentum nihil valet; tamen in stricta ratione, putarem, quòd dominus posset contratabulare illud testamentum, sed tamen non rescinditur testamentum in totum, sed solùm quò ad illam tertiam debitam domino. argu. l. 1. C. de bono. posse. contra tab. libert. quæ dat. pat. &
26 eius liber. ¶ Dubitatur vlteriùs † de tali quæstione, præsupposito quòd dominus terræ habeat successionem in omnibus bonis hominis sui defuncti, quando moritur intestatus, & quando testando non relinquit tertiam domino, quid si in testamento dicat. ego relinquo domino meo id, quod debet habere de iure, an hoc sufficiat. videtur prima facie dicendum, quòd non: quia de iure dominus non habet successionem, quamuis homo suus decedat sine descendentibus, sed habet eam ex cōsuetudine, vel statuto, ergo non videtur, quòd non sufficiat, quòd relinquat modo, quo supra. vos determinabitis contrarium per ea, quæ vult D. Panormit. in Rub. extr. de cōsuetud. vbi dicit, quòd si electi sint arbitri per partes ea lege, quòd debeant pronūciare secundū iura, poterunt ipsi arbitri pronunciare secundùm statuta, & consuetudines loci: quia consuetudo dicitur ius non scriptū. l. de quibus. ff. de leg. & §. ex non scripto. Insti. de iure nat. ¶ Itē iura mandant, quòd iudices debeant iudicare secundùm statuta, & consuetudines loci. c. cum venissent, ext. de eo qui mitt. in possess. caus. rei seru. Item adducitur textus in c. 1. ext. vt lit. penden. vbi probatur, quòd illud dicitur nobis competens de iure, quod competit nobis aliquo iure speciali. Adiuuando sententiam D. Panormit. adduco vobis glo. ordin. quam ipse non allegat in proœmio Clementinarum, in ver. iuris. vbi gloss. dicit, quòd appellatione iuris comprehenditur ius humanum, ius positiuum, ius ciuile, ius canonicum, & ius municipale, quam glo. semper tenebitis menti. Hæc sententia corroboratur: quia reip. interest testamenta sustineri, & non euerti. gloss. est valde notab. in l. Gallus. in §. quòd si is qui, in versic. vtilitatem. ff. de liber. & posthum. & in testamentis facimus latam interpretationem. l. in testamentis. ff. de regul. iur. & c. cum dilecti. in fine. ext. de donat. Cum ergo sub illis verbis, de iure, quæ sunt apposita in testamento hominis mei, comprehendi possit consuetudo, & etiam statutum, dicendum est dictum testamentum esse validum. ¶ Sed
27 ponamus † Pater sibi fecit testamentum, & filium suum impuberem instituit hæredem, & dedit sibi pupillarem substitutū: mortuo patre moritur filius impubes: substitutus aspirat ad bona ex substitutione pupillari. Videtur prima facie dicendū, ꝙ dn̄s terræ debeat succedere perinde, ac si impubes decessisset ab intestato. Concludite, ꝙ dn̄s excluditur, quia substitutio pupillaris dicitur etiam testamentum patris. l. patris, & filij. ff. de vulga. & pupilla. & ita semel consului vni ex dominis Clauasanæ: & plures alij famosissimi Doctores subscripserunt. ¶ Quid de tali causa? Est cōsuetudo, vel statutū in loco, ꝙ si frater sit diuisus à fratre vel sorore, & moriatur sine liberis, quòd dominus succedat ei, excluso fratre, vel sorore. Modò contingit, quòd pater habens filium, & filiam: instituit filium masculum hæredem vniuersalem, filiam autem instituit in certa quantitate, & iussit eam esse tacitam, & contentam, ita quòd amplius nihil petere possit, & illam quantitatē acceptauit, erat tamen adhuc in domo cum fratre: moritur frater sine liberis, dominus contendit se debere succedere: soror verò prætendit successionem ad se spectare tanquam non sit diuisa à fratre, quæritur quid iuris. Ego sæpe consului, quòd intelligitur esse diuisa, ex quo amplius non habet communionem in bonis cum fratre, per ea, quæ habentur in l. fin. & in l. quoties. ff. famil. erciscun. ¶ Ha-
28 bent † etiam aliquando domini terrarum ex statuto, vel consuetudine tertiam venditionem, quia statutum, vel consuetudo disponit, quòd de contractibus venditionum dominus habeat tertiam venditionem. Contingit, ꝙ duo homines mei celebrarunt contractum venditionis. Deinde ex interuallo recesserunt ab illo, vtrùm dominus poterit petere tertiam venditionē? Videtur, ꝙ ius est quæsitum ipsi domino, vnde licèt contrahentes potuerint in eorum præiudicium recedere ab illo contractu, tamen in præiudicium tertij, cui ius iam quæsitū erat, non potuerunt recedere. & ita determinat Ang. in
29 l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. vbi dicit, † ꝙ contrahētes nō possunt recedere à cōtractu in præiudicium fisci, cui debebatur gabella, vel laudimium. arg. l. si insulam. §. fin. & l. si mulier diuerterit. ff. sol. matrim. Addite notata per Bal. post Guil. de Cun. in l. ab emptione. ff. de pact. & not. per Angel. & Imol. in l. acta. ff. de re iud. & per Ange. in §. quia verò. il 1. in Auth. de nupt. per eundem Ange. in l. petens. circa 4. col. C. de pact. & per Cyn. & Bal. in d. l. si mulier diuerterit. ¶ Limitabitis tamen quæstionem prædictam, nisi post contractum venditionis celebratum partes incontinenti per pactum resoluerunt ipsum contractum venditionis: quia tunc dominus non posset petere tertiam venditionem. arg. l. plerisque. ff. de rit. nupt. & dicit eleganter Pau. de Cast. in d. §. adeo. ꝙ dicerentur in continenti resoluere, quādo resoluunt, antequam deueniant ad extraneos actus. ad hoc facit tex. cum gloss. in l. cohæres. §. fin. ff. de duob. reis. Vel dicerentur incontinenti fecisse, iuxta ea quæ habentur in l. bonæfidei. C. de pact. ¶ Item dubitatur,
30 † an præsupposita consuetudine, quòd dominus terræ habeat tertiam venditionem, & contingat fieri dationē in solutum, an pro illa datione in solutum debebit habere tertiam venditionem. Videtur prima facie dicendū quòd sic: quia verbum, venditio, est verbum generale. l. statuliber à cæteris. §. Quintus. ff. de statulib. & l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. In contrarium determinabitis auctoritate Spec. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum. ver. sed pone statutum.
31 vbi dicit, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ si aliquis vendat domum extraneo, proximior de parētela potest retractare illam venditionem offerendo pretium intra annum, & tale statutum non habebit locum in datione in solutum. Mouetur primò propter vocabulorum diuersitatem. argu. l. si idem. C. de codicill. Secundò mouetur, quia debet interuenire pretium in venditione. §. pretium. Inst. de emptio. & vendit. l. 1. ff. de contrah. empt. ¶ Tertiò mouetur, quia ille, qui dat rem in solutum, videtur hoc facere ex quadā necessitate, alleg. l. rem legatam. ff. de adim.
32 lega. Addite, † ꝙ pro ista parte facit: quia statuta, & cōsuetudines sunt stricti iuris, & ideo debemus recedere à propria significatione verborum. l. quicquid astringendę. ff. de verbo. obligati. & l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. ꝙ consuetudo sit stricti iuris, notatur in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi. ext. de off. Archid. ¶ Sed præsupposito statuto, vel consuetudine, de qua supra. loquente de tertia venditione, si contingat fieri permutationem inter duos homines meos de aliquibus rebus immobilibus, an debeam habere tertiam venditionem? Videtur, quòd sic, per rationem, quam dixi supra, quòd appellatione venditionis continentur & cæteri contractus. d. §. Quintus. & d. §. venditionis. nota. eleganter in l. 2. C. de vsucap. pro empt. Item permutatio est similis

venditioni l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. apud Celſum. §. auctoris. ff. de except. doli. & Bald. in l. fina. in 2. colum. ff. de condict. ob cauſ. concludit, quòd ſi loquimur in ſtatutis pœnalibus, & in odioſis: tunc appellatione venditionis non comprehenditur permutatio; Si verò loquimur in fauorabilibus, tunc bene comprehenditur, arg. l. cum quid. ff. de libe. & poſth. Non ob. (ſecundùm eum) d. l. fin. quia loquitur in contractu iam celebrato, de quo poterat dubitari in quam ſpeciem cadat. Nos verò loquimur in contractu fiendo, & de interpretatione bonorum circa contractũ futurum, Vnde cũ ſumus in materia ſtatuti, vel conſuetudinis diſponentis de tertia venditione, non debet extendi ad contractum permutationis: quia, vt dixi, ſumus in materia, in qua non debemus recedere à propria ſignificatione verborum. Non obſtant ſupra allegata in contrarium; quia iura dicentia cõtractũ permutationis aſsimilari cõtractui venditionis, debent intelligi largo ſumpto vocabulo, & notata in l. 2. C. de vſucap. pro empt. loquuntur in vltima voluntate, in qua facimus largam interpretationem, reliqua iura loquuntur, quando ageretur de materia fauorabili. Concludendum eſt ergo, dominum terræ non debere habere tale commodum ex permuta-

33 tionibus. ¶ Sed † ponamus, quòd fiat permutatio, & quòd vna res plus valeat, quã alia, & pro æquiualentia detur etiam pecunia, an hoc caſu, dominus terræ debebit habere commodum tertiæ venditionis? Concludite, quòd in primis debemus inſpicere animum contrahentium; ſi enim principaliter intendunt permutare, iudicabitur cõtractus permutationis, quamuis acceſsoriè interueniat pecunia, vt res reducantur ad æqualitatem. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. ad hoc adduco vobis Bar. in l. Ariſto. ff. de donatio. & Ioan. And. in c. ad quæſtiones. ext. de rer. permut. Si verò non conſtat vobis de animo contrahentium: tunc recurrimus ad coniecturas. & ſi pretium ſit maius, quàm valor rei permutatæ, iudicabitur contractus venditionis. Si verò valor rei permutatæ excedat pretium, ſeu pecuniam, quæ reficitur pro æquiualentia rerũ, tunc iudicabitur eſſe contractus permutationis, arg. l. quæritur. ff. de ſtat. hom. & arg. c. quod in dubijs. ext. de conſecr. eccleſ. vel alta. facit reg. inſpicimus, de reg. iur. lib. 6. Hæc eſt diſtinctio D. Panormit. in d. c. ad quæſtiones, quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis loquentibus de gabella ſoluenda de contractu venditionis. Et notetis bene diſtinctionem prædictam; quia iſte caſus frequenter contingit in practica in terris nobiliũ.

34 ¶ Quid de diuiſione, † an dominus terræ debeat habere tertiam venditionem? Concludite quòd non. adduco vobis notata ad hoc per Bart. in l. & ideo. ff. de condict. furt. vbi quærit de tali quæſtione. Sunt duo emphiteotæ eiuſdem rei, & peruenerunt ad diuiſionẽ illius rei emphiteoticæ, an dominus debeat habere laudimium? De hoc fit mentio in l. fin. C. de iur. emphit. & determinat quòd non, per l. voluntas. C. de fideicom. Nam quando emphiteota alienat in extraneum, ideo prohibetur; quia ille extraneus non tenetur recognoſcere dominũ. Quæ ratio ceſſat, quando emphiteota alienat fratri, vel conſorti habenti communionem in re. Adducit Bar. ad præmiſſa. c. imperialem. §. præterea ducatus. in ti. de prohib. alien. feud. per Feder. allegat etiam l. fin. in fin. C. de litig. vbi licèt res litigioſa prohibeatur alienari, tamen inter ſocios, & cohæredes poteſt alienari, & diuidi. allegat etiam l. per diuerſas. §. exemplis. C. mand. vbi licèt ceſsio ſit regulariter prohibita, tamen quando fit inter ſocios, & cohæredes valet. Item alienatio, quæ fit per diuiſionem, eſt alienatio neceſſaria. l. alienationis. C. famil. erciſcun. Concludite ergo, quòd pro diuiſione, dominus non debet habere tertiam venditionem. ¶ Addo

35 aliam quæſtionem, † quam vidi ſæpe in practica. Dominus habet tertiam vẽditionem in terra ſua: Modò vnus ex hominibus ſuis, vendit, & tradit alteri quoddam prædium: deinde in craſtinum ipſi contrahentes vadunt ad notarium, & iubent ei, vt debeat cancellare inſtrumentum illius contractus: notarius cancellat illud inſtrumentum, & contractum de conſenſu vtriuſq; partis, an hoc caſu dominus poterit petere tertiam venditionem. Concludite, quòd ſic: quia dicti contrahentes non potuerunt cancellare, nec facere cancellari dictum contractum in præiudicium domini. ad hoc allego vobis Angel. & Imol. in l. acta. ff. de re iudic. vbi dicunt, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd de omni contractu ſoluatur gabella, & contractus fuit celebratus, & publicatus coram partibus. & poſtmodum ipſæ partes iubeant notario, quòd cancellet illud inſtrumentum, & totum contractũ, talis tñ cãcellatio non habebit præiudicare fiſco, cui debet ſolui gabella. Ita dicendum in propoſito. faciunt optimè notata in l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pact. ¶ Per prædicta infertur ad aliam quæſtio. Homo meus alienauit quoddam prædium alteri cum pacto de retrouendendo vſque ad decem annos, vel in perpetuum, (qui quidem contractus valet, tex. eſt ad literam in l. 2. C. de pact. inter. empt. & vendit.) In proceſſu temporis emptor retrouendit, & retradit rem illi, à quo emerat, an de tali retrouenditione debeat ſolui tertia venditio? Concludo quòd ſic, per not. per Bald. & Angel. in l. ab emptione. ff. de pact. & diſtinguite, vt ibi per eos. ¶ Adhuc dubitatur. Ego vendidi quoddam prædium, & tradidi procuratori Titij, & de illo contractu dominus habuit tertiam venditionem. Modò contingit, quòd ille procurator cedit iura, & actiones domino ſuo Titio, & ipſe Titius virtute illius ceſsionis apprehendit poſſeſſionem illius rei, an dominus debebit habere aliam tertiam venditionem? Concludo quòd non. Ad hoc allego vobis notata per Bal. & Salyc. in l. cum eos. C. ſi quis alteri, vel ſibi. ¶ Adhuc formo vobis aliam quæſtionem. Homines ſcientes te teneri ad tertiam venditam pro contractibus venditionum, faciunt talem fraudem: quando enim aliquis eorum vult vendere domũ ſuam, in primis vendit tegulas, tigna, & trabes domus, ita quòd non reſtat niſi fundus, & hoc facit, vt domins terræ minus habeat de tertia vendita. Quid erit hoc caſu? Pro pleniori deciſione huius quæſtionis præmitto vobis, quòd ædificia domorum prohibentur alienari; non eſt ergo licitum vendere tigna, & trabes domus, ne vrbs, ſeu locus deformetur. l. ſenatus. ff. de contrah. emptio. & vendit. l. ſenatus. §. certa. & ibi per Bal. & Bart. & omnes. ff. de legat. 1. Non obſtat l. ſi is cum quo. ff. commu. diuid. quia ego reſpondeo, quòd licèt ibi iudex iuſſerit dirui domum propter inobedientiam, & contumaciam partis, tamen ibi iniuſtè fecit iudex, vt eſt de mente glo. ibi, & ideo Bar. in l. nutu. §. fi. ff. de. legat. 3. dicit, quòd male facit iudex, qui propter contumaciam, vel inobedientiam alicuius iubet diſcooperiri domũ eius, vel dirui. Amplius dico vobis, ꝙ propter publicum debitum, non eſt licitum capere ædificia domorum, vel hoſtia, vel ea, quæ ſunt affixa domibus. Ita volunt Cyn. Bar. Bal. & omnes. in d. l. ſenatus. §. cætera. ¶ Ex præmiſsis infero, quòd dominus terræ, qui habet in loco ſuum merum; mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictioné, poteſt de iure facere ſtatutum ſub pœna, ne quis audeat vendere tigna, trabes, vel hoſtia domus, vel tegulas, ſeu ea, quæ ſunt domibus affixa, per rationem, de qua in d.

36 l. ſenatus. ¶ Præmitto † etiam vobis in hac materia, quòd multis modis committitur fraus. Primò committitur de re ad rem. exemplum patet in l. ſed Iulianus. §. muto. ff. ad Maced. & in l. quemadmodum. C. de agric.

& cen-

& cens.lib.vndecimo.Vnde si statutum prohibet sub pœna extrahi frumentum extra territoriũ,nõ licebit extrahere farinam: quia fieret fraus de re ad rem, licèt frumentum,& farina sint diuersa.l.quæsitum. §. fortasse. ff. de leg.3.¶Secundò fit fraus de persona ad personã; exẽplum patet in l.si sponsus. in prin.ff.de don. inter vir. & vxo.& in l.hac edictali.ver.cum circumscriptione.C.de sec.nup.Vnde si statuto cauetur, quòd magnates nõ possint acquirere possessiones. Et aliquis magnas faciat in instrumento acquisitionis scribi nomen famuli sui popularis,erit fraus de persona ad personam.¶Tertio modo fit fraus de contractu ad contractum, puta quia prohibitus donare fingit se vendere.l.si spõsus.§.circa.ff.de donat.inter vir.& vxor.habetur in l.qui testamentum.ff. de probatio.notatur in l.in codicillis. §.instituto. ff. de legat.2.& hanc fraudem committunt varijs modis rustici habitantes in terris dominorum habentium tertias venditas. Aliquando enim inter eos celebratur contractus venditionis,& emptionis pro pretio de centum,ita ponamus: & vt dominus terræ habeat minus de tertia vendita,faciunt solùm scribi in instrumento,quòd est solùm pretium de quinquaginta.Et in sacris audientijs,cũ quidam nobilis animo fraudandi Principem de suo laudimio,fecisset scribi in instrumento venditionis quarundam rerum feudalium, quòd pretium erat de quingentis florenis, & in veritate erat de mille, & quingentis. Dicebam emptorem dictorum feudorum, qui fraudem participauerat,debere priuari illis feudis,vel saltem puniri in quadruplum. Ad primum allegabam pulchrum tex.in c.imperialem.in §.callidis.in titu.de prohib.alie. feud.per Fede.Ad secundum allegabam tex.notabilem in l.qui in contractibus.C.de iure fisci.libr. 10. ¶ Item aliquando committunt fraudem aliter:quia cum in veritate sit contractus venditionis,faciunt scribi in instrumento,quòd est contractus donationis. Committunt etiam fraudem aliter,quia frater, vel consanguineus aliquando vendit fratri,vel consanguineo aliqua bona, & demum faciunt scribi,quòd ipse frater, vel consanguineus remisit,quietauit, & renuntiauit alteri oĩa bona tã paterna, quàm materna pro certa quantitate pecuniæ, ad finem,quòd euitent solutionem tertiæ venditæ:talis enim fraus non debet eis suffragari. Et dicit eleganter Bar.in d.l.ꝑ diuersas.C.mand. ꝗ vbi sit commemoratio pretij,ibi censetur esse contractus venditionis, per tex. ad hoc not.in l.fina.C.de decre.decur.lib.10.& Bal.hoc refert in l.secunda.C. ne lice.poten.quod dictum notetis.¶Quarto modo fit fraus de mõ ad modũ,vt puta,ꝗ mulier, quæ prohibetur fideiubere pro alio, fideiubẽs cõstituit se principalem debitorem.l.quamuis.§.si cum essent.ff.ad Velleian.Quintò modo fit fraus de nomine ad nomen,puta,quia ille,qui prohibetur esse Assessor,facit se vocari defensorem.l.fina.C. de Assess. Vnde si statuto cauetur, quòd vicarius ciuitatis non possit stare in officio,nisi per vnum annum vel duos,& lapso anno facit refirmari sub alio nomine,puta sub nomine defensoris,vt dicit gloss.de quodam domino Odone, qui cum non posset esse Potestas, fecit se refirmari sub nomine defensoris. Ita dicit gloss.in l.prima.C.de priuil.scholar.& de ista fraude de nomine ad nomen habetis text. in l.eum qui probabilem.C.de episcop. & cler. ¶ Sextò fit fraus de tempore ad tempus. exemplum notabile habetis in l.si filiæ meæ.ff.solut.matrimo.& ista fraus fit aliquando procrastinando,vt faciebat Albertus Calui, qui mutuabat frumentum rustici tempore exuberantis, abundantiæ.& nunquam faciebat eis verbum,vt redderent,imò si offerebant, ducebat eos ꝑ ꝑcrastinationes, donec superuenisset carestia.Et de isto Alberto est glo. in terminis in l.nulli.C.de erogat.milit.ann.lib.duodecimo. ¶ Septimò fit fraus de quantitate ad quantitatem,exemplum habetis in l.si libertus minorem.ff.de iure patronat.& hanc fraudem sæpe committunt tabernarij. Nam si statuto cauetur,quòd tabernarius sub certa pœna non audeat vendere folliculum vini vltra sex denarios,ipse fraudem committẽdo, addit duas castaneas cum folliculo vini, & vendit pretio decem denariorũ: talis enim fraus non debet sibi suffragari: quia illud superadditum, non est dignum tanto pretio. Committitur etiam fraus quandoque per officialem, qui fingit se dormire, vel ægrotare, ad finem, quòd inimici irruant ad terram, & de ista loquitur gloss. in l. si quis à barbaris.C.de re milita. libr.vndecimo,& de istis fraudibus habetis gloss.magistram in cap.plerique.decimaquarta quæstio. tertia, habetur per Bald. in l. non dubium. C. de legat. ¶ Item subditi, & homines duorum faciunt fraudem aliam, quia scientes se teneri ad tertiam venditã pro contractu venditionis, non faciunt concipi instrumentum in forma venditionis, sed faciũt contractum pignoris, & pignorant rem pro tanto,quãti valet.Nam ista est fraus:quia hoc casu dr̃ res alienata, cum non sit spes luitionis. text. est valde notabilis in l. qui habebat.ff.de legat.tertio, & ita allegat eum Barto. in l.rem legatam.ff.de adimen.legat.& idem Barto.in l. legata.§.fina.ff.de suppellect.legat. & Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss.& idem Bald.in l.fina.C.de reb. alien.non alienan.dicit, quòd in statutis odiosis,& pœnalibus appellatione alienationis non continetur pignus, nisi res sit pignorata pro tanto, quanti valet, allegat d. l. qui habebat, & idem Bald. in l. manumissiones.ff.de iustit.& iure.dicit,quòd si ego trado tibi rem cum pacto,ne exeat de manibus tuis,& tu pignoras eãꝑ tanto,quãti valet,dicetur exijsse de manibus tuis. Et Ni
37 col.de Neapo.in l.qui habebat,dicit,† quòd si per statutum prohibeantur forenses acquirere prædia, non poterunt accipere prædia pignori pro tanto, quanti valent: quia tunc diceretur alienatio, cum non sit verisimiliter spes luitionis. Et nota bene prædicta pro intellectu. d. l. qui habebat. ¶ Adhuc quæro. Homo meus vendidit proprietatem cuiusdam prędij alteri, & vsusfructus erat apud quendam alium, qui soluit mihi tertiam venditam pro illo contractu venditionis:deinde vsusfructus fuit consolidatus cum proprietate, vtrùm pro illo vsufructu debeam habere nouum laudimium, seu nouam tertiam vendiam. Concludite,quòd non: quia non est noua acquisitio. Ita dicit Barto. in l. quarta quæ incipit,si proprietati.ff.de iure dot. ¶ Quid
38 †autem,si contractus venditionis sit celebratus sub aliqua conditione, an laudimium, seu tertia vendita debeat solui tempore contractus, an uerò tempore purificatæ conditionis? Vide per Bart. in l. sancimus. C. de consul. libr. duodecimo. ¶ Quæritur etiam de tali casu. homo meus promisit vendere certum prædium Sempronio certo pretio.vtrùm ex illa promissione debeat solui tertia vendita? Dic quòd non: quia aliud est vendere,& aliud est promittere de vendendo. l. in bonæ fidei.in fin.ff.de eo quod cert.loc. ¶Sed ponamus,
39 †quòd homo meus de illa promissione mihi sponte soluerit laudimium,seu tertiam venditam, deinde realiter vendat,nunquid de illa venditione debeat iteratò solui laudimium.Concludite,quòd non: quia quando fuit solutum laudimium de principali contractu.non debet solui de executione,etiam si illa executio transeat in nouum contractum. Nam venditio prædicta est executio primæ promissionis, ergo non debet solui nouum laudimium. Ad hoc allego vobis Bart. in l. fina. §. quoties. ff. de public. Idem dicendum est, si homo meus vendat pretium alteri, & de illa venditione soluat mihi tertiam venditam: deinde actualiter tradat possessionem ipsius prædij emptori, ex illa traditione non de-

debebit soluere nouum laudimium: quia illa traditio
est executio primæ venditionis factæ,licèt per ipsã tra-
ditionem transferatur dominium,& ex solo titulo ven-
ditionis non transfertur dominium. l. si ager. ff. de rei
vendic.& l.traditionibus.C.de pact. & l.fina.arguendo
per locum à speciali. C.de sacr. sanc. eccles. Ita deter-
minat expressè Paũ.de Cast.suo consil.187.incipien. in
Christi nomine amen. videtur dicendum, & ibi ponit
alium pulchrum casum de debitore,qui se obligauit sol
uere creditori certã pecuniam in certo termino,& si nõ
soluat,licet creditori propria auctoritate capere de bo-
nis ipsius debitoris vsq; ad concurrentem quantitatẽ,an
tũc tenebit creditori soluere laudimiũ, vide ibi plenè p
40 eum. ¶Nunc est videndum, † an subiectus ratione ho-
magij possit se liberare, & relaxari ab ipso homagio?
Concludite,quòd aut homagium fuit præstitum simpli
citer,aut fuit præstitum ratione, & contẽplatione feudi
cõcessi ei,qui pręstitit.¶Primo casu homo semper rema
net astrictus, & ipse,& liberi eius:q̃a filius hominis mei,
est homo meus, vt latè dixi in pcedentibus,& hoc intel
lige,quando homagium fuit præstitũ aliqua iusta causa,
quæ in dubio præsumitur, vt dixi in superioribus. In ali
quibus tñ locis est consuetudo, q̧ si differant stragam,
seu caseamentũ,& aliò se transferant, q̧ liberãtur à iugo
homagij,& in illis locis seruãda est cõsuetudo illa, aliàs
autem cessante tali consuetudine, possunt astringi, vt
homines,si succedant patri in bonis hæreditarijs; alio-
quin si se abstineant ab hæreditate paterna, vel aliàs nõ
succedant patri,non debent astringi ex facto patris.arg.
l.fin.ff.de contrah.empt.Iustum enim,& æquum est, vt
qui lucrum non percipiunt, non debeant sentire onus.
non enim debet portare onus ille, qui est exclusus ab
honore.l.qui filium.& l.ab eo.C.de fideicom.Iste enim
qui caret bonis, habetur quadam consideratione pro
mortuo.l. 1.§.si pater emancipatus. ff. de coniug. cum
emanc.liber. vnde eius conditio non debet aggrauari,
sicut nec conditio hominis mortui. c. quorundam. 23.
q.7.¶Secundo casu principali, quando homagium fuit
præstitum propter feudum, potest homo renunciando
illi feudo,se liberare ab illa seruitute.c.1.in titu. de va-
sall qui contra constit.Loth. Quod tamẽ intelligatis se-
cundùm ea,quæ statim dicam.Hanc distinctionem facit
Io.Ray.in c.imperialem.in §.fin.in antepen. car. in tit.
de prohib.feud.alien.per Fede. allegat notata per Spe.
in tit.de feud.in §.quoniam super homagijs.versi.septi-
mò, & versi. octauò. allegat etiam dominum Genitorẽ
suum in suis consilijs.Ego in isto puncto resideo in hac
opinione,quãdo homagium est præstitum propter feu-
dum,& sic est homagium reale: tunc homo bene potest
se liberare à iugo homagij,renunciando illi feudo. Sed
quando est homagium personale,non credo, q̧ refuta-
tione, seu renunciatione quis possit se liberare:quia ta
lis homo ex suo contractu fecit se astrictum.& tale ho-
magium personale habet onera reciproca hinc,& inde.
Non est autem beneficium,& ideo homo meus non po
test (me inuito) se liberare ab illo nexu homagij. arg.
l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. &in reg. c. 1. ext.
de regu. iur. in antiquis. Ad præmissa allego vobis
Dyn. & Bartol. in l.is cum quo. ff. de aqua plu. arcen.
41 vbi dicunt, † quòd emphiteota, vel feudatarius nõ po-
test cedendo rei emphiteoticæ, vel feudatarię se libe-
rare ab obligatione, quando emphiteosis fuit concessa,
& concessum feudum ad certum quid determinatum.
Ad punctum de tali feudo allegate bonam glo.in c.fi.in
tit.de cap.q̧ cur.vend.secus si feudũ,vel emphiteosis nõ
sit concessum,seu cõcessa ad certum quid determinatũ.
Addite Io.de Imol.qui sequitur Dyn.& Bar.in c.ad au-
dientiam.quasi in fine col. ext. de reb. eccles. non alie.
& ibidem dicit idem esse in contractu censuali, quod
est bene notandum.¶Item quod supra dixi, quòd feu-
42 dum potest refutari, † limita,nisi vasallus iurasset ad sã-
cta Dei euangelia non contrafacere,& non contraueni-
re:nam tunc non posset refutando se liberare ab homa-
gio seu fidelitate. Ita dicit Bal.in c.quæ in ecclesiarum,
circa.6. colum.in versi. iuxta præmissa quæritur,vtrùm
vasallus. ext. de constitu. vbi plenè examinat istum
passum. allegat gloss. singularem. in l. si pecuniam.in
verbo, necesse habeas. ff. de condictio. ob caus. Idem
vult ipse Bald. in procem. feud. in 2. car. in versicul.
sed pone, quòd contractus feudi fuit celebratus per sti
43 pulationem. Nam † iuramentum obligat præcisè ad
factum, vt vult illa gloss. singularis, & bene probatur
in c. fin. ext. ne præl.vi. suas. & hoc vult Bal. & Salyc.
in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer.
44 ¶ Secundò finitur † homagium, si homo meus de con-
sensu meo subroget alium loco sui, per not. per Spe-
cul. in d. §. quoniam super homagijs. versicu. trigesi-
mò. ¶ Tertiò finitur per emptionem rei, propter
quam fuerat præstitum homagium, per l. 1. C. de iure
emphit.& per l.qui vsumfructũ areæ.ff.de vsufr.¶Quar
tò finitur excommunicatione: nam dum est dominus
excommunicatus, durante illa excommunicatione,ho-
mines sui, & vasalli sui sunt liberati, in tantùm quòd
non tenentur sibi obedire, text. habetis in c. 1. in titu.
hic finitur lex, & incip. consuet. regni. in libell. feud.
¶ Quintò finitur præscriptione centum annorum: nam
si homines mei per tantùm tempus mihi non seruiue-
runt, nec præstiterunt mihi seruitia, sed uixerunt in li-
bertate cursu tanti temporis, erunt liberati ab homa-
gio. l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aqua quot. & æsti.
& c. super quibusdam. §. præterea. ext. de verbo.si
gnifica.Ita dicit D. Florian.de S.Petro.Doctor Bonon.
in l. hæc autẽ iura ff.de seru.vrb. præd.not.per Can.in
c. ad audientiam.ext.de præscrip. ¶ Et hoc limitabitis,
nisi dicti homines cessassent præstare seruitia domi-
no,etiam per tempus,de quo supra ex eo quia dominus
nunquam indiguit: nam hoc casu non possent allega-
re se tutos præscriptione.Ita dicit eleganter Bar.in l.in
filijs. C. de decur. lib. 10.& idem Bart.in l.cum scimus.
C. de agric. & cens. lib. 11. ¶ Sextò finitur homagium
expressa remissione, seu liberatione facta per dominũ.
Aduertite tamen: quia hoc casu non liberaretur homo
à iure reuerentiali, text. est not. in l. fin. in ver. reue-
rentia. C. de bon. liber. Item non liberaretur ab eo,
quòd de facili posset experiri per eum.text. est singula-
ris,& ibi Bart.in l.Decurio.C.de decur.lib.10.vbi Bart.
colligit ex illo tex.quòd immunitas alicui concessa nõ
eximit illum ab actu, qui de leui potest expediri.quod
45 est bene notandũ. ¶ Sed an ista † remissio,seu liberatio
ab homagio possit fieri in vltima voluntate, vel man-
dari.Bal. in l. 2. C. de oper. liber. determinat quòd sic.
nam ibi format talem quæstionem. Pater in testamen-
to iussit filio suo, quòd deberet liberare vnum ex suis
vasallis, & hominibus: filius mortuo patre liberauit il
lum vasallum ab omni seruitute, retentis aliquibus ta-
men seruitijs. Quæritur, nunquid talis retentio va-
leat. determinat quòd non: quia cum illa liberatio ab
homagio, & seruitute deberet fieri ex necessitate, pro-
pter iussum patris debebat fieri purè,& simpliciter,nul-
lo retento seruitio.Mouetur per illam.l.2.C.de oper.li
bert.allegat.l.vxorem.§ pater naturalis.ff. de lega. 3. &
l.qui vsumfructum.ff.de verb.oblig.Est ergo conclusio,
quòd ista liberatio,seu remissio homagij potest fieri ne-
dum inter viuos,sed etiam in vltima voluntate.Et si vul
tis scire,qualiter debeat concipi instrumentũ affrãnchi-
menti ab isto homagio,vide Spec.in tit.de ser. non ord.
§.porrò.& ibi etiam per Ioan.And.in addit.Septimò fi-
46 nitur † & extinguitur homagium propter mala tracta-
menta

menta domini: quia sæuè, & tyrannicè tractat subditos suos,& quia iste passus est quotidianus, eũ vobis plenè discutiam.Nam in primis Albe.de Rof.in l.bene à Zenone.C.de quadr.præscrip.circa 6.col.dicit,ꝙ quando dominus malè tractat subditos suos, potest priuari dominio.Bal.in l.2.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.dicit per illum tex.ꝙ propter nimiam seueritatem domini,potest sibi auferri iurisdictio.allegat Cy.ibidem ita velle: nam ille,qui abutitur dominio, facit se indignum dominari. Idem Bald.in c.1.§.publici latrones.in tit.de pac.ten.& eius violat. dicit,ꝙ dominus, qui malè tractat subditos suos,potest moneri per Superiorem, vt eos tractet modo debito, aliàs quòd auferet sibi Castrum. Idem Bal. in Auth.statuimus.C.de epis.& cle.dicit,ꝙ cum Comes Flandrensis denegaret iustitiam subditis suis,ipsi subditi habuerunt recursum ad Regem Francorum Parisijs,& dicebant,ꝙ ipse Comes debebat priuari iurisdictione, eò quia sæpe requisitus denegauerat iustitiam subditis suis.Et ipse Bal.post Pet.de Bellap. dicit ibidem, quòd præfatus Comes non debebat de hoc curare, quantùm ad priuandum eum iurisdictione, sed est bene verum,ꝙ ipse incurrerat indignationem Superioris, & tenebatur læsis ad interesse.Allegat tex.in §.sic tibi.in Authen.de mand.Prin. Sed ex eo,quòd incurrerat indignationem Superioris,poterat puniri arbitrio ipsius Superioris. allegat tex.in §.super hoc.in Authen.de quæsto. Pau. de Cast.in Auth.qui rem.C.de sacrosan.eccle. dicit, quòd quãdo dominus malè tractat subditos,& vasallos suos, debet priuari dominio. Mouetur exemplo eius,quod diximus de emphyteota, qui notabiliter deteriorauit rem emphyteoticã: quia debet priuari emphyteosi. Ad idem allego vobis bonum tex.in c.ad Apostolicæ. ext. de re iud.lib.6. Inter has opiniones videtur mihi ita distinguendum.Aut dominus delinquit in omittendo,puta,quia non facit iustitiam hominibus suis: tunc dicerẽ, quòd ex hoc non debet priuari sua iurisdictione, licèt læsis teneatur ad interesse, & incurrat indignationem Superioris,& ita intelligo Bal.in d.Auth.statuimus.Aut delinquit in faciendo, puta,quia seueriter, & tyrannicè tractat subditos suos:& tunc dicerem eos posse priuari. Et ita intelligo Alb.de Ro.in d.l.bene à Zenone.& Bal. post Cin.in d.l.2. ff de his qui sunt sui vel alien. iur. & Pau.de Cast.in d.Auth.qui rem. & tex.in d.c.ad apostolicæ.in versi.exinaniuit. Non nego tamen,quin cautela Bal.in d.§.publici latrones. sit bona: quia optimũ consilium est, quòd subditi habeant recursum ad Superiorem,& faciant moneri dominum terræ, vt tractet homines suos modo debito,cum comminatione, quòd aliàs auferet sibi Castrum. Et istum passum notetis, quia est quotidianus.Nec miremini,ꝙ delictum in faciendo,grauius puniatur,quàm delictum in omittendo:quia simile habetis per glo.ordi.in l.mora ff.solu.mat. Item dominus debet defendere homines suos, & subditos ab oppressionibus propter seruitia,quæ sibi præstãt. c.1.§.dominus quoque.in tit.de for.fide.& in c.de forma. §.dñs quoque.25.q. 5. Item debet bene regere, & gubernare subditos suos, & eis iustitiã facere ministrari, alioquin non est Rex, neque verus dominus.c.Regum. & c. Rex debet.23.q.5.& c.scelus.2.q.1. faciũt optimè ea, quæ habentur in c.1.in fi.in tit.de mili.vasal.qui contum.est.

47 Et si ipse dominus† nesciat regere,neque gubernare terram suam propter defectum intellectus; puta, quia est furiosus,vel mente captus,subditi possunt habere recursum ad Superiorem temporalem illius domini, si illum habet,aliàs ad Papam, vt domino furioso, & mente capto det coadiutorem. c.grandi.ext.de suppl.negl.præla.habetur in c.1.ext.de cler.ægro.eo.lib. & ita expressè determinat Spec.in tit.de feud. §.quoniam super ho-

48 magijs.ad finem. ¶Item† si dominus non impendat subditis suis officij debitum,subditi non tenebuntur sibi ad seruitia.Ita determinat Bal.in proœm.Digest.in 3.char. non tamen est licitum subditis propria auctoritate recedere à domino suo, & alium eligere, & ita determinat Bal.in l.ex hoc iure.in fi.pen.col.ff.de iusti.& iur. tamen si ipse dominus sæpe requisitus non possit regere,& bene gubernare subditos suos, nec eis dominari:tũc eis licitum est se submittere, aliàs autem regulariter non est licitum subditis pro arbitrio eorum mutare dominum. Ita determinant Host.& Ioan.And.in c.fin.ext.de iud.& idem Ioan. And. & omnes Doct. in c. præsidentes. ext. de hæret. lib. 6. not. per Bald. in d. l. ex hoc iure. in 1.

49 colum. ¶Item† potest finiri homagium propter nimiam sæuitiam domini,qui quotidie infert violentias, iniurias,& offensas hominibus. Nã propter hoc possũt petere se eximi,& liberari ab eius iurisdictione,& homagio,per l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& per l.1.cũ ibi not. per Bart. C. si quac. præd. pet. ¶Nunc formo aliquas vtiles quæstiones in hac materia homagiorum, & quæro.Quidam Comes habet castrum,quod tenet in feudum ab alio domino,ille dominus Superior petit,ꝙ homines ipsius Comitis iurent sibi fidelitatem. Comes dicit se ad hoc non teneri, nec homines suos teneri iurare fidelitatem ipsi superiori domino, vnde quæritur quid iuris.Bal.in commen.pac.Constan. in pen. seu antepe.col.in ver.hæc sunt nomina. determinat dictos homines non teneri iurarę fidelitatem illi domino superiori,nisi in inuestitura esset appositum pactum,quòd nedum ipse Comes,sed etiam homines sui tenerentur iurare fidelitatem, quia homo vasalli mei,non est homo meus.Et hoc habetur per Spec.in tit.de feu. §.quoniam super homagijs. ver.decimoquartò quæritur.cum seq. Addite,quòd pro opin.Bal.optimè facit, quod ipsemet Bal.not.in l.1.in 43.q.ff.de rer.diui.vbi dicit,quòd postquam Princeps inuestiuit me de castro, cum mero, mixto imperio,& omnimoda iurisdictione, non potest postea se intromittere de primis causis rusticorum meorũ, quia ego habeo ius vtile. Quidam in hac parte infert directò,& tenete bene mẽti istam decisionem. ¶Vltimò

50 quæro,† Ego habebam castrum in quodam loco,& homines illius loci ex pacto tenebantur mihi custodire illud castrum. Contingit, quòd dictum castrum propter guerram fuit penitus diruptum;ego feci ædificari aliud castrum non in eodem loco,sed ibi propè:vtrùm illi homines mei teneãtur mihi custodire illud castrum de nouo constructum?Ista quæstio fuit disputata in studio Paduano,& conclusum fuit,quòd homines tenebantur,qa censetur idem castrum,cum sit subrogatum in loco primi,& subrogatum debet sapere naturam sui subrogati. l.si eũ.§.qui iniuriarũ. si quis caut. & c.ecclesia.ext.vt lit. pend.Et pro hac parte adducit.l. legatũ. ff.de administ. rer.ad remp.pertin.& l.legatum.ff.de vsufru.leg. & l.fi. ff.de oper.pub.in quibus iuribus habetur, quòd legatũ factum in vnam causam, si non possit conuerti in illam causam,debet conuerti in aliã causam. Ita in ꝓprijs terminis refert, & determinat Alb. de Rof. in l.si vsusfru-

51 ctus.ff.quib.mod.vsufr.amitt.¶Quæro etiam.†Sunt tres domini in eodem castro, & habent homines habitantes in illo loco,nunquid possint inter se diuidere homines illos?Concludite,quòd licèt iurisdictio sit indiuisibilis, vt habetur in.c.imperialem. in §. præterea Ducatus. in tit.de prohib.feu.alien.per Fede. nota.per glo.in l.si æquè.in prin.ff. de vsufr.tamen administratio,& exercitiũ iurisdictionis bene possunt diuidi. Ista est doctrina Bar, in l.inter tutores.ad fi.commen.ff.de admin.tuto. not. ꝑ Canon.maximè per Imo. & Panor. in c.prudentiam. in princ.in quęst.quam ibi formant de Comite,qui deces-

52 sit relictis filijs.ext.de off.deleg. ¶†Quæro vlterius.Quidam dominus habens merum, & mixtum imperium, &

omnimodã iurisdictionẽ in loco, vult ingredi ipsũ locũ cum gentibus armatis: homines illius domini habitãtes in loco illo, se opponunt, & dicunt, ꝙ nolunt, ꝙ ingrediatur, nisi cum certo numero. Dicite, quòd talis oppositio non debet admitti. Et hoc facit cõtra illos homines, qui volunt pacisci cum domino suo, quòd non possint intrare locum cum gentibus armatis, vel nisi cum certo numero, nam nõ debent audiri. Item dicunt notabiliter Ioan. And. in nouel. & Dom. de San. Gemin. in c. grandi. ext. de suppl. negl. præl. ¶Rursus quæro. Homines mei tenentur mihi præstare decimas bladi, & vini; ego facio eis prohiberi sub pœna, ne recolligant messem, vel vindemiam, nisi prius ea visa, quia dubito fraudari, & volo ponere inspectorem, qui videat quantitatẽ messium, & vindemiæ, vtrũ hoc possim facere de iure? Concludite ꝙ sic. ad hoc adduco vobis notata per Bald. in l. si ita. §. dominus. ff. de vsu & habit. & not. per Ang. in Auth. nunc hæres. C. de litig. & ita fuit iudicatum in quæstione facti me ita consulente. dicit enim Ange. in d. Auth. quòd si dominus habeat vasallum suspectum, potest pro suo interesse apponere custodem in castro vasalli. quod notetis.

53 ¶Adhuc quæro. †Homo meus deliquit in alieno territorio, nunquid ego tenear eũ tradere illi iudici, in cuius territorio deliquit? Cõcludite, quòd aut fuit repertus in flagranti crimine. & tunc Bal. in c. 1. in §. si iudex. in tit. de pac. tenen. & eius viol. in vsib. feud. videt̃ velle, ꝙ familia illius iudicis, in cuius territorio deliquit, & repertus est in fragranti crimine, debet insequi eũ, quocunque vadat, ex quo incepit eum insequi in suo territorio, & sic principium fuit licitum. ad hoc adducit Bal. l. quod ait lex. ff. de adult. & sic videtur velle Bal. quòd si familia iudicis illius territorij, in quo homo meus deliquit, incepit insequi hominem meum in territorio illius iudicis, ꝙ poterit postea insequi eũ, & eum capere in territorio meo. quod non puto verum. Et ad hoc allego vobis Bal. in proprijs terminis in l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vend. vbi dicit, quòd capiens malefactorem in alieno territorio, tenetur actione iniuriarum ei, cuius territorium offendit, per tex. ad hoc notab. in c. ex parte in Christo. extra de verb. sign. Nec ego dominus hoc casu teneor tradere, seu remittere hominem meum illi, in cuius territorio deliquit, sed bene debeo eum repellere à territorio meo, nec debeo sibi dare receptaculũ. l. congruit. ff. de off. præs. de quo vide nota. per Barto. & omnes. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudi. & no. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. & in §. si verò quis comprehensorum. in Auth. vt nulli iudi. & in Clem. pastoralis. extra de re iudi. Si verò homo meus non fuit repertus in fragranti crimine, sed pro delicto fuit proscriptus, seu condemnatus à Principe, in cuius territorio deliquit, & tunc idem est dicendũ, quod in casu proxi. præcedenti. l. 3. ff. de offi. præs. Si verò homo meus non fuit repertus in fragranti crimine, nec fuit proscriptus, seu condemnatus, sed solùm inculpatus de crimine, si habet habitationem in terra mea, non teneor eum tradere petenti, imò ego debeo eum conseruare, & tueri: quia dominus non debet esse beccarius sui subditi, secundùm Bal. in d. §. si iudex. Si verò non habet habitationem in terra mea, teneor ego eum tanquam profugum tradere petenti, nisi timeam de violentia irrationabili. Istam distinctionem faciunt Bal. & Iaco. Alua. in d. §. si iudex. quod tenete bene menti.

De homag. & Rhoy. tract. finis.

QVAESTIONES QVINQVAGINTA FEVDALES.

SVMMAE.

1 FEVDVM *quid sit, & quotuplex sit. n. 3.*
2 *Feudum regulariter non transit ad fœminas.*
4 *Feudum ligium quod dicatur. Et quod non ligium. nu. 6.*
5 *Homo ligius quis dicatur.*
7 *Feudum Francum quod dicatur.*
8 *Pupillus an possit aliquem inuestire de feudo.*
9 *Pupillus non potest alienare iurisdictionem, neq; pensiones ciuiles, nisi iusta causa subsistente.*
10 *Infans an possit inuestiri.*
11 *Pactum, quòd propter feloniam non perdatur feudum, an valeat.*
12 *Reuerentia, quæ debetur iure naturæ, non potest remitti.*
13 *Vasallus emit hortum iuxta domum feudalem, an ille hortus erit feudalis, sicut domus.*
Et quid si ædificet castrum in fundo feudali, an illud castrũ erit feudale. nu. 14.
15 *Feudum an possit assignari vni insolidum.*
16 *Allodium quid dicatur.*
17 *Bona feudalia an comprehendantur in generali refutatione bonorum.*
18 *Vasallus quod remedium haberet ad euitandum onera hæreditaria, quando creditores insurgunt aduersus eum & num. 19.*
20 *Vasallus an teneatur parere domino excommunicato durante excommunicatione.*
21 *Fratrer an succedat fratri in feudo.*
22 *Vasallus an possit renunciare in uita domino.*
23 *Vasallus, qui contrahit amicitiam cum inimicis domini, vel parentelam, an debeat priuari feudo.*
24 *Feudum an dicatur nouum, si vasallus committat feloniam contra dominum dignam priuatione.*
25 *Vasallus committens incestum an perdat feudum.*
26 *Dominus an possit propria auctoritate priuare vasallum non præstantem debita seruitia.*
27 *vasallus habens feudum antiquum facit in vita sua inuestiri filium de eodem feudo, an erit feudum nouum, vel antiquum.*
28 *Dominus terræ fecit erigi pedagium in terra sua, mercator, qui soluit pedagium, fuit derobatus in illo territorio, an dominus teneatur emendare illud damnum.*
29 *Vasallus promisit domino suo dare vnum militem tempore guerræ, si oriatur guerra inter dominum, & vasallum, an teneatur.*
30 *vasallus, ad quem pertinet aliquod feudum, si illud non possidet, & non petat inuestituram, an cadat à iure suo.*
31 *Dominus an possit compellere subditas suas, vt uadant ad tripudiandum in castro.*
32 *Dominus inuestiuit vasallum pro se, & hæredibus suis, an tale feudum transeat etiam ad hæredes extraneos.*
33 *Sacramẽtum fidelitatis an possit præstari per procuratorem.*
34 *Iuramentum præsens, an noceat filio in feudalibus.*
35 *Prælatus an possit inuestire consanguineos suos de feudo.*
36 *Bona feudalia an veniant in generali confiscatione bonorum.*
37 *Dominus an possit vendere vasallos suos duriori domino.*
38 *vasallus an possit subinfeudare alium de bonis feudalibus, quæ ipse tenet.*
39 *Pro debitis vasalli an possit fieri missio in possessionem in bonis feudalibus.*
40 *Pares curiæ qui dicantur.*
41 *Vasallus an possit prorogare iurisdictionem alterius iudicis, quàm sui, in rebus feudalibus.*
42 *Princeps, qui inuestiuit nobilem de castro, cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, an possit postea se intromittere de primis causis rusticorum subditorum illi nobili.*
43 *Vasallus an possit legare bona feudalia pro anima, & nu. 44.*
45 *Vasallus potest testari de feudo in agnatum proximiorem, qui esset aliàs successurus.*
46 *Feudum an veniat in petitione hæreditatis.*
47 *Dominus concessit feudum vasallo pro se, & suis, & cui dederit, quid operentur illa verba, cui dederit.*
48 *Vasallus an possit præscribere feudum pro se, & hæredibus suis.*
49 *In sacramento fidelitatis quid comprehendatur.*
50 *Dominus an debeat indicere aliquam nouitatem vasallis suis.*

QVAERO in primis, quid est
feudum. tex. in c. 1. in fi. in titu.
in quib. caus. feud. amitt. in li-
bell. feud. definit hoc modo.
1 † Feudum est beneuola actio,
tribuens gaudium capienti, ita
quòd ꝓprietas remaneat apud
dantẽ, & vsusfructus trãseat in
accipientem, & hæredes suos
masculos, & fœminas, si de eis nominatim dictum
sit. Et cum magno ministerio dicit nominatim: quia re
2 gulariter feudũ nõ transit ad fœminas. Ratio est, † quia
mulier non potest leuare feudum, idest inimicitiã. Ita
dicit glo. in c. 1. §. hoc autem notandum. in titu. quib.
3 feud. dar. non po. in libell. feud. ¶Quæro † secundò,
quotuplex sit feudum. Bal. & cæteri scribentes in proœ
mio feudorum ponunt duodecim diuisiones feudo-
rum, quas videbitis ibi per nos. Et inter cæteras vna
est diuisio, quod quoddam feudum appellatur ligium,
4 quoddam verò non ligium. ¶Feudum † ligium dicitur
illud, quòd præstatur alicui nullius alterius fidelitate
excepta, & talis fidelitas non præstatur, nisi Imperatori,
vel alteri, qui nõ recognoscit Superiorem. Ita dicit tex.
cum gloss. notabili in Clem. pastoralis. in verbo homo
ligius, ext. de re iud. habetur per Spec. in tit. de feud.
§. quoniam super homagijs. vers. decimò, cum duobus
sequentibus. habetur per Bal. in proœmio feudorum in
septima, seu octaua diuisione, vbi dicit, quòd quis nõ
5 potest esse homo ligius duorum, † & appellatur ligius,
quasi ligatus. Vnde errant illi nobiles, qui recognoscũt
superiorem, & faciunt homines suos iurare fidelitatem
6 ligiam. † ¶Feudum verò non ligium appellatur: quo-
niam præstatur fidelitas simpliciter, vel quando excipi
tur in fidelitate alius dominus. c. 1. §. fin. in titu. hic fini-
tur lex, & incip. consuet. regn. in libell. feud. & in c. im-
perialem. in §. fin. in tit. de prohib. feud. alien. per Fede.
7 eo. libel. ¶Tertiò quæro, † quod dicatur Feudum fran
cum. Concludite, quòd appellatur francum, quando
pro illo feudo non est præstanda aliqua fidelitas. Item
& quando proprietas est infeudata. Nam ex pacto be-
ne potest dominium concedi feudatario, nedum vtile,
sed etiam directum: & tunc appellatur feudum francũ.
Ita not. dicit Bal. in l. si plures. C. de condit. inser. in 2.
colu. alleg. Ioan. Mona. in c. 1. extra de reg. iur. lib. 6.

¶Quæ

¶Quæro quartò, vtrùm pupillus posſit aliquem de feu
do inueſtire. Bald. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. in 18. quæſt. de-
terminat, quòd ſic, ſi eſt feudum antiquum, dummodo
faciat cum auctoritate ſui tutoris, vel tutricis, & in ab-
ſentia tutoris hoc faciat cum auctoritate iudicis: quia
non dicitur aliquid facere de nouo, quando feudum eſt
antiquum, ſed non poſſet infeudare de nouo. c. 1. in tit.
per quos fiat inueſt. in libel. feud. quia talis infeudatio
ſapit alienationem, quam pupillus non poteſt facere.
9 Vnde dicit Bald. loco, quo ſupra, † quòd pupillus non
poteſt alienare iuriſdictionem, neque pēſiones ciuiles,
niſi iuſta cauſa ſubſiſtente, & interueniente iudicis de-
creto, allegat ad hoc Bald. l. lex tutoris. C. de adminiſtr.
tut. ¶Intelligetis tamen quæſtionem prædictam in pu
pillo maiore infante, vt poſsit infeudare, quando feudū
eſt antiquum, & ita declarat Bal. in loco allegato. ¶Quæ
10 ro quintò † an infans poſsit inueſtiri. Bal. in d. l. 1. de rer.
diuiſ. in 20. quæſt. videtur velle, quòd non, allegat in ar-
gumen. l. mulier. ff. de verbo. oblig. Vos poteſtis deter-
minare contrarium per tex. in c. 1. §. ſi minori. in ti. ſi de
feud. defunct. fuer. conten. in vſib. feud. & per tex. in c. 1.
§. perſonam. per quos fiat inueſt. vbi tex. ad literam pro
bat, quòd non diſtinguitur, qualis ſit perſona recipiens.
11 ¶Sextò quæro, vtrùm valuit pactum, quòd propter felo
niam non perdatur feudum. Quidam diſtinguunt, quòd
aut felonia eſt in omittendo, & tunc valet pactum, arg.
l. Diuus. ff. ad Sen. conſ. Syllan. Aut eſt felonia, quæ com
mittitur in committendo, & tunc nō valet pactum. Vos
autem ex mente Bald. in d. l. 1. in 52. quæſt. dicite, quòd
aut felonia eſt crimē, & tunc non pōt pacto remitti ante
factum, quia daretur materia delinquendi. l. iuriſgentiū
§. vnde illud, cum ſequen. ff. de pac. Aut eſt felonia, quæ
conſiſtit in iure reuerentiali, & tunc bene poteſt per pa
12 ctum remitti. Nam licèt † reuerentia, quæ debetur iure
naturæ, non poſsit remitti. l. venia. C. de in ius voca. ta-
men reuerentia, quæ debetur iure contractus bene po-
teſt remitti per pactum, ſecundùm Bald. in loco alleg. ar
gumen. l. ſi quis crediderit. C. de pact. ¶Septimò quæro.
13 † Vaſallus iuxta domum feudalem emit vnum hortum,
an ille hortus erit feudalis, ſicut domus? Bald. in præal-
leg. l. 2. de rer. diuiſ. determinat, quòd non: quia iſta non
eſt acceſsio concreta, ſed diſcreta. optimè faciunt ea, q̄
habentur in c. 1. & 2. §. ſi quis, de manſo. & §. rurſus. in ti
14 tu. de controu. inueſt. ¶Octauò quæro. † Quid ſi vaſallus
in feudo feudali faciat ædificari caſtrum, an illud ca-
ſtrum erit feudale? Bal. in d. l. 1. in 8. q. determinat, quòd
ſic. Nam cedit ſolo, & ideo debebit cenſeri eodem iure.
15 & hoc notetis. ¶Nonò quæro, an feudum poſsit vni aſ-
ſignari inſolidum, verbi gratia ſunt duo fratres habētes
bona allodialia, & feudalia. In diuiſione fuerunt aſ-
ſignata omnia bona feudalia vni, & alteri omnia bona
allodialia, an hoc fieri poterit de iure? Gl. ordinaria cō
muniter approbata determinat, quòd ſic, in l. ſi familiæ
erciſcundę. C fam. erc. ¶Et aduertite ꝑ declaratione: q͂a
16 eſt magna differentia inter, feudum, & allodium. † Nam
allodium eſt quædam proprietas, quæ non recognoſci
tur, niſi à ſolo Deo. Ita dicit Bal. in c. 1. §. inter filiam in
tit. ſi de feud. defun. fuer. conten. in vſib. feud. & de iſto
allodio habetis textum ad literam in c. 1. §. ſi verò conti
gerit. in tit. de pac. iuram. firm. in lib. feud. habetis gloſ.
notab. in l. pen. C. de ingen. manum. & aliam glo. in l. &
ſi quis. §. ſed & interdum, in uer. oportebit igitur. ff. de
relig. & ſumpt. funer. & aliam glo. in d. l. ſi familiæ. Item
bona allodialia ſunt libera, & franca feudum autem eſt
ſpecies ſeruitutis. Ita dicit glo. ſingul'aris. in l. ſi cuius. in
17 princ. ff. de vſufru. ¶Decimò quæro, † vtrùm in genera-
li refutatione bonorum comprehendantur bona feuda
lia Bal. not. ī Auth. in ſucceſsione. C. de ſuis, & legit. de
terminat quòd non, optimè facit quod habetur. in c. 1. §.
in generali, in titu. ſi de feud. defunc. fuer. conten. in lib.
18 feud. ¶Vndecimò quæro, † quod remedium habeat
vaſallus ad euitandum onera hæreditaria, quando cre-
ditores inſurgunt contra eum ex facto defuncti: Pro de
claratione debetis ſcire, quòd licèt agnatus poſsit repu
19 diare hæreditatem, & acceptare feudum, † tamen ſecus
eſt in filio, qui habet neceſſe vtrumque acceptare, vel
vtrumq; repudiare, tex. eſt in c. 1. in ti. an fil. vel agn. q͂d
ergo remedium habebit filius, ne grauetur à creditori-
bus paternis? Concludite, quòd conſiliū eſt, vt fiat in-
uentarium de bonis: nam tale inuentarium liberabit bo
na feudalia ab oneribus, & non tenebitur, niſi pro rata
allodialium. Ita dicit And. de Iſer. in præall. c. 1. & Bal.
20 in l. qui ſe patris. C. vnde lib. ¶Duodecimò quæro. † Do
minus eſt excommunicatus, vtrùm vaſalli (durante excō
municatione) teneantur parere ipſi dño? Dicatis ꝙ non,
textus eſt valde notabilis in c. dño guerram faciente. in
tit. hic finit. lex. & incip. conſuet. regn. ¶Tertiodecimò
21 quęro. † Ponamus, ꝙ vni fratrū ſit datum feudum in par
tem ſuam: deinde moriatur ſine hærede maſculo, an al-
ter ſibi ſuccedat? Gl. in l. ſi familiæ. C. fami. erciſ. videtur
velle, quòd non. Bal. in d. l. 1. in 11. quæſtio. determinat
contrarium, per c. ſatis bene. in tit. de prohib. alie. feud.
per Loth. in lib. feu. Vos poteſtis allegare optimū text.
iu c. 1. §. fina. in titu. ſi de feud. defun. fue. conten. ¶Quar
22 todecimò quæro, † nunquid vaſallus poſsit renunciare
inuitis dentibus? Domini concludite, quòd ſic, per text.
ad hoc apertum in c. 1. in titu. de vaſal. qui contra con-
ſtit. Loth. in vſib. feud. de hoc habetur plenè per Bal. in
23 procemio feud. ¶Quintodecimò quæro, † nunquid vaſal
lus, qui contrahit inimicitiā cum inimicis domini, vel
parentelam, debeat priuari feudo? Gloſſ. in c. 1. in §. 1. ſu
per verbo, concubuerit, in titu. quib. mod. feud. amit. de-
terminat, quòd ſic: De hoc habetis optimum tex. in c. 1.
in tit. quot teſt. ſint neceſ. ad prob. ingra. propè finem: in
lib. feud; Idem vult Bal. in l. 1. §. cum patronus. ff. de offi.
præf. vrb. notatur in l. liberi. C. de inoff. teſtam. ¶Limita
bitis tamen iſtud dictum, niſi vaſallus ita feciſſet iuſto ti
more motus: nam tunc excuſaretur, argum. l. nouiſsimè.
ff. quod falſo tut. auct. Hanc limitationem ponit clariſsi
mus Doctor D. Martinus de laude in d. c. 1. in titu. quib.
24 mod. feud. amitt. ¶Sextodecimò quæro. † Vaſallus com
mittit feloniam contra dominum dignam priuatione
feudi, nunquid ex hoc feudum dicatur eſſe nouum, an
verò remaneat antiquum, prout erat per prius? Bald. in
d. l. 1. de rer. diu. determinat, quòd remanet antiquum,
niſi agatur de contrario, veluti quia feudum erat reuer-
ſum ad dominum, & iam apprehenderat poſſeſsionem
corporalem, & deinde de nouo inueſtiuit uaſallum, re-
mittendo ſibi feloniam. Nam hoc caſu eſſet alterata na
tura feudi, de hoc habetis gloſſ. ordinariam in l. peculiū
eſt. §. ſi ære alieno. ff. de pecul. ¶Decimoſeptimò quæro,
25 † nunquid vaſallus committens inceſtū, perdat feudum.
Bald. in d. l. 1. de rer. diuiſ. determinat, quòd ſic, & licèt
poſtea Papa diſpenſet, quò ad matrimonium, tñ vaſal-
lus non recuperabit feudum. Ad hoc allegat Bald. text.
in Authen. de inceſt. nupt. in princ. & tex. in c. quamuis.
ext. de reſcript. libr. 6. & notata in l. Gallus. in §. & quid
ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. ¶Decimò octauò
26 quæro, † vtrùm vaſallus, quando non præſtat debita ſer-
uitia domino, poſsit dominus eum propria auctorita-
te priuare feudo? Bald. in d. l. prima determinat, quòd
ſic. allegat l. ſi vſusfructus nomine. ff. vſufruct. quemad-
mo. cau. Ego multùm dubito de iſta determinatione: q͂a
vaſallus non debet priuari feudo, niſi cum cauſæ cogni
tione, & ordine iuris ſeruato, tex. eſt in c. 1. in §. q̄cunq;
in ti. de pac. tenen. & eius viol. in vſib. feu. & in c. 1. in tit.
de feud. ſine culp. non amitt. Poſſetis defenſare deter-
minationem Bal. quando inobedientia vaſalli eſſet no-
toria.

toria.Et ita vult Bal.poſt Iacob.de Belui.in c.1. in §.fin. circa finem commen.in tit.de pace iuramen.firm.in lib.
27 feudo. ¶Decimononò quæro,†Vaſallus habens feudū antiquum, facit in vita ſua inueſtiri filium de eodem feudo,an erit feudum nouum,vel antiquum?Bald.in d. l.1.determinat,quòd remanet antiquum, per c.1.in tit.
28 de vaſal.decrep.æta.¶Vigeſimo quæro,†Dominus terræ facit exigi pedagium in terra ſua: modò contingit, quòd mercator,qui ſoluerat pedagium, fuerat derobatus in territorio illius domini, vtrùm ipſe dominus terræ teneatur emendare iſtud damnum? Bald. in d.l.1. in verbo,Marchio,in 4.col. determinat quòd ſic,dicens,ꝙ tales domini terræ colligentes pedagium in eorum terris,debēt tenere ſtratam ſecuram, & ſi quis (ſoluto pedagio) derobetur à latronibus, dominus terræ tenetur emendare damna. Allegat Archid.in c. ſi quis peregrinos.24.q.3. Addite eundem Bal.in c.1.in titu.quæ ſint
29 reg.in lib.feud.¶Vigeſimoprimò quæro,†Vaſallus promiſit domino ſuo dare vnum militem tempore guerræ. Modò contingit oriri guerram inter dominū,& ſe vaſal lum ſuum,an teneatur præſtare militem? Bal.in d.l.1.de rer.diui.determinat ꝙ non: quia non videtur promiſiſſe contra ſemet,allegat.l.inquiſitio veritatis.C.de ſolutio. vbi Docto.idem determinant.allegat etiam l.ſi peculiū. in §.ſicut.ff.de pecul.lega. Vos addite eundem Bal.in l. fin.in vlti.char.C.quod cum eo.& in l.frater à fratre. ff. de condi.indeb.& gloſſ.ordi.in c.petitio.ext.de iureiuran.per quam glo.& auctoritates præallegatas,cum quidam vaſallus promiſiſſet domino ſuo dare caſtrum fulcitum,& munitum tempore guerræ, & orta eſſet guerra inter ipſum dominum,& vaſallum, conſuluit,ꝙ non tenebatur dare caſtrum fulcitum: quia non videtur promiſiſſe contra ſeipſum. Nec etiam videtur promiſiſſe contra ſuos, quorum iniuriam poſſet propulſare, arg.l. lex Cornelia. ff. de iniur. Nec etiam videtur promiſiſſe contra propriam patriam, per nota. per glo. in c. de forma.22.q.5.& arg.l.minimè. ff.de relig.& ſump.fune.
30 ¶Vigeſimoſecundò quæro. †Ad vaſallū pertinet quoddam feudum,ſed illud non poſſidet, vtrùm ſi non petat inueſtituram de illo feudo,debeat priuari iure ſuo? Dicatis,ꝙ non.Ita tenet Bal.eleganter in l.ſolemnibus. C.
31 de rei vendica. ¶Vigeſimotertio quæro,nunquid dominus poſſit compellere ſubditas ſuas,vt vadant ad tripudiandum in caſtro?Dicatis ꝙ non,quia ab omni ſuperioritate ius honeſtatis intelligitur exceptū. Ita dicit Bald. ad literam in l.quod ex liberta.C.de oper.liber. ¶Vige
32 ſimoquartò quæro, † Dominus inueſtiuit vaſallum de feudo pro ſe, & quibuſcunque hæredibus, vtrùm tale feudum tranſibit ad hæredes extraneos. Bal.in d.l.1.de rer.diui.determinat ꝙ ſic.Idem voluit in c.imperialem. in titu.de prohib.feud.alien.per Fede.in libel.feud. vbi dicit, ꝙ hoc caſu tranſibit ad legatarium: quia legatarius in re legata cenſetur hęres.l.id tempus. ff.de vſuca. Vos determinabitis contrarium:quia illa verba,quibuſcunque hæredibus,debent reſtringi ad habiles, per not. in l.1.§.item nunciatio.ff.de ope.no.nun.& per l.1. cum ſua glo.C.de ſacroſan.eccl. & per l.fin.cum ſua glo.C. ſine cenſ.vel reli.& per l.vt gradatim.in §.& ſi lege.ff.de mune.& hono.& ita tenet Bal.in c.1.§.donare.in 2.col. in tit. qual. olim pot. feud. alien. ¶ Vigeſimoquintò
33 quæro,vtrùm ſacramentum fidelitatis poſſit præſtari ꝑ procuratorem?Bal.in d.l.1.in 56.q.& in fine ſui apparatus determinauit ꝙ non.Ratio(ſecundùm eum)eſt, quia conſiſtit in exhibitione reuerentia,in qua requiritur præſentia perſonæ, ſicut ſi vaſallus promiſiſſet aſſociare dominum:non enim poſſet aſſociare miniſterio procuratoris,vel nuncij,per not.in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.Addite vos,ꝙ idem Bal. in c.2. quod incipit,ſi quis fecerit.in tit.quo temp.mil.in lib.feud.determinat contrarium,dicens,ꝙ quando vaſallus eſt abſens, ita ꝙ commodè non poteſt adire dominum perſonaliter,tunc poteſt præſtare ſacramentum fidelitatis ꝑ procuratorem,& iſta ſententia eſt humanior, de quo ꝑ eundem Bal.in l.1.§.ne anima.C.de caduc.tol. ¶Vigeſimo-
34 ſextò quæro,†nunquid in feudalibus factum patris noceat filio?Concludite ex mente Iaco.de Belui.& Bal. in c.1.in §.hoc quoque.in tit.de ſucceſ.feud.in lib. feudo. quòd aut feudum eſt nouum, & tunc factum patris nocet filio.c.1.§.ſi vaſallus culpam. in tit.ſi de feu.defunc. fue.controuer. Si verò feudum eſt antiquum,& tunc eſt ſubdiſtinguendum.Aut pater alienat,aut conſentit alienanti,aut aliam culpam contrahit. Primo caſu,quando alienat feudum antiquum, ſi alienat iure permittente, tunc non nocet filio.c.1.§.& ſi clientulus. de feu. alien. Si verò non iure permittente alienauit,& aliquid ad eū peruenit ex hæreditate paterna, tunc factum patris ſibi præiudicat,per ea,quæ habentur in l.cum à matre.C.de rei vendi.& in l.qui à patre.C.de teſta.milit.Si verò nihil ad eum peruenit de hæreditate, tunc ſibi non præiudicat.c.1.§.Titius.in titu.ſi de feud.defunc. fue. conten. ¶Addite,ꝙ cautela eſt, vt conficiat inuentarium: quia tunc ſeruabuntur iura filij,per ea,quæ notat Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde libe.& per Doct.in l.fin. §.in computatione.C.de iure delibe. Secundo caſu,quando conſentit alienanti,dicatis ex mente præfatorum Docto. ꝙ aut fuit ſimplex conſenſus,& tunc non pręiudicat filio. Aut eſt conſenſus obligatorius,puta,quia ſe obligauit ad nō contraueniendum,& tunc ſecus eſt. Tertio caſu,quando culpam contrahit, puta,quia delinquit: hoc caſu,ſi viuo auo,filius,idemq; pater delinquat, non præiudicat nepoti,arg.l.emancipatum.in fi. ff. de ſenat. Aut mortuo auo,delinquit,& tunc non nocet filio,ſed non agnatis.c.1.& ibi plenè not.in tit.ſi vaſal.feud. priu. cui de-
35 fer.debe. ¶Vigeſimoſeptimò quæro, † vtrùm prælatus poſſit conſanguineos inueſtire de feudo? Bal.in d.l.1. de rer.diuiſ.ex mente Iaco.de Belui. dicit ꝙ ſic,quando feudum eſt antiquum,quia non eſt ſuſpicio,quòd feudū deterioretur. Imò prælatus illos de ſuo ſanguine tenetur præferre alijs,per not. per glo.in 2.lect. in antepen. col.ff.de pact.ſecus ſi infeudatio,vel datio in emphyteoſim fieret de nouo.Authen.quibuſcunque modis. C.de
36 ſacroſan.eccl.¶Vigeſimooctauò quæro,†vtrùm in generali confiſcatione omnium bonorum,veniant bona feudalia.Dicatis ꝙ non.Ita vult Bal.in l.1. C. de bon.liber. de qua materia tangitur per Bar.& cæteros in l.ſi finita. §.de vectigalibus. ff. de dam. infec. optimè facit tex. in c.1.in §.in generali.in tit.ſi de feud.defun.fuer. conten.
37 ¶ Vigeſimononò quæro, † nunquid dominus vaſallos ſuos poſſit inuitos vendere duriori domino? Glo.not. in l.inuitus.ff.de fideicom.libert. determinat ꝙ non. & ita dicit Bal.in c.2.in tit.quo tempo.miles. in lib.feudo. ꝙ quando dominus vult alienare terram ſuam, ſubditi poſſunt ſe opponere,& contradicere, maximè quando retineret vnam partem,& aliam alienaret: quia intereſt ipſorum ſubditorum non habere tot dominos. De iſta materia videte per Bal. in l.2.ff.ſol.matr. & per Bart.de Saly.in l.1.C.de noua.& per Cano.in c.dilecti filij. ext. de maio.& obed. & dicit ad propoſitum notanter Inno. in c.auditis.ext.de præſcrip. ꝙ intereſt ſubditorum non mutare dominum,quemadmodum intereſt domini non
38 perdere ſubditum.quæ verba notetis. ¶Trigeſimò quęro,†nunquid vaſallus poſſit ſubinfeudare alium de bonis feudalibus,quæ tenet ipſe vaſallus? Concludite, ꝙ ſic, tribus concurrentibus.Primò,quòd hoc faciat bona fide.Secundò,ꝙ ſubinfeudet cum eiſdem pactis, & conuentionibus.Tertiò,ſubinfeudet pari, vel maiori, & nō inferiori.Ita dicit gl.in c.1.in §.præterea.in titu.de capi.
39 Corra.in vſib.feud.¶Trigeſimoprimò quęro,†nunquid

pro

pro debitis vasalli posſit fieri miſsio in poſſeſsionem in
bonis feudalibus.Bal.in præall.l.1.de rer. diuiſ. deter-
minat,q̃ de hoc eſt dicẽdum,vt habetur in l. pro hære-
de.§.& quid ſi tũ.ff.de acquir.hæred.Vos melius pote-
ſtis videre iſtam materiam per Bal. in c. imperialem. in
§.præterea ſi inter.in tit.proximè allegato.& in c.1.in ti
tu. de contro. feud. apud par. term. & c. 1. in tit. apud
quem quæſt. feud. term. deb. in c. 2. in tit. de inueſt.
40 in mar.fac. ¶Sed videndum eſt,qui † dicantur pares cu
riæ.Bal.in d.l.1.de rer.diuiſ.dicit,quòd ſunt alij vaſalli
tenentes feuda ab eodẽ dño,ſi præſtiterũt ſibi fidelitatẽ,
aliàs nõ dicerẽtur pares.De iſta materia tangitur in iuri
bus proximè alleg.& ꝑ Can.in c.celebrem.ext.de iudi.
41 ¶Trigeſimotertiò quæro, † nunquid vaſallus in rebus
feudalibus poſsit prorogare iuriſdictionem alterius iu-
dicis,quàm domini ſui.Concludite quòd non. Ita tenet
not.Bar.in l.1.§.poſt operis. ff.de oper.no. nunc. & Bal.
in l.decernimus.C.de ſac.ſanc. eccle.& Ioan.de Imo. in
c.P.& G. ext.de off. deleg. ¶ Trigeſimoquartò quæro.
42 † Princeps inueſtiuit vnum nobilem de caſtro cum me-
ro, mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione,an ipſe
Princeps poſsit poſtea ſe[a] intromittere de primis cauſis
ruſticorum ſubditorum illi nobili. Dicatis q̃ non.Ita de
terminat Bal.in d.l.1.in 44. q. de rer. diuiſ. & eſt ratio
(ſm̃ eum,) quia vaſallus ex infeudatione habet iura vti
lia cum vtilitatis effectu, & in hac parte præfertur dire
cto domino,per ea,quæ habentur in l.in cauſæ. in §. fin.
43 ff.de procura. ¶Trigeſimoquintò quæro,† nunquid va-
ſallus poſsit legare bona feudalia pro anima. Dicatis q̃
non. tex.ẽ in c.1.§.donare.in tit.qual.olim.pot.feu.alie.
44 ¶Sed an† Princeps poſsit ſibi concedere facultatem te-
ſtandi.Bal.in d.§.donare.videtur velle quòd ſic.ſed hoc
ſanè debet intelligi,quòd valeat conceſsio,quantùm ad
præiudicium ipſius domini concedentis.ſed in præiudi
cium agnatorum,non poſſet Princeps dare ipſam facul-
tatẽ,per ea, quæ habentur in c. 1. de alien.feud. pat. Ita
dicit Mart.Laud in d.§.donare. quod placet. ¶Item va-
45 ſallus bene poſſet teſtari de feudo in agnatũ proximio
rem,qui eſſet aliàs ſucceſſurus in illo feudo. Ita dicit Io.
Raimun.Auinio.poſtea factus ciuis Marſiliẹ in ſuo com-
pendio feudorum.c.imperialem. de prohib.alien.feud.
per Fed. in §. 1.Ratio ſumiť ex his,q̃ hñr in præalleg.c.1.
46 de alie.feu.pat. ¶Vigeſimoſextò quæro,†nũquid feudũ
veniat in petitione hæreditatis? De hoc habetis pulchrã
glo.in l.item veniunt.in §. fi.de pet.hære. & habetur ibi
47 etiam per Bal.& Ang. ¶Trigeſimo ſeptimò quæro,† Do
minus conceſsit feudũ vaſallo pro ſe,& ſuis,& cui dede
rit,quæro,quid operentur iſta verba,cui dederit. Dica-
tis,q̃ habet magnum effectum:quia poterit vaſallus alie
nare ſine licentia domini.tex.eſt in c.1.in titu. de feud.
non hab.propr.nat feud.& ita determinat Ange. etiam
in emphiteoſi in l.cum eſſent.§.per plurium.ff.de ſer.ru
ſti.præd.& idẽ Ang.in l.qui Romæ.§. duo fratres. ff.de
48 verb.oblig. ¶ Trigeſimo octauò quæro,nunquid vaſal-
lus poſsit præſcribere feudum pro ſe,& hẹredibus ſuis.
Videtur prima facie dicendum,quòd non[b]. quia ipſe ſo
lus poſsidet.Bal.in d.l. 1.de rer.diuiſ.determinat,quòd
tale feudum præſcriptum,eſt tranſmiſsibile ad hæredes
maſculos, & ſic præſcriptio hoc caſu æquiparatur pa-
cto imò ſi quis ꝑ 30.an. poſsideat feudũ,præſtãdo ſerui
tia dño,dr̃ iuſtè poſsidere,& eſt perinde, ac ſi fuiſſet in-
ueſtitus. tex.eſt in c.1.§.ſi quis per 30.in titu. ſi de feud.
defun.fuer.content.in vſib.feud.¶Trigeſimononò quẹ-
49 ro, † vtrùm in ſacro fidelitatis comprehendatur aliud,
quàm id,quod habetur in c.1.in tit.de for.fide.& in c.1.
de nou.for.fide. Dicatis,quòd ſic,quia vaſallus propter
iuramentum fidelitatis, eſt aſtrictus ad exaltandum do-
minum ſuum,inquantùm poteſt. glo.ſingularis in c.1. in
titu. qual. vaſall. iur. debeat. fide. ¶ Quadrageſimò
50 & vltimò quæro,† nũquid dominus debeat ſuis vaſallis
indicere aliquam nouitatem? Concludite q̃ non. quia
noua ſeruitia indebita præſumuntur per uim, & im-
preſsionem extorta.Ita dicit Bal.in illo.c.1.proximè al
legato, & dicit ſe ita reſpondiſſe cuidam viro magnifi-
co cum conſulenti ſuper iſta materia. Et hæc ſufficiant
cum laude Dei.

ADDITIONES.

a ¶Secundùm Francum. Vide per Bal.in l.ſi plures.C.de
cõdi.inſer.& in Auth.niſi rogati. C.ad Treb.Io. And.in
addit.ad Spec.de reſcript.repræſ.Paul.de Caſt.con.161.
b Allodiũ.vide pro Oldr.conſ 49.ad fi.[Bal in l.pen.C.de
ingen.manu.nu.2.in verſ.eſt autem allodium.

FINIS.

VERBA INVESTITVRAE, quæ in tractatu Feud. posita inuenies.

Carolus. Pag. 1
Dux Sabaudiæ. 1
Marchio in Italia. 5
Princeps Pedemontium. 8
Comes de Villarijs. 14
Vicariusq; perpetuus. 15
Inuestiuit talem. 16
Nobiles Agasi. 19
Præsentes,& recipientes pro se, & eorũ filijs. 20
Et fœminis. 22
Et quibuscunque hæredibus. 24
In feudum. 25
De Castro Rubei montis. 29
Cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione. 33
Et cum Molendinis. 36
Et cum venationibus. 38
Et cum piscationibus aquaticis, & fluminibus. 39. 40
Cum argentifodinis,& salinis. 41
Ita quòd ipsi inuestiti habeant. 42
Ita etiam quòd ipsi vasalli,&c. 44
Et cum pacto, quòd ipsi vasalli præstent,&c. 47
Et cum pacto de non alienando. 48
Et cum pacto, ꝙ de ipso feudo,&c. 56
Qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidel.&c. 61
Et promiserunt eidẽ domino,&c. 76
Dictiq; vasalli promiserunt, &c. 85
Et vnus ex dictis vasallis refutauit feudum. 98
Dictiq; vasalli promiserunt recognoscere dictum feudum, &c. 101
Et dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus, &c. 108
De adhærentibus,& confœderatis. 117
Et vnus ex dictis vasallis habẽs filios. 119
Tractatus de homagijs. 120
De Rhoydis. 143
Quæstiones Feud. 131

INDEX COPIOSISSIMVS, QVO ALPHABETI SERIE EA OMNIA INDICANTVR,

Quæ vniuersis hisce commentarijs fuere diligentissimè pertractata à clarissimo, atque subtilissimo iuris interprete D. Iacobino de S. Georgio,

Cui seiunctim eo ipso ordine adiecta quoq; inuenies quæcunq; adnotari potuerunt ex tractatu Feud. Homagiorum, Rhoydarum, & nonnullarum etiam quæstionum Feud.

DE LITERA A.

AB, dictio, importat separationem. in l.1 ff si quis cau nu.9. 164

¶ ABBAS *habet idem priuilegium in ecclesia fundata per laicum, sicut habet in ecclesijs fundatis per ipsum Abbatem. in l. Polla. C. de his quib. vt indig. nu.4.* 349

Abbatis promissio de Prioratu, & de non reuocando monachum, non valet. in l. interpositas. C. de transac. nu.8. 86

Abbatissa potest esse procuratrix. in l. alienam. C. de procura. nume.5. 124

¶ ABLATIVI *absoluti important conditionem. in l. cum mota. C. de transac. nu.8.* 83

Ablatiui absoluti resoluuntur in vim conditionis. & in l. ab emptione. ff. de pact. nu.2. f.343. & nu.3. f.344. & in l. cum militi. C. de procu. nu.7. 111

¶ ABORTIVVS *non rumpit testamentum. in l. vxoris abortu. C. de posthu. hære. insti. nu.1.* 301

¶ ABSENS *à proprio domicilio ex causa necessaria, vel quasi necessaria non potest conueniri in Roma, licèt sit patria communis, limita vt ibi. in l.2. §. legatis. ff. de iudi. nu.2.* 398

Absens an obligetur naturaliter ipsi gestori. in l. vbi pactum. C. de transac. nu.8. 96

Absens an teneatur dimittere procuratorem. in l. qui à te. C. de procu. nu.4. 110

Absens citatus non comparens, non videtur consentire his, quæ fiunt contra eum. in l.1. ff. de fer. nu.33. 195

Absens ex iusta, & probabili causa, contra quem fuit facta missio in possessionem ex primo decreto, reuersus poterit petere reuocari tenutam, & sibi possessionem restitui, absque eo quòd soluat expensas. in l. de die. §. tutor. ff. qui satisda. cogan. num.5. 138

Absens, quando restituatur aduersus sententiam. in l. qui à te. C. de procur. nu.1. & 3. 109

¶ ABSOLVTIO *à iuramento, quibus casibus possit peti. in l. si quis maior. C. de transac. nu.64.* 102

Absolutionem petens à iuramẽto, quid debeat docere. in l. si quis maior. C. de transac. nu.67. 103

¶ ACCEPTIO *generalis casuum fortuitorum, quando valet, an teneatur quis etiam de casu fortuito, quantumcunque contingat ex natura rei. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. nu.12.* 173

¶ ACCEPTILATIO *dicitur creatura iuris ciuilis. in l. aquiliana. ff. de transac. in prima lec. nu.1.* 353

Acceptilatio fit per verba futuri temporis, vel præteriti. in l. licèt soleat. ff. de iur. dot. nu.3. 642

Acceptilatio non tollit acceptilationem præcedẽtem. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. nu.36. 318

Acceptilatio perimit obligationem ipso iure, quantumcunque sit facta per errorem falsæ causæ. in l. si cum te. ff. de pactis. nume.6. 339

Acceptilatio potest fieri sub tacita conditione. in l. licèt soleat. ff. de iure dot. nu.1. 602

Et etiam sub modo, vt ibidem. nu.2.

Acceptilatio si peccet in forma, si non valet, vt acceptilatio, non valet vt pactum. in l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pactis. nume.2. 316

Acceptilationi inest vinculum iuris naturalis. in l. vbi pactum. C. de transac. nu.3. 96

¶ ACCESSORIVM *aliquando facit valere principale. in l. licèt. C. de procu. nu.21.* 130

Et potest eum probare. ibidem. nu.22.

Accessorium an vitietur vitiato principali. in l. pacta quæ contra. C. de pac. nu.5. 48

Accessorium corruit vbi non valet principale. in l. si seruus. ff. si quis cau. nu.1. 185

Accessorium non debet valere, vbi non valet principale. in l. licèt. C. de procu. nu.20. 130

Accessorium sequitur naturam sui principalis. in l. si quis in legatione. ff. de iudi nu.1. 409

Accessorium tollitur sublato principali. limita vt ibi in l.1. C. de codicil. nu.1. 357

Accessoria, quæ veniunt lite pendente possunt peti iudicis officio mercenario. in l.1. C. de iudi. nu.13. 190

Accessoria, quæ veniunt post sententiam latam, non pertinent ad

iudicis officium in l.non potest videri.ff.de iudi.nu.4. 430

¶ ACCVMVLATIO quid sit.in repetitione l. edita. C.de eden. nume.4. 19

¶ ACCVSARE quis potest nomine alieno.in l.Polla.C.de his quib. vt indig.nu.6. 349

Accusari possunt plures rei in eodem libello.in l.minoribus.C.de his quib.vt indig.nu.2. 352

Accusans alium de rapina, qualiter debeat agere. in l.quod si quis.§.quod Prætor.ff.ne quis eum qui in ius.nu.5. 94

Accusans notarium de falso instrumento, an poterit petere ab ipso notario,vt illud instrumentum sibi edat.in l.ne quisquã. ff.de eden.nu.2. 211

Accusans testamentum de falso, si succumbit in causa, perdit omne emolumentum,quod poterat habere ex illo testamento. in l.alia causa.de his quib.vt indig.num.1.& 10. Non tamen donationem causa mortis.ibidem.nu.2. 353.& 354

Accusans testamentum de falso,potest pœnitere, & dicere illud esse verum,& petere sibi relictum in illo testamento. ibi. nume.3. 353

Accusator in tertia dilatione,quæ datur accusato,poterit facere suas probationes.in l.si.ff.de fer.nu.7. 202

Accusator quomodo debeat comparere in causa. in l. properandum.§.& si quidem.C.de iudi.nu.2. 205

Accusator si probet intentionem suam per duos testes, qui per accusatum fuerunt reprobati ratione personarum, non ratione dicti eorum,talis accusator præsumitur habuisse iustam causam litigandi,nec debet puniri pœna talionis. in l. testium fides.§.item diuus.ff.de testi.nu.7. 606

Et quid si probauit intentionem suam per vnum testem solum, an dicetur habere iustam causam litigandi.adeo quòd non puniatur pœna talionis.ibidem.nu.8.

Accusatus de crimine(pendente appellatione) non potest esse procurator.in l.reum criminis.C.de procu.nu.1. 118

Accusatio de furto,& de damno dato,est priuata.in l.aduersus. C.de fur.nu.3. 238

¶ ACQVIRI potest proter iuramentum, etiam absentibus de iure canonico.in l.1.ff.de pac.in prima lec. nu. 21. & in 2.lect.nume.16. 232.& 233

Acquisitum probitate mea est magis meũ, quàm illud,quod acquisiui ab antecessoribus meis.in l.more maiorum.ff.de iurisdi.om.iud.in 2.lec.nu.2. 43

Acquisitio dominij est triplex. in l.certum est. ff.si cert.petatur. num.2. 523

Acquisitiones in legato sunt duæ.in repetitio.l.si arrogator.ff.de adopt.nu.13. 8

¶ ACTOR an possit constitui ad vnam solam causam. in l. neque tutores.C.de procu.nu.8. 115

Actor an possit obtinere iure sibi superueniente pendente iudicio.in repe.l.edita.C.de eden.nu.26. 20

Actor,an,& quando possit habere probationes à reo. in l.edictũ. ff.de interro.act.nu.6. 505

Actor an teneatur edere reo instrumenta,quibus non vtitur. in l.1.§.editiones.nu.6. 218

Actor an teneatur soluere reo expensas factas in dictis, in quibus minus legitimè fuit comparitum, si postea actor ratificet retro gesta per procuratorem,qui mandatum non habebat. in l.Iulianus.ff.qui satisd.cog.nu.3. 143

Actor,cognita veritate,quòd non fouebat iustam causam, prosequitur,an condemnabitur in expensis.in l.destitisse. ff.de iudi.nu.7. 412

Actor constitutus à tutore, vel curatore, non habet potestatem vendendi bona minoris.in l.procuratorem. C.de procura. nume.5. 106

Actor contumax quomodo puniatur.in l.properandum.§.& si quidem.C.de iudi.nu.14. 206

Actor cuius expensis debeat dare reo copiam libelli.in l.1.ff. de eden.nu.12. 206

Actor debet sequi forum rei.in l.in tribus.ff.de iudi.nu.7. 414

Et vide remissiones,quas ibi dedi in apostilla signata litera a. & in l.prorsus.C.de iudi.nu.11. 201

Actor fecit citari reum,& deinde ipse actor in termino non comparuit,an per talem citationem inducetur interruptio præscriptionis.in l.ex hoc edicto.ff.de eo per quẽ fac.erit.nu.23. 161

Actor non debet reconueniri coram diuerso iudice. in l.si idem cum eodem.§ quod si Mutinæ.ff.de iurisd.om.iudi. in 2. lect. num.1. 51

Actor non debet replicare de pacto facto in iudicio.in l.pacta nouissima.C.de pac.nu.3. 45

Actor non potest recõueniri per reum coram eodem iudice, quando agitur pro iniuria ciuiliter ad emendam. in l.2.§.sed si agant.ff.de iudi.nu.1. 410

Actor non potest purgare moram ad conseruandum sibi actionẽ. in l.super possessione.C.de transac.nu.2. 84

Actor possidens immobilia,an teneatur satisdare fideiussionem. de qua in Auth.generaliter.C.de epis.& cle. in l.de die.§.qui mulierem.ff.qui satisd.cog.nu.8. 137

Actor potest agere,reo absoluto ab obseruatione iudicij. in l.properandum.§ sin autem reus.C.de iudi.nu.5. 209

Actor potest ante litem contestatam corrigere errorem sui libelli.limita vt ibi,in repeti.l.edita.C.de eden.nu.16. 11

Actor potest allegare ferias, sicut & reus.in l.1. §. sed excipiuntur.ff.de fer.nu.4. 196

Actor potest renunciare in parte liti,sicut toti causæ. in repeti.l. edita.C.de eden nu.33. 21

Actor quando petit rem exhiberi, vt testes possint eam videre, an sit illa,de qua contenditur,tunc debet exhiberi coram testibus.in l.1.ff.si ex nox.cau.aga.nu.14. 153

Actor quando petit vnum, reus non potest petere contrarium, nisi per viam excipiendi.in repetitione.l.edita. C.de edendo. nu.90. 25

Actor quando potest agere contra eximentem ad interesse.in l.si. in §.si à fideiussore.ff.de eo per quem fac.erit.nu.2. 163

Actor qui in parte habuit iustam causam litigandi, & in parte non,an condemnetur in expensis.in l.properandum.§.sin autem alter.C.de iudi.nu.19. 213

Actor qui temere vocauit reum ad iudicium, tenetur ad expensas ratione temeritatis.in repetitione.l.edita. C.de edendo nume.116. 27

Actor quid debeat agere, si reus à principio apposuit de obscuritate,& generalitate libelli.in repetitione.l.edita.C.de eden. num.40. 21

Actor ꝙ non possit ante litem contestatam errorem suum corrigere.pulchra cautela.in repet.l.edita.C.de eden.nu.17. 11

Actor si fecit quicquid potuit, vt lis contestaretur in causa,& per reum,& eius calumnias factum est,vt lis non sit contestata,an habeatur pro contestata. in l.si eum iudicio. §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.nu.9. 185

Actor si formet libellum obscurum, hæres, seu hæredes sui non possunt illum libellum declarare.in repeti.l.edita. C.de eden. num.11. 19

Actor si est sibi contrarius,& ego à principio non opposui de illa contrarietate,imò passus fui fieri probationes per ipsum actorem,an postea potero opponere aduersus eum de contrarietate.in l.si.C.de codi.nu.6. 361

Actor si succedat fideiussori,vel econtra,iterum est cauendum.in l.de die.§.si fideiussor.ff.qui satisd.cog.nu.1. 138

Actor,vel reus,quando vult facere examinari testes, an teneatur nomina ipsorum testium edere suo aduersario.in l.lege Iulia.ff.de testi.nu.3. 81

Et ibi in apostilla signata litera,b.

Actor vt priuetur iure suo,quid requiratur. in l. properandum. §.& si quidem.C.de iudi.nu.16. 208

Actori magis fauendum est,quàm reo in præparatorijs iudiciorium.in l.de die.ff.qui satisd.cog.nu.1. 135

Actorem constituunt solus tutor,& curator, qualiter constituatur.in l.neque tutores.C.de procu.nu.9. 115

Actore faciente mentionẽ in libello de aliquo instrumento,an illud debeat exhibere,& quando,& an ante litis contestationẽ. in re-

in repe. l. edita. C de eden. nu. 111. & 112. 27

Actvs agentium non operatur vltra intentionem eorum in l. nõ omnis. ff. ſi cert. petat. nu. 1. 529

Bene tamen aliquando vt ibidem. nu 2.

Actus an reddatur nullus quando iudex errat in iuriſdictione. in l. 2 §. conuenire. ff. de iudi. nu. 3. 395

Actus an vitietur quando res peruenit ad caſum, à quo incipere non poteſt in l. ſi à me ff. de iudi. nu 1. 418

Actus deficiens in ſui forma à principio non poteſt conualidari rat habitione. in repetitione. l. petens. C. de pactis. nume. 19. 62

Actus facti eſt fortior, quàm actus verbi. in l. pacta nouiſsima. C de pac. nu. 20. 46

Actus geſtus per metum regulariter non valet ipſo iure. fallit vt ibi in l. 2 ff. de iudi nu. 13. 395

Actus in quibus caſibus non firmatur iuramento in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar ff. de pac. in 1 lec. nu. 3. 262

Et ibi latè in apoſtilla ſignata litera, b. & in ſecunda lectura. num. 3. 263

Actus iudicandi eſt indiuiduus. in l. fi. ff. de iuriſdi. om. iudi. in 1. lec. nu. 14. 70

Actus non poteſt ratificari, niſi quis habeat notitiam. & ſcientiam actus. in l. vnica. C. ſi in communi eademque cau. nu 3. fol. 150

Actus quando fit in iudicio præſumitur omnis dolus, & metus abeſſe. in l. pacta nouiſsima. C de pact. nume. 7. 46

Actus redditur nullus ſi aliquid relinquitur pro forma ſubſtantiali, & illa forma non ſeruatur. in l. cum hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſac. in prima lectura. nume. 1. 368

Et in 2. lectura. nume. 1. 369

Et quando ſolemnitas ſubſtantialis omittitur. ibidem in prima lectura nume 2.

Et quid qando plura requiruntur, ſi aliquod omittitur ibi. in 1. lec. nu. 4. & in 2. lec. nu 2.

Actus ſubſequens declarat intentionem actus præcedentis. in repeti. l. petens. C de pac. nu. 20. 63

Actus vnus, & idem poteſt eſſe actus inter viuos, & actus vltimæ voluntatis. in l. ſi auia tua. C. de iur. deliberan. nume. 2. 305

Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. in l. puberem. C. de iu. deli. nu. 5. 307

Actus inualidus nihil valet, quantuncunque fiat in iudicio. in l. ſicut maior. C. de repu here. nu. 2. 350

Actus qui requirantur ad inducendam conſuetudinem. in repe. l. de quibus. ff. de legi. nu. 32. 34

Actus quos ſolus princeps poteſt facere, & non inferior. in l imperium. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. in prima lectura. nume. 21. 32

¶ Actvm nihil dicitur eſſe, cum reſtat aliquid ad agẽdum. in l. Syllanianum. C. de his qui vt indi. nu. 4. 356

Actum non meo nomine geſtum an poſsim ratificare. in l. vnica. C ſi in communi eademque cau. nu. 5. 150

Actum ſi eſt inter partes, quòd obligatio fiat ad ſenſum ſapiẽtis, an poterit ille ſapiens addere, quòd notarius, qui recipit inſtrumentum obligationis, addat iuramentum in l. fideiuſſor. §. fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cog. nu. 13. 127

Acta coram iudice an ſint producenda. in l. quoties interrogationis. ff. de proba. nu. 2. & 3. 577

Acta coram iudice incompetenti ſunt nulla. in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. om. iudi. in prima lec. nu. 1. 59

Limita tamen vt ibi. nu. 2.

Et debent acta probari legitimis documentis, vt dixi ibi in apoſtilla ſignata litera, B.

Acta, & geſta quomodo differant: in repe. l. quæ acta. ff. de offic. procura. Ceſa. nu. 2. 15

Acta facta ſuper libello inepto, quando faciant fidem. in l. 1. ff. de interro. act. nu. 8. 502

Acta facta in cauſa criminali faciunt fidem in cauſa ciuili. in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. nu. 4. 103

Acta geſta cum minore quomodo poſſunt conualidari. in l. de ætate. ff. de interro. act. nu. 1. 510

Acta iudicij non dicuntur propriè ea, quæ fiunt ante litem conteſtatam. in l. 1. C de iudi nu. 9. 190

Acta iudicij tranſeunt de prædeceſſore in ſucceſſorem in officio in eſſe ſuo, & in eorum ſtatu. in l. mortuo ff de iudi. num. 1. & 2. fol. 466

Acta iudicialia poſſunt probari per teſtes. in l. ſi Prætor. §. Marcellus ff. de iudi. nu. 8. 477

Et in l. quoties §. interrogationes. ff. de proba. nu. 4. 577

Acta per eum, qui comparet tanquam procurator, & tamen caret mandato: ſi dominus principalis conſtituat eum procuratorem ſimpliciter: quid operabitur illa conſtitutio. in l. Iulianus att. ff qui ſatiſd. cog. nu. 2. 143

Acta poſſunt probari per teſtes. in l. quærent. ff. de teſti. nume. 1. fol. 621

Acta præſumũtur ſolemniter ex diuturnitate temporis. in l. filiofam. C. de iur deli. nu. 2. 112

¶ Actio acquiritur alteri per alterum in caſu etiam ſine ceſsione. in l. certi condictio. §. ſi nummos ff ſi certum peta. nume. 1. 525

Actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis. in repe. rub. ff. de rei vendi. nu. 12. 408

Actio ad exhibendum non datur ad edendas ſeu exhibẽdas ſcripturas, quando petentis intereſt aliter, quàm ratione dominij. in l. quædam ſunt. ff. de eden nu. 2. 223

Actio aliquando ambulat de vna perſona ad aliam. in l. confeſsionibus. ff de interro act. nu. 3. 513

Actio an detur contra dominum, quando procurator delinquit in faciendo. in l. vnica. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non obtem nu 9. 94

Actio an naſcatur ex pacto. in l. in bonæfidei. C. de pact num. 10. fol. 49

Actio an oriatur ex pacto nudo donationis. in l. legitima. ff de pac. in 1. lec. nu. 5. 241

Actio bonæfidei nunquam efficitur ſtricti iuris. in l. pacta, quæ cõtra. C. de pac nu 8. 40

Actio ciuilis quando elidatur per pactum. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac nu. 18. 308

Et vide ibi in apoſtilla ſignata litera a.

Actio, quæ competebat hæredi contra defunctum per aditionem hæreditatis, confunditur ipſo iure. in l. ſcimus. §. in computatione C. de iure. deli. nu. 8. 321

Actio cognoſcitur propter medium concludendi. in repe. l ſi arrogator. ff. de adop nu. 33. 11

Actio confunditur, quando creditor ſuccedit debitori. limita, vt ibi in l. debitori tuo. C. de pac. nu. 1. 41

Actio datur ad intereſſe ei, qui impleuit, contra non implentem in contractibus innominatis in repe. l. petens. C. de pact. nume. 38. 67.

Actio datur ratione affectionis in contractibus bonæfidei. in d. l. fideiuſſoris ff. de pac. in 1. lec. nu. 4. 300

Actio datiua quæ dicatur. in l. cum mota. C. de tranſactio. nume. 5. 82

Actio de dote eſt communis patri, & filiæ. in repet. l. frater à fratre. ff. de condi inde. nu. 11. 547

Et ibi vide in apoſtilla ſignata litera, b.

Actio de dolo datur contra tranſactionem dolo factam. in l. actio. C. de tranſac nu 1. 81

Actio de dolo nõ durat, niſi biennio. in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fac. erit nu. 15. 161

Actio de dolo quando oriatur contra non dantem ex contractu innominato facio vt des. in l. cum mota. C de tranſac. num. 10. fol. 83

Actio doli an concurrat cum alia actione. in l. ſub prætextu. la 1. C. de tranſac. nu. 7. 89

Actio de peculio nõ eſt propriè actio: ſed eſt quædam adiectio. in l. ſi quis iniquum. §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. in prima lec. nu. 4. 82

Actio denegatur, cui denegatur exceptio. in l. nec intentio. C. de transac.nu.4. 90

Actio descendens ex delicto quando est extincta, non potest susci tari ex pacto. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac.nu.10. fol. 307

Actio desinit, quando desinit interesse. in l. ex conuentioue. nu. 3. C. de pac. 491

Actio directa adeo est affixa ossibus nostris, quòd à nobis auelli non potest. in l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cert.peta, nume.13. 535

Actio, & officium iudicis, an sint idem. in l.1. ff. de iurisdic. omn. iud. in 1. lec.nu.21. 27

Actio, & officium iudicis quomodo differant, in continuatione Rub. ff. de inter.ac.nu.2. 501

Actio ex hoc edicto competit ad interesse. in l. fi. §. sed & si stipulator. ff. de eo, per quem fac.erit.nu.2. 162

Actio ex hoc edicto est merè pœnalis. in l. si per alium. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum, qui in ius.nu.1. 122

Actio ex hoc edicto, ad quid detur in l. Prætor ait. §. ex hoc edicto ff. de eden.nu.1. 218

Actio ex stipulatione extinguitur, extincta actione principali. l. si eum iudicio. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. nu. 19. 190

Actio ex testamento, quæ competit ad legata, & fideicommissa, sapit naturam contractuum bonæfidei in l. vinum, quod. ff. si cer. pet.num.8. 531

Actio ex vendito competit mulieri contra virum soluto matrimonio. in l. quoties res. ff. de iu.dot.nu.2. 636

Actio ex vendito est bonæfidei. in repet. l. petens. C. de pact. nume.8. 61

Actio ex vendito subrogata in locum actionis, præscriptis verbis, debet esse stricti iuris, sicut actio præscriptis verbis in l. pacta quæ contra. C. de pac.nu.9. 40

Actio ex vendito, vel ex cõtractu bonæfidei, quando datur ad id, quod deuenit in pacto incontinenti apposito iuxta contractũ bonæfidei, efficitur stricti iuris. in l. pacta quæ cõtra. C. de pac. nu.6. 40

Actio extincta, & perempta restituitur actori in casu, in l.1. §. si absens. ff. si ex nox.cau.aga.nu.6. 154

Actio furti competit ei, cuius interest in l. manifestissimi. C. de fur.nu. . 246

Actio furti non transit contra hæredes furis in l. furti actione. C. de fur.nu.1. 243

Actio furti, quæ competebat defuncto transit in eius hæredẽ vniuersalem in l. si abducta. C. de fur.nu.2. 240

Actio hypothecaria, an possit cedi sine personali. in l. vnica. C. ne li.poten.nu.67. 139

Actio in contractibus innominatis nascitur vsque à principio in l. iurisgentium. ff. de pac. in 1. lec.nu.1. 243

Actio in quibus casibus oriatur ex nudo pacto etiam de iure ciuili. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pac. in 1. lec. nu. 8. & in 2. lec.nu.3. 247. & 248

Actio in factum ad interesse competit ex hoc edicto. in l. si per alium. § in eum. ff. ne quis eum, qui in ius.nu.2. 121

Actio in factum, an oriatur ex sententia interlocutoria. in l. vnica. §. hoc autem iudicium. ff. si quis iusdicen. non obtempe.nume. 2. 95

Actio in factum oritur ex confessione iudiciali. in l. si debitori. ff. de iud.nu.15. 428

Actio in factum, quæ competit loco interdictorum, datur ad interesse. in l. Prætor ait. §. ex hoc edicto. ff. de edend. numer.3. fol. 216

Actio in factum successit in locum omnium interdictorum super continuatione Rubricæ. C. quemadmo. testamen. aper.nume.1. 333

Actio iniuriarum, an possit cedi. in l. vnica. C. ne li. poten. nume.40. 137

Actio iniuriarum, an fiat transitoria ad hæredes per citationem in l. si eum iudicio. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.num.5. fol. 188

Actio iniuriarum durat anno. in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quẽ fac.erit.nu.14. 161

Actio legis Aquiliæ est pœnalis. in l. fina. §. si à fideiussore. ff. de de eo per quem fac.erit.nu.3.164. Et contra quem detur, vide ibi in apostilla signata litera, A.

Actio mandati, quæ oritur ex contractu, statim acquiritur etiã domino inuito. in l.1. C. de fur.nu.16. 239

Actio natiua nõ habet materiã præexistentem. in l. 2. C. si aduer. trans.nu.3. 165

Actio natiua, & actio datiua quomodo differant, & quæ sit vtraque. in l. iurisgentium. ff. de pact. in prima lect.num.3.243. & in 2. lec.num.3.245. Et in l. si & me, & Titium. ff. si cert.pet. nu.3. 536

Actio natiua, quæ dicatur. in l. cum mota. C. de transactio.nume.4. 82

Actio natiua, vbi habet locum, non concurrit cum ea actio subsidiaria, & datiua. in l. iurisgentium. ff. de pac. in 1. lec.nu.6. fol. 243

Actio non oritur ex pactione nuda. in repeti. l. & si post tres. ff. si quis cautio, nu.39. 181

Actio non potest mutari post litem contestatam, nec aliquid addi in libello vel detrahi. in l. si quis intentione ff. de iudi.nume.14. 471

Actio noxalis efficitur melioris cõditionis, quando seruus meus intulit damnum alteri, deinde efficitur seruus. in l. fi. ff. si ex noxa.cau.aga.nu.1. 157

Actio noxalis quomodo accipi atur. in l.1. § si absens. ff. si ex nox. cau.aga.nu.19. 155

Actio noxalis sequitur caput. in l.1. ff. si ex noxa.cau.aga.nume. 15. 153

Actio omnis degenerat contra furem. in l. fi. C. de fur.nu.16. & in l. subtracto. C. eo.tit.nu.4. 339

Actio omnis degenerat cõtra furem prædonem, & malæfidei possessorem. in l. si quis nec. §. res pignori.nu.5. 3

Actio oritur ex stipulatione sine causa. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pac.nu.3. 247

Actio oritur ex pacto donationis propter nuptias. & in 2. lec nu. 9. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pac. in 1. lec.num.15. fol. 251. & 255

Actio pœnalis cui detur. in l. si per alium. §. hæredibus autem. ff. ne quis eum qui in ius.nu.2. 123

Actio pœnalis non tolllit rei persecutoriam. Fallit sex modis vt ibi in l. ancillæ. C. de fur.nu.2. 241

Actio perimitur per exceptionem compensationis. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac.nu.21. 309

Actio personalis est vtilior, quàm rei vendicatio. in casu. l. qui post testamentum. C. de lega.nu.2. 365

Actio personalis, & hypothecaria tendunt ad eundem effectum. in repe. l. edita. C. de eden.nu.89. 25

Actio personalis, & hypothecaria an possint simul cumulari cõtra debitorem. in repe. l. edita. C. de eden.nu.86. & 87. 24

Actio pignoratitia an dicatur actio in rem. in l. si tibi decem. §. de pignore. ff. de pac. in 1. lec.nu.2. 284

Actio pignoratitia contraria an possit competere creditori, quãuis res pignorata non fuerit sibi tradita. ibi.nu.3. fo.eo. & in 2. lec.nu.2. eo.fo. ff. de pac.

Actio pignoratitia est personalis, & non potest intentari contra singulares successores. in l. qui fundum. ff. de iu. do. num. 4. fol. 645

Actio pignoratitia, et hypothecaria quomodo differant. in l. si tibi decem. §. de pignore. ff. de pac. in 2. lec.nu.1. 283

Actio popularis in quingentos aureos datur contra corrumpentem, vel corrumpi facientem album Prætoris. in l. si quis id, quod. ff. de iurisdic. om.iu. in 1. lectura.nu.1. & 2. & in 2. lec.nu.1. 44. & 46

Actio præscriptis verbis de sui natura requirit perfectum implementum. in l. si pro fundo. C. de transac.nu.2. 94

Actio præscriptis verbis quando dicatur. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pac. in 1. lec.nu.23. 254

Actio